BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XX
E
7
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. IVSTINIANI IMPERATORIS.

VTRVNQVE TEMPVS

OPVS

PRVDENTVM RESPONSA CÆSARVMQVE RESCRIPTA

complectens,

Quinq; Voluminibus distinctum,

Multis legibus additis, ac Iuris Consultorum Cuiacij, Dyonisij Gothofredi, & Iacobi Anelli de Bottis, Augustiniq; Carauitæ Glossis, Additionibus atq; nonnullis alijs illustratum.

Vti eorum omnium Elenchus indicabit.

Nouissima Editio Iuntarum.

cum priuilegio

TRIBONIANVS. DOROTHEVS.

[..]X EX LEGE. VENETIIS. APVD IVNTAS. EXTRANEO NON CEDIT ONERI.

Iacobus Franco[..] f.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google

DIGESTVM VETVS.

SEV

PANDECTARVM IVRIS CIVILIS

Tomus Primus,

CVM LECTIONVM

FLORENTINARVM VARIETATIBVS.

diligentius quàm antea in margine appositis,

Post sanè ACCVRSII Commentarios,

CONTII Scholia, CVIACII Paratitla, DVARENI, aliorumq; Clariss.imorum I.C. Additiones,

Nunc recèns IACOBI ANELLI de BOTTIS, ac AVGVSTINI CARAVITAE, Regiorum in regno Neapolitano Consiliariorum,

ADNOTATIONIBVS ILLVSTRATVS.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

VENETIIS, MDCVI.

Apud Iuntas.

ELENCHVS EORVM OMNIVM,

Quæ corpori iuris ciuilis in hac nostra Iuntarum nouissima quarti folij editione,

Præter alias Venetas, & magnas & paruas, tam ex varijs exemplaribus desumpta, quàm hactenus non excusa, adijciuntur.

j Lectionum Pandectarum Florentinarum varietates diligentius quàm antea in margine appositæ.

ij Leges nonnullæ additæ tam nouem prioribus libris Codicis suisque locis positæ, quàm etiam tribus postremis in fine Voluminis Authenticorum subiectæ: quarum catalogum primæ Codicis, & ipsius Voluminis versæ paginæ indicant.

iij Constitutiones item plurimæ cum interpretationibus eidem Volumini, ac Vsibus feudorum, vnà cum aliquot alijs, quæ imperatoriæ nuncupantur, in fine iisdem Voluminis positæ: quarum nomenclatura in prima illius Voluminis versa pagina inuenitur.

iiij Dyonisii Gothofredi scholiola ad Codicem in margine quàm vtilissimæ.

v Adnotationes eruditissimorum Iureconsultorum, Iacobi Anelli de Bottis, & Augustini Carauitæ, Regiorum in Regno Neapolitano Consiliariorum, hactenus non impressæ, in cuiusque Tomi fine.

Digitized by Google

EPIGRAMMA GRÆCVM PANDECTIS PISANIS PRAEFIXVM.

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε,
Τὴν ῥα Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆι.
Οἷα τὶς Ἡρακλῆι πανάιολον ἀσπίδα τεύξας,
Ἧς ἔπι μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων.
Ἄνθρωποι δὲ Ἀσίης τε, δορυκτήτου τε Λιβύασσης,
Εὐρώπης τε πίθωνται ὅλου σημάντορι κόσμου.

QVOD ITA VERTIT ANDRÆAS ALCIATVS.

Iustinianus opus Princeps hoc edidit, omnis.
Quod Tribonianus rectori condidit orbis,
Tanquam aliquis varium componens aspida magno
Alcidæ. namque hic fulgent mira omnia legum.
Ast Europæ, Asiæq; homines, Libicæque subacti.
Cuncta gubernantis Domini præcepta sequuntur.

Digitized by Google

DE PANDECTIS FLORENTINIS

FRANCISCVS TAVRELLIVS IN EPISTOLA nuncupatoria editionis Pandectarum Floren.

Ad Cosinum Medicem, Florentinorum Ducem, sic post alia de his annectit.

PANDECTARVM id, seu Digestorum, est antiquum volumen, Florentiæ nunc, olim Pisis adseruatum, cum Amalphi prius omnem supra memoriam fuisset. Inde acceptum Pisani, quòd Innocentium Secundum, Pont. Max. & Lotharium Cæsarem item Secundum, classe aduersus Normannum Rogerium iuuissent, egregiæ nauatæ operæ monumentum retulerunt, diuque penes se habuerunt, donec per Ginum Caponium, æquè nobilem, ac strenuum virum, Florentini, anno salutis sexto, & quadringentesimo, supra millesimum, Pisis in potestatem redactis, subiectionis symbolum transtulere. Liber itaque ille, præ cæteris egregius, & venerandus, Florentiæ illo ex tempore summa cum cura, ac religione, tanquam de cælo lapsus, meritò est custoditus. Atque ex antiquis Pisanorum annalib. apud Plotium Gryphium eorum ciuem, accepimus: quib. & Raphael Volaterranus per omnia fere adstipulatur: & illo multo antiquior, Raynerius Grachia Pisanus, iis libris, quos ante ducentos ferme annos de bello Tusco conscripsit. Quod opus inter cubiculares tuos libellos aliquando vidimus, sed & Plotius idem affirmat, antiquum instrumentum domi se habuisse donationis eius in Pisanos per Lotharium collatæ, quod postea, contagiosæ pestis periculo vitando, inter alia scripta igne consumptum sit. Hunc optimum librum, iam quadringentos amplius annos in Hetruria habitum, nemo satis vnquam laudauerit, siue antiquitatem spectemus, siue synceritatem, ac fidem. Quis verò dubitet iam tum Lotharii sæculo permagni eundem fuisse pretii? neque enim maximus Princeps, grandi accepto beneficio, leue quoddam, ac vulgare munus in amicum, atq; potentem populum contulisset. Hæc ille. Si quis plura de his Pandectis nosse velit, legat primum caput lib. I. emendationum Ant. August. I. C. disertissimi, atque omni virtutum genere illustris.

Digitized by Google

FL. IVSTINIANI IMPERATORIS AVGVSTI VITA.

Per Antonium Contium Iurisconsultum.

MIRATVS sæpenumero cur in tanta feracitate ingeniorum, & professorum iuris non inertium pauci admodum vitam optimi Imperatoris & Legislatoris Iustiniani in literas mittere adgressi sint, & si qui sunt, vnus & item alter, qui id tētarint, aut mendosè, aut mendaciter pleraq; scripserint: cœpi apud me postea conijcere nulla alia ex re id proficisci, quam ex seculi nostri deprauatis moribus, vt verum sit quod à quodā olim scriptū est, ijsdem temporibus optimè æstimari & recenseri virtutes, quibus facillimè gignūtur. His verò moribus, quibus omnia dissensionibus dilabuntur, assidua maledicta in libellos (vtcunque apologiæ titulo tegātur) conferuntur, proniores q; sumus ad maledicendum, quam veras clarorum hominum virtutes sy ncerè recitandas ad quas prædicandas adolescentis sensim desidia, pigri omnes profectò sumus. Mihi tametsi tantæ rei non satis idoneo scriptori si rem à melioribus desertam, pro viribus exequi studuero, veniam concedi postulo, Sanè libellum hunc honori Iustiniani, vsui verò Iustinianeorum nouorum distinatum, vel professio iuris, quæ me impulit, excusabit, si minus votis respondero, vel conatus apud candidos & pios Iustiniani alumnos commendabit, si melius quam mihi promisero rem exposuero.

FLauius Iustinianus Imperator, Cæsar, Augustus, cognomento Callinicus, à Iulio Cæsare Romanorum quinquagesimus, aut vt alij diuersè numerant, sexagesimus octauus Imperator, patriam nactus est obscuram minusque celebrem, indeque natione magis quàm ratione videri potest aut barbarus aut externus. non tamen eius fœlicitati obstitit illud Euripidis, χρῦναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν εὐκλεᾶ κλεινήν. quod Ammianus Marcellinus lib. 14. tribuit Symonidi Lyrico. Beatè perfecta ratione victuro, ante alia (inquit) patriam esse conuenit gloriosam. Patrem quoque eius naturalem nemo, ac ne ipse quidem prodidit vsquam, vt meritò veterem parœmiam vsurpare potueris, τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; Sed meminisse debemus nobis à natura non magis patriam dari, quàm domum, agros, aris medicinæ officinam (vt Aristot. dicebat) sed hominem ex earum genere esse stirpium, quæ cœlo non solo coalescunt vt ait Plato, demonstrante id discrimen, capite, seu radice cœlum sursum vergente. Quare Principum, & eorum quorum opes in excelso sunt, patriam dicere oportet, hunc vastum, spatiosum, immensum Aethera, qui terram suis vdis circumplectitur brachijs. Denique si Empedocli credimus, & nos animo non corpore censeri maluimus, & non modo nobis non erit Hercules aut Argiuus, aut Thebanus, aut denique Græciensis ciuis, at ne ipse quidem Socrates Mundiensis, sed omnes aduenæ & peregrini censebimur, animo videlicet, diuinis iussis, & scitis in hoc corpus à Deo relegata, & velut in insula multo vndique æstu circumfulta, & (vt ait Plato) ostrei instar alligata corpori, ob cuius crassitudinem propriæ originis non reminiscatur: à quibus philosophorum placitis non longe aberrat, seu potius ipsi ea in re philosophi & vates non longe aberrant a vetustissimo Hebreorum Propheta & Rege aduenam se & incolam non ciuem, huius mundi esse testante. Etenim vt ex veteribus rectè transcripsit Marcus Tullius, commorandi in his terris natura diuersorium nobis, non habitandi, dedit.

Verùm maior inde laus Iustiniano adcrescit, quòd non à patria, aut patre nobilitatus, ipse potius patriā propria sua nobilitate antea ignotam nobilitauit veteris memor prouerbij, Spartam nactus es, ipsam nobilita.

P R I M A.

NAtus est Iustinianus in vrbe Achrida, vigintæ Thauresi adiecta, apud Dardanos, Europæ, & Illyricos. Quam regiunculam ipse postea muro in quadrum muniens, & in singulis angulis muri turrim ædificans, Tetrapyrgiam appellari iussit. Eam (vt dixi) prius vel nomine incognitam vrbem, nouis muris templis, porticibus, fontibus balneis ornatam & auctam, de suo nomine PRIMVM IVSTINIANAM vocauit, non vt quidam perperam putant, Iustinianeam nouam, Primam autem ad differentiam patriæ coniugis suę, quam similiter in Cypro insula instauratam. Secundam Iustinianam de suo nomine appellauit, Procopius, & Nicephorus.

coruscent enim radijs virorum coniuges nec satis esse ratus si muris & ædificijs suam patriam fundaret, præcipuis eam priuilegijs dotandam, multo magis esse censuit: itaque nouella numero undecima, Latina lingua primitus scripta (quam ego primus typis apud Niuellium licèt inemendatiorem edi procuraui) summa Archiepiscopatus dignitate eam ornauit, in ecclesiasticis summa: item Præfectura Prætorij Illyrici in ciuilibus rebus, cuius nouellæ principium huiusmodi est. Imperator Iustinianus A. Castelliano viro beatissimo Archiepiscopo Primæ Iustinianæ. Multis & varijs modis nostram patriam augere cupientes, in qua primò Deus præstitit nobis ad hunc mundum quem ipse condidit venire, & circa sacerdotalem censuram, eam volumus maximis incrementis amplificare, vt Primæ Iustinianæ patriæ nostræ, pro tempore sacrosanctus Antistes, non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat, & cæteræ prouinciæ sint sub eius auctoritate, &c. quæ ex nouellarum libro à nobis sub vtraque lingua edito studiosi repetent. Ex qua nouella id quoque comprobatur, quod peritis ecclesiasticæ antiquitatis vtique notum est, Archiepiscopi gradum ante latum fuisse omnibus Metropolitanis, & Patriarchatum, in se fuisse complexum: quo loquendi more idem noster Imperator Ioannem Papam salutat Archiepiscopum vrbis Romæ, l. Inter claras, C. de summa Trinitate. Nouum hoc Primæ Iustinianæ nomen, tametsi aliquo tempore mansit, vt indicant plurima Gregorij Papæ ad eius Archiepiscopos scripta epistola, tamen sequentibus temporibus tota ea regione à Bulgaris occupata, Bulgaria, velut totius prouinciæ mater, appellata est, auctore Theodoro Balsamone in Nomocanone: cuius Episcopatum cum ita nominaretur gessit Theophylactus non incelebris noui testamenti scholiastes. Videant nunc qui Iustinianum Thracem, aut ex Salona Dalmatia vrbe natum, aut ex Bederina fingunt, vnde fidem sibi faciant.

PARENTES.

Pater eius (vt prædixi) naturalis ignoratur: mater verò ab historicis asseritur Iustini Imperatoris ac decessoris eius soror. Boriades & Iustus fratris eius filij Procopio lib. 1. Persicorum. scripsit Nouellam 111. ad Arsilium, seu Basilium Præsidem Tarsi quem vocat fratrem iucundissimum: sed hoc nomine Præsides suos solebat dignari. Pater sanè adoptiuus eius D. Iustinus simpliciter ab eo pater vocatur in Institutionibus & Codice. Qui verò patre opilione vel bubulco, aut subulco natum perhibent, hoc solo nixi, quod de Iustino id traditur, tametsi ad Iustiniani famam non lædit, tamen nimis probrosè & ingratè à vilissimis auctoribus, & mendacissimis scribitur.

NOMEN, ET COGNOMEN

Iustiniani nomen à Iustitia accepisse Pontianus quidam Episcopus scribit in secundo Conciliorum tomo: quod tametsi elegantius quam certius excogitatum est, æquius tamen consulendum, quàm quod tradiderunt alij, adoptionis lege assumptū patris adrogatoris nomen ex Iustino mutasse Iustinianum, vt Scipio ab Æmilio adoptatus dictus est adoptionis iure Æmilianus, nam si hoc ita est, cur fastis eius Consulatus adscriptus nomen præfert Iustiniani, nondum tunc vlla adoptione, aut eius mentione secuta? Quidam ei Anicij addunt seu nomen, seu cognomen, quod apud nullum idoneum historicum reperi, Callinicum sanè in bello à militibus crebro appellitatum Procopius non vno in loco prodit, à summa victoriarum fęlicitate, vnde fortè & à posteris Anicius, quasi Anicetus ἀνίκητος, inuictus, vt eius posteri se inscribunt.

PRIMA MILITIA, & militiæ gradus.

Summis & animi & corporis dotibus magnanimitate, prudentia, robore, ac fortitudine præditus, & mediam hominum staturam excedens, facie rubecundus, trunci ac versatilis vultus, capite aliquantulum glabro; prima militia & castrorum rudimenta Anastasio, Iustino, & summis bellis Ducibus approbauit, ac per singulos militiæ gradus promotus, Vitaliano septimo Consulatus sui mense caso (ipsius & Iustini, vt quidam volunt iussu) creatus est Magister militum Præsentalis, Græcè, στρατηλάτης, moxque omnium rerum administrationem velut cæteris omnibus idoneior accepit. Iamque tum omnium oculi in eum coniecti sunt, omnisque Imperij successio conuersa, vt Procli dissuasio petitę à Cabade Persa adoptionis, ostendit apud Procopium. Sequenti mox anno additur ei Consulatus quem primum cum Valerio maiore, quàm cęteri omnes, fama gessit, sparsis aus distributis in populum, & spectacula 288. solidorum millibus, leonibus viginti, & pardis, alijsque numerosis in amphitheatro exhibitis feris equis item & aurigis, seu agitatoribus in circo datis, sola insanienti populo mappa denegata. (mappa quid sit ex nouella 105. de Consulibus, & meis ad eam notis intelligi potest.) Verum eadem nouella quam sibi præsumpserat, alijs adimit tantæ munificentiæ professionem: quasi soli Principi liceat aurum effundendo contemnere, qua felicitas data fuit olim Salomoni, vt colligeret quasi aurichalcum aurum, & compleret vt plumbum argentum. Ferunt, cum circa id tempus à Iustino peterent proceres, vt sibi Imperij collegam adsciscerent Iustinianum e manu purpura admota, Iustinum respondisse: Vobis optandum est ne iunior aliquis hanc induat. Verum paruo post tempore a proceribus designatus est Nobilissimus: quo verbo quędam spes Imperij ostentatur: quorum designationi suum Iustinus exoratus præstitit assensum. Idem paulo post cum ob vulneratum crus decubuisset, salutis dubius & senio confectus, ac Reipub. vsibus cōsulēs vocato Epiphanio, ac proceribus palam eum Imperij successorem declarat, & ritu solemni in eam spem adoptat esolemni die Paschæ 5. die Aprilis (q Græcis est Xantichus) Mauortio Consule indictione 5. anno mundi 6035. Christi 527. eiq. annum et ætatis

Marcellin. Croni. Zonaras.

Hoc verbū perpetuam vulgus interpretum iuris ignarum vertit Ducē militū apud Cedrenum vbi de Zetta agitur stratellita. i. magistro militum per Armenias, vt liquet ex l. 5. C. de offic. mag. militum.

suæ

num XLV. menti Iustinus diadema regium, ac imperialis suis manibus imposuit, capitique eius coronam illius excurrenti in Hippodromum, ubi maxima frequentia populus conuenerat, procedens Iustinianus, atque faustis acclamationibus populi exceptus, in regiam reuertitur. Theodora quoque Iustiniani coniux aliquot inde diebus Augusta salutata est. Erat origine Cypria, cuius in Cypro originatam urbem denuo aedificatam, postquam solus Imperio potitus vir est, Iustinianā secundam ad patria sue, & Iustiniana prima differentiam appellant. Eius sororem Comito Zete magistro militum per Armeniam uxorem dedit Imperator, ut scribit Cedrenus. Vide l. 5. C. de off. mag. milit.

IMPERIVM SOLIVS Iustiniani.

Qvatuor mensibus Aprili, Maio, Iunio, Iulioque cum patre adoptiuo in Imperij consortio cōsessis, & Kalendis Augusti mortuo Iustino, solus Iustinianus Imperium administrare coepit, coniuge tamen Theodora Augusta supra quam sexus ratio patitur, rebus se communibus, & fouendis haereticorū partibus immiscente. Is mox auspicio Imperij Consul creatus dedit ὑπατείαν, seu consulare munus, quantum nemo Imperatorum ante ipsum. Regium vestibulum priscumque in eo solium ex quo spectare circum & ludos solitus est Imperator, eminentius clariusque quàm fuerat, item Senatorum spectantium porticum solita magnanimitate redintegrauit.

Cedrenus & Marcellin.

Ex Marcellino.

GESTA EIVS IN Imperio circa religionis causam.

PRimam curam orthodoxa fidei tanto impensius adhibuit, quanto res humanas diuina praecellūt & pij Theodosij exemplo, de religione quam ipse coleret, quaque vera, & sola colenda esset, subditos admonēdos arbitratus & pijs Iustini vestigijs insistēs, cuius prouidentia Synodus Chalcedonensis in omnibus ferè ecclesijs tenebatur, mox in ipsis Imperij primordijs, tum sequenti altero, atque alijs annis, fidei orthodoxa professionem, & quatuor Conciliorum generalium confirmationem edictis proposuit omnibus populis ciuibus Constantinopolitanis: quę postea in suum Codicem referri iussit. & (quia Graeca erant) hactenus desiderata suis nuper locis repositi sunt, l. 5. & 6. C. de sum. Trinit. Edidit, & sanctionem de ordinandis ad Episcopatum agynais & ... , id est coelibibus & orbis & ut de his duntaxat bonis, quę ante ordinationem habuissent, testari possint, l. 42. Graeca, C. de Episc. & cler. & ne Episcopi fiant aulici, aut ad comitatum Principis accedāt. l. 42 ibidem. & ut sacri Canones non minus valeāt, quàm leges quòd & nouella 137. auxit. & ut presbyterorum filij sint, & habeantur pro incestuosis, & alia plurima ad religionis statum pertinentia. Postea quoque tertio suo Consulatu, cum rumor esset eum aliter de religione sentire, quàm quatuor Concilijs generalibus esset definitum, accuratiorem fidei suae professionem ad Epiphanium Constantinopoleos Patriarcham emisit Graecè, & eodem ferè exemplo ad Ioannem urbis Romae Archiepiscopum, & Papam Latinè, l. 7. & 8. inter claras. C. de sum. Trinitate. Theodoram sanè Augustam infamant literę, ut hereticam, & sectatricem damnata opinionis de unica Christi natura, nec defuerunt qui ambigerent, idne ex composito facerent, ut ita diuersis in religionis negotio partes tuerentur (quod ab astutis, & vafris etiam nostris temporibus factitatum apparet) an verò, quod reuera diuersè sentirent, & uxor opinioni marito non cederet, siue studio contradicendi, siue stulta ac muliebri persuasione circumuenta, siue, quod usu venire solet, ut pater à filio, uxor à marito, quod ad regnum Dei attinet, dissentiant. A viro sanè obtinuit, ut Seuerus Eutychis heresecos successor Constantinopolim euocaretur, & partim coram partim literis, rectam ab initio Anthimi Patriarchę sententiam, ad Eutychianum, & suum dogma deprauaret.

Niceph. lib. 17

Cum autem Iustinianum reconciliaturus à Theodato Rege Gottho Constantinopolim venisset Papa Agapitus quasi Legatus, de fide cum Iustiniano, & Anthemio facta collatione, reperit ambos in Eutychetis dogma esse prolapsos, aut Iustinianum, saltē, qui coniugis suasu Anthemium ad illum thronum prouexerat, acta sua rescindere renuētem: cum duabus de causis deponi eum posceret Agapitus, & quòd vitiosa esset eius è Trapezunte translatio, & quòd cum Eutychete damnato sentiret. Cumque dixisset Augustus: Aut consenti nobis, aut te in exilium deportari decrevam. Agapitus respondit: Ego ad Iustinianum Imperatorem Christianissimum venire desideraui, sed nunc Diocletianum inuenio, qui tamen minas tuas non pertimesco. Tandem igitur sacerdotis constantia compunctus Princeps, mutato proposito, rem examinari permisit, atque ad fidei Catholicę cōfessionem pariter cum multis reuersus, Pontificem adorauit, & Anthemiū publicè ab Agapito conuictum, & depositum in exilium ire coegit: nec multò post idem Papa Agapitus Constantinopoli diē supremum clausit, ordinato prius in Anthemij locum Mena Xenodocho Sampsonum, cui & ipse Agapitus (Agathonem nominat Nicephorus, lib. 17 cap. 9. & 25) manus imposuit, quod antea nunquam factum esse, ait idem Nicephorus. Is Menas cū Agapito Cōcilium particulare in urbe Constantini conuocans, Seuerum Petrum, Anthemium & Zoaram, anathemate ferit. Cuius concilij sententiam & ipse Iustinianus confirmauit, & Seueri scripta cremari iussit. Ea est nouella eius quadragesima secunda, quā ex veteribus actis Cōciliorum Latinè versam superioribus annis restitui. Verùm nō quemadmodum ad piā frugem rediit Iustinianus, ita & Theodora, sed venenum quo semel erat imbuta retinens, foemineam crudelitatē ob depositū Anthemium exercuit in Silueriū Agapiti successorē Papā Romanū. Nā eius literis Belisarius obsequens non sine Vigilii Diaconi proditione cū Romę esset, eū à falsis testib. conuictū, in exilium egit ad Pontiā insulā, hanc solā ob causam, quòd Anthemium in pristinū thronum nollet restituere. Extat Silueri rescriptum ad Amatorem Episcopum: quo tamen apertè solam Antoninam

Patritiam

Patritiam Belisarij coniugem, & maritum eius accusare videtur seq; cùm ad ipsam venire iussus esset, retentum esse ad ipsa ad primum, & secundum velum omnem clerum, & populum qui Papam sequebatur, & se solum cum Vigilio Diacono introire permissum, ibiq; multis criminationibus obiectis, se tandem in exilium esse missum, in quo sustentaretur pane tribulationis: & aqua angustiæ. Ex ea insula sentētiā depositionis Vigilio successori veluti inuaso ri, & per proditionē partialē intruso, misit à se, & quatuor Episcopis subscriptam. extat illa inter eius decreta in secundo volumine Conciliorū. Sed & diuina procurante vindicta postea accidit, vt quod fecerat, ipse pateretur, & proditionis pœnas lōgè acerbiores daret. Is enim fidem dederat Theodora se damnationem Anth. mij reuocaturum, quando in Siluerij locum succedere per eam liceret: ergo promissa ab eo reposcens mulier, cum mutasse eum sententiam, nec promissis stare velle intellexisset, Anthimum Scribonem Romam misit, hoc ei dato verbo. Excepto in Basilica S. Petri, parce. Nam si in Lateranis, aut in palatio, aut in qualibet ecclesia inueneris Vigiliū, mox impositū naui perduc. ad nos & minas ni mandata impleret, addidit. Hic igitur Scribon inuentum Vigilium in ecclesia S. Ceciliæ (erat enim dies natalis eius) & ibi munera ad populū erogantē, prehensum abduxit in nauē, populo ei malè precāte ob summa eius in Silueriū, & alios scelera. Et Cōstātinopolim delato, perlectoq; ei proprio chirographo de restituendo Anthemio digna factis re pensa sunt nam ex Basilica Sanctæ Euphemiæ tractus denegato asylo, per ciuitatem fune ei collo alligato, & in carcerem missus, digna factis recipere se Christianè cōfessus est. Sed pio miserationis intuitu post multos annos inde reuocatus, & Romanis à Pio Imperatore donatus est. Verū prius quàm ista cōtingerēt toto biēnio libere degebat Vigilius Constantinopoli, ac in summo apud Imperatorem honore. Quo tempore etiam celebrata est quinta œcumenica Synodus: cui tamen interesse, quamuis ab Imperatore synodoq; multoties inuitatus, & vt dicebāt, vltro ipse pollicitus, Vigilius ipse noluit: sed sententiā suā de his q̄ ibi tractabantur, specialiter se Imperatori scripto editurum respondit, quod nec præstitit: forte nolēs exemplum præbere, quo aliquando præiudicatū esse putaretur, Papam Cōcilio subiacere: & quamuis anxiè ab eo id impetrare studuerint patres, spe tamen frustrati nihil de ipso fecitus, aut interlocuti sunt, aut decreuerunt, aut eius communione abstinuerūt. In ea synodo damnatus post mortem est Origenes cum suis deliramentis Platonicis & anathematizatus, idque fieri posse præiudicatum fuit, similiter & Euagrio Dydimo. & eius sequacibus decretum: idq; prima, & secunda actione eius Concilij transactum. Vnde liquet primam quæ hodie edita est in 2 tom. Conciliorum, non primam, sed tertiam actionem esse, ibiq; totas duas sessiones desiderari, quas propediē editurros nos speramus Nam à tertia vsque ad vltimam sessionem tota cognitio fuit, & pronūciatio de tribus capitulis, id est Theodori Mopsuestiēsis. & scripti eius, & Theodori cōtra Cyrilli 12. capita, & epistolæ. Ibæ ad Marin Persam condemnatione, & post mortem quoque anathematismo, quæ de re 14. capitula, seu anathematismi in conclusione totius Concilij facti sunt; quæ capitula, & antea passim extabant actis Concilij interceptis. Multa in Concilio recondita, notatu digna: multæ Vigilij & Pontificum Romanorum epistolæ, atque Iustiniani, & aliorum constitutiones habentur, quæ nunquam antea typis sunt editę: quæ omnia per magni Ecclesiæ Catholicę interest esse salua Vtinam in his preciosissimis Ecclesiæ reliquijs, & vasis curiosiores essent aulici Episcopi quàm in censibus augendis, quamquam vtrumque oportet curare, sed illud magis. Edidimus ante biennium acta tertij Concilij generalis nunquam antea editi, sed quotusquisque non dicam presbyterorum, sed vel doctorum, vel Episcoporum ea sibi comparare studuit? Prostant adhuc omnia fere exemplaria Quis hanc ignauiam, quis hoc veternū, & contemptum rerum sacrarum posteris mandabit? Si malus liber, si hæreticus, si scommaticus, famosus, si lingua vulgari, si inuectiuus prodit, mox è tabernis librariorum quoquo pretio exportatur. Libri optimi, pijssimi, necessarij ad salutem, vel politicā spectātes, in situ & puluere, cum blattis, & tineis volutantur Sed ad rem. Non multo post illud quintum Concilium tempore, catholicam fidem quies habuit, quando illinc Antimum &c. inde Origenem, & eius sequaces, hinc verò Theodorū Theodoritum, & Nestorij reliquias telo anathematis synodi percusserant. Inuenis vetus Zizaniorum sator, ecclesiæ quieti inuidens, quemadmodum ea occultiore via adgrederetur Seueri illius à synodo Constantinopolitana speciali, & nouella Imperatoris xlij. damnati. velut hydræ, & hæresiarchæ Acephalum amputati, quędam capita repullularunt Iulianus Helicarnassensis & Gainus, qui & Seuerita, & Caianiani & Aphtardocitæ dicti sunt, ex eo quod aphtarthon, id est sine phtora & corruptione, & incorruptibile fuisse dicunt corpus Domini nostri Iesu Christi ante passionem Atque id quidem pulcherrimè pietatis prætextu dicere sibi nisi sunt: quorum hæ sunt sententiæ, & earum refutationis à Nicephoro relatæ.

Aptardocitæ dicunt Nos necessitate naturæ, affectiones naturales, & possessiones famem, sitim, fatigationem, angorem, lachrymas, & similia subimus, sed Christus ea omnia sponsè non necessitate perulit Catholici respondent Quāuis spontanea eius passio fuerit, æqualis tamen nostrę fuit, nec potest dici incorruptibile id quod more nostro patitur: & Ioan. Damasc. lib. 4. c. 21. orthod. fid. naturales nostræ passiones (inquit) secundum naturam, & supra naturam fuerunt in Christo. Secundum naturam enim mouebantur apud ipsum, quando permittebat carnē pati, quæ propria Supra naturam autem, quia non præcedebant in domino, voluntatem, naturalia. Nihil enim coactum in ipso consideratur, sed omnia voluntaria. Volens enim esuriuit, volens sitiit, volens timuit, volens mortuus est. Aphthartod. Quemadmodo vos incorruptibile post resurrectionem dicitis eius corpus fuisse, eodem modo nos ante resurrectionem fuisse dicimus, & nihilominus nobis ὁμοούσιον. Catholici contra. Quāuis dicamus incorruptibile fuisse post resurrectionem, tamen id per gratiam non natura incorruptibile fuisse dicimus, non autem ante resurrectionē ne per gratiam quidem, quia ante eam dicitur passus famē, sitim atque alia: itaque nō potest id dici incorruptibile, quod talia patitur: sed post resurre-

Vide Ioan. Damascen. in catalogo hæreseon.

surrectionem nihil tale passum dicitur, aut legitur quòd namque cibum post resurrectionem cœpisse scribitur, non id famis explendæ gratia, sed κατ' οἰκονομίαν, & dispensationem factum est, vt manifestè doceret se ex mortuis resurrexisse. Quomodo & clauorum fixuras ostendit, ne spectrum esse putaretur. Vnde non dicit scriptura, quòd esuriens comederit aut sitiens biberit, sed quòd simpliciter ederit, & biberit: quia tunc incorruptibilis fuerit. Inde quidam putant cibum quem sumpsit, fuisse quasi ab igne diuinitatis consumptum. Φθορᾶς quoque, seu corruptionis verbum duo significare. Primum, naturales, & irreprehensibiles carnis passiones, sitim, famem, mortem, seu animæ à corpore separationem, & similia: ad quem modum corruptibile fuisse corpus dicimus: vt pote ὁμοούσιον consubstantiale nobis. Eas enim passiones sponte, & sua voluntate omnes suscepit Deus Verbum; propterea quòd homo propriè, & verè factus sit. Dicere autem hoc modo incorruptibile fuisse, hæreticum est, & impium. Aliud significatum est τῆς φθορᾶς nempe carnis in elementa resolutio, & destructio, secundum quam significationem, & nos Catholici corpus Domini incorruptibile fuisse dicimus, quod nullum inquinamentum inuadere, & pertingere potuerit, iuxta illud Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem διαφθορὰν, seu destructionem hæc enim phthoras species magis à multis dicitur, & appellatur diaphthora, inquit Damascen. libr. 4. orthodo. fid. cap. 28. vbi locum hunc tractat eodem ferè modo, quo Nicephor. lib. 17. cap. 29 ex quo hæc sumpsimus Eadem sentit, & Cassiodorus in explicatione Psal. 15. Secundum primum significatum dicimus corpus eius post resurrectionem fuisse incorruptibile, sicuti & nostra erunt corpora (Deo dante) post resurrectionem: ante resurrectionem verò secus. Hac hæresis passim totum mundum impleuit, nec idiotas solùm, sed & magistratus & hierarchas, & ipsum adeò orbis Imperatorem Iustinianum. Hæc pluribus exequi volui, quia qui defunctoriè vitam eius descripserunt, in hæresim Eutychetis eum delapsum esse scripserunt: homines ignaui, & veritatis incuriosi, mentiendi veterna ebrij.

Vide Ioan. Damascen. in catalog. hæreseon.

Non defuerunt tamen qui vtcumque piissimum Imperatorem excusatum à crimine impietatis voluerunt. Primùm, quod ita præ nimio Christi amore senserit, seque ita magnificentius de Christo æstimaturum arbitratus fuerit. Nemo enim Trismegisto, Constantino excepto, tanto ardore pietatis flagrauit, vt omnes Historici testantur, idq; templi illius S. Sophiæ structura, quod hodie vnum ex Christo erectis trophæis miraculum pyramidibus ante ponendū Memphiticis extat: quòd assiduè meditatus est de religione, canonibus, rebus diuinis, Ecclesiam, & clerum amauit, fouit, opibus auxit, & donarijs: quòd zelo fidei multa dura constituit, aduersus Hebræos, hæreticos Samaritas: quòd infinita templa aut construxerit noua, aut reparârit collapsa. Sanè cùm ecclesiam in suam hanc deuiam viam adducere modis omnibus tentaret spe frustratus est, tam namque Deus supra firmiore cum muniijt, quàm vt vel ab orbis Imperatore, & domino destrui possit. concuti potest, & affligi, euerti & corrumpi non potest. Magnum profectò Principibus posteris edidit ille documentum minimum eos in euertenda vera religione posse. Vigilius etiam Roma adhuc à g[illegible], cùm ei assentiri ea in re nollet, redire Romam iussus in Sicilia calculi morbo perijt, eique Pelagius successit. Denique edictum publicè proposuit Imperator ciuibus Constantinopolitanis, in quo omnes penè sacrarius relatas aphthartodocitarum rationes inseruit, vt faciliùs persuaderet & peritos, & cùm persuadere se nihil videret, minis & vi agere cœpit, & Eutychium sibi resistentem Patriarcham Constantinopolitanum in exilium misit. Tandem cum & Anastasio Antiocheno Patriarchæ, & alijs sacerdotibus exilij libellum dictaret, inuisibili ictus plaga ex hac vita discessit. Sanè moriturus testamento man[d]asse dicitur restitutionem Eutychij suo successori, vt olim Constantius Athanasij, sed & eum resipuisse piè potius credendum est, quàm malignè de piissimo alioquin tota vita Principe iudicium ferendum, præsertim cum scholæ omnes Christianorum Iurisconsultorum diem ei festum agant singulis ferijs quintis septimanæ, & Ioannes Faber eius nomen in Catalogo Sanctorum legi testatur; & sexta Synodus in Trullo eum felicis quietis, & recordationis nominet, & quotannis multo post eius mortem tempore memoria eius in templo Sanctæ Sophiæ, in publica collecta celebrata sit, atque etiam in templo Sancti Ioannis Euangelistæ Eb[…]si, & quòd ob alia eius egregia in religionem merita, & templi excellentissimi ædificationem, si qua fuerunt eius delicta, ex infinita Dei misericordia fuerint condonata.

Vide Magist. sentent. lib. 3. ca. 15. Vide item Epiphaniū lib. 3 contra hæres. Diacritarum: passiones, & non fi[…]didas ei fe[…]cepisse docere, & Ismaelitas quoque totis 40. annis in deserto se[…]didorum pal[…] exortes fuisse narrant ex traditionibus Iudæorum, & alijs argumentis.

BELLA PER EVM GESTA.

Constituta religione, rectè atque ordine mentem, curamque & labores corporis omnes ad primā omnium rerum sustentationem retulit: militaria, scilicet agmina, seu legiones emendans: veteribus in melius reformatis, nouis verò adscitis, absque tamen publicis expensis, l. 1 C. de Iustiniano Codice confirmādo, vt ipse de se tradidit tametsi non desint scriptores, qui eum diffament, subiectos populos iniustis expensis prægrauasse, dum nimios exercitus, insanam & nouam totius ferè orbis adsciscendi, aut instaurandi insaniam, & vix optandas victorias, animo concipit. Nam quod in legibus componendis sumptus fecit: id nulli vnquam auctorum in querelam venit: adeò tenui sumptu mensa siue salaria, siue ciuiles virtutes contenta sunt: atque vtinam præceptoribus Grammatices, & primorum literarum fuisse non ademisset has ob causas solatia, vt Zonaras solus questus est quæ tamen ab eo restituta fuisse, ex nouella quadam pragmatica, quam extra numerum ex manuscriptis libris restituimus intelligi potest.

BELLVM PARTHICVM, SEV Persicum gestum per Belisarium.

Primùm igitur Belisarium suum quendam equitem, antequam imperaret, fidissimum, ad Daras, & Nisibi proxima loca destinat, deinde illi Hermogenem socias ad hoc bellum exequendū. Inferebatur autem hoc bellum à Cabade Persarū Rege sub prætextu non impetratæ à Iustino adoptionis, quam de Cosroe filio suo per Legatos petierat.

In editione Nouellarū, & additorū, in fine.

Sed Procl. s Iustiniani Paredrus, & Quæstor obnixe dissuaserat. Primam victoriam obtinuit Belisarius in Mesopotamia ad dares, & Nisibim, aliam postea in Armenia: cum & Tzanes Romanæ ditioni subiecit, & Narses Persamenius cum fratre in partes Romanas transiit. Sed quinto mox Imperij Iustiniani anno per Alamundarum Saracenorum Principem, virum in bello fortissimum (qui iam tertio supra anno in Syriam, & locum qui Litargum dicitur, irruperat) itemq; per Azarethum Ducem totius Persarum exercitus, pridie sancti, & magni Paschatis cum omni ieiuno exercitu (ea tum erat Christianorum sanctitas, vt biduo ante Pascha ieiuni vsque ad summam noctem Paschatis absque vllo cibo perdurarent) fusus, & victus est, hoc facientibus (vt credunt) peccatis, & quia exercitus aduersus Belisarij consilium prælium adpetierat. Verum biennio post, id est Imperij Iustiniani anno septimo, tertioq; eius Consulatu post multos belli sudores aduersus, Medos, Persas, & Parthos efferatissimas gentes (cum iam ad Vandalicum bellum inchoandum reuocatus esset Belisarius) pax illa æterna in libris nostris decantatissima, & quæ aperanta Græcè ἀπέραντος εἰρήνη dicta est, depacta fuit intercessu Legatorum Ruffini Patritij, atque Hermogenis Magistri officiorum. ἀπέραντος autem idcirco dicta fuit, quod paulò antea aliam pepigerat Persarum Rex in centum decem annos. Sed perfidus Cosroes decimotertio anno Imperij Iustiniani, ea pace rupta, bellum rursus excitauit, quod cum Romanis periculosissimum cerneret Belisarius: (iam enim in mediam Romanorum ditionem perruperat Cosroes,) summa & mirabili prudentia barbaro Regi persuasit, vt domum rediret, & pacem à Romanis peteret, quo stratagemate non minorem, quam ex capto Gelimere gloriam meruit, si Cedreno credimus. Hic Persicorum bellorum finis fuit.

L. 2. C. de veter. iur. enucl. in princ. & circa fi. Procop. libro 2. Persicorum.

BELLVM VANDALICVM & Africanum.

Septimo Imperij anno Africam tertiam orbis partem, Romanæ iterum ditioni adiunxit, iam per nonaginta sex annos à Vandalis possessam, & crudelissimè habitam. Christianos enim cogebant in Arij dogma transgredi, & rebaptizari: illi verò patientia fortes, Christum & pœnas suas elinguens eloquebantur palam: auctoribus Procopio, & Iustiniano l. 1. C. de officio Præfec. prætor. Africæ ordo hic belli fuit. Post pacem æternam, & aperanton cum Persis factam, reuersus in vrbem, ex Persica expeditione Belisarius, circa veris initium: aut (vt Nicephorus ait) circa solstitium æstiuum, postquam, classi bene dixisset, beneq; precatus esset Epiphanius Pontifex, Belisarius ipse cum Antonina coniuge, & Procopio historico classeq; tota prætoriam, nauem sequentis soluit à portu: ac primum Heracleam, Abydum, Sigeum, Maleam, Tænarum, Methonem, Zacynthum, & inde Siciliam appulit, atque Sicilia ad litus Africanum, eamque partem, quæ dicitur Caputuada in Byzacena prouincia classem sistit, distat is locus à Carthagine quinque dierum iter, atque ita tertio, postquam Constantinopoli egressi erant, mense, in terram descendunt, ibi primum futuræ victoriæ omen sumptum ex loco, alioqui sicco, puteum defosso aquas exercitui reddente, in cuius rei memoriam ciuitas ibi à Iustiniano postea condita. Sequenti die vrbem Syllectum nullo labore per speciem plaustrorum ingredientium cepit Belisarius. Inde per vrbes, Lectum, Adrumentum, & Gressum, rectà petens Carthaginem venit ad Decimum, scilicet Carthaginis suburbanum, ibiq; Ammatam Gilmeris Regis Vandalorum fratrem fudit, & occidit, & per septuaginta stadia magnam Vandalorum stragem edens, ducentum nempe millium: postridie commissa pugna victoriam obtinet in Vandales, qui mox in Bulę campum confugiunt. Itaque postero die Carthaginem ingreditur Belisarius portas vltro aperientibus ciuibus, ac eodem die in Hilmeris consedit throno, & in Delfico est epulatus. Agnoscitur tum vetus prouerbium: Gamma Betam, ac rursum, Beta Gammam persequetur, idest Gensericus Bonifacium Romanum Ducem contra illum missum. & rursum, Belisarius Gelmerum. Finem quoque tum reperit beati Cypriani per visum oraculum fore, vt Basilicę suo martyrio à Vandalis polluta, & occupata, aliquando vindex esset. Tunc etiam verum esse compertum est Vandalorum prouerbiorum, Nullam possessionem perpetuam esse, *cuius occasionem altius repetit Procopius. Belisarius Carthagine, & tota ea diœcesi infinitam gazam; & vasa Hierosolymitana sanè à Tito Romam asportata, & Roma à Genserico rursus Carthaginem, ac immensam insuper pecuniam, longæua pace à Vandalis collectam, cepit, ac Constantinopolim retulit, cum trimestri spatio post captam Carthaginem, captum Gilmerem, vnà Constantinopolim in spem triumphi vinctum catenis aureis adduxisset. Egit hunc triumphum Belisarius quarto Iustiniani Consulatu, ac sequente mox anno Consulatus eidem Belisario est delatus. Renouatus vetus mos triumphandi post sexcentos annos intermissus in totum, præterquam in Tito, Vespasiano, Traiano quoque, & quibusdam priuatis, tantum hic triumphus à veteribus distabat, quod non equestri vt olim sed tantum pedestri pompa processit triumphans Belisarius, à domo sua vsque in Hippodromum, locum scilicet habendi Senatus: vbi omnem regiam gazam, vasa; & thesauros exposuit, & Reipubl. reddidit, ad summam multorum millium talentorum, quæ omnia in reparando postea Sophiæ templo Imperator impendit. Vasa autem Iudaica Hierosolymæ Ecclesiæ transcripsit. In eo triumpho fertur Rex Gelimer lingua sua exclamasse cum Sardonio risu, Salomonicum illud:* Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Nam & Iustinianum solito more supplex catenis vinctus aureis adorare iussus est; ipso præeunte Belisario, ad præstituta regia dignitatis solatium multum hæc historia illustratur ex l. 2. C. de officio Præf. Prat. Afr. scripta ad eundem Belisarium magistrum militum per Orientem, Iustiniano A. IIII. & Paulino Consulibus: sed aliquot annis mox in Africa, bella quæ videbantur sopita instaurari cœpta, & bellum aduersus Maurusios Duce primum eodem Belisario mox Narsete diu gestum, & tandem confectum, quod latius exequuntur Procopius.*

& Ala-

& Agatias. *Perpetua dignum illud memoria est, Maurusios originem traxisse ex priscis illis gentibus in Pentateuco Mosis recitatis, Geresais (inquam) Iebusais, & alijs quas Iesus Naue à Phœnicia Sidonia Aegyptum usque fugauit; qui nec ab Aegyptijs recepti ad Libyam transgressi, sedes illic habuere, & duos lapideos titulos, cum hac insculpta sententia supra fontem statuere.* Nos sumus qui fugimus à facie Iesu latronis filij Naue.

BELLVM GOTHICVM ad Romam, & Italiam.

Belisarius *tot trophæis nobilitatus, quo anno Consulatum gerebat, maiora iam sperans, in Italiam mittitur, sub specie quidem compescendæ Theodati aduersus Amalasuentam tyrannidis, reuera autem spe, & fiducia è manibus barbarorum eripiendæ urbis Romæ senioris, & totius Italiæ. Ac primum in Siciliam traijcit, eamque in Romanam ditionem recepit, inde in Campaniam veniens Neapolim vi expugnat, nulli neque sexui, neque religioni parcens, quæ res haud ei postea prosperè cessit. Interea in locum Theodati mortui electo Vitige Rege Gothorum, Belisarius Romam petit, eamque vacuam populo & Pontifice ultro portas pandentib. & prodentibus sine labore, sine cæde, & sanguine ingreditur porta Asinaria, quæ Cœlimontana, cum iam Gothica multitudo noctu per portam Flaminiam egrederetur, & Rauennam fuga peteret. Belisarius claues ciuitatis Imperatori mittit anno Imperij eius XI. & postquam a Gothis occupata fuerat LX. mense Decembri. Sed totum sequentem annum à Vitige obsidetur idem Dux, ubi duo extrema mala passus est, unum hostilem, & inuisam famem, ac mox tertium, & necessariò consequens, pestem nempe post* Λιμὸν λοιμὸν. *Verum desperatam tandem obsidionem Gothi soluentes, re infecta abeunt: quos sequente anno persequens Belisarius, prælio commisso deuicit, & in eo captum rerum Regem Vitigem Constantinopolim rediens, publicè ceu vile mancipium exponit, ac inde iterum in Africam contra Vandalos mittitur, quo victo Romam recta redit, & auream crucem 100. librarum Sancto Petro per manus Vigilij Papæ obtulit. Insequutum est post hoc bellum Gothicum secundum, aduersus Totilam, qui & urbem Romam post diutinam, usque ad humanam carnes redactam famem accepit, ac sine controuersia aliquamdiu habuit, sed opera peritissimum Narsetis Eunuchi, qui Longobardorum ad id auxilia adsciuerat è Pannonijs, non minore fœlicitate gestum, & confectum est, quam superiora Belisarij. Nam Totilam interfecit & vestimenta eius regia cum corona aurea gemmis ornata ad pedes Iustiniani iussit offerre præsente Senatu. Aliud quoque contra Teiam Regem gessit, ac tandem quintum Romam recepit. Illius victoriæ epinicia, seu nunciationes, Constantinopolim venere anno Imperij Iustiniani 24. mense Augusto, ut narrat Cedrenus. De hoc vero Narsete superest Romæ vetus inscriptio rerum ab ipso gestarum testis:* Imperante DN. piissimo, ac triumphatore semper Augusto Iustiniano, Ann. XXXVIII. Narses gloriosiss. ex præposito sacri palatij Exconsul, atque Patritius, Post victoriam Parthicam ipsis eorum Regibus celeritate mirabili, conflictu publico superatis atque prostratis, libertate urbis Romæ, ac totius Italiæ restituta, pontem viæ Salariæ usque ad aquam, a nefandissimo Totila tyranno destructum, purgato fluminis alueo, in meliorem statum quam quondam fuerat, renouauit. *Sunt autem qui putant pro Parthicam legendum esse, Gothicam, & Reges Gothos intelligi Vitigem, Totilam, & Teiam. ita igitur tria maxima bella, Persicum, Africanum, Italicum, ope duorum Ducum Belisarij & Narsetis fœlicissime confecit Imperator noster, eaque laus ipsius propria est: quamquam enim nulli ipse bello interfuit unquam, tamen consilio, & prouidentia in his maxima perhibetur usus. Quis autem fœlicior fuerit, Belisarius Narses haud dictu facile est, uterque sane suo Principi fidelis fuit, ad eo ut Gothos regium diadema sibi offerentes sæpe procul auerti Belisarius, & iusiurandum Principi præstiterit nunquam se illo viuo altiorem, quam Ducis dignitatem admissurum. Iustinianus verò quanti illum faceret, demonstrauit eo numismate, ex cuius altera parte nomen suum, ex altera istud:* Belisarius Romanorum gloria. *De Narsete vero ferunt tanta eum religionis, & pietatis fuisse cultorem, ut omnia sua ad Dei numen referret, & ita Deigenitricem veneraretur, ut illa illi semper in ipsis committendi prælij articulis manifeste appareret, nec prius prælium committeret, quam illa annuisset. Sed ipsi cum Belisario haud per omnia in bello Gothico ad Mediolanum conuenisse narrant, ut assolet inter æquales, & insignes belli Duces rara esse concordia, tacita vero, & frequens emulatio. Itaque ambobus uni bello incumbentibus alterutrum reuocare cogebatur Imperator. Gessit is & alia bella aduersus diuersas gentes, ut Tzanos, Alanos, Illirios, Hunnos, Bulgaros, sed præcipua indicasse sat est.* Suidas in Lusitanc.

LEGES ET CONSTITVTIONES ab eo retractatæ, aut nouæ editæ.

Post *assecutum armis Imperium, omnem curam est uertit ad pacis tempus rectis legibus gubernandum. Priorem Codicem secundo Imperij anno inchoat, tertio perficit, quarto Digesta ex omni vetere iure enucleato colligere, & digerere incipit, septimo tandem Imperij anno complet, & eodem ferè tempore geminum legum volumen edit Digesta & Institutiones, primam iuris Isagogen continentes breui, & simplici via, & generatim ista enarrantes, ac tandem octauo Imperij anno priorem suum Codicem ex tribus veteribus confectum retractat, & numero sacratarum a se interea temporis 50. decisionum, & aliarum constitutionum auctum promulgat sub nomine Repetitæ prælectionis, seu secundæ editionis. Hæc omnia cuiuis cognoscere promptum est ex cõstitutionibus singulis iuris voluminibus præpositis. Tandē verò his tribus voluminibus, i. Institutionibus, Digestis, & retractato Codice, ne sic finem aut modū legibus imposuit, sed sequentibus subinde annis varias edidit Nouellas, & edicta, & formas, quæ tandē in vnū volumen collecta Codicē ferè sequarum, nec defuerunt, qui (quod Tribonianus ab auaritia male audijt, & leges pretio fixisse, & refixisse im*

xisse in suspitionem venit) crederent nouellarum numerum hanc pessimum ob causam excreuisse. Sed hi paulo inquietes sunt, in Iustinianum quoque ipsum censores. Nec ferendi, imò scuticis, aut omnibus laqueis corrigendi, qui cum se Iurisconsultos profiteantur, blasphemas in Legislatorem, & eius Consiliarios consistorianos, qui illi in legitimo opere perficiendo ministrarunt, & militarunt, exerunt, homines importuni, nihil præter fœdam oris colluuiem præ se ferentes, heri Grammatistæ, & puerorum castigatores, & si dijs placet orationum Ciceronis interpretes, hodie Iurisconsulti; heri togati, hodie risca & sagati, & catapultati, heri in dilucidis interuallis, hodie planè furentes, qui hæc omnia in optimum Principẽ, & eius ministros Tribonianum, Dorotheum, Theophilum, Thalelæum, & cæteros conuicia scelerate euomunt, & sceleratiore consilio comminiscuntur, vt inducto legum sanctissimarum primũ contemptu, deinde odio, suas soli Hermagoreas constitutiones venditent, & Gallias cæterasque prouincias quibus se excidisse dolent, ad Montanensium vicinorum anarchiã, & anomiã redigant, quibus stolidi quidam nihil pretiosi præter sericam gestantes, tacite subscribunt, melius nobiscum actũ iri dictantes, si quorundam Heluetiorum more, leges omnes abijceremus, & in singulis ciuitatibus vno magistratu, seu iudice vteremur, qui ex media plebe addictus, controuersias omnes ciuium, & peregrinorum, uno die, seu bene seu male terminaret, rescissis omnibus dilationibus, nemini concesso procuratore, aut patrono, nullo adhibito Assessore, nulla legum Romanarum prudentia, quas litium vocant fomites, sed solo communi, & proprio sensu adhibito. O insensati, & ἀνόητοι Galatæ, libet cum diuino Apostolo exclamare Quis vos fascinauit? Sed hæc isti apud suos Alpinos aut Heluetios aut admiratores declamitent, nobis ne quicquam hæc insusurrantur. Frustra tenditur rete ante oculos auium præpetum, & pennatarum. Atqui (inquiũt) quã insignis audaciæ fuit Tribonianus, qui quod Cicero, quod Iulius Cæsar, quod Pompeius (Isidoro teste bono quidẽ certe, vt istis ilia rumpantur) quod multi retro Principes Constantinus, & Theodosius, & hi quorũ tempore Gregorianus Hermogenianusque Codices editi sunt, ad effectum ducere ausi non sunt, imperitia potius quæ audaciam parit, quam doctrina, quæ diffidentiã, aggressus est? quod illis ætate illa ingeniorum feracissima, in tanta legum paucitate & elegantia arduum uidebatur, huic sæculo iam labente, & infœlice, in tanta librorum multitudine, facile visum est per insuetum iter, & medium profundum ire? Quid aliud, inquis, ex illa legum digestione consecutum est, quam vt duodecim tabulæ, aliæque leges innumerabiles, & edicta Prætorum tot præclaris Iurisconsultorum commentarijs enucleata, cum infinitis Iurisprudentium responsis interciderint, ac penitus interim, nullo quippe illis vsu relicto, omnique illis detracta iuris auctoritate? Quis eos postea libros describi pijsset, ad nudam uetustatis, & historiæ memoriam? At non tanti quis amat, antiquas (ut ipse Iustinianus appellat) fabulas. Hæ fere sunt istorum hominum querelæ, qui se quorundam doctorum hominum, qui nostra ætate in pretio fuerunt, exemple, auctoritateque tegunt. Budæi, Politiani, Erasmi, Alciati, Baronis, Duareni, Aegidij quoque Perrini & aliorum, quos fatemur in hac re parum cautos, & oculatos fuisse, & facile se inclinasse in Budæi sententiam, ob summam hominis auctoritatem: qui tamen non satis iurisprudentia instructus, & ad solam linguam Græcam in Gallijs illustrandam natus, tam præceps iudicium, immusicus de musicis, facere non debuit. Multa enim præclara ingenia scio his querelis permota, aut ad Theologia, aut Medicinæ, aut Philosophiæ inertis, & languentis studia, a studij iuris limine esse auersa: quæ tamen sola est vera; & inaffectata Philosophia. Verum aduersus hæc audiant isti querul[i] barbatuli, ne digni quidem, qui Græculi (eodem quo Tribonianum contemnunt, nomine) laudentur, audiant (inquam) non mea, sed Tertulliani uerba, ex castigatiore libro eruta.

NONNE (inquis) & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmonijs emendatæ, tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso uindicarit? Nonne & vos quotidie, experimentis illuminantib. tenebras antiquitatis totam illam ueterem, & squallentẽ syluam legum, nouis principalium rescriptorum, & edictorum securibus, truncatis & cæditis? (Senatum enim alloquitur.) Nonne vanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogũt, quã Iuliæ matrimonium contrahi, post tanta auctoritatis senectutem, heri Seuerus constantissimus Principum exclusit? Sed & iudicatos in partes secari a creditoribus leges erant: consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, in pudoris notã capitis pœna conuersa est, bonorũ adhibita proscriptione. Suffundere maluit † hominis sanguinẽ, quàm effundere. Quot adhuc nos repurgandæ leges latent? quas, neque annorũ numerus, neque conditorũ dignitas cõmendat, sed æquitas sola? Et ideo cum iniquæ recognoscuntur, meritò damnantur, (licet dãnent) cum modo iniquas dicimus, imò, si nomen puniunt, etiã stultas. Non adeo igitur mirandum est, si nouis experimentis illustrata Iustiniani ætas, totam illam squallentẽ, & densissimam, & in uiã ueteris iuris syluam infinitis responsis, legibus, & constitutionib. inutilibus velut infœlicibus & putridis arboribus resecatis, patefecit, & omnib. fecit peruiã, & si in locum demortuarum, aut aridarum nouellas leges, quasi nouellas plantationes, neq; vitulamina substituit. Sed amabo te, bone vir quid garrio de xij tabulis, legib. innumerabilibus, edictis, & Iurisconsultorum commentarijs? Anno tum putas in omnium manibus fuisse? Falleris (ut uideo) uehementer, & tametsi cum Budæo forte, aut alijs falleris. Perierant hæ iam leges & hi libri, in Gallijs, & Hispanijs ab incursionibus Francorum, et Gothorum, qui iam tum suas fundare cœperant, & pro Theodosianis, iam recitabantur in iudicijs Theodoriciana, tam (inquam) Leonis, & Anthemij tempore, quo vixit Sidonius harum rerum idoneus, & oculatus testis, quæ restabant in Gallijs iuris Romani reliquiæ? Codex nempe Alaricianus (quem breuiarium Alarici studiosi nunc uocant) in quo pauca, & infœliciter truncata membra extante trium Codicum Gregoriani, Hermogeniani, Theodosiani, cum aliquot Pauli sententijs, & nimium angusta,

† Scilicet consensus publicus.

Insti-

Institutionum Caij, & semibarbara recitatione, tum aliquot Vlpiani fragmentis, & Papiniani responsis, quibus lex Salica Francorum, mox lex Ripuariorum & Alemannorum, atque Clotarij, & Chilperici aliquot edicta subijciebantur, & cuius ſ.i.o di libri manuscripti, nunc passim habentur. In duabus summum, aut tribus bibliothecis latebat integer Theodosianus Codex. In seniore vero Romana vrbe quid supererat, non a Genserico vastatum aut incensum, aut Carthaginem, vbi sedem Imperij Hannibalis inceptis inhaerens transferre cogitabat transportatum? Pauci. libri extabant, qui in scholis ab antecessoribus legebantur, quos recitat Iustinianus in procemio Digestorum. Imo nec tum Vlpiani ad edictum libri, aut Pauli, aut Caij per se, aut separatim inueniebantur, sed inter se ad eum fere modum, quo in Digestis leguntur, interpolati, quod & ex titulo finium regundorum, qui in libro de limitibus agrorum extat, coniicies; quem non ex Digestis Iustiniani sumptum esse probabile est. (cum idem titulus ex Codice Theodosiano, non ex Iustiniano illic recitetur) sed ex farragine eiusmodi librorum, qui tum in scholis habebantur. Quid vero improbe summum Triboniani iudicium, & ingenium omni scientia iuris exundans, laceras? quid ex audacia imperitiam arguis? Confer illa fragmenta veterum Iurisconsultorum, quae superioribus annis edidit doctissimus Phythoeus, cui hoc nomine maximas debemus gratias, & deprehendes cum summa religione, & subtilitate, auctoribus suam orationem, & dicendi stylum conseruasse, & superflua dumtaxat, aut alio loco dicta aut abrogata truncasse, aut mutasse, atque ad aequitatem quae suo tempore obtinebat, omnia summa ingenij dexteritate accommodasse. Tibi profecto pollices citius abscinderentur, quam vt tota aetate tua simile quid posses praestare. Neque vero ad Triboniani laudem, vel longis spatijs accedit Anianus, siue quis alius breuiarij Alariciani collector, qui cum Triboniano comparatus, nullius prope iudicij, summa vero negligentiae scio, damnabitur. Equidem postquam eiusmodi, atque alia quaedam fragmenta vetustatis cum Iustiniano iuris corpore conferre coepi, ardentiore, quam ante hac studio corpus illud amare, colere, exosculari institui, velut infinitae aestimationis thesaurum, non iuris modo, sed religionis, sed historiae, sed antiquae disciplinae, totius memoris maiorum, & super haec, velut locupletissimum Latini sermonis penum, & supellectilem, tandemque reperisse me gauisus sum quod Budaeo, & caeteris opponerem, quaerentibus immensam legum multitudinem, velut ab inclementibus Medicis ad viuum, resecatam, & accisas nobis Pandectas verius, quam compendiosas fuisse datas, & in his compendiis dormitasse magis auctorem, quam sub compendio digessisse. Id ergo Budaeo, & alijs oppono, quod ipsemet Imperator verissime praedicat in l. tanta. §. mirabile. C. de vetere iure enucleando. Tribonianum tantam librorum copiam, nulli nec labori, nec sumptui parcentem praebuisse, in quibus etiam permulti essent ipsi eruditissimis hominibus iam a ducentis annis incogniti, vt merito antiqua multitudo egena videri posset prae opulentia Iustinianea breuitatis. Ac ne quis Iustinianum mentitum dicat (nullam enim isti reuerentiam, nec praeteritis, nec praesentibus Principibus deferunt) legat constitutionem Theodosii in Codice Theodosiano, De responsis prudentum ac ex ea agnoscat, quinam tum libri veterum prudentum in iudicijs, & hominum manibus haberentur. Papiniani, inquit, Pauli, Caij, Vlpiani, atque Modestini scripta vniuersa firmamus. Et post pauca. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus, atque sententias praedicti omnes suis operibus miscuerunt ratam esse censemus, vt Scęuolę, Sabini, Iuliani atque Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. Vides in partam antiquitatis illo tempore opulentiam? nedum Iustiniani temporibus, quibus iam Imperio Gallię, & Hispania ipsa, ac ipsa Roma, hoc est Imperio iam Imperium perierat. Attamen quinque dumtaxat iuris auctorum integra volumina extitisse significat Theodosius, cętera aut perisse, aut in latentibus, ac abstrusis incognitis latuisse. & nisi quod eorum sententia pręcipuorum quinque pręfatorum libris essent immissę. Atqui praeter hos Tribonianus ex tenebris, & thesauris eruit Iuliani, Scęuolę, Alfeni, Proculi, Labeonis, Neratij, Iauoleni, Celsi, Pomponij, Valentis, Męciani, Mauriciani, Clementis, Africani, Marcelli, Florentini, Venuleij, Tertylliani, Trifonini, Callistrati, Marciani, Hermogenis, & aliorum integram scripturam, & eam pene totam in Digesta transfudit. Non inficias imus è re posteritatis fuisse, iuris abrogatis codices, & ipsas duodecim tabulas, & totum Praetoris edictum integrosque & continuos ad id commentarios saluos, & superstites, etiam post Digestorum editionem extitisse: & hanc veterem in limo ranae cecinere querelam. At nulla Iustiniani culpa perierunt, sed temporum, seu, vt verius loquar, hominum auaritia, ac inertia, qui posterioribus vixere temporibus. Nam pridem exsibilatum est hominum horum mendacium, qui iussu Imperatoris nostri crematos esse hos omnes veteres libros tradiderunt. Quę (stulte) amentia est, in pijssimum Principem conferre, quod iusto Dei iudicio adscribendum est? vt propter posteritatis ingratitudinem barbaros immiserit, qui nobis totius virtutis, & ciuilis philosophię vetera monimenta eriperent, & è rerum natura delerent vt quondam priores tabulas coram ingratis populis confregit Moses? Quid enim nobis vobiscum est, libri venerabiles sacri codices, bonę leges, optimi canones? si loquimur Christiani, viuimus Turcę? si periurio, & sacrilegio ambibimus magistratus, adsessuras, iudiciarias sellas, Episcopales cathedras, dignitates ciuiles, ecclesiasticas? Quid verò nobis, & vobis, si cum vestri similes, nec sanctitate, nec auctoritate inferiores habemus. hos nec legimus nec habemus, aut si forte commmus, id dicis, & ostentationis causa facimus, & clausos, & deauratos in scrinijs, & vinculis detinemus, neque legentes ipsi (quia aliud agimus, aliud simulamus) nec petentibus vtendos dantes ne nouitatis, & elegantiae nitorem amittant, aut fidem commodato petentium sequi metuentes, aut quid venalitatem subitaneam cum volumus vendere, remoretur? Quid si maior pars eorum, qui populo moribus, vita, religione, sanctitate, doctrina pręsunt, instructissima habent stabula, plena equis

Hispa-

Google

Hispanicis, Turcicis, Illyricis, Neapolitanis, culinam omni ferculorum genere refertam, auri, argentiq; copiam & abundantiam, usque ad ædificiorum insaniam luxuriantem: bibliothecam verò, aut nullam, aut ita angusto loco, & ignobilibus libris refertam, & impressis, & imperfectis libris squallentem ut ne decem quidem aureis communiter distrahi possit. Hæc sanè avaritia vulgatam nobis editionem sacræ bibliothecæ: (sic enim veteres locuti sunt) intercepit, i. Latinam septuaginta interpretum, quæ usque ad Hieronymianam auctoritatem meruerat, & postea ne ab ipso quidem abrogata est. Non enim, inquit, sic nova cudimus, ut vetera destruamus: sic hexapla, & octapla Origenis, & Pamphili ecclesiis perire sinit. Eadem avaritia hactenus D. Chrysostomi, Cyrilli, Origenis, & Con illiorum Græcorum atque auctorum editionem remoratur. Iam, quid de beneficiorum venalitate dicam? Nulla non pagina Quintinus noster invehitur in profanos, & amicos pseudo episcopos omnibus suis de iure canonico cõmentarijs, nundinationes beneficiorum, & coemptiones detestatur, nec eą de re Rebuffus, homo licet meticulosissimus, silere potuit, non Budæus, non utriusque iuris auctores non ignobiles, certatim omnes à Simoniacis opprimi ecclesiam legunt, quotidie declamitant in Simonianos publicè concionatores, id est eos, qui prece, ambitu, pretio, malis artibus, sacerdotia emunt. Non enim solus nummus Simoniacum facit, Augustino sanctissimo teste. Sed dum in Simoniacos manifestè agunt, tacitè videntur continere in Iudaitas, odio dignos maiore. Nam ut posterius emere Dei, & Spiritussancti gratiam pretio nisus est Simon ille Magus, ita prius hæreticorum omnium princeps Iudas ille vir Scariotensis eandem gratiam, & gratię substantiam se vendere posse speravit, & multis post se exemplum reliquit tot ac abominationis complementum. Emit aliquis Episcopatum, Sacerdotium, Curam, Abbatiam, Prioratum Malum factum. Sed cedo à quo? obmutescis, non vis ponere os in cœlum, & dicitur. Nonne qui vẽdidit, & tradidit ille maius peccatum habet? Vix enim accidere potest, imò ne accidere quidem puto ut maiores Sacerdotes, & Archiepiscopi sint dignitates emant. Cur ergo quod gratis accepisti, gratis non das? Sed de his brevis est sed formidanda S. Blasij sententia in Nomocanone, ad Episcopos, qui ei suberant. Nolite, inquit, imitari Iudam, prodentes accepto pretio, eum qui semel crucifixus est pro nobis, Neglegitis? Ecce & prædia ipsa vestra, vestræq; manus, quæ tales accipiunt fructus, appellabuntur voce illa divinitus prodita AKeldama, quod est ex Chaldæo Latinè interpretatum ager sanguinis, seu pretium sanguinis, ut in Actibus Apostolorum habetur. Sed priusquam hunc locum concludamus (quem surdis profectò canimus) quid de sui sæculi morib. scripserit Theodorus Balsamon, deq; Græcatum ecclesia quam Deus merito afflixit corruptela, confessus sit, audiamus. Is Nomocanonis tit. 1. c. 24. De his qui gratis ordinantur, hæc scribit ad verbum: Quod laici puniantur, qui datis pecunijs, sacrorum, & venerabilium locorum administrationes suscipiunt, ex præsenti novella Iustiniani 123. constat. Sed quis nam nunc laicus citra dationem, aut procurationem sacri loci, aut ministerium ecclesiasticum suscipiat, aut clericus fiat, aut in cellam monasticam admittatur, ignoro. Ac propterea flexis genib. Deum oro, ut nos ab istiusmodi minis liberare velit, clamans: Si iniquitates observaveris Domine, Domine, quis sustinebit? Sed ad Iustiniani gesta redeamus.

SEDITIONES VARIÆ, itemque coniurationes adversus Iustinianum.

De libellis adversus Barbaros gestis supra dictũ est, quæ fœliciter confecit, nec minus sanè iustè. Prodest (inquit) Theodosius, gentes barbaras nostri nominis Imperio mancipari. & Aristo. 1. Politicorum ait veteres poetas dicere, βαρβάρων δ᾽ Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, quum esse regi barbaros à Græcis, & servire Græcis, quasi idem sit natura barbarum, quod, & servum, & rectè Dei spiritu instructa mater nostra Ecclesia sic precatur in sancta magna Parasceue. Oremus & pro Christianissimo Imperatore nostro, ut Deus & Dominus noster subditas illi faciat oẽs barbaras nationes ad nostrã perpetuam pacem: & postea respice ad Romanum benignus Imperium, ut gentes quę in sua feritate confidunt potentię tua dextra comprimantur. Sed motus & seditiones civiles, & intestinas, ut solent esse periculosiores, ita & maiore cum sceptri sui periculo, & vitæ, capitisq; discrimine, Deo tamẽ iusto tandem Imperio favente, compescuit. Cæterum sicut seipsum sacum, & intus rebellantem vincere summa, & longè omnium victoriarum est optima, ut ait Plato 1. νόμων, ita & bella seditionemq; domi, & in regia urbe excitatam sedasse, siderũ auxilio Ducum maxima æstimanda est gloria: atq; ut ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιος Homero dicitur, idest, ut singula singulis reddam, exigens, exlex, exlar; seu solivagus est, qui civili sanguine delectatur ita ex diverso, velut optimus ille Dux à Theognide laudatur, qui in bello civili fidelis, & sanus, & moderatus est:

πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῇ Κύρνε διχοστασίῃ.

Ex multis sedi ionib. quę in ipsis temporibus inciderunt, principem locum obtinuit, & tempore, & facinoris novitate, atque audacia, ea quæ NiKa nominata est à synthemate, seu verbo, quo se in strage facienda intercognoscerent partes Belli Persici tempore quinto Imperij Iustiniani anno, Hypatius & Põpeius sororis Anastasij filij à populo levissimo ad Imperium expetiti, necnon & Probus, & alij Kal. Ianuarijs adscitis secum multis è nobilitate coniuratis Iustinianum dolo adoriri tentant, perq; dies interim quinos urbem ipsam regiam ferro, & igne miscent, nec ecclesiasticos viros, qui cum sacris vestib. & crucibus, & evangelijs, in medium procedebant, metu numinis eos sedaturi, veriti sunt, sed sine discrimine fandi atq; nefandi promiscuè ceciderunt & plebem ex fenestris lapides iactantem, unà cum domib. igne subiecto suffocarunt, & cum Herulis à Iustiniano immissis acerrimè pugnarunt. Sed dum quinta die Hypatius in palatium ipsius invadẽdi causa ascendit, & in Hippodromo thronum imperialem conscendit, ex quo Imperator ludos spectare solebat,

Lib. 1. politic.

Plato. νόμων.

solebat, non multo post spatio ante fores captus, & post ipsum quoque Pompeius, postera die vterque à militibus cæsus, & in mare proiectus est. socijs coniurationis mox proscriptis, & triginta millibus ex plebe trucidatis. Sunt qui & quadraginta millia exprimant, alij vt Cedrenus triginta quinque, atq; omnis hæc seditio ductu, fide, & opera Belisarij, & Mundi, addit Cedrenus, & Narsetis Ducum, & militum, quos ille ex Persico, hic ex Illyrico bello reduxerat, vt meritò in eos superius illud Theognis distichon cani possit. Rei totius originem altius repetit Procopius. Plebes vrbanæ (δῆμοι.) iã tum in singulis ciuitatibus diuisę erant in factiones duas, Prasinos, & Venetos, fullonica colorum nomina, quasi hodie dicas virides, & Phœniceos, quos vulgus Gallicum Blauos vocat: communis tum hic erat animarum morbus haud secus, ac in Italia Gibellinę, ac Guelfę partis, quæ die seditio exarsit, ludi & spectacula erant. Quidam fortè (vt ferè fit) ex alterutra parte tumultuabantur: quos cùm magistratus sedare vellet, & nec obedientes ad supplicium traheret, reliqui, vel eiusdem, vel diuersę factionis asseclę (mirè enim tum consentiebant partes ad turbandã quietem publicam) extrahebant, & vi è manibus lictorum, & ex carcere eos qui ducebantur abducebant, apparitores, & officia interficiebant, vrbem incendebant, tantumq; fuit incendium, vt S. Sophię tẽplum, & chartophylacium, vnà cum publicis alijs ædificiis, Sanctus Irenes, Xenonibus, Sampsonis, & Eubulicum infirmis, item porticus Xenssippi cum suis statuis, in quibus erat & Homeri, & cum aliis leonibus ęreis, & marmoreis penitus igne absumerentur. Tandem postquam de coloribus certari desitum est, tum aduersus Rempub. palam conuersę partes, Ioannem Cappadocem Præfectum prętorio indoctum hominem, nequam simul & auarum, necnon Tribonianum Pamphylum, virum quidem doctissimum, vt abundè supra diximus, sed leges venum exponentem ad cędem petere, omniq; genere conuiciorum palam proscindere cœperunt. Eo metu Iustinianus territus, ambos magistratu abdicare iussit. Phoca in Ioannis, Basilide in Triboniani suffectis locum. Sed & Theodora maritum iam de victoria desperantem, & de fuga cogitantem, forti & supra sexus imbecillitatem generosa oratione retinuit, non decere Principem simulatque purpuram deposuerat, vel alterum diem viuere, & illud Isocratis dictum vsurpauit, Prẹclarum esse in sepulchri elogio Imperatorem inscribi. Reuocato ita ad spem meliorem Iustiniano seditio postea sedata est eo, quo dictum est modo, sed non sine cruentissima miserarum plebium nece: quo exemplo moueri debent si qui sunt, omnibus ætatibus seditiosi, non temere in Principem, aut eius proceres tumultus, & seditiones excitare, nisi & eundem tandem velint exitum experiri.

Lib. 1. politic.

Plato. νόμων.

In orõne. [illegible]

Sed non semel ob has Prasinorum, & Venetorũ, qui & Cyanes dicebantur, factiones, seditio mota est: sed iterum anno Imperij eius 22. Cedreno teste, in qua & ædificia multa incensa sunt, & magna cędes facta, & iterum anno 24 quum rumor esset in vrbe Constantinopoli tana, mortuum esse Imperatorem (nam is ob dolorem capitis, domi clausus neminem videbat) plebes diripuerunt subitò panes ex tabernis & circa horam tertiam non inueniebatur panis in tota vrbe: clausaq; erant ergasteria, & susurrabat palatium quia nemo ex Senatu videbat Imperatorẽ, eo quòd dolorem capitis pateretur. Inde vulgò mortuus credebatur. Interea circa horam nonam vespertinam fecit Senatus consilium, & miserunt Præfectum, qui iussu Imperatoris ignes accendit per totam vrbem, vt essent iudices sanati è morbo Imperatoris quo inuento sedatus est tumultus postea Eugenij ex præfecti domus publicata est iussu Imperatoris. Is enim Eugenius per calumniam detulerat, nec probauerat Georgium, & Etherium curatores constos esse facere Imperatorem Theodorum Petri magistri filium.

Diaconus & Cedrenus.

συνκλυτον.

Anno rursum 35. cum agon Hippicus fieret Prasini Venetos adgressi sunt, & multas ediderunt strages, quos postquam in ordinem subegit Imperator varijs adfecit supplicijs. Narrat enim ex Procopio Nicephorus lib. 17. cap. 31. Iustinianum quoque ipsum Venetæ factioni addictum fuisse, adeò vt illos palam delinquentes, & cædes tota vrbe edentes non modò non puniret, sed præmijs etiam muneraretur, quæ res odium, & diuturnitatem seditionum vehementissimè aluit, & accendit: tametsi nonnunquam, & serò tandem in Prasinos quoque delinquentes animaduerterit. & Zonaras ait in prima seditione, quæ Nika dicebatur, Iustinianum Venetam partem in suas partes multis largitionibus pellexisse.

Sed tandem anno trigesimosexto eiusdem Imperij, multorum & potentium insidiæ in Imperatorem factæ sunt, consiliumque eius occidendi captum. Marcellus enim, & Ablauius, & Sergius fuere argyroprata totius coniurationis Duces. Sed Ablauius per Eusebium exconsulem, & Ioannem Rationalem, quibus vt amicis secretum indicarat, detectus, & Imperatori delatus comprehensus est Marcello sibi manus inferente, Sergio verò in templum Blachernarum asyli causa fugiente, qui inde abductus, & Procopio vrbis Præfecto traditus de se confessus est. Insuper & Belisarium inter conscios nominauit, quo cognito, Imperator ira ita in Belisarium exarsit: & die quinta mensis Decembris fecit silentium (erat vna ex duabus conuocandi Senatus speciebus, vt docet Iulianus epitomator in nouella sexagesimasecunda de ordine Senatorum, & consultationibus. Altera enim species consultatio dicebatur, vt hodie apud Francos parlamentum; alteri scilicet speciei, id est, silentio, hoc est extraordinaria Senatus conuocationi oppositum.) In hoc silentium adducto Eutychio Patriarcha, iussit Imperator recitari confessiones eorum, qui Belisarium inter coniuratos nominauerant: quo silentio peracto, omni satellitio spoliatus Belisarius domi se continere ab Imperatore iussus est, addita ei custodia, sed aliquot post mensibus omni custodia remota dimissus est, omni pristina dignitate recepta. Sunt qui scribant, inter quos est Zonaras, eum inclusum domi mortuum, & mortui bona in fiscum fuisse redacta. Secundo eiusdem Imperij anno Samaritani, & Iudæi in Palæstina Imperatorem sibi Iulianum quendam creantes, armis in Christianos commotis, rebellarant: quos deuictos Iustinianus in ordinem redegit decollato Iuliano: quæ occasio fuit seueras in Samaritas, & Iudæos leges ferendi: Iterum anno eiusdem vigesimonono Samaritæ, & Iudæi in Cæsarea Palęstinæ sub specie

Prasina, & Veneta factionis multos Christianos interfecerunt, & eorum bona diripuerunt, & Stephanum ipsius ciuitatis Praefectum in praetorio peremerunt: eos Imperator per Adamantium magistrum militum, partim suspendit, partim decollauit, alios verò debilitauit, & publicauit.

KTIMMATA, hoc est, ÆDIFICIA & constructiones Iustiniani.

T*Anta est Iustiniani in templis, ciuitatibus, locis veneralibus, publicis, priuatisque, portubus, balneis, pontibus aedificatis laus, vt hic titulus septem meruerit apud Procopium tractatus, ac primum locum tribuit templo S. Sophiae. Hoc enim diuinae excellentiae aptissimum nomen ei imposuerant Byzantij; quod in perditissima quidem seditione NiKa penitus conflagrasse, & in cineres, & carbones redactum fuisse ante praediximus. Si quis tamen persuadere posset, aut exemplar oculis hominum proponere eius, qua à Iustiniano instauratum est pulchritudinis, optassent sanè homines prius illud interire, vt denuò longè pulchrius instauraretur. Vtinam verò aut Itali, aut Germani, aut Galli qui eam vrbem quotidie adeunt vana curiositatis studio, & foeminarum atque virorum, & aliarum rerum minutarum vestitus schemata, effigies ad viuum effectas, in Occidentem adferunt, aliquam, vel rudem illius templi delineationem nobis typis excudendam curarent. Non ita laboraremus in Procopij, Euagrij, Nicephori, & recentiorum descriptione cognoscenda, non secus ac in descriptione Salomonici templi ex sacris libris restituenda: sed hoc vnum est nostri saeculi vanitatis insigne documentum: dum ea quae ad gulam, cutem, penem, luxum quotidianum incitant, in peregrinis regionibus spectemus, nihil amplius ex his desideramus, publica ornamenta, templa, aedificia, portus, magnificentiaeq. veteris vestigia, omnia nihil aestimamus, ac ea multoties intuiti, sed osci tantes, & aliud agentes, nostris popularibus in patriam reuersi memorare nequimus. Illius templi architecti laudantur Anthimius Trallianus, & Isidorus Milesius. Horum ingenio, & cura anno Imperij septimo ex fundamentis tam egregium opus instaurauit. Orbiculari, aut ouali forma esse creditur, tantaeq. altitudinis, vt non in terra fundatum, sed è Caelo cathena aurea suspensum credatur. Hodie à Turcis prophanatum dicitur, erasis, & sublatis iconibus sacris, & sola scriptura Arabica Alilala Orientali interiorique parti inscripta. Audio ab his, qui varias orbis partes peregrinando lustrarunt, secundariam architecturae opus, post illud stupendum, esse Biturigum S. Stephani templum, si oeconomiam structurae, & magnificentiam spectes, potius quàm lapidum molem. Videas Zonaras, qui ἀναλφάβητον Imperatorem vocat (quamquam de alio loqui videtur) qui fieri possit, vt summis architectis de stabilitate, & duratione aedificij desperantibus Iustinianus architecturae peritissimus rationem aperuerit, & excogitarit, qua opus, & structura deinceps firma stabilisq. consisteret: idq. semel atque iterum. Restaurauit, & idem Imperator, vel vt Zonaras à Nicephoro dissentiens ait, Theodora eius coniux, templum sanctorum Apostolorum, elegantia, & sumptu post illud eximium, secundum, in quo Imperatores (& ipse postea Iustinianus) & Patriarchae sepeliebantur. Alia verò templa, & loca, tam in regia vrbe, & eius suburbijs, quàm toto denique orbe vel instaurata, vel reparata, vrbes ex integro aedificatas, vel meliores factas, pontes, & caetera qui scire volet, apud Procopium legat prolixè omnia exequentem.*

Inchoata fuit Magni templi Ἁγίας σοφίας instauratio, post Consulatum Lampadij, & Orestis, anno secundo, indictione decima mensis Februarij, die 23. anno mundi 6040. hora prima diei, absoluta autem & dedicata, 9 Imperij, id est post Consulatum Basilij, 95. anno secundo, exeunte Litania (vulgus processionem vocat) à S. Anastasia cum Patriarcha, Imperatore, & populo. In hanc aedificationem, & aliàs cum multis egeret pecunijs Imperator, professoribus artium Liberalium, stipendia olim in singulis vrbibus constituta, de consilio Praefecti sustulit: atque ita omnes vrbes scholis vacantibus, rusticitas, & barbaries inuasit: quod postremis saeculis multò magis queri possemus. Caeterùm in pragmatica sanctione, quàm post receptam à Totila Romam veterem edidit Iustinianus, annonas quae Grammaticis, ac Oratoribus, ac etiam Medicis, vel Iurisperitis dari solitum erat, & in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari praecipit, quatenus iuuenes liberalibus studijs eruditi, per nostram Rempub. floreant, inquit.

Zonaras hęc idictione 15 sed nō cohęret reliquo calculo. Fortè Ioānis Papa, quē infamat Procopi omni scelerū genere.

QVAE MALA, PESTES, FAMES, terraemotus in haec inciderint tempora.

D*Iuina prouidentia, qua regitur mundus, & domo, vti bona, ita & iusta est, ac proinde sic ut homo fragilitate naturae, & liberalitate licentiae infirmus & contumax est, ita & piè, benigneq. à Deo gubernatur egenus opis, & iustè immodicus libertatis, corripitur. Atque haec est causa eius experientiae, quae per omnes omnium auctorum libros decurrit, quàmq. omnes, & publicè, & priuatim singuli nostris temporibus, & in nostris rebus, & corporibus videmus, vt scilicet iusto prouidentiae libramento, mundus hic iam ab initio sua creatura per bona malaq. alternantia exerceatur: vt D. Augustinus, sanctus, Orosius proprijs hac de re tractatibus demonstrarunt. Diuinus quoque Caelestinus in illa verè paterna, & viscerum Christianorum plena ad Nestorium epistola, quae in libro Concilij Ephesini primas tenet, cum meminisset Attico Patriarcha Constantinopolitano digno fidei magistro, & D. Ioannis ad ista successori, successorem datum, timens huius, quam attingimus prouidentiae alternas vices, ita loquitur. Mansit nos (inquit) post eius mortem (Atticum intelligit) solicitudo vel maxima, cum successor eius, vtrū etiam in eius fide succederet, quaeremus: quia difficile est continuari quae bona sunt. Nam sibi saepe alternis vicib mala succedunt Haec Caelestinus verissimè. Nā Attico, & mox Sisinnio Catholicis, successit Nestorius haeresiarcha, & nouus Iudas: si enim saluatur à Concilio Sic & Anastasio pessimo, & cacodoxo Principi, quique ob id fulmine ictus perijsse dicitur, successit Pius Iustinus, Iustino Iustinianus pijssimus Princeps,*

Princeps, nisi eius nouissima momordisset coluber, i. hæreseos περὶ ἀφθάρτων venenum, vt supra explicauimus. Sic licet externis victorijs fœlix factus videatur, tamen alijs cladibus & publicis calamitatibus & intestinis discordijs inter fœlicitatem, infœlicitatemque variè iactatus dici. Quæ singula prout acciderunt secundum annorum ordinem per capita colligam.

Anno secundo Imperij Iustiniani die penulti. Nouembris, hora diei tertia rursus (scilicet post duos annos prioris, & ferè similis passionis) Antiochia Orientem, diuitijs & magnitudine, & hominum frequentia inter Orientis ciuitates Romanis parentes facilè princeps, teste Procopio, (& in qua primum Christianorum nomen credentibus in Christum impositum fuit, vt sacra Actuum Apostolorum historia testatur] maximum terræ motum, & tempestatum grauissimam passa est à vi maiore, quam Græci theomeniam vocant, vt Cedrenus scribit, & confirmat l. si merces, §. vis maior. ff locati: vbi Græca metaphrasis θεομηνίαν non vt Florentiæ editum est, θεοῦ βίαν appellat: hancque lectionem Florentina meliorem esse, non improbabiliter quidam existimat. Fuit autem hæc vis maior seu theomenia, ingens terræmotus cum tonitruo, & cœli mugitu horrendo. Hac concussione corruere cuncta ædificia cum mœnibus, & ijs ædificijs, quæ post priorem terræmotum steterant salua, aut Imperiali aut priuatorum liberalitate erant instituta, obruta etiam sunt his casibus, & ruinis quatuor hominum millia cum octingentis septuaginta, qui remanserant in vrbes proximas partim confugerunt, partim discalciati litanias fecerunt, clamantes, Κύριε ἐλέησον. Tunc Dei cultori homini in visu apparuit, vt diceret omnibus residuis, quod superscriberent superliminaribus suis, Christus nobiscum State. Quo facto stetit ira Dei, & rursus Imperator, & Augusta multas pecunias donauerunt in recuperationem, & ædificationem Antiochensium ciuitatis, quam cognominauerunt Theopolim, i. Dei ciuitatem: vel propter præfatā superscriptionem, vel propter Theomeniam. Hanc illi vrbi cladem ob ciuium malos mores diuinitus immissam, quis non credat, vel scribente Procopio, nihil aliud illi populo, quàm festa, delitias, spectacula, & theatra esse curæ? Sub belli quoque Persici initijs durissimum excidium à Cosroe Persarum Rege passa hæc ciuitas postea fuit, anno Imperij Iustiniani x 1 1. teste Diacono.

Ex Cedreno. Anno quarto Cometa dictus Lampadias, quod in sublime radios suos reijceret, apparuit per continuos, 20. dies. portendebat, scilicet & sequentis anni Persicam cladem Belisarij in vigilia magni Paschatis, & seditionem Constantinopolitanam, NIKA cognominatam. Procopius 2. Persicorum narrat anno 13. apparuisse cometam, qui Pogonias, seu Xiphias dictus est.

Alia vis maior, seu Theomenia. Ex Diacono. Anno 8. Passa est à diuina indignatione, Pompeiopolis Mysia, scissa est terra à terræmotu, & obrutum medium ciuitatis cum habitatoribus, & erant subtus terram, & voces eorum audiebantur clamantium vt sibi misericordia præstaretur. Et multa donauit Imperator ad educendos, & adiuuandos, viuentesq; liberaliter iuuit.

Anno 15. mense Octobri, facta est mortalitas Byzantij.

Anno 16. die Septembris, magnus fuit per totum orbem terræmotus, & corruit dimidium Cyzici.

Anno 17. Andreas quidam faber canem habebat rufum, & cæcum Pythonico (vt credunt) spiritu afflatum. Nam adulteros, scortatores, immisericordes, sordidos, sine vlla falsitate demonstrabat: annulos aureos ferreos, & argēteos terra defossos, eruebat, & singulis dominis, seu viris, seu vxoribus præsaga vi quadam sine errore reddebat, & mista Imperatorum nomismata, citatis nominibus singula à singulis distinguebat.

Anno 18. mare per Thraciam milliarijs quatuor diffusum stetit, & cooperuit Odysū. Dionysiopolim Aphrodisium, multiq; sunt in aquis suffocati: & iterū Dei præcepto restitutum est mare idem in loca sua.

Anno 19 summa fuit frumenti, vini & olei penuria, & pluuia maxima, & factus est terræmotus magnus Constantinopoli, & euersio sancti Pascha. nam diem τῶν ἀποκρεῶν i. Dominicam in sexagesima (à qua Græci esum carnium deponunt) celebrarunt 4. die Februarij. Imperator autem iussit alia hebdomada carnem in macello venalem proponi: quæ erat populo septimana tyrophagus, quæ caseo & ouis vtitur, à carnibus autem abstinet, ea est septimana post Dominicam in quinquagesima. Populus nihilo magis carnes comparauit, aut esitauit; & cum ex edicto Imperatoris vna septimana tardius celebrandum esset Pascha morem gessit populus, & hac ratione inuētus est populus superflua vna hebdomada ieiunasse. Tanta tunc inerat plebibus à bonis Episcopis instituta pietas, vt nullis Principis edictis, vel à cerimonia Quadragesimæ, vel à recta confessione, ad apotharcitarum deliria posset abduci.

Anno 21. extitere graues terræmotus, & imbres insoliti, & magni: mortuaq; est Augusta, de cuius ingenio, & hæretica versutia supra dictum est suo loco.

Anno 22. & 23. tonitrua, & fulgura supra naturalem modum deseruierunt. Partes populi iterum conflixerunt: & orta sunt vrbica incendia, cum cædibus & auulsa est Imperialis corona.

Anno 24. 9. Iulij terribilis terræmotus fuit per vniuersam Palæstinam, Arabiam, Mesopotamiam, Syriam, & Phœniciam, qui multas vrbes, & multos homines extinxit. In vrbe quoque Botry, pars montis in mare cadens vrbem antea importuosam fecit portuosam.

Hoc anno Epinicia de Totila occiso, & Roma recepta per Narsetem, Constantinopolim allata sunt. Cedre. & Diaco.

Anno 25. celebratum fuit magnum quintum Concilium, hoc est Constantinopolitanum secundum, de quo fusè à nobis superius dictum est. Ex Gedreno

Anno 27. terribilis Constantinopoli terræmotus fuit, & per alias vrbes totis 40. diebus à die 15. Augusti, Fit autem memoria terræmotus huius per singulos annos, in campo Litaniam populo agente.

Anno 28. facta sunt tonitrua, & fulgura horrenda, & ventus Africus terribilis, ita vt caderet crux, quæ stabat ad portam Auream.

Anno 30 ignis è cœlo (seu cometo ardens, vt ait Draco) quasi species lanceæ apparuit à Septentrione vsque in Occidentem.

Anno 31 factus est terræmotus Constantinopoli, & alijs locis terribilis valde, qualem nullus hominū memorabat illo sæculo in terris accidisse Concutiebatur terra continuis diebus, noctibusque decem: muri

Constantinopoleos, multaque templa, & domus tunc conciderunt, qua ex re mœstus Imperator coronam Imperialem abstulit, & absque ea ad Natalitia, & Theophania processit, & decem & nouem dierum cletoria, id est publicos accubitus, & conuiuia cessare fecit, eorum expensis egenis distributis.

Ex Cedreno & Diacono.

Anno 32. trullus magna Ecclesia (qui continuis superiorum annorum terramotibus conciderat) iterum a Iustiniano reparatus est, & exaltatus plusquam viginti pedibus in superioribus supra ædificium, quod antea fuerat, & iterum ab Euthychio est dedicatus. Sacram quoque mensam eius ecclesiæ, tum ex omni materia quam terra fert: genere constauit, liquatisque iis quæ conflationem recipiunt, puta auro, argento, lapillis, & c. ligna pretiosa, & alia sicca immisit, mira, & varia operis facie & in orbe hac adiecit inscriptionem. Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρομέν σοι δοῦλοί σου Χριστὲ ἰουστινιανὸς καὶ ἡ Θεόδωρα, ἃ εὐμενῶς προσδέξαι εὐεργέτα λόγε ὁ σαρκωθεὶς καὶ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ σου πίστει διατήρησον καὶ τὴν πολιτείαν ἣν ἡμῖν ἐπίστευσας εἰς δόξαν σου αὔξησον, καὶ φύλαξον, πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Inchoata igitur hæc fuerunt a his superstite Teodora, quæ hoc anno non erat inter viuos. Ex Cedreno.

Eodem anno Hunni, qui & Sclauini dicuntur, atque etiam nouissimè Turci appellari cœperunt (teste Diacono) Thracias infestantes, Belisario primũ misso, ac postea Iustino Curopalata, Iustiniani in Imperio successore, redire ad suos sunt coacti.

Anno 34. mense Decembri, magnum fuit in vrbe Constantinop. incendium a templo S. Sophiæ, vsque ad Probi. Fuit & magna pestis, & mortalitas in Cilicia & Anazarbo, & Antiochia magna, necnon & terræmotus, & congressi sunt inter se in ea vrbe orthodoxi cum Seuerianis, & multa cædes perpetrata. Fuerunt hi Seueriani, seu Seuerita iidem postea, & Aphtarto docitæ, in quorum partes inclinauisse Principem supra dictum est: missus tum a Iustiniano fuit, eò Zimarchus Comes Orientis, qui ἀτάκτους inordinatos & rebelles, proscriberet, deportaret, membris debilitaret.

Anno 35. nocte intempesta magnum exortum est incendium in vrbe Regia.

Anno 37. incendio conflagrauit venerabilis domus Samsonum, & quæ ante Rufi, Mesaulon magna Ecclesiæ, ac sceneftasium actum: & duo asceteria proxima templo S. Irenes, cum eius narthecis parte.

Anno 37. moritur Belizarius Patritius Byzantij.

MORS IVSTINIANI.

Anno tandem Imperij sui 38. renouato iam dogmate de corruptibili, & incorruptibili Christi corpore, per edictum vbique locorum (à pietate alienum proposuit) Deo præoccupante, defunctus est, & sepultus ex more Imperatorum, in magnifico monumento, quod ipse lapide Sardio in templo sanctorum Apostolorum construxerat, ad dextram ingredienti partem. Id templum à Theodora Augusta fuisse instauratum diximus. Aiunt moriturum Iustinianum testamento mandasse reuocationem ab exilio, & restitutionem in integrum Sancti Eutychij Patriarchæ Constantinopolitani, quem idcirco exulatum miserat, quod eius cacoethes hæreseos amplecti nollet, sicut olim Constantinus restitutionem sancti Athanasij testamento mandauerat. Imperauit Iustinianus annis 38. mensibus septem, diebus 14. succedente ei Iustino Curopalata.

Niceph. lib. 17. c. 33

Composuit Iustinianus in Christi honorem, elegantissimum hymnum, qui hodie à Græcis, & in sacra Synaxi & Missa, & mesorio quoque hora sexta palã in ecclesia canitur, extatque in eorum Horologio, & Liturgico libro, Grecè & Latinè his verbis.

TROPARIVM.

Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου ΜΑΡΙΑΣ, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθείς τε χριστὲ ὁ θεὸς θανάτῳ θάνατον πατήσας, εἷς ὢν τῆς ἁγίας τριάδος συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς

Ex Horologio Græcorũ

LATINE SIC LEGITVR IN SAcra Græcorum Missa olim per Leonem Tuscum edita.

Vnigenitus filius, & verbum Dei cum sis immortalis, dignatus es propter nostram salutem carnem sumere de sancta Dei genetrice semper virgine Maria, inconuersibiliter factus homo, qui crucẽ subijsti Christe Deus, morte conculcans mortem, vnus existẽs sanctæ Trinitatis conglorificatus Patri, & Spiritui Sancto, saluos nos fac.

Explicita est Imperatoris Iustiniani Legislatoris nostri vita.

FOELICITER.

Θεῷ δόξα.

DE IVSTINIANO
EX PLATINA,
IN LIBRO DE VITIS PONTIFICVM, & ex Suida.

Niceph. lib 17. c. 33

IVSTINIANVM Imperatorem tanti constat ingenij, tantæque doctrinæ fuisse, vt mirum non sit, si leges Romanas sparsas, incompositasq; in ordinem ad omnium vtilitatem redegerit: eaque reciderit, quæ superuacanea, atque inutilia videbantur. Hac tamẽ in re, cõsilio, & opera Ioannis Patricij; Triboniani, Theophili, Dorothei, & aliorum vsus est. qui & doctrina, & auctoritate insignes Immensum namq; illud librorum pelagus: (ad duo enim ferè millia librorum fuisse constat) coaceruatis simul ab vrbe condita, ad hæc vsque tempora tot indicijs, in quinquaginta libros titulatim digessit: quos nunc Digesta, nunc Pandectas appellant, quòd omnem ciuilem doctrinam contineant. Idem quoque legum epitomen fecit librorum quatuor; has autem leges Institutiones appellant. Dicimus item Iustiniani Codicem, & Volumen esse. Sunt præterea qui dicant Iustinianum ipsum libros de Incarnatione Domini eleganter scripsisse. Templum quoque in honorem Dei patris (nam filius, patris est sapientia) sanctæ Sophiæ, quo nullum est in orbe maius, sua impensa, suoque iussu Constantinopoli ædificandum curauit. Hæc Platina, vera (vt mihi quidem videntur) sed quoniam diuersa sentit Suidas: hic etiam id, quod is de eo memoriæ prodidit, adscribere non pigebit. Iustinianus, inquit, Romanorum Imperator in primis orthodoxus, literarũ omnium expers fuit, atque etiam (quod aiunt) analphabetus. Et mirum, mehercle, si litterarum expers fuit Iustinianus, qui omnia tamen iura in pectore habuisse creditur, atque etiam in promptuario quodam omnis antiquitatis, ne quid vsquàm in iuris ciuilis voluminibus, vel tantulum discreparet; qui & ea, quæ per Tribonianum, cæterosque collecta erant, legiße se, ac recognouisse non vno in loco testificatur. At valeant calumniæ: nos sinceriora sequamur.

Ex Horologio Græco

DE TRIBONIANO EX SVIDA,

BVDAEO INTERPRETE.

TRIBONIANVS natione Græcus, cùm omnis religionis contemptor erat, tum vero imprimis à Christiana fide abhorrēs, assentator, & fraudulētus, vt qui Iustiniano persuaserit, mortem eum non oppetiturum esse, atque in cœlum cum carne assumptum iri. Quæstor Iustiniani fuit, tanta vi ingenij præditus, vt doctrina præstantissimus euaserit, ac nulli ęuo suo secundus: cœterùm auaritię eousque indulgens, vt lucro venale ius habendum semper duxerit. Nam & leges quotidie fermè sordida dinundinatione antiquare, identidem ferreque instituerat, cuique commodum esset. Hic cum diu post honorem adeptum superuixisset: morbo tādem interijt, nihil prorsus molestiæ à quoquam vnquam passus. Erat enim sermone blandus, & alioqui suauis: auaritiæ quoque morbū doctrinę præstantia, facilè obunbrare poterat. Hæc ille. Vdalricus tamen Zasius legū Doctor celeberrimus, in Commentarijs suis ad legem secundam, ff. de orig. iur. §. & cum placuisset. ad verbū, iniuriosè, aliud prorsus de Triboniano sentit, nempe illum à Christiana fide minimè abhorruisse: vt qui cum alijs quibusdam iurisperitis ad compilandum Codicem, quem vocāt, princeps delectus, tam sanctas, tamq; religiosas, atque adeo catholicas constitutiones (vt in ipsius Codicis præsertim initio videre est) collegit, vt non nisi ab homine Christiano proficisci potuerint: quas & alioqui poterat nō admittere, vt qui apud Iustinianum quæ vellet, posset. Quod si semel recipias, illum, scilicet Christi cultorem fuisse, iam cætera, quæ de eo subdit Suidas, vides quàm facilè exsibilentur.

DE TRIBONIANO,
Et eius Socijs,
EX BERNARDINO RVTILIO.

TRIBONIANVS Macèdoniani filius inter fori principes Cos. Iustiniano magister Officiorum, Assessor & Quaestor, quod munus tum apud Constantinop. Imperatorem solemne erat. Euenit septimo principatus anno, vt Veneti Prasinique, seditiosa factionum nomina, ita conspirante, vt fugato Imperatore ac Senatu, vrbe magna ex parte inflammata, ædes multas, publicaque opera incenderint. Quin tumultum, vt sedaret Imperator, Tribonianum, & Ioannem Prætorem Præfectum in sicariorum gratiam magistratu mouit. Id enim magnis vocibus, propter exercitam in se antea quietis rebus seueritatem, ab armata plebe vndique flagitabatur, probra in vtrumque tota vrbe iactabantur, ipsique ad necem diu frustra quæsiti erant. Triboniano Basilides successor datus, vir mansuetudine ac æquitate inter Patricios clarus. Postea tamen Tribonianus in suum locum rediit: quo perfunctus, multos post annos morbo decessit. Vir fuit ingenio miti, atque humano, vt nihil vnquam præterea à quoquam ingratum sit passus. Quibus moribus, & singulari omnium artium doctrina, vnum auaritiæ crimen facilè obscurabat: cùm tamen non nisi iustum sectaretur lucrum, legesque assiduè aliquas ex vsu, aut antiquaret, aut conderet. Quod qui omnino arguunt, næ illi instabilem rerum humanarum conditionem parum intelligunt. Hæc de Triboniano Procopius historicus haud paulò melior, quàm Suidas nescio quis, à quo traditur Tribonianus auaritiæ morbo miserè laborasse, vt ius ipsum pretio, quasi promercale habuerit, ac leges ad

vtriusque partis vsum nunc tulerit, nunc abrogarit, & quasi quæstuarias prostiuerit. nullum putasse esse Deum, penitusque à religione abhorruisse: adulatorem, atque impostorem fuisse, vt qui Iustiniano persuaserit, non moriturum eum, sed cum ipso corpore in cælos iri sublatum. Sed hæc quis credat incerto autori? cum contra stet scriptor grauis eorum temporum Procopius, nec Iustiniani optimi, & vel Suidæ ipsius testimonio, religiosissimi Principis prudentia, & pietas passura fuisse, nedum altura, & proue̋ctura eiusmodi monstrum videatur. Fuit eodem tempore Tribonianus alter, ex Sida Pamphiliæ vrbe, primarius & ipse causidicus, vir multæ eruditionis, & multorum operum, quæ ponit Suidas, nihil ad ius attinentia. Theophilus quoque, Dorothæus, Theodorus, Isidorus, Anatolius, Thalleleus, & Cratinus viri illustres, & peritissimi iuris adhibiti à Iustiniano ad purgandas, seligendasque, quibus vtimur, leges, insigne ab eo testimonium doctrinæ, ac fidei meruerunt.

DE CONCEPTIONE DIGESTORVM.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS IVSTINIAnus, pius, fœlix, inclitus, victor, ac triumphator, semper Augustus, Triboniano Quæstori suo Salutem.

Hæc Constitutio reperitur in Codice, tit. de vete. iur. emucl. prima in ordine.

DEO auctore nostrum gubernante Imperiũ, quod nobis à cęlesti maiestate traditum est, & bella fęliciter peragimus, & pacẽ decoramus, & statum Reipublicæ sustẽtamus: & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutoriũ, vt neque armis confidamus, neq; nostris militib. neq; bellorum Ducib. vel nostro ingenio: sed omnẽ spẽ ad solã referamus summæ prouidentiã Trinitatis, vnde & mũdi totius elemẽta processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nihil tã studiosum † in omnib. rebus inuenitur, quã legũ auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnẽ iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab vrbe cõdita, & Romuleis descẽdit temporibus, ita esse cõfusum, vt in infinitũ extẽdatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: prius nobis fuit studiũ a sacratissimis retrò Principibus initium sumere, & eorum constitutiones emẽdare, & viæ dilucidæ tradere, quatenus in vnũ codicẽ cõgregatæ, & omni superuacua similitudine, & iniquissima discordia absolutæ, vniuersis hominib. promptũ suæ sinceritatis pbeant præsidium. Hocque opere consummato, & in vno volumine, nostro nomine pfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus releuati, ad summam & plenissimã iuris emendationẽ peruenire properaremus, et omnẽ Romanã sanctionem & colligere, & emendare, & tot auctorũ dispersa volumina vni codici indita ostẽdere, quod nemo neque sperare, neque optare ausus est: res quidẽ nobis difficillima, immo magis impossibilis videbat. Sed manibus ad cœlũ erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti, q res penitus desperatas donare & cõsummare suæ virtutis magnitudine potest: & ad tuæ sinceritatis optimum respeximus ministeriũ, tibique primo & hoc opus cõmisimus, ingenij tui documẽtis ex nostri Codicis ordinatione acceptis & iussimus, quos pbares tã ex facũdissimis antecessorib. † quã ex viris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis ad sociandũ laborẽ eligere. His itaq; collectis, & in nostrũ palatiũ introductis, nobisq; tuo testimonio placitis, totã rem faciẽda permisimus: ita tamẽ, vt tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur vobis, antiquorũ prudentiũ, quibus auctoritatẽ conscribendarum interpretãdarumque legũ sacratissimi Principes pbuerũt, libros ad ius Romanũ pertinẽtes & legere, & elimare: vt his omnib. materia colligatur, nulla secũdũ quod possibile est, neq; similitudine, neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi, quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinẽtes scripserũt, quorũ scripturę nullis auctorib. receptæ, nec vsitatæ sunt: neq; nos eorũ volumina nostrã inquietare dignamur sanctionẽ. Cumq; hæc materia summa nostri numinis liberalitate collecta fuit: oportet pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimum tẽplum iustitiæ cõsecrare, & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius dirigere, tã secundum nostri cõstitutionẽ Codicis, q̃ edicti ppetui imitationẽ, prout hoc vobis cõmodius esse potuerit: vt nihil extra memoratã cõsummationẽ possit esse derelictum: sed his quinquaginta libris totum ius antiquum † p mille & quadringentos penè annos cõfusum, & a nobis purgatum, quasi quodã muro vallatum, nihil extra se habeat: omnib. auctorib. iuris æqua dignitate pollẽtib. & nemini quadã prrogatiua seruãda: qa non omnes in omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniunt. Sed † neq; ex multitudine authorum, quod melius & æquius est, iudicatote: cum possit vnius forsitã & deterioris sententia

† σπουδαῖον, vide Ant. Aug. li. 2. emẽd. cap. 1.

† Antecessorib. an Assessorib. sit legendũ, disputat Alciat lib. Dispu. 3. c. 12.

† In m. p. per millesimũ, & quadringentesimum penè annum.

† Ponderandæ sunt sententiæ non numerandæ.

tētia,& multas & maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quæ antea in uotis Aemilij Papiniani ex Vlpiano,& Paulo, necnon Martiano adscripta sunt, quæ antea nullā vim obtinebāt propter honorē splendissimi Papiniani,† nō statim respuere: sed si quid ex his ad repletionē summi ingenij Papiniani laborū, vel interpretationū necessarium esse perspexeritis,& hoc ponere legis vicē obtinens, non moremini: vt omnes, qui relati fuerint in hūc codicem, prudentissimi viri habeāt authoritatem, tanquā si eorum studia ex principalibus constitutionib. profecta,& nostro diuino fuerint † ore profusa. Omnia. n. merito nostra fecimus, q a ex nobis omnis eis ipertietur auctoritas. Nā qui † non subtiliter factū emēdat, laudabilior est eo, qui primus inuenit.† Sed in hoc studium vobis esse volum*, vt si quid in veteribus nō bene positū libris inueniatis, vel aliquid superfluū, vel minus perfectū, superuacua longitudine semota, & quod imperfectū est, repleatis,& omne opus moderatum quam pulcherrimum ostēdatis. Hoc etiam nihilominus obseruādo, vt si aliquid in veteribus legibus: vel constitutionib. quas antiqui in suis libris imposuerūt, nō rectè scriptū inueniatis, & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis: vt hoc videat' esse verum & optimū, & quasi ab initio scriptū, quod à vobis electum, & ibi positū fuerit. Et nemo ex cōparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturā arguere audeat. Cū. n. lege antiqua, quę Regia nūcupabatur, omne ius, omnisq; potestas populi Romani in Imperatoriā translata sit potestatē: nos verò sanctionē omnem non diuidimus in alias, & alias cōditorū partes, sed totam nostram esse volumus: quid possit antiquitas nostris legib. abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, cum reposita sunt, vim obtinere: vt & si aliter fuerāt apud veteres conscripta, in contrariū autem in † compositione nostra inueniantur:† sed nostrę electioni hoc adscribat'. Nulla itaq; in omnibus prædicti codicis mēbris ἀντινομία †(sic.n.à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locū. sed sit vna concordia, vna cōsequentia, † aduersario nullo cōstituto. Sed & similitudinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi consummatione volumus exulare: & ea quæ sacratissimis cōstitutionibus, quas in Codicē nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex vtere iure nō concedimus, cū Diualium constitutionum sanctio sufficiat ad eorum auctoritatem: nisi forte vel propter diuisionem, vel propter repletionē, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit:& hoc tamen perrarò, ne ex cōtinuatione huiusmodi lapsus oriatur aliqd in tali prato spinosū. Sed & si quæ leges in veteribus libris positę, iam in desuetudinē abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus: cum hæc tātūmodo obtinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel lōga consuetudo huius almæ vrbis cōprobauit: secundum Saluij Iuliani scripturam, q̄ indicat debere omnes ciuitates consuetudinē Romę sequi, quæ caput est orbis terrarum,* non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligendum est nō solum veterem, sed etiam Regiā nostram, quæ Deo propitio cum melioribus cōdita est augurijs. Ideo iubemus duob. istis codicibus omnia gubernari: vno Constitutionum, altero Iuris enucleati, & in futurū codicem compositi: * vel si quid aliud a nobis fuerit promulgatum, Institutionum vicē obtinens, vt rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudētiæ redigatur scientiam. Nostrā autem consummationem, quæ vobis * Deo adnuente cōponetur, Digestorum, vel Pādectarum nomē habere sancimus: nullis iurisperitis in posterū audētibus commentarios illi applicare,& verbositate sua supradicti Codicis compendium cōfundere: quemadmodum in antiquiorib. factum est, cum per contrarias interpretantiū sententias totum ius penè conturbatum est, sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitatem, quæ παράτιτλα † nuncupātur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriūdo. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterū dubitatio: iubemus nō per signorum* captiones,& cōpendiosa ęnigmata, quæ multas p se & per suum vitium ἀντινομίας induxerūt, eiusdem codicis textum conscribi: etiā si numerus librorū significatur, aut aliud q dquā: Nec etenim per speciala sigla* numerorum manifestari, sed per literarum consequētiam explanari cōcedimus. Hęc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum alijs facundissimis viris studeat, & tam subtili, quā celerrimo fini tradere: vt codex consummatus,& in quinquaginta libros digestus, nobis offeratur in maximā & æternam rei memoriam, Deiq; omnipotentis prouidentiæ* argumentum, nostriq; Imperij, vestrique ministerij gloriam.

Data decimooctauo kalen. Ianua. Lampadio,& Oreste viris clarissimis Consulibus.

FELICITER.

† Hoc apparet ex tit. de respon. pru. in Co. Th.

† Fuerant

† Nam qui subtiliter in P. Flor. sed duob.** nō (quæ non est addi. ab antiquo librario) interseptum est.

† In P. F. sed & hoc studiosum.

† Positione.

† In P. Fl. nullum crimen scripturæ imputetur, sed nostra,&c.

† ἀντινομία, i. legum contrarietas.

† In P. Fl. nemine.

*Plin. lib. 3. c. 6. Roma duplex.

* Componendi.

* A nobis.

† Idest, titulorum argumenta.

* Flo. si Nō plorum. al. singulorum fortasse singulorū scriptum erat ꝑ signorū, vt & mox inf. sigla. ꝑ signa.

* Signa. Sunt autem notæ quib. librarij libros, & notarij dictata scribebāt, de quibus vide Probū & Diaconum.

* Flo. prudentia.

DE CONFIRMATIONE DIGESTORVM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS, Alemannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, fœlix, inclitus, victor, ac triumphator semper Augustus, Ad Senatum & omnes Populos.

TANTA circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptā, & Carthaginem, immo magis omnem Libiam Romano Imperio iterum sociatam; & leges antiquas iam senio prægrauatas, per nostram vigilantiam præbuit in nouā pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum Imperiū vnquam sperauit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimauit: erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab vrbe condita vsque ad nostri Imperij tempora, quæ penè in mille & quadringentos annos concurrūt, intestinis prælijs vacillantem, hocq; & in Imperiales constitutiones extendentem, in vnā reducere consonantiam: vt nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ vsquā appareant namque hoc cælestis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ verò imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium, & summo numine inuocato Deum auctorē & totius operis præsulem fieri optauimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorū, & exquæstore sacri nostri palatij, & exconsule credidimus, eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, vt ipse vnà cum alijs illustribus & prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret; nostra quoque maiestas semper inuestigando & perscrutando ea, quæ ab his cōponebātur, quidquid dubiū & incertum inueniebatur, hoc numine cœlesti erecta emendabat, & in cōpetentem formā redigebat. Omnia igitur cōfecta sunt, Domino & Deo nostro Iesu Christo possibilitatem tam nobis, quàm nostris in hoc satellitibus præstante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas, iam ante in Codicem nostro nomine prefulgentem contulimus: postea verò maximū opus adgredientes, ipsa vetustatis studiosissima opera iam penè confusa & dissoluta, eidē viro excelso permisimus tam colligere, quā certo moderamine tradere. Sed cum omnia percunctabamur, a præfato viro excelso suggestum est, duo penè millia librorum esse cōscripta, & plus quàm trecentiens decem millia versum à veteribus effusa, quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutari, & ex his si quid optimū fuisset, eligere. Quod cęlesti fulgore & summæ Trinitatis fauore cōfectū est secundū nostra mandata, quæ ab initio ad memoratum virū excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectū est: & omnes ambiguitates decisæ, nullo seditioso relicto. nomenq; libris imposuimus Digestorū, seu Pādectarū: qui† omnes disputationes & decisiones in se habēt legitimas, & quod vndique fuit collectū, hoc in sinus receperunt, in cētū quinquaginta penè millia versuū totū opus consummātes: & in septem partes eos digessimus, nō perperā, neq; sine ratione: sed in numerorum naturā & artem respicientes, & consentaneam eis diuisionem partiū cōticientes. Igitur, PRIMA quidem pars totius contextus, quæ Greco vocabulo πρῶτα nūcupatur, in quattuor libros seposita est. SECVNDVS autem articulus septem libros habet, qui de iudicijs appellantur. In TERTIA verò congregatione

omnis,

Marginal notes (left): Pl'n. alib. p. 6. loma de ice. — * Compendio. — * A nobis. — † Id est, titulorum argumenta. — * Flos si Ni. plurum. ab singulorum fortasse singulorū scriptorum ... & mei ... signa. Signatum autem ... quibi librarij libros, & notarij dicta ... scribebāt ... quibus ... Probi ... Diaconum. Flo. prorentis.

Marginal notes (right): † quia. — Prima pars ff. — Tertia. — Secunda.

omnia, quæ de rebus nominãtur, contulimus octo libris eis * deputatis. QVARTVS autem locus, qui & totius compositionis quasi quoddam inuenitur vmbilicũ octo libros suscepit: in quibus omnia, quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt, vt non à pignoratitia actione in libris de Rebus posita multum distarent. Alio libro eodem in sexto volumine, qui ædilicũ edictũ, & redhibitoriam actionẽ & duplæ stipulationem, quæ de euictionibus proposita est, continet: quia hęc omnia titulis emptionum & venditionum cõsentanea sũt: & prædictæ actiones quasi pedissequæ illarũ ab initio processerunt: in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multò distantia deuagantes, per nostram autem prouidentiam his congregatę, cum oporteat ea, quę de eodem penè loquuntur, in confinio ponere. Alius itaq; liber post duo † primos nobis excogitatus est de vsuris, & traiectitijs pecunijs, & de instrumẽtis, & testibus, & probationibus necnon pręsumptionibus. & memorati tres singulares libri iuxta compositionẽ de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptijs, vel dotibus, legib. dicta sũt, reposuimus, tribus librorũ voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus, geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationẽ octo librorum, mediã totius operis reposuimus, omnia vndique tã vtilissima, quàm pulcherrima iura continẽtem. QVINTVS autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis, & codicillis tam priuatorum, quã militũ, omne quicquid antiquis dictum inueniat quis depositũ, qui de testamentis appellatur. De legatis autem, & fideicommissis quinque librorũ numerus adgregatus est. Cumq; nihil tam peculiare iuerat, quam legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommissis autem Senatusconsulti Trebelliani, singulis libris vtrique eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem Senatuscõsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus: captiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani Senatusconsulti ambages, & vtriusque Senatusconsulti ad se tam super uacuas, quam scrupulosas diuersitates respuẽtes, totum ius super his positum Trebelliano Senatusconsulto adiudicauimus. Sed in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa, quæ in rebus non prospere gestis & tristibus tẽporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coalescẽs ciuili, nostris maneat temporibus, quæ fauor cœlestis & pacis vigore firmauit, & super omnes gẽtes in bellicis victori ; periculis superposuit: † ne luctuosum monumentũ læta sęcula inũbrare cõcedatur. SEXTA deinde pars Digestorũ exoritur, in † quibus omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt, vt & ius omne, quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimæq; hæreditates, & omnis ab intestato successio, & Tertyllianum, & Orficianum Senatusconsultũ: ex quibus mater & filij inuicem sibi hæredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionũ multitudinẽ in compendiosum & manifestissimũ ordines concludẽtes. Post hæc ea, quæ de operis noui nũciationibus, damniq; infecti, & pro ædificijs dirutis, & eorũ insidijs, † & quę de aqua pluuia arcenda veteribus auctoribus placita sunt, necnon de publicanis, & donationibus, tam inter viuos quam mortis causa cõficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem, & de liberali causa, alius liber respõdet: quemadmodũ & de adquisitione tã dominij, quã possessionis, & titulis qui eã inducunt, multæ & variæ lectiones uni sunt insertæ volumini: alio libro deputato his q iudicati, vel in iure cõfessi sunt, & de bonorũ detẽtionib. & vẽditionibus, & ut ne q d in fraudẽ creditorũ fiat. Postq; hęc oia interdicta glomerata sunt: & deinceps exceptiones, & de tẽporũ prolixitatibus, & de obligationibus, & actionib. liber iterũ singularis extẽdit: vt pfata sexta pars totius Digestorũ voluminis octo libris definiat. SEPTIMVS autem & nouissimus articulus Digestorũ, sex libris formatus est: quos de stipulationibus, seu verborũ obligationibus, & fideiussoribus & mãdatoribus, necnõ nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætorijs stipulationibus, omne quod ius inuenitur, gemino volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt pro delictis priuatis, & extraordinarijs, necnõ publicis criminibus, q omnẽ continent seueritatẽ, pœnarumq; attrocitatẽ. Quibus permista sunt & ea, quæ de audacib. hominibus cauta sunt, qui se celare conantur & contumaces existunt: & de pœnis, quæ cõdemnatis infligunt r, vel cõceduntur, necnõ de eorum substantijs. Liber autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est cõtra sententias tam ciuiles, quàm criminales causas finientes. Cætera autem omnia, quæ ad municipales, vel de Decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diuersis cognitionib., & censibus, vel significatione verborum veteribus, inuenta sunt, quæque regulariter definita, in sese recipit quinquagesimus, totius consummationis perfectus. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum necnon prudẽtissimum magistrum exquestorem & excon-

Margin notes:

* ci.

Quarta.

† duo, pro duos, more Græco, quibus & δύο nonnumquã indeclinabile ponitur.

Quinta.

† fortè legẽ duꝫ, victoria.

† posuit.

Sexta.

† in quo

† In præfatione, Græca est, καὶ τῶν ἐν τούτοις τι κακουργούντων. quo fit vt suspicer insidias ædificiorũ noui pro insidiosis, & fraudulẽtis machinationibus aduersus ędificia.

Septima.

sulem Tribonianum, qui similiter eloquentiæ, & legitimæ scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilq; maius nec charius nostris vnquam iussionib. duxit: necnon per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, idest Constantinum virũ illustrẽ, Comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinij libellorum, sacrarumq; cognitionũ, qui semper nobis ex bona opinione, & gloria sese cõmẽdauit, nec non Theophilũ virum illustrẽ magistrum iurisq; peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationẽ extendentẽ: & Dorotheũ virũ illustrẽ, & facundissimum quæstoriũ, quem in Berrytiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradẽtẽ, propter eius optimã opinionẽ, & gloriam ad nos deduximus, participemq; huius operis fecimus. Sed & Anatolium virũ illustrẽ magistrũ, qui & ipse apud Berytiẽses iuris interpretes cõstitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedẽs: cũ & pater eius Leontius, & auus Eudoxius, qui post Patricium inclytæ recordationis quæstorẽ & antecessorẽ, & Leontiũ virũ gloriosissimũ præfectũ, † cõsularẽ, atq; Patriciũ filium eius, optimam sui memoriam in legibus reliquerunt, nec non & Cratinũ virũ illustrẽ, & Comitem sacrarũ largitionũ, & optimũ Antecessorem huius almæ vrbis constitutũ. qui omnes ad prædictũ opus electi sunt vnà cum Stephano Mena, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Ioãne, viris prudẽtissimis, qui patroni quidẽ sunt causarũ apud maximã sedẽ Præfecturæ, q̃ Orientalib. Prætorijs præest. Omne aũt suæ virtutis testimoniũ vndiq; accipientes, & à nobis ad tanti operis consummationẽ electi sunt: & cũ oẽs in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelsi, vt tm̃ opus nobis auctorib. possent conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consummatum est. Tanta autẽ à nobis antiquitati habita est reuerentia, vt nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur mõ: sed vnusquisq; eorum, q̃ auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tãtummodo a nobis effecto, vt si quid in legib. eorum, vel superuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum visum est: vel adiectionem, vel deminutionem necessariam accipiat & rectissimis tradat regulis, & in multis similib. vel contrarijs, q̃ rectius habere apparebat, hoc p̄ alijs omnib. positum est: vnaque omnib. auctoritate indulta: vt quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate cõpositum; nemine audẽte comparare ea, quæ antiquitas habebat, & q̃ nostra auctoritas introduxit: quia multa & maxima sunt, quæ propter vtilitatem rerum transformata sunt: adeò vt si principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neq; ei pepercimus, sed & hanc corrigendam * esse putauimus, & in melius restaurãdam. * nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorũ, & necessariũ fuerat, hoc nostris emendationibus seruauimus, & propter hãc cãm, & si quid inter eos dubitabatur, hoc iã in tutissimam peruenit quietẽ, nullo titubante relicto. Sed cũ prospeximus, q̃d ad portandam tantæ sapientię molem nõ sint idonei homines rudes, & qui in primis legũ vestibulis stantes intrare ad arcana eorũ properant: & aliam mediocrem eruditionẽ * properandam esse censuimus, vt sub ea colorati, & quasi primitijs, omnium imbuti possint ad penetralia eorũ intrare, & formã legum pulcherrimam nõ conniuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnõ Theophilo, & Dorotheo viris illustribus, & facundissimis Antecessoribus accersitis, mandauimus, quatenus libris quos veteres cõposuerunt, qui prima legũ argumenta continebãt, & Institutiones vocabãtur vndique separatim collectis: quidquid ex his vtile & aptissimum, vndiq; sit elimatũ, & rebus, q̃ in præsenti æuo in vsu vertuntur, cõsentaneũ inuenitur: hoc & capere studeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamẽta, atque elemẽta ponere, quib. iuuenes suffulti, possint grauiora & perfectiora legum scita sustentare. Admonuimus autẽ eos, vt memores etiam nostrarum fiant constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus; & in confectione Institutionum et eandem emendationem * ponere non morentur, vt sit manifestum, & quid antea vacillabat, & quid postea in stabilitatẽ redactũ est. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum & relectũ est, & prono suscepimus animo, & nostris sensibus non indignum esse iudicauimus, & prædictos constitutionum vicẽ habere iussimus: qd & in oratione nostra, quam eisdem libris præposuimus, apertius declaratur. Omni igitur Romani iuris dispositione cõposita, & in tribus voluminibus, i. Institutionũ, & Digestorũ, seu Pandectarum, necnon Constitutionũ perfecta, & in tribus annis consummata, quæ vt primum separari cœpit, neq; in totum decẽnium compleri sperabatur: omnipotenti Deo, & hanc operã ad hominum sustentationẽ pijs obtulimus animis, vberesq; gratias maximæ deitati reddidimus: quæ nobis p̄stitit & bella fœliciter agere, & honesta pace perpotiri, & non tantũ nostro, sed etiam omni æuo, tam instãti, quã posteriori leges optimas ponere. Omnibus itaq; homi-

† In præfatione, Græca est, καὶ τοῦ ἐν τούτῳ τὶ καινουργοῦντος. quo fit vt suspicer [illegible] [illegible] [illegible] pro insidiosis, & fraudulentis machinationibus aduersus fiscum.

† Præfectorum.

* hoc corrigendũ. Flo. * restaurandum, Flo.

* emendationem. Fl.

* eadem mẽdatione. Fl.

hominib. eandem sanctionem manifestã facere, necessariũ esse perspeximus: vt sit eis cognitũ, quanta confusione & infinitate absolati, in quantã* moderationẽ & legitimã veritatẽ peruenerunt, legesq; in posterum habeant tã directas, q̃ cõpendiosas, oibusq; in promptu positas, & ad possidendi libros earum facilitatem idoneas: vt non mole diuitiarum expensa possunt homines superuacuę legũ multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorũ cõparatio pateat tã ditioribus, q̃ tenuiorib. minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid aũt in tanta legum cõpositione, q̃ ab immenso librorũ numero collecta est, simile forsitan rarò inueniatur nemo hoc vituperandũ existimet, sed primũ quidem imbecillitati humanæ, q̃ naturaliter inest, hoc inscribat: qa omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis, q̃ mortalitatis est, quod & à maiorib. dictum est, deinde sciat, quod similitudo in quibusdam & his breuissimis adsumpta non inutilis est, & nec citra nostrum propositũ hoc subsecutum, aut. n. ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis pp rerum cognationem applicari eam oportuerit: aut cũ fuerat alijs diuersis permista, impossibile erat eam per partes detrahi, ne totum confunderetur, & in his partib. in quib. perfectissimæ visiones* veterum exposita fuerant, quod particulatim in ea fuerat sparsum, hoc diuidere, ac separare penit⁹ erat inciuile: ne tam sensus, q̃ aures legentiũ ex hoc perturbarentur. Similiq; modo si qd principalib. cõstitutionib. cautum est: hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo, quasi constitutionum recitatione sufficiente, nisi & hoc raro ex ijsdẽ causis, ex quib. similitudo adsumpta est. Cõtrarium autem aliquid in hoc codice positum nullũ sibi locum vindicabit, nec inuenitur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiet, sed est aliquid nouum inuentum, vel occultè positum, quod dissonantiæ querelã dissoluit, & aliã natura inducit discordiæ fines effugiẽtẽ. Sed & si quid forsitan p̃termissum est, qd in tantis millib. quasi in profundo positũ latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obscuritate inuolutum necessariò derelictũ est: quis hoc reprehendere* recto animo possit? primo quidem propter ingenij mortalis exiguitatẽ: deinde ꝓpter ipsius rei vitium, quod multis inutilib. permistum, nullã sui ad eruendum p̃buit copiã, dein, quod multò vtilius est pauca idonea effugere, q̃ multis inutilib. homines prægrauare. Mirabile autẽ aliquid ex his libris emersit, quod multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur: homines etenim, qui antea lites agebant, licèt multæ leges fuerant positæ, tamẽ ex paucis lites perferebãt, vel propter inopiam librorum, quos cõparare eis impossibile erat, vel ꝓpter ipsam inscientiam, & voluntate iudicium magis q̃ legitima auctoritate lites dirimebãtur. In præsenti aũt consummatione nostrorum Digestorum è tantis leges collectæ sunt voluminib. quorũ & nomina antiquiores homines, non dicimus nesciebant, sed nec vnq̃ audiebant: q̃ omnia collecta sunt substãtia amplissima cõgregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima aũt breuitas nostra efficiatur. Antiq̃ autem sapiẽtiæ librorum copiã maximè Tribonianus vir excellentissimus prębuit, in quib. multi fuerant & ipsis eruditissimis hominib. incogniti: quibus omnib. prelectis, qdquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionẽ peruenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quib. leges positæ sunt: sed ẽt multa, quæ nihil vel vtile, vel nouum in eis inuenientes, quod exceptum* nostris Digestis applicarent, optimo aio respuerunt. Sed quia diuinæ quidẽ res perfectissimæ sunt, humani verò iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod stare perpetuò possit (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) non desperamus, q̃dã postea emergi negotia, q̃ adhuc legum laqueis non sunt innodata.* Si quid igitur tale contigerit, Augustũ imploretur remediũ: quia ideo Imperialẽ fortunã reb. humanis Deus p̃posuit, vt possit oĩa, quæ nouiter contingunt, & emẽdare, & cõponere, & modis & regulis cõpetẽtibus tradere, & hoc non primum à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia: cum & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subtilissimus cõditor, in suis libris hoc retulit, vt si qd imperfectũ inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur, & nõ ipse solus sed & Diuus Hadrianus in cõpositione edicti, & Senatusconsulto, quod eam secutũ est, hoc apertissimè definiuit: vt si quid in edicto positum non inuenitur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturas, & imitationes possit noua instruere auctoritas. Hæc igitur oĩa scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarũ homines, gratias quidem amplissimas agite summæ diuinitati, quæ vestris temporibus tam saluberrimum opus seruauit, quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio: hoc vestris temporibus indultum est. Hasce itaque leges & adorate, & obseruate, omnib. antiquioribus quiescentibus: nemoque vestrum audeat, vel comparare eas priorib. vel si quid dissonans in vtroque est, requirere: qa omne, quod hic positum est, hoc vnicum & solum obseruari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges necessariæ sunt,

Marginal notes:

Flor. quam.

* Huic voci Græcè respondet. θεωρίαι. de quo vide Ant. Augu. lib. 1. c. 1.

* ad prehendere. Flo.

* exceptum Flor.

* innouata Flor.

sunt, ex alijs libris, nisi ab ijsdē Institutionibus, nostrisque Digestis, & Constitutionibus à nobis compositis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel ostendere conetur: nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus, vna cum iudice, qui eis * audientiam accomodauerit, pœnis grauissimis laborare. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hæc cōsummatio ordinata est: iussimus & hoc in primordijs Digestorum nostrorum inscribi: vt manifestissimum sit, ex quibus legislatoribus, quibusq; libris eorum, & quot millibus hoc iustitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos, & anteriores pijssimi Principes admittere non sunt indignati: omnibus vno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam * aliquam prærogatiuam vindicante. cum enim constitutionum vicem & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cum vna dignitas, vna potestas omnibus est indulta? Hoc autē, quod & ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri Deo adnuante mandabamus: tempestiuum nobis videtur & in præsenti sancire: vt nemo neque eorum, qui in præsenti iuris peritiam habent, neque qui postea fierent, audeat commentarios ijsdem legibus adnectere: nisi tantum si velit eas in Græcam vocem trāsformare, sub eodem ordine, eaq; consequentia, sub qua & voces Romanæ positæ sunt, hoc quod Græci κατὰ πόδα † dicunt, & si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ παράτιτλα nuncupantur, componere. aliàs autem legum interpretationes, imò magis peruersiones eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquod legibus nostris adferat ex confusione dedecus, quod & in antiquis edicti perpetui cōmentatoribus factum est, qui opus moderatè confectum huc atq; illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt, vt penè omnem Romanam sanctionem esse confusam * cerneres. Quos si passi non sumus, quemadmodum posteritatis admittatur vna discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omnino corrumpantur. Si quid verò (vt supra dictum est) ambiguum fuerit visum: hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate Augusta manifestetur, cui soli concessum est leges & condere, & interpretari. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus & aduersus eos, qui in posterum leges nostras per signorum * obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim id est & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per consequentias litterarum volumus, non per signa * manifestari: ita vt qui talem librum sibi parauerit, in quo signa * posita sunt in qualemcumque locum libri, vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum. neque enim licētiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacumq; sua parte signorum * habet malitias. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit: non solum criminali pœna (secundum quod dictum est) plectetur, sed etiam libri æstimationem in duplum domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit, quod & antea à nobis dispositum est in Latina constitutione, & in Græca, quam ad legum professores dimisimus. Leges autem nostras, quam in his codicibus, idest, Institutionum, seu Elementorum, & Digestorum, vel Pandectarum posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro fœlicissimo sancimus Consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Kalen. Ianuar. in omne æuum valituras, & vna cum nostris constitutionibus pollentes, & suum vigorem in iudicijs ostendentes in omnibus causis, siue quæ postea emerserint, siue quæ in iudicijs adhuc pendent, nec eas iudicialis, vel amicalis forma compescuit. quæ enim iam vel iudiciali sentētia finita sunt, vel amicali pacto sopita: hęc resuscitari nullo volumus modo. Bene autē properauimus in tertium nostrum Consulatum & has leges edere: quia maximi Dei & Domini nostri Iesu Christi auxilium, fœlicissimum eum nostræ Reipublicæ donauit: cum in hūc & bella Partica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit. post Europam enim & Asiam, & tota Lybia nostro Imperio adiūcta est, & tanto operi legum caput impositum est, omnia cœlestia dona nostro tertio Consulatui indulta. Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant, * & tam in suis iudiciis, quàm in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelsus huius almæ vrbis Præfectus. curæ autem erit tribus excelsis Præfectis Prætoriis, tam Orientalibus, quàm Illyricis, necnon Lybicis per suas auctoritates omnibus qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Data septimodecimo Kalendas Ianuarii, Iustiniano domino nostro ter Consule.

*Flo. eorum audientiam] parstatur.

* eidē: Fl.

* exceptum, Flor.

* innouare Flor.

† Idest, iuxta pedē. q̄d verò hoc loco significet vi. Alc. Parerg. lib. 11. cap. 6.

* Vi. Ant. Aug. lib. 2. c. 1.

* Fl. siglorū γίγγλας etiā in constit. Græca legere est.

* sigla.

* sigla.

* siglorum.

* suscipiant.

QVID

Digitized by Google

QVID IN DIGESTORVM, CODICIS, ET Institutionum libris præstiterit, hac prolixa Constitutione declarat,

Eadem prorſus forma, qua in l. in tanta. C. de vete. iure eunucl. idipſum perſecutus eſt.

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, fœlix, inclytus, victor, triumphator, ſemper Auguſtus,

Magno Senatui, & populo, & vniuerſis noſtræ ditionis vrbibus.

TRIBVIT nobis Dominus pacem cum Perſis inita, & trophæo de Vandalis erecto, atque in ditionem noſtram redacta tota Libya, ipſaque inclyta Carthagine recepta, vt ab his, qui ante nos imperarunt, latarum legum inſtaurationem ad eum finem perduceremus, ad quem perduci aut vllo modo perfici poſſe, ne cogitare quidem vllus, nedum ſperare potuiſſet antiquæ vſque ad quæ pœnè in mille non in alijs modò, ſed in Imperialibus quoque Conſtitutionibus in omnem ſpirare concordiam, & diſcordiam, & exempto ſi quid in eis pugnans fuit: ſimilibuſq; omnibus remotis, vnam illi pulcherrimam quandam formam ita comparare, vt vna tantum de ſingulis controuerſijs lex poſita haberetur: Cœleſti prouidentiæ, & in homines beneuolentię peculiare fuit: humano verò ingenio & conatu atque facultate perfici nullo modo potuit. Nos igitur pro conſuetudine noſtra, manibus ad Deum ſublatis, & eius implorato auxilio, opus ipſum adgreſſi ſumus, quod & poſtea abſoluimus, Triboniani Illuſtriſſimi magiſtri, & exquæſtoris ſacri noſtri Palatij, & exconſulis ſubſidio præcipuè freti, aliquot etiam alijs Illuſtribus, & prudentibus hominibus adhibitis, à quibus res ſingulas ita vt opus procedebat ſciſcitati, & eorum, quæ ipſis dubia videbatur, certiores facti, omnibus demum pro ea intelligentia, quę nobis à Domino, & Seruatore noſtro Ieſu Chriſto conceſſa eſt, perpenſis, & digeſtis, conſentaneum tandem finem impoſuimus. Pijs igitur Conſtitutionibus iam ante in duodecim libros digeſtis, librum noſtro nomine inſcriptum compoſuimus: nunc autem coactis antiquorum Legiſlatorum ſentētiis, ex multitudine librorum, plus minus duorū millium, vt numerum verſuum tricies centenorū millium ad minimum continerent, indimenſum & compoſitum aceruū redegimus. Oēs igitur ſuperiores libros ad numerum quinquaginta coegimus, omnia quę vtilia erant (quęſtionibus omnibus amputatis, nullaq; repugnantia relicta) coaceruantes; eique libro Digeſtorum, ſeu Pandectarum nomē impoſuimus: propterea ꝙ legum definitiones, & conſtitutiones in ſe cōtineret, omniaq; vno quodam complexu coerceret, verſuſq; illi non plures quàm centū quinquaginta mille relinquētes. Porrò autem opus ipſum in ſeptē tractatus diſtinximus, neque tamen id temere aut fortuito, atq; incōſultò, ſed ad ipſam numerorū naturam, & harmoniam ſpectantes: nā quæ vulgò πρῶτα nominantur, ea quatuor libris cōcluſimus: quæ verò DE IVDICIIS, ſeptem alijs libris: quæ DE REBVS, non pluribus quam octo; reliquā autem operis partem, quæ quarta eſt, & totius dimidia, octo libris alijs cōplexi ſum⁹: inter quos eſt, & HYPOTHECARIA, non longe à PIGNORATITIA. Eſt autem & AEDILITIVM EDICTVM, & DE EVICTIONIB. ſtipulatio: quæ duo cum eſſent velut appēdices venditionum, procul tū inter leges repoſita,

Codex Iuſtinianeus.

Digeſta. Pandectarū nomen.

Adhuc locum vnde Alc. li. Parer. li. c. 8.

propter eam quam inter se habēt adfinitatē, ea in ꝓximo collocauimus, vt ne quæ de iisdem differuntur, procul inter se desiuncta, ac separata essent. His porrò ea, quæ ad vsuras terrestres, ac maritimas pertinent, & itē quæ ad instrumenta, testes, probationes, præsumtiones, vnum in locum collecta subiūximus. Hęc quidem omnia in tres, eosq; singulares libros post tractatum DE REBVS, inter se coniuncta reponentes: ac tum quidem ea, quę de sponsalibus, nuptijs, & dote, cōstituta sunt, coaceruātes, huic quoq; cōpositioni tres libros designauimus. Duos prętere a de tutoribus minoris ætatis, qui vulgò DE TVTELIS appellantur, eosque ipso loco, quæ octo hisce libris tractantur, in summam redegimus: & hanc, vt diximus, mediā partē totius libri fecimus: & quæ pulcherrima, & vtilissima videbantur, ea legibus in his incertis descripsimus. Quæ verò ad testamenta, legata, & fideicommissa pertinent, ea omnia in numerum nouem librorum contulimus: inter quos duo priorē locum obtinent, qui de testamentis, & codicillis, siue qui vulgariter, siue qui militum arbitrio fiunt, commemorant: suntque DE TESTAMENTIS inscripti. Quinq; aūt qui sequūtur, de legatis, & fideicommissis tractant: & oibus quęstionibus, quæ in his versant. Et qm̄ legis Falcidiæ narratio, naturæ legatorum, & fideicommissorū finitima cognataque est, ideo nos eam proximo loco reposuimus: eiq; post tractatum de legatis, librum integrum, & cum breui quadam accessione adsignauimus. Prętere a cum Falcidiam legem id Senatusconsultum in fideicommissis imitaretur, quod Trebellianū vocant, huic etiā attribuimus vltimus huius compositionis locum vniuersa hac sāctione sub Trebelliano Senatusconsulto redacta: postea quam antiquā Pegasiani constitutionem inutilē esse, & absurdas horum Senatusconsultorum tum differētias, tum similitudines comperissemus; quas ēt antiqui odio habentes, captiosas, & damnosas appellarūt: & simpliciori quadā ratione vniuersum hunc tractatū coaceruantes, & in Trebelliani locum adaptantes, hanc quintam partem totius cōpositionis nouem libris absoluimus: in quibus sanè nullam de his, quæ veteres caduca nominabant, mentionem fecimus: quoniam hæc quæ infęlici quodam fato in Romanorū Republica euenerant, & grauis ciuiliū bellorum recordatio fuerant: his tēporibus, quibus Deus in hac pace viuere nobis concessit, vsurpari in Republica non oportebat: neque inter eos, qui nobis subiecti sunt, neq; qui extra nostrum sunt imperium: cumq; oporteat bellum nostris viribus gerere, & hostes superare. Sequitur aūt & sexta quædā pars huius totius operis, octo libris conclusa. Præclarè autem incipit à bonorū possessionibus, quas nos ita vt reliqua expēdentes, siue quæ ad ingenuos, siue quæ ad libertinos pertinebāt, ex immēsa illa vetere colluuie, & obscuritate in purum compendium redegimus: duorum librorum numerum ipsis satis esse arbitrati. Quin etiam omnes successiones ab intestato, cum his coniunximus: oēs cognationum ordines, & earum gradus in eo libro inserentes. In postrema aūt ipsorum parte, ea quę ad Senatuscōsultum Tertyllianum, & Orficianum pertinent, inserenda, putauimus: ex quibus matres, & liberi sibi mutuò succederent. De hinc liber alius consequitur, ea sanciens, quæ tractant de operibus in ædificijs, de cautione damni infecti, & his qui in huiusmodi rebus aliquid delinquūt, & qui vicinis damnum inferūt aquarum fluxu, de publicanis, itemq; de donationibus, tam quæ sine causa, quàm quæ causa mortis in beneuolentiā referuntur. Inde quidquid vsquā de quibuscumque manumissionibus extabat, aut his actionibus; quæ illarum nomine exercentur, hoc vno libro explicatū est. Ea verò quæ pertinēt ad rerū acquisitionem, & titulos qui eā inducunt, in vnum tractatum coegimus: & item quidquid omnino ad res iudicatas pertinet, eosq; qui iudicati, vel in iure confesi sunt, bonorumque cessiones, venditiones ob debita, rerum separationes, de curatore bonis dando, & vt ne quid in fraudem creditorū fiat, hæc similiter in vnū volumen coegimus. Interdicta verò vni dūtaxat libro tradidimus, ac tum quidem ad exceptiones peruenimus, & tēpora his exceptionibus definita: simulq; actiones, & obligationes executi sumus, totamq; hanc partem, in qua (vt dictum est) ea, quæ de bonorum possessionibus scripta sunt, præcedunt, octo libris complexi sumus, sextam hanc totius operis partē separantes. Postrema autem pars, quæ est totius negotij septima in sex libros redacta est, à stipulationibus quidem initiū habēs: inde aūt ad ea, quæ de fideiussoribus, solutionibus, & liberationibus, stipulationibusq; prætorijs scripta sunt, pertingens: quæ omnia duobus à nobis contracta sunt libris, qui tamen dici non potest, quàm antea fuerint innumerabiles. Iam verò ad tractatus de delictis præteruecti, & oīa tum mediocria delicta, tū quę priuata, & extraordinaria vocant, enumerātes: pertingentes ēt ad publica crimina, quę maxima sunt, & magnam pœnam desiderāt, duobus etiam his libris hæc oīa, quæ ad delicta & crimina pertinent, cōplexi sumus, admixta sunt enim illis ea, quæ tractant de his, qui delicti quidē conuicti sunt, se ipsi autem celant: deq; ipsorum facultatibus, & pœna aut absolutione con-

cõdemnatorum. Initium porrò alterius libri denuò exoritur à narratione de appellationibus, quæ tum pecuniarijs, tum criminalibus sentẽtijs communis est. Quæcumq; verò de municipibus, Decurionib. muneribus, operibus publicis, nundinis, vectigalium pollicitationib. varijs stipulationibus, & censibus sancita sunt ab antiquis: quæcumq; item de verborum significatione & regulis extant ab antiquis tradita, hæc omnia postremus liber cõplectitur, cuius initium est a stipulationib. sextus quidem existens, si quis ad peculiare initium spectet: quinquagesimus autem, si quis vniuersum opus respiciat, q̃ omnia pulchrè composita, & elaborata sunt, & vt conueniebat ex mandato nostro, tum ab illustrissimo, & prudentissimo magistro, & ex quæstore regiæ nostræ & exconsule Triboniano, viro tã rerum vsu & peritia, quam eloquentia, & legum scribendarum cognitione clarissimo, q̃que mandatis nostris nihil vnquã prius, aut antiquius habuit: & alijs qui cũ ipso huic rei in gratiam nostram incubuerunt, Constantino. s. magnificentissimo Comite sacrarũ largitionũ, & magistro sacri scrinii sacrorũ libellorũ, Regiarumq; cognitionum, qui bonã semper de se existimationem apud nos retinuit: tũ præterea Theopilo magnificentissimo magistro, quiq; leges in hac regia vrbe, magna veneratione & diligentia, atq; adeo vt professoriæ dignitati cõuenit, interpretatur: cũ Dorotheo magnificentissimo Quæstore & interprete designato in legũ ciuitate (dicimus aũt celebrem & splendidã Berytensiũ metropolim) quem ad nos perduci, & participem huius laboris facere voluimus, bona de eo existimatione ducti: tũ etiã Anatolio magnificẽtissimo magistro, qui & ipse apud Berytiẽses leges profitetur, viro ex illustri legũ professorum apud Phœnices tertia generatione descẽdente: vtpote qui genus referat ad Leontium & Eudoxium viros legum peritia celebres, post Patritium insignis memoriæ quæstoriũ anticensorem, & Leontium celeberrimũ expræfectum, exconsulem, & Patritiũ ipsius filium, & Cratinũ virũ illustrẽ, & magnificentissimum simul & sapientissimum Comitem sacrarum largitionũ. Est aũt & ipse legũ optimus interpres in hac regia vrbe: & præter hos Stephano, Menæ, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonidæ, Leontio, Platoni, Iacobo, Cõstantino, Ioanni, prudentissimis viris: qui omnes oratores sunt illustrissimorũ Præfectorum sacrorum nostrorũ prætoriorũ: opinione autem apud omnes sapientiæ meritò quam obtinerent, iure a nobis digni sunt iudicati, q̃ tanti huius laboris participes essent.

Quid in Digestorũ cõpositione factum sit.

Hæc igitur à nobis circa Digestorum cõscriptionẽ elaborata sunt per eos quos paulò ante nominauimus illustres & prudẽtes homines. Tanta aũt nobis reuerentia antiquitatis fuit, vt immutari nomina veterum iurisprudentiũ nullo modo permiserimus; sed vniuscuiusque nomen legib. inscripserimus, ea quidem immutantes, quæ nobis non rectè se habere visa sunt, quibusdam videlicet amputatis, quibusdam verò additis: eoque ex multis excerpto & selecto, quod optimum fuit, & æquali robore auctoritatis omnib. accommodato, vt quidquid libro inscriptum est, hoc videatur nostra sententia factum: neque iã audeat ea, quæ nunc fiunt, cum antiquis cõparare: quippe cum multa, & quæ ne numerari quidem facilè poterãt, a nobis in melius mutata sint: etiam si quid aliqua prorsum Imperatorum constitutione diuersè sancitum extabat. Nomina enim antiquis integra seruauimus, legum autem auctoritatem nostram fecimus: quemadmodũ etiam si quid dissidens in his extabat (multa autem extabant huiusmodi) id omne distinctum est, & suis limitibus determinatum: denique vt in clarum finem redigeretur lex quaque. perfecimus. Et quoniam operæ pretium erat commodã quandam introductionem facere eorum causa, q̃ nuper ad legum studium aggressi sunt, neque dum ullam altiorem doctrinam attigerunt, nos eius quoque rei curam & cogitationem suscepimus. Quocirca Triboniano viro illustrissimo, & cui totius legũ sanctionis negotium commissum fuit, & item Theophilo, ac Dorotheo magnificentissimis & sapientissimis anticensoribus mandauimus, vt ex his, quæ apud ueteres inter introductiones iacebant, ea seligerent, quæ maximè cõmoda & vsitata, ac præsenti Reip. statui vtilia essent: eaque congesta & coagmentata nobis offerrent: meminissent autem & nostrarum cõstitutionum quas in superiorem emendationẽ fecimus. Itaque libros quatuor, qui prima essent elementa introductionis compararent, quæ INSTITVTA vocari solent. Hanc igitur sanctionem à se compositam nobis cum obtulissent, nos ea perpensa & cõsiderata, rectè se illam habere, & uoluntati nostræ respondere iudicauimus: nostrumque hunc esse librum, & nostrarum constitutionũ robur obtinere, ex his, quæ in prooemio libri disseruimus, omnibus notum, ac testatum reliquimus. Sic igitur Romanorum sanctionib. in tres libros digestis, nos tanto, ac tam difficili opere perfecto (quod primo quidem omnem spem, atque expectationem superabat, & q̃uis aliquanto post ostendimus rem esse factu haud ita difficilem, minimè tamen sperauimus, vel decennio toto perfici posse) absolutoque trium duntaxat annorum celeritate, & hoc p̃mio dicato Domino & Deo nostro, q̃

Instituta.

& tranquillè viuere, & hostes superare, & leges sancire omni tam superiori, quàm nostræ & posterorum ætati dedit, visum est faciẽdũ esse, vt nostrum erga omnes studium, & beneuolentiam ostenderemus: uti posthac ab antiquis illis dictis dijs, colluuie, ac legibus infinitis liberati, tectis breuibus & expeditis legib. fruerentur, & quæ litium, & controuersiarũ compendium præberent, facileque compara ri possent, vt iam ingenti pecunia ad inutiliũ librorum multitudinem comparandam nõ opus esset, quoniam perexiguo pretio, tum diuitibus, tum pauperib. sui coemendi copiam præberent. Quòd si ne nunc quidem cũ hæc ita digesta sunt & coagmentata, atque ex tot millibus collecta, deesse aliqua videantur, q̃ sint inter se similia (quæ tamen perrara fore arbitramur) hi tamen qui rectè omnia & ratione perpendent, profectò humanam naturam excusatione ea in re carere nõ existimabunt. Quod enim omni ex parte uitio vacat, id certè solius fuerit diuinę potentiæ, non autem humanarum virium efficere: quemamodum à maioribus etiam nostris dictum est, quamquam etiam vbi similia quædam admisimus, siue q̃ res de quibus agebatur, ita postularet, ac necesse esset rem eandem plurib. cõmemorare locis: aut q̃ cum aliqua re ita coniuncta essent, quæ similia superiori videbantur, neque ideo facilis eorum esset separatio: siue q̃ ita obseruari totius disputationis continuationem oportebat, ne mens Pegislatoris verborum quorundã amputatione confunderetur (nisi hoc necessitate exigente alicubi prætermissum est) verum ita exigua breuia sunt, vt non facile quisquam possit animaduertere. Quod ipsum in his etiam, quæ iam olim Imperialibus constitutionibus sancita fuerãt, obseruauimus, nam quæ ijs libris obscripta fuerant, ea non permisimus hoc in libro collocari; Præterea, quę propter causarũ similitudinem, quam habent inter se, sunt affinia & cognata. Cæterum leges inter se contrarias in his quidem, quæ hoc in libro insertæ sunt, nemo facile inuenerit, si modò vniuersas contrariorum definitiones percurrat. Quamquam est quidem aliquid diuersum, quod per se sumptũ, diuersam fortassis in altero facit legis sententiã. Quod si fortasse aliquid eorũ, quæ asci ibi oportebat, prætermissum est, (neque enim alienũ id fuerit humanæ naturæ imbecillitati) attamẽ subiectis nostris vtilius fuerit à multis incommodis liberari, quàm quædam fortassis, eaque perpauca relinquere: quæ vtilia quidem videbãtur, sed in infinitis pene millibus librorum defossa, & congesta, neque cuiq̃ fortasse nota erant, ob eamque causam facilè latere possent, & quamuis antea tam multi extarent scripti libri, tamen ex paucissimis legislatoribus, & libris controuersię disceptabantur: partim q̃ plerique libris carebant, partim quod laborẽ tam multa vtilia, quidem illa, sed tamẽ vsum non obtinentia, inueniendi ferre non poterant, nũc autem in hanc compositionem & multæ leges, & hæ ratæ & validæ congestæ sunt ex libris ratis & inuentu difficilibus, & quorum ne nomina quidem multi celeberrimi Iurisconsulti sciebant: quorum copiã immensissimam is, quem diximus, illustrissimus Tribonianus nobis præbuit, ingentem librorum numerum nobis exhibens, quos ne numerare quidem facilè est, ex quib. omnibus quantum satis fuit, perlectis, hi nostri libri desumpti sunt. Porrò autem, qui à nobis ad hoc opus componendum conuocati sunt, in multos etiam libros inciderunt, in q̃bus quum nihil vel nouum, vel utile reperissent, præterea, quæ iam ante coaceruauerant, meritò recusarunt, ne leges vllas ex ipsis in hoc opus insererent. Cæterum si qua de re deinceps controuersia orta fuerit, de qua nihil his legibus definitum esse appareat (permulta enim noua natura ferre consueuit) attamẽ ob eam causam diuinitus Imperium ad homines perlatum est, vt si quando aliquid deesse videretur, de eo semper legem statuens, id quod humanæ naturæ deesset, suppleret, ratis legibus, ad limitibus circumscriberet, neque vero hoc primum à nobis dictum est, sed etiam pridem Iulianum virum doctissimum, & Iurisconsultum celeberrimum hoc ipsum palam vsurpasse constat, & Imperatoris auxilium implorasse, vt controuersijs, quę exoriebãtur, satisfaceret. Præterea fœlicis memoriæ Adrianus cum breui quodam scripto ea complexus esset quæ annuo Imperio Prætores edicerant, conuocato ad id Iuliano viro fortissimo, in ea oratione quam in Senatu Romæ veteris habuisse traditur, hoc ipsum dixit: nempe si quid aliquando præter quàm quod legibus definitum est acciderit, æquum est eos, qui Imperium tenuerint, hoc definire,† & vestigijs antiquarum constitutionum inhærentes, his malis remedium inuenire. Hæc igitur vos omnes (vos autem appello, patres conscripti, & reliqui nostri Imperij homines) quum sciatis, Deo gratias agite: q rem tam bonam & salutarem in hæc nostra tempora reseruauit: nostris autem legib. fruimini: is, quæ in antiquis libris scriptæ sunt, nullam ad rem vtentes, neque ea comparantes cum ijs, quæ nunc constituta sunt, ne quædam inter se minus conuenire videantur, & id quod nobis inutile est repudietur. Hæc vero nunc obtineant: illis enim in posterum vti prohibemus, hæc vero sola in Republica vsurpari & obtinere volumus. Ob eãq; causam si quis

γνώμη memorabilis.

† Aristot. 5. Ethic. & 1. Politic. c. 6. A. P.

libellus est frustratorius, quādo actio est inepte concepta, & sententia ab- solutoria debet inde sequi. in mar. 477. nu. 10
libellus qualiter formatur super obse- quijs, & reuerentia exhibenda. in marg. 1473. nu. 40
libellus male conceptus debet a iudi- ce reijci & lacerari in margine gl. 4. l. si men. fal. mod. dixe. 1595. nu- mero 50

libellus

libellus non debet esse confusus. 791. numero 60
libelli obscuri interpretatio non transit ad hæredem. in marg. 914. numero 60
Libellus quo petitur dos restitui, debet concludere ad totam doté, licet maritus condemnetur in quantum facere potest. in marg. 1914. nu. 10.
libellus vim citationis, non habet. l. libertus. 2. de in ius voc. 172. nu. 10
Per libellum causa expediri non potest, vbi decretum est necessarium. l. nec quicquam. §. 1. de offi. procon. 107 nu. 50
Quæstio iurisdictionis expeditur secundum libelli formam, non secundum id quod debetur. §. quotiens. l. cum quædam. de iurisd. omn. iud. 152. nu. 20
libello debet esse conformis sentétia. l. vt fundus. com. diui. 2343. nu. 10
libellum do, vt soluas vni tertio, quando mea interest. §. Celsus. 129. n. 10
Res quomodo debet designari in libello per totam. glo. 232. num. 20
Olim non proponebatur actio in libello. 233. nu 70
libello vno plures actiones cumulari possunt. l. hæredes. § idest. fam. erci. 1303 nu. 10
libello in vno actiones duæ poni possunt. in addic. gl. mouere. 2128. nume. 30
Petens speciem argenteam, debet in libello inserere speciem, & pondus, §. si quis ar. 1878. nu 40
libellos agere. l. rescriptum. 2290. n. 10
liberalis ex necessitate fit nemo. gl. 2. l. si vsusfructus. de iu. dotium. 2540 nu. 70
liberalis fit nemo in necessitatibus l. proxime de ritu. nup. 2500. in princ.
liberalitas captiosa damnatur. l. cum Aquiliana. de transa. 317 nu 40. & 318. in princ.
liberalitatis suæ pœnã pati nemo debet. l. ad res. de ædil. edi 2345. nu 30
liberalitate sua conuentus, in id quod facere potest códemnatur. §. huc. n. l. si extraneus de iu. dot 2522. n. 40
liberat me alius, qui me soluẽdo l. 2. in fi. de exer. ac. 1688. nu. 60
liberare alium in pœnis non dicitur vnus soluens. l. adeo. de iurisd. omn. iudic. 145. nu 50
liberare possumus inuitum, & ignorãtem, l. soluendo, de negot. gest. 487. nu. 10
liberare proniores sumus, quam condemnare gl 3 § pactus, l. si vnus. de pact. 283 nu 50
liberare quem ab obligatione, est species acquirendi. gl. 3. l. si debitor, de pact 309 nu 70
liberatur dando alium fideiussorem. qui tenetur certum dare si non potest. in mar. 517 nu. 40
liberatur quis inuitus, l. soluendo. cũ gl. 2. de neg. gest. 487. in prin.
liberatur quis plus soluẽdo quam debet etiam me inuito gl. fin. l pen. si ex noxa. cau. 2012. nu 60
ex pacto de liberando, impleta conditione non competit actio, sed exceptio, l. intra. 300 nu 20
pactum de liberando in futurũ, producit exceptionem de præsenti. ibidem. in mar. l. intra da pac.
liberatio contingit de positione, vt solutione. 1955 num. 50
liberato principali, liberatur fideiussor. Ibidem.
Liber factus, an teneatur de dolo facto in seruitute 543. nu. 70
Liber homo actionem nobis quærere potest. glo. non potest. 1404. nu. 20
Liber seruus vt fiat, quatuor requiruntur. 51. nu. 40. & 50
Liberi qui. §. liberos 160. nu. 20
Liberi apud parentes spem obsequio parare debent. §. præterea. l. nec si. adop 71. nu. 60
Liberorum appellatione continentur omnes descendentes per lineam masculinam. 90. nu. 30. in text.
Liberorum loco non sunt partus mõstrosi 54 nu. 10. l. non sunt.
Liberorũ numerus, cum alijs, inducit principem ad eos legitimandos. l. qui in prouincia. 2501. nu. 30. & 40
Liberorum procreatio cessat anno. 70 numero 10
Liberorum nostrorum animũ nõ corrumpi. nostra interest. l. vt enim. de ser. cor. 1488 nu. 70. & 1389 in prin.
Speciale est, vt per Liberam personã adquiratur actio. 377. nu 60
Liberã administrationẽ habens, donare nõ põt. in marg. 1264 n 60. & 70
Liber homo nõ æstimatur. §. sed cum l. 1. de his q dete. & 2250. n. 70. gl. pe. l. si hominem. de ædil. edic. 2309 nu 60. & 1216. in prin.
Liberum corpus æstimationem nõ recipit. l. ex hac. si qua. pa. fec. di. 1204 in prin. & 1216. in prin. & l. fi. in fi. de his qui ne. 1256. n. 20. & 30. & §. iacturæ l 2. de l. Rho. 696. nu. 10
Liberum hominem corrumpens, magis delinquit quam seruum. l. dolo. de ser. cor. 1389. nu. 10 & 20
Liberũ a seruo dignoscere haud facile. l. quia. de cõtrahen. emp. 2007 nu. 40
Libertas quid. l. libertas. 50. nu. 40
Libertas dicitur seruitus. glo. 3. §. pactus. l. si vnus. de pac. 283 nu. 40
libertas libero homini relinqui potest gl si §. omnium. l. si in emptione. de contrahen. emp. 2027 num. 10
Libertas sine apto titulo præscribitur. 1129. nu. 60
Libertatis fauor magnus §. Iulian[9]. l. non disting. de arb. 713. nu. 30. & 40
Libertatis species, est fugere. § idem an. l. quis sit de ędilitio edicto. 2313 nu 10
Libertati & testamẽto fauetur magis, quam reo vide in verbo Reus.
Libertati prætor semper fauet. . sed & l. quia. de alie. iudi. mu. cau. fac. 674. nu. 20
Contra Libertatem non datur restitutio. 542. nu 70
Sententia semel pro Libertate data, retractari non debet. in princi. text. 563. nu. 20
Libertus alieno nomine potest in ius vocare patronum sine venia. l. quæsitum. 172. nu. 20
Libertus natura patrono operas debet. § natura l si non sortem. de condic. inde. 1548 nu. 60. & 1549. in prin.
Liberti in bonis non sunt. 1308 nu. 50
Libertini q. 52. n. 20 & 30. §. libertini.
Libitina. 1776. in prin.
Libri magici sũt improbatę lectionis. in l. 4 famer cil. 1291 nu 10
Semestres libri. 33. nu. 20
Libra auri constat aureis. 174. nu. 70
Librarij libros corruptos & male impressos vendẽtes tenẽtur redhibitoria. in marg. 2303. nu. 50. & 60
Commendare se li et. §. antequam si obseruare. de offi. procon. 103. nu. 50
Non quid liceat in matrimonijs considerandum, sed quid sit honestũ. l. semper. de ri. nupt. 2494. nu. 40
Licent omnia, nisi cõtra agatur. gl. ad l 4. de pign. ac 1350. nu. 10
Licent quædam grauis, quæ alias, nõ 354. nu. 50
Licẽtia in iure ciuile olim λύτα dicebãt. 10. n. 10. & 20. in ma. & tex.
Liciniæ legis effectus 682 nu. 30
Licitũ facit iudicis iussus, quod alias esset illicitum glo. §. qui iussu. l. furti. de his qui no. infa. 354. nu. 20
Liciti prætextu non debet illicitũ cõmitti. gl. 2. § illicita. l. illicitas, de offic. præsi. 113. nu. 60. & 114 in prin.
Ligare qui potest, & soluere, l. si puellæ, de sponsa. 2479 nu. 70
Lignum. 995 nu. 30. glo. materia.
Ligni vsum habens potest in oppidũ deferre 1075 nu. 30. & 40
Limen. 124 nu prin in marg.
Limenarchæ, 1392 nu 50
Limitata dispositio limitatũ producit effectũ. l. 2. de ser expor. 1206 nu. 20
Luntrarij 729 in princ.
Liquere de causa 690. nu. 40. §. fin.
Liquidum stagnum corrumpitur ex turbido fonte. 6. nu 70. in proœm
Lis. idest instantia totius causæ, gl. lis 787. nu. 10
Lis, & causa, differunt. 1456. num 60
Lis improba. idest mala causa. §. sed ei, 806. nu 40
Lis petere alicui dicitur, cum amittit processum, 456 nu 10 §. sed &.
Lis perire dicitur, cum instãtia perit & quando fit, quando non finitur triennio in criminali, vel biennio in causa ciuili, quia causę non debent extendi ultra triennium, C. de iudi. l. properandum, sic capitur, § sed & 496. n. 10. & §. si cuius dolo, 559. nu. 30
Litis æstimatio vera, quando præstatur a iudice, 751. nu 10
Litis æstimatio, idest rei per litem perditæ. § si quis, 631. nu. 70
Litis æstimatio similis est ẽptioni. ibi.
Litis contestationis tempus inspicitur l. quantum, 533. nu 20. & 30
Litis euentus dubius, l. quod debetur, de pecu 1800 nu. 20. & 30
Litis in pendẽti bona fide facta ab actore, vel rei pro sei restitui æquitas suadet. § hi qui proprio, de procur. 40[illegible] & 3[illegible]
Litis instrumenta, in tex 766 num. 30
Pactum de quota litis nõ valet. l. sumptus, de pact. 309 nu. 10
Liti se offerre, vide in verbo offerre.
Litem amittit, qui triginta annis tacens litem non intẽtat, in tex. 123 & in prin. & nu. 20
Litem in iudicium deducere, est litẽ contestari, 474. in prin.
Litem propriam inserere, § cum postea 772. nu. 10
Litem restituere, in verbo, Restituere litem.
Litem suam facere iudex quando dicatur, § iudex, 751. nu. 10
Litẽ contestatur procurator, 371. n 60
Lite contestata an liceat pœnitere, 332. in prin.

Lite contestata an sit quis in mora, glo. prouocauit, l. si quis, de vsuris, 2418. nu. 20
Lite contestata aliquid quandoque venit in iudicium, gl. cœpit. 832. in princ.
Lite contestata nec procurator nec curator ad lites reuocari potest in marg. 380. nu. 60. & 70
Lite contestata quę contingunt, iudicis arbitrium desiderant, §. vt enim, 2327. numero 30
Lite non contestata potest quis cedere liti, alias non, l. si seruus, 1261. numero 10
Lite non contestata iudicium non dicitur cœptum, l. & quia, de iurisdic. omnium iudic. glo. antequam, 144. in princ.
Lite non contestata mendacium reuocari potest, §. neque, in sum. l. electio, de noxa. 1273. nu. 10
Lite non contestata pœnitere licet, gl. fin. l. is qui. de rei vind. 943. n. 60
Lites execrantis verecunda cogitatio, non est vituperanda, §. non tamen, l. item si, de alien. iud. mut. cau. fac. 677. num. 30
Lites minuendę sunt, l. quidam, si cer. pet. 1443. in princ. & nu. 20
Lites sine suspicione procedere debent, gl. 3. l. prætor, de iurisd. omn. iud. 151. in princ.
Litium non differendarum causa, sed tollēdarum ad iudices itur. l. quamuis, de arbit. 719. nu. 60
Litium finiendarum remedium triplex. 1463. in princ.
Literæ approbandæ sunt prius quam eis fides adhibeatur, glo. penult. l. si procuratorem, de proc. vide in verbo, approban. le. 416. nu. 70
Literis statur, ibid.
Literas scire non tenetur aduocatus, in verbo, Aduocatus.
Literati nobilibus æquiparantur, glossa 1. l. societas, pro socio, 1967. numero 50
Litigare cum domino, vel eius subiectis, graue est, glos. restituantur, l. senatuscons. de offic. præsid. 129. numero 60
Litigare per se quandoque pars potest sine aduocato, gl. 3. in fi. l. 1. de edē. 233. nu. 60. hunc non improbat prætor, qui maluit re carere, quam propter eam sæpius litigare, l. item si §. non tamen, de alie. iud. mut. cau. fac. 977. num. 30
Litigandi iniustam causam habere incipiens, ex eo tempore est in dolo, l. si quis 1886. nu. 30
Pacto de litigando coram non suo iudice, stare quis non cogitur, l. si conuenerit, de iurisdic. omn. iudic. 181. num. 10
Litiganti sumptus prærogare honestū est l. sumptus, de pac. 309. n. 10
Litigantium error consensum non habet, §. error, l. consensisse, de iudic. 741. nu. 20
Ligula, 2310. in princ. gl. si vna.
Locare, id est conducere, glo. ex locato. 2179. num. 40. & l. qui insulam, 2191. numero 40
Locare operas suas in perpetuum nemo potest. glos. penult. l. 3. de vsufr. 990. nu. 10
Locare opus faciendum dicitur ille, qui curat opus ab alio faciendum, §. locaui 2202. num. 30
Locare potest habens simplicem possessionem, 1073. nu. 20. in marg.
Quędam nō locantur, sed in his opera beneficij loco præbetur, §. ideo, 1395. nu. 30
Locatio non est, nisi merces in pecuniæ quantitate consistat, gl. si res, l. naturalis, de præscr. ver. 2219. n. 10
Locatio quandoque naturam suam mutat, gl. præstes 2221, in princ.
Locatio sine mercede esse non potest, glo. non dabatur, 1872. in princ. & numero 10
Locationis genus triplex, 2177. nu. 20
Locator, id est conductor, glo. locatoris, 2208. num. 20
Locator bona in domum locatam inuecta tacitè sibi pignorata habet, l. item 250. nu. 40
Locator dicitur, qui facit fieri ædificium: conductor verò est redemptor, id est structor ædificij, §. lege dicta, 2209. in princ.
Locator fundi dominus est, cōductor verò colonus, §. si vis 2174. nu. 60
Locatori nocet obscura pactio. l. veteribus, de pact. 297. nu. 10
Locuples habetur is defensor in coniunctis personis, l. quoniam, 178. numero 20. & 30
Locuples fieri nemo debet alterius damno, §. si eidem, ver. sanè, l. cum his, de trans. 316. nu. ne. 10. & l. nam hoc, de condic. inde. 1535. nu. 60
Locupletior non dicitur qui tantundem de suo erogauit, quantum accepit, l. quod autem. §. si maritus, in sum. de don. inter vir. & vxo. 2584. nu. 40. & l. qui nummis, in sum. de in rem ver. 1810. nu. 70
Locupletior fit, qui ære alieno liberatur, §. facta, l. si cui, de don. inter vir. & vxo. 2616. nu. 20
Locupletior non fit, qui libertate data nummos accipit, in textu, l. qui nummis, de in rem verso. 1811. numero 10
Locupletari nemo debet cum aliena iactura, l. si quis, de inst. 1714. nu. 40 in marg. 1535. nu. 40. & 50
Locus, id est officium 350. nu. 70
Locus opportunus quis 2421. nu. 70
Locus purus quis, §. purus autem, 1399. numero 30
Loci vtilitas debitori non tollenda in marg. l. 2. de eo quod cer. loco, 1601. numero 30
Certo loco dare promittens, nec ibi repertus, vbique conueniri potest, l. 1. de eo quod certo loco, 1599. numero 40
Loco eodem, i. effectu, gl. eodem, 1471 numero 40
Loca diuersa, pretia diuersa constituunt, gl. 1. l. ideo, de eo quod certo loco, 1606. in princ.
Longæuum tempus, id est cētum annorum, 44. nu. 70
Longinus, 34. nu. 70
Longum tempus dicitur arbitrio iudicis, gl. penult. l. si eum, si quis cautio 221. nu. 30
Longum tempus dicitur decennium, gl. inueterata l. de quibus, de legib. 44. nu. 70. & 2405. nu. 60
Loquens indistinctè, reprehenditur, gl. fi. l. fi. de lege Rhod. 1703. nu. 40
Loquentis personam continet sermo generalis, gl. fin. l. Paulus, de pign. 2158. nu. 40
Loquentis persona in generali sermo ne continetur, gl. 1. fin. si habitatoribus, de act. emp. 2163. in princ.
Lorum 1229. nu. 30. & 40. gl. loro.
Lubrico ætatis lapsus solum restituitur, l. verum, de mino. 593. nu. 50
Lucius Crassus.
Lucrari ex damno alieno quis non debet l. itaque, §. 1. de do. ma. 564. numero 50
Lucrari non debet prædo. §. si prædo. l. si a domino, de petit. hæred. 889. numero 20
Lucrari non debet quis ex dolo suo, vel quasi, gl. 1. l. 2. de eo per quem fac. erit, 205. nu. 30
Lucrari non debet quis ex dolo suo, l. ne ex. de dolo, 554. nu. 40
Lucrari non debet quis alieno dolo, l. si actoris, ibi, ne ex dolo, & l. seq. §. 2. in fi. de eo per quē fa. erit &c. 205. nu. 10. & 60
Lucrari quis ex damno alterius non debet, §. quæ sententia, l. quotiens, de iure do. 2290. nu. 50. & l. rescriptum, de distrac. pign. 2290. nu. 50. & §. nō, l. si quis, de instit. 1714. n. 40 & l. planè, de pet. hær. 890. nu. 40
Melius quem non lucrari, quam alium damno affici, §. quod si, l. at si, de religio. 1407. numero 60
Lucrum, & quæstus, differunt, glo. lucrum, l. sed & pro socio, 1968. numero 40
Lucrum ex culpa sentiens, eam non potest imputare, gl. ex quo, l. cum in fundo, de iure dot. 2548. num. 50 & 60
Lucrum amplectitur quis quādoque, non damnum, 1973. nu. 10
Lucrum cum damno compensatur, l. si duorum, de actio. e. mpti. 2154. numero 60
Lucrum de alieno non sentire bonæ fidei conuenit, §. si procurator, l. itemque, manda. 1911. nu. 40
Lucrum æstimatur damno deducto, gl. 2. l. quod si, ne in rem ver. 1812. nu. 50. & §. Seruius, l. Mucius, pro socio, 1976. numero 10
Lucrum & damnum in vna re contingere possunt, gl. lucrum, l. si negotia, de neg. gest. 454. nu. 70
Lucrum facere quis non debet ex honesta interpretatione non honesti quæstus, l. si possessor, de pet. hęred. 899. nu. 30. & 40
Lucrum eius esse debet, cuius est periculum, glos. 2 §. si quid, l. Iulia. de act. emp. 2334. in prin. & num. 10
Lucrum ibi est, vbi onus. 1641. nu. 10
Lucrum industria veniēs non compensatur cum damno veniente ex culpa, l. de illo, in sum. pro socio, 1972. numero 40
Lucrum qui sentit, & damnum, §. sicut, l. 2. de hęred. vel actio. vend. 2078 numero 10
Lucrum si alter, & damnum alter tantum sentiat, societas leonina est, quæ non valet l. si non, §. 1. pro socio 1975. numero 30
Lucrum sine onere esse non debet, l. si fine, de pol. 1889. num. 40. & §. actiones, l. si ex. de actio. em 2149. numero 20

Lucrum socij vt commune est, ita & damnum, l. cum duobus, §. damna, pro socio, 1975. nu. 30.

Lucri ratio an in actu arbitrarijs habenda, 1605. num. 60.

Æquum est, vt cuius quis participauit lucrum, participet & damnum, l. si igitur. pro soc. 1990. nu. 20.

Ad lucrum non debet quis restitui cum alterius damno, sine damno potest, l. ferendum, ex quib. cau. m. 10. 952. nu. 10. & 20.

Lucri causa affirmans idoneum, qui non est, de dolo tenetur, l. quod si, de dolo ma. 350. numero 30.

Lucri non fit praestatio, sed damni, cum re amissa fit contributio. §. portio. l. 2. ad l. Rhod. 2696. nu. 50. & 60.

Lucro studere in societate necesse est, gl. lucrum, l. si negotia, de neg. gest. 454. num. 70.

Lucro suo studens animo praedandi cum aliena negotia gerit, non releuatur impensis, §. qui enim, l. si pupilli, de neg. gest. 440. num. 30.

Non ex lucro pendet honestus amor. l. haec ratio. gl. animus, in verbo, Amor honestus, 1575. nu. 40.

Certans de lucro, nō auditur, in tex. l. si mulieri, ad Velle. & in gl. de lucro 1845. nu. 60. & 70.

Lucra quandoque non attenditur, sed damna. gl. 1. §. 3. l. si sterilis, de act. emp. 2148. in princ.

Lucra turpia ab haeredibus debet extorqueri. l. in heredem, de calum. 498. numero 30.

Luctuosa nemini debet esse malitia, l. [illegible] de ma. 538. numero 10.

Intra tempus luctus potest desponsari mulier, non duci glos. plerunque, 2503. numero 20.

Luere in pecuniam, l. solent, 1364. numero 30.

Ludus noxius in culpa est l. nam ludus, ad l. Aquil. 1212. numero 10.

Ludo abstinere debent scholares, salutem noxio, §. illud verò, in proœ. 12. numero 40.

Perdens in ludo, potest repetere vsque ad quinquaginta annos, vel vi auferre, ex senten. Io. And. in glo. & marg. 1394. numero 50. & 60.

Ludos adhuc spectantes, viuosi sunt, l. animi, de aedil. edi. 2346. nu. 30.

Ludos quis appellet eos, ex quib. crimina oriuntur, §. illud verò, in proœmio, 12. num. 10. 30.

Luat in corpore, non habens in aere l. si quis, §. in tertio, de iurisd. omn. iud. 245. num. 20. & l. fine, de in ius voc. 174. num. ero 40. & 50.

Luere pignus est forum principalem soluere, 2089. num. 60. gl. vlt.

Lugeri non debent hostes perduelliones damnati, suspendiosi, qui sibi manus intulerint, §. non solent, 358. numero 20.

Lugeri non debent, qui ad patriam, parentes, & liberos occidendos, venerunt, l. maximè, de relig. 14. numero 40.

Lugubria ordine dio sumere & deponere potest vxor, puta vltima die luctus si ignorauit maritum mortuum, §. sed cum, 356. nu. 30. & 40.

Lugubria sumere, id est accipere vestes lugubres, §. sed cum, eadem, numero 40.

Lumen, & prospectus, differunt, l. inter, & l. lumen, 2217. numero 40 & 1118. numero 20.

Lumine ne, an limine sit legendum, l. illicitas, §. ne tenuis, de offi. praes. in mar. 114. in princ. & numero 10.

Luminibus obstruere, l. si is, & in marg. 1014. numero 60. & 70.

Lupanar) in honestum virorum praedijs lupanaria exercentur, §. sed & l. ancillarum, de petit. hered. 880. numero 50.

Luscitio. 2308. num. 40. glos. luscitionem.

Luxuria, cuiusque rei abusio dicitur, glos. per luxuriam, l. 1. de aedil. edic. 2306. numero 40.

Luxuriosus non agit de dolo contra probatae vitae hominem, l. non debet, de do. 554. num. 10.

Fraeiubens pro adolescente luxurioso, quasi perdituro pecuniam credit, §. si adolescens, 1914. numero 10. & 20.

Λύται, id est solutores, qui iam legum aenigmata per se soluere possunt, sic dicebantur qui quatuor annis iuris civilis operam dederant, ut ibidem in tex. baccalaureos forte eos hodie dicere potes, 10. numero 10. in tex. & margine.

M

Macedoniani Senatusconsulti auctor fuit Vespasianus Imperator, in marg. 1735. in princ.

Maceria quid, 1165. nu. 60.

Machinatio, in verbo, Calliditas.

Magici libri lectionis sunt improbatae, l. 4. fam. ercis. 1291. numero 10

Magis, gidis, quid. 1557. nu. 70.

Magis quandoque comparatiuè, quandoque electiuè ponitur, 142. in princ. cipio.

Magister nauis, glo. vel 728. nu. 60. & §. magistrum, 1681. in princ. & numero 10

Magister quandoque interpretatur legem, 46. nu. 60.

Magistri honor est, bonos habere scholares, gl. maximum, §. illud verò, in proœ. 13. numero 10

Magistro donare potest habens liberam administrationem, glossa non habere, l. contra, in fine, de pactis, 290. numero 70

Magistrum excusare debet discipulus, §. Cassius, l. dicere, de arbitris, 697. numero 20

Magister equitum, 28. nu. 70.

Magister equitum qualiter differt à tribuno celerum, praefecto praetorio, & conestabili, in verbo, Tribunus Celerum, 28. numero 30.

Magistri dicuntur Doctores, 6. nu. 20.

Magistris societatum pactū prodest, & nocet, 271. numero 20. l. item

Magistris debet esse aliquid amplius discipulorum peritia, §. his igitur, in proœ. 6. numero 40

Magisteria pro dignitate metallum metrea pugilanda, glo. 1. l. quero, de iure dot. 2537. numero 30.

Magistra voce non per se discendum est, l. & antea, in proœ. 4. nu. 40.

Magistratus, & potestas, differunt, 155. numero 60.

Magistratus iure quo comperunt, 124. numero 70.

Magistratus minores modicam castigationem habent, l. magistratibus, 148. numero 20

Magistratus primi Romanorum, §. quod ad. 28. nu. 30.

Magistratus vesperi in publicum nō ibant, in tex. §. deinde, l. 2. de orig. iur. 30. nu. 70

Magistratus se abdicare quis non potest, gl. 2. §. & cum, l. 2. de orig. iur. 29. numero 20

Magistratuum ordines quatuor sunt, 124. nu. 30.

Maior dignitas minori praefertur, l. si. de-de fide iustr. 2456.

Maior iudex cogit minorē, non maiorē, vel parem, §. tractemus, 685. n. 10

Maior iudex minoribus de iure consulentibus respondet, §. iudicibus, fol. 791. nu. 40.

Maior iudex potest se sum mittere minori, vel aequali. l. est receptum, de iurisd. omn. iu. l. 249. nu. 10

Maior pars quae dicatur esse, l. maiorem, 267. nu. 20

Maior pars quod facit, omnes facere dicuntur.

Maior pars personarum quando praeualet dignitati, vide in verbo, Numerus personarum.

Maior pars praeiudicat minori fauore liberationis, in his quae sunt communia pluribus vt singulis, l. & suum, in sum. 265. nu. 50.

Maior quęstio minorē causā ad se trahit, l. per minorē, de iudic. 779. n. 10

Maior trahit ad se minorem, gl. 3. l. 2. de rei vind. 920. nu. 30

Maioris iussus excusat, gl. 2. l. non est, de ri. nupt. 2505. nu. 40.

Maioris partis iudicio non semper statur, glo. sio. ver. item aliud, l. per fundum, de ser. rust. praed. 1139. n. 70.

Maiori parti quando statur, §. si plures, 706. nu. 50

Maiori summae minor inest, gl. si l. rogatus, mand. 1936. nu. 70.

Maiore quae nituntur auctoritate, validiora sunt, 239. nu. 40.

Maiores seu superiores dicuntur a tritauo in infinitum, 164. nu. 10.

Maioribus interdictis, & minora videntur interdicta, sed nō econtra, in fi. l. cui pacto, de fer. expor. 2108. n. 20.

Μᾶλλον, id est magis, aduerbiū, plerunque subauditur, vt cum dicimus, Bonum est confidere in domino, quam confidere in principibus, in marg. 2420. num. 30.

Mali laudando augetur, §. non enim, l. 1. de ser. corr. 1385. in princ.

Mali quàm boni conditio melior esse non debet, l. non solum, de nox. act. 2263. nu. 30.

Malorū opera vtentes quidam non tenētur, gl. 4. l. 4. de off. proc. 103. n. 40.

Malos homines producit natio mala, §. qui mancipia. l. quod si, de aedil. edic. 2328. nu. 30.

Malis hominib. peccandi materia nō est danda, in princ. l. 1. de S. C. Maced. 1735. nu. 30

Malis hominib. prouincia purganda, 2217. nu. 70

Malis hominibus vndecunque sint prouinciam purgare debet iudex, l. congruit, 117. nu. 10. & l. 3. de offi. praesi. 4. 18. num. 40.

Malum

Malus seruus.2319.numero 30.§.malus.
Malum medicum dans testatori, heres repellitur.glo.adhibuerit,2317. in prin.
Mala fides superueniens non nocet vsu.ca.glo.pen.l.Iul.de rei vin.934. numero 60
Malam fidem non inducit error iuris §.scire,de peti.hæred. 872. numero 50
Malum facit,qui abstinet a bono, de ri.nup.2489.nu.40
Malum scienter eligens, comprobat, gl.4.l.si venditor, de in diem addi. 2066.nu.10.& 20
Non sufficit abstinere a Malo, nisi fiat quod bonum est,glo.cuique.l. iustitia.de iust. & iu.21.nu.60
Mali auctor est laudator,§.sed verum l.1.de ser.cor. 1384. numero 50. & 60
Mala bonis mixte nocendi naturã deponunt,l.quod sæpe,§.2.de contrahen.emp.2031.nu.40
Mala cuiquam dolo, haud sunt nuncianda.in verbo, Triste.
Male facere vitium est,l.siue.§.sed ita in mar.de nego.gest.466.num. 30 & mar.
Malefactor non potest extrahi de hospitali,sicut nec de ecclesia glo. in asylum,& marg.2313.numero 20 & 40
Maleficium perpetrare videtur, qui non impedit, si ad eum prohibere spectet in mar.l.2. de noxa. 1257. numero 10
Maleficium se non denunciaturum si iurat quis,non valet iuramentum, in addi.glo.2.§.illud,l.si vnus, de pac.186.nu.20
Maleficio quis obligatur fisco, quo casu fiscus non præfertur, alijs, gl. 6.l.rescriptum,de pac.269.nu.20
Maleficia non debent esse impunita, §.si filius.l.si longius,de iud.752. num.10.& l.ita vulneratus,§.quod si quis,ad l.Aquil.1245.nu.30
Maleficia noxam sequuntur.2078.numero 60
Maleficiorum iudex potest ciuiliter cognoscere,gl.& mar.1283.nu. 40. & 50
Maleficia puniri publice interest, gl. 2.§.1.l.licet,de procu. 399. nu. 10. & in marg.1245.nu.30
Non præsumitur calumnia illius,qui deputatus est ad maleficia denuncianda,glo.ex vtraque,§.item pręmari.l.4.de his qui no.inf.in marg. 551.nu.50.& 60
Actiones descendentes ex Maleficijs pacto tolluntur,§.quædam,l.si tibi de pac.272.nu.30
Male meritus publice etiam egestate laborare debet,vt exemplo alijs sit ad deterrenda maleficia,§. nam male,l.bona fides, depo. 1896. nu. 10.& 20
Maligne quis faciens punitur,l.de rebus,de arbi.724.in prin.
Malitia laudando augeri non debet, §.non enim,l.1.de ser.cor. 1385. in prin.
Malitia sua nemini debet esse lucrosa l.1.de do.ma.538.nu.10
Malitiam docent leges, quia docent dissimulare:puta,vt aliud gerat qs in corde clausum, & aliud in ore promptum,glo.antepen l. obseruãdum,de offi.præsi.120 nu.60
Malitijs hominum non est indulgendum,§.in fundo,§.si ibi,neque malitijs,de rei vin.952.nu.30
Malitijs hominũ an indulgeatur, gl. ciuile,§.cũ in fundo,de iu.dot.2549
Malitijs via non est aperienda,gl.1. §.si um,l.8 de transac.325. nu. 40
Manceps,l.qui fideiu.& in mar.2102 num.50
Mancipia quæ, & vnde 51. nume.10. §.serui.
Mancipia rudia,simpliciora,& ad ministerium habiliora,§.præsumptũ, l.præcipiunt,de ædil.edic.2332 numero 10
Mancus & sceua,non succedit in feudo,quia non potest seruire domino 44.nu.60
Mancus 2309.nume.50.§.item sciendum.
Mando,& præcipio,verba hæc a principe prolata,& ad iudicem directa, differunt,quia hoc necessitatem importat,illud non,115.nu.70
Mandare,est iubere,§. sed ego. 2131. in prin.
Mandare iurisdictionem,vel non mãdare,sicut est in arbitrio proconsulis ita adimere mandatam ei non licet incõsulto principe,in tex.205. num.30.& 40
Mandare iurisdictionem,& delegare, differunt,126.nu.60
Mandare non videtur,qui monet,glo. pen.& fi.l.ob hæc,de his qui no.in fa.563.nu.70
Mandans tenetur ex delicto,licet mãdatarius,non,l.si quis,in gl.fi.de iu di.om.iud.145.nu.50
Mandantis morte extinguitur mandatum,l.& quia,de iud.omn.iud.143. nu.10.& 20
Mãdatarius de omnibus præterquam de casu tenetur, gloss.2.l.2.mand. 1900.num.20
Mandatoris opera non fungitur, qui ex hortatu,in tex.l.ob hæc.de his qui no.infa.& in glo.463.numero 50.& 70
Mandatum quid.1899.nu.50
Mandatum,id est,delegatio,205. numero 30
Mandatum habens vt se obliget,videtur habere mandatũ vt soluat,quia obligatio ordinatur ad solutionem in mar.l.indebitam,de cond.indeb. 1566.nu.50
Mandatum morte dantis expirat,l. si præcedente mandati.1957.nu.30
Mandatum soluitur morte, l. inter mandati,1918.nu.50
Mandatum nisi gratuitum,nullum est §.Mandatum,l.2.mandati 1899.numero 40
Mandatum non semper finitur morte l.idẽ est,mand.1920.n.10.& gl.
Rei turpis nullum est Mandatum, §. si passus, l. si remu. mand.& §.qui ædem, l. si mandauero, mandati, 1925.nu.20
Mandatum speciale quandoque requiritur 611.nu.60
Mandatum suscipere vt liberum est, ita susceptum consummari oportet §.fin.l. si mandauero, mandati, 1927.num.20
Mandatum suscipiẽs explere si potest deserere promissum officium non debet,§.qui suscepit,1830.nu.60
Mandati actio & depositi, quãdoque concurrunt,1873 in prin.
Mandati fines custodiendi,l.diligenter,manda.1902.nu.40
Mandato aliquo,& ea quæ sequuntur ex illo videntur mandata,gl.4.l.in debitam,de condi.inde.1566.nu.60 & 70
Fideiubens sine Mandato,potest agere antequam soluat, &c. in margi 437.num.20
Sine Mandato admittuntur coniunctæ personæ.§.in his l Pomponius, de procur.397.nu.10.& 20
Mandata gratuita esse debet,l.si tibi, de præscr.2224.nu.50
Manifesta non egent commendatione in marg.1681.in prin.
Manifesta probatione non egent, gl. 1.l.si vero,qui satisd.og 156.nu. 70
Manilius,32.nu.40
Manumissio, est de manumissio, in text.28.nu 20
Manumissio proprie seruos tantum respicit.75.numero 60
Manumittere quãdoque,id est auctoritatem manumittenti præstare, 120.numero 10
Manus quandoque idest, arbitrium, 25.in prin.
Manus emissa,in verbo, Emissa.
Manu leui.§.quotiens.
In Manum conuenire,l.vxorem,aliaz in matrimonium conuenire, 2458. numero 30
Marcus Cato.32.nu.10
Maritimæ vsuræ glo.maritimis,l.fœneratos,2434.nu.70
Maritus an possit alienare fundum dotalem,2552.nu.50.l.fundum.
Maritus dotẽ habere debet,quia onera matrimonij sustinet, l. si maritus,1.2 num.50
Maritus per quadriennium debet expectari,glo.migrara,lege, vxores, 2626.num.70
Maritus potest cogere vxorem opera ri.in marg.1007.nu.50
Maritus priuatur lucro æquẽ si malũ medicum adhibuit vxori,ac si non adhibuisset,in mar.2327.nu.10.& 20
Maritus quandoque lucratur fructus, nec sustinet onera matrimonij , gl. 1.l.dotis.2511.nu.40
Maritus non debet lucrari ex damno mulieris,§.quæ sententia,l.quotiẽs, de iu.do.2518.nu.20
Maritus vt dotis fructus lucretur,tria requiruntur , gl 1.l.dotis fructum, de iu.do.2511.nu.60 & 70
Martiæ Kalen. fœminis solemnes, 2600.num.20
Maritus per vxorem poss.retinet , & contra,l.si mulieri,qui mo. vsusfr. amitt.1646.nu.50
Pactum quod Maritus non teneatur de culpa, sed de casu, non valet,l. Pomponius,2555.nu.30
Maritus tenetur alere vxorem , non contra.in marg.& in gl.pen.l. si stipulata,de don.inter virum & vxo. 2610.nu.60
Marito non licet omnem adulterum occidere,l. nec timorem, qd met. cau.509.nu.20
Maritorum radijs coruscant fœminæ l. fœminæ,de sena.89.nu.70
Martijs Kalendis olim pensiones debebantur,1029.nu.10.l.defuncta.

Mas fœminæ præfertur, l.si de.de si-ce instr.2456.nu.10
Maris conditio melior est quam fœminæ, in multis casibus,in tex, & gl.52.nu.50.& 70
masculus præfertur in multis casibus fœminæ,ibi.
masculus præsumitur prius nasci quã fœmina,gl.2.l.idem erit,& de statu homi.55.nu.40
masculinum concipit fœmininũ,l.1. §.primo,de consti.pec.2612. numero 30
Massurius Sabinus,34.nu.40
mater an sit legitima responsalis pro alio, in margine 398 . numero 10. & 20
mater semper certa est , etiam si vulgo conceperit.l. quia de in ius voc. 164.num.30
matris calamitas non debet ei nocere qui in vtero est. l. & seruorum, §.ingenui.de sta.hom.52.nu.10
matri factum filio non nocet, gl.non nocebit,l.3.de iureiur.2465.numero 40
mater profitens apud acta filium esse spurium,ei an præiudicet,§.mulier 2453 .nu.50
Statutum in Matre , habet locum in auia , quia ambæ procedunt ex eadem ratione, vbi ponderatur naturalis affectio.in margine,480.num.30
materfam. 61. numero 50.l.nam ciuium
materfamilias dicitur multis modis 61.n.70
materia quid,995.numer.30.glo. materia
materia quædam est infecta, vt põdere,quædam signata,vt pecunia,quæ numero,quædam facta, quæ specie consistit,vt scyphi,lances,§.Octauenus,nu.925.nu.20
materia peccandi malis hominib. nõ est danda,l.1.de senatusc.Mac. 735 num.30.
materia si est eadem,sed forma diuersa,res dicitur esse diuersa, in marg. §.si quis,l.Iulia.ad exhib.1358. numero 40
Verba debent intelligi secundum subiectam Materiam,l.si vno, in summ. lec.2173.nu.50
matrimonium,nuptiæ coniugiũ,consortium,2483.in prin.in rubrica.
matrimonium ab initio illicitum,an validetur,l.Paulus,53.numero 20. & 30
matrimonium declaratur nullum,ratione consanguinitatis, 451.numero 40
matrimonium in utra quandoque finitur,gl.in neutram,de dona.inter vir.& vxo.& marg.2606.in princ.
matrimonium non facit coitus , sed maritalis affectio,§.si mulier. l. cũ hic,de don.inter vir. & vxo.2605. numero 40
Matrimonium potest contrahi p procuratorem,gl. constat.in additione,2479.nu.70
matrimonium sine consensu patris contractum an valeat,53.nu.60
Matrimonium impedit generis dispa ritas, l.si patrona , 2486 numero 50
matrimonium ob sacerdotium, retinetur commodè non potest,§.diuortij,2621.nu.70
matrimonium si non est,nec dos, de iu.dot.2508.nu.50
matrimonium non soluitur, licet ad eum casum perueniat a quo incipere non potest l.si qua,de ritu nup. 2485.nu.60
matrimonium quandoque bona gratia dissolui tur,l. & ideo, 2622.numero 20
matrimonij onera sustinens,debet habere dotem,l.si filia,& §.si filiusfamilias,1298.in prin.& nu.48. & l. si maritus,1321.nu.50
Tabulæ quandoque post Matrimonium fiunt,gloss.attinuisse, l.Seia, 2624.in prin.
Circa Matrimonium est honestas,gl. 3.l.iustitia de iusti.& iu.21. numero 50
matrimonio abstinendum in dubio, §.sed in re.l.adoptiuus , de ri.nup. 2487.num.50
Iureiurando adigi quis non debet de non contrahendo Matrimonium, in tex.166.nu.10
matrimonia venialia esse non debet. 971.num.70.l.2.de don.inter vi, & vx.2575.nu.60
matrimoniis in contrahendis, naturale ius & pudor inspicitur,§.vnde,l. adoptiuus,de ritu nuptiarum 2487. nume.30
In Matrimonijs contrahendis,nõ rigor inspicitur,sed æquitas , l. semper,de ritu nup.2494.nu.30
maxime dictio,quid significet,numero 70
mecum,idest,contra me.glo.mecum 715.nu.10
mediastini,629 nu.10
medicamenta,dicuntur venena.1290 num.50
medicus curam promittens, an perpetuo teneatur,2207.nu 40
media uia eligitur, glos.1.§.quid est, l antiqui si pars hære petatur,909. in prin.
medium quandoque duo extrema trahit,glo.fi.ad fin.l. qui sella.de seruit.prædio,1238 nu.60
medium tenendum,glo.auarissimum. §.fina.l.solent,de offic.pro. 106.in prim.& glo.fi.l.nec supina,de iu. & fac.igno 2473.nu.90
medium tenere beati.gloss.auarissimum,l.solent,in fin.de offic. proc. 106.in princ.glo.fi.§.adeo, l.sed & si.de peti.hær.876.nu.50
mediocris scientia sufficit,in marg.l. sciendum,de ædil.edic.2316. num. 50
medicus,& aduocatus, differunt: quia hic mortale vulnus sanare nõ potest,ille deploratam causam põt facere videri meliorem,gloss.adhibuent,§.propter,l.quod si.de ædil. edic.2327.in prin.
medicus semel approbatus reprobari potest,gl.semel.l.Pomponius scribit,de neg.gest.451.nu.70
medici imperitia non imputatur persuliorz,l.si ex plagis,ad l. Aquiliã. 1245 nu.50.& 69
medico imputari non debet casus humanæ fragilitatis,sed imperitia,§. si.vero l.illicitas,de offi. præsi.114. num.10
Non est in Medico semper relevetur vt ægrotus sanetur,l.illicitas, de offic. præsid.gloss. non debet. ibidem in princ.
medicum non dans, vel malum dans defuncto hæres repellitur, 2327.in princ.
medicum non dãs vxori maritus,priuatur lucro,in marg.ibid.
meliorat prædia cultura, glo.2.l.creditor,de pig.2254.nu.50
melior quisque vt doctior literarum studio sit.l.penul.ad exhibendum, 1376.num.10
meliorem alterius conditionem facere possum,non deteriorem,l.soluẽdo,de neg.gest.487.nu.10.& 20
meliorem rem faciendo quis quandoque deteriorat.l.fin.de viu.& habi.882.nu.30
melius dare non tenetur,qui in genere,vel incerto tenetur gl.3. si quid, de ædil.edic.2315 in prin.
membrorum suorum dominus nemo est,l.liber.ad l.Aquil.1215.numero 10.& gl.debet
memoria viri docti perpetua esse debet § ne autem tertij,in proœm. 9. nu.70
memoriam extare probat quis p auditum,l.si arbiter.in sum.de proba. & qualiter quis probet eam non extare,2452.nu.30.& 40
Veritas rei gestæ literis non eget, nisi ad Memoriam,l.pen.de fide instr. 2455.nu.50
mendacij definitio,2373.nu.20
mendacium ante litem contestatam reuocatum non nocet, §. neque,in summa l. electio.de noxa.1273.numero 10
mendacium arguitur, §. sed si l.rem alienam,de pig.ac.1678.nu.20
mendacium nocet,l.cum qui in summ. quod cum eo,&c.1713.nu.40
mendacium non semper punitur,gl. fi.l.fundum,de euictionibus,2374. num.50
mendacium punitur,gl.fi.l.fin.de rei vind.971.numer 70 & glo.1.§.hæc actio.l.inde Neratius, ad leg. Aql. 1221 num.10 & l.si seruus, de inter.actio.1979 num.10.& §.interdũ & in gloss l.sed & si ex. quod cum eo,1732.nu.10.& 20
mendacium simplex nõ præsumitur dolosè dictum,l & eleganter, §.si. de do.in sum.529 nu.50
mendacij nõ potest argui lex,in margine,glo.1.l.1.de inoffi.testa. 791. num.40
mendacij ratione perditur beneficiũ §.& cum l.1.si qua.pau.fe.dicatur, 1202.nu.20
mendacio punitur quis , non taciturnitate,l.si filius,de inter.actio.1376 num.20
mendax punitur,§.si cum,l.de æstate.de inter.act.2373.nu.30
mens legis potius, quam verba seruanda est,glo.1.§.& generaliter,l.& si. de relig.1407.nu.60
mente retentum propositum, parti nõ expressum, nil releuat, §. locator, 2209.nu.60
mentiri non licet.§.si cum l. de ætate de inter.act.2372.nu.40
mentiens lucri causa de dolo tenetur, l.& eleganter,§.si.de do.550.nu.10
mentiens vt vilius emat, non tenetur de dolo l.si quis affi.de do.ma.550. num.40

Menfe

Menstruis bis purgata mulier, non est sana, l. quæ bis, 2311. nu. 10
Mense septimo natus, est legitimus, l. septimo, 53. nu. 30. & 40
Menstrua non patiens mulier, non est sana, l. quæ bis, 2311. nu. 10
Mensura falsa vtens, quando punitur, in tex. & in gl. 558. nu. 30
Mercator an dicatur habens vnicam mercem, qui semel est mercatus, in margine, 1768. nu. 40. & 50
Merces, & pretium, differunt, in verbo Pretium
Merces, id est, pensio, 2272. in princ.
Contrarium officio merces, §. mandatum, l. 1. mandati, 1899. nu. 50
Mercedem pro custodia accipiens tenetur de periculo, l. qui mercedem, loca. 1 .. nu. 10
Meretrix habitans in loco honesto potest à vicinis expelli, ne alias inficiat, gl. 3. in additio, §. iustitia, de iu stit. & iu. 21. nu. 60
Meretrix turpiter facit, quod sit meretrix: nō turpiter accipit, cum sit meretrix §. sed quod l. idem, de condic. ob turp. cau. 1527. in princip. & numero 10
Meretricio more incedens matrona, iniuria affici impune potest, gl. 2. l. si ignorans, loca. 220 . nu. 30
Metropolis quid, in marg. 104. nu. 50
Merx, & pretium, differunt, l. 1. de cō trahen. emp. 2015. nu. 40. & 60. l. 1. de rer. permu. 2213. nu. 40
Mercis appellatio, §. fin... & §. merx. 1717. nu. 30 & 40
Merces alienas mergere possum, vt meas saluem l. qui seruandarum, de præscrip. vet. 2225. nu. 30
Merces conductæ, pretium rei emptæ dicitur, l. liberum, de relig. & sump. fun. 1402. nu. 50
Meritoria sunt diuersoria, vel fullonica, §. quod autem, 1002. nu. 30
Merere verbum est militare, id est stipendia facere & accipere, in additione, glos. maneret, de do. 2575. numero 70
Mesonauta dicitur qui in media naui ad omnium imperium, ac nutus præsto est, in marg. 729. nu. 20
Me...or verbum, id est, medium: vt venenum, valetudo, persuadeo. in marg. 1384. nu. 40
Meticulosus est qui frustra aliquid timet, §. proinde, 509. in princ.
Metus causa abest, qui timore mortis, vel cruciatus corporis abest l. metus, ex quibus cau. maio. 644. nu. 10
Edictum quod metus causa tria habet auxilia, 520. nu. 60
Metus causa actio quandoque datur contra bonæ fidei possessorem, 529. numero 60
Metus debet esse atrox, & talis qui cadat in constantem virum in marg. 511. nu. 10 & 20
Metus est non quilibet timor, sed maioris mali. 508. numero 40. l. metum
Metus infamiæ, quando non curādus, l. nec 508. nu. 50
Metus iustus quis est, l. metum, 644. n. 10. fugiens a fundo ante vim illatā, non dicitur vi pulsus, l. metum, 511. num. 20
Metus est nullus, si dolus est, l. sed & qui, ex quibus cau. maio. 645. numero 10
Metus præsentis periculi attenditur non suspicati, l. metum, quod m. causa, 511. nu. 10
Metus stupri viro bono maior est, q̄ mortis, §. quod si. l. isti, quod metus cau. 510. nu. 30
metui voluntas inest, glos. 4. l. 1. quod met. cau. 507. nu. 50
metum inferens aliquando a casu excusatur, 528. nu. 60
metum iustum faciunt minæ sufficiētes, glo. fi. l. metus, ex quibus cau. maio. 644. nu. 50. & 60
metum sibi quandoque quis infert. & seq. l. si mulier, quod met. cau. 533. numero 50
metu initus bonæ fidei contractus nullus est, glo. vllam, l. si mulier. quod met. cau. 534. nu. 40. & 50
meum dicere agrum possum. quem tā quam colonus colo. 25. nu. 10
Cum iudicatur rem esse meam, simul iudicatur non esse alterius l. Pomponius, §. 1. in fi. de proc. 396. nu. 20. & 30
Commune quod est, meum est gloss. fi. l. si cum vno. si ex noxa. cau. 201. nume. 70. & glos. vlt. l. illud de ritu nup. 2498. nu. 40
meum si traditur tibi tanquam tuū, non transfertur dominium, §. subtilius, 1309. nu. 20
meum est quod ex re mea superest, l. non solum, de rei vendicatio, 957. numero 30
meum est, quod pro parte meum est, glos. in l. Iulianus, de iudic. 751. numero 70
meum id dicere possum in quo mea vtilitas consistit glos. 3. l. prætor, de eden. 237. nu. 20
migrare, l. item quæritur, 2172. nu. 10. & l. qui insulam, 2191. nu. 70
miles est, qui actu militat, gl. 1. §. veterani, l. filiusfamilias, de procu. 370. numero 20
miles cælestis procurator esse non potest, 370. nu. 30. 412. nu. 40
miles non potest esse procurator, nisi in duobus casibus, §. veterani. 370. num. 10
miles vt quis fit, sex requiruntur, 672. num. 30
militem ignorans, non contemnit disciplinam, l. si ignorans, loca. 2201. numero 60
milites hospitio suscipere non tenentur pauperes in mar. & §. ne tenues, l. illicitas, de offi. præsid. 114. num. 10. & 30
Illiciti ministri, multos concutientes homines, sub prætextu adiuuandi milites, prohibendi, §. illicita 113. num 40
milites insolentes, §. exercitu, 2172. numero 10
milites lasciui, §. si vero, 2175. nu. 30
Sub prætextu militum, non debet quis propria commoda quærere, §. ne quid 114. nu. 10
militum aduentus prætextu, pauperes vexari non debent, §. ne tenuis, l. illicitas, de officio præsidis, 113. numero 50
militibus quandoque agri assignantur modico honoris gratia possessori relicto, 931. nu. 10 §. item si.
milites transeuntes, rustici an alere debeant, 1013. nu. 40. §. si quid
militari potest quolibet tempore, etiā die feriato, 230. nu. 30. l. diuus
minæ elusoriæ non sunt timendæ, glo. modicum, §. plane, l. si quis, de pet. hæred. 837. nu. 60
minæ sufficientes faciunt iustum metum glos. fi. l. metus, ex quibus cau. maio 614. nu. 50. & 60
Vesicam vitiosam habet, qui mingit in lecto. in verbo, Vesica
minister dicitur quis, in verbo, Nudus minister.
ministerium, id est. seruitium, glos. in ministerio, 2324. nu. 50
ministeria, id est, ministri, l. si in 107. nu. 10 & 113. nu. 60
ministeria, idest ministri: quandoque aliter capitur, in text. & ibi, quia ministerium, 150. nu. 30
ministeria militaria, id est, ministri militares, 107. num 10
minor ætas inspicitur de momento ad momentum, §. minorem, 574. numero 40
minor potest alienare, si conditionem suam facit meliorem, 322. nu. 20
minor annis si adulterium fateatur, nulla deprecatio pœnæ est, §. sed vt. l. auxilium, de minoribus, 621. numero 40
minor an possit esse contumax, 388. numero 60
minor habens curatorem, potest sine eo se obligare fideiubendo pro suo procuratore, 189. nume. 30 in margine
minor ad honores non admittitur. l. de ætate, de minoribus, 629. in principio
minor vigintiquinque annis, an possit esse procurator 410. nu. 60
minor viginti annis. nō potest esse iudex, gl. cogatur, & l. cum lege, 712. nu. 20. & 60
minor censetur maior in beneficialibus, glos. 2. l. ait prætor. de minorib. 581. nu 70
minor conuentus habebit curatorem ad lites, 753. nu. 60
minor delinquens an restituatur semper, 589. nu 70
minor mutuum consumens in bonos vsus, vt vinum bibendo & huiusmodi non restituitur, glossa secunda, l. si minor 25. de minoribus, 619. num. 70
minor de veritate dicenda iurare debet, 15.. nu. 70
minor an restituatur contra minorem, in casu. Viuiani. fol 591. numero 70
minor in delictis non restituitur, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perducit, § in delictis: l. auxilium, de mino. 521 nu. 30
minor non semper restituitur, §. sin autem, 602. nu. 30. & 40
minor non restituitur contra casum fortuitum in marg. l. verum, de minor, 503. num. 60
minor, qui se & sua monasterio dedit, restituitur, in margine, fol 577. numero 40
minor renuncians beneficio ecclesiastico, an restituatur, folio 58.. num, 70

Minor restituetur aduersus patriam, nō parentes.506.num.10.in marg.
Minor restituitur iuuenili leuitate deceptus aliàs non,in verbo, Restituitur minor.
Minores restituuntur,maiores appellant.l præses,de minorib.628. numero 40
Minor summa inest maiori.§.si cum l.si vnus,de pact.287.num.10.
Minoris collegæ negligentia nocet maiori in eodem officio existenti: & maioris factum nocet minori.in marg.471.num.10.
Minori non datur doli actio.glo.pen. §.idem Pompo.l.in causa,2.de mino.600.nu.70.
In minore non præsumitur dolus.gl. 2.l.vbi,de eden.242.num.60
Licet dolus præsumatur in delictis, hoc tamen fallit in minore: & sic oportet probare dolum in illo, in marg gl.2.vbi,de eden.ibidem, numero 60.& 70.
Non omnia quæ minores gerunt irrita sunt,l.non omnia,de minorib. 619.num.20
Minorum bona mole æris alieni grauatorum,tutores authoritate iudicis vendere possunt,127.nume.20. & 50.
Inter omnes constat,fragile esse & infirmum minorum consiliū,& multis captionibus suppositum,l.1.§1. de mino.570.nu.10.& 20.
Minoribus,etiam bene gerenti b. rem suam, administratio rerum non datur,§.apparet,ibid.nu.40.
Minoribus carens maioribus frui non debet,in fi.l.aut pacto,de ser.expor. 2107.nu.20
Minoribus currit tempus ad faciendū inuentarium,622.in princ. in margine.
Minoribus in delictis non subuenitur §.nunc,l.si ex de minorib.589. numero 30.
Minoribus licet quod non maioribus. & contra l.obseruandum,de ri. nupt.2499.numero 50
Minima quandoque curantur, quandoque non glos.2. in addi.l. scio se restitutione in integrum, fol.503. in princ.
Non minus,id est,magis 261. nu.60.
Non minus,quandoque sumitur pro, non tantum,§.pactorum, in marg. 261.numero 30.
Minus tribuit, qui nihil tribuit,l.illud,§.1. de tribu.1725. numero 20. & 50.
Minus validum ibi, non plus durat, quàm magis validum, l. qui vsum fructum,si vsusfruc.petatur, 1067. in princ.
Miseratio & sene locum habet, gl.si. §.sed vt,l.auxilium,de minor.622. numero 50.
Miseratio ætatis quandoque pœnam minuit.§.in delictis,l auxilium, de minoribus,& in verbo, Ætas 621.numero 30.
Misericordia intempestiua reprobatur.l.si hominem,depos.1882. numero 50
Misericordiæ & pietatis motum differunt.489.numero 60
Missilia.glo.in.addi.....2020.numero 70.
Missio causaria,est quæ datur ob valetudinem,fol.348.numero 20.ignominiæ.
Missio honesta,quæ datur emeritis stipendiis.§.ignominiæ, ibid.
Missio ignominiosa,est quę nominatim datur ob ignominiam,§.ignominię ibid.& numero 30.
Missio militum triplex,honesta, causaria,ignominiosa, §. ignominiæ, ibidem.
Mitius agitur cum tutore,quàm cum procuratore,607.nu.70.
Mitius agitur cum lege, quàm cū ministro legis.gl.i.l. Celsus, de arbit. 703.numero 30
Mixtio,& confusio,differunt.923.numero 70.
Mobilis rei furtum facile fit glo.1.l. rem alienam, de contrahen. empt. 2027.numero 30.& 40.
Mobilia rapiuntur, immobilia inuaduntur,1597.nu.40
Mobilium rerum possessio vilis est, glos.1.in fi.l.si post,de rei vendicat.935.num.50.
Moderamen inculpatæ tutelæ,quid,& quis dicatur obseruare in se defendendo,in marg.17.num.70.
Moderata ætas,dicitur,decem & septem annorum,334.num.30.& initium.
Modica incommoditas non curatur, l.habitatores,locati,fol.2189.numero 20.
Modica summa est vsque ad duos aureos,l.id est,de do.ma.554. in principio.
Modica summa non curatur.§. merito,de do.553.num.50.
Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus,cui immodicum lucrum non aufertur.§.vis maior,l. si merces,loca.2187.num.10.
Modicum id quod præstant emphyteutæ,intelligitur in signum honoris & dignitatis,931.numero 20.in marg.
Modicum tempus,757.num.60.
Modicum tempus,988.num.70.
Modicum tempus arbitrio iudicis datur,glo.2.non enim, ex quib. cau. majo.650.num.50.
Modicum tempus dicitur decem dierum,§.si fine,l.promissor,de const. pecu.1623.nu.40
Modicum temporis interuallum non inducit diuersitatem actuum.l. plerique,de ritu nuptiarum, 2492. in princ.
Modici temporis mora nō magnum fertur damnum,l.si debitori,de iudic.758.in princ.
Modico præsenti contentos vidimus multos,l.cum hi, de transact. 320. numero 30.
Modica dicuntur auri pondera duo, glos.modica,777.num.70.
Modica ea dicuntur respectu principis, quæ magna sunt respectu priuati ibid.
Modica quædam præstantur ratione rei,glos.ab eo.992 nu.70.
Modica impendia, id est impensæ non curanda,§.possunt,& in glossa l.in rebus,commodati,1645.numero 10
Modus,id est mensura.l.de modo.fol. 1285.num.20.
Modus aliquādo spatium significat, in marg.1595.num.10.
Modus sæpe,non qualitas consideratur.l.si item si fundi,in fi.de vsufr. 994.numero 60.
Modus vbique seruandus, §.& generaliter,1003.num. 20. nota de molendino,cuius aquā facit restagnare dominus superior,ne curras.140 numero 70.
Mœnianum quid,1181.numero 40.in marg.
Tempus in quibusdam quæritur de momento ad momentum,229.numero 70.
De momento ad momentum, inspicitur minor ætas,§.minorem, 574. num.30.& 40
Monachus citari non potest, sed eius prælatus,163 nu 60.
Monachus est alendus de bonis monasterij in causa quam habet contra abbatem,accusando eum,gl.lus. penul.l.si iustitutus,de inoffi.testam. 826.in princ.
Monachus scholaris habens licētiam abbatis vt studeat,potest in studio conueniri sine eius permissu, glos. fin.in fine,l.si longius,de iud. 757. numero 60.
Monachus an possit habere administrationem,381.numero 20.in margine.
Monachus & seruus æquiparantur,in margine 381.num.30.
Monachus,iudex esse non potest.749. numero 70.
Monachi & Canonici regulares, non possunt esse aduocati,in foro seculari,nec ecclesiastico, nisi in causa sui monasterij: sed clerici bene possunt in foro suo in margine.336 numero 20.
Monasterium)Minor qui se & sua dedit monasterio,restituitur læsus,in margine,§.si quis minor,l.3.de mino.477.num.40.
Pater filium de monasterio trahere non potest,in margine,590. numero 60.& 70.
Moneta si variata est,an sufficiat tātū de restitui,l.res,in sum.2526.nu.20
Monetales triumuiri,§.deinde 30. numero 60.
Μονομερὴς idest vnius partis,vni membris,§.idem,1474 num.30
Monumēta extrui & exornari religionis interest,§.interdictum, l. 1. de mor.infer.1415.num.40
Monitio dicitur sententia,glo.sententiam.l.3.de vsur.2401.num.10.
æqui: cuius a merito quis nos sacerdotes b appellet. Iustitiã namque colimus, c & boni & æqui notitiam profitemur, d æquum ab iniquo e separantes, licitum ab illicito f discernentes: bonos non solum metu g pœnarum, uerũ etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: ueram (nisi fallor h) philosophiam, non simulatam affectantes. 1†

Hic iurisconsultus incipit tractare per modum diuisionis, & procedit vsq; ad l. iustitia. infra eod. exempla ponendo. Et diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima ponit diuisionem iuris. In secũda assignat rationem. In tertia ponit substantiam iuris publici. In quarta prosequitur secundum membrũ diuisionis, uidelicet de iure priuato, & illud est triptitũ. Scda incipit ibi. Sunt. n. qdã. Tertia ibi, Publicum. Quarta ibi, priuatũ. Bart.

a *Cuius*] istud, cuius, si referatur ad ius, hæc dictio meritò in vim nominis ponitur. meruit enim ius appellari sacrum: & ideo iura reddentes sacerdotes vocantur. si ad artem, in vim aduerbij secundum Azo.

1 † Fl. adsectantes.

b *Sacerdotes.*] quia vt sacerdotes sacra ministrant & conficiunt: itã & nos, cum leges sint sacratissimæ. vt C. de legi. & consti. l. leges. & vt ius suum cuique tribuit sacerdos in danda pœnitentia, sic & nos in iudicando b vt infra eodem, l. iustitia.

b Adde ad hanc gl. q d dicit Host. i proœmio suæ in 4. col. ꝙ recti iudices, & aduocati vtentes legib. prout dẽnt, æq; bonã vitã viuunt vt fratres prædicatores, vel alij religiosi.

c *Colimus.*] idest eius voluntatẽ seruamus, quæ est vt ius suum cuique tribuatur, vt infra eod. l. iustitia. §. r.

d *Profitemur*] idest docemus.

e *Ab iniquo*] vt in contractibus, secundum Ioan.

f *Illicito*] vt in matrimonijs vt inf. de ritu nup. l. semper.

g *Metu pœnarum.*] metu fit quis bonus, vt in transactione iurata, vt C. de transac. l. si quis maior. Item vbicunque pœna vnius est metus multorum: vt C. ad l. Iul. repet. l. j. præmio fit bonus: vt C. pro qui. cau. ser. pro præmio lib. acci. per totum. & de sta. & ma. l. vt virtutum. & de fals. l. prima. inf. ad Syllania. l. antepen. §. fi. & in Auth. de non alic. §. fi. colla. 2. vnde versus. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

h *Nisi fallor.*] nullo modo fallimus: nam ciuilis sapientia vera philosophia dicitur, idest amor sapientiæ. a philos quòd est amor: & sophia idest sapientia. vt infra. de var. & extraor. cogn. l. j. §. proinde licet pecuniam non abijciamus, vt inf. de vac. & excu. mu. l. in honorib. §. à philosophis, & facit C. de La. lib. col. §. j. & C. plus valere quod agitur per totum.

i *Huius studij.*] i. iuris studio quærendi, duæ sunt species, prout dialectici ponunt species, non prout legistæ. quia posita ponitur & genus: sed nõ conuertitur secundum Io. & P. licet quidam dicant, Pla. intellexisse quòd species siue positiones dicerentur res super quibus ius tractat. & iam constaret species esse infinitas, cum super multis tractet hoc ius, & super seruis & liberis. vnde reprehendunt eum. & facit ad hunc §. Instit. de iust. & iu. §. huius.

k *Positiones.*] idest diuisiones.

l *Publicum.*] ad statum conseruandum, ne pereat, sed cum publicum ius sit in sacris & similibus, & hoc etin qualibet villa fiat, qualiter pertinet ad statum rei Romanæ tñ. dic ꝙ villam quamlibet conseruari, & ibi talia fieri pertinet ad ciuitatem Romanã, cum non esset perfecta, nisi ex suis partib. constaret, vt infra tit. j. l. j. nec placet quod dicas publici appellationem ad alia loca referri quam Romanæ ciuitatis, vt intra, de verb. sign. l. eum qui vectigal.

¶Huius studij i duæ sunt positiones, k publicum & priuatum. Publicum l * ius est quod ad statum rei Romanæ spectat: Priuatum, q d ad singulorum m utilitatẽ. Sunt, n. q. dã publicè utilia, qdam priuatim. Publicum ius in sacris, n in sacerdotibus, in magistratibus consistit. 2† Priuatum ius tripertitum o est: collectum enim est ex naturalibus p pceptis, aut gentiũ, q aut ciuilibus. ¶Ius naturale est, quod natura r omnia animalia docuit. Nam ius istud non solius 3† humani generis proprium, sed cũum animalium s quæ terra 4† marique nascuntur, auium quoque commune est. Hinc descendit maris atq; fœminę cõiugatio, t 5† q̃ nos matrimoniũ appellam': hinc

m *Ad singulorum*] l. principaliter, secundario ad publicam vtilitatem: expedit. n. reipu. ne q s re sua male vtatur vt Inst. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. §. pe. & inf. de procu. l. seruum. §. public. sic & econtra, quod est publicum principaliter, secundario pertinet ad vtilitatem singulorum, vt l. j. in fi. C. de caduc. tollen.

n *In sacris.*] consistit ius publicum in sacris: vt sunt ecclesiæ, in quibus petimus veniã peccatorũ: vt in Auth. vt li. ma. & aui. §. quia verò. col. 7. ita & si læsæ fuerint, quilibet potest vti interdictis, vt infra de interd. l. j. 2. & 3. & l. interdictorum. §. interdicta. Itẽ in sacerdotibus, quia interest, vt sint sacerdotes, à quib. veniam petamus peccatorum, vt C. de S. Trin. & fi. cath. l. inter claras, & propter iniuriam eis factam quilibet agit: vt C. de epis. & cle. l. si quis in hoc. Item in magistratib. quia interest vt sint magistratus. p. rum. n. prodesset iura esse in ciuitate, nisi sint homines qui iura reddere possint. vt inf. tit. j. l. 2. §. post originem. consistit, & in alijs: vt infra ad leg. Iul. mat. l. pen. & infra sol. mat. l. j. & Inst. de re. di. §. cum in suo. patet ergo ꝙ tit. de sac. san eccle. vel de episc. & cleri. vbicunque sunt, & similes, sunt de iure publico: & idem de iure fiscali vbicunque sit: & idem de officio magistratuum: vt C. de offi per omnes ti. & de iur. om. iu. & in alijs similib. & iurib. ff. & C.

* Aliter sed per. Coa. publicũ & priuatũ in partes cratur.

2 † Fl. consistit.

3 † Fl. desolius.

4 † Fl. q̃ in terra, q̃ in mari.

5 † Coniunctio. Flo.

o *Tripertitum.*] specialius ideo ponit, quia plurima de eo tractaturus est: idem tamen dico de publico, quòd est tripertite collectum, secundum * Io. & sunt eadem exẽpla: vt liceat reipublicæ vim vi propulsare: & vt cum iniuria eius alter non locupletetur. item & circa vsucapiones.

* Sed idest falsũ, est. n. i. ex solis ciuilibus pceptis collectũ Cont.

p *Naturalibus præceptis.*] A naturali iure habet ius priuatum, hoc, vt nemo fiat locupletior cum aliena iactura: vt infra de condi. inde. l. nam hoc.

q *Gentium.*] à iure gentium, hoc, vt quod quisque ob tutelam &c. vt infra eod. l. vt vim, à iure ciuili, vt præcepta de vsucap. vt Institut. de vsucap. in princip. quid autem sit vnumquodque istorum, subijcit: sed alio modo ius naturale ibi accipitur quam hoc §.

r *Quod natura.*] idest Deus, & sic nominatiui: vel dic ꝙ sit ablatiui casus. Item no. ius naturale quatuor modis dici. Primo lex Mosaica: vt Insti de iure nat. gen. §. j. Secundo instinctus naturæ: vt hic. Tertio ius gentium: vt Inst. de re. diui. §. singulorũ. Quarto ius prætoriũ: c vt infr. de mi. l. j. & facit Inst. de iure natu. in prin. Quinto, vt inf. eo. l. pen. in princ. & sic accipitur sup proxi §. & sic in idem recidit.

s *Omnium animalium*] Fallit secundum quosdam in vermibus, qui non ex alijs, sed ex terra gignuntur, idem in culo: & dicunt ꝙ hic loquitur in generibus singulorum animalium, & nõ in singulis generum. sic Inst de suspec. tuto. §. primo sed puto hoc quòd sic fit, naturæ esse instinctum: nec hic dicitur quod omnia animalia per coitum procreantur, sed iure naturali regi, quod regimen est in eo quod auis volat: quod piscis natat, & sic de alijs.

c Gl. ista in hoc reprehẽditur ꝙ ius non dr naturale, sed ciuile, vt ĩ eo. l. nam & ipsum, secũdũ Pau. hic.

t *Coniugatio.*] idest coniunctio d & cõsensus animorum, quæ sola sine concubitu facit matrimonium, vt subijcit, & infra de regul. iur. l. nuptias. & hoc est verum de licita coniunctione. quid de illicita, cum ad hanc eodem modo quo ad licitam inducamur? quidam dicũt non idem: sed

d Ista expositio est inutilis cũ sit l. ista Pisa. [illegible] Bol.

nos quod idem nec obst. quod illicitum committitur: quia primus motus a iure nat. est impunitus: sed ꝑ ꝑ sequens oblectamentum ℥hitur veniale peccatum. ꝑ ꝑ factum aũt si sequitur, ℥hitur mortale peccatum. in brutis aũt animali bus non habetur discretio, cum sine ratione ducantur. Itẽ nunquid ergo ipse actus matrimonij vel copulæ carnalis est iꝰ naturale? Respo d. non, sed ipse motus ad actum: item ad peccatum iure naturali mouemur. vt in Authen. de restitutio & ea.q.s.vnum. b col.4.

a Verba ista in hac glo. habentur 6. di. in palea. sed pensandum Paul.

1 † *Peritia.* alias perita.
2 † *Inde. Flo. deest. habet. n. facile intelligere licet.*
3 † *Flo. sit.*

a *Educatio.*] eo enim quod monetur parens ad educationem filij, est ius naturale: & ad hoc et adstringitur, nisi filius ꝑ se sit sufficiens ut ff. de lib. agno.l. si quis à liberis.§.sed si filius.

b Nil facit de buisse enim allegasse § si uero is quidem. circa medium. in Authen. de mo. collatio.1.

b *Humanæ.*] & solæ. nam & iure naturali vtuntur, sed non solæ.
c *Recedere.*] i. differre.
d *Illud.*] scilicet naturale.
e *Hoc.*] scilicet iusgentium.
f *Veluti religio.*] sed nomine hoc de iure publico est: cum sit sacrum: vt supra eodē. l. j. §. publicū & hic ponitur inter priuata precepta. Itē hæ duæ ipēs publicum & priuatũ inter se differunt, & nulla est altera? Rñ. & hoc & illud consistit in tribus: sed de priuato iō tñ dixi ꝙ ꝯsistit in tribꝰ, q a de eo plura erat dicturus uel dic, quod hic de religione tractat ibi de sacris, scilicet domibus: ut ibi diximus.

4 † *Flor. consistunt.*

liberorum procreatio, hinc educatio.[a] Videmus etenim cętera quoque animalia, feras ẽt, istius iuris ꝑ ritia 1 † cẽseri. ¶ Ius gentium est, quo gẽtes humanæ[b] vtuntur quod a naturali recedere,[c] inde 2 † licet facile intelligere: quia illud[d] omnibus animalibus hoc[e] solis hominibus inter se commune est. 3 †

Pōponiꝰ li. sing. enchiridij.

LEX II.

Veluti erga Deum religio[f] vt parentibus[g] & patriæ[h] pareamus.

Florentinus li. 1. Institutionum.

LEX III.

VT vim[i] atque iniuriã propulsemus. Nam iure[k] hoc euenit quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Et cum inter nos cognationem[l] quandam natura constituerit, 4 † consequens est, hominem homini insidiari, nefas esse.

g *Parentibus.*] not. filium debere c patri obedire: ut in Auth. de nup. § si uero expectet. col. 4.
h *Et patriæ.*] Pugna pro patria, d ut dixit Cato: ut hic, & C. de aboli. l. fallaciter. & infra ad leg. iul. maie. l. pen.
i *Vt vim.*] scilicet iniustè allatam ab aliquo priuato: non illatam ab eo cui subditi sumus: ut inf. de iniu. l. iniuriarũ. §. j. & inf. de rei vẽd. l. q restituere. itē non illatã a priuato iuste: ut inf. ad legē Aquil. l. 4. Sed q d si à prẽtore iniuste? Rñ. pati debemus, ẽm M. vt inf. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis. sed magistratum conueniet vel durante offo, si est de minoribus: uel eo finito, si est de maioribus. vt infra, de in ius voc. l. 2. & inf. de inius. l. nec magistratib. & infra de iud. l. pars litterarum, & infra, quod metus cau. l. 3. §. sed vim. Item & brutis hoc permittit: ut inf. si quad. pau. fe. di. l. j. §. cum arietes, non tamen dicuntur iniuriam facere vel pati, vt inf. si quad. pauper. fe. di. lege, j. in prin.
K *Nam iure.*] scilicet for. non cœli. Sed q d si ob tutelam rerũ suarũ? Rñd. idē, dummodo cum moderamine, d vt C. vnde vi. l. j. & inf. de vi & vi arm. l. 3. §. cum igitur. Itē q d ob tutelã alterius? Rñd. affectionem considerari, ut infra, quod metus cau. l. isti quidē. §. si. & mandati. l. cum seruus. Et facit ad hoc, q d licet vim vi repellere, vt infra, ad leg. Aquil. l. scientia. § qui cum aliter. & inf. de vi & vi arma. l. j. § vim vi. & inf. ꝙ metus causa, l. sed & partus. § pen.
l *Cognationem.*] quia omnes ab Adam processimus.
m *Manumissiones.*] in quibus ius non disponit, præcipuè vt fiant, sed dispositũ custodit & cõfirmat, & quia nõ ab ebrietate, vt inf. de ijs qui sunt sui uel alieni iur. l. j. §. j. vel dic, non disponit vt cogat aliquẽ manumittere.
n *Datio.*] sic ergo qui manumittit dat libertatem: ergo suam, vel alienam: si suam, ergo ipse postea non erit liber. si alienam: quam non erit inuenire: ergo quam non hẽt,

c Adde ꝙ patriæ est dulcis amo. l. qui habebat. ℥. de le. 3. unde Virgil. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. & ꝓpria unicuiq; uidetur maior & ꝓstantior alijs. l. fi. & ibi glo. fi. si fere expor. C.

d Quando autem dicatur fieri cum moderamine in culpatę tutela, declarat gl. magistra in d.l. j. & per cano

præterea cum oẽs homines liberi nascantur iure natu. ergo non dat ei libertatẽ, cũ ille liber sit. His duabus rationibus, vel oppositionib. inductis expon. datio, idest detectio, nam cũ manumitto s ruũ, detego libertas s rui, nam ipse semper liber est iniectio iure nat. sic qui excutit grana d. spicis, non nouam speciẽ facit. sed eam q est, detegit: vt infra de acq. re do. l. adeo. §. cũ qs sic & inf. si ser. vendi. l. sicuti, §. a. m si. vel dic, dat quã non hẽt ille qui dat, vt in v sufru. formali, vt inf. de vsufr. l. q d nostrũ. & in creditore, vt Insti. qui. alie. non licet. §. 1. secundum Pla.

a nisi as in d.l.i. significasti. extra de homici.

e Bal. hic istam gloss. mandat signandam uald ad hoc quod indefensione alterius subeũda, affectio s consideranda multum. Bo. no. Bolo.

5 † *Flor. deest, &c.*

Vlpianus li. 1. Institutionũ.

LEX IIII

MAnumissiones[m] quoque iuris gentiũ sunt. Est aũt manumissio, de manu missio, i. datio[n] libertatis nam quamdiu quis in seruitute est, manui & ptãti suppositus est: & 5 † manumissus liberatur ptãte. q res[o] a iure gentium originem sumpsit: vt potè cum iure nãli oẽs homines liberi nascerentur:[p] nec cẽt nota manumissio, cum seruitus eẽt incognita. § 3 postea quam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficiũ manumissionis, & cum iure nãli* hoĩes 6 † oẽs 7 † hoĩes appellarentur, 8 † iure gentiũ tria hoĩum 9 † gñaq esse cęperunt: liberi[r] & iis contrariũ serui: & tertium genus libertini, 10 † qui desierãt eẽ serui.

o *Quæ res.*] scilicet manumissio.
p *Nascerentur.*] & hodie nascuntur, vt inf. de reg. iu. l. q d attinet sed argu. ℥ infra de nata. resti. l. interdum. & hoc ẽm H. & Ir. sed verius est vt hodie nascãtur serui, cũ in hac pte derogauerit iuri nat. ius ciuile, vt inf. eod. l. ius ciuile est licet ipsum ius naturale sit immutabile in gñe, ut Inst. de iure na. §. penul.
q *Tria genera.*] si tria esse cęperunt, & erat vnũ, ergo sunt quatuor. Rñ. non sequitur & hẽs institiam heri hẽbas tres liberos, hodie nascit vnus: sic incipis hẽre quatuor, ergo sępẽ, cum prius haberes tres, non sequitur, quia qui prius erant, in sequenti numero computantur. Item q̃o sunt tria genera? immo tñ duo, s. liberi & serui, quia liberti liberi sunt. sed dic cęperunt esse, i. cęperunt appellari. sed quid de restitutis natalibus? Respond. sunt ingenui, cum nec videantur fuisse serui, vt infra de nata. re. l. 2.

* *De origine seruitutis vide Augustinum li. 19 de ciuitate Dei.*

6 † *hominꝰ. Fl. habet nos.*
7 † *Flo. deest, omnes.*
8 † *Flo. appellarentur.*
9 † *Flo. deest, hoĩum.*
10 † *Flo. libertini. hi quis desi.*
11 † *Fl. deest, bella* [illegible]

Hermogen. lib. 1. iuris. ἐπιτομῶν.

LEX V.

EX hoc iure gentium[s] introducta sunt 11 † bella, * discretę[t] gẽtes, regnã[u] condita, dñia[x] distĩcta, agr.[y] termini

r *Liberi.*] idest ingenui, & facit Inst. de liber. in prin.
s *EX hoc.*] bella ergo iuris gentium iniquum est, cum iniquum inducat. sed dic, ꝙ dicit de bello li. ito, ut indicto à popu. Roma. uel Imperatore: nam hostes sunt quib. populus, &c. ut inf. de captiuis, l. hostes. Item dicit de bello indicto ad iniuriam propulsandam, quod licet, vt supra eodem, l. vt vim. non aũt de alio, ne inde iniustiæ nascatur occasio, &c. ut C. vnde vi. l. meminerint.
t *Discretæ.*] idest, separatæ. puta Italia à prouincia.
u *Condita.*] a singulis gentibus, quæ sibi reges elegerunt.
x *Dominia distincta.*] immo & ẽm ius natu. sunt distincta, quia ẽm ius diuinum aliquid erat proprium. Dicitur enim, Furtum non facies. Item non concupisces rem proximi tui. Item, non retinebis mercedem mercenarij tui vsq; ad mane. Item non appareas in conspectu Dei tui vacuus. Et si dicatur omnia sunt communia iure nat. expone, idest, communicanda. sed dic. ẽt tunc qñ hæc præcepta diuina dabantur Moysi a Deo, erat iusgentium, & ẽm illud dicebatur aliquid meum. nam cum essent gentes iam coniũctæ, erat iusgentium, ut Inst. de re. di. §. singulorum. uel dic dominia distincta, s. directa ab utilibus, & econtra. Item nonne etiam iure ciuili dominia distinguuntur, ut per usucapionem? Respon. sic: ut Inst. de usu & habi. §. fi. Item per arrogationem. Item per sententias. Item per testamenta.

Exo. ca. [illegible]

ADDITIO. Tu dic melius, quod licet aliqui modi acquirendi dominium sint de iure ciuili, quos enumerat glos. hic, & glo. in l. j. in prin. ff. de acq. poss. tñ ipsum dominiũ semper est de iure gentium, secundum Iac. hic.
y *Termini.*] & ideo inducitur actio finium regundorum.

a Colle-

a *Collata.*] i. ossiciaq; a collõne fit ciuitas & castrũ, & villa. b *Commercia.*] generale nomen est oium contractuum: sed hic ad ꝑmutationẽ restringit: q a de alijs statim specificat. c *Emptiones.*] licet isti cõtractus sint à iure inducti, tñ ipsi facti sunt: vt ꝟ. de cur. fur. l. consilio. in fine. q est contra. sic hæreditas est incorporalis: tñ in ea corporalia continentur: vt Insti. de rebus cor. & incor. §. pen. d *Obligationes.*] sed actiones sunt à iure ciuili, 2 vt inf. tit. j. l. 2. §. deinde. & §. oium. Itẽ q̃ro de qua obligatione dicit hic, qđ est de iure gẽtiũ, cum duæ tñ sint obligationes. s. ciuilis & naturalis. de ciuili non, item de naturali non vr: sed dic de naturali. quia obligatio iuris gentium dr naturalis: & econuerso: ut Instit. de fi. di. §. singulorum & ꝟ. d̃ cõdi. inde. l. si ... q. & Insti. de fideiuss. §. j. quo ego seruus obligatur de iure gentium, cum eo iure nullus sit? Resp. imò iure ciuili est nullus, & eo iure non obligatur: sed iure gẽtiũ est aliqñ vel aliud e naturale quo ad aialia oĩa, aliud quo ad oẽs hoies, etiã seruos: & hoc et pôt dici gentium: quod in idem recidit: cum ergo dico, obligationem naturalem, non intelligo de iure naturali oim aiantium: quia alia aialia nõ obligant: sed de iure gentiũ, pôt tñ dici, quandam esse obligationẽ q instinctu naturæ ꝓuenit: vt in alẽdis liberis & procreandis: & obligatio ad antidora, * q̃ non impedit repetitionẽ soluti ꝑ errorẽ semper: ut infra, de condi. inde. l. si nõ fortem. §. libertus. Item quid differt obligatio à contractu? dic vt diximus Inst. de obli. in fi. e *Quibusdam.*] vt verb. oblig. vt Inst. de act. §. de cõstituta. Item literarum obligatio: vt Insti. de literarum oblig. Item contractus emphyteuticus: vt Insti. loca. & conduc. §. adeo. Item contractus sponsalitiæ largitatis: ut in Auth. vt sponsa. larg. in prin. col. 9.

f *Ius ciuile. iuri cõi.*] id est iure naturali, quod semper est bonum & æquũ: vel gẽtium, de quo mõ dixerat, q̃ sunt cõia, primum c ibus aialibus, fm olbus hoibus: ut sup. e. l. j. in fi. cum ergo addat & detrahat vtriq; ostẽdit exigo quatuor exempla. Detrahit ergo iuri naturali, in vsucapione, 2 q est contra ius naturale, & est de iure ciuili: vt Inst. de vsucap. in prin. Nec obst. q̃ ipsum sit immutabile: ut Inst. de iure natu. §. pen. q a illud verum in suo genere: in certis aût capitulis mutat, vel dic, licet mutet quo ad obseruantiã ipsũ, tñ s ꝑ bonũ, & æquũ est: additur aût iuri naturali in forma: vt in mãtrimonio. q̃ iure naturali inuentũ fuit, tñ à ciuili iure formã accepit cũ ꝑ sponsalia pcedentia, & per consensum sequentem de pñti: ut inf. de spõsa. l. j. & de reg. iur. l. nuptias. & in Auth. de nuptijs. §. nuptias col. 4. præterea iuri gẽtiũ addit materia: q a cum iure gẽtiũ nil esset de tutela cogitatũ, inuenta est materia & forma a iure ciuili, ut Inst. de tutel. in princi. detrahit iuri gentium in ptãte dominorum restricta, ut Institu. de ijs qui sunt sui vel alieni iuris. §. penult. Sed nonne in totum seruit addẽdo, & in totum destruit detrahendo in casibus supradictis. Responde fm Ir. non detrahitur iuri cõi in sua corporis vniuersitate, sed in casibus specialibus. bene ergo dicit, aliquid: vnde sere totum corpus iuris est ius ciuile, cum ibi uel in forma vel in materia iuri cõi sit additum vel detractum.

g *Hoc igitur.*] istud, igitur, non ponitur illatiuè, sed inceptiuè, vt ibi, igitur beatus Martinus. & hęc dictio, ius, accipitur in genere, quasi dicat ius ciuile, siue lex duodecim tabularum, & sequens verbum, aut, ponitur pro, & vt C. de verb. significat. l. pen. ibi, melius itaque &c. nam ex scripto & non scripto est, vt Insti. de iure natura. §. constat. vel dic, hoc ius, i. singulæ species iuris, id est leges quæ sunt sub lege duodecim tabularum: & tunc, aut, proprie ponitur. prima v rior & vtilior est, scilicet, quod pro lege duodecim tabularum accipiatur ius ciuile in tota ista. l. vt patet ex hac demonstratione, hoc igitur &c.

h *Ius aût ciuile est.*] Cũ enim sint tres iuris ciuilis scripti, s. leges, plebiscita, senatuscons. principũ placita, magistratuũ edicta, rñsa prudẽtũ, vt Instit. de iure natu. §. scriptũ iᵒ est, & qnq; ex his faciunt ius ciuile scriptũ, s. magistratuũ edicta, facit ius ꝑtoriũ: vt hic, & Inst. de ppe. & tempo. ac. in princi. & qd sit qd libet istorum, dr in d. §. Insti. de iure nat. & hoc fm vnã significationem iuris ciuilis, q̃ est ad dñiam prætorij: aliàs aût quandoque ponitur pro statutis ciuitatum: vt Insti. de iure na. in prin. qnq; pro lege duodecim tabula. ut supra, lege proxi. §. hoc igitur. quandoq; pro disputatione prudentum, ut infra, tit. j. l. 2. §. ex his legibus.

i *Adiuuandi.*] Adiuuat, cum suis institutis dat bon. poss. fm tabulas, cum & prius habebant petitionem hæreditatis. ut Institut. de bo. poss. §. aliqñ. & inf. de bon. poss. l. sed cum patrono. §. pen. in fi. ibi, legũ quoq; tuendarũ, &c. Supplet vt in actione furti manifesti, quam ꝑtor induxit: sed furti non manifesti est ciuilis: ut Insti. de noxalibus. §. sunt aût, & de perpet. actio. §. aliqñ. Itẽ supplet, vt infra de noxali. l. si plurium. in prin. Corrigit, ut in emancipatis, q iure ciuili non succedunt, licet iure ꝑtorio sic: vt Institu. de exhered. li. §. emancipatos, & de hered. q ab intest. §. emancipati. Itẽ in posthumo alieno, qui iure ciuili non succedit sed iure prætorio sic, vt Instit. de bon. poss. in prin. Item in suis hæredibus quandoque, vt C. de lib. præte. l. maximum. Item facit ad idem infra. de iniusto, rup. testa. l. posthumus. & Insti. de leg. ag. suc. §. media.

k *Nam & ipsum.*] bene dixit adiuuandi. nã & ipsũ &c.
l *Vox.*] quia voluntatem iuris ciuilis eloquitur, secundum Ir. vt enim voce exprimitur cordis intentio, ita per prætorem iuris ciuilis scientia.
m *Omnes.*] Legibus. i. de st iure scripto.
n *Moribus.*] idest iure non scripto.
o *Reguntur.*] sed qui sunt illi qui non reguntur? Responsio, sylue stres homines.
p *Suo proprio.*] sed quo ius proprium, uel a gẽtibus statutum pôt habere locũ, cum solus princeps possit facere leges, vt, C. de leg. & const. l. fin. quæ est contra? Respon. hæc per illam corrigitur fm quosdam vel uerius, hic loquitur de eo iure gentium, qđ quasi ipsa natura inter omnes tenet & proprio quod non sit generale, unde non est contra.
q *Ius gentium.*] quandoque naturale, ut Institu. de rerum diuisio. §. singulorum.

---

positi, ædificia collata, a 1 † commercia, 2 † b emptiones, c vẽditiones, locatiões, conductiones, obl'ones d institutę: exceptis quibusdam e q̃ à iure ciuili introductæ sunt.

Vlpianus li. 1. Institutionũ.

LEX VI.

Ius ciuile est, qđ neq; in totum a naturali, vel gentiũ recedit, neq; 3 † ꝑ oĩa ei seruit. Itaq; cũ aliquid addimus vel detrahimus iuri cõi, f ius ꝓprium, i. ciuile, efficimus. ¶ Hoc igit g ius nrm constat aut ex scripto, aut sine scripto: vt apud Græcos 4 † τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δ' ἄγραφοι.

Papinianus li. 1. definitionum.

LEX VII.

Ius aût ciuile est, h qđ ex legibus, plebiscitis, senatuscõsultis, decretis principum, authoritate prudentium venit. ¶ Ius ꝑtoriũ ẽ, qđ ꝑtores introduxerunt adiuuandi, i vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis grã, propter vtilitatem publicam: quod & Honorarium dr, ad honorem ꝑtorum sic nominatum.

Martianus lib. 1. Institutionũ.

LEX VIII.

Nam & ipsum k ius honorarium, quasi 5 † viua vox l est iuris ciuilis.

Omni populo iurisdictionẽ habenti ius propriũ statuere ꝑmittitur, qđ ius ciuile uocatur: qđ uerò ab oĩ gente æqualiter custoditur, ius gentiũ appellatur. h. d.

Caius lib. 1. Institutionum

LEX IX.

Omnes populi, q legib. m & moribus n reguntur, o partim suo proprio, p partim cõi oĩum hoĩum iure utunt. Nam quod quisq; populus ipse sibi ius constituit, id ipsius ciuitatis proprium est uocaturque ius ciuile, quasi ius ꝓprium ipsius ciuitatis. ¶ Quod uerò naturalis rõ inter omnes hoĩes constituit, id apud omnes pereque custoditur: uocaturque ius gentiũ, q quasi quo iure oẽs gentes utant. 6 †

---

1 † Fl. collata.
2 † Commercium. Flo.
3 Istã glo. sequitur Paulus de Castro hic.
3 † Fl. neo
4 † Tωδε νομοι lege.
* Obligationem naturalem ad antidora, impedire repetitionem indebiti soluti ꝑ errorem iuris, putat Zasi. aduersus communem interpretum sensum intellectibus ad l. si non fortem. §. libertus. ff. de cond. indeb.
a Istud reprobatur cõmuniter per doctores.
5 † Fl. deest, quasi.
6 † Fl. ... eur.

a Insti-

Ulpian.lib.1.Regularum

LEX X.

IVstitia a est constans & perpetua voluntas, ius suũ cuique 1 † tribuẽs. 2 † ¶ Iuris p̃cepta b sũt hęc: honestè c viuere, alterũ ñ lædere, d ius suũ cuiq; e tribuere. ¶ Iuris* prudentia est diuinarum f atq; humanarum rerũ notitia, g iusti atq; iniusti scientia. h

Ius quãdoque ponitur pro eo, qđ est ars boni, & æqui quandoque pro loco quandoque pro cõsanguinitate. h.d. ista lex vsque ad fi. B.

Paul.lib.4. 3† ad Sabinum.

LEX XI.

IVs pluribus modis dicitur. Vno modo cum id quod semper bonum, ac æquum i est, ius dicitur. vt est ius naturale Altero modo, quod omnibus, aut plurib. in quaque ciuitate vtile est: vt est ius ciuile. k Nec minus rectè ius 4† appellatur in ciuitate nostra ius honorarium. ¶ Prætor l quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit, m relatione scilicet facta, non ad id n quod prætor ita fecit, sed ad illud, quod prætorem facere conuenit.

¶ Alia significatione ius dicitur, locus in quo ius redditur; appellatione collata o ab eo quod fit, in id 5 † vbi fit. p Quem locum determinare hoc modo possumus: vt 6 † vbicunque prætor salua maiestate imperij sui, saluoque more maiorum, ius dicere constituit, is locus rectè ius appelletur. 7 †

4† Diuisio
5† Flor. in m ubi fit.
6† Fl. de esse ut.
7† Fl. appellatur.

a IVstitia.] Hæc iustitiæ definitio potest intelligi de diuina iustitia. q.d. diuina iustitia est constans, &c. & s̃m hoc oĩa verba in ea posita sunt plana, & quod sequitur, suũ cuiq; &c. ideo dicit, q̃a Deus ipse retribuit cuiq; secundum opera sua. Sed nonne iniustũ a fuit, q̃ fuit mercenario in sero veniẽti d. tũ tm̃ quãtũ & illi qui mane venerat: quod tamẽ diuina iustitia laudat? Respon. illud mysticè dicitur: vel dic secundo, q̃ de fragili hoĩs iustitia loquitur, q.d. iustitia humana, vel quę est in homine, est volũtas, &c. & secundũ hoc illa duo verba, constãs, & perpetua, extrahuntur: quia homini non possunt conuenire, cũ scriptũ sit, q̃ septies in die cadit iustus: & illud, nunquam in eodẽ statu permanet. Item quid erit ita stabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem, cũ omnis status noster, &c. vt in Auth. de non alie. l. vt autem, collat. 2. Item quod in fine dicitur ius suum cuique tribuens, intellige quantum ad actionem, quia quo ad actum non potest, q. d. habens affectum tribuendi, sic supra dicitur in rub. de Augusto. sic de matrimonio, q̃ est indiuiduũ, vt Instit. de pat. po. in princ. licet interdũ diuidat, vt C. de repu. l. consensu vel tertio expone, vt in summa huius tit. Sed Tullius sic definit: Iustitia est habitus animi cõi vtilitate seruata, suam cuique tribuens dignitatem. Sed Plato ita, Iustitia est virtus, quæ plurimũ põt ijs, quæ minimũ possunt, vel prout ego credo, Iustitia est congrua dispositio in singulis rebus rectè diiudicans. verba aũt, ius suũ, expone vt dixi, vel dic, i. hominis meritum. nam quandoque propter delictum priuatur quis iure suo, vt infr. quod met. cau. l. extat. & C. de iur. emphy. l. 2. & 3. Vel dic, suũ ius, ut honeste viuat, & alterum non lædat, &c. vel dic suum ius, idest iustitiæ, Accur.

b *Iuris præcepta.*] idest iura præcipientia, præcipiunt aliq̃d istorum trium, scilicet pertinens ad aliquod illorum, nam non omne ius præcipit, imo quoddam punit: quoddam permittit, quoddam vetat: vt infra, de leg. & senat. con. l. legis. quoddam consulit: vt infra, de rebus cred. l. is qui.

c *Honestè.*] quantũ ad se, quæ honestas circa matrimonia est ut inf. de ritu nup. l. semper. & circa mores seruatur: ut infra de tu. & cura. da. ab his. l. scire oportet, § pen.

ADDITIO. Adde hic, q̃d si sit meretrix quæ velit uenire ad habitandum in aliquo vico, quod uicini pñt eã expellere, ne alias inficiat, fa. l. Mimo, C. de epis. audi. s̃m Ia. hic.

d *Lædere.*] & hoc ad proximum. vnde illud. Quod tibi nõ vis fieri, alij ne feceris. c. placuit, extra de maio. & obed.

e *Cuique.*] ut non solum non lædat, sed etiam adiuuet. nã non sufficit abstinere à malo nisi fiat quod bonum est. Sed nonne hæc uerba accipiuntur hic sicut supra in defin. tionis iustitiæ. Respon. non, imo ibi hæc tria reprehendit: hic tñ illud solum quod extra duo prima relinquitur, scilicet ut alium adiuuet. & not. quod hic reprobo opi. Py. & aliorum, qui dixerunt, quod Insti. eo. tit. § iuris præcepta. non definiebatur. Ius autem est ars boni, & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. nam dico quod hæc uerba tantundem præstant quæ hic sunt. nam per hoc quod ibi dicit præcepta iuris, dicit ars, cum ars sit collectio præceptorum. Itẽ per hoc quod dicit, honeste uiuere, alterum non lædere: ut est tñ quantum boni & æqui. Item per hoc quod dicit, ius suum unicuique tribuere, colligo cuius merito quis nos sacerdotes appellet. idest sacra uel sua iura cuilibet ministrantes, ut hic, & supra eo. l. 1. in prin.

f *Diuinarum.*] ut C. de sum. Tri. & fide cath. & de sacrosan. eccl. & ne quid in loco sac. & in Aut. q̃o opor. episc. & relig. cle. ad ord. pd. & de sancti. epi. & in multis alijs titulis.

g *Notitia.*] potest rectè legi. & ita illa dictio, scientia, est ablatiui casus uel econtra sit nominatiui, & hæc dictio, notitia, sit ablatiui. sic Inst. de iur. na. in prin. Sed nunquid secundum hoc oportet quos quicunq; uult iuris prudẽs uel iurisconsultus esse, debeat theologiã legere? Rñ. non: nã omnia in corpore iuris inueniũtur: ut C. de sum. Tri. & fide cat. & de sacros. eccle. & de epis. & cleri. & in Authen. in multis titulis, ubi de diuinis tractatur. Item quæ est dr̃ia inter iustitiam, & ius, & iuris prudentiam? Rñ. iustitia est uirtus. Ius est eius uirtutis executio: iuris prudentia est scientia illius iuris. Item iustitia est summum bonum, ius medium, & iuris prudentia infimum. Item iustitia est tribuere ius suum vnicuique: ius coadiuuat, iuris prudentia docet qualiter fiat illud.

h *Scientia.*] per iustitiam habemus ne fallamus. per iuris prudẽtiã ne fallamur. unde scriptũ est. Sapiẽs fallere non uult, falli autem nõ potest.

i IVs *bonum ac æquum.*] si semper est bonum, q̃d est de iure nat. q̃uo dici potest seruitutem uel usucapionẽ de bono publico inductã? ut inf. de usucap. l. i. cum hęc iuri naturali sint contraria, & dicantur non esse bona: si. n. bonũ est aliquid esse, ergo malum est ipsum non esse? Rñ. bonum est de iure natu. oẽs esse liberos, & dño rẽ suam non auferri, nulla causa extrinsecus inspecta: sic dicimus, bonum est non amittere cappam: si autem intellectũ referas ad causas superuenientes, melius est seruitutem esse, quam non esse, sic. n. omnes capti ab hostibus perirẽt. & melius est Rei publicæ eos uiuere seruos, quàm mori ingenuos. Item, si inspicias necessitates, quę essent, nisi usucapiones essent melius est eas tolerari. aliter. n. non posset probari dominium fore, ut Instit. de usucap. in prin. & lites essent infinitæ, ut infra pro suo. l. fi. & bonũ est quidẽ te nõ perdere cappam, sed bonum est perdere te potius quã occidaris a latrone.

k *Ciuile.*] ut statuta ciuitatum, ad differentiam iuris nat. & gentium, ut hic, & Institu. de iure na. in princ.

l *Prætor*] idest iudex.

m *Cum inique decernit.*] idest contra æquitatem, non contra ius scriptum expresso errore. quia tunc non esset ius, ut quia pronunciet iudex minorem quatuordecim anno. posse testari. Sed uidetur quod sententia non ualet ipso iure, cum inique decernit: ut infra. de ser. l. j. quæ est s̃. sed dic q̃ s̃ ius litigatoris fuit lata, non s̃ ius legis: unde ualet, ut infra quæ sen. sine app. l. j. in prin. si sic exponas, q̃ iudex non s̃ ius legis, sed s̃ ius litigatoris tulit sententiam: quare dicit, relatione facta &c. nam etiam nulla facta relatione ad id q̃d fieri debet, est tñ ius, & datur actio? Rñ. Io. quod dicit relatione, &c refertur ad id quod dixerat, inique, non ad dictionẽ illã, ius. itẽ no ius iniquum. sic & Insti. de usuca. in prin. & ad Tertul. in prin. & infra. quod quisque iu. l. 3. sed nunquid hoc ius iniquũ hẽt iustitiam matrẽ? Rñ. non, s̃m Io. imo iniquitatem, arg. supra. e. l. j. in prin. ibi, ius est ars, &c. in decret. dist. j. c. ius autem. ubi dicitur, quod dr̃ ius, q̃a iustum. Item quæritur ex qua sententia datur actio in factũ, dic ex ea, quæ fuit lata, non ex ea. quæ fieri debuit.

n *Non ad id.*] scilicet tantum.

o *Collata.*] idest contracta. aliàs tracta.

p *Vbi fit.*] idest fieri solet & facit ad hoc rñ. C. de sen. l. cum sñia. sed s̃ infra. de interro. ac. l. uoluit. § quod ait prætor sol ut ubi. b Item arg. contra infra. de rebt. l. fi. cum dict. ubi

k Tu dic, q̃ ubi res exigit plenam causæ cognitionẽ: locũ consuetum iudex debet obseruare in examinãdo negotio: ut hic. ibi uerò semiplene sic & eodem modo solum aliud s̃cium in gl. Alber

vbi etiam,in alio loco indicatur, dummodo non inhonesto.solue vt ibi.

a Nonnumquam. Pro necessitudine.] idest iure sanguinis. vnde Iob dixit. Necessarij mei venerunt ad me.

DE ORIGINE. Iuris &c.

Large ponitur ius ciuile pro omni iure ciuili, & pretorio, & naturali, sic accipitur infra de iust. & iure.l. 1. §. proinde, & hac prima pars expeditur infra eod. l. 2. vsque ad § post originem: secunda pars expeditur postea vsque ad §. iuris ciuilis scientiam: tertia postea vsque in finem.

1 † Flo. decess. ciuilis.
2 † Flo. decess. iuris.

Martian.lib.1.Institut.

LEX XII.

Nonnumquam ius etiam pro necessitudine a dicimus: veluti est ius cognationis vel affinitatis.

TITVLVS II.

De origine iuris ciuilis, 1 † & omnium magistratuum, & successione iuris 2 † prudentium.

Caius lib. 1. ad leg.12.tab.

LEX PRIMA.

Facturus b 3 † legū vetustarū interpretationē, c necessario d prius ab ab initijs e vrbis repetendū existimaui: f 4 † non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod g in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnib. suis partibus cōstat. h 5 † Et certè cuiusque rei potissima pars principium i est. Deinde k si in foro causas dicentibus nefas (vt ita dixeri) videtur esse, nulla præfatione facta iudici, rem exponere: quantò magis interpretationem l promittentibus inconueniens erit, omissis initijs, atque origne non repetita, 6 † illotis (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpartationis tractare: m namque (nisi fallor) ipsæ 7 † præfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, 8 † & dum eo venerimus, eius 9 † euidētiorē n præstant intellectum.

3 † Falturi.
4 † Existima uimus.
5 † Flor. ipsa Haere.
6 † Fl. atque illotis.
7 † Fl. ipse.
8 † Flo. producunt. & cū ibi vener.
9 † Flo. insert. tiam.

Pompo.lib.sing.enchiridij.

LEX II.

Necessarium o * itaque nobis est, imprimis ipsius iuris originem atque processum demonstrare. Et quidem initio ciuitatis nostræ p populus sine certa

* In hanc legem multa Buda & Alcia Vdalricus Zasius.

b Facturus] CASVS. Pro introductione & declaratione contentorum in hoc titu. vi.Cuiac.& quæ ex ipso posita sunt hic in vltim. Veneta edit. in fol. quia hic consulto omissa sunt.

¶ Caius iurisconsul. proponens de iure veteri tractare, & librum iuste facere, vult ab ipsa origine inchoaret. Et quod sit ab ipsa origin inchoandum, ponit duas rationes. Nam cum origo sit principium, & principium sit vniuscuiusque rei pars potissima ergo est ab ipsa origine inchoandum. Item secunda ratione: quia cum aduocatus vult aliquid dicere, vel postulare, præmittit suum exordium, quia aliàs nihil dicere videretur: multo ergo fortius idem hic dicendū est. Vltimo ponit duas causas quare prædictæ duæ rationes sunt bonæ.

b Facturus.] Caius fecit vnum librum super interpretatione iuris veteris, de quo sunt tractæ leges Caij, quæ sunt in ff.

c Interpretationem.] verbum interpretationis in proprio sensu denotat vocabuli apertam significationem, hic tamen largius ponitur pro correctione, arctatione, & prorogatione, vt infra ad Tertullian.l. prima. §. qui operas

d Necessario.] idest, vtiliter.

e Initijs.] circa tria, quæ sunt in rub.

f Existimaui.] scilicet ego Caius, scilicet qualiter in iure inueniendo fuerit processum: sed quomodo, cum sequens l. sit Pomponij, vbi dicetur, hæc tria fecit hic Caius. Respon. alibi dicit Caius, licet hic dictum Pomponij sit positum.

g Sed quod.] idest quia.

h Constat.] Nota, quæ sit res perfecta. facit infra, de auro & argento leg. l & si non sint. §. quid ergo, & C. ad Syllan. l. penultima. & fina. & in decret. septima quæstio prima, capit. nihil, argumentum contra. infra, de verborum significationibus, l. ædificia, §. perfecisse, & infra de diuersis & temporali. præscriptio. l. in vsucapionibus. in principio.

i Principium.] Not. principium esse spectandum. nam dimidium facti, qui bene cœpit, habet, & facit infra mandat. l. si procuratorem. in principio. & C. quando liceat vnicuique. l. prima. & C. quando in integr. restitu. non est necess. l. fi. argumen. contra. C. ad Syllan. l. cum Syllanianum in fine.

k Deinde.] secunda ratio exempli. & hac non videtur bona, cum exemplis, &c. vt C. de senten. l. nemo.

l Interpretationem.] idest, correctionem ll. vetustarum. & arctationem, vt in prin. diximus.

m Tractatu.] quasi diceret inconueniens esset: namque &c. & sunt istæ causæ quę sequuntur, primæ & secundæ rationis.

n Euidentiorem.] imo fine his non esset euidens: sicut & si principium alicuius casus omiseris, postea casum plene intelligere non poteris: vt infra de eden. l. argentarius. §. edi autem.

o Necessarium.] CASVS. Duo fuerunt fratres qui Romam fecerunt, Remus & Romulus, & vt prædicta ciuitas Roma. suis legibus vteretur, latæ sunt leges: qui Romulus etiam ciuitatem in triginta partes diuisit, vt ciues suis legibus vterentur: & sic multi alij reges post Romulum obseruarunt: deuentum eo est tandem, quod postea populus illis legibus non vteretur. vnde miserunt decem viros in Græciam, qui decem tabulas de Græcia apportauerunt, & Romæ pro Rostris posuerunt. & quod ab illis non appellaretur, statutum fuit à populo: dataque est illis decem uiris potestas, vt adderent duas tabulas: sicque appellata est lex duodecim tabular. post fuerunt disputationes prudentum, & hæc vsque ad §. deinde. postea in illo §. deinde, dicit, quod inuentæ sunt actiones, quæ contractabantur à magistratibus: & si caderetur a syllaba, caderetur à tota causa: In monte Auentino cum inter populum, & nobiles guerra esset: concordia facta constitutum fuit, ut ista plebiscita pro legibus obseruarentur. Item facta sunt edicta Prætorum. postea deuentum est ad principem, & hoc vsque ad §. post originem. Exinde dicit de successione magistratuum, & origine eorum. Item dicit de Consulibus, qui non habent merum imperium: & ab eis appellatur. Dicit etiam de professoribus legum, & multa alia de successoribus magistratuum: quæ longum esset enumerare. quale etiam fuerit initium successionis in monte Auentino, dicit. Nam cum filia Virginij pronunciata esset ancilla, vt index eam haberet in suam concubinam, Virginius occidit illam suam filiam. Vnde secessit in montem Auentinum vna cum alijs populatibus. Inferior litera non legitur. sed notatur ista, quod iudices sedebant tantum ad uesperas. vt in § quia. Aliud, & quod prætores de fideicommissis non sunt magis: vt in §. diuus. Aliud, quia quidam plus habent eloquentiæ, quam scientiæ: vt in responsis Pauli. Item aliud, quia turpe est nobili, & patricio viro ius ignorare in quo uersatur, in §. Seruius. Item aliud, quod quædam honeste conceduntur, quæ non honeste petuntur: et in §. post hos. & hoc dicit hæc lex. Viuiani.

o Necessarium.] hæc lex diuiditur in tres partes. prima tractat de origine iuris, usque ad §. post originem. se unda de magistratibus, usque ad §. iuris ciuilis. tertia de successione prudentum, usque in finem.

p Ciuitatis nostræ.] s. Romanæ.

q Agi-

a *Agere.*] idest viuere.
b *Instituit* [hic incipit.
c *Manu.*] idest arbitrio.
d *Romulus.*] Rex, scilicet Romanorum.
e *Per sententias.*] idest consilium.
f *Expediebat.*] scilicet Romulus.
g *Sequentes.*] scilicet Reges.
h *Filius.*] Tarquinius.
i *Non quia Papyrius.*] Nota argumentum pro hoc quod dicunt rustici coloni, campus iste meus est: cũ tamen domino colunt ipsum, & facit. C. de iure deliberandi. l. cum aliquis. ubi dicitur seruus, qui non est: & per hunc quæritur domino puatiuo hæreditas. Ité nota pro compilatoribus rationum & glossarum, vt eius dicantur rationes qui compilauit. & facit C. de veteri iure enucle. l. 1. §. nam qui subtiliter &c. & infra eodem §. postea cum Appius in fine §.
k *Exactis regibus.*] i. expulsis. sed quare dicit pluraliter, exactis Regibus cum nõ fuerit nisi unus Rex expulsus, scilicet Tarquinius: ut infra eod. §. mitto ciuitatis, vbi dicit, Reges eiecit: ndil Respon. plurale pro singulari posuit: ut & alias infra, de petitio. hæred. l. Diuus. § fina. & infra de postul. l. 1. § initio. vel dic, quod plures: quia & ille fuit expulsus. & dictum fuit quod nullus deinceps esset.
l *Lege.*] scilicet facta à tribuno.
m *Exoleuerunt.*] idest in usu esse desierunt.
n *Incerto*] idest manu siue arbitrio.
o *Hoc.*] scilicet ut staret populus sine lege. Accursius.
p *Constitui.*] Quorum nomina sunt in decr. distinctione 7. cap. 1. ante quam tamen hoc fieret, miserunt Græci Romam quendam sapientem ut explorarent an digni essent Romani legibus: qui cũ Romam uenisset, Romani cogitantes, quẽdam

lege, sine certo iure, primum agere [a] instituit [b]: omniaque manu [c] regis 1 † gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modũ ciuitate, ipse Romulus [d] 2 † traditur populum in triginta partes diuisisse: quas partes Curias appellauit, propterea quod tunc reipublicæ curam per sententias [e] earum partiũ expediebat [f]: & ita leges quasdam & ipse Curiatas ad populum tulit, tulerũt & sequentes [g] leges: quæ omnes cõscriptæ extant in libro Sexti Papyrii, qui fuit illis tẽporibus quibus Superbus 3 † Demarati Corinthii filius, [h] ex principibus 4 † viris; isque liber (vt diximus) appellatur ius ciuile Papyrianum, non quia Papyrius [i] de suo quicquam ibi adiecit; sed quod leges sine ordine latas, in vnũ composuit.

¶ Exactis deinde Regibus, [k] lege [l] * Tribunitia omnes leges exoleuerunt, [m] iterumque cœpit populus Romanus incerto [n] magis iure, & consuetudine aliqua vti, quam pro lata lege. 5 † idque prope viginti annis passus est. Postea, ne diutius hoc [o] fieret, placuit publica authoritate decem constitui [p] 6 †, per quos peterentur leges a Græcis ciuitatibus, vt 7 † ciuitas fundaretur legibus quas in tabulis decem æneis 8 † perscriptas, pro Rostris [q] proposuerunt, vt possent apertius perspici, datumque est eis ius eo anno in ciuitate summũ, vti [r] & leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur: [s] neque prouocatio ab eis [t], sicut a reliquis magistratibus, fieret, qui & 9 † ipsi animaduerterunt aliquid deesse istis primis legib. ideoque sequenti anno alias duas eisdem 10 † tabulis adiecerunt: & ita ex accidẽte 11 † [u]

appellatæ sunt leges Duodecim tabularum: quarum ferendarum authorem fuisse Decemuiris Hermodorum* quendam Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt.

¶ His legibus latis, cœpit (vt naturaliter euenire solet) vt interpretatio desideraret prudentium 12 † authoritatem, necessariamque disputationẽ fori. Hæc disputatio, & hoc ius quod sine scripto venit, cõpositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, & cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus cæteris partibus, 13 † sed communi nomine appellatur ius ciuile.

¶ Deinde ex his legibus eodem fere [x] tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones ne populus [y] 14 † vellet institueret, certas solennesq; esse uoluerunt; & appellabatur hæc pars iuris, Legis actiones. 15 † Et ita eodem pene tempore tria hæc iura nata sunt: leges duodecim tabularum; ex his fluere cœpit ius ciuile; ex iisdem legis actiones compositæ sunt. Omnium tamen harum & interpretandi scientia, & actiones apud collegium Pontificum erant: ex quibus [z] constituebatur quis quoque 16 † ann præesset priuatis & 17 † populus annis prope cẽtum hac cõsuetudine usus est.

¶ Postea cum Appi* Claudius 18 † composuisset, & ad formam redegisset has actiones, Gneus Flauius scriba eius, libertini filius, surreptum librum populo tradidit: & adeo gratum fuit id munus populo, vt Tribunus plebis fieret, [a] & senator, & aedilis curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur ius ciuile Flauianum: sicu

cus autem credidit, quod Trinitatem ostenderet. item Grecus apertam manum ostendit, quasi ostenderet omnia nuda & aperta Deo. stultus autem timens maxillatam sibi dari, pugnum clausum quasi repercussurus leuauit. Græcus intellexit, quod Deus omnia clauderet palma, & sic credens Romanos dignos legibus recessit, & leges his sapientibus concedi fecit, in ciuitate Athenarum, & Lacedæmonum, ut Institut. de iure naturali. § & non ineleganter. sic ergo à Græcis habuerunt originem sicut & quælibet scientia, vt in sui tractatus principio Priscianus testetur. verum est tamen, hanc dispositionem legum in Latio prius fuisse conscriptam. vt optime probatur C. de vete. iur. enucle. l. 2. §. hoc autem.
q *Pro Rostris.*] idest ante oculos & ora hominum. alii dicunt pro Rostris. idest eo loco ubi ponebantur Rostra nauium piratarũ quas cœperant.
r *Vti.*] Ponitur pro ut.
s *Interpretarentur.*] idest apertius exponerent. & facit ad hoc Instit. de iure natu. §. responsa prudentum. Accur.
t *Ab eis.*] idest ab eorum interpretatione seu sententiis quas ferent eo animo ut esset ius.
u *Ex accidente.*] Not. accidens origini prævalere. sic supra de officio assess. l. si eadem, & infra de postul. l. 1. §. bestias. argument. contra. C. de iis qui ue. ætat. impe. l. fin. & Institu. de rerum. diui. §. pauonum.
x *Fere.*] idest crudeles referendo illud uer. feræ, ad actiones. nam qui syllabam mutabat, ab actione cadebat. contra hodie. ut C. de formulis. l. 1. uel aduerbialiter lege fere, ut sine dubio est legen sum. ut & in Flor. legitur, & hic etiam, sed quia sensus glo. non respondebat tex. mi. accommodaui utrumque.
y *Vellet.*] prædicti sapientes.
z *Ex quibus.*] scilicet pontificibus.

stultum ad disputandum cum Græco posuerunt: ut si perderet, tantum derisio esset Græcis. qui sapiens nutu disputare cœpit, & eleuauit unum digitum, unum Deum, significans, stultus credens quod vellet eum uno oculo excæcare, eleuauit duos, & cum eis eleuauit etiam pollicem, sicut naturaliter euenit, quasi excæcare eum vellet utroque. Græ-

a *Tribunus plebis fieret.*] not. aliquem ex dolo suo præmiũ consequi. & facit inf. ad municip. l. Titio. in fine 1. respon. & infra, de suis & leg. l. intestato. § ii plane. Argumentum contra. C. de furt. & ser. cor. l. si quis seruo alieno. vel dic, hoc fecit populus ignorans eius factum.

Marginal notes (left): 1 † Flor. ... 2 † ... Tarquinius. ... Principis. ... 5 † Flo. quam latam legem. 6 † Fl. consti. 7 † Fl. & ciui. 8 † Fl. quas in tabulas eboreas prescriptas pro rostris composuerunt. Vt ros sint leges aperte percipi. 9 † Flor. deesse &c. 10 † Fl. ad easdem tabulas. 11 † Fl. ex accidente leges latas.

Marginal notes (right): * Cicer. 1. Tusc. Strabo lib. 14. 12 † Fl. auctoritatem necessariam esse disputa. 13 † Quod habemus. ... Datis propriis nominibus cæteris partib. ... fluit. 14 † Fl. prius. 15 † Flor. legis actiones idest legitima actiones. Verum legis actiones q. dicuntur, prid. ... 16 † Flor. quoque. 17 † Flo. & fere pop. 18 † Propos. ...

b *Natura.*] i. iure ciuili, cooperante natura, quæ cooperatur procreationi liberorum, quæ est de iure naturali: vt sup. de iust. & iur. l. j. §. ius naturale. Ius autem quod in liberos habemus, est propriè ciuium Romanorum: vt Inst. de pa. po. §. ius autem. sed hodie non semper adoptio facit mutari patriam potestatem: vt Inst. eod. §. sed hodie.

c *Similiter.*] species nomen generis sibi assumit: sic inf. si cer. pet. l. j. & 2. §. mutui, & facit Inst. de iu. na. §. sed quoties non adijcimus.

a Isti gl. dicit fore sing. Bal. ad hoc quod sponsus primo debet interrogari in matrimonio pōtendo quod spōsa, in alio ser uit gl. quod sponsus primo debet interrogare: sed hodie hoc tūm est in matrimonijs. Bol.

Generalis.] a Arg qd sponsus primo, deinde sponsa interrogari & iurare debet: sit ordo seruandus eorū quæ in lege ponuntur, arg. C. de offi. præfec. vrb. l. fi. Item hæc verba sit, quod dēt interrogari, cū fari pōtialiās sit: interrogatione arrogari pōt vt inf. eo. l. et. Sed contra ī. eo. l. in adoptionibus, sed Io. cōcedit infantem posse arrogari, si quidem affirmauerint apud pſidē hoc infanti expedire, vt arg. C. de adop. l. 2. Vel die, lege illā et ī. eod. l. adoptione tūc.

e *Imperio.*] i. est authoritate.

f *Rogatur.*] id est interrogatur.

g *Magistratus.*] quare hoc secundū membrum apposuit, cum omnia princeps facere dicat: vt C. de vetur enu. l. 2. §. si qd igit. Sol. aliqd dī tacere, quia dēt contentire: alioquin nullius erat momenti, qd fit principe vetante: non tū est eius pātia necessaria. Sed quare in arrogatione requiritur authoritas maior, quam in adoptione? Rū. de hoc ideo est, quia maius est, aliquē sui iuris transire in alienam potestatem, qd fit per arrogationem, (vnde non est mirum si maior authoritas requiritur) quam cum quis de potestate vnius transiuit in potestatē alterius, qd fit p adoptionem. Item nunqd & principis authoritate? Videtur quod sic: quia cum liceat minori, licet & maiori, cū sit ipse summus magistratus: vt C. de leg. & const. l. si imperialis. alij non, quia tam vilibus interesse non debet: vt C. de pedaneis iudi. l. 2. & vltima, argum. C. de app. l. in auferendis.

* Vide Alc. li 9. Parer. c. c.

2† Hac verba castrati autē nō possunt, in P. F. desunt. Vide Ant. Aug. libro 3. emendat. c. 5.

* Additur in Inst. elegans exēplū ae Augusto; quando adoptauit Tiberium illud proprium.

h *Non possunt.*] similiter & in matrimonio distinguitur: vt inf. de iu. do. l. si vxor. §. fi. & in substitutione posthumi: vt ī. de li. & posth. l. sed est quaestio. §. j. & facit Inst. c. §. sed & illud. Accu.

i *Hoc verò proprium.*] secus in alia: vt infra eo. l. arrogator. § qd non similiter, & facit inf. eo. l. si paterfa. in princ. No. ergo cui me committo, & mea committere videor: vt in Auth. de mona. §. illud quoque. colla. j. sed arg. contra. C. de pact. conuen. l. hac lege.

K *Principem.*] id est per factum oraculum.

Si consul.] CASVS. Filiusfam. eram, & habebam aliquam dignitatem, nūquid pater meus potest me emancipare apud meipsum? Et dicit quòd sic. Viuia.

l *Filiusfam.*] Hodie āt psularis dignitas liberat eū à patria ptāte: vt C. de desu. l. fi. & in Auth. quib. mo. na. effi. sui. col. 6. circa fi. de psidali verò nō inuenio. Ite no. ex hac l. quę sibi te offitij duorū, & emācipātis, & authoritatē pstatis. sic ī. de auth. tut. l. accipientis, & inf. de nup. l. 3. & ī. de pho. omp. l. si titulus. §. j. & inf. de sideiuf. tut. & inf. de off. pro. l. j. & hoc in volūtaria iurisdōne: sec in ptēciosa: vt ī. eod. Tec. l. ille à quo §. tēpestiuū. Itē arg. ī. de pac. l. si plures, & inf. de tuto & cur. da ab his, l. ptor, & inf. de off. psi. l. fi.

ADDITIO. Pro solutione huius ſrij distingue ſm Gul. de Cu. Aut psiderat pūma, vt psona, & tūc vna psona non pt sustinere vicē plurium psonarū: vt ī. de pac. l. si plures. Aut psiderat psona respectu alicuius qualitatis, vel offi. ij & tūc, aut officia inuicē se cōpatiunt, aut nō primo casu pt sustinere vicē plurū, vt hic: alias nō: vt d. §. tēpestiuū. Bar.

Magistratū.] CASVS. Pater meus, est ptās Bonō. nūquid poterit emācipare me apud seipsū? Et dī quod sic.

a *Legis actio.*] Lactus legitimi explicantur: vt ea quæ fiunt de voluntaria iurisdictione: vt emancipatio: & manumissio, & similia, q̃ fiunt & apud defensorem ciuitatis: vt in Auth de defen.ciui.§.nulla. & §. audient. coll. 3. & etiam apud magistratum municipalē: vt C.de magi munic. l.2. & Instit.quib.mod.ius patr pote. sol.§. nr̃a.

Modestinus li. 2. regularū.

LEX IIII.

MAgistratū, * apud quē legis actio a est, & emācipare filios suos, & in adoptionem dare apud se 1† posse, Neratij sententia est.

In arrogatione requiritur voluntas arrogatoris, & illius qui dēt arrogari. Et in adoptione requiritur voluntas adoptantis, & eius qui adoptatur, & patris sui, & non aliorū consanguineorum: & si in loco nepotis quis adoptatur, requiritur filij uolūtas, qui loco patris esse dēt, q̃ si nō adesset, non recideret in potestatem ipsius mortuo patre suo, hoc dicit cum l. seq. & l si is qui. inf. eod. Bart.

Celsus lib. 29. 2† dige. L. V.

IN adoptionibus b eorum duntaxat, q̃ suæ ptātis sūt, voluntas c exploratͬ. sin autē a patre danͬ in adoptionē, in ijs vtriusque d arbitriū expectandum est, vel cōsentiēdo, e vel non contradicendo. f

Paulus lib. 35. ad edictū.

LEX VI.

CVm nepos g adoptatur, quasi ex filio natus, consensus filij exigitur, h idque etiam Iulianus scribit. *

Celsus lib. 39. digestorum.

LEX VII.

CVm adoptio fit, non est necessaria in eam rem auctoritas eorum, i inter quos iura k agnationis cōsequunͬ.

Modesti. lib. 2. regularum.

LEX VIII.

QVod, ne 3† curatoris auctoritas intercederet in arrogatione, ante tenuerat: sub diuo autem Claudio rectè mutatum l est.

Vlpianus lib. 1. ad Sabinū.

LEX IX.

ETiam cęcus adoptare, vel adoptari potest.

Adoptatus in locū nepotis, tanquam ex filio natus, non fit hæres suus, auo viuente. Bar.

Paulus lib. 1. 4† ad Sabinum.

LEX X.

SI qs nepotē, quasi ex filio natum, quem in ptātē hēt, cōsentiēte filio adoptauerit, m non agnascitur n auo, vt 5† suus hæres: quippe cum post mortem aui, quasi in patris o sui potestatem recidat. 6†

Idem lib. 4. ad Sabinum.

LEX XI.

SI is, 7† q filiū haberet, in nepotis locum adoptasset, perinde atque si ex filio natus esset, & is filius author factus non esset: mortuo auo, non esse p nepotē in potestate filij.

Vlpianus li. 14. ad Sabinū.

LEX XII.

QVi liberatus q ē à patria ptāte, is postea in potestatem honestè r reuerti non potest, nisi adoptione. (sed si 8† semel fuerit adoptatus, amplius adoptari non potuit.)

Finita adoptione finiūtur oīa iura ꝓuenientia ex ea.

Papinianus lib 38. 9† quæst.

LEX XIII.

IN oī ferè s iure finita pris adoptiui ptāte, nullū ex pristino iure 10† retineͬ vestigiū: dniq; & patria dignitas t q̃sita p adoptionē, finita ea, deponiͬ. u

Pomponius li. 5. ad Sabin.

LEX XIIII.

SEd & 11† nepos ex filio apud adoptiuū patrē conceptus & natus, * p emācipatio-

b *In adoptionibus.*] CASVS. Dicit in hac lege, quod qui arrogatur, expressim consentire debet: qui adoptatur, non debet consentire: sed sufficit si non contradicat. Viu.

b *In adoptionibus*] i. in arrogationibus.

c *Voluntas.*] scilicet expressa.

d *In ijs vtriusque.*] s. patris & filij.

e *Consentiendo.*] scilicet expressim.

f *Contradicendo.*] * hoc non erat in superiori casu. Hic no. qui tacet affirmat. sic inf. solu. mat. l. 2. §. volūtatem. & in Auth. quib. mod. natu. effi. sui. §. gñaliter. col 7. arg. ꝯ. inf. de proc. l. filius. §. inuit⁹, & facit ad l. istam ꝯ. e. l. si pater naturalis. ADDITIO. Pro solutione huius ꝯrij dic, q nō ꝯsentire, est vnū extremum: p se ꝯ licere, est aliud extremū: taciturnitas est medium, s̃m Bartol.

CVm nepos.] CASVS. Si adopto aliquē loco nepotis, quasi ex filio meo natus esset, filius m⁹ dēt huic adoptioni ꝯsentire. Quod si quis curatorē hñs dedit se in arrogationem, curatoris authoritas intercedere debet: licet olim non intercederet. Viuian⁹.

g *Cū nepos.*] i. aliqs extraneus loco nepotis.

h *Exigitur.*] ad hoc mortuo adoptante in filij recidat potestatē: vt inf. eo. l. si qs. & l. si is, secus in alijs: vt ꝯ. l. ꝑx. & facit Inst. eo. §. & licet, & C. de nup. l. in coniunctione. §. sed si patris.

i CVm adoptio. Eorum.] id est consanguineorum.

k *Iura.*] quod videbatur, cum iste eis agnascitur, vt inf. eo. l. q in adoptione, & ꝯ. vnde cogna. l. 1. §. cognationem, & qd oēs tāgit &c. C. de autho. præstan. l. fi. & in auth. de hæredi. & fal. §. si verò collat. 1.

l QVod mutatum.] vt C. de auth. præstā. l. fi. & Institu. quib. mod. tu. finitur. §. 2.

SI quis nepotem.] CASVS. Si adopto aliquem extraneū loco nepotis, quasi sit natus de filio meo, filio consentiente, non agnascitur mihi, id est non fit mihi suus hæres quia me mortuo erit in potestate filij mei. Viuia.

m *Adoptauerit.*] s. filij et extraneum loco nepotis.

n *Agnascitur.*] i. non fit suus: nam suus hæres est, quem nemo præcedit: vt Inst. de hære. qua. & diff. §. sui.

o *Quasi in patris.*] id est, in potestate eius qui est quasi pater: vt supra. tit. j. l. nepotis. in fi. Accursius.

SI is qui.] CASVS. Si adopto aliquē loco nepotis, quasi sit natus ex filio meo, si filius meus nō consentit expressim, mortuo me, ipse quē adoptaui, non erit in potestate filij mei: sed erit mihi suus hæres. Viuianus.

p *Non esse.*] quia filius non consensit. facit Inst. eo. §. licèt.

QVi liberatus.] CASVS. Si filius meus liberatus & absolutus est a patria potestate, non potest redire in potestatē patris: nisi pater iterum eum adoptet. Viuianus.

q *Qui liberatus*] No. q aliquo mutato, in perpetuum i pristinū statū redire non pōt: vt inf. de sol. l. qui res. §. aream. sup de sta. homi. l. homo liber.

r *Honeste.*] inhoneste autē pōt: vt per ingratitudinē: vt C. de ingrat. li. 1 j & facit ꝯ. eo. l. si pater filium. & sup. tit. j. l. inuiti, & in Authen. const. quę de dign. §. omne autem beneficiū. in 6 colla.

IN omni ferè.] CASVS. Si filius adoptiuus liberatus sit à potestate patris adoptiui, dignitatem quidem quam habuerit ab illo patre adoptiuo, perdit. Viuia.

s *In omni ferè.*] bene dicit, ferè: quia etiā post emancipationem non pōt pater adoptiuus eam in vxorem accipere, quam loco filiæ vel neptis habuit: vt inf. de ri. nup. l. quoniam etiam, in princ.

t *Patria dignitas.*] vt senatoria, quia pater adoptiuus erat senator: vt infra de senato. l. senatoris filius.

u *Deponitur.*] Argu. q cessante causa cessat effectus. sic infra de senat. l. senatoris filius, & l. fœminæ, & inf de annu. le. l. Seio. § fi. & inf. de test. tu. l. qui tutelam, in princ. & inf. tit. 1. in tantum. Argum. contra infra de postulan. l. 1. §. sexum.

ADDITIO. Tu dic, q ibi loquitur in causa impulsiua, hic in finali, qua cessante cessat effectus, de hoc no. Cyn. in l. generaliter. C. de epi. & cler. & per Dy. in regula, decet esse concessum. de reg. iur. lib 6.

SEd & nepos ex fi.] CASVS huius legis est talis. Adoptaui Titium, qui procreauit filium, cum maneret penes me, emancipaui eum filium Titij: certe per eam emancipationem iura omnia adoptiui nepotis perdit.

* *Magistratus apud quē legis actio est, i. intelligitur qui plenam iurisdictionē hēt & ordinariā apud quē experiri ea actione aduersus vnū e neque possumus. De vero et eius tamen Tacitus l. b. 12.*

1† *Semetipsū.*

* *Sing. glo. Lud. Rom. sin. gu. 494.*

2† *Alias 28. Flor.*

* *In Instit. eo. tit. §. sed si qs addatur tamen, nec tamen suus hæres ad(gn)oscatur.*

3† *Alias qd antè.*

4† *Fl. li. 1.*

5† *Fl. desiit,*

6† *Fl. recidit potestatem.*

7† *Aliàs. si qs nec filiū eo consentiente. Inst. eo. § sed si quis.*

8† *Fl. hic non inclusa desunt.) Addebantur autem ex l. 37. §. 1. inf. eod.*

9† *Aliàs 36. sic Flo.*

10† *Fl. desit, iure.*

11† *Fl. etiam*

* *Hic enim adoptiui hæres tenet l. 27. in fi. a eo.*

a Per

a *Per emancipationem.*] s. filij, ut arg. inf. de cap. diminut. l. j. & de iniust. test. l. verum est, §. fi. secundū quosdā. sed Io. per emancipationē. s. suiipsius. nec. n. emancipato fil' adoptiuo exit de ptāte nepos ex eo. Sic. n. est in naturali, ut in fr. eo. l. liberū. & adoptio naturam imitatur, vt insti. e. §. minorem: & inf. de ca. & postlim. reuer. l. si me tibi. §. pe. & C. de dolo. l. j. & inf. de cond. inde. l. si non fortē. §. si filius. & inf. de distr. pig. l. 2. & inf. de le. 2. l. fi. §. quatuor. ADDITIO. Pro declaratione istius gl. distingue, secūdū Bar hic, qa aut est in hoc aliqua cōtrarietas, aut nō: primo casu, quod quis non potest tanq̄ ipse, nō pōt tanq̄ alius, ut d. l. si pponas. secūdo casu quod quis potest tanquā ipse, potest tanquam alius, vt hic, & hoc est uerum nisi ueniat contra fidem debitam iure cōtractus, uel contra fidē iure cōiunctionis personæ, in quibus casib qd quis non potest tanquā ipse, nec tanquam alius, vt d. §. quatuor. & in d. l. j. C. de dolo.

b *Omnia iura.*] i. dignitatem, & nomen filij vel nepotis: vt supra l. proxi.

SI *Paterfamilias.*] CASVS. Aliquis qui sui iuris erat, in arrogationem se dedit Titio: ipse transit in ptātē Titij, & oēs qui sunt in sua potestate & filij qui postliminio reuersi sunt. & h. d. vsq; ad §. qui duos. & est casus talis. Duos filios habebam, Seium. & Titium: & ex Titio nepotem habebam, possum ne vnum adoptare quasi sit ex Seio natus? Bene possum, si emancipo nepotem: quia non quasi auus hæc facio, sed quasi quilibet extraneus. Tertio dicit, q causa cognita debet qs arrogare, & in qb. vertitur cognitio, dicit exempla. quæ subijcit: nam nec potest quis plures arrogare, nisi ex iusta cā. Itē libertū alienum adoptare non potest: nec maiorē minor adoptare pōt. Itē dicit, quod tutor eum cuius tutelam gerit, adoptare non potest. Itē debet inquiri, vtrū aliquis adoptet animo depredandi & fraudandi, vel libidinis causa. Item dicit, quod is tutor potest adoptare pupillū qui bono animo hoc facit: aliis esset damnum pupilli. Itē requiritur cognitio, vt videatur quæ sint facultates pupilli, & eius qui adoptat: & cuius uitæ sit qui adoptat: Item inspicitur cuius ætatis sit q vult adoptare. Itē dicit inspici, si ille qui vult adoptare, habeat liberos: an possit adoptare. & si est bonus iste & paup vtrū ditiorē adoptet, & dicit q sic, si vitæ &c. Vltimo dicit, quod in superiorib. casib. arrogator satisdat, q restituet oīa bona arrogati agnatis, si apud eū decesserit: & de hoc tabellioni cauere debet. Item dicit statim lex superior, ad quos ea res pertinet: hæc verba & ad libertates, & ad legata extenduntur. Viuia.

...nem a omnia iura b perdit.

Ad patrem arrogantem transierūt oīa iura, seu bona arrogati, etiam filij sui, in cuius ptāte efficiuntur.

Vlpianus lib. 26. ad Sab.

LEX XV.

SI paterfa. adoptatus c sit, oīa q̄ d eius fuerunt, & acquiri possunt, tacito iure ad eū transeūt, q adoptauit. Hoc amplius liberi eius, qui in potestate eius sunt, eū sequuntur: sed & hi qui postliminio redeūt, vel q in vtero fuerūt, cū arrogaretur, simili modo ī potestatē arrogatoris redigūtur.

Id quod quis non potest facere tāquam ipse, potest tanquam alius, h. d. & ad hoc quotidie allegatur.

¶ Qui duos filios, e & ex altero eorum nepotem habet, si vult nepotem quasi ex altero natum 1 † adoptare, potest hoc efficere, si eum emancipauerit, & sic adoptauerit quasi ex altero natū: facit n. hoc quasi quilibet, f non quasi auus: & qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, g ita pōt & quasi ex altero filio.

In adoptionibus considerantur causæ infrascriptę, & ars imitatur naturā in quātum potest: & tutor durāte tutela, & curator durante cura non potest adoptare pupillum, vel adultum h. d. vsque ad §. eorū, in l. seq. hoc dicit. Bar.

¶ In arrogationib. cognitio * vertitur, num forte minor sexaginta h annis sit is, q arrogat: q a magis liberorum procreationi 2 † studere dēat: nisi fortè morb k aut valetudo in cā sit, aut alia iusta causa arrogandi: veluti si coniunctam l sibi personam velit adoptare. Item non debet qs plures arrogare, nisi ex iusta causa. m Sed nec libertū n alienum: neque maiorē minor. o

Iabolenus lib. 6. ex Cassio.

LEX XVI.

ADoptio, n. in ijs personis locū habet, p in quib. 3 † & natura potest habere.

Adultus, vel pupillus nō potest adoptari per tutorē vel curatorem, hoc dicit.

Vlpianus lib 26. ad Sabi.

LEX XVII.

NEc ei permittitur arrogare, qui tutelam vel curā alicuius q administrauit, r si minor 25. annis sit q arrogatur: ne forte eum ideo arroget ne rationes reddat. Item inquirendum est, num 4 † forte turpis s causa arrogandi subsit.

c *Si paterfamilias adoptatus*] idest arrogatus.

d *Omnia quæ*] excepto iure agnationis, & obligatione operarū & olim. hodie uero ad vsumfructū tm̄ quo ad: vt insti. de acq p arrogationē in prin. § j sed an possit aliquis excipere? Resp. nō, sicut dicimus in monacho in auth. de monachis, § illud. coll. 1. qa ḡria voluit, sicut si vēdo domū deducta superficie, sed solū deductis arborib. vt inst. de re. diu. §. si Titi⁹. & i d̄ suph. l. fi. j. d ac. & obl. l. obligationū, §. placet.

e *Qui duos filios.*] no. arg. q q̄uq; facit aliquis aliquid non tanquā ipse, sed tanquā alius: sic C. de admi. tut. l. cum quidam, & inf. quod cuiusq; vniuer. l. item eorū. in prin. & inf. ad Treb. l. debitor sub pignore, § fi. & inf. iud. sol. l. j. §. sed & si quidē. & inf. p socio l. sociū q. in prin. & inf. ad Syl. l. si sequens in fi. arg. cōtra inf. de inoff. test. & l. si proponas.

f *Quasi quilibet.*] i. qua si extraneus. cum esse desierit nepos emancipatione.

g *Potest adoptare.*] s. extraneum: ut sup. eo. l. si quis nepotem.

h *Sexaginta.*] alias dr senex maior 70. an. ut in excusatione tutelæ, ut C. qui ætate. l. 1. li. 10. alias quinquaginta quinque in excusatione munerum personalium, ut C. qui ætate. l. j. § fi. lib. 10. sed mulier nō dr studere procreationi liberorum à 50. annis sup. ut C. de legi. hær. l. si maior.

i *Procreationi.*] utilius est reipublicæ filios de nouo creari, quam creatos quadā fictione alicui dari, ut inf. eo. l. 3. § 3. Sed arg. C. de natu. lib. l. 3. in fin. & ille uerius. Non minor est uirtus, quam quærere, parta tueri. sed non obstant quia hoīum, i. filiorum conseruatio ad Deum pertinet.

k *Morbus.*] s. tēporalis: ualetudo āt pptua.

l *Coniunctam.*] quia par affectionis causa suspicionem remouet, ut infra de ritu nupt. l. non solum §. de uno.

m *Causa.*] quia multum erat diues.

n *Nec libertum.*] sed suum sic, ut inf. de ritu nup. l. sciendū, & supra de sta. hom. l. fi. & facit ad hac legem inf. de in ius voc. l. sed si hac l. §. si patronum. Sed contra inf. eo. l. fi. §. fi. Sol. ibi iure arrogationis per principem permittitur: hic iure adoptionis inhibetur. Sed nonne est semper sui iuris? Respon. non, si primo in arrogationem uni se per principem dedit, uel dic, ut ibi.

o *Minor.*] scilicet adoptare debet. Accur.

p A*Doptio. Locum habet.*] scilicet plerunque, propter id q dicitur insti. eo. §. illud.

q N*Ec ei. Alicuius.*] quem uult arrogare

r *Administrauit.*] scilicet eius qui fuit in tutela. Sed contra. infra eo. nonnumquam. Sol. hic loquitur cum tutela iam finita erat: & ideo præsumitur quod in fraudē fiat, ne rationem reddat. ibi loquitur quando nondum tenebatur actione tutelæ: nec erat finita tutela, secundum Io. vt argu. infra de rit. nup. l. libertum §. senatusconsultum: uel dic, quod ibi adoptabat sancta affectione, ut arg. inf. ea. l. §. eorum. Accur.

s *Turpis.*] scilicet, ut deprædetur arrogatū: uel arrogat adultam ut habeat eius copiam.

1 † Fl. fen.

* Ad hoc pertinent ea q eleganter differit Cic. pro domo sua ad Pontifices.

2 † Fl. creationi.

3 † Florentiam

4 † Fl. ne forte.

a *Eorum.*] scilicet pupillorum arrogatio permittenda est duntaxat his eorum. s. tutorum, qui vel naturali, & c. secundum Bul. Sed Io. legit pupillorum arrogatio permittenda est his duntaxat qui cognatione eorum naturali, uel sancta affectione, eorum idest pupillorum ducti &c.

s His verbis] ad quos res pertinet, ut inf. proxi.
t Ad quos.] vel materialiter, vel significatiue, alias accusatiue.
u *Prospectum esse.*] improprie, vt C. de verb. signifi. l. sciendum. §. finali.

Arrogatio pupilli debet fieri cum causæ cognitione quæ infra sequitur: & arrogans pupillum debet satisdare se restituturũ bona ipsa arrogatione finita per mortem impuberis, illis, ad quos bona peruenire debent: vt puta substitutis, vel alijs hæredibus; quæ satisdatio si non fuerit apposita, datur eisdem vtilis actio contra ipsum arrogantem, h. d. vsq; ad l. si arrog.

¶ Eorum a 1 † dũtaxat pupillorũ * arrogatio permittenda est ijs, qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent: cæterorum prohibenda, a † ne sit b in potestate tutorũ & finire tutelam, & substitutionẽ à parente factam extinguere. ¶ Et primum c quidem excutiendũ erit, quæ facultates d pupilli sint: & quæ eius, qui adoptare eũ velit: vt æstimetur ex comparatione e earũ, an salubris adoptio possit pupillo intelligi; deinde cuius vitæ f sit is, qui velit pupillũ redigere in familiam suã: tertio cuius demum 3 † ætatis sit, vt æstimetur, an melius sit de liberis procreandis eũ cogitare, * q̃ ex aliena familia quẽquã redigere in potestatẽ suã. ¶ Præterea videndum est, an non debeat permitti ei, g vel vnum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos ex 4 † iustis nuptijs procreauit, diminuatur spes, quam vnusquisq; liberorum obsequio g parat sibi: aut qui adoptatus sit, minus percipiat, quam dignum erit eum consequi. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, si vitæ eius sobrietas h clara sit, vel affectio honesta, nec incognita. ¶ Satisdatio i autem in his casibus K dari solet. l

Marcellus lib. 26. Digest.

LEX XVIII.

NOn aliter, n. volũtate ei* qui arrogare pupillum volet, * causam eius ob alia m probabit, n subscribendũ o erit, quam si cauerit p seruo publico, q se restituturum q̃ ex bonis eius consecutus fuerit, illis ad quos res peruentura esset, si arrogatus permansisset in statu r suo.

Vlpianus lib. 26. ad Sab.

LEX XIX.

HIs * verbis s satisdationis, q̃ ab arrogatore præstari debet, ad quos t ea res p tinet, & libertatibus prospectum esse, u quæ secundis tabulis datæ sunt, & multo magis substituto seruo, item legatarijs, nemo dubitat. x quæ satisdatio si omissa fuerit, vtilis actio y in arrogatorẽ dat.

Marcellus li 26. Digesto.

LEX XX.

HÆc aũt satisdatio locũ habet, si impubes z decesserit: sed & si de pupillo loquitur, tamen hoc etiam in pupilla a obseruandum est.

Caius li. sing. regularum.

LEX XXI.

NAm & fœminæ ex rescripto principis arrogari b possunt. *

Vlpianus lib. 26. ad Sab.

LEX XXII.

SI arrogator c decesserit

b *Nesit.*] si. n. passim permitteretur adoptare cuilibet, eueniret, vt tutor adoptaret pupillum: & sic finiret tutela cum omni ca. di. pupilli tutela finiatur, vt inst. quib. mo. tute fi. §. sed pupilli. item extingueretur substitutio: si pupillaris substitutio à patre facta, testamentũ filij esse dicatur, vt insti. de pupil. subst. §. igit. & capitis diminutione et minima testamẽtum infirmetur, vt insti. qui mod. testa. in fir. § alio.
c *Et primum.*] i. post § dicta, ut appareat sancta affectio in tutore & alijs.
d *Quæ facultates.*] facit inf. de priui. cred. l. si creditores.
e *Comparatione,*] facit, inf. de t. st. l. 3. in prin. & inf. de transac. l. cum his § in persona.
f *Cuius vita.*] s. prodigus, an parcus.
g *Obsequio.*] vt C. de inof. test. l. si quando. §. illud.
h *Sobrietas.*] plus. n. facit grauitas & benigni mores ad fidem, quam facultates, ut inf. de tu. & cura. da. ab his l. fiire oportet. § pen. & inf. de verb. obl. l. si quis stipulatus. in fi. & facit inst. de suspe. tu. § fi.
i *Satisdatio.*] i. cautio cum fideiussore.
K *Casibus.*] s. in impubere arrogato.
l *Dari solet.*] s. agnatis arrogati, & alijs, uel seruo publico, i. tabellioni stipulanti procis quod restituat ipsis bona arrogati, si apud eũ decesserit adhuc impubes, ut inf. e. l. prox. & l. seq. Accur.
m NOn aliter euius.] Ob alia.] quia probauit omnes casus qui superiori lege continentur. quid si de his omnibus quesitum nõ fuerit? Respon. non valet adoptio, ut infra de transact. l. cum his. §. si prætor. & C. eo. cum enim licet sit arg. contra inf. de senato. l. senatoris filias, & infra de vent. inspi. l. j. in fi.
n *Probabit.*] scilicet arrogator.
o *Subscribendum.*] idest consentiendum a principe, vel ab alio vice principis.
p *Si cauerit.*] idest promiserit.
q *Seruo publico.*] idest tabellario, ut inf. rem pupil. sal. fo. l. si pupillus & inst. de. §. cum autem. seruus autem non potest esse tabellio, ut C. de tabul. l. generali. lib. 10.
r *In statu suo.*] i. si si in arrogationem non dedisset. Acc.

x *Dubitat.*] alias. n. actio substitutis, vel legatarijs non d retur, cũ testamẽtũ sit ruptũ capitis dimi nutione, vt insti. q. b. mo. test. ifir. §. nõ tũ. & facit, inf. de vulg. substi. l. cum.
y *Vtilis actio.*] no. intelligi stipulationẽ vbi non est. sic insti. si cui plusquã per leg. Fal. l. vbi. §. item sciendum. & C. de rei vxo. ac. in prin. & in auth. ut nul. iud. §. superf. oc. col. 9. & facit ad hoc inf. de vsufru. earum rerum, quæ vsu cõsu. l. hoc senatus. §. j. & de dam. infe. l. si finita in prin.
z HÆc autem Impubes.] ergo in adulto non habet locũ hæc stipulatio etiam ab initio.
a *In pupilla.*] nam appellatione pupilli, & pupilla continetur, sed non e contra, vt infra de leg. 3. l. seruis legatis. §. si pueris.
b NAm & fœmina Arrogari.] passiue, non actiue, nisi impetrent a principe solatium liberorum amissorum, vt C. eo. l. mulierem, & institu. eo. §. fœminæ.
c SI arrogator.] CASVS. Arrogator decessit filio adoptiuo relicto impubere: decessit tandem impubes ist, tenẽtur hæredes arrogatoris bona restituere impuberis his, qui venissent ad successionem eius ab intestato, si arrogatus non fuisset & dare etiã quartã partẽ, quantã reliquit ei arrogator, & in ista quarta põt ei succedere vsque ad pubertatẽ & non vltra. Vltimo dicitur, quod hoc locũ habet etiam si quis arrogauerit in locum nepotis. Viuianus.
c *Si arrogator.*] hæc lex loquitur, cum arrogator prius in fata concessit, & bene, & sit postea pubere decedente substitutus est in paterno testã. admittetur per bo. poss. hæreditatis petitionem, quia t̃pe mortis inueniebatur sui iuris, & sic re cõfirmata est substitutio extincta per arrogationem, ut inst. qui. mo. test. infir. §. non tamen. sed quid si prius decessisset impubes? videtur substitutus non admitti, sed illi q succederent ab intestato, si arrogatus remansisset in suo statu, vt insti. qui. mo. test. infir. §. non tñ. & sup. eo. l. nec ei. §. eorum, sed dic, substitutũ admitti ex stipulatione tacita vel expressa, quasi lex fingat testamentum non rumpi, ut sup. eo. l. his verbis. S. d poae arrogatorẽ substituisse aliquẽ in quartam

1 † In nonnullis exemplaribus legitur, ijs dũtaxat pupillorum arrogatio permittenda est qui etc.
* Olim non permittebatur.
2 † Et vlp. in frag. tit. 8.
3 † Et prohibenda est ne esse in potest.
3 † Pupillum:
* De hunc locũ vide Gell. noct. Att. lib. 5. ca. 19. in verbis arroga.
4 † Filio. dest. tu.
* Contra ind. §. cũ autem impubes.
* Ad hunc locum intell. ut Coras. in l. 9 de verb. ob.
* Vi. Gel. noct. li. 5 c. 19. ubi sic. neque pupillus.

quartam quam ei dat ex bonis proprijs, & impuberē post arrogationem decessisse. nunquid dicam admitti substitutum in quarta ad ipsam quartam, & venientes ab intestato ad alia bona, si ponas nullum substitutum à patre naturali? non audeo hoc dicere, cum nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere possit, vt inf. de reg. iu. l. ius nostrū. sed nunquid dicam, substitutum à patre naturali in cæteris bonis admitti, in quartā substitutum ab arrogatore, quasi ex duob. testamentis successerit? dicam ergo substitutum in quarta, & quartam institutionis & eius occasione etiā alia bona habiturum. & tenetur substitutus in testō patris naturalis si habet: vel si nullus fuerit substitutus, tenetur venientib. ab intestato vtili actione ex stipulatu reddere bona arrogati: vel dic, quod hæredes arrogatoris tenentur vtili actione, s. petitione hæreditatis substituto à patre naturali, eo casu quo habuit substitutum. Et sic ex prædictis videbitur ille arrogatus decessisse duob. testis cōditis pro se, uno à patre naturali, alio ab arrogatore: quod est mirabile. nec alibi inuenitur, nisi in milite, vt inf. de mil. test. l. quærebatur, & inst. de hæ. insti. § non autem.

2 † Fla. restituturus. & bona arrogati.

[illegible]

2 † Et restituat, &c.

3 † Flo. dessi. autem.

[illegible]

4 † Flo. 35.

5 † Flo. &

impubere relicto filio adoptiuo, [a] & mox impubes decedat, an hæredes arrogatoris teneantur? [b] Et dicendum est, hæredes quoq; restituere [c] debere bona arrogati, 1 † & præterea quartam partem. [d] Sed an impuberi arrogator substituere possit, quæritur? Et puto, nō admitti substitutionem, nisi forte ad quartam solam, [e] quam ex bonis eius consequitur: & hactenus, vt ei vsque ad pubertatem substituat. Cæterum si fidei eius committitur, vt quādoq; restituat, 2 † non oportet [f] admitti fideicommissum: quia hoc non iudicio [g] eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia. [h] Hæc autem 3 † omnia dicenda sunt, siue in locum filij, siue in locū nepotis aliquis impuberē arrogauerit.

Paulus li. 36. 4 † ad edict.

LEX XXIII.

QVi in adoptionem datur ijs quib. agnascitur, [i] 5 † cognatus fit: quibus verò non agnascitur, nec cognatus fit. adoptio [k] nō ius sanguinis, sed ius agnationis [l] affert: & efficitur agnatus ijs quib. agnascit: & de hoc ponit exēpla. itaq; si filiū adoptauero, uxor mea isti filio adoptiuo non fit mr̄, nec eius cognata fit, uel agnata. Itē nec mr̄ mea nō est illi auia: sed si habeo filiā, efficit frater filiæ meæ: dum tñ nec uxorem meam, nec matrem meam ducat in uxorē.

ideo si filium adoptauero, 6 † vxor mea illi matris loco nō est: [m] neq; n. agnascitur ei: propter quod nec ei cognata 7 † fit. Item nec mater mea, auiæ loco illi est: quoniam ijs qui extra familiam [n] meam sunt, non agnascitur: sed filiæ meæ is, quem adoptaui, frater fit, quoniam 8 † in familia mea est filia: nuptijs [o] tamē etiam eorum prohibitis.

Vlpianus lib. 1. Disput.

LEX XXIV.

NEque p absens, neque dissentiēs arrogari potest.

Pater contra emancipationem à se factam, & diuturnitate temporis roboratam, venire nō potest. Bar.

Idem lib. 5. Opinionum.

LEX XXV.

POst mortē filiæ suæ, quæ vt materfa. quasi iure emancipata vixerat, & testamento scriptis hæredibus decessit: aduersus factum suum, [q] quasi non iure eam nec præsentibus testibus emancipārit, 9 † pater mouere controuersiam prohibetur. [r]

Vi. i *Agnascitur.*]i. quib. erat agnatus ante adoptionem, efficitur cognatus post adoptionē. fm M. sed male. quid enī si prorsus ab extraneo arrogetur: non fieret agnatio, uel cognatio. fm eum: quod est falsum, ut inf. unde cogna. l. j §. cognationem. sed ipse de primis agnatis forte intellexit, qui per cap. dim. desinūt esse agnati, sed remanēt cognati: dic ergo, agnascitur his tm̄, quib. est arrogator agnatus, sed in quo apparebit hæc agnatio uel cognatio? Rñ. intuitu quòd hñt agnati inter se, & vñr in eo quod hñt cognati in succedendo, & alijs, ut inf. de su. & leg. l. 1. §. hæditas, sed hodie hoc habet locum tātū in arrogatione, non in adoptione, nisi detur non extraneo, ut C. de adop. l. cum in adoptionis §. sed quidem. & in fi. eod. § sed hodie.

6 † Fl. adoptantem.

7 † Aliàs nec eius cognatus fit, ut in Flo.

8 † Aliàs & quondam.

K *Sanguinis*]idest cognationis.

l *Agnationis*]quod est ius ciui. & sic ciuile ciuili se applicat, non naturali.

m *Matris loco non est.*] sed nota, ut infra de ritu nup. l. adoptiuus. j respon.

9 † Flo. emancipasse.

a *Adoptiuo.*]non hærede relicto: sed alijs extraneis institutis. Acc.

b *Teneantur.*]scilicet substitutis in testamento patris naturalis: vel etiam agnatis.

c *Restituere.*]scilicet eis qui venissent, si arrogatus non esset. & hoc per directam actionem ex stipulatu i. natam ex verbis expressis, si satisdatum est seruo publico: vel si non, tunc per vtilem, vt supra eo. l. non aliter, & l. his verbis, & infra de vulg. subst. l. cause. & per bo. possessionem hæreditatis petitionem, vt in alia glo.

d *Quartam partem.*]i. ex constitutione diui Pij, vt infra de col. bo. § impuberi, & inf. de inoff. test. l. Papinianus. §. si quis impubes. & instit. eo. §. cum autem & hæc quarta petitur condictione ex dicta leg. diui Pij. cum ad eum stipulatio porrigi non videatur, vt sup eo. non aliter. & insti. eo. §. cum autē. sed an hæc quarta est omnium bonorum, vel portionis sibi ab intestato debitæ tantū? Resp. quod ld. olum, & secundū eos inuenii plus adoptiuus, quē legitimus hēc, si forte sint quatuor legitimi, vel plures, & vnus adoptiuus, vñ dic quartam, s. sibi debitæ portionis ab intestato, vt in naturali, quē pr̄ vult exhæredare, vt C. de inoff. test. l. parētib. cū adoptio naturā imitet, vt sup. e. l. adoptio enī. Acc.

e *Quartam solam*]subaudi, & cætera quæ beneficio arrogatoris ad eum peruenerint, vt inf. de vulg. substi. l. sed si plures, §. in arrogato, quoq; quæ est contra. vel dic, quartam solam, idest, tantum, & subaudi, & eam partem, &c. & est similis lectura. C. de sacrosan. eccl. l. placet.

f *Oportet.*] sed si aliud ultra quartam ei reliquit, poterit ei substituere in eo post pubertatem, ut infra subijcit.

g *Iudicio.*]idest, non mera liberalitate.

h *Prouidentia.*]quæ istud statuit, s. cōstitutione diui Pij. *

Qui in adoptionem.]CASVS. Filius meus quem in adoptionem tibi dedi, efficitur post adoptionem cognatus illis quib. erat agnatus ante adoptionē. Vel aliter dic,

* Quod est in fr. l. 13. § q d inf. patr. & l. j. §. j infr. de coll.

[illegible]

n *Familiam.*]hic ponitur familia pro agnatione cognatione, infra de uerb. sig. l. pronunciatio, §. communi.

o *Nuptijs.*]hoc aduersatur ei, quod de matre, & uxore adoptantis dr̄: & hoc perpetuo. sororem autem soluta adoptione accipere possumus, ut inf. de ri. nup. l. adoptiuus. in prin. & l. quinetiam in prin. & §. item patris. Accur.

NEque.]CASVS. Si uolo aliquem arrogare, debet expressim is qui arrogatur, consentire: unde si est absens, uel dissentiat, arrogare eum non possum. Viuia.

p *Neque.*]facit supra eod. in adoptionibus. Accur.

POst mortem.]CASVS. Filiam habebam, quæ nupsit, ut sui iuris esset: cum non legitimè eā emancipassem, tandē decessit, & hæredem sibi instituit: utrum possim mouere qōnem, non iure eam emancipasse? Resp. quod non. secūdo dicit, per alium quis absens arrogare non potest. Viuia.

q *Factum suum*]no. quē non posse uenire contra factū suū: sic inf. de ser. rust. p. d. l. p. fundū in gl. si. & C. de ser pig. da. l. si creditorib. & C. de reu. do. cū profitearis. & C. de remis. pig. l. j. Sed ar. contra C. de agr. & cē. l. quēadmodū lib. 11. & C. de li. cau. l. 1. & C. de mutile. l. munlegulis li. 11. Sol refert, an aliquis faciat, quod ē prohibitū à lege, an quod nō ē prohibitū, vt emācipare nō solēniter: sed tn̄ ē ei contra factū p missū, facit aliquid omissa illa solēnitate quā uult lex intercedere. In j. casu nō obstat factū suū alicui. In 2. obstat. ut C. de ag. & cē. d. l. quēad. ADDITIO Dic, quod ibi fuit factū contra legē: hic āt ē fm B.

r *Prohibetur.*] imo uī pater admittendus, vt C. si aduer. rē iud. l. si cum pater, & C. ne de sta. defun. l. quod est cōstitutum, & infr. de probat. l. ab ea parte. in fi. quæ sunt cōtraria. sed dic, quod hæc duo obstant patri, & factum suum, & longi temporis cursus, puta decennium, uel plus. in legibus contrarijs unum tantum, s. factum. argum. C. de fun. pa. l. si uel ibi in l. alla. ne de statu defun. nō admittitur pater, sed hære-

des eius admittuntur: quoniam si illa veniret ad patris hæreditatem, repellent eam, nisi omnia quæ acquisiuisset, reduceret in commune, vel ibi ab alio hit à patre.

a *Nec per alium.*] no. quædam possum per me quæ per alium non possum, vt hic, & C. de iud. auth. ad hæc, & C. de ijs qui ve. ætat. impet. l. 2. in glo. p fi. & inf. de acq. hær. l. si solus. in fi. & ibi gl. Sed arg. contra. inf. de admin. tut. ita autem, §. gessisse. & sup. de sta. hom. Arethusa. in fi. Solu. colligitur C. de cad. tol. l. j. § ne autem.

Id quod per me possum: non possum per alium.

¶ Neque adoptare, neque arrogare, quis absens, nec per alium a eiusmodi solennitatem peragere potest.

Iulianus lib. 25. 1 † Dige.

LEX XXVI.

QVem filius meus emancipatus adoptauerit, is meus nepos non erit. b

Idem lib. 85. 2 † Digest.

LEX XXVII.

EX adoptiuo c natus adoptiui * locum obtinet in iure ciuili. d

Caius lib. 1. Institutionũ.

LEX XXVIII.

LIberum arbitrium est ei, qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit, filiũ quidem de 3 † potestate dimittere, 4 † nepotem verò in potestate retinere: vel ex diuerso, filium quidem in potestate retinere, nepotẽ vero manumittere: e vel omnes f sui iuris efficere. eadẽ & de pronepote dicta esse 5 † intelligimus.

Nota quòd in adoptione verborum expressio non requiritur.

Callistratus lib. 2. Institutio.

LEX XXIX.

SI pater naturalis loqui quidem non possit, alio tamen modo, quam sermone manifestũ facere possit, velle se filium suum in adoptionẽ dare: perinde confirmatur adoptio, ac si iure g facta esset.

Paulus lib. 2. regularum.

LEX XXX

ET qui vxores non habẽt, h

1 † Flo. lib. 70.

QVem filius] CASVS. Titius filius meus emancipa. aliquem adoptauit. an sit iste, quem filius meus adoptauit, mihi loco nepotis? Respon. quod non est nepos meus. Viuianus.

2 † Aliàs li. 80. Flo.

b *Non erit.*] quia filius meus desijt esse per emancipationẽ agnatus, vnde nec per eum alius fit mihi agnatus vt supra eo. l. qui in adoptionem. Hodie tamen cum filius per emancipationem non desinat esse agnatus, videtur quod ille sit nepos, vt Insti. de leg. agn. suc. §. fin.

* Nepotis fit hoc, & vt in Insti. quib. mo. ius pat. per. so. lu. § illud au tem ver. qd si post.

3 † Flo. dimitt. ere.

4 † Flo. dimittere.

EX adoptiuo] CASVS. Adoptaui Titium: qui post adoptionem filium procreauit. iste filius Titij obtinet locum Titij: & uenit in potestatem meã: si filium habeo, & ex eo nepotem vtrumq; simul emancipare possum: vel vnum retinere, & aliũ emancipare, hoc idẽ in alijs descendentib. intelligas. hoc dicit cũ l. seq. Viuia.

5 † Flo. esse duct.

c *Ex adoptiuo.*] scilicet filio.

d *Ciuili.*] scilicet succedendo ei ab intestato. & hoc si natus fuit post adoptionem: secus in arrogato. nam & natus ante adoptionem, & natus post in arrogatoris erit potestate, ut infra eo. l. arrogato.

e LIberum Manumittere] im proprie ponitur, um tamen manumissio seruos tamẽ respiciat, vt infra quando actio de pecu. est an. l. j. § j.

f *Vel omnes.*] s. ambos, & est pro nobis in eo quod diximus supra eo. l. sed etiam. facit ad hanc leg. inst. qui. mo. ius pa. pot. sol. § admonendi. Sed arg. contra inf. de vulg. & pup. subst. l. sed & si plures, § filio. Accur.

SI pater.] CASVS. Pro intellectu huius legis præsuppone, quod qui dat filium suum in adoptionem, cõsentire debet. vnde pone. quod pater consentire non potest expressim, quia mutus, nisi consentit alio modo, qu m verbis expressis: dicit quod valet adoptio. Viuia.

g *Iure.*] id est expressis verbis, vbi enim sermone opus non est, ibi consensus solus sufficit, vt inf. de actio. & obligat. l. quibuscunque. & inf. de verbo. oblig. l. si stipuler §. fi. & facit, infra. si cer. pet. l. cum qd. & inf. de reg. iu. l. vbi. Accur.

h ET qui vxores non habent.] sui audi tamen habere possũ, vñ spadones adoptare pñt: castrati non, vt inf. eo. l. arrogato, § fi. & Inst. eod. §. sed & illud. & sup. eo l. 2. § fi. & inf. de iure do. l. si seruus seruo. § si spadõi. Ac.

filios adoptare possunt.

Opponitur de l. si lenones C. de epi. aud. Sol. hęc regula fallit in casibus hic notatis, & no. Insti. quib. mo. ius pat. sol. §. fi. sed quid econtra, vide gl. l. nec auus, C. de emãcip. lib. Nam beneficium non confertur in inuitum; &c. Bar.

Martianus lib. 5. regularum.

LEX XXXI.

NOn potest, filius, qui est in potestate patris, vllo modo i compellere eum, ne sit in potestate: siue naturalis, siue adoptiuus sit.

Papinianus. lib. 31 quæst.

LEX XXXII.

NOnnumquam autem impubes qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret, 6 † idque causa cognita k per iudicem * statuendum erit.

¶ Nam 7 † Imperator Titus Antoninus rescripsit, priuignum suum tutori adoptare l permittendum.

Martia lib. 5. regularum.

LEX XXXIII.

ET si pubes factus, non expedire sibi in potestatem eius redigi m probauerit, æquum est emancipari eum à patre adoptiuo: atque ita pristinum ius recuperare.

Paulus lib. 1. quæstionũ.

LEX XXXIV.

SI tibi n 8 † filius in adoptionẽ hac lege sit datus, o vt post triennium, puta, eundem mihi in adoptionẽ des: quęstiũ 9 † est, an actio p ulla sit. &

NOn potest.] CASVS. Hac l traditur, quod filius patrẽ cogere non potest quod emancipet eũ, siue sit filius naturalis, siue adoptiuus vñ pone, vitricus cum esset tutor, priuignum adoptauit quod potest: cogitur tamẽ causa cognita eũ emancipare. nam si pubes sit factus, bñ coget vitricus priuignum emancipare, si non expediat priuigno. quod sit in ptãte vitrici, & hoc dicit hæc lex, cũ duabus, ll. seq. Viuia.

i *Vllo modo.*] si regulariter: nam in casibus quatuor secus, vt si filiæ necessitatem peccandi imponat, vt C. de episc. aud. l. si lenones. Item si male se pater ĩ filium habuit, vt inf. si a pa. qs fuer. ma. l. fi. Item si legatum sit patri relictum hac cõdõne, vt filium emãcipet, & accepit, vt inf. de cond. & demon. l. si cui Item est quartus, vt inf. l. prox. qui in vitrico & priuigno loquitur. Idẽ generaliter, in quolibet minore arrogato, ut inf. de min. l. 3. §. si qs minor & facit ad hãc leg. in st. quib. mo. ius pat. po. sol. §. fin. & C. de eman. li. l. nec auus, & inf. vnde li. l. filius. in fi. Accur.

6 † Ve. id.

* Plin lib. 10. Epist ponit spa cium.

7 † Flo. Ant ni nam.

k NOnnumquam. Causa cognita.] vt si locuples sit pupillus arrogatus à paupere uel prædone. sic in st. de mi. l. 3. §. si quis minor. Accur.

8 † Pl. incipit Quæsitũ est & Si tibi, &c.

l *Adoptare.*] no. vitricum posse esse tutorẽ priuigni sui, vt C. de contra. iud. tute. l. fin. Item not. quod potest eum arrogare. Sed contra sup. eo. l. nec ei. in prin. Sol. vt ibi; vel dic specialiter à principe fuit impetratum, secundum Ioan.

9 † Flo. desi. quæsitũ est.

m ET si pubes. Redigi.] id est, redactum fuisse. Accursius.

SI tibi.] CASVS. Filium meum hoc pacto in adoptionem tibi dedi, ut post triennium eum in adoptionem mihi des: non valet quidem talis adoptio. Viuia.

n *Si tibi.*] aliàs incipit. si tibi, & aliàs, quæsitum est Accur.

o *Datus.*] à me patre uel ab alio. Accur.

p *Actio.*] deest actus. sic C. de sacrosan. eccle. aut. hoc ius, vel dic proprie. Accur.

a Alterum.] idest actum, vel dic propriè, vt modò, vnde nota, quod dies habetur pro non apposita. & pactum totum: vt infra de reg. iur. l. actus legitimi, & infra de hære. insti. l. hæreditas. Accursius.

g Facta.] vt coram magistratu, cum esset sui iuris, vel coram senatu, vel secundum H. coram magistro de grammatica: vel facta sine testibus, vel sine scriptura. Accur.

h Nam ita Desideras.] vt adoptio non iure facta confirmari possit.

Per adoptionem.] CASVS. si plebeius senatorem adoptet, manet senator, & qui adoptatus est: si est filius senatoris, manet filius senatoris. Viuianus.

1† Fl. emanc.

b Augetur.] domicilium et adijcitur: vnde ibi pōt conueniri: vt infra ad muni. ordine, in fi. Itē no. non minui dignitatē adoptione: sic infra de sena. senatoris filius. §. à senatore. secus per matrimonium: vt infra ti. eo. l. fœminæ. & C. de dignitatib. lib 12. l. mulieres. Accur.

Emancipari.] CASVS. Filium meum quocunque loco (dum tamen idoneo) emancipare possum. Item possum emancipare filium coram præside, etiam si non regat prouinciam illam vbi emancipo filium meum. Viuianus.

2† Fl. 18.

* Vide omnino qd no. Inn. extra de offi. leg. cap. quod translationē. & ou. et e no. nr.

c Loco.] idoneo tamē. sic infra de const. pecu. l. qui autem. in fi. & l. si duo. vel non inhonesto: vt infra de arb. l. si cum dies. § si arbiter. dic ergo in quacunque prouincia & in quacunque ciuitate: coram iudice tamen, vt Insti. quib. mo ius pa. po. sol. § nost a autem, sit ordinarius vel non: vt inf. de manu. vin. l. etiā §. fi. dico enim magistratus municipales habere hanc potestatem: vt C. de magi. muni. l. 2. Accursius.

* Concor. Inst. eod. §. in plu. frumus.

3† Adoptare, vel arrogare.

d Non est] non ergo debuit ei pareri. vt infra. de iuris. omn. iud. l. fi. quæ est cōtra. sed hic de voluntaria: ibi de contentiosa iurisdictione dicit. ar. infra, de offic. proc & leg. l. 2. in princ. vel hic inter homines suæ iurisdictionis, ibi non.

Labeo nullam putat esse actionem. a nec enim moribus nostris conuenire 1† filiū temporalem habere.

Idem libro 1. respon.

LEX XXXV.

Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. b vnde senator, & si à plebeio adoptatus est, manet tamen senator: similiter manet & senatoris filius.

Emancipatio & adoptio quæ de voluntaria iurisdictione sunt, possunt fieri quocunque loco: dum tamen idoneo. Bar.

Idem libro 28. 2† respon.

LEX XXXVI.

Emancipari * filium a patre quocunq; loco, c posse cōstat, vt exeat de patria potestate ¶ Apud proconsulem etiam in ea prouincia, quam sortitus non est, d & manumitti, & in adoptionem dari posse, placet. *

Idem lib. 1. sententiarum.

LEX XXXVII.

Adoptare e quis nepotis loco potest, etiā si filium non habet. ¶ Eum, quem quis adoptauit, emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non potest f adoptare 3†

Hæc lex cum seq. est bona: & quotidie allegatur. In confirmatione adoptionis non iure factæ, requiritur citatio illorum, qui ex confirmatione possunt lædi.

Marcellus lib. 26. digestorum.

LEX XXXVIII.

Adoptio non iure facta g à principe confirmari potest. 4†

Vlp. lib. 1. de offi. proconsul.

LEX XXXIX.

Nam ita Diuus Marcus Eutychiano rescripsit. Quod desideras, h an impetrare debeas, æstimabunt iudices: adhibitis etiā iis, qui contradicerent, id est, qui læderentur i cōfirmatione adoptionis.

In potestatem arrogatoris non solum transit arrogatus, sed filij eius. Bart.

Modestinus lib. j Differentia.

LEX XL.

Arrogato patrefamilias, liberi, qui in eius potestate k erant, nepotes apud arrogatorem efficiuntur: simulque cum patre suo in eiusdem recidūt potestatem. quod non similiter contingit in adoptione, nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur l potestate.

¶ Non tantum cum quis adoptat, sed & cum arrogat, maior esse debet eo, quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit: & vtique 5† plena m pubertate, idest, decē & octo annis eum præcedere debet. Spado arrogando suum hæredem sibi 6† accrescere n potest: nec ei corporale vitiū impedimēto est.

i Qui læderentur.] si non interessent confirmationi: vt sunt tutores & curatores: & filius, cum loco nepotis aliquis adoptatur: vt sup. eo. l. cū nepotē q oēs tangit. & C. de autho. pstan. l. fi. sed an agnatorū? Rñ forte sic, secūdum Io. nec ob. sup. eod. l. cum adoptio. qa hic loquitur quando per rescriptum confirmatur. Vnde est hic argumentum, q qñ rescripta impetrantur, dēbeant interuenire, qui per rescriptum læderentur: vt arg. infra de na. re. l. fi. & infra de mino. l. in causæ §. causa, & in Auth. vt sponsal. §. ad hæc. coll. 8. & causæ merita partium, &c. vt C. si per vim, vel alio modo. l. finali.

4† Fl. confir.

Arrogato.] CASVS. Si arrogo aliquē, efficitur in mea potestate, & filij sui, secus in adoptione est. nam pater naturalis retinet nepotes in sua potestate. Item dicit, quòd adoptator debet esse maior 18. annis eo quem adoptat. Item dicit, quòd spado arrogat, & poterit sibi instituere. Viuianus.

k Potestate.] vt hic. & supra eo. l. 2. §. fi. & l. si patrem. in princ. & infra, de cap. dimi. l. 3. in princ.

5† Plena pubertate. Fl.

l Retinentur.] sed an recidant in potestatem arrogatoris, si postea auus naturalis moritur? Respon. sic, vt supra eod. l. paterfamil.

6† Adsciscere. Flo.

Adoptare.] CASVS. si filium non habeo, possum nihilominus aliquem in nepotem adoptare. Secundò dicit, q si emancipo illū, quem adoptaui, vel alij do in adoptionem, possum eum iterum adoptare. Viuianus.

e Adoptare.] facit Insti. eo. §. licet. Ar. contra sup. eo. l. adoptionem.

f Non potest.] ne leges sint ludibrio, vt C. de bo. quæ li. l. fi. circa finem. & C. de cura. furi. l. cum alijs. in fi. & infra de iudi. l. si prætor. secus in naturali, qui non translatus, sed requisitus videtur: vt infra de li & posth. l. filio quæ est §. & supra eod. l. si pater. §. qui duos. & inf. eod. l. si pater.

Adoptio.] CASVS. Si adopto aliquem non rectè, vt qa debebam coram principe, & arrogaui coram magistratu: princeps potest hoc confirmare: & in ista confirmatione debent esse illi qui læderentur ex hac, vel per hanc confirmationem, vt in l. seq. quæ continuatur cum ista. Viuianus.

m Plena.] nota, plena pubertas dicitur quandoque quatuordecim annorum, vt Institu. quibus modis tutel. fi. in princip. plenior septemdecim annorum, in qua quis postulare potest: vt infra de postulan. l. 1. §. pueritiam, & Institu. qui manumittere non possunt § fin. alia plenissima, scilicet octodecim annorum, vt hic, & quando relinquantur alimenta impuberibus: vt infra de alimen. & ciba. lega. l. Mela. in princip. Sed nunquid si plures adoptat, pluribus puberibus præcedere debet? Videtur quod sic, vt infra de noui ope. nuncia. l. quis iure, primo, respōso. Sed id non credo, cū & naturaliter plures nasci possunt: vt infra. de sol. si pater. & infra si pars hære. peta. l. antiqui. & adoptio naturam imitatur.

n Accrescere.] id est, sibi hæredem suum constituere: (seu adsciscere: vt vult Bud.) vt hic, & supra eod. l. 2. §. illud.

Si pater.] CASVS. Filium habebam Titium. & ex eo nepotem, emancipaui Titium filium meum, & nepotem in potestate mea retinui: & postea illum filium

filium emancipatum adoptaui: postea decessit. nunquid nepos meus recidit in potestatem Titij? Et respondetur quod non. Secũdò dicit, Pone, Titium alij in adoptionem dedi, & nepotem in potestate mea retinui, & iterum Titium adoptaui. in hoc casu non recidit in Titij patris sui potestatem iste nepos. Viuianus.

o *Plebiscito. Munus.*] donum genus: munus ad nuptias vel ad aliud forte litium refertur: & sic species, ut inf. de verb. sig. l. inter donum.

p *Poculentum ve.*] quod non est proprie donũ vel munus, sed xeniũ vt sup de offi. procon. l. solent. § fin. hoc autem nec hoc accipere debet, nisi in defectũ salarij, vt in auth. ut iudices sine quoquo suffragio, exemplar. in fi. j. col. collat. 2.

q *Prodigatur.*] consumatur, sic C. d. 62. in strum & iure hastae fisca l. pen. libro.

Obseruandum.] CASVS. Praecipit hic, vt praeses prouinciae, quando sedet pro tribunali, debeat omnib. praebere aditum, vt possint ad eum ire: sed hoc ita faciat, vt non contemnatur. Iterum dicit, quod quãdo cognoscit, non debet clamare contra malos homines: nec etiam lacrymari debet, si veniat aliqua vel aliquis plorandò. Vltimo reddit rationem de hoc. Vivianus.

r *In ulteriorem.*] scilicet quàm oporteat.

s *Excandescere.*] idest fortiter acclamare.

t *Detegit.*] idest, discooperit, sic institu de lib. 2. respon. & inf. a de acq. rer. dom. l. adeo. §. est tamen, in fi. sed nec omnino debet dissimulare, ut sup. de offic. procon. l. nec quicq̃, § sed ita, & no. mirabilẽ malitiam, quam docet haec lex, quod aliud gerant in corde, & aliud simulent. quod optime faciunt Bononien.

u *Summatim.*] idest, ut regulam tibi tradam.

x *Augeat.*] vt infra de postu. l. 1. in princ.

y *Legatus Corrector.*] quia expone vt supra eod. l. ex omnibus. Accurtius.

z *Abdicando.*] idest volens se ab imperio, idest iurisdictione abdicare, idest separare, non potest, nisi faciat in manu principis, a quo habet: tunc enim posset, sicut & quando habet à populo, potest, populo petente, vel volente, dimittere, vt supra de orig. iur. l. 2. § 4 & cum placuisset: quae est 5. a Sic & episcopus non potest renunciare, nisi in manu Papae, ut in decre. 17. q. 2. Consaldus, & 6 quaest. 3. c. denique.

a Pro soldi huius contrarij vide q̃d no per Inno. in c. a. q. in dubijs, & c. si de renun. & c. si de re & c. si in integ.

a *Imperium.*] idest, iurisdictionem. Accur.

Praeses.

PRæses.] CASVS. Si seruus vel ancilla corruptus, vel corrupta sit, quod de hoc cognoscit præses: si is seruus vel alius fuerit bonus uel actor, puniat hunc corruptorem seuerissime: nam plus punitur qui bonum corrupit, quam qui malum deteriorauit. Viuianus.

a *Actor.*] idest castaldus, sic instit. de iniu. §. pœna. Acc.

b *Substantiam.*] scilicet particularem.

DE OFFICIO procuratoris Cæsaris, &c.

QVæ.] CASVS. Dicit hæc lex, quod quæ procurator Cæsaris facit, rata sunt ac si princeps fecisset, dum tñ commodum principis faciat, vt subiicit. Item dicit, quod si iste procurator rē Cæsaris vēdat vt suam, non trāsfert dñium: vnde nihilominus vēdere, vel transigere quo ad cōmodū Cæsaris pt: nā bene gerere rē Cæsaris debet. Item, si seruus Cæsaris hæres instituatur, procurator Cæsaris pt iubere seruo, vt hæditatē adeat. Item si Cæsar instituatur hæres, si iste procurator adeat illā hæreditatem, acquirit eam Cæsari: & hoc si illa hæditas est soluendo, & locuples: si non sit locuples, nec soluendo, Imperator pōt repudiare illā hæreditatē. hoc dicit cū l. s. q.

c *Quæ acta*] acta nomen generale: sed gesta rem extra iudiciū tantum factam significāt, vt infra de verb. sig. l. Labeo. in princ. & § fi. Accur.

d *Ab eo.*] s. Cæsare.

e *Quasi rem propriam.*] scilicet procuratoris.

f *Dominium.*] quia nemo errans, &c. ut j. de acq. rer. do. l. si procurator. Sed contra inf. man. l. seruum Titij. j. resp. sed ibi dominus de re sua vendenda, licet suam ignoret, mandauit: hic autem Cæsar in hoc nō fecit cum procuratorem. Io. & vt plene hæc scias, distingue: cum gestor negotiorum alicuius venditur: aut vendit rem quæ uere ipsius domini est, aut quæ uerè est ipsius gestoris. Si vere gestoris, si quidem gestor sciens esse suam tradat, transfert dñium, etiam si tanquā si t dñi tradat, vt inf. de cur. fu. l. Iul. §. j. si uero nesciens gestor esse suā tradat, si quidē tanq̄ dñi, & uelut procurator tradatur: nec transfert dñium, nec ei obst. exceptio. ut inf. de acq. re. dom. l. si procuratori uel, quod uerius est, licet non transferat, tamē repellitur: quia & si tanquam procurator uendit, tenet de euictione: quia uendit sponte: sicut in fideiussore, quia secus est si ex necessitate: quia non tenetur de euictione, ut officialis, ut C. de euictio. l. exceptio & j. fa. ercis. l. q. erat. & inf. man. l. seruum Titij. Si vero uelut suam uenderet & traderet, & uere esset sua, sed non credebat esse suam ex ea causa ex qua erat, dominium quidem non transfert, sed exceptionem patitur, ut inf. mand. l. seruum Titij. j. resp. Cū aūt rē domini uendit, si quidem non vendat tanquam domini, sed putans esse suam, tanquā suam, nullo modo trāsfertur dominium, ut hic, & j. de cur. fu. l. Iul. §. j. Si uero uendat tanquam dñi, & sciat esse dñi, uel non etiam vēdat tanquam domini, sed ut suam, sciens eam esse domini, & gerens officium dñi, cum in tribus casibus alienat, vt si habeat speciale mandatū, vel si gñale, & habeat liberam administrationem, uel in rē uam sit procurator, vt inf. de iureiu. l. iusiurandū. § si & l. seq. & j. de procu. l. procurator tutorū, & l. procurator cui, nisi in hoc casu vbi habet liberā, & tamen non alienat, nisi expediat, ut in prin. huius legis.

peratos si actor a rerum agentis corruptus esse dicetur, uel eiusmodi homo, ut non solū 1 † iactura aduersus substantiā, b sed ad totius domus euersionem pertineat, seuerissime animaduertere debet.

TITVLVS XIX.

De officio procuratoris Cæsaris, & rationalis.*

Gesta per procuratorem Cæsaris tenent, & valent, dummodo diligēter, & nō cōtra commodum Cæsaris sint gesta: & per procuratorem Cesaris queritur hereditas Cæsari: quæ si appareat postea non soluendo, habetur pro non adita. h. d. vsq; ad l. curatores. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit vnum dictum generale. In secunda ponit aliud dictum cū quadam limitatione primi dicti. In tertia ponit vnū speciale circa procuratorem Cæsaris. In quarta ponit aliud speciale. secunda ibi, si rem Cæsaris. tertia ibi, est & hoc præcipuū. quarta ibi, Quod si ea.

Vlpianus lib. 16. ad edictum.

LEX PRIMA.

QVæ acta c gestaque sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo d comprobantur, atque si a Cæsare gesta essent. 2 † Si rem Cæsaris procurator eius quasi rem propriam e tradat, non puto eum dominium f transferre, tunc enim transfert, cū negotium gerens Cæsaris, cōsensu ipsius g tradit. Denique si venditionis, transactionis 3 † vel donationis causa quid agat h nihil agit: non enim alienare ei rē Cæsaris, sed diligenter i gerere cōmissum est. ¶ Est & 4 † hoc præcipuū k in procuratore Cæsaris, quod 5 † eius iussu seruus Cæsaris l adire hæreditatem potest; & si Cesar hæres instituatur, miscēdo se opulētæ hæreditati, procurator hærede Cæsarem m facit.

Paulus li. 5. Sentētiarum.

LEX II.

QVod si ea bona, ex quib. Imperator hæres institutus est, soluendo non sunt, re perspecta consulitur Imperatori n 6† Hæredis enim instituti, in adeundis vel repudiādis 7† huiusmodi hæreditatibus, o volūtas exploranda est.

Procurator Cæsaris non potest imponere penam deportationis: sed colonos improbos potest a colonia remouere: neque ad eandem iterum reuerti possunt.

Callistra. lib 6. de cognit.

LEX III.

CVratores p Cæsaris ius deportandi non hñt, q quia 8†

g *Consensu ipsius.*] s. Cæsaris, sed et sine cōsensu eius, si tñ ei expediat, dico eum uendere, & dominium transferre posse, arg. inf. ad Treb. l. mulier q̄ duobus, §. si cum distrahere deberet.

h *Quid agat.*] s. cōtra commodu Cæsaris: alioquin pt, vt in prin. huius legis, & j. de iu. fisc. l. aufertur, §. actores, & idem in similib. ut j. de transa. l. cum hi. §. si prætor. & j. de pac. l. contra iuris, §. si filius, & infra de admi. tu. l. Lucius, §. fi. Accur.

i *Diligenter gerere.*] sed nonne bene pt gerere alienando, vt C. de admi. tut. l. non omni. & inf. ad Treb. l. mulier. §. si is, sed hic loquitur cum nō expediat alienare: alioquin s̄, ut j. pro emptore, l. q. fundum. §. si tut. & j. de admi. tu. l. lex quæ tutores, §. fi. quia hic hēt liberam administrationem, ut j. eod. in prin. unde uidetur posse alienare. sed spāle est, ne in Cæsaris præiudiciū alienet. aliās contra, ut j. de procu. l. procurator cui. Azo.

K *Est præcipuum.*] i. spāle ut hic, & j. de acq. hær. l. si qs bona. §. si Cæsar. fisci.

l *Seruus Cæsaris.*] institutus.

m *Cæsarem facit.*] in alio procuratore secus, ut inf. de acq. hær. l. Paulus respon.

n QVod si. Imperatori.] vt liceat ei abstinere, uel quod melius est, vt perinde habeat, ac si adita non fuisset, vt infra de iure fisci. l. j. § an bona.

o *Huiusmodi hæreditatibus.*] & in alijs, vt instit. de hæred. qualit. & d sse. §. fi. & inf. de success. edic. l. j. §. vnusquisque. nisi in furiosis & pupillis, ubi tutoris exigitur uoluntas, vt infra de autho. tuto. l. si ad pupillum.

CVratores.] CASVS. Denegatum est procuratori Cæsaris, vt non possit aliquem deportare, quia non habet ius pœnæ constituendæ, quia non potest permittere, ut aliquis redeat de pœna deportationis, in fi. leg. huius. Sed pone quod procurator prohibeat alicui ne ad prædia Cæsaris veniret: non debebit is cui prohibuit, ad pdia Cæsaris venire.

p *Curatores.*] idest, procuratores.

q *Non habent.*] idest, denegatum est eis: alioquin nulla esset

1 † Solam iacturam. Flo. codex habet. Alij habent, non solum ad iacturam.

* Qui fuerunt, & a quo constituti. & quam iurisdictionem haberent, patet in hunc locum Cuia.

2 † Fl. suam.

3 † Flor. vel transactionis.

4 † Flo. deest, &.

5 † Flor. quod & eius.

* Ergo per ceteros procuratores, privatorum hæreditas non acquiritur, vt multis alijs argumentis probauit. lib. 2. subsecutiuarū lectionum. Cont.

6 † Fl. Imperator.

Ant. Aug. li. 3. emenda. c. 6.

7 † In nonnullis exemplaribus non habentur hæ duæ voces vel repudiandis.

8 † Huius pœnæ.

esset ratio: cum idem positum cum ratione esset.
a *Tumultuosum.*] scilicet aliquem hominem.
b *Prohibuerint.*] quod sine causa non fit, ut not. infra de publ. l. cotem, §. agri.
c *Deinde.*] hoc referunt quidam ad id quod in princip. l. dicitur: dixerat eũ non habere ius deportãdi: sic nec habet ius, ut possit permittere aliquem redire à pœna deportationis: q. enim non possunt damnare, nec absoluere, ut infra de reg. iur. l. nemo, & infra de re iud. l. qui condemnare, & est pro eis, infra, de pœn. l. 3. §. fin. & infra de publ. l. cotem, §. E. sed Io. refert ad proximum dictum: quia si prohibuit aliquẽ accedere ad prædia Cæsaris, non potest postea permittere, ut redeat ad ea, qui semel siue bene, siue malè functus est officio suo, vt infra de re iudi. l. iudex. & l. quod iussit. in fine. & not. officium eius esse in negotijs maximis: sed & iurisdictionem habet inter fiscum & priuatum.

1 † *Flo. deest, sed.*
2 † *Flo. deest, uerus.*

pœnæ constituendæ ius nõ habent: si tamen quasi tumultuosum, a vel iniuriosum aduersus colonos Cæsaris prohibuerint b in prædia Cæsariana accedere, abstinere debebit. idque diuus Pius Iulio rescripsit: sed 1 † deinde c neque redire cuiquã possunt permittere. idque imperatores nostri Verus 2 † & Antoninus ad libellum Hermiæ rescripserunt.

TITVLVS XX.

De officio iuridici Alexandriæ. 3 †

3 † *Flo. deest, Alexandria. & nota cum Cuiacio ex Spartia. Alexandrinos, fuisse contento uno iudice quem Cæsar dedisset, & hunc esse iuridicum, de quo hic, cui postea Seuerus concessit etiam ordinem decurionum. Quod autem stare debeat Alexandria. Con eor. Cond. tit.*

Vlpianus lib. 26. ad Sabi.

LEX PRIMA.

ADoptare quis apud iuridicũ potest: quia data est ei legis actio. d

Idem lib. 39. ad Sabinum.

LEX II.

IVridico, qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitu-

DE OFFICIO iuridici Alexandriæ.

d *Adoptare.* *Legis actio*] id est legitimi actus perficiũtur, vt emancipatio, & similes, vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. coll. 3.

2 Sequuntur Bart. Pau. & Ias.
2 Et male Paul quamuis Alex. ni tatur saluare.

DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA est iurisdictio.

Vide quæ ex Liuio, & alijs notat Cuiac. in hunc locum.

Dictum est de officio ordinarij: nunc de officio delegati 1. licet, & de ordinario aliquæ leges desunt. Aliꝗ sic. 2. Dictum est de iurisdictione ordinaria aliquæ est in cognoscendo: nunc de ea quæ est in delegando. scilicet quis delegat, & cui. & quæ causa, & qualiter officium suum explicat delegatus, de primo infra l. fi. in princ. de secundo nihil, de tertio hac l. per totũ, de quarto infra l fi & l 2. in fi.

QVæcunque] CASVS. Hæc lex tractat de iurisdictione iudicis quæ sit, & qualiter possit alicui delegari. Circa quod proponit duas regulas primo, secũdo infert ex prima regula. tertiò probat primam regulã, quarto dat exemplum ad regulã. Et sic diuiditur quatuor hæc lex. Prima regula est, quod omnis iudex, cui cõpetit merum imperium uel mixtum, alij id delegare non potest. Secunda regula est, ꝙ ea quæ competunt iudicib. iure magistratus, delegari possunt: vnde infertur ex prima regula, ꝙ omne quod est meri vel misti imperij, non põt delegari, ut cauetur l. Iuli. de adul. quia ille magistratus cui competit illius cognitio, non poterit delegare. Item probat alio arg. quia si dominus sit à familia occisus, prætor de hoc cognoscet ex speciali mandato, sicq; simul propter hoc non delegatur. Deinde quæritur, an is, qui habet cognitionem ciuilium causæ, habeat aliquam iurisdictionem propriam. Et resp. ꝙ habet modicam coërtionem, uel iurisdictionem delegatam, quasi ex alio: non autem habet imperium merum, quasi dicat, non habet iurisdictionẽ ordinariam. Nam licet proconsul mandet legato suo iurisdictionem: tamen non transfert merum imperium in legatum suum: & ita ponas. Mihi mandata fuit iurisdictio: an mea propria, siue illius qui mandauit? Et resp. quod mea. Deinde si ille, qui mihi illam mandauit, merum hẽt imperium, non vr̃ demandasse illud: tamen quamuis ex suo mandato nõ habeã imperium merũ vel mistum, tamen habeo coërtionem.

tione* diui Marci concessa est.

* *Quia iure magistratus non competit. Bar. l. mater. §. tutoris, infra de tutel.*

TITVLVS XVI.

De officio eius, cui mandata est iurisdictio.

Causæ meri & mixti imperij conceduntur maiorib. iudicibus specialiter & expresse in priuilegium: & in eo non possunt delegari nisi in casu absentiæ: causæ vero iurisdictionis in fine omittuntur: & competunt cuilibet magistratui, & delegari possunt. hoc dicit.

Papinianus lib j. quæstionum.

LEX PRIMA.

QVæcumque e * specialiter f lege, g uel senatusconsulto, h vel constitutione i principũ tribuuntur, k mandata iurisdictione l nõ trãsferuntur: q̃ vero iure magistratus m competunt,

* *Alex. li. Pa. va. 1. ca. 1. & 6. l. hanc egregie declarat, & Io. Longinol. in l. imperium. num. 147. cũ mul. seq.*

e *Quæcunque.*] hoc signum, quæcunque comprehendit 3 ea quæ spectant ad merum imperium, uel mistũ: quia hæc specialiter mandantur maiorib. Iurisdictio. enim & si demandetur per legem, imò quia per legem demandatur, alteri delegatur, vt ĩ de iurisdict. omniũ iudicũ, l. more, & l. & quia, quia non specialiter mandatur alicui.

3 Sequitur Bart.

f *Specialiter.*] quod dicit, specialiter, id est expresse. item in priuilegiũ, quia de maiorib.: & ambo sunt necessaria: & alterũ non sufficit, vt hic, & in gl. super verss. Quæ uero infra hac l. & ideo dicit specialiter &c.
g *Lege*] vt l. Iulia. de adul. & de vi publ. & pri. vt hic ibi dicit.
h *Senatusconsulto.*] scilicet Syllaniano, ut ĩ. hac l §. & si a familia.
i *Constitutione.*] pone exemplum, ut C. de peda. iudi. l. 2 in fin. vbi dicit de ingenuitate, & libertinitate. Item vt C. ne li. po. l. j. Item 4 vt infra de rector. l. j. §. j. Item vt infra de trania. l. cum hi § si prætor. in fi.
k *Tribuuntur.*] hic no. quatuor 5 esse ordines magistratuũ, illustres, spectabiles, & clarissimos, & simplex magistratus. Primis trib. tribuuntur hæc, q̃ sunt de mero vel misto imperio: nã dantur præsidi prouinciæ, ut ĩ. de offi. præsi. l. illicitas, §. qui vniuersas, qui est clarissimus, vt C. de pri. car. l. j. ergo multo magis spectabilib. & fortius illustrib. qui aũt sint de quolibet ordine, notauimus in auth. vt ab illustri. & qui super eã dig. sunt in princ. coll. 5. Dic ergo tribuuntur, ut maiorib. magistratib. secus vero si municipalib. magistratib. qui minimi sunt aliquid ẽt specialiter demandatur, sicut eis mandat, ut in auth. de defen. ci. §. & iudicare, & § audient, & §. sed nec proprietas. collat. tertia: tunc n. demandatur, quia iure magistratus cõpetit, ut hic dicit. Vel dic melius, ẽt si aliquid mandetur minimis specialiter, non tñ dr̃ specialiter committi. ut dicemus ĩ. in gl. quæ incipit, idest propter vim &c. & sic dic specialiter, s. in priuilegium: sed vbi causæ meri, vel misti imperij specialiter, uel in priuilegiũ committunt? Resp. eo ipso, ꝙ inferiorib. negatur, ut ĩ ti. a magistratibus, sed & committuntur, ut supra de offi. præsi. l. illicitas, § qui vniuersas, habent enim ut maiores, sed hæ committuntur.

4 Ista duo exempla re probat sol9 Albe. dictãmen quod omnia exempla glo. sunt bona secundum Alex. & Ias.
5 Imo sunt quinque ex quo reperiũtur superillustres. Bar. & Ias.

l *Iurisdictione.*] scilicet totaidem puto. 6 & si id nominatim cõmittat præses quod ei specialiter est tributum, secundum Azo. ut infra de reg. iu. l. nemo potest.

6 Idẽ Alex. & Ias.

m *Quæ vero iure magistratus.*] idest propter vim magistratus cuiuslibet, ut infra de iudi. l. cum prætor. §. idem. dicitur ergo iure magistratus aliquid alicui competere, quod competit eo ipso quod magistratus est: hoc est, id haberet etiam si uilissimus esset magistratiunculus: licet ergo & merum imperium competat cuilibet illustri, &

clarissi

clarissimo, eo ipso q[uod] est in eo magistratu: non tamen competit nisi eis maioribus, nam minimis: & dic, quæ verò iure magistratus, s. cuiuslibet, vt authoritatem præbere manumittentibus; sed hoc secundum has leges non videtur demandari: vt infra eod. l. 2. in prin. sed expone eam, vt ibi diximus. Item vt apud se testa. aperiantur. Item pecuniarias causas, & maximè viles audire, & criminales leues, & similia: vt in Authen. de defen. ciui. §. sed neque, & §. ex prouinciali, & §. audiunt quoque, col. 2. & C. de magist. mu. l. 2. & C. de iud. l. fin. si verò quia de maioribus est, aliquid habeat in priuilegium speciali vel l. vel senatu sibi iniunctum, illud non demandat: specialiter ideo dixi, quia si non specialiter alicuius rei cognitio, scilicet in priuilegium (alij dicunt, idest expressim & singulariter in priuilegium) sed generaliter omnium causarum discussio alicui iudici, etiam maximo, putà, quæstori, demandetur, secus est, quia demandet de his quæ non spectant ad merum vel mistum imperium: ut in Auth. de man. Princ. in princ. & §. si tibi, & in illo §. quod si delinquentes, col. 3. & supra de offi. procon. l. si in aliquam, §. fi. & supra de offic. præfec. vrb. l. j. §. cum vrbem; & supra de offic. præsi. l. omnia; vis ergo est facienda in illo verbo, specialiter, quasi dicat, committantur in priuilegium: & quia de maioribus est.

a ad intell. gl. lean. Hã habui l. naturaliter, nume. 150. de vsucap.

1 † Aliàs, delatam.

2 † Flor. legis Iuliæ.

3 † Exercitio. F.

mandari possunt. [a] & [b] ideo [a] videntur errare magistratus, qui cum publici iudicij habeāt exercitationem, [c] lege, vel senatusconsulto delegatam, 1 † veluti lege Iulia. 2 † de adulterijs, & si quæ sunt aliæ similes, iurisdictionē [d] suā mandant, huius rei [e] fortissimum [f] argumentum est, quod lege Iulia de vi nominatim cauetur, ut is cui cōtigerit exercitatio 3 † possit eam [g] si proficiscatur, [h] mandare. Non aliter [i] itaque mandare poterit, quam [k] si abesse cœperit: cum aliàs iurisdictio [l] etiam a præsente mandetur. Et si a familia dñs occisus esse dicetur, cognitionem prætor quam ex senatusconsulto [m] habet, mandare non poterit.

Delegatus non habet iurisdictionem propriam: sed vice fungitur delegantis: habet tamen modicam coerctionem hoc dicit.

¶ Qui mandatam [n] iurisdictionem suscepit, proprium nihil habent, sed eius 4 † qui mandauit iurisdictione, vtitur. Verius est n. more maiorum iurisdictionem p[er] quidem transferri: [q] sed merum imperium, quod lege datur, non posse transire. [r] Quare nemo dicit, animaduersionem legatum proconsulis habere mandata iurisdictione. Paulus [s] notat; & imperium, [t] quod iurisdictioni cohæret, [u] mandata iurisdictione transire: quod 5 † verius est.

4 † Flor. sed eius.

5 † Fl. Transire verius est.

mandari posse: ergo idem in alia criminali & publica accusatione: cum ratio diuersitatis reddi non possit: vt infra de verb. ob. l. 3. Titio, in fi. 1. rã. & ita non dicitur à contrario sensu, sed fortissimum arg. sed de similibus ad similia.

g *Possit enim.*] s. cognitionem tñ, non & definitionē d, maximè in capitali ca, vel membri abscissione; vt in Auth. de col. §. prohibemus, col. 9. sed aliud est in eo qui substituitur alicui defuncto, cui oīs executio datur, vt C. de offi. eius qui vi alc. ge. l. 2. s[ecundu]m quosdam, vel dic vt ibi. Itē excipe legatos proconsulis, qui de oī crimine cognoscit: & de suspecto & procon. l. solent, in princip. & infra eo. cognitio in prin.

d Glo. sequitur B. & Bal. contrarium tñ tenēt Sal. Im. & Ia.

h *Proficiscatur.*] idest si ex necessitate contingat eum abesse, sic in Auth. de iud. §. r. col. 6. & in Auth. ut defun. fen. fune. §. illud, circa princ. col. 6.

i *Non aliter.*] arg. triplex hic collige: primū quia sumendū est arg. à [contrario] sensu, sic infra mand. l. si procuratorē, §. ignorans. Secundum, quia aliàs prohibita ex necessitate cōceduntur: vt sup. de off. consulis, l. 3. §. 1. Tertium, quia quod in vno conceditur, in cæteris prohibetur, sic C. de procu. l. maritus, & infra de supel. leg. l. legata. Item quartum: quia ea demum generali concessione facta, transeunt, quæ specialiter possunt concedi, ex eo, quod diximus supra, mandata iurisdictione, &c. & tradit nunc, quia specialiter non conceditur, sic infra de lib. & posth. l. Gallus, in prin. & C. de quad. præscr. l. 2. in prin. arg. contra infra de acqui. rer. dom. l. quæ dam.

ADDITIO. Dic quod aliud est generalitas, aliud vniuersitas, nam in generalitate quælibet species consideratur de per se: sed in vniuersitate non: quia omnes faciunt vnum totum: ut in l. eum qui ædes, ff. de vsucap. secundum Paulum de Castro post Pet.

k *Quam.*] pro quamuis.

l *Iurisdictio.*] scilicet iure magistratus competens.

m *Senatusconsulto.*] scilicet Syllaniano, cuius authoritate cognoscitur, an sit dominus à familia occisus, uel non: ut infra ad Sylla. l. 1. in prin. Accur.

n *Qui mandatam.*] mandata & delegata iurisdictio idem est. [e] Vel dic, mandari, quando vniuersitas causarum: sed delegari, quando species vna committitur, vt colligitur infra & de iur. om. iud. l. solent, unū tñ qñq; pro alio ponitur.

o *Nihil hēt.*] imò v[idetur] hēre proprium, vt ic. s. eo. l. cognitio. §. cum propriam, quæ est [contra], sed d[icitu]r hic non hēre proprium impropriè, eo, quod p[er] p[ro] reuocationem cito amittere pōt, vt ar. C. cōra de leg. l. fi. §. sed quia, & infra de reg. iu. l. plerumque, uel di as [f] non habet proprium, s. quod sit ordinariū: hēt tñ delegatum, & hoc subijcit, verius est, &c. uel contrarium, ideo vtitur, quia verius est, &c. prout dicis s[ecundu]m dictas expositiones permitti, uel concedi. nec obstat prout dixi transferri, infra de re iudic. l. ait prætor, quia ibi propter arbitrum dicit, non propter delegatum iudicem.

p *Iurisdictionem.*] scilicet delegatam in delegatum.

q *Transferri.*] idest permitti, vel concedi, s. ordinariam, & sic non ob. prin. huius, §. sic fortè ponitur; infra de in rem verso, l. pen. §. fi. sic inf. de pact. l. 2. § fiu. Vel dic, transferri delegatam, non ordinariam, s[ecundu]m duas primas expositiones.

r *Transire.*] nota subtilem rationem, iurisdictionem transferri, quia habet ex se iure magistratus merum imperium, non quia habet specialiter a lege, ut de maiorib.

s *Paulus notat.*] determinando, non corrigendo.

t *Imperium.*] idest, modicam coercitionem.

u *Cohæret.*] hic quidam dicunt esse mistum imperium, idest,

e Istam sequitur Ia. secunda tñ reprobat per l. fi. inf. eod.

f Idem B. Pau. & Ia.

a *Mandari possunt.*] sed tutelæ datio videtur competere iure magistratus; vt infra, de tuto. & cu. da. ab his. l. ius dandi, & tamen non delegatur: ut in eod. tit. ne mandante, quæ est contra: sed dic a quod datio tutoris non competit iure magistratus: vnde non mandatur, nisi habenti iurisdictionem: vt alicui magistratui: & tunc non iure magistratus, sed propter iussum legis dicitur competere, & sic d. l. ius dandi, intelligitur: vt Insti. de Atil. tu. §. antepe. hodie autem iure magistratus dico competere, si pupilli substantia sit infra quingentos aureos: vt Institu. de Atil. tu. §. antep. item contra in Auth. de mand. Prin. § cos autem, col. 3. & in Auth. vt iud. fine quo. suf. §. nulli quoque, col. 1. & in Auth. ut nulli iu. §. 1. col. 9. in quibus legibus prohibentur loci seruatores: sed certè longe aliud est aliquam causam alicui committi: quod fieri potest, ut hic: aliud prohiberi huius loci seruatores per prouinciam ire ad crimina exploranda, & præsidi referenda: quia plerique malum sub velamine boni faciebant: vt dictis lit. dicitur.

a Sequitur gl. Bar. Ale. & Ia.

b *Et ideo.*] duo generalia posuit primum circa merum, & mistum imperium, secundum circa ea quæ iurisdictionis sunt: nunc infert ex primo.

c *Exercitationem.*] idest cognitionem, aliàs exercitationem, aliàs executionem: & de maioribus magistratibus dicit.

d *Iurisdictionem.*] hic no. etiam mero imperio iurisdictionem inesse.

e *Huius.*] quod prædicta regula sit uera, sic probat Ac.

f *Fortissimum.*] ideo quia hæc dictio, si, infra posita ponitur, pro, quia; vnde ratione cessante, cessat effectus: vt infra de iur. pat. l. adigere, §. quamuis, quandoque autem ponitur, pro, quamuis. [b] quandoque in vim cōditionis; & tunc hic arg. a contrario sensu sumi non potest. & sic soluitur contra. C. de condi. inser. l. cum patrem: vel speciale ibi, & hic vi conditionis ponitur, quia prauus esset sensus, & quod subijcit, non aliter [c] &c. est a contrario sensu; vel aliter, cauebatur in l. Iul. cognitionem

b Et tunc nō valet arg. à contrario sensu s[ecundu]m Alex. & Ia.

c Reprobatus per Ale.

MAndatam.] CASVS. Primo dicit, quòd delegatus delegare non potest. Secundo dicit, quòd si alicui causa delegatur, imperium mistum vel merum ei non delegatur, sed modica coërtio transit ad eum delegatum, vnde iste delegatus poterit punire illum, qui fuit contumax coram se. Viuianus.

a Neminem.] Nota delegatum delegare non posse: vt hic, & infra de iurisdict. omnium iudicum, l. more. & C. de iudi. l. à iudice, in princip. Sed contra inf. quis, & à quo app. l. lege prima, § fina. sed dic, ibi delegatam vniuersitatẽ causarũ: quo casu vnam ex his potest delegatus delegare, vel quasdam: vt infra de iurisdictione omnium iudicum, l. solet. hic autem tantum vna, vel certæ causæ erant commissæ. Item contra infra de iudic. l. cum prætor. §. j. sed speciale in legato proconsulis. Item contra. C. de iud. l. à iudice, in fi. sed ibi speciale.

b Etiam imperium.] non dicas merum vel mistum imperium: licèt hoc quidam dicant: quia illud delegari non potest: vt supra eodem, l. 1. & respon. sed modicam coërtionem, ut statim supponit infra de iurisdictione omnium iudicum, l. magistratibus, in fine.

1 † Fl. coërtione.

* Assessoribus salaria instituit Imper. Seuerus, quanuis sæpe dixerit eos esse promouendos qui per se Rempublicã gerere possent, non per assessores, & vnumquemque hoc agere debere, quod notat Lamprid. in eodem. Idẽ Plato. dialogo. 2. de legi.

* Assessorum materia ordinate & copiose positã habes in Reper. tra. in lit. A. in ver. Assessor.

* Non tantũ in subscriptio ge. l. 2. C. eod.

Iudex delegatus non delegat, modicam tamẽ coerctionem habet.

Paulus lib. 18. ad Plautium.

L E X V.

MAndatam sibi iurisdictionem mandare alteri neminem posse, a manifestum est. Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium, b quod non est merum, videtur mandari; quia iurisdictio sine modica coërctione 1 † nulla est.

TITVLVS XXII.

De officio assessorum. *

Paulus libro singul. de officio assessorum.

L E X P R I M A.

OMne officium assessorum, * quo iuris studiosi c partib⁹ suis funguntur, in his ferè d causis constat: in cognitionibus, e postulationibus, f libellis, g edictis, h decretis, i epistolis. K *

banna: quæ ponuntur consilio assessorum.

i Decretis.] scilicet specialibus in causa vna, scilicet vt permittatur alienatio, vel non, vt in personis minorum: ipse tamen præses debet authoritatem præstare, & subscribere: c vt C. eod. l. 3.

Mart. li. 1. de iudicijs publ.

L E X II.

LIberti 2 † assidere possunt: l infames autem licet non prohibeantur legibus assidere, attamen arbitror (vt aliquo 3 † decreto principali refertur constitutum m) non posse officio assessorum fungi. n

Macer. li. 1. de offi. præsidis.

L E X III.

SI eadem prouincia postea diuisa, sub duobus præsidibus constituta est, velut Germania, Mysia: ex altera ortus, in altera assidebit: o nec videbitur 4 † in sua p prouincia assedisse.

Mortuo præside ante finem officij sui, aßeßori salarium pro toto tempore officij debetur, si operas suas alteri non locauit: secus si aßeßor fuerit sua culpa remotus, vel præses propter culpam aßeßoris ante finem officij, hoc dicit secundum varias lecturas. Alex. de Im.

K Epistolis.] iudicibus alterius prouinciæ mittendis: maximè pro exequendis sententijs. secundum Azo. Item, vt testes recipiantur, ut sibi cautè remittantur: vt in Authen. de testi. §. quoniam. col. vij. Sed an iudicare poterit in causa in qua est assessor. Respondeo, non. d nisi fuerit ei delegata causa: vnde si est talis quę delegari non possit, ipse præses tantum iudicabit. vt C. eo. l. 2. & in Authen. de iud. § j. col. 6.

l Liberti possunt.] & aduocare: vt C. de postu. l. ij.

m Constitutum.] vt C. de digni. lege. neque.

n Fungi.] sed arbiter esse potest: ut infra de arbit. l. pacui. Et sic no. hic, quòd vbi lex non distinguit, tamen nos distinguimus, sic infra. de testa. l. quæsitum. Argumen contra supra de offic. præ. l. 3. in fine.

ADDITIO. Pro solutione huius contrarij, vide quæ dixi in dicta l. 3. in gl. finali.

c Hoc tamẽ de cõsuetudine nõ seruatur. Bart.

2 † Alias, libertini.

3 † Fl. aliquo quo.

d Sequit̃ gl. Bar. & la. q̃ nõ hẽt iurisdictionẽ ordinariã neq; delegatam.

SI eadem.] CASVS. Ita pònas exemplum, Anglia & Gallia fuit diuisa in duas prouincias, & sub duobus præsidibus constitutæ, nam Anglia & Gallia fuit vna terra ab initio, nunquid ille qui natus erit ex parte prouinciæ diuisa, poterit assidere in alia parte, idest nunquid Anglicus poterit assidere in Gallia, & econtra? Et Respond. quòd sic, licet quis in sua prouincia non possit assidere. Viuianus.

o Assidebit.] sed in sua nemo assidere potest, nisi quatuor mensibus: & tunc cum permissione principis, aliàs duriter punitur, ut C. eo. l. in consiliarijs, & infra quib. ex cau. ma. l. hi qui, & l. si cui.

p In sua.] sua tamen fuit inspecta origine, propter quod in vtraque videbatur prohiberi assidere, sed non est ita secundum Azo. & sic nota quod non inspectamus originalem causam, quod istæ duæ fuerunt una, sed accidentalem, sic supra de orig. iur. l. 2. § qui & ipsi animaduerterunt. Argumen. contra infra de postulan. l. 1. §. oestias.

ADDITIO. Tu dic, quòd sumus concor. secundum la. hic.

DIem.] CASVS. Præses Prouinciæ decessit, qui habebat assessores, nunquid habebunt assessores salarium totius? Et respond. quòd sic, nisi esset ei subrogatus: cum alio loco poterit demorari. Sed pone, quod assessor fuit deiectus per culpam suam de assessoria propter malam famam: (quod mihi uerum non uidetur) nunquid habebit salarium residui temporis? Respond. quòd non. No. circa potestates terræ, nam qualibet terra eligit sibi potestatem: & ei certum salarium constituit, & de salario illo debet satisfacere assessori, quem secum tenet.

D E O F F I C I O A S S E S O R V M.

Assessores, non sunt magistratus, sed consiliarij, & comites magistratuum vrbanorum, vel prouincialium, vel quibus hi mandauerant suam iurisdictionem delati ad ærarium, vel in commentarium principes, inter eos qui salariati fuerunt de publico, vel consiliarij iudicum a principe datorum, vel procuratorum Reipublicæ nam & hi iudices erant, Cuiacius.

OMne officium Studiosi.] id est assessores.

d Fere.] hoc ideo, quia aliàs eius, scilicet præsidis occupationes adimplent, præter infrascriptas: vt in Auth. de iudic. colum. sexta, §. j. ibi, nostris enim &c. Accursius.

e Cognitionibus] scilicet causarum ciuilium & criminalium, quid iuris esse debeat: ut ei cui assidecin[illegible] Azo.

f Postulationibus] ut uideat an sit infamis, q. postulat, vel non, ut infra de postu. l. quos prohibet, item uel eum interroget, & ei opponat ad ueritatem inquirendam, & cum tacere faciat quando sibi uidebitur: ut infra de his quæ in teste delent l. proxim. circa fin. & seruet ordinem postulatorum: ut sup. de officio procon. l. nec quicquam. §. obseruare. Accursius.

g Libellis] conuentionalibus recipiendis, si bene concipiantur, vel male, b ut respuat, uel non recipiatur de in illicitatur C. nemo pri. l. fi. in fi. Azo.

h Edictis.] scilicet generalibus in communi totius ciuitatis, & in omnium personis, secundum Azo. ut sunt

e No. glo. q̃ [illegible] pot in[illegible] tempo[illegible] [illegible] e ffi[illegible] [illegible] aduoca[illegible] [illegible] mo[illegible] oppo[illegible] nit la.

b l è B. P. Lauc. & la.

1 † Fb. li 4.
* Tu dic verius, comitib⁹ i. iurec. q tūc sine pecunia datione sūma ru magistratuū cōsiliarij erant Cont.
* Repetita est i l. sed addes, q̄ra ist. 19. inf. locati.
2 † Fi. a legatis.
3 † l fuerūt.
4 † Fl consiliaris. qd positū videtur ꝑ cōsiliario vt ꝑ tertiam declinationē inflectatur, pinde etq. consularis & vi. l. 1 9. 8. & vlt. inf. hoc vbi ad verbū repetitur hoc caput Alciat. d. 4 disp. c. 10
5 † Fl assidēt.

Papinianus libro xxxj. 1 † responsorum.

LEX IIII.

Diem cuncto * legato Cęsaris, a salarium comitibus b residui temporis, quod legatis 2 † c præstitutum d est, debetur: modo si non postea comites cum aliis eodem tempore e fuerint. 3 † Diuersum in eo f seruatur, qui successorem ante [illegible] us accessit.

Paulus li. 1. sententiarum.

LEX V.

Consiliariis 4 † g eo tēpore quo assident, 5 † negotia h tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est: in alienum autem non prohibentur. 6 † i

Papinianus lib. 1. responsorum.

LEX VI.

In consilium 7 † k curatoris Reipublicę l vir eiusdem ciuitatis assidere nō prohibetur: quia m publico salario non fruitur.

Finis Primi Libri.

a *Legato Cęsaris.*] id est præside prouinciæ: vt supra de offi. præsi. l. pen. Azo.

b *Comitibus.*] id est assessoribus, de quibus hic titulus tractat.

ADDITIO. Tu dic melius secundum Ange. & Io. comitibus, id est omnibus qui cum eo vadūt ad sibi ministrandum. *

c *Legatis.*] quidam libri habent, a legatis: & dic præstitutum, idest præstandum: & tunc plana. Alij habent, legatis, sine à: & tunc subaudi, à: vel de ipsis legatis præstandum erat pro se & suis assessoribus.

d *Præstitutum.*] id est præstādum: & sic duo dicit, s. comitibus legati dandum, & hæredibus legati, sed contra. C. de aduo. diuer. iudi. l. petitionem. §. quando autem fisci. sed dic non dari heredibus patroni fisci ratione aliorum annorum, sed illius sic quo moritur: vt C. eod. l. [illegible] duos, & ita etiam est hic, vel dic omnia plana, s. quod iam erat præstitutum. Accur.

e *Eodem tempore.*] post mortem legati: sed quid si nō fuit, sed esse potuit cum a[l]io? dic perinde ac si fuisset, secundum Io. & facit infra loca. l. sed addes. §. fi.

f *In eo.*] scilicet assessore: vel dic scilicet legato. a vt assessor nihil habeat: erit tertio, quia præsumitur legatum depositum propter culpam assessoris: vt arg. inf. tit. 2. l. 2. Vel dic econtra, s. legato: vt totum salarium debeatur comitibus, & indistinctè quando legatus propter suam propriam, & euidentem culpam fuerit remotus.

a Vtraque lectura est bona s̄m Bart. Ale. & Ia. & secūdū istas duas lecturas referas istū versi. ad principiū legis.

Consiliariis.] CASVS. Iudex potestatis Bononiē. cum assideret, tractare negotia sua coram se non potest, coram alio potest: quia assessor non debet postulare in ea causa, in qua fuit assessor.

g *Consiliariis*] id est assessoribus.

h *Negotia.*] eorum pro quibus aduocare volunt. Accur.

i *Non prohibentur.*] scilicet tractare tanquam aduocatus: sed hodie nec in alieno: quia necdum &c. vt C eo. l. fin.

In consilium.] CASVS. Hęc lex dicit, quòd potest quis esse assessor, & procurator in terra sua, quamuis alius in terra sua assessor esse non possit: iste assessor procuratoris Cæsaris habet salariū ab ipso procuratore, nō à republica illius ciuitatis: puta Imperator mittit aliquem Bonon. vt de aliqua causa cognoscat inter eum, & priuatos: nunquid poterit habere Bononiensem assessorem, quæritur? & dicitur quòd sic.

K *In consilium curatoris*] id est procuratoris: vt C. de modo mulcta. l. curator.

ADDITIO. Glo. & communiter Scriben. intelligūt curatorem Reipub. idest procuratorem fisci, vel Cæsaris: quod est violare tex. ideo Paulus rectius sēsit curatorem, idest administratorem Reipub. Item glo. sequens ponit rempublicam & fiscum pro eodem: b de quo per Bart. & doct. in rub. de iure fisci. lib. 2. C.

l *Republicæ*] id est Cæsaris. Vel dic etiam fisci. Accursius.

m *Quia publico salario.*] quasi dicat damnum respublica illius ciuitatis non habet, cum salarium non præstet? sed ipse de bursa sua. c Item est & alia ratio, quia sibi inuidere sui conciues non possunt: nec enim ciuium agit negotia, sed inter fiscum & priuatum: quæ negotia raro eueniunt, vnde parum amicis prodesse, & inimicis nocere potest: item patrimonialia gerit negotia. Alij dicunt, d quod gratis seruit, vnde difficulter aliunde illuc traherentur, & ideo de illa ciuitate haberi permittitur secundum H. aliàs non: vt diximus supra eodem, l. si eadem.

6 † Fl prohibetur.
7 † Consilio.
b Et malè: qm̄ vt docet Pyrrhus in l. j. de iure fisci. lib. 10. C. magna ē inter rēpu. & fiscū differētia.
c Sequitur glo. Bart.
d Idē Lancelo. & Ia.

Finis Primi Libri.


Merum 3.
Imperium 2.
Iurisdictio 1.
Iurisdictio simplex 17.
Maxima 18.
Paruum 7.
Mistum. 10.
Parua. 21.
Paruum. 14.
Maximũ 4.
Maior. 19.
Minus. 8.
Maximũ 11.
Minor. 22.
Minus. 15.
Magna. 20
Maius. 5.
Maius. 12.
Minimũ. 9.
Minimũ 16.
Minima. 23.
Magnum 6.
Magnũ. 13.
BOR IVRISDICTIONV

DEFINITIONES ET DECLARATIONES IVRISDICTIONVM.

1 IVrisdictio, in genere sumpta diuiditur secundum Pet. & Bar. in duas species (reiectis opinionibus glos. in l. imperium, ff de iurisd. om iud. & Doc. aliorum) scilicet in imperiũ, & in iurisdictionem simpliciter sumptum. Ideo opere pretium duxi nonnullas hic subijcere declarationes seu potius definitiones ad huius arboris, vel diuisionis iurisdictionum notitiã. Et primo, quid sit iurisdictio. Est autem iurisdictio in genere sumpta, ptãs de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. Glo. & in Bart in l. 1. ff. de iurisdict. om. iud. glo. in auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. in glo. mag. circa med. coll 4. idem Bartol. in d. l imperium, & ibi Ias dicit, quod si verba dictæ definitionis proprie intelligantur, non est opus ad dictam definitionem aliqua supletione (prout facit Bartol) imo verissima & perfecta est, vt ibidem latè per eundem. Et dicitur iurisdictio a iuris & ditione, quod est potestas, vt institut. in proœ. § quorum, in versicu. ditioni. & in l. 2. C. de lib & cod. libe. sic dicitur iurisdictio quasi iuris potestas.

¶Circa ista quæro de quæstione vtili. Princeps concessit alicui iurisdictionem, nihil aliud addẽdo, vtrũ de hoc videtur concessisse merum & mix. imp an tã tummodo iurisd. in specie sumptam? Ang. & Ias. in d. l. imperium. in 6. coll. dicunt (licet communiter Doc teneant contrarium) quod princeps concedendo iurisdictionem, concedit tantum simplicem iurisdictionem, & non merum & mixtum imperium: nisi princeps concessisset plenissimam iurisdic quia in tali superlatiuo censetur concessisse merum & mixtum imperium l si in aliquam. §. cum plenissimum. ff. de offi procon & leg. idem & si per verbum, omnimodã, gl in cle. j in verbo, omnimodã, de foro cõpe.

2 ¶Imperium est iurisdictio, quæ officio iudicis nobili exercetur: & ponitur in definitione iurisdic. pro genere: & verba officio iudicis nobili, ponuntur ad differentiam iurisdictionis simplicis, quæ exercetur officio iudicis mercenario. Et quia hæc definitio cõstat ex genere & dfia, ideo est bona, Bart. in l. 1. ff. de test. Et dicitur imperium, quia ex imperio & authoritate iudicis procedit, & non ex aliquo iure quod resideat apud partem. Bar. in d. l. imperium. Et diuiditur imperium in merum & mixtum.

3 ¶Merum imperium, est iurisdictio, quæ officio iudicis nobili, vel per accusationem exercetur, publicã vtilitatem respiciens. Et dicitur merum quod est purum & simplex, & cum nullo alio mixtum, l. qui res, § mihi Romæ, in parua gl. in uerbo, merum, ff de solu. & instit. de diuisio stipu §. prætoriæ. Et diuiditur secundum Bar. in sex gradus, vt in hac figura patet intuenti licet Ias ponat tantum quatuor gradus, & melius: quia, secundum eundem, maius, & magnum constituunt tantum unum gradum, & paruum & minus constituunt tantum vnum.

4 ¶Maximum, est condere legem secundum Bart. & alios in d. l. imperium, aliud exemplum, congregare Concilium generale, secundum Inn. in c transmissã. de elec. patet, quia solus Papa potest congregare, gl. in c, quod translationem, de off. leg. & in c. sicut vnire de excef. præl. & deficiente Papa posset collegiũ Cardinalium, secundum gl. in c si duo 79 dist Bald. in c. olim ex literis, de rescr. ubi subdit, quod nec imperator, nec res Franciæ possunt facere congregari Concilium Aliud exemplum, publicare bona delinquentis, contra auth bona damnatorum, C. de bo. dã. quia est de reseruatis principi: & sic meri imperii maximi. Bal. in c j. in princ de pac te in vsi. feu.

¶Maius, est adimere vitam corporalem & particularem: habereque gladii ptãtem in animalibus ratione pollentibus. gl. in d. l. imperium. & etiam irrationalibus tex. est in c. mulier 15. q 1. & etiam animaduertere in corpus inanimatum gl. est magistralis insti. de hær. quæ ab intest. defer. §. per cõtrarium. plenior, gl. in l. ex iudiciorum, ff. de accu. & in casu quem ponit gl. fin. in l. 1. ff. arb. for. cæl.

5 ¶Magnũ est, imponere penã per q̃ amittatur ciuitas, vel deportatio cõstituatur. gl & Bar. in d. l. imperiũ, sed secundũ Ias, ibi iste gradus cõtinetur sub pcedenti: & ambo non constituunt nisi vnum gradum.

6 ¶Paruũ, est relegare, gl in l. nulli, C. de sent. & interloc. om. iud & in §. relegare. Instit. q b. mod. ius pat. pot. sol & flagellare, imo omnis pena corporis afflictiua est istius gradus, l. si q d erit, ff de off pconsul.

7 ¶Minus, est modica coercitio, 1† quæ competit omnibus magistratib. ut in l. magistratibus. ff. de iurisd. om iud. & cognoscere de leuibus criminibus, l. leuia, ff. de accu. & illud membrum cum præce unum tantum faciunt membrum: & sic proprie non faciũt nisi quatuor species meri imperii, secundum Ias. in d. l. imperium. 12. col.

1† Alias etiam

¶Minimum, est per quod mulcta pecuniaria imponitur. l si C. de modo mulctarum, in l j. cum ibi not. ff. si quis ius dic. non ob temp l. 2. C. de sportu.

8 ¶Mixtum imperium, est quod officio iudicis nobili exercetur, priuatam respiciens utilitatem. ita Bar. in d. l imperium. & cõiter moderni approbant. Et dicitur mixtum, quasi ex diuersis constitutũ, s. ex imperio & iurisdictione gl. in d. l imperiũ. Capit. n. ab imperio partem, eo quod off iud nobili expedit. Capit aũt a iurisdõne partem, q a priuatam utilitatẽ respicit. Et sic no quod illud dicitur mixtum qđ participat de duobus vel pluribus. Et quæ sit dfia inter mixtum & confusum, uide per gl. in l. idem Pomponius. § sed si plumbum, in ver. vtraque. ff de rei ven. Et diuiditur etiam secundum Bar. in sex gradus, vt in figura arboris. Sed dic melius secundum Iaso. qđ tantum diuiditur in tres, vt infra patebit.

9 ¶Maximum, est quod soli principi competit, actus voluntarios concernens, de quo in l. 2. C. de his qui ve. æta. imp l. 2. C. de emancip. lib. in auth. quibus mo na. effi. sui coll. 6. & illud cum sequenti gradu debet simul adiungi.

¶ Maius est cognoscere de supplicatione aduersus sententiam latam ab eo a quo non potest appellari, quod soli principi & præfecto prætorio conuenit, l. 1. C. de sent. præfect. præto. authen. quæ supplicatio,

plicatio,

plicatio.C.de precibus Imper.offer.

10 ¶ Magnum,est cognitio earum causarum, quæ important plenam causæ cognitionem & coërctionem realem, vel personalem, vt mittere in possessionem ex secundo decreto, restituere in integrum, expellere aliquem de possessione re ipsa, hæc probantur in l.ea quæ.§.magistratibus, infra ad municipales & istud membrum cum sequenti debet simul iungi, secundum Ias.in d.l.imperium. Ne autem in concinnè paruũ magno coniungi videatur, animaduertendũ est magnum in suo genere ἀντὶ ἐξοχὴν dici.

11 ¶ Paruum,est cognoscere de causis, quæ habent plenam cognitionem, licet non habeat coërctionẽ realem vel personalem: vt dare bonorum possessionem, quæ tribuit ius, pronunciare aliquem mittendum in possessionem ex secundo decreto, interponere auctoritatem in alienationibus, & transactionibus alimentorum. Et ista quatuor membra mixti imperij non possunt delegari.l 4 § 1.versi. duas. ff. de dam. infec l nec quicquam, § vbi decretum. ff. de offic.procon.

12 ¶ Minus,est dare bonorum poss ex edicto Carboniano, in poss mittere, summarie cognoscendo: & sic omnia requirentia causæ cognitionem tantũ summariam, sunt istius gradus, & possunt delegari. l cognitio.§ vt possessio ff.de offi.eius cui man.est iurisdi. sic iste gradus cum seq.sub eodem comprehenduntur: & sic proprie non sunt nisi tres gradus mixti imperij, secundum Ias in d.l.imperium.

¶Minimum,est eorum quæ expediuntur absque causæ cognitione: vt interponere auctoritatem manumissioni, & emancipationi, competuntque ista iure magistratus: & sic sunt delegabilia l.2.in prin.ff. de offi.eius cui mand.est iurisdi.

13 ¶ Iurisdictio simplex,est quæ officio iudicis mercenario expeditur, priuatam vtilitatem respiciens. Bar.in d l.imperium. Et diuiditur etiam in sex gradus, sed melius secundum Ias.in tres: vt patet per ea quæ infra dicentur,

14 ¶ Maxima,in qua vertitur res magni præiudicij, vt causæ status, ingenuitatis, & libertinitatis, l. placet C.de peda.iu.vide Bal.in c edoceri.de rescri. quod negotium arduum dicitur, in quo agitur de statu, & idem in c.ex ratione.de appel. quod omnis causa famosa est, quando agitur de fama hominis, & tunc dicitur ardua.

¶Maior,est quando ex causa descendente ex delicto quis fuit condemnatus ciuiliter, & quia nõ habet in bonis, luat in corpore l.quicumque.C de ser. fugit. Et cum sit q̃dam executio, non potest delegari, secundum Bar.in l placet.C de peda iudi. vbi dicit hos duos primos gradus proprie facere vnum, quamuis in d.l.imperium, dicat duos esse gradus distinctos:

15 ¶ Magna,vt est vltra trecentos aureos, & non potest delegari.§.& iudicare.in Authen.de defen ciui. collat.3.nisi propter occupationes, vel longam absentiã.in l. placet.& ibi Bar.C de peda.iud.& Ang. in d.l.imperium.

16 ¶ Parua,à trecentis aureis infra: & illa potest delegari indistinctè, tex.est in l.imperium, in fi & isti gradus cum præcedenti possunt simul iungi.

¶Minor & minima, quæ dicantur, remittendum est arbitrio iudicis, cũ non sit à iure determinatum, per regulam legis primæ §.fi.ff.de iure deli. & hæc duo computari debent pro vno: & sic proprie non sunt nisi tres gradus iurisdictionis simplicis, secundum Bar.in dicta l.placet.& dicta l imperium.quãuis Bart hos sex gradus hic prosequatur.

¶Quædam sunt, quæ possunt esse meri imperij, & iurisdictionis simplicis, diuersis tamen respectibus. Primò, tortura, quando aliquis torquetur ad pœnam, est meri imperij.& si in criminalibus imponatur ad veritatem eruendam, est meri imperij, secundum Bar.in l.interdum, 1.§.qui furem, ff.de fur.si imponatur in ciuilibus, quia testes vacillant, est iurisdictionis, in auth.de testibus, §. si verò ignoti, colla.7. Secundo, leuis coercitio, quæ imponitur ad pœnam leuis delicti, est meri imperij: & sic in ciuilibus contra contumacem est simplicis iurisdictionis, secundum Ang.& Ias in d l.imperium. Tertio, incarceratio, quæ fit de iure canonico ad procedendum delictum, est meri imperij, alias est simplicis iurisdictionis, secundum Guliel. Alber.Bald Saly.Ale. & Ias.in d.l.imperium licet aliter Bar. in secunda specie meri imperij Quarto excommunicatio, quæ ex publica causa imponitur contra rebelles vel contumaces, est meri imperij: sed ad instantiam partis concessa, est simplicis iurisdictionis, secundum Pan.in c.cum contingat.col.5.de foro comp. Quinto appellatio in causa criminali est meri imperij: in ciuili est iurisdictionis, uel mixti imperij. Et hæc sufficiant ad materiam præcedentis figuræ.

Materiam arboris iurisdictionum prosequere, vt per Guil.Luner.T.3.Tract.Par.1.f.18.
Secundum Venetam editionem nouissimam.

DE IVRISDICTIONE OMNIVM iudicum.

Hactenus per singula de officiis locutus est, designando quod proprium officium cuiusque sit: nunc communiter de omnis iurisdictione dicit. Sed quia est differentia inter hunc titulum & illum sup. de officiis, cum & ibi tam de ordinariis, quam de delegatis tractetur? Respondeo, ibi principaliter tractatur de iure delegantis, quod contrahitur ex ipsa delegatione ordinaria vel delegata iurisdictionis: hic iurisdictionis, quam habet in delegando: hic in cognoscendo: vel hic generaliter de omni virtute iurisdictionibus, quasi hoc genus, ibi species: vel ibi de delegato principaliter. Vel dic hic apertius, supra dictum est separatim de iurisdictione ordin. & delegati: nunc communiter. Accur.

DIGESTORVM, seu Pandectarum.

Liber Secundus.

TITVLVS I.

De iurisdictione omnium iudicum. 1†

Officium iudicis est genus generalissimum, continens omnia, quæ possunt expediri per iudicem.

Vlpianus libro j. regularum.

LEX PRIMA.

e S*Olet. Morte.*] Primò ponit exemplum de morte, vt in furti actione, quæ moritur cum fure, & de actione legis Aquiliæ, quæ moritur cum dante damnum: vt Insti. ad legem Aquiliam. §. his autem verbis. & idem de actione iniuriarum pro iniuria atroci, vel non atroci: hæc tamen tempore tollitur, vt C. de iniurijs. l. si non conuitij. & idem de actione in factum, quæ datur in quadruplum pro eo, quod de incendio, vel similibus raptum est: sed hæc tempore tollitur, vt subijcit, & infra de incend. ruin. naufra. l. prima. Item secundum quosdam similis est actio, quæ pro mortuo inferendo proponitur: vt infra de relig. & sump. fune. l. liberum, in fine. Item nota quod dicitur de morte, potest etiam intelligi de morte rei debitæ: vt quia erat bos, vel simile, cuius interitu reus liberatur, vt i. ff. de verb. oblig. l. si ex legati. de tempore autem dicit, vt quia dies actionis exit. Sed quid hæc lex adijcit primæ in §. fi. Respond. hic morte, & tempore: ibi tempore tantum & facit ad hoc infra de iure delib. l. Aristo. ait. §. fi. & l. ait, §. fi.

f *Rate.*] fluuiali.

g *Naue.*] marina.

h *Dicuntur.*] scilicet aliqui.

i *Item si res.*] actio in rem.

K *Actionis.*] scilicet personalis.

l *Quicquid.*] hoc est aliquid.

m *Nundinarum.*] Puta accepit pecuniam à vicinis, vt suum itu nentum non portaret, vt alij carius venderent, & sic incidit in l. Iul. de anno. vt infra, ad legem Iuliam, de anno l. 2.

P*Ræsides.*] CASVS. Potestas Bononien. debet procurare, vt feriæ obseruentur, & debet indicere eas, sicut olim est statutum ab antecessoribus eius.

a *Statuere.*] sed videntur, quòd non possint, vt C. eod. l. à nullo. quæ est contra, sed dic statuere, idest statuta antiquitus indicere. sic supra de officio procons. l. si in aliquam. §. & ferias.

P*Ridie.*] CASVS. Hic dicitur, quòd per duos dies ante terminum magistratus sui non debet ius reddere, nec sui potestatem facere. Viuian.

Idem libro 1. ad edictum.

LEX IIII.

PRæsides prouinciarum ex consuetudine cuiusque loci solent messis, vindemiarumque causa, tempus statuere. a

Vlpianus li. 62. ad edictũ.

LEX V.

PRidie o calendas Ianuarias magistratus, nec ius dicere, sed nec sui potestatem facere consueuerunt. p

Idem libro 77. ad edictum.

LEX VI.

SI 7 † feriatis diebus fuerit indicatum, lege cautum est, ne his diebus iudicatum 8 † sit, nisi ex volũtate partium: q & quod 9 † aliter aduersus ea iudicatum 10 † erit: ne quis r iudicatum facere, s neve soluere debeat: t neve quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.

7 † Alias si.

8 † Fl. iudic.

9 † Si aliter.

10 † Fl. iudicatum.

Post primam dilationem alia dilatio non est danda, nisi causa cognita, hoc dicit. Bart.

o *Pridie.*] idest præcedenti die calendas: quia tunc claudebatur veterũ magistratuum iurisdictio, & nouorum incipiebat, licèt prius eligerentur: vt infra de conditionibus, & demonstrationibus. lege Publius. Hodie tamen ante aduentum successoris duob⁹ diebus deponit cingulum: vt in Authentico, de administratione rectorum, in fi. col. lat. 7.

p *Consueuerunt.*] scilicet si præsens successor fuit ei suffectus: alioquin possent etiam post calendas: vt supra de offic. pro. cons. l. meminisse. Sed alia est ratio quare hoc esse non potest: nam die natiuitatis domini & septem præcedentibus & septem sequentibus non potest, sicut in resurrectione Domini dicitur, vt argumento C. eodem, lege, omnes. sed dic, quòd non ita fortè est in natiuitate, sicut est in resurrectione, vt ibi dicitur. Vel dic, quòd tempore huius legis Christus nõ venerat in virginẽ. * vel ibi de resurrectione, hic de natiuitate. prima placet. Accursius.

* Virginem. Ni fallor errat Acc. nã Vlpianus author hui⁹ l. fuit cõsiliarius, & scrinij magister Alex. Seueri, vt dicit Cato. Cotta de iurisp. & Alexan. fuit Christian⁹. vt dicit Egnatius. Roma. princ. li. 2. in eius uita.

S*I feriatis.*] CASVS. Sententia lata feriatis diebus non valet: nec aliquis ex ea tenetur illi obedire, nisi partes aliter statuant consentiendo iudicari.

q *Voluntate partium.*] sed an idem in ferijs in honorem Dei statutis, quod hic in ferijs vindemiarum, & messium dicitur? Respond. non, vt infra de arbitris l. idem Pomponius. §. ex compromisso, & l. si feriatus quæ est contra, quia legem superioris tollere nemo potest, vt infra de arbit. l. nam magistratus.

ADDITIO. Pro declaratione huius glos. dic secundum Baldum, quòd per statuta, & consuetudines locorum possunt feriæ indici, & indictæ tolli: quia decretalis dicit, quòd etiam in ferijs ad honorem Dei seruantur consuetudines, & statuta locorum, vt extra de ferijs, capit. Capellanus. & hoc tangit Odoffre. supra eod. l. pridie.

r *Ne quis.*] scilicet reus.

s *Facere.*] si est in faciendo.

t *Soluere debeat.*] hoc tantum ad litigantem, & quod subijcit, quo ad iudicem exequentem.

O*Ratione.*] CASVS. Hic dicitur, quòd in causa ciuili tantum vna datur dilatio, scilicet gratia instrumentorum exhibendorum: nisi necessitas interueniat: tũc enim plures dantur. Secundo dicit, quod si impetraui dilationem, & decessi, nunquid hæredi meo dabitur dilatio? Et respond. quod etiam hæredi meo dabitur, causa tamen cognita. Viuian.

Bernel.]

a *Semel.*]& quod hic de instrumentis dicit, acci pe large, vt infra de fide instr.l.1.& de verbo.signi.l.notionem, §. instrumentorum.

b *Et iterum.*]quod significat quoties opus erit, vt infra ti tulo primo,l.veluti,§.1.

1† *Flor. deest um.*
2† *Flo.expressum.*
* *Ne quod cō cessio maxime secūda dilationi. debet fieri cum causa cognitione vi.Alex in l. § inf.e.& ad de quod dicit Bol.in leg.1. supra si quis tam.in suis interpretationibus.*
3† *Impetrari.*
4† *Flor deest, est.*
5† *Flor.hic.*
* Adde,quod dies ecclesie considerat, vel quātum ad indulgentias,uel quo ad diuina officia,uel quo ad collationes ordinū, uel quo ad esum carniū, uel quoad obseruationē treugue, primo modo icipit ab vno vespere in aliud.c.fi. §.adiicim°, de sent. exc. in 6.cle.j de reli. & uen. sanc. in fi.& idem quoad officiu.iuxt. illud Ge.2. Ex.16.& 20. Leui 23. Num 28. Deu.5. in hoc tamen seruari loci cōsuetudinē dicit te.ium. gl.in c.2. de fer. Tertio modo incipit ab ortu solis usque ad occasum, c.literas.16. glo.de tem.ord. Quarto modo incipit post cœnam.de con se.dis 3.c.esurcuniū. Quinto modo incipit in ortu solis ca.1.de tr. & pace. gloss. c.a.de ka.

c *Moderamen.*] vt si est ex eadem prouincia,dentur tres menses: si ex contigua, sex, quæ transmarina ix. vt C. de dilatio.l.prima. sed contra,j.l.fi.Sol.vt ind.

Idem libro 1.de officio proconsulis.

LEX VII.

ORatione quidem diui Marci, amplius quam semel a non 1 † esse dandam instrumentorum dilationem 2 † comprehensum est: sed vtilitatis litigantium gratia,causa cognita † iterum[b] * dilatio tam ex eadem,quam ex alia prouincia, secundum moderamen c locorum, impertiri 3 † solet: & maxime si aliquid inopinatum emergat. d

¶Illud videndum est, 4 † si defunctus aliquam dilationem acceperit propter instrumenta, an successori quoque eius dari debeat:an verò quia iam data est, amplius dari non possit?& magis est, vt & huic e 5† causa cognita dari debeat.

d *Emergat.*] quæ enim de nouo emergunt, nouo auxilio indigent,ut infra de interroga.actio.l.de ætate,§.ex causa, & infra de vent. inspiciendo §. prima. in principio.

e *Et huic.*]sic & si iudex dederit omne edictum, adhuc eius successor debet unū edictum dare, vt infra de iudic. l. edictum.

MOre.]CASVS. ita ponitur hic casus, vt stat in litera: quia dies incipit in media nocte, & in medietate sequētis noctis finitur: & quod in ista media nocte fit, uidetur in die. Viuia.

f *More Romano.*]Nota Romano nam Athenienses abocca.su:Babylones ab ortu:Arabes à meridie quod est nimis absurdum:vt Marcus Varro in libro rerum humanarū secundum Ioann.& hic loquitur de die natura i, qui habet vigintiquatuor horas,ut dicunt philosophi, & innuitur inf. ad leg. Iuliam,de adult.l.capite.& infra de vsucapio l.ideo quæ.artificialis autem incipit à mane vsque ad uesperas secundum Romanam ecclesiam:ut in Psal. vel Hymno beati Ambrosij, Lucius creator,&c.ibi:Qui mane iunctum vesperi diem &c.& in principio veteris testamenti: Et factū est vespere,& mane dies vnus. Item illud: dies est sol. lucens super terram. *

g *Lucis.*]idest diei artificialis:& ponit Ioan.exemplum cū quis habuit dilationem a iudice,ut posset se etiam media nocte præsentare,uel dare pignora in communi,& similia sicut de facto uidemus:& sic facit ad titul.de dilatio. Secus in contractibus,quia ibi tacitè agitur,vt soluatur in die:ergo habendum est pro expresso:ut infra si cer. pet. l.cum quid. Item secus in sententia,quæ de die ferri debet: ut in Authen.de iudic.§.sedebunt,collatio.6. Sed quidam exponunt,sedebunt ex necessitate vsque in vesperis. Si autem generaliter uelis legem hanc intelligere, multa sunt exempla:vt C.de transact.l non minorem, & infra de milit.l. ad testium,§.post e. Item in omnibus his,quæ complentur si tangatur aliqua hora ultimi diei,vt infra de testa. l.qua ætate,& infra de manu.l 1.& infra de usuc. l.ideoque, & de diuer.& temp præscr. l.in vsucapione,in princ. Item econtra in illis in quibus quæritur tempus de momento ad momentum,ut infra de minor.l.3.§.minorem,& infra de ac. & oblig.in omnibus.

DIuus]C A S V S. Verum quis possit militare die feriato; & respond.quod sic, & potest inquiri, de personis etiam custoditis in diebus feriatis, causas uero agitari feriatis diebus non licet in pecuniariis, si ciuiliter aduersus te agam,mea dilatio mihi datur: hoc est in causa ciuili pro qualibet mea necessitate dabitur mihi una dilatio sed si accuso te criminaliter, mihi tantum duæ dilationes dantur,tibi uero tres dilationes dantur pro singulis necessitatibus.

h *A forensibus.*] idest ab ijs, quæ fiunt in foro ubi redditur ius,sic accipitur & C.de fide instrumento.l. comparationes.

Paulus lib.13.ad Sabinum.

LEX VIII.

MOre * Romano f dies à media nocte incipit,& sequentis noctis media parte finitur.ita quicquid in ijs vigintiquatuor horis, idest,duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est,perinde est, quasi qualibet hora lucis g actū esset.

Negotia militaria possunt quolibet tempore expediri. Bart.

Vlp.lib.7. de officio procon'

LEX IX.

DIuus Traianus Minitio 6† Natali rescripsit, ferias a forensibus h tantū negotiis dare vacationem:ea autem quę ad disciplinam militarem i pertinerent,etiam feriatis diebus peragenda:inter quæ 7† custodiarum K quoque cognitioné esse.

Dies incipit à media nocte,& alia media nocte finitur.h.d.Bart.

Paulus lib.5. Sententiarū.

LEX X.

IN pecuniariis l 8† causis omnibus 9 † dilatio

i *Militarem*]armatam, uel inermem, vt legalem: & sic scholares scribere, vel legere possunt: ut argu. C.de aduoca.diuers.iudi.l.aduocati. a

K *Custodiarum.*] vel actiuè legas,ut infra de custo. reor. l.fin. vel passiue,idest custoditarum personarum,ut uideāt,an habeāt,quod comedant,uel qualiter taceant,ut supra de officio procons. l. solent.in prin.& facit infra de publi. iudi. l.custodiar.

l IN pecuniarijs.] hac l. duæ dantur regulæ: prima contradicitur, quia pluries dari debere dilatio videtur.vt j. eo.l.oratione, 2. respon.& C.eo.l.1.ibi & nō facilè ampli° quam semel &c. & inf.de iudic.l.interdum, quæ sunt contra. Sol.secūdū quosdam,prima dat sine causæ cognitione,ut hic. aliæ exqsita cā, vt ll.contrariis: sed hoc non valet: quia nulla sine causæ cognitione datur,ut C.eo.l.1 in fi.& l.a procedente, in fin. est enim materia dilationum amputanda:vt C.de tempo. app.l 2 in prin. Alij aīt, quod a principio unam dari,fuit statutum,ut hic,sed postea propter necessitatem statutum est,ut plures dentur. Tu uero dic,quod prima datur cū leui causæ cognitione,nam eo ipso,quod petitur, gratia testium,uel instrumentorum danda est,nisi euidēs appareat calumnia:& erit cognitio hæc leuis in moderamine locorum:ut sup.eo.l.oratione. Secunda verò dilatio, ita demū datur,si probat se iusta causa impeditum in prima, ut arg. inf.tit.2.l.si quis ex argentariis.§.fin.& l.seq.huic lecturæ bene adaptatur,quod hic dicit,singulis causis,idest rationibus,uel impedimentis:nam per singulas rōnes.i.cās, quibus fuit impeditus,vnica datur dilatio. Sed in criminali causa de qua loquitur secunda regula,nulla exquisita rōne impedimenti,in secunda,uel tertia dilatione dabitur dilatio cum eadē causæ cognitione,qua data est prima.i. secūdum moderamen locorum,& ita si bona fide postulari videatur. Sed ulterior cognitio non adhibetur de probatione impedimenti in causa criminali cum non dicatur, singulis causis,&c.nisi in ciuili. Item est contrarium primæ regulæ,quia plures debent dari,ut inf.de iudi.l.ad peremptorium,& in Auth.ut cum de app cog.§ sed hoc præsenti.col 8.quæ est,C.de iudic.auth.iubemus.& C.quomo.& quando iud.auth qui semel,& de iudic.l properandum,§. 2. Solu.hic præsenti & postulanti dilatio dabatur,in legibus autem contrariis absenti ad eius malitiam superandā, & contumaciam præsumendam. Item est contra in Auth. de testibus,§.quia verò,coll.7 ubi vsque ad quartam productionem datur dilatio,sed dic,quod ibi una tantum erat dilatio,intra quam fiunt supradictæ productiones. Vel si dicas,ibi plures dilationes,ut dixerunt ibi quidam, dicas secundā & tertiam dari exquisita ratione impedimenti, quarta hoc plus est, quia iurat, quinta uero non datur. Secundæ autem regulæ, qua dicitur duas uel tres dila-

* *Ad hunc locū vide Macrob.li.Satur.l.de 3. Gel li.3.ca.2.Aur.Aug.li.&c.a 13.cir.princ.*
a Not.ex gl.iunct.tex.q̄ ē licitu scholaribus studere, & scribere dieb. feriatis, unde dicit uulgatum prouerbium qui obseruant festa male sciunt Codicem,atque Digesta itarefert.hic Ia.de quo si uis uidere ad saturitatem, uide per Iaco. de Alua. in procem. feud.in 1.& 2.col.
6 † *alias Minutio Naturali.*
7† *alias interque ea.*
8† *In pecuniarys causis plus quam semel dilatio in singulis causis dari nō potest, capitulis &c.*
9† *Flo.omnis.*

aiones pari in criminali, est contra. infra de adul. l. in crimine, vbi nulla datur nisi causa plenè cognita, & tunc nō datur nisi vna, sed speciale ibi propter eius immunitatem, & dicas, quod sit crimen capitale, vt infra de bon. poss. l. edicto. §. rei autem capitalis: & infra de pub. iudic. leg. 2. Item quod dicit in fin. sed utrique, &c. sed an ad utraque regulam refertur: & de leui causæ cognitione intelligis, vt dictum est. Item nota ex hac l. quod in ciuili cā tot actor, quot reus habet dilationes, sed non sic in criminali penitus tamen fallit, ut C. de tem. in int. rest. l. petendæ, & C. de dilat. l. si quando, & l. cum a nobis, sed nos intelligimus legem illam, cum à nobis. in relatione facta Imperatori, vbi non datur dilatio cum omnia plenè instructa Imperatori remittuntur. Item quare plures in criminali datur? Respon. quia non sic ei to ibi est recurrendū, ut ff. de q. l. 1. §. diuus Seuerus, & infra de pœ. l. absentē. & C. de requi. re. l. 2. Itē ideo plures reo, quia fauorabilior est ut ff. de regul. iur. l. fauorabiliores, & quia nō sic instructus esse potuit, ut accusator: ut infra de ex. rep. do. l. pure. §. fin.

1 † Flor. decst, quam.

2 † Fl. Vtrum que.

singulis [a] causis [b] plusquam 1 † semel tribui non potest: in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt, sed vtrique 2 † causa cognita.

a *Singulis.*] vel supponit pro eodem pro quo primo.

b *Causis.*] idest instantijs: uel idest capitulis, vel idest impedimentis: non tamen vltra triennium.

TITVLVS XIII.

De edendo.

Petitio debet exhiberi reo, vt possit declarare, an velit cedere, vel contendere. hoc dicit. Diuide: primò ponit dictum. secundò rationem. tertiò declarat dictum. Secunda ibi, Nam æquissimum. Tertia ibi, Edere.

DE EDENDO.

Idest demonstrando, ab edo edis dicitur: sed quare non posuit ablatiuum scilicet de editione, sicut posuit in alijs titulis de pac. & similibus. Respond. ideo vt ostenderet quandam necessitatem imponi edenti, quæ non imponitur pacisci volenti. a Item quare non subiunxit accusatiuum scilicet de edendo actionem. Respond. ideo, quia non de ea sola, sed de triplici editione tractat idest actionis: vt infra eodem. l. 1. in princ. & instrumentorum: vt infra eodem l. prima. § editiones, Item rationum: vt infra eodem l. prima. §. rationes, & l. prætor in princ. sed actio editur in principio: cætera in processu causæ. Item alia sunt edenda, vt C. eodem l. ea, apud quem, sed hic tit. non dicit aliquid de alijs, Accursius quod & Cuiac. declarat alijs verbis.

a Reprobatur per Bar. & P. & pomnes C. eo. lō dic, quod iurisconsultus intendit hic tractare de editione, prout est in fieri. & sic ponitur per gerundium, quod significat actum, nō autem de substantia, & effectu.

Q*Va quisque.*] CASVS. Hac l. dicitur, quod si voco te ad ius, debeo demonstrare actionem, qua volo agere, uel te conuenire, ut sic videas uelis litigare, vel non: & vt uenias instructus ad iudicium si vis litigare.

¶ *Edere.*] iste §. ponit quinque modos, quibus olim fiebat editio actionis. Primo, si conueni te, & feci libellū debeo tibi dare libellum, ut exemplifices: reddasque mihi ipsū libellum postea. Secundo quod possim tibi dare, ut teneas & non reddas. Tertio, vt ego dicam, et tu scribas. Quarto, vt ducam te ad aduocatum meum, qui aduocatus dicet tibi mente tenus, & tu retineas mente tenus.

¶ *Ediderit.*] Cōuenio te cum instrumento debiti, & tu petis, vt tibi edam instrumentum: debeo quidem edere sine die & consule, & hoc ne committatur aliquid falsitatis: sed dies solutionis. i. in quo dēt fieri solutio est edendus, quia dies solutionis est pars instrumenti, sicut ipsa quantitas.

¶ *Rationes.*] Apud campsorem certum marcas deposui, quas recepi minutatim, modo uolo quod edat librum, diem & consulem, nunquid edere debet cum die & consule, & respon. quod sic.

¶ *Edenda.*] Si ego aduersus te debeo tibi edere instrumenta, quibus vsurus sum, non an con edam illa instrumenta, quibus nolo uti.

¶ *Edere.*] Instrumentum quo continebatur stipulatio facta sub conditione: edidisti mihi reo sed conditionem nō edidisti, non videris stipulationem edere.

¶ *Ea.*] Si minor sit vel mulier, vel miles & non edant rationes, non tenentur ad interesse eius, qui agit.

Vlpianus lib. 4. ad edictum.

L X X PRIMA.

QVa[a] quisque actione[c] agere volet, 3 † eā prius 4 † edere [d] debet, nam æquissimum[a] videtur, eum qui acturus est, actionē edere: vt proinde [e] sciat reus utrum cedere, an contendere, ultra debeat: & si contendendum putet, veniat instru-

c *Actione.*] largissime hoc nomē actionis ponitur, ut etiā iudicis officiū contineat, & similia, vt infra de act. & obl. l. actionis verbo, al's stricte ut ff. de act. & obl. l. 1. actionū genera. strictissimè, ut in e. tit. l. actio in personā. d *Eam edere.*] i. eam demonstrare, olim quocunq; modo, hodie per libellū, ut ff. pro xi. §. & C. de lit. con. te. auth. offeratur. b e *Vt proinde.*] aduerbium temporis, i. vt exinde, uel dic ut, ex hoc sciat reus, &c. sed quō potest reus hoc scire per solam actionis propositionem? Dic ergo, eam edendam, sic ut speciē litis demōstret, & ita reus sciet, ut C. e. l. edita. quod fiet si duo dixerint, cū ipsa actione s. rem & causam. de re enim patet, quod edi debeat cū actione, sine agā actione reali, ut ff. de rei vendic. l. si in rem, in prin. ubi debet designare rem, siue personali ad aliā speciē, ut in ea l. §. & si uestimenta. ubi uestimētorum debet dici color, & numerus, siue personali ad quantitatē, ut C. de epi. & cle. auth. generaliter. c de causa similiter constat, ut C. de edic. diui. Hadr. tol. l. fi. §. fin. aūt aliquis, ibi, arbitriū requirat & cā & ff. de exce. rei iud. l. & an eadem, §. actiones. Res designatio tñ fit aliter, vnde distingue, quia aut est actio uniuersalis, ut petitio hereditatis, ut sumitur, ff. de rei uendi. l. 1. in prin. aut generalis, ut negociorum gestorū & tutelæ, & similes, aut singularis, ut de mutuo & locato, & similes, ut infra pro socio. l. pro socio, §. arbiter. in prima res est uniuersaliter designanda, ut peto à te hæreditatem, quæ fuit Sēpronij, quia tum eius hæres, & hoc per petitionem hæreditatis, & ideo quia non specificantur res, cuiā hæreditate inquiritur per executorē quid debeat restitui, & quædam retinentur, ut impensæ funeris, & soluta creditoribus, ut C. de peti. hær. l. 3. & l. in rem itnenda, & l. de hæreditate & l. fi. §. fin autem. d Item in generali sufficit rem generaliter dici, ut peto a te, ut rationem tuæ administrationis reddas, quia negocia mea administrasti, e & hoc per actionem negociorum gestorum, sed iudicio pendente potero quædam persequi simili iudicio personali: vt C. de iudicijs, l. licet. In singulari aūt rem singulariter designari oportet vt dicta lege, si in rem, ff. de rei uendicatione. Itē & causa talis debet dici, qua probata debeat sequi condemnatio, alias quid si dicam, peto a te decem, quia est rex in Frācia, uel quia ego sum hic? Certe non sufficit. Quod autem de causa dixi, habet locum in alijs, non in actione in rem, ubi n. sufficit actionem proponi, cū non sit nisi unum tantū dominium, & ex una cā, nō læditur reus, immo ei prodest, cum actor omne ius suum in iudiciū deduxisse uideatur, infra de exceptione rei iudicatæ lege si mater. §. eadem, in fine. Sed si egi ad librū actione ex empto, oportet dici causam, f quia potest esse, quod emi, & non competat actio propter lapsum temporis, & ecōtra, quod competat actio, & non emi, quia mihi sit cessa, sed nō pōt esse, quod habeam rei uendicationem, quin habeā, & dominium, g & econtra si habeo dominium, habeo in rem actionē, uel rei uendicationem, cū idem sit tēpus & nihil potest esse in medio inter rei uendicationē & causam, sed secus in personalib. actionib. quia eadem res ex pluribus causis deberi potest, unde ut ad eand. in causam non redeat, actor debet eam specificare, ut ff. de exceptio. rei iudicat. l. & an eadem, §. actiones, cum & alias reus non certificatur,

a Quā. Videntur verba paraphrastica edicti sub hoc verbo posita in albo Cons.

3 † alias, vult.

4 † Flor. deest prius.

a Super isto verbo deficit vna gl. cuius verba sūt hæc idest ob naturalem æquitatem quæ mutari non pt. vt in §. naturalia. Instan. de iu. nat. gen. & ciui. & de ista gl. quæ hic deficit. meminit B. hic in suis interpretationibus quem videas.

b Sequuntur B. B. P. & A. C. istam diuisionem glo. sequitur B. B. & P.

d Placet Pa. Ale & Ias.

e Cōsultius diceret, peto te cōdemnari, ut reddas rationem, & reliqua. ut si tuas. Bar. & Ias.

f Reprob. ut quia sufficit libellum præsumptio concludere. B. P. Alex. Ias.

g Imò quia videtur certa realis actio sine dominio. Alex.

vbi autem reus in personali admitteret sine causa actionem, sicut hic in reali, omne ius deducit in iudicium, ut C. de anna. exce. l. fin. & no. C. ad exhib. l. non ignorabit. a Si tamen in reali actor causam exprimere vult, cautius est ut agenti ex alia causa non repellatur, ut infra de exce. rei iudi. l. si mater, § si qs autem. Sed nonne idē in qualibet personali actione: ut actione, & re specificata semper causa intelligatur: si ago ad decem condictiōe certa ex mutuo. Respondeo non, b sed hoc quod dico ex mutuo, inest causa, & sic patet in alijs, ut nō intelligatur, nisi specificetur, at in actione in rem, eius causa nulla alia est quā dominium, quod omne in iudicium deduxit: & sic prodest, non nocet reo: ut dictum est: causa enim proxima, sue immediata vera est, s. dominium: licet mediatæ plures: ut emptio & donatio, unde in reali omne ius deducit in iudicium. Item & circa propositionem actionis quæro, nunquid sufficit rem designari, & causam exprimi? Dicit Pla. quod sic: quia causæ expressio est idem quod actio: quod nihil est: c nam hæc ratio. l. g...., & contractus, & actio, diuersa sunt: cum primo contractus, secundo obligatio (quæ duo possunt dici causa) & actio tertiò fit, ut probatur inf. de procu. l. licet, § ea. Item alia ratione appareat aliud esse causam, & aliud actionē, quia pōt esse vera causa, & tñ actio non est vera, ut quia ut te contraxit, & fuisti mihi obligatus, sed soluisti, uel remisi, & econtra pōt vera esse actio cā, & falsa, ut quia mihi te non obligasti, sed iure cesso ago, & sic competit mihi actio: ergo his duab. rationib. aliud est causa, & aliud est actio. Alij d vero dīt, ꝙ sufficit rem & causam dici duab. rationib. alijs. Prima, quia habet effectum quem hæc lex vult, s. quod reus sciat, cedat vel contendat, ut hic: & C. eo. l. edita. Secunda, quia nihil interest, an res proprio nomine appelletur, an digito ostendatur, & c. ut inf. si cer. pe. l. certū est, versi. nam & Fædius. Et hoc seruatur Bono. & hoc etiam fallit secundum eos in illis casib. ubi ex una cā oriuntur actiones plures, q̄ electione tolluntur, ubi actio est proponenda, ut patet his legib. ut ℑ. de tribut. l. quod in hæredem, § eligere, & de l. 2. l. eum filius, § varijs, & C. de furt. l. 1. & si seruus extero emi se mandauerit l. 3. & C. de cedic. l. fi. & C. de pact. inter empt. & vend. l. cum mitsoriæ, & ℑ. de iureiu. l. duobus, § except. Legi autem C. eo. edita, quæ dicit actionem demonstrare speciem futuræ litis? Resp. verum est, sed non solū actione, sed alia sunt, quæ demonstrant speciem futuræ litis, sicut una est via, quæ ducit Romam, sed non sola, & huic pñsenti legi dicere possunt, quod eam edere debet, uel aliqd simile facere, & in hac sñia est Io. e & Azo. & alii, sed certè videtur satis actionem semper edi per hanc l. in prin. & in fi. resp. & ℑ. de adm. tu. l. quoties, § item si temporali. nam potest interesse rei alia ratione: quia fortè proponet actor actionem ineptam. f qua proposita sciret se contendere posse: ut inf. si mens. fal. mo. dix. l. 1. § 3. Itē & aduocatos decedentes exigit prætor, gratia honoris, licet p seipsos aliqui sua possunt proponere negotia: ut ℑ. de post. l. 1. in prin. & hoc in multis seruatur prouincijs, ut sine actione pposita nemo experiatur. Item no. unā proponere debet tantum, non plures, ut ℑ. de reg. iur. l. nemo ex his, § quoties, nisi in casu, ut ℑ quo leg. l. 1. § quia autem non nunquam, sed secus in exceptione, ut inf. de excep. l. nemo.

ctus ad agendum a cognita actione, qua conueniatur.

¶ Edere b est etiam 1 † copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare: vel dictare.

¶ Eum * quoque edere Labeo ait: qui * producat aduersariū suum a † ad album, c & demonstret * quid dictaturus sit: vel id dicendo, quo uti velit.

a *Ad agendum.*] idest ad defendendum, sic econtra. C. de testibus. l. 1. tic & inf. de re iudi. l. sæpe.

b *Edere.*] scilicet actionem, & no. quia patet per hunc, §. & per l. C. de digu. l. quoties, lib. 12. quod olim non erat necesse poni in libello actionem, sed sufficiebat etiam sine libello eam certificare, nisi in illustribus conuentis, sed hodie contra, ut C. de lit. contest. auth. offeratur.

c *Ad album.*] alias ad alium, s. aduocatum, uel g aliquem iurisconsultum, qui scilicet aduocatus demonstret. quid dicturus est actor aduersus reum uel dic, ad alium, puta si fideiussor reum pro quo fideiusseras, ducebat ad creditorē, ut inquantum creditor fideiussorem conueniret, in tantū conueniat ipse fideiussor reum. Et quod subijcit, uel id di-

a Imo est in l. neque eo. ti. Ale.
* *Locum hūc ex Pandectis Florentinis repesuit Angel. Poli. Misc. ca. 28 Alc. vero in fi. lib. secundi de dispu. lecti hunc multo aliter legit hoc scilicet pacto, Eum quoque edere Labeo ait, qui aduersaria sua ad album producit, ut demonstret quid dictaturus sit, & aduersaria tabulas rationum vocat tumultuarie confectas, quæ idcirco cōscribuntur ne res memoria excidant, hæc ille.*
* *Producere aduersarium quid sit, pulchre Franc. Dua. lib. 1. de ju. c. 13.*
a † *Ad album in vetustis exēplaribus legitur.*
* *Demonstret. Cuia. libr. 18. obserua. ca. 15. ita legit & demonstret: ex quo edito adiuuans fit.*
b Et bene Ful. & Alc. licet P. dicat, Doct. tenere contrarium.
c Idem Bar. Alc. Paul. & Ias.
d Approbatur per B. B. Pau. Alex. & & Ia. per c. edoceri, ex. tra de iud.
e Et bene B. B. Pau. Ale. & Ias.
f Displicet B. B. Ful. Pa. & Ale. licet An. & Ias. sequantur.
g Et bene Bar. P. An. & Ias.

cendo, scilicet aduocatus, uel repete edere est, uel id dicendo h &c. Et no. quod totus hic supra poslet legi de editione instrumentorum, nisi esset hic uersus, uel id dicendo &c. Nam sufficit dicere hoc instrumento utar, nisi exemplum edam, ut § editiones.

Instrumenta debent edi sine die, & consule: in rationibus verò secus. Bartol.

Editiones d sine die & cōsule e

d *Editiones.*] scilicet instrumentorum publicorum, & sic facit trāsitum ad secundā speciem editionis.

e *Die & consule.*] hæc debent apponi in instrumentis, alias non ualet, ut in Authen. ut præ. no. impe. in prin. & § 1. coll. 5. non tamen exhibentur, ne detur materia falsi fabricandi ut hic, & infra quemad. test. aper. l. 2. § idem, & C. de fideicom. l. si in medio. i Ne quid fiat, repete prolato die idest mutato, siue prolongato, ut patet infra de fi. instr. l. repetita, & hunc § accipe secūdum Io. K & H quando reus petit ab actore, ut exceptionē suam inde fundet, & econtra quando actor à reo ad suā replicationem iuuandam, quod potest secundum eosdem, & si non utatur, ut C. eo. l. non est nouum & l. fi. & l. iustum. seu secundum Azo intellige hunc §. quando reus ab actore utente, uel econtra petit ut uideat qualiter faciat pro producente, cum eo utatur, non autem petitur, ut inde se iuuet, si alius non utatur C. eod. l. qui accusare, & dictæ leges à Ioanne inductæ loquuntur in rationibus, quæ communes sunt. Ut plenè ergo scias, distingue, an sint acta, q̄ edi petuntur, de quibus hic titulus nihil dicit, & tunc edēda sunt in totum, idest cum die, & consule, ut C. eod. l. 2. quæ expedit edi coram iudice appellationis, ut C. de app. & relationibus. l. à proconsulibus, & l. causas, uel quia dudum ab fuerat actor, uel reus, ut C. de iudic. l. properandū, § si quidem, uel quia causam delegauit administratorib. tantum audiendam, ut in Authen. de defunct. seu funer. § illud colla. 5. uel quia testes petuntur publicari, ut C. ut lit. pend. l. 2. de quibus actis nihil in hoc titul. dicitur. Aut sunt instrumenta, & tunc, aut sunt communia, & tunc ex toto similiter edenda sunt cum die, & consule, ut inf. fam. ercis. si quæ sunt cautiones, & C. eod. l. procurator, si autē propria, alicuius eorum, aut petit alius edi tamquam propria, puta per actionem in rem, & ad exhibendum, aut ut de falso redarguat alio non utente, aut ut uideat, an possit inde probari intentio aduersarij, uel non, quando utitur; aut ut inde fundet intentionem suam, uel exceptionē, uel replicationem alio non utente. primo l casu totum, secundo idem, ut C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam, in fin. hic tamen subdistinguetur, aut circa diem, & consulem dicit falsitatem, & tunc continet, quod dixit, alias non: unde de hoc dico eum diligenter interrogari, m in quo falsum dicere uelit, ut ar. inf. de iniur. l. prætor. in prin. & inf. de dolo l. sed ex dolo. § ult. in tertio dic exhibere sine die & consule, ut hic secundum Azo. n In quarto est opinam dicunt quidam, quod actor reo debet edere ad adiuuandā & probandā exceptionem, & reus actori ad probandam replicationem, & si non sit usurus q edit. & sic intelligunt. C. e. l. fi. & l. iustum, & l. nō est nouum, & C. de fi. instr. l. illatæ. non autem ad intentionem probādam, nisi in casibus, ut in fisco, ut inf. eo. l. 3. Item in argentario, ut infra eod. l. argentarius, § respon. & qñ reus est usurus, ut ℑ. ea. l. § ed. nda sunt. Alij, ut Azo, dicunt, ꝙ nec reus actori nec contra edunt, ut principaliter inde iuuetur ille cui editur, alio non utente, nisi in casu uno, alio non utente, o ut inf. eo. l. 3. § d ut uideat an ex eo fiat plena probatio pro producente, & hoc qñ est eis usurus, alias nō ut C. eo. l. qui accusare, & quod dr in d. l. illatę, & C. eo. l. fi. & l. non est, & l. iustum, in rationib. intelligunt: quia quæ sunt quasi cōes, sunt edendæ hincinde, licet non sit usurus aduersarius, arg. inf. l. prætor, § 1. non dico ꝙ sint cōes: q. a idem tunc esset quod in instrumentis communibus, ut dixi. Sed quo iure cōpellitur quis ad huiusmodi editiones, qñ faciendæ sunt? Rñd. officio iudicis, & si ad præceptum iudicis non ediderit, actione in factum ad interesse tenetur ut ℑ. eo. l. ubi. § si. & dic ut ibi. Item quid si sponte iudici obtulerit instrumentum, ex quo aduersarius iuuari possit?

h Placet Paul. Ale. & Ias.
i Sequitur Bar. Pa. Angel. & Ias.
K Hanc opp. tenent Bart. Ang. Ale. & Ias.
l Et bene secundum prædictos scribē tes.
m § equitur Bart. s. d displicet Ang. Ang. Ful. P. & Alc.
n Et bene secundum Ba. & Ias.
o Reprobatur secundū Bart.

Respon. inuatur eo ad instar testium, a quos contra se producere nemo tenetur, vt C. de testibus l. nimis, si tamē produxerit, creditur ei: vt C. de episc. & cleric. auth. sed iudex. cum instrumentorū & testium sit similitudo: vt C. de fide instrume. l. in exercendis. Item nunquid nomina testium debent edi & tabellionum? Videtur quòd non: quia falsitas posset cogitari. Itē secundo, quia si dies solutionis est ideo edēdus, quia est pars stipulationis: ergo econtra non editur quod nō est pars stipulationis, licet sit pars eius instrumenti. In contra quòd sic, quia est vsurus dictis nominibus vtendo ipso b cōtractu vt soleni. Item quia solus dies & consul de substantialibus cuiuslibet instrumenti excipitur, & de non substantialibus stipulationis, ergo cætera non sunt excepta: & hanc approbo. Accur.

a *Debent.*] vel reo ad exceptionem, & actori ad replicationem & non usuro: sed si vsurus, tunc totum, c vt infra §. edenda. secundum Ioa. tu dic quod hic vtitur, vt hic notatur.

b *Conscriptum est.*] secō tra est in accusatione, vt edi debeat dies cōmissi criminis, sed dies conscripti siue dati libelli sit, ut inf. de accusa. l. libellorum.

c *Summa.*] idest quantitas, idem & si species dicatur in instrumento contineri: & quod dicit stipulationis, idest instrumenti, in quo continetur stipulatio. quod ex eo probatur, quod sit dies ut summa edendus, quia qui ante diem uel post soluit, minus uel plus soluere dicitur, ut inf. de uerb. signi. l. minus, & l. si cui. §. minus, & Inst. de act. §. tempore.

d *Apparere.*] scilicet, commode, uel facile, ut inf. de uerb. sig. l. nepos. Nec enim melius possunt reduci ad mentē accepta & data, quam declarato quo die singula facta sunt. Sed cur secus in instrumentis, cum ibi eadem ratio sit? Respon. hæc non est sufficiens ratio, imo hæc, quia quodammodo meum peto mihi edi, ut inf. eo l. prætor. § 2. sed nec hæc, sed est necesse quod me mandante facta sint, uel procuratore meo, ut inf. eod. l. si quis ex argentarijs. § ex hoc edicto uers. pertinere. Nā si hæc ratio sufficeret, quia quodammodo meum postulatem, iam diem & consulem testamenti peterem, dum quid mihi est ibi relictū, quia est quodammodo omnium eorum quibus ibi est aliquid ascriptum, ut inf. quemad. testam. aper. l. 2. in prin. & tamen hoc est falsum, ut C. quemadmo. testa. aper. l. 3. & inf. quemadmodum testam. aper. l. 2. §. diem, sed arg. contra, C. de iis quibus ut indig. l. cum Sylianianum, in fi.

e *Edenda.*] hoc primum & secundum responsum duobus modis intelligitur.

f *Sunt.*] scilicet in princip. cau. se. patum post litem contes. ut innuit sequens uerbum futuri temporis, scilicet editurus, & usurus secundum quosdam. Item edi facienda copia legendi & describendi ei, cui eduntur, ut infra ad leg. Falci. l. pen. § fi. & infra quemad. testam. aper. l. 1. § diem, & infra de bon. auth. iud. poss. l. fi. item no quod arg. huius §. si tunc quid. §. post attestationes publicatas non possunt produci instrumenta, nisi prius ediderit. tu dic d contra,

fieri debent,[a] ne quid 1† fraudis excogitetur edito die & cōsule, & prolato die fiat. Deinde autem & consulem excipit prætor, quo instrumentum cōscriptum est, [b] non in quem solutio concepta est. Nā dies solutionis, sicuti summa [c] pars est stipulationis. ¶ Rationes tamen cum die & consule, edi debent: quoniam accepta, & data non aliter possunt apparere, [d] nisi dies & consul fuerit editus.

Ea sola, quibus quis vsurus est in iudicio, edere debet aduersario: nec dicitur edidisse, nisi totum contractum ediderit: & non edēti aliquando parcitur propter ætatem, sexum, vel rusticitatem, h.d.

¶ Edenda [e] autē 2† sunt [f] omnia, quæ quis apud iudicem editurus est: non tamen vt & instrumenta, quibus quis vsurus [g] non est, compellatur edere. ¶ Edere [h] non videtur, qui totam stipulationem nō edit. ¶ Eis qui ob ætatem, [i] vel rusticitatem, [k] 3† vel ob sexū [l]

Ista gloss. no. Bald. quod testis ē pars instrumenti & olog.

2† Alias, deest autem.

b Bar. hic dicit istam gl. non esse alibi, & sic cā tacit singul. ad hoc, quod instrumentum productum probat cōtra producentem, etiā si protestet de nō producere nisi inquantum facit pro se. B.

3† Fl. deest, autem.

c Male loquitur. Imo sine die, & cōsule, secūdū Bar. & alios.

d Et bene Alex. de quo est tex. in c. cum dilecti. extra de fide instr.

cum qualibet exceptio peremptoria proponatur, vt C. sent. resc. in. non poss. l. peremptorias, & quod hic dicit, expone, edenda sunt omnia, scilicet aduersario quæ iudici editurus est. q. d. non iudici tantum fit editio: sed etiam aduersario, non tamen diei & consulis secundum Azo. Sed Io. in totū

e quando est vsurus: vt sup. eo. § editiones, secus in testibus, quia post publicationē nō producuntur, quia ibi falsitas timeri potest, vt in Auth. de testib. § quia uero, col. 7 & hoc approbat consuetudo.

g *Quis vsurus.*] s. ille qui petit ea edi. vt inf. eo. ne quisquam secundum Io. vel dic secundum Azo. quod ea, quibus vti nolo, non edā, etiam ad videndum, sed ea tantum quibus sum vsurus.

h *Edere.*] stipulationē totam: uelut si edidit instrumentum quo continetur stipulatio facta sub conditione: cōditionem tamen non edidit, vel edidit stipulationem: sed non pœnam quæ in ea cōtinebatur, unde quia nesciuit, incidit in pœnam: ut ff. fam. ercis. l. hæredes. § idem iuris. & facit C. ad Syl. l. pen. in fi. & inf. de transa. l. cū hi. § f. d & si non.

i *Eis qui ob ætatem.*] vt minores.

k *Rusticitatem.*] vt ff. de iuris. om. iudic. l. si quis id. §. doli. & ff. ad Syll. l. si quis in graui. § si quis ignorans.

l *Sexum.*] vt C. de iu. & fac. ign. l nec passim.

lapsi nō ediderunt, vel ex alia iusta [m] causa, subuenietur. [n]

Legatarius petens legatum, licet in libello faciat mentionem de testamento, non tenetur hæredi dare illius copiam ad instructionem ipsius, cum soleat penes se exēplū habere, h.d.

¶ Paulus lib. 3. ad edictum.

LEX II.

SI legatum [o] operatur, non iubet prætor verba testamenti edere: ideo fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamenti.

Lex ista legitur duob. mod. secundum vnam lecturam cōtinet ius speciale: s. quod fisco editur ad suam intētionem fundandam: secundum aliam, quod fisco editur ad suam replicationē fundandam, h.d.

¶ Modestinus 4 † lib. 2. de pœ.

LEX III.

NE 5† quisquam p eorum, a quibus quid a 6† fisco petitur, 7 † alia instrumenta

m *Iusta.*] vt quia in uinculis positi, vel alias detenti, ut ff. quibus ex cau. ma. l. succurritur, & l. item.

n *Subuenietur.*] vt non teneantur ad interesse, quamuis nō ediderint, ad quod alias tenerentur. ut no. inf. eo l. si quis ex argentarijs. § ex hoc edicto & infra de tab. exhib. l. locū §. condemnatio uel aliter, alijs denegat actio si non edant his subuenitur, prima placet.

o SI legatum.] Duob. modis pone casum Primo, nō hēt iudex, scilicet legatario exhibere hæredi uerba testamenti, quia hæres est in ea cā. ut alijs dēat edere, non ut sibi edatur, & hoc nisi ex cā, ut ff. eo. l. si quis ex argentarijs. §. prætor uers. quibet. & ff. de tab. exhib. locū. § solent. Scdo p dic, non iubet, s. hæredē exhibere legatario s. originale, uel authenticum, nisi forte dubitet de legato, nam tunc etiā originale dēt edi, ut C. eo l. procurator. & iō dico esse edendū tantum exemplum h quia si originale portaret p ciuitatem, fortè perderetur, & hoc de consuetudine approbatur.

p NE quisquam.] Bona quædam uacantia detulit quidam siue nunciauit in fiscum, quod ex multis causis esse potest, ut ff. de iure fis. l. 1. possessor horum bonorū tenetur instrumenta facientia contra se pro fisco edere delatori deferenti, & agenti contra se nomine fisci, non autē alia, q non faciunt ad istam causam. Et est speciale, in alias non, ut C. eo. l. qui accusare. quæ est cōtra. Vel dicunt alij, p hic excipiebat reus, unde replicabat actor, ad cuius iuuādam replicationem reus edit, ut C. eo. l. fi. in fi. & si iste nō exhiberet, præsumitur subtraxisse, quasi sibi nocitura essent, ut inf. de iure fisci. l. 2. § diuus Hadrianus. ipse autē fiscus contra se non edit, quod si edit, conditio ne apposita edit, ne is qui defertur contra eum illis utatur, ut infra de iure. fis. l. in fraudem. § nouę, quod dic ut ibi. Accur.

e Et male, secundum P. & alios in § præced.

3† Parcitur rusticitati, cor. gl. 1. c. super literis super verbo sēplicitatē. ext. de rescr. & c. cum venientes eum, extra de ver. per mut.

4† Ad intell. huius l. vide G. Za. in l. 4. num. 10. supra.

5 † Alias, Mauricianus & incipit, Senatus consulto, Fl.

6† Fl. deest a.

7† Fl. petitur.

f Ista lectura placet B. B. Ang Pa. Salic. Al & Ias.

g Ista placet Alber. Sali. Angel. & Alexā. licet Pau. & Ias. eam reprobent.

h No. glo. q ubi quis tenetur edere instrumentum, non cogitur edere originale sed copiam uel exemplū, p quo facit l. eo. §. sup his de appel. C. & ibi glo. & Bar.

i Istam glossam usque ad finem sequuntur communiter Doct.

Eagatur

a *Cogatur edere.*] S. officio iudicis, vel per hoc edictum: sed iure actionis omnia, si petens edi, actionem habeat: vt infra eo. l. quædam, in prin.

1 Idē Alb. Alex. & Ias. hic.

b P*Rætor. Exercitores.*] isti non erant campsores: a cum de eis dicatur specialiter inf. eo. l. qdi. §. nummularios. vel dic, q̃ sic erant: sed de argento dando, & recipiendo: quia argenti fodinis erant præpositi, & hoc indicat ipsum nomen argentariorum: q̃ debet esse p̄ns rei: vt Instit. de donat. §. est & aliud.

2 † Fls ex quo se deferre.

c *Ad se pertinent.*] vt inf. eo § pertinere.

d *Meum.*] non, q̃ sit meū instrm: tunc. n. possem vendicare: vel q̃ sit cōe: quia tunc actionis iure possem petere; vt inf. eo. l. q̃dam, sed idō dico quasi meū, q̃a vtilitas mea ibi p̄sistit: vt & de testō dr̄ inf. quemad. testa. ape. l. 2. in principio. scriptum. n. erat in chartis argentarij instrm, vñ tuus liber ē; vt Inst. de re. diuis. §. literæ. Sed hæc nō est sufficiens rō, vt edatur; sed alia, quia me mandante, vt inf. eo. l. si q̃s ex argentarijs. §. ex hoc edicto. Sed cū ho. lie semper faciant tabelliones sibi mandari hinc inde: ergo semper edetur; & cū die, & p̄sule ad instar rōnum. Rñ. non est verum; quia in instrō licet vterque mādet, ad vtilitatem tñ vnius fit tñ: nisi expressè agatur vt fit cōe. vñ q̃d eius fit fauore, non dēt conuerti in eius læsionē; vt C. de leg. & consti. l. quod fauore. secus in rationibus.

* Argentaria mensa exercitores, aly dicebātur creatores qui in foro publico tabernas habebant ac mensas: aly conductores, qui conductas illas habebant, quibus ex officio publico pecunia custodienda dabatur: ac in aerariū ab illis sub fœnore accipiebatur. hac & plura B. in l. hominem. ff. depos.

e *Sed & filiusfamilias.*] argentarius.

f *Vel.*] pro etiam.

g *Admittendum.*] s. de mū, vt pater cogatur edere, cum patri, &c. & hoc ad similitudinem institoris; vt inf. de inst. l. j. in prin. & sic si fuerit tutor filiosfa. testamentarius nam pater non tenetur, licèt sciat, nisi periculum in se suscipiat; vt infra de admi. tut. l. Lucius. secus si a iudice sit datus tutor filiusfam. quia tunc eo ipso, quod agnouit pater, quoquo modo fideiubere videtur; vt infra de tut. l. si filiusfam. vel subaudi hic maximè, & alius erit sensus, & verior. b vt infra. §. proxi.

2 † Fls. conseat.

h Iste intellect° placet B.

h *Potest enim.*] ergo non est officium publicum; vt inf. de reg. iur. quod attinet A cur.

i *Si ipse fecisset.*] per officium iudicis; aliàs ad interesse agitur actione in factum ex hoc edicto; vt inf. eo. l. quædam. in prin. & facit Inst. q̃d cum eo. §. pe. & inf. quod iussu. l. fi.

k *Iurare.*] not. quod statur sacramento suo, & pro se sic C. de iure delib. l. fi. §. licentia. & C. de ijs, qui ad eccl. confug. l. fi. §. sic vbi. & C. de iudic. l. properandum, §. 2. & C. ad leg. Cornel. de fal. l. si quis decurio. & inf. de arbit. l. fi. de meis. §. fi. & inf. depos. l. 1. §. si quis argentum, & inf. de furt. l. actione §. 1.

delatori cogatur edere, a q̃ quæ ad eam causam pertinerent, ex qua 1 † deferre professus esset.

Argentarius rationes edere tenetur cum die, & consule, his ad quos pertinet, siue sit argentarius ipse sui iuris, siue sit filiusfamilias: quo casu etiam pater eius tenetur edere, si filius quæstum argentariæ ad patrem referebat: & sic pater tacitè consentiebat argentariæ. Item, si seruus est argentarius, edere tenetur dominus suus, si seruus ipso volente argentariam exercuit: vel dominus rationes penes se habeat: vel si argentaria peculiaris erat: aut quæstus eius in rem domini versus est. h. d. vsq; ad §. is etiam.

Vlpianus lib. 4. ad edictum.

LEX IIII.

PRætor ait, Ærgentariæ * mensæ exercitores b rationes, quæ ad se pertinent, c edant, adiecto die, & consule. Huius edicti ratio æquissima est: nam cum singulorum rōnes argentarij conficiant, æquū fuit, id quod mei causa confectum est, 2 † meum d quodammodo instrumentum mihi edi. Sed & filiusfamilias e continetur his verbis, vt vel f ipse cogatur edere, an & pater, quæritur: Labeo scribit, patrē non cogendum, nisi sciente eo argentaria exerceretur. 3 † sed rectè Sabin. respondit, tunc id admittendum, g cum patri quæstum referret. ¶ Sed & si seruus argentariam faciat, (potest enim h) si quidem voluntate domini fecerit, compelli dñm edere: ac perinde in eum dandum esse iudicium, ac si ipse fecisset: i sed si inscio domino fecit, satis esse dominū iurare, k eas se rationes nō habere. Si 4 † seruus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur. l sed si dñs habet rationes, nec edat, insolidum tenetur. 5 † ¶ Is etiam, qui desijt argētariā facere, ad editionem compellitur. Sed ibi quis compellitur edere, vbi argentariam exercuit: m & hoc est constitutum. Quòd si instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia administrauerit, ibi puto cogendum edere, vbi argentariam exercuit: hic enim 6 † primum deliquit, q̃ aliò instrumentum transtulit. n Quòd si in alio loco argētariam exerceat, alibi autem ad editionem compellatur, 7 † minimè hoc facere cogitur: nisi descriptum o 8 † velis, vbi de ea re agitur, ibi 9 † dari, tuis videlicet sumptibus.

Paulus lib. 3. ad edictum.

LEX V.

SPatiū q; ad pferendas 10 † eas p tribuendum est.

l *De in rem verso tenetur.*] si ex contractu serui conueniatur m. Vel dic, c ad interesse actione in factum, si non edat ipse dominus ad præceptum iudicis.

m *Exercuit.*] sicut quamlibet rationem tenetur quis reddere, vbi eam administrauit, vt inf. de iud. l. hæres. §. si quis. & l. argentarium.

n *Transtulit.*] vnde reducere tenetur d ei suis sumptib. vt infra de le. j. l. cū res. §. sed si alibi. & inf. ad exhiben. l. sed & si. § inter dum.

o *Descriptum.*] i. decretum iudicis. & facit infra de rei ven. l. si res mobiles, & l. nisi. & inf. ad exhiben. sed & si hæreditas. §. j & supple, per quod co npellas eum, vbi de ea, &c. vel dic librum rationum.

p S*Patium. Eas.*] s. rōnes quas modo appellauit rescriptum, secundū secundam expositionem.

S*I quis.*] CASVS. Hæc l. æ cū superiori continuatur; & eius casus est, Pone, Peto ab argētario rōnes mihi edi: ipse aūt dicit se in villa hēre, debet me ducere ad illum locū vbi habet.

¶ *Cogentur.*] Si argentarius decedat, hæres eius tenetur edere: & hoc siue sint plures, siue vnus hēt, ille solus edere tenetur: & si habent omnes, tenētur edere: & si vnus edat, debent alij subscribere: hoc idem seruā in ipsis principalibus argentarijs.

¶ *Nam & si.*] Ita ponas casum, Habebam plures tutores, & exercebam argentariam per seruos meos: dēnt quidem illi mei tuto res edere, secūdū q̃ dictū est in plurib. hæredibus.

¶ *Rationem.*] Quis sit liber rationum, dicitur hic: nam ille est liber rationu m vbi sunt data, & accepta. Si autem ibi fortè scriptum est, quod acceperat, sed non quod dedit, non erit liber rationum.

¶ *Ex hoc.*] Hic dicitur, q̃ argentarius, qui non edit, ad interesse petentis tenetur; & hoc non ad me pertinet; vt quia me mandante procuratori aliquid mandauit argentario per procuratorem, vel capiserum meum; poterit quidem nihilominus mihi domino edi. Item argentarius potest illi capisero meo edere rationes, dum modo ille capiser caueat de rato, si dubitatur an habeas mandatum.

¶ *Si inicium.*] Ratio Titij scripta fuit in libro rationum cum die, & consule; & mea sine die potero petere, vt dies & consul mihi edatur.

¶ *Prætor.*] Duo ponit; primo modo quæritur, si argentarius petat a scholari sibi edi instrumentum, an scholaris tenetur edere argentario? Et respon. q̃ non; nec ipsi argentario, nec hæredi eius hæc vera sunt, nisi aliqua sit iusta causa, propter quam edi debeat ipsi argentario, vel hæredi eius. Secundo quæritur, an argentarius tenetur edere

c Ista gl. placet Alex. quā magis Scians ti.

d Sequūtur Pau. & ē de mēte Alex. & Ias.

3 † Fl. exercetur & Bald. dicit istū tex. esse singu. ad hoc, q̃ pater tenetur ex facto fily, quando ex eius facto fentit commodū vel lucrum Bolog.

4 † Alias Sed si.

5 † In nonnullis exemplaribus adijciuntur hac verba, Et si nesciuit eū argentariā facere.

6 † Fl. hoc.

7 † Fl. compellitur.

8 † Præscriptum.

9 † Fl. agitur cū sibi dari.

10 † Alias præstandas.

h a scholari

Vlpianus li. 4. ad Edictum.

LEX VI.

SI quis ex argentarijs (vt plerique eorum) in villa [a] habeat instrumēta, vel in horreo, aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit.

Successor tenetur hoc edicto: sicut qui possidet, siue sit vnus, siue plures: idē in pluribus tutoribus.

a Reprobatur per Bar. & P. & per omnes C. eo. lõ dic, quod iurisconsultus intendit hic tractare de editione, prout est in hac ri. & sic ponitur per gerundium, quod significat actum, nõ autem de subst[an]tia, & eius affectu.

Q*Va quisque.*] CASVS. Hac l. dicitur, quod si voco te ad ius, debeo demonstrare actionem, qua volo agere, vel te conuenire, ut sic videas ue lis litigare, vel non: & vt venias instructus ad iudicium si vis litigare.

¶ *Edere.*] iste §. ponit quinque modos, quibus olim fiebat editio actionis. Primo, si conueni te, & feci libellũ debeo tibi dare libellum, ut exemplifices: reddasque mihi ipsũ libellum postea. Secundo quod possim tibi dare, ut teneas & non reddas. Tertio, vt ego dicam, et tu scribas. Quarto, vt ducam te ad aduocatum meum, qui aduocatus dicet tibi mente tenus, & tu retineas mente tenus.

¶ *Edere non.*] Cõuenio te cum instrumento debiti, & tu petis, vt tibi edam instrumentum: debeo quidem edere sine die & consule, & hoc ne committatur aliquid falsitatis: sed dies solutionis, in quo dẽt fieri solutio est edendus, quia dies solutionis est pars instrumenti, sicut ipsa quantitas.

¶ *Rationes.*] Apud campsorem certum marcas deposui, quas recepi minutatim, modo volo quod edat librum, diem & consulem, nunquid edere debet cum die & consule, & respon. quod sic.

¶ *Edenda.*] Si ago aduersus te debeo tibi edere instrumenta, quibus vsurus sum, non autem edam illa instrumenta, quibus nolo uti.

¶ *Edere.*] Instrumentum quo continebatur stipulatio facta sub conditione: edidisti mihi reo sed conditionem nõ edidisti, non videris stipulationem edere.

¶ *Ex.*] Si minor sit vel mulier, vel miles & non edant rationes, non tenentur ad interesse eius, qui agit.

Vlpianus lib. 4. ad edictum.

L X X PRIMA.

QVa[a] quisque actione[c] agere volet, 3 † eã prius 4 † edere[d] debet, nam æquissimũ[*] videtur, eum qui acturus est, actionẽ edere: vt proinde[e] sciat reus utrum cedere, an contendere, ultra debeat: & si contendendum putet, veniat instru-

c *Actione.*] largissime hoc nomẽ actionis ponitur, ut etiã iudicis offm contineat, & similia, vt infra de act. & obl. l. actiões verbo, alias strictè ut ff. de act. & ob. li. l. actionũ generastrictissimè, ut in e. tit. l. actio in personã.

d *Eam edere.*] i. eam demonstrare, olim quocunq; mõ, hodie per libellũ fiat, ff. pro xi. §. & C. de lit. contes. auth. offeratur. h

e *Vt proinde.*] aduerbium temporis, i. vt exinde, uel dic ut ex hoc sciat reus, &c. sed quo potest reus hoc scire per solam actionis propositionem? Dic ergo, eam edendam, sic ut speciẽ litis demõstret, & ita reus sciet, ut C. e. l. edita. quod fiet si duo dixerint, cũ ipsa actione, s. rem & causam. de re enim patet, quod edi debeat cũ actione, siue agã actione reali, ut ff. de rei vendic. l. si in rem, in prin. ubi debet designare rem, siue personali ad aliã speciẽ, ut in ea l. §. & si uestimenta. ubi uestimẽtorum debet dici color, & numerus, siue personali ad quantitatẽ, ut C. de epi. & cle. auth. generaliter. c de causa similiter constat, ut C. de edic. diui Hadr. toll. l. fi. §. fin. aut aliquis, ibi, arbitriũ requirat & cã & ff. de exce. rei iud. l. & an eadem, §. actiones. Res designatio tñ fit aliter, vnde distingue, quia aut est actio uniuersalis, ut petitio hæreditatis, ut sumitur, ff. de rei uendi. l. 1. in prin. aut generalis, ut negociorum gestorũ & tutelæ, & similes, aut singularis, ut de mutuo & locato, & similes, ut infra pro socio. l. pro socio, §. arbiter. in prima res est uniuersaliter designanda, ut peto à te hæreditatem, quæ fuit Sẽpronij, quia sum eius hæres, & hoc per petitionem hæreditatis, & ideo quia non specificantur res, cuicũ hæreditate inquiritur per executorẽ quid debeat restitui, & quædam retinentur, ut impensæ funeris, & soluta creditoribus, ut C. de peti. hær. l. 3. & l. in rem itnenda, & l. de hæreditate & l. fi. §. fin autem. d Item in generali sufficit rem generaliter dici, ut peto a te, ut rationem tuæ administrationis reddas, quia negocia mea administrasti, e & hoc per actionem negociorum gestorum, sed iudicio pendente potero quædam persequi simili iudicio personali: vs C. de iudicijs, l. licet. In singulari aũt rem singulariter designari oportet ut dicta lege, si in rem, ff. de rei uendicatione. Itẽ & causa talis debet dici, qua probata debeat se qui condemnatio, alias quid si dicam, peto a te decem, quia est rex in Frãcia, uel quia ego sum hic? Certe non sufficit. Quod autem de causa dixi, habet locum in alijs, non in actione in rem, ubi. n. sufficit actionem proponi, cũ non sit nisi unum tantũ dominium, & ex una cã, nõ læditur reus, immo ei prodest, cum actor omne ius suum in iudiciũ deduxisse uideat, infra de exceptione rei iudicatæ lege si mater. § eadem, in fine. Sed si egi ad librũ actione ex empto, oportet dici causam, f quia potest esse, quod emi, & non competit actio propter lapsum temporis, & ecõtra, quod competat actio, & non emi, quia mihi sit cessa, sed nõ pot esse, quod habeam rei uendicationem, quin habeã, & dominium, g & econtra si habeo dominium, habeo in rem actionẽ, uel rei uendicationem, cũ idem sit tẽpus & nihil potest esse in medio inter rei uendicationẽ & causam, sed secus in personalib. actionib. quia eadem res ex pluribus causis deberi potest, unde ut ad eandem causam non redeat, actor debet eam specificare, ut ff. de exceptio. rei iudicat. & an eadem, § actiones, cum & alias reus non certificatur,

*Qua. Videntur verba paraphrastica edicti sub hoc verbo positi in albo Cont.

3† alias, vult.

4† Flor. deest prius.

* Super iste verbo deficit una gl. cuius verba sũt hæc idest ob naturalem æquitatem quam tacere non pt, ut in §. naturalia. Instit. de iure nat. gen. & ciui. & de ista gl. quæ hic deficit, meminit B. hic in suis interpretationibus quem uideas.

b Sequuntur B. B. P. & A.

c Istam diuisionem glo. sequitur B. B. & P.

d Placet Pa. Alc & Ias.

e Cõsultius diceret, peto te cõdemnari, ut reddas rationem, & reliqua te si tuas. Bar. & Ias.

f Reprobat quia sufficit libellum præsumptiue concludere. B. P. Alex. & Ias.

g Imò quia videtur credi realis actio sine dominio. Alex.

ubi autem reum in personali admitteret sine causa actionem, sicut hic in reali, omne ius deducit in iudicium, ut C. de anna. exce. l. fin. & no. C. ad exhib. l. non ignoral it. a Si tamen in reali actor causam exprimere vult, cautius est ut agens ex alia causa non repellatur, ut intra de exce. rei iudi. l. si mater, §. 6 qu autem. Sed nonne idem in qualibet personali actione, ut actione, & re specificata semper causa intelligatur: si ago a l. decem condictione certa ex mutuo. Respondeo, non, b sed hoc quod dico ex mutuo, inest causa, & sic patet in alijs, ut nō intelligamur, nisi specificetur in actione in rem, cius causa nulla alia est quā dominium quod omne in iudicium deducit: & sic prodest, non nocet reo: ut dictum est. causa enim proxima, sive immediata una est, id dominium licet mediatæ plures, ut emptio & donatio, unde in reali omnes ius deducit in iudicium. Item in & circa propositionem actionis quæro, numquid sufficit rem designare & causam exprimere? Dicit Pla. quod sic quia causæ expressio est idem quod actio: quod nihil est: c nam hæc tria, obligatio, & contractus, & actio, diversa sunt cum primo contractus, secundo obligatio (quæ duo possunt dici causa) & actio tertiò fit, ut probatur int. de procu. l. licet, §. ea. Item aliter actione apparet aliud esse causam, & aliud actionem, quia pōt esse vera causa, & tamen actio non est vera, ut quia vere contraxit, & fuisti mihi obligatus, sed soluisti, vel remisi, & econtra pōt vera esse actio causa falsa, ut quia mihi te non obligasti, sed iure cesso ago, & tibi competit mihi actio: ergo his duabus rationibus aliud est causa, & aliud est actio. Alij d verò dicunt, quod sufficit rem & causam dici duabus rationibus alijs. Prima, quia habet effectum quem hæc lex vult, s. quod reus sciat, cedat vel contendat, ut hic: & C. eo l. edita. Secunda, quia nihil interest, an res proprio nomine appelletur, an digito ostendatur, & c. ut inf. si cer. pet. l. certū est, ver. nam & Fœlius. Et hoc seruatur Bono. & hoc etiam fallit secundum eos in illis casib. ubi ex una cā oriuntur actiones plures, quæ electione tolluntur, ubi actio est proponenda, ut patet his legib. ut ff. de tribut. l. quod in hæredem, §. eligere, & de l. aliorum filius, §. varijs, & C. de furt. l. 1. & si seruus extero emi se man. d. l. 1 & C. de edic. l. fi. & C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoriæ, & ff. de iureiu. l. duob. §. except. Legi autem C. eo. dicta, quæ dicit actionem demonstrare speciem futuræ litis? Resp. verum est, sed non solū actione, sed alia sunt, quæ demonstrant speciem futuræ litis, sicut una est via, quæ ducit Romam, sed non sola, & huic sensui legi dicere possunt, quod eam edere debet, uel aliquid simile facere, & in hac sniā est lo. e & Azo. & alij, sed certe videtur satis actionem semper edi per hanc l. in prin. & in fi. & resp. & ff. de adm. tu. l. quoties, §. item si tempora liciam potest interesse rei alia ratione: quia fortè proponet actor actionem ineptam. f qua proposita scire se contendere possent inf. si mens. fal. mo. dix. l. 1 §. t. Itē & advocatos decedetes exigit prætor, gratia honoris, licet per seipsos aliqui sua possunt proponere negotia: ff. de post. l. 1 in prin. & hoc in multis seruatur provincijs, ut sine actione proposita nemo experiatur. Item no. unā proponere debet tantum, non plures, ut ff. de reg. iur. l. nemo ex his, § quoties, nisi in casu, ut ff. quo leg. l. 1. §. quia autem non nunquam, sed secus in exceptione, ut inf. de excep. l. nemo.

a *Ad agendum.*] idest ad defendendum, sic econtra. C. de testibus. l. 1. tic & inf. de re iudi. l. sæpe.

b *Edere.*] scilicet actionem, & no. quia patet per hunc, §. & per l. C. de digni. l. quoties, lib. 12. quod olim non erat necesse poni in libello actionem, sed sufficiebat etiam sine libello eam certificare, nisi in illustribus conuentis, sed hodie contra, ut C. de lit. contest. auth. offeratur.

c *Ad album.*] alias ad altum, s. aduocatum, uel g aliquem iurisconsultum, qui scilicet aduocatus demonstret. quid dicturus est actor aduersus reum uel dic, ad album, puta fideiussor reum pro quo fideiusserat, ducebat ad creditorem, ut inquantum creditor fideiussorem conuenit, in tantū conueniat ipse fideiussor reum. Et quod subijcit, uel id dicendo, scilicet aduocatus, uel repete edere est, uel id dicendo h &c. Et no. quod totus hic supra posset legi de editione instrumentorum, nisi esset hic uersus, uel id dicendo &c. Nam sufficit dicere hoc instrumento utar, nisi exemplum euam, ut §. editiones.

d *Editiones*] scilicet instrumentorum publicorum, & sic facit trāsitum a l. secundā speciem editionis.

e *Die & consule.*] hæc debent apponi in instrumentis, alias non ualet, ut in Authen. ut præ. no. impe. in prin. & §. j. coll. 5. non tamen exhibentur, ne detur materia falsi fabricandi: ut hic, & infra quemad. test. aper. l. 2. §. idem, & C. de fideicom. l. si in medio. i Ne quid fiat, repete prolato id idest mutato, siue prolongato, ut patet infra de fi. instr. l. 1. petita, & hunc §. accipe secundum lo. K & H quando reus petit ab actore, ut exceptionē suam inde fundet, & econtra quando actor à reo ad suā replicationem fundandam, quod potest secundum eosdem, et si non utatur, ut C. eo. l. non est nouum & l. fi. & l. iustum. sed secundum Azo intellige hunc §. quando reus ab actore utente, uel econtra petit ut uideat qualiter faciat pro producente, cum eo utatur, non autem petitur, ut inde se iuuet, si alius non utatur. C. eod. l. qui accusare, & dictæ leges à Ioanne inductæ loquuntur in rationibus, quæ communes sunt. Ut plene ergo scias, distingue, an sint acta, quæ edi petuntur, de quibus hic titulus nihil dicit, & tunc edēda sunt in totum, idest cum die, & consule, ut C. eod. l. 2. quæ expedit edi coram iudice appellationis, ut C. de app. & relationibus. l. à proconsulibus, & l. causas, uel quia dudum ab tuetat actor, uel reus, ut C. de iudic. l. properandū, §. si quidem, uel quia causam delegauit administratoribus tantum audiendam, ut in Authen. de defunct. seu funer. §. illud colla. 5. vel quia testes petuntur publicari, ut C. ut lit. pend. l. 2. de quibus actis nihil in hoc titul. dicitur. Aut sunt instrumenta, & tunc, aut sunt communia, & tunc ex toto similiter edenda sunt cum die, & consule, ut inf. fam. ercis. si quæ sunt cautiones, & C. eod. l. procurator, si autē propria, alicuius eorum, aut petit alius edi tamquam propria, puta per actionem in rem, & ad exhibendum, aut ut de falso redarguat alio non utente, aut ut uideat, an possit inde probari intentio aduersarij, uel non, quando utitur; aut ut inde fundet intentionem suam, uel exceptionē, uel replicationem alio non utente. primo l casu totum, secundo idem, ut C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam, in fin. hic tamen subdistinguetur, aut circa diem, & consulem dicit falsitatem, & tunc continet, quod dixit, alias non unde de hoc dico eum diligenter interrogari, m in quo falsum dicere uelit, ut at. inf. de iniur. l. prætor. in prin. & inf. de dolo l. sed ex dolo. §. ult. in tertio dic exhibere sine die & consule, ut hic secundum Azo. n In quarto est opinam dicunt quidam, quod actor reo debet edere ad adiuuandā & probandā exceptionem, & reus actori ad probandam replicationem, et si non sit usurus quæ edit. & sic intelligunt. C. e. l. fi. & l. iustum, & l. nō est nouum, & C. de fi. instr. l. illatæ, non autem ad intentionem probādam, nisi in casibus, ut in fisco, ut inf. eo. l. 1. Item in argentario, ut infra eod. l. argentarius, t. respon. & qñ reus est usurus, ut ff. ea. l. §. ed. nda sunt Alij, ut Azo, dicunt, quod nec reus actori nec contra edunt, ut principaliter inde iuuetur ille cui editur, alio non utente, nisi in casu uno, alio non utente, o ut inf. eo. l. 3. §. d ut uideat an ex eo fiat plena probatio pro producente, & hoc qñ est eis usurus, alias nō ut C. eo. l. qui accusare, & quod dr in d. l. illatæ, & C. eo. l. fi. & l. non est, & l. iustum, in rationib. intelligunt: quia quæ sunt quasi cōes, sunt edendæ hincinde, licet non sit usurus aduersarius, arg. inf. l. prætor, § 1. non dico quod sint cōes: quia idem tunc esset quod in instrumentis communibus, ut dixi. Sed quo iure cōpellitur quis ad huiusmodi editiones, qñ faciendæ sunt? Rñd. officio iudicis, & si ad præceptum iudicis non ediderit, actione in factum ad interesse tenetur ut ff. eo. l. ubi. § fi. & dic ut ibi. Item quid si sponte iudici obtulerit instrumentum, ex quo aduersarius iuuari posset? Respon.

Text:

ctus ad agendum a cognita actione, qua conueniatur.

¶ Edere b est etiam 1 † copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare: vel dictare.

¶ Eum * quoque edere Labeo ait: qui * produ cat aduersariū suum a † ad album, c & demonstret * quid dictaturus sit: vel id dicendo, quo vti velit.

Instrumenta debent edi sine die, & consule: in rationibus verò secus. Bartol.

Editiones d sine die & cōsule e

Marginal notes:

a Imo est in l. neque eo. ti. Ale.

* *Locum hūc ex Pandectis Florentinis restituit Angel. Poli. Misc. ca. 28 Alc. verò in fi. lib. secun. de dispu. lectā hanc multo aliter legit hoc scilicet pacto, Eum quoque edere Labeo ait, qui ad uersariū suū ad album producit, ut demonstret quid dictaturus sit & aduersarius tabulas rationum locat templuaue consilet, qua identice scribuntur, ne res memoria excidant, Iac. ille.*

* *Producere aduersarium quid sit, pulchre Franc. Dua lib. 1. disp. c. 13.*

a † *Ad altum in veteribus exē plaribus legitur.*

* *Tu monstret. Cuia. lib. 18. obseru. ca. 15. ita legit & demonstret: ex quo edillo aliter esse.*

b Et bene Ful. & Alc. licet P. dicat, Doct. tenere contrarium.

c Idem Bar. Alc. Paul. & Ias.

d Approbatur per B. B. Pan. Alex. & & Ia. per c. edoceri, extra de iud.

e Et bene B. B. Pau. Ale. & Ias.

f Displicet B. B. Ful. Pa. & Ale. licet An. & Ias. sequuntur.

g Et bene Bar. P. An. & Ias.

h Placet Paul. Ale. & Ias.

i Sequitur Bar. Pa. Angel. & Ias.

K Hanc opi- tenent Bart. Ang. Ale. & Ias.

l Et bene secundum predictos s. tibe res.

m Sequitur Bart. s. d displicet Ang. Ang. Ful. P. & Alc.

n Et bene, secundum Ba. & Ias.

o Reprobatur secundū Bart.

Respon. inuatur eo ad instar testium, a quos contra se producere nemo tenetur, vt C. de testibus l. nimis, si tamē produxerit, creditur ei: vt C. de episc. & cleric. auth. sed iudex. cum instrumentorū & testium sit similitudo: vt C. de fide instrume. l. in exercendis. Item nunquid nomina testium debent edi & tabellionum? Videtur quòd non: quia falsitas posset cogitari. Itē secundo, quia si dies solutionis est ideo edendus, quia est pars stipulationis: ergo econtra non editur quod nō est pars stipulationis, licet sit pars eius instrumenti. B contra quòd sic, quia est vsurus dictis nominibus vtendo ipso b cōtractu vt solēni. Item quia solus dies & consul de substantialibus cuiuslibet instrumenti excipitur, & de non substantialibus stipulationis, ergo cætera non sunt excepta: & hanc approbo. Accur.

a *Debent.*] vel reo ad exceptionem, & actori ad replicationem et non usuro: sed si vsurus, tunc totum, c vt infra §. edenda. secundum Ioa. tu dic quod hic vtitu, vt hic notatur.

b *Conscriptum est.*] secō tra est in accusatione, vt edi debeat dies cōmissi criminis, sed dies conscripti siue dati libelli sic, ut inf. de accusa. l. libellorum.

c *Summa.*] idest quantitas, idem & si species dicatur in instrumento contineri: & quod dicit stipulationis, idest instrumenti, in quo continetur stipulatio. quod ex eo probatur, quod sit dies ut summa edendus, quia qui ante diem uel post soluit, minus uel plus soluere dicitur, ut inf. de uerb. signi. l. minus, & l. si cui. §. minus, & Inst. de act. §. tempore.

d *Apparere.*] scilicet, commode, uel facile, ut inf. de uerb. sig. l. nepos. Nec enim melius possunt reduci ad mentē accepta & data, quam declarato quo die singula facta sunt. Sed cur secus in instrumentis, cum ibi eadem ratio sit? Respon. hæc non est sufficiens ratio, imo hæc, quia quodammodo meum peto mihi edi, ut inf. eo l. prætor, § 1. sed nec hæc, sed est necesse quod me mandante facta sint, uel procuratore meo, ut inf. eo. l. si quis ex argentarijs, § ex hoc edicto. uersi. pertinere. Nā si hæc ratio sufficeret, quia quodammodo meum postularem, iam diem & consulem testamenti peterem, dum quid mihi est ibi relictū, quia est quodammodo omnium eorum quibus ibi est aliquid ascriptum, ut inf. quemad. testam. aper. l. 2. in prin. sed tamen hoc est falsum, ut C. quemadmo. test. aper. l. 3. & inf. qui ad testam. aper. l. 2. 4. dicimus ideo arg. contra, C. de iis quibus ut indig. l. cum Syllanianum, in fi.

e *Edenda*] hoc primum & secundum responsum duobus modis intelligitur.

f *Sunt.*] scilicet in princip. causæ paratum post litem contest. ut innuit sequens uerbum futuri temporis, scilicet editurus, & usurus secundum quosdam. Item edi facienda copia legendi & describendi ei, cui eduntur, ut infra ad leg. Falci. l. pen § fi. & infra quemad testam. aper. l. j. § diem, & infra de bon auth. iud poss. l. si item no quod arg. huius §. dicunt quidā, quod post attestationes publicatas non possunt produci instrumenta, nisi prius ediderit. tu dic contra,

fieri debent,[a] ne quid 1† fraudis excogitetur edito die & cōsule, & prolato die fiat. Deinde autem & consulem excipit prætor, quo instrumentum cōscriptum est, [b] non in quem solutio concepta est. Nā dies solutionis, sicuti summa [c] pars est stipulationis. ¶Rationes tamen cum die & consule, edi debent: quoniam accepta, & data non aliter possunt apparere, [d] nisi dies & consul fuerit editus.

Ea sola, quibus quis vsurus est in iudicio, edere debet aduersario: nec dicitur edidisse, nisi totum contractum ediderit: & non edēti aliquando parcitur propter ætatem, sexum, vel rusticitatem, h.d.

¶Edenda [e] autē 2† sunt [f] omnia, quæ quis apud iudicem editurus est: non tamen vt & instrumenta, quibus quis vsurus [g] non est, compellatur edere. ¶ Edere [h] non videtur, qui totam stipulationem nō edit. ¶Eis qui ob ætatem, [i] vel rusticitatem, [K] 3† vel ob sexū [l] lapsi nō ediderunt, vel ex alia iusta [m] causa, subuenietur. [n]

Legatarius petens legatum, licet in libello faciat mentionem de testamento, non tenetur hæredi dare illius copiam ad instructionem ipsius, cum soleat penes se exēplū habere, h.d.

¶Paulus lib. 3. ad edictum.

LEX II.

SI legatum [o] operatur, non iubet prætor verba testamenti edere: ideo fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamenti.

Lex ista legitur duob. mod. secundum vnam lecturam cōtinet ius speciale: s. quod fisco editur ad suam intētionem fundandam: secundum aliam, quod fisco editur ad suam replicationē fundandam, h.d.

¶Modestinus 4 † lib. 2. de pœ.

LEX III.

NE 5† quisquam peorum, a quibus quid a 6† fisco petitur, 7 † alia instrumenta

cum qualibet exceptio peremptoria proponatur, vt C. sent. resc. in. non poss. l. peremptorias, & quod hic dicit, expone, edenda sunt omnia, s. aduersario quæ iudici editurus est. q. d. non iudici tantum fit editio: sed etiam aduersario, non tamen diei & consulis secundum Azo. Sed Io. in totū e quando est vsurus: vt sup. eo. § editiones, secus in testibus, quia post publicationē nō producuntur, quia ibi falsitas timeri potest, vt in Auth. de testib. § quia uero, col. 7 & hoc approbat consuetudo.

g *Quis vsurus.*] s. ille qui petit ea edi. vt inf. eo. ne quisquam secundum Io. vel dic secundum Azo. quod ea, quibus vti nolo, non edā, etiam ad videndum, sed ea tantum quibus sum vsurus.

h *Edere.*] stipulationē totam: uelut si edidit instrumentum quo continetur stipulatio facta sub conditione: conditionem tamen non edidit, vel edidit stipulationem: sed non pœnam quæ in ea cōtinebatur, unde quia nesciuit, incidit in pœnam: ut j. fam. ercis. l. hæredes, § idem iuris, & facit C. ad Syl. l. pen. in fi. & inf. de transa. l. cū his. § f. d & si non.

i *Eis qui ob ætatem.*] vt minores.

K *Rusticitatem.*] vt j. de iurisd. om. iudic. l. si quis id. §. doli. & j. ad Syll. l. si quis in graui. § si quis ignorans.

l *Sexum.*] vt C. de iur. & fac. ign. l nec passim.

m *Iusta.*] vt quia in uinculis positi, vel alias detenti, ut j. quibus ex cau. ma. l. succurritur, & l. item.

n *Subuenietur*] vt non teneantur ad interesse, quamuis nō ediderint, ad quod alias tenerentur. ut no. inf. eo l. si quis ex argentarijs. § ex hoc edicto & infra de tab. exhib. l. locū §. condemnatio uel aliter, alijs denegat actio si non edant his subuenitur, prima placet.

o *SI legatum*] Duob. modis pone casum. Primo, nō hēt iudex, i. s. legatario exhibere hæredi uerba testamenti, quia hæres est in ea cā. ut alijs dēat edere, non ut sibi edatur, & hoc nisi ex cā, ut j. eo. l. si quis ex argentarijs, §. prorsus quolibet. & j. de tab. exhib locū, § solent. Scdo g dic, non iubet, s. hæredē exhibere legatario s. originale, uel authenticum, nisi fortè dubitet de legato, nam tunc etiā originale dēt edi. ut C. eo. l. procurator. & iō dico esse edendū tantum exemplum h quia si originale portaret per ciuitatem, fortè perderetur, & hoc de consuetudine approbatur.

p *NE quisquam.*] Bona quædam uacantia detulit quidam siue nunciauit in fiscum, quod ex multis causis esse potest, ut j. de iure fis. l. j. possessor horum bonorū tenetur instrumenta facientia contra se pro fisco edere delatori deferenti, & agenti contra se nomine fisci, non autē alia, q non faciunt ad istam causam. Et est speciale, i. alias non, ut C. eo. l. qui accusare. quæ est cōtra. Vel dicunt alij, q hic excipiebat reus, unde replicabat actor, ad cuius iuuādam replicationem reus edit, ut C. eo. l. fi. in fi. & si iste nō exhiberet, præsumitur subtraxisse, quasi sibi nocitura essent, ut inf. de iure fisci l. 2. § diuus Hadrianus. ipse autē fiscus contra se non edit, quod si edit, conditio ne apposita edit, ne is qui defertur contra eum illis utatur, ut infra de iure fisci l. in fraudem, § neque, quod dic ut ibi. Accur.

Legatur

Ista gloss. est Bald. q testis ē pars instrumenti P olog.

1 † *Alias, de-tractatum.*

b Bar. hic dicit istam gl. non esse alibi, & sic eā facit singul. ad hoc, quod instrumentum producentum applicat cōtra producentem, etiā si protestetur de nō producere nisi in quantum facit pro se. B.

2 † *Flor. deest, autem.*

c Male loquitur. Imo sine die, & cōsule, secūdū Bar. & alios.

d Et bene Alex. de quo est tex. in c. cum. d lect. ext. de fi. instrum.

e Et male, secundum P. & alios in § præced.

3 † *Paritur rusticitati. cō cor. gl. 1. c. super literis super verbo simplicitatē. ext. de rescr. & c. cum vniuersorum, extra de ver. per mut.*

4 † *Ad intell. huius l. vide Gl. ... in l. 1. num. 10. sup. eo.*

5 † *Alias, Mauricianus & incipit, Senatus consult. ne, Fl.*

6 † *Fl. deest a.*

7 † *Fl. petitur.*

f Ista lectura placet B. B. Ang Pa. Salic. Al & Ia.

g Ista placet Alber. Sali. Angel. & Alexā. licet Pau. & Ias. eam reprobent.

h No. glo. q ubi quis tenetur edere instrumentum, non cogitur edere originale sed copiam uel exemplū, & quo facit l. eo. §. sup his de appel. C. & ibi glo. & Bar.

i Istam gl. usque ad finem sequuntur communiter Doct.

delatori cogatur edere, [a] quæ ad eam causam pertinerent, ex qua 1 † deferre professus esset.

Argentarius rationes edere tenetur cum die, & consule, his ad quos pertinet, siue sit argentarius ipse sui iuris, siue sit filiusfamilias: quo casu etiam pater eius tenetur edere, si filius quæstum argentariæ ad patrem referebat: & sic pater tacitè consentiebat argentariæ. Item, si seruus est argentarius, edere tenetur dominus suus, si seruus ipso volente argentariam exercuit: vel dominus rationes penes se habeat: vel si argentaria peculiaris erat: aut quæstus eius in rem domini versus est. h.d. vsq; ad §. is etiam.

Vlpianus lib. 4. ad edictum.

LEX IIII.

PRætor ait, Argentariæ [a] mensæ exercitores [b] rationes, quæ ad se pertinent, [c] edant, adiecto die, & consule. Huius edicti ratio æquissima est: nam cum singulorum rōnes argentarij conficiant, æquū fuit, id quod mei causa confectum est, 2 † meum [d] quodammodo instrumentum mihi edi. Sed & filiusfamilias [e] continetur his verbis, vt vel [f] ipse cogatur edere, an & pater, quæritur: Labeo scribit, patrē non cogendum, nisi sciente eo argentaria exerceretur. 3 † sed rectè Sabin. respondit, tunc id admittendum, [g] cum patri quæstum referret. ¶ Sed & si seruus argentariam faciat, (potest enim [h]) si quidem voluntate domini fecerit, compelli dūm edere: ac perinde in eum dandum esse iudicium, ac si ipse fecisset: [i] sed si inscio domino fecit, satis esse dominū iurare, [k] eas se rationes nō habere. Si 4 † seruus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur. [l] sed si dñs habet rationes, nec edat, insolidum tenetur. 5 † ¶ Is etiam, qui desiit argētariā facere, ad editionem compellitur. Sed ibi quis compellitur edere, vbi argentariam exercuit: [m] & hoc est constitutum. Quòd si instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia administrauerit, ibi puto cogendum edere, vbi argentariam exercuit: hic enim 6 † primum deliquit, quòd aliò instrumentum transtulit. [n] Quòd si in alio loco argētariam exerceat, alibi autem ad editionem compellatur, 7 † minimè hoc facere cogitur: nisi descriptum [o] 8 † velis, vbi de ea re agitur, ibi 9 † dari, tuis videlicet sumptibus.

Paulus lib. 3. ad edictum.

LEX V.

SPatiūq; ad pferendas 10 † eas p tribuendum est.

a *Cogatur edere.*] ex officio iudicis vel per hoc edictum: sed iure actionis omnia, si petens edi, actionem habeat: vt infra eo. l. quædam, in prin.

b PRætor. *Exercitores.*] isti non erant campsores: a cum de eis dicatur specialiter inf. eo. l. qdi. §. nummularios. vel dic, quòd sic erant: sed de argento tm̄ dando, & recipiendo: quia argenti fodinis erant præpositi, & hoc indicat ipsum nomen argentariorum: quòd debet esse cōns rei: vt Instit. de donat. §. est & aliud.

c *Ad se pertinent.*] vt inf. eo § pertinere.

d *Meum.*] non, quòd sit meū instrm̄: tunc. n. possem vendicare: vel quòd sit cōe: quia tunc actionis iure possem petere; vt inf. eo. l. quædam, sed iō dico quasi meū, quia vtilitas mea ibi cōsistit: vt & de testō dr̄ inf. quemad. testa. ape. l. 2. in prin. scriptum. o. erat in chartis argentarij instrm̄, vñ suus liber ē; vt Inst. de re. diuit. §. literæ. Sed hæc nō est sufficiens rō, vt edatur; sed alia, quia me mandante, vt inf. eo. l. si q̄s ex argentarijs. §. ex hoc edicto. Sed cū hodie semper faciant tabelliones sibi mandari hincinde: ergo semper edetur; & cū die, & cōsule ad instar rōnum. Rñ. non est verum: quia in instrō licet vterque mādet, ad vtilitatem tñ vnius fit tñ: nisi expressè agatur vt fit cōe. vñ qđ eius fit fauore, non dēt conuerti in eius læsioné; vt C. de leg. & consti. l. quod fauore. secus in rationibus.

e *Sed, & filiusfamilias.*] argentarius.

f *Vel.*] pro etiam.

g *Admittendum.*] scilicet dūmū, vt pater cogatur edere, cum patri, &c. & hoc ad similitudinem institoris; vt inf. de inst. l. j in prin. & sic si fuerit tutor filiusfa. testamentarius nam pater non tenetur, licèt sciat, nisi periculum in se suscipiat; vt infra de admi. tut. l. Lucius. secus si a iudice sit datus tutor filiusfam. quia tunc eo ipso, quod agnouit pater, quoquo modo fideiubere videtur; vt infra de tut. l. si filiusfam. vel subaudi hic maximè, & alius erit sensus, & verior. b vt infra. §. proxi.

h *Potest enim.*] ergo non est officium publicum; vt inf. de reg. iur. quod attinet ad tut.

i *Si ipse fecisset.*] per officium iudicis, aliàs ad interesse agitur actione in factum ex hoc edicto; vt inf. eo. l. quædam. in prin. & facit Inst. qđ cum eo. §. pe. & inf. quo. iussu. l. si.

K *Iurare.*] not. quod statur sacramento suo, & pro se sic C. de iure delib. l. si. §. licentia. & C. de ijs, qui ad eccl. confug. l. si §. sic vbi. & C. de iudic. l. properandum, §. 2. & C. ad leg. Cornel. de fal. l. si quis decurio. & inf. de arbit. l. si de meis. §. si & inf. depos l. 1. §. si quis argentum, & inf. de furt. l. actione. §. 1.

l *De in rem verso tenetur.*] si ex contractu serui conueniatur 16. Vel dic, c ad interesse actione in factum, si non edat ipse dominus ad præceptum iudicis.

m *Exercuit.*] sicut quamlibet rationem tenetur quis reddere, vbi eam administrauit, vt inf. de iud. l. hæres. §. si quis. & l. argentarium.

n *Transtulit.*] vnde reducere tenetur d ei suis sumptib. vt infra de le. j. l. cū res. §. sed si alibi. & inf ad exhiben. l. sed & si. §. interdum.

o *Rescriptum.*] i. decretum iudicis. & facit infra de rei ven. l. si res mobiles, & l. nisi. & inf. ad exhiben. sed & si hæreditas. §. j & supple, per quod compellas eum, vbi de ea, &c. vel dic librum rationum.

p S*Tatim. Eas.*] s. rōnes quas modo appellauit rescriptum, secundū secundam expositionem.

S*I quis.*] CASVS. Hæc l. cū superiori continuatur; & eius casus est, Pone, Peto ab argētario rōnes mihi edi: ipse aūt dicit se in villa hēre, debet me ducere ad illum locū vbi habet.

¶ *Cogentur.*] Si argentarius decedat, hæres eius tenetur edere: & hoc siue sint plures, siue vnus hēt, ille solus edere tenetur: & si habent omnes, tenētur edere: & si vnus edat, debent alij subscribere: hoc idem seruā in ipsis principalibus argentarijs.

¶ *Nam & si.*] Ita ponas casum, Habebam plures tutores, & exercebant argentariam per seruos meos: dēnt quidem illi mei tutores edere, secūdū quòd dictū est in plurib. hæredibus

¶ *Rationem.*] Quis sit liber rationum, dicitur hic: nam ille est liber rationum vbi sunt data, & accepta. Si autem ibi fortè scriptum est, quod acceperat, sed non quod dedit, non erit liber rationum.

¶ *Ex hoc.*] Hic dicitur, quòd argentarius, qui non edit, ad interesse petentis tenetur; & hoc non ad me pertinet; nisi quia me mandante procuratori aliquid mandauit argentario per procuratorem, vel capiferum meum; poterit quidem nihilominus mihi domino edi. Item argentarius potest illi capifero meo edere rationes, dummodo ille capifer caueat de rato, si dubitatur an habeat mandatum.

¶ *Si initium.*] Ratio Titij scripta fuit in libro rationum cum die, & consule; & mea sine die potero petere, vt dies & consul mihi edatur.

¶ *Prætor.*] Duo ponit; primo modo quæritur, si argentarius petat a scholari sibi edi instrumentum, an scholaris tenetur edere argentario? Et respon. quòd non: nec ipsi argentario, nec hæredi eius hæc vera sunt, nisi aliqua sit iusta causa, propter quam edi debeat ipsi argentario, vel hæredi eius. Secundo quæritur, an argentarius teneatur edere

a Idē Alb. Alex. & Ias. hic.

2 † Fl. est quo se deferre.

* Argentaria mensa exercitores, alij dicebātur creditores qui in foro publicas tabernas habebant ac mensas: alij conductores, qui conductas illas habebant, quibus ex officio publico pecunia custodienda dabatur: ac ro... ab illis sub fœnore accipiebatur. hæc & plura D. in l. bonorum. ff. depos.

2 † Fl. consectum.

h Iste intellect⁹ placet B.

c Ista gl. placet Al... quā magis sciās ri.

d Sequūtur Pau. & ē de mēte Alex. & Ias.

3 † Fl. exerceretur & Bald. dicit istū tex. esse singu. ad hoc, quòd pater tenetur ex facto filij, quando ex eius facto sentit commodū vel lucrum Bolog.

4 † Alciat. Sed si.

5 † In nonnullis exemplarib. adijciuntur hæc verba, & si nescierit cū argentariā facere.

6 † Fl. hic.

7 † Fl. compelletur.

8 † Prascriptum.

9 † Fl. agitur eā tibi dari.

10 † Alias præstandas.

scholari iterum si edidit semel, & respondetur quod non: nisi sint aliquæ iustæ causæ, quæ in l. seq. enumerantur. & hoc verbo, iterum, significabatur hoc casu, quantum erit opus.
a *In villa.*] proxima: vt differat à superiori. l. prætor, §. Quod si.

propter casum. auth. hoc sacramentum, sed hic non fuit iuratum. Accursius.
k *Rationem.*] i. librum rationum: vt ita veniat in hoc edictum edendus ille liber: vt sup. eo. l. prætor, in prin. Accur.
l *Vltro citroque.*] i. hincinde: vt inf. de neg. gest. l. A cur.

Vlpianus li. 4. ad Edictum.

LEX VI.

SI quis ex argentarijs (vt plerique eorum) in villa [a] habeat instrumēta, vel in horreo, aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit.

Successor tenetur hoc edicto: sicut qui possidet, siue sit vnus, siue plures: idē in pluribus tutoribus.

¶ Cogentur * & successores [b] argentarij edere rationes: quod si plures sint hæredes, & vnus habeat, solus [c] ad editionem compelletur: sed si omnes habeant, & 1 † vnus edi sibi desideret, omnes ad editionem compellendi sunt. Quid enim si humilis, & deploratus vnus edidit, vt dubitare meritò quis de fide [d] editionis possit? Vt igitur cōparari rationes possint, etiam cæteri edere debēt: aut certè vnius editioni subscribere. Hoc 2 † idem erit [e] etsi plures [f] fuerint argentarij, ex quib. editio desideratur. Nam, & si plures tutores tutelam [g] simul administrauerint, aut omnes edere [h] debent, aut vnius editioni subscribere. *

Qui petit editionem, debet iurare de calumnia.

¶ Exigitur autem ab aduersario argentarij iusiurandū, non calumniæ [i] causa postulare edi sibi: ne fortè, vel superuacuas rationes, vel quas habet, edi sibi postulet vexandi argentarij causa.

Illa ratio est edenda, quæ ad argentariam pertinet: secus in instrumentis ex alia causa confectis. Bart.

¶ Rationem [k] autem esse Labeo ait, vltro citroq; [l] 3 † dandi, accipiendi, credendi, [m] obligandi, soluendi sui causa negociationem: 4 † nec vllam rationem à 5 † nuda duntaxat solutione debiti incipere: [n] nec si pignus acceperit, aut mandatum, compellēdum edere. hoc. n. extra rationem esse. Sed & quod solui constituit, argentarius edere debet. nam & hoc ex argentaria 6 † venit.

Contra non edentem datur actio in factum ad interesse: & rationes dicuntur ad aliquem pertinere, quando eo mandante, vel ab eius procuratore confectæ sunt; & ideo tam sibi, quā procuratori sunt edendæ. h. d. vsq; ad §. si initiū.

¶ Ex hoc edicto in id quod interfuit, actio [o] competit; vnde apparet hoc edicto ita demum teneri, 7 † si ad eum pertineat. Pertinere * autē videtur ad me ratio, si modò eam tractaueris me mandante. Sed si procurator meus absente me, mandauerit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat? [p] Et magis est, vt edatur. Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecū habet, [q] non dubito, quasi ad eum pertineat: & cautum de rato, si mandatum [r] ei non sit.

Dies & consul appositus in principio refertur ad sequentia, quæ non habent diem, & consulem. h. d. & non est alibi, secundum Baldum.

¶ Si initium tabularum habet diem, & consulem, 8 † in quibus Titij ratio scripta est, post modum mea sine die, & consule, etiam mihi edendus est dies, & consul. cōis enim [s] 9 † omnis rationis * est præpositio diei, & consulis. Edere [t] 10 † autem est, vel dictare, [u] vel tradere libellum, [x] vel codicem proferre.

b *Successores.*] vt inf. l. seq. & l. quædam, §. nihil interest.
c *Habeat solus.*] no. quod vbi vnus hæredum habet, ipse solus tenetur: vt inf. commod. l. 5. §. hēs & ī. pro so. l. actione. § si communis.
d *De fide editionis.*] s. an edat falsum s. olus vel minus, vel aliud: vt quia iam, & alijs multis vicibus similia fecit: vt inf. de accu. l. si cui. §. 1. & ita est qualequale. arg. quòd licet tabellio delinquerit in officio, adhuc tamen possit gerere. licet nō sic ei credatur: cum, & horum, vt tabellionum publicum erat officium: vt ī. eo. l. argentarius. §. ideo. sed contrarium est: vt C. de suscep. & arca. l. si aliquid, li. 10. Item & alia ratione dubitari potest: vt quia librum vituperatum edit: vt C. de edic. diui Hadria. tollē. l. fin. § s. quare cæteri edere debent: vt subijcit. Et sic nota, quòd tanto validior est probatio, quāto, quis maiori nititur authoritate: vt C. de legibus, & constitution. l. humanum. Item aliud, vt quod omnes tangit, ab omnibus comprobetur: vt C. de autho. præst. l. fi. Accur.
e *Idem erit.*] quod dictum est sup. proxi. vt si plures sunt hæredes argentarij, apud quos est liber rationum, quod vel omnes teneantur edere, vel editioni vnius cōsentire: hoc habebit locum, & si Plures sint argentarij.
f *Et si plures.*] non solum argentarij hæredes. Accur.
g *Tutelam.*] & argentariam pro pupillo faciant: vel dic, quod dicit de ratione tutelæ.
h *Edere.*] & coram eodem iudice: vt C. arbitr. tutel. l. omnes. cum loco vnius sine: vt infra tit. 1. l. si plures. Accur.
i *Calumniæ.*] vt & in alijs similibus: vt infra eod. l. quædam. §. fin. & supra qui satis. l. cog. l. de die. l. iubetur. & infra de damn. infect. l. qui bona, in §. qui damni. quod est hodie verum, si a principio non fuerit iuratum: cum semel a tantum in tota lite debeat iurari: vt C. de iureiuran. tem, & l. 2. §. idem Labeo.

m *Credendi.*] i. in qua continentur hæc similia. Accur.
n *Incipere.*] s. si in libro sit scriptum, quòd est solutum ei tantū: & de datione, vel mutatione nil dictum est, non est ratio. ideo vel rationum liber est dicēdus. idem & in quolibet alio solo contractu: & idem in constituto: vt innuit sequens copula; sed & licèt dicatur edere debere, verum est quando hæc, & alia similia ibi continentur, non solum constitutum. Alij dicunt speciale in constituto, vt edatur, constitutum; licet illud solum ibi contineatur; quia eorum officium maximè in hoc consistebat.
o *Actio.*] s. in factum; non in hoc, vt edere cogatur; quia illud fit per officium iudicis; sed ad interesse, si officio non pareat vel dic etiam actionem & ossi ium dari ad hoc, vt fiat editio; vt infra ne vis fiat ei, l. si quis missus.
p *Pertineat.*] ex eo quod mihi tenetur. Accur.
q *Habet.*] s. argentarius.
r *Mandatum.*] nam tunc exigitur cautio ratihabitionis; vt C. de procur. l. j. & inf. vt leg. nom. caue. l. h is. §. si procurator nisi in casibus, vt inf. de ope. no. nunc. l. qui vtam. §. 1. & inf. ad Treb. l. qui ita, etiam.
s *Rationis.*] s. sequentis. eo enim, quod in sequentibus rationibus continetur eodem die, & cæt inducitur repetitio diei, vel etiam d si non continetur. sic & Instit. ad l. Aquil. §. ex hoc tamen capite. & sic facit pro molendino eius, cuius aquam facit restagnari dominus superior, vt currere non possit; sic & contra infra de aqua pluuia arcen. l. 1. §. sicut au-
t *Edere.*] s. rationes. nam de editione actionis dixit sup. eo. l. 1. in prin. & §. 1.
u *Dictare.*] s. ilicet ex libro.
x *Libellum.*] s. in aliquo libello.

* Ad intellec. huius. §. vide Rui. in l. 4. §. Cato. n. 43. ff. de ver. obl.
1 † Plur. & vnus ediderit, omnes ad editionem.
2 † Plu. decis. hoc.
* Nota, quòd idem est, totū scripsisse, vel tātū subscripsisse cōcor. tex. Inst. de empt. & vendi. in prin. ibi subscripta.
3 † Plu. decis. citroque.
4 † Obligationem.
a Sequit. Alexā. de quo vide Bar. in l. C. eo. l.
5 † Fl. decis. 4.
6 † Venit actio.
7 † Fl. hoc edictum tenere.
* Ad intellec. huius. §. vide Gr. l. ad an l. 4. nu. 19. C. e.
b Sequitur Bar. Ang. & Alexan.
c Reprobatur secundū prædicta.
8 † Bal. dicit istū tex. sing. quod dies positus in princ. rationis, vel instrumentorum dicitur cōis ad omnia sequētia. idē Bart. hic. & subdunt idem esse in loco posito in princ. Bolegn.
9 † Fl. decis. & consulo.
10 † Fl. decis. emiss.
d Lītā est vera, secūdum Pau.

Prætor.]

a *Prætor.*] duo dicit quæ exponuntur in §. prohibet. & §. nec iterum, & no. quod hic loquitur quasi prima editio si ne causæ cognitione fieret, quod falsum est: ut sup. ea. l. §. exigitur. sed ho. ideo dicit, quia maior causæ cognitio desideratur in secunda editione, quam in prima: ut infra prox. §.

f *Iterum.*] facit inf. de pec. l. si ex noxa. § est autem.
g *Postulanti.*] scilicet, fieri editionem. Accur.
h *Veluti si peregre*] idest alibi habere, quam &c.
i *Doceat.*] idest probet.
k *Editum.*] scilicet edoceat.

Argentario non fit editio rationum suarum, nisi probet quod rationes, quæ apud ipsum remanserunt, perdidit casu fortuito; uel nisi subsit alia iusta causa, hoc dicit usque ad §. hæc vox. Bart.

¶ Prætor [a] ait, Argentario, eive, qui iterum edi postulauerit, causa cognita edi iubebo. Prohibet [b] * argentario edi, illa ratione, quod etiam ipse instructus esse pōt instrumento suæ professionis: [c] & absurdum * est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat; ipsum petere ut edatur ei. [d]

¶ An verò 1 † nec heredi argentarij edi ratio debeat, uidendum & quidem si instrumentum argentarię ad eum peruenit, non debeat ei edi. sin minus, edenda est ex causa. Nā & ipsi argentario ex causa ratio edenda est, si naufragio, vel ruina, vel incendio, uel alia simili causa rationes perdidisse se probet: aut in longinquo habere: [e] veluti ultra mare. Nec iterū [f] postulanti [g] edi prætor iubet 2 † nisi ex causa.

b *Prohibet.*] scilicet non recte: sed per quandam consequentiam ut inf. tit. 1. l. iur. gentium. § prætor ait. & §. dolo.

c *Professionis.*] aliàs professionis, & aliàs promissionis.

d *Vt edatur ei.*] No. quod non debet quis ab alio petere, quod ipse habet: & alijs dare debet: ut hic & in auth. de sanc. epi. §. damus. ibi, qui enim alios col. 9. & infra ad legem Iuliam de adul. l. si uxor. §. iudex. ibi periniquum enim, & C. de epi. & cle. l. cum clericis. & in eo quod dicitur, quod re uera mus. debet pro alijs fideiubere, non alij pro eo. ut sup. eod. l. si legatum, & 29. dist. §. ecce, & infra de in iur. l. sed si unius. §. si fetuus.

e *In longinquo habere.*] scilicet debet, sed cur probat iste argentarius a prin. casu n. Primo enim is qui agit, secundum ius commune debet probare dolū uel latam culpam argentarij interuenisse in amissione: probata per eum: ut infra, eodem, l. ubi. in prin. & C. de dolo. l. dolum, & ut ar. infra de lega. 2. l. cō ita legatur. §. species. quo non probante dolum uel culpam, sequi debet absolutio: & sic absoluetur argentarius, etiam si nihil probet: vt C. de pig. actio. l. si nulla. & ita hic argentarius vincere debet, non probata culpa contra eū: licèt ipse non probet casum? Respon. hoc est speciale a propter hoc officium publica auctoritate argentario iniunctū: quia principalis est eorum opera custodire rationes: ut infra eodem, l. argentarius, §. & iō, & idē in similib. vt inf. de cu. re. l. si. §. pen. & fortè idem in tutoribus, quia similis est rō: nec obstat infra de administr. tut. l. chirographis, quia ibi tutor probauerat casum. Sed quod cum culpa pōt probari. Item potest esse alia, b quia cum benigne secum agatur, ut pluries audiat postulans ab argentario ut ī. prox. §. uel quia habere debet, vt hic, scilicet postulans editionem: non est mirum si in hoc grauetur, sic & infra de iureiuran. l. eum qui. in prin. vel aliter quod dicitur, quod qui dolum, vel culpam dicit alium commisisse, probet, hoc est uerum, quoniam ex hoc dico eum mihi obligatum: at hic solum volebam eum a priuilegio remouere, vel uerius d non habet locum priuilegium nisi probato casu. & sic sunt quatuor responsiones. Accursius.

* Ad intelligentiam §. verb. Curt. in. Act si qs in aliquo nu. 17 C. eod.

* Collige ex isto tex. quod non debet instruere, qui alios instruere debet. unde turpe est Doctori si consi. petat a scholari. Tan. Cast. Fr. ex secundū Ias. in l. 2. §. Seruius autem ff. de orig. iur. pro quo est l. potioris. C. de offi. rec. prouin.

1 † Flo. edi.

2 † Aliàs nisi causa cognita.

3 † Aliàs rationes quas casu. Flo.

4 † Flo. ca.

a Placet B. & Ale.

b Displicet Albe. Ale. & Ia.

c Displicet Alex. & Ias.

d Hæc uera secundum B. r. Ang. Pau. Ale. & Ias.

¶ Paulus lib. 5. ad edict.

LEX VII.

Veluti si peregrè [h] habere, quod primum editum est, doceat, [i] vel minus plenè editum: [k] vel eas rationes 3 † casu maiore, non verò negligentia perdiderit. [l] Nam si quo 4 † casu amisit, cui ignosci debeat, ex integro edi iubebit.

Rationes semel editæ nō sunt iterū edendæ, nisi ex cā legitima & probata; quo casu toties, quoties causa suberit, facienda erit editio. h. dicit usque ad l. ubi

¶ Hæc vox, iterum, * duas res significat, altera 5 † est, qua demonstratur tēps secundum quod Græci δεύτερον 6 † dicunt. [m] altera, 7 † quæ ad sequentia quoque tēpa pertinet, quæ Græce dī. πάλιν 8 † quod ita accipitur, Quoties opus erit nam pōsset fieri, ut is editam sibi rationem quis perdiderit: ut verbum, iterum, pro sæpius [n] accipiatur.

Argētarius uel dolo, uel lata culpa non edens, dānatur in id quod interest petētis, cuius quantitas secundum tempus decreti prætoris iubentis edi æstimatur, non inspecto si post desierit interesse, aut creuerit, seu decreuerit. Bart.

¶ Vlpianus li. 3. ad edictum.

LEX VIII.

Vbi exigitur argentarius rōnes edere, tunc punitur cū dolo malo [o] non exhibet: sed culpam non præstabit, nisi dolo malo 9 † proximam [p] Dolo āt malo non edidit 10 † & qui malitiosè [q] edidit, & qui in totum non edidit. 11 †

¶ Is āt qui in hoc edictum incidit, id 12 † præstat, quod interfuit mea eas rationes edi, cum decerneretur à prætore: non quod hodie interest; & ideo licet interesse [r] desijt

l *Perdiderit.*] scilicet probet se habuisse.

m *Græci dicunt.*] secundum Græci huius est, i. iās. sic ponitur infra de inst. aut. tu l. pos l. fin. § fin. & infra de leg. 3 l. fideicommissa, §. si quis decē. Accur.

n *Pro sæpius*] idest quoties opus sit. sic ponitur supra tit. 1. l. orationes. & ita accipitur hic, quando ponitur postea hæc dictio uel finalis, ut rursus: ut infra communi diui. l. arbor. in prin.

Vbi] CASVS. Nisi argentarius edat rationes, punitur, si faciat dolo malo. nā duob. mod. quis dolo non exhibet.

¶ Is autem.] Volebam vendicare prædium a Titio: ipse autem Titius dicebat quod non erat meum: quia non solui pretium: ego āt me soluisse pretiū dicebam: & uolebam ostendere librum argentarij mei, qui soluit uenditori: ipse argentarius noluit mihi ostēdere librum rationum; cum iudex argentarij mei, qui soluerat, præcepit ut ostenderet: unde amisi causam, pp hoc tenebitur mihi quidem argentarius ad interesse. s. quantum interfuit mea, quādo petij exhibitionem * rationum: non autē aliud tempus inspicimus.

o *Dolo malo.*] qui est, si habet & non edat. Item, si dolo habere desijt: e ut inf. eod. l. quædam §. is autem in uer. sed si, &c.

p *Nisi dolo malo proximam.*] idest, lata: sed in quo minori & mulieri succuritur sup. eo. l. 1. §. si cum nec minor in dolo excusatur: ut C. si minor se ma. dix. l. 2. §. neque mulier. & inf. ad Vell. l. si decipiendi? Respon. in hoc vt dolus f nō præsumatur a iure, nec etiam lata culpa.

q *Et qui malitiosè.*] litera ista sibimet contradicere videtur, nam qui malitiosè edidit, dolo malo edidit. dicas ergo, dolo malo non edidit, idest editionem fidelem omisit: vt verbum sit infinitum. uel dic verius, non edidit, scilicet iuris fictione sic & supra qui satisd. cog. l quoties.

r *Interesse desijt.*] hic tria pone exempla. Primo, quū desijt interesse, ut si extitit hęres ei quē ex rōnibus cōuincere uolebam uel dic quod actio quā intentabā, finita est tpē: ut sup. si qs cau. l si eū. § quod iniuriarū. Secūdo quū minoris mea interest vt quia fundū quem ex rationibus conuincere uolebam, tunc valebat decem: nunc quinque. Tertio, quando pluris: ut quia hodie decem, tunc quinque tantum valuit: nam

* Iterum.] Posita in edicto sup. l. præcedenti est si.

5 † Flo. alterum quo demum.

6 † Idest, secundum.

7 † Flo. alteram.

8 † Idest, rursus.

9 † Flo. deest, malo.

10 † Fl. edit.

11 † Fl. e.

12 † Id non præstat.

e Sequitur B. B. Ang. Paul. Fulg. Alexan. & Ias.

f Bal. hic dicit istam gl. ualde no. ad hoc, quod licet in delictis præsumatur dol°, l. e. delicta. C. l. si non conuitij: cū ibi notatis. C. de iniur. tā fallit in mino. & in muliere: & sic oportet pbare dolū in eis. Bal.

& in

CVm alicui ciuitati [h] 4 † per fideicommissum resti tui iusta esset hæreditas, magistratus actores horum bonorum Titium, Seium, & Caium idoneos 5 † creauerunt: postmodum hi actores inter se diuiserunt administrationẽ bonorum, idq; egerunt [i] sine auctoritate, & sine consensu magistratuum, post aliquod tps testm quoque, 6 † per quod restitui ciuitati hæreditas fideicomm. ssaest, irritum probatum est pro tribunali, [k] atq; ita ab intestato Sempronius Iiuius hæs defuncti extitit: sed ex his actoribus vnus non soluendo [l] decessit, & nemo eius hæres 7 † extitit: quæro, si Sempronius conueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertineat; Herennius Modestinus respondit, quod ab vno ex actoribus, ob ea quæ solus gessit, [m] negotiorum gestorum actione seruari non potest, ad damnum eius, cui legitima hæreditas quæsita est, pertinere. [n]

Gestor expensas voluntarias non repetit. Bart.

Resp. ita, vt hic apertè dicit, & quia ratihabitio retrotrahitur, vt C. ad Mace. l. fi. & quia talia p. procuratorem quæruntur, vt C. per quas pers. no. acq l. 1. & inf. de a. q. pos. l. per procuratorem, & l. possessio quoque, §. & si possessio. & de reg. iur. l. hoc iure, §. decessit. Item casus interim est? Respon. debitoris forte, vt ar. infra de vi & vi ar. l. cũ fundus, & inf. de furt. l. falsus, §. i. Sed quo ergo postea transit ad creditorẽ? Rñ. ratihabitione, q̃ retrotrahitur, ac si a principio fuisset acquisita, arg. cõ. contra. infrã de ratihab. l. pen. Contrã quia ibi videtur possessionem non sũ repudiasse, quia tacuit per totum tps, quo potuit peti, unde non trahitur ille casus retro: Vel fort. nullius est interim.

f *Liberor*] vt hic, & infra de sol. l. qui homine. §. si gener.

S*I quis.*] CASVS. Gessisti negotia mea: & plusquam debebas impendisti: puta debebas x. impendere, & tu xx. impendisti. Dico, q̃ tu recupera bis x. quod tu debebas impendere, non vltra. & consequeris decem tantum, & non vltra. Viuia.

g *Debuit.*] & nõ vltra, vt hic, & sup. de pro. l. qui proprio, §. procurator vt in cæteris, & infra man. l. diligenter, & l. idem §. idem Labeo, & infra e. l. q̃ vtilit. in princ. & infra ad Mace. l. si filius. § quo. dicit.

C*Vm alicui.*] CASVS. Paterfamilias decessit, me instituto hærede, & rogauit me, vt hæreditatem ciuitati alicui restituerem, hæreditatem restitui, ciuitas tres administratores creauit, qui bona hæreditaria administrauerunt, s. Caium, Seium, & Titium, isti administrationem diuiserunt, & quilibet pro portione sua gessit, postea apparuit quidam, qui dicebat se hæredem illius, & dicebat id testamentum nullius momenti in quo fuerat hæreditas ciuitati restituta, unde bona hæreditaria petijt & obtinuit, & incœpit exigere istorum administrationes, demum alter ex administratoribus factus est non soluendo, puta Titius, & decessit nullo hærede relicto, quæritur, an alij duo administratores sint conueniendi in eo, in quo iste, qui factus fuit non soluendo, tenebatur? Et dicitur quod non, sed damnum hæreditatis ad legitimum spectat hæredem, non ad alios administratores, & tantum recuperat ab alijs administratoribus.

h *Cum alicui ciuitati.*] quæ sit sub imperio populi Romani, vt infra ad Treb. l. omnibus Azo.

i *Egerunt.*] aduersus debitores hæreditarios.

K *Pro tribunali.*] s. iudice cognoscente, & hoc quia testator fuit capite minutus forte, vt Instit. quib. mod. testam. infir. §. alio.

l *Non soluendo.*] s. factus post depositam administrationẽ, secundum H. vt statim dicetur

m] *Solus gessit.*] si qua enim negligentia cõi perierunt, æqualiter ad omnes spectat periculum, ut infra de admini. tut. l. tutores qui, § cum. & l. tres tutores.

n *Pertinere.*] immo ad magistratum, ut inf. de admini. tutor.

c *Procuratori.*] s. debitoris, vt dñt. vt arg. inf. de don. inter vir. & vxo. l. si sponsus. in prin. Alij dñt, creditoris. Tu dic sm Azo. q̃ hic erat gestor negotiorum creditoris, & sic improprie procurator dicitur, vt sup. de proc. l. Plautius, non autem erat procurator negotiorum debitoris, accipiebat etiam hic gestor pecuniam, ut potius exequeretur officiũ, qđ gratis, & sine mandato gerendum acceperat, q̃ vt debitoris vellet suscipere mandatum: alioquin debitor mandatum suum re integra reuocaret, quod hic negatur, vt Instit. mand. §. rectè. integra dico, uel quia non tradidisset, vel quia de tradendo se non obligasset, a ut infra mand. l. Qui in tus, & infra de consti pecu. l. vnde falsam. Præterea quomodo creditor ratum habere, si non est suo nomine gestum? vt infra eo. l. si pupilli, §. sed si ego.

d *Non acquiritur*] immo vr, q̃ sic acquiratur, vt ĩ. de acq. rer. do. l. si procurator. quæ est contra. Sol. hic non erat procurator, sed gestor. & sic ratihabitio expectatur, sed in procuratore non, sm Azo. vt ar. infra de cond. ind. l. indebitam, & inf. de acq pos. l. cõis seruus, §. 1. Alij dicunt, q̃ ibi erat specialiter ad hoc constitutus, hic erat generalis, vel ad alia constitutus à creditore, ut primo casu etiam sine ratihabitione quæratur dominium, secundo non, & secundum hanc proprie ponitur hic procurator.

e *Suam facere.*] sed an eo ipso, quod ratum hẽat, statim quæritur sibi dñium vel possessio, vel vsucapiendi cõditio?

1 † *Lib. 24.*

2 † *Flo. decst, ego.*

3 † *Fl. præstare debuerit.*

a Bald. dicit istam gl. fore sing. ad quam aduerte, vt hic interpret. Bolog.

4 † *Alias, ali quando.*

5 † *Flor. tunc idonei.*

6 † *Flo. decst, quoque.*

7 † *Sibi extitit, & ciuitatis hæres ei extitit.*

tutor l. Lucius, §. Sempronij, quæ est contra. Sol. hic factus est non soluendo postquam legitimus hæres obtinuit, ibi ante, secundum Azo. & H. vel aliter, ibi possidebat respub. occasione debiti, hic autem pro eo unde eum tanquam in re propria constituit curatores, i cu est ita in. p ue. ndu magistratibus, sicut ibi, argument. infra solu. mat. l. etiam §. 1 vel illud fauore pupillorum, vel hic fuisto lapsus fuit ibi non, argume. infra eodem titul. l. si res. Sed quare etiam alij duo non tenentur pro eo, qui non est soluendo, nam sic ciuitati tenebantur in solidum (Respon. nō secundum Ir. quia ciuitati quidem ex officio tenebitur etiam ante, quam peterent: hæredi autē ex sola gestione ten. ti ceperunt.

1† Lib. 2.
2† Coniungel. tres fratres, de pac. supra Duar.
3† El habenti.

EX duobus.] CASVS. Duo fratres Titius, & Seius habebant prædium commune: Titius erat maior viginti quinque, Seius minor: Titius magnas ædes, & amplas in area hæreditaria fecit, postea cum istud prædium, & alias res paternas deberent diuidere, petebat ille frater, qui ædificauit, sumptus quos fecerat in ædificando, & quid iuris? & resp. quod si fuerunt necessarij, illos repetit: si voluptuarij, non repetit, sicut hic. ¶ Titium.] Si filiam sororis meæ aliqua pietate ductus nutriui, hoc nomine non habeo actio. vt repetam sumptus.

4† Alias, Idē etiam.

a *Habente.*] id est continente.

b *Paternas*] id est a patre factas.

c *Legitimæ.*] scilicet viginti quinque ann. vt C. de his, qui ven. ætat. impet. l. si. al. às ad diuisionem prouocare non posset, licet posset prouocari, ut hic, & inf. de reb. eo. l. si pupillorum

5† Flo. deest, tanti
6† Fl. quanto.
7† Vār deest, tantum.
8† Fl. Quī.

d *Non habere.*] quia scilicet voluntarij fuerunt, ut hic, & j. de pign. actio. l. si seruos, sed at rasio conceditur, ut no. sup. eo. l. si pupilli, in prin. item hoc si non fuerit promercalis, idest venalis res in qua factæ sunt expensæ, ut inf. de impe. l. quod si. & infra de rei uendic. l. in fundo.

e *Pietatis.*] vel amicitiæ, ut inf. eo. l. is qui, alias, l. si quis.

f *Habere.*] a nisi in casu, ut C. de nupt. l. patrem. Et not hic, quod ex personarum qualitate, & sumptibus factis præsumitur pietas, et plene dicta infr. de donat. inter vir. & vxor. l. utrum. Accursius.

a Bald. hic mandat istā gloss. not. ad hoc, quod ex personarum qualitate, & sumptib. factis præsumi tur, uel non præsumitur, pietas, quod est menti tenendum, secundum eundem, & addit, quod pietas est mater boni operis 22. q. 2 c. si quælibet.

S*I quis.*] CASVS. Titius mandauit mihi, ut gererem negotium Seij, & gessi, & male: teneor Titio mandati, qui mandauit vt gererē, in id quod Titius est obligatus Seio, & id a me gestore exigere poterit Titius, quia licet non soluerit Seio, tamen uidetur soluisse, cum sit obligatus Seio.

g *Mandati*] si Titio mandasset, ut infra mand. l. si procuratorem. §. si tutores, in fi. §. & C. eod. l. si mandatum.

h *Is.*] scilicet Titius.

Idem 1† libro 5. Responso.

LEX XXVIII.

EX duobus fratribus, 2† vno quidem suæ ætatis, alio vero minore annis, cum haberent communia rustica prædia, maior frater in saltu communi habente, 3† habitationes tabernas,[b] ampla ædificia ædificauerat: cumque eundem saltum cum fratre diuideret, sumptus, sibi quasi re meliore ab eo facta, desiderabat, fratre minore iam legitimæ [c] ætatis constituto. Herennius Modestinus respondit: ob sumptus nulla re vrgente, sed voluptatis causa factos, cum de quo quæritur, actionem non habere. [d]

Expensæ facta causa pietatis non repetuntur. Bar.

¶ Titium 4† si pietatis [e] respectu sororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere [f] respondi.

Pro eo pro quo quis obligatus est, agit hac actione antequam soluat. h. d. Bar.

Iabolenus lib. 8 ex Cassio.

LEX XXIX.

SI quis mandato Titij negotia Seij gesserit, Titio mandati [g] tenetur: isque tanti 5† æstimari debet, quanti 6† Seij, & Titij interest: Titij autē tantum 7† interest, quantum is [h] Seio præstare debet, cui 8† vel mandati, vel negotiorum gestorum [i] nomine obligatus est. Titio autē actio competit cum eo, cui mandauit aliena negotia gerenda, etiam 9† antequam ipse quicquam domino præstet: quia id ei abesse videtur,[k] in quo obligatus est.

Gestum nomine ventris, deuoluitur in actione tutelæ posthumo nato, vel in actione negotiorum gestorum. h. d. Rationem huius legis in primo casu videre est facile: in secūdo est ratio, quia posthumus habetur pro nato, dum tractatur de statu, & commodo suo, vt sup. de sta. homin. l. qui in utero. B.

Callistr. li. 3. edicti monito.

LEX XXX.

CVm pater testamēto posthumo tutorem dederit,[l] isque tutelam interim administrauerit,[m] nec posthumus natus fuerit,[n] cum eo non tutelæ, sed negotiorum gestorum agendum [o] erit. Quod si natus fuerit posthumus,[p] tutelæ erit actio: & in eam 10† vtrumque tempus veniet: & quo, ante quam nasceretur infans, gessit,[q] & quo postea, quam natus sit.

Sicut inter collegas coæqualis potestatis, est actio negotiorum gestorum, ita si sunt potestatis inæqualis. Bart.

i *Negotiorum gestorum.*] cum non fuerit mandatum.

k *Videtur.*] Nota illud abesse in quo est obligatus, ut hic, & infra ad legem Fal. l. quod de bonis, §. ex donationibus, & Institut. de oblig. ex quasi contractu. §. tutores, etiam si sub conditione debetur, vt infra de lega. 1 plane. §. quod si rem in fin. Sed argumen. contra infra solu. matr. l. facere.[b] Vnde bona deducto dem. ære alieno intelliguntur, ut infra de verb. sign. l. subsignatum, §. 1. Sed an agere tenetur hic mandator? quando competit? Respond. non, nisi cōdemnetur secundum Alber. ad instar fideiussoris, ut infra mandat. l. Lucius. Tu dic statim etiam ante, quam soluat, vel condemnetur. Quare ergo aliud in fideiussore, vt d. l. Lucius, & C. mand. l. si pro ea? Respon. quia fideiussor officium gratis suscepit de se obligando, & soluendo pecuniā, vt infra de cōd. inde. l. indebitum, quod intempestiue, idest ante quam soluat, vel condēnetur, reuocare non potest, quia iuuari nos non decipi, & cum inf. commoda. l. in commodato. §. sicut. At hic hoc ipso quod mādat alii, vel ipse gerit, perficit mādatum vt infra mand. l. si non mādato meo, in princip. Item ad quid eget ante, quam soluatur? Respon. ut liberetur, ut inf. manda. l. si mādato meo, §. quoties. Item hæc sententia quomodo mandatetur executioni? Respond. capti. pignoribus, ut infra de admin. tut. l. 1. in princ. & Institut. de satisd. tut. & cura. §. quibus constitutionibus.

b Solue secundum Bar. & dic, quod ibi erat obligatus sub conditione hic pure.

9† Flo. &c.

10† Alias in eo.

C*Vm pater.*] CASVS. Decedens videns ventrem vxoris grossum multum, quia forte credebat esse prægnantē: ei infanti, quem in ventre esse credebat, tutorem dedit, tutor interim administrauit, & ex ventre nullus nascitur. Dicitur hic, quod nulla erit actio tutelæ, sed habebit actio. nego. gest. aduersus eum, qui sic gessit, & ea conuenitur. si autem natus fuerit, erit actioni tutelæ locus.

l *Dederit.*] quod potest facere, vt Instit. de tutor. §. cum autem.

m *Administrauerit.*] scilicet de facto.

n *Fuerit.*] uel natus, sed non viuus, ut infra de uerb. sign. l. qui mortui.

o *Agendum*] s. utili, ut inf. de tut. & ra. dist. l. posthumo. & infra de test. tute. l. si nemo, §. si. & sup. eo. l. 3. § hac actione. Et aget ille, qui successit in locum posthumi, forte substitutus, vel alius legitimus hæres, ut infra de testa. tut. l. si nemo tutorum §. testamento.

p *Quod si natus fuerit posthumus.*] & viuus.

q *Gessit.*] quia iam pro nato habetur, vt supra de statu homin. l. qui in vtero. Patet ergo, quod ex post facto declaratur hanc actionem non competisse, & tutelæ actionem dat.

dari, vel econtra hanc competijsset sic infra de rebus dub. l quædam interim, ergo potest dici dubium: quia contingens est de futuro: est tamen certum præsenti ueritate in specta, scilicet, quod detur actio negotiorum gestorum, ut infra de testament. tute. l. si nemo § testamento, sicut dicimus in captis ab hostibus: ut Institu. qui bus mod. ius patriæ potesta. sol. §. si ab hostibus. Accur.

Iulianus libro 3. Digestorum.

LEX XXXI.

EX facto * quærebatur, a 1 † quendam ad siliginem emendam, curatorem decreto b ordinis constitutum, eidemque c 2 † alium subcuratorem constitutum siliginem miscendo corrupisse, d atque ita pretium siliginis, quæ in publicum empta erat, curatori inflictum e 3 † esse, quaque 4 † actione f curator cum subcuratore experiri posset & consequi id, vt ei saluum esset, quod causa eius damnum accepisset? 5 † & Valerius Seuerus respondit, aduersus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam. Item 6 † respondit, vt magistratui aduersus magistratum eadem videtur: ita tamen si non sit cõ

E*X facto.*] CASVS. Potestas Bononien. ordinauit aliquem q præesset frumento communitatis, & ei dederat subcuratorem, qui subcurator immiscuit arenam vel lolium, & surripuit tantum frumenti, ppter quod procurator male vendidit frumentum, & damnificata est ciuitas, quod damnum compellitur curator resarcire, sed habebit regressum aduersus subcuratorem per actioné negotiorum gestorũ, & hoc ad similitudinem soluentis: nam recuperat a contutore pro quo soluit. q. d. subcurator tenetur neg. gesto. curatori soluenti. Idem dicit in d. ob magistratibus, si alter, pro altero soluere cogatur: habebit ergo alter aduersus alium actionem nisi vterque consentiens fuerit.

a *Ex facto quærebatur.*] scilicet tali, quod dicebatur quendam &c. Accursius.

b *Decreto*] decurionum.

c *Eidemque.*] supple quendam, eidemque, &c.

d *Corrupisse.*] s. subcuratorem, qui ideo sub curator dicebatur, quia minorem habebat potestatem quam alius, & ei obedire necesse habebat: non autem vt sit eius curator, & q est in cura alterius, curator esse non potest, vt C. de leg. tut. l. si quæ est contes.

e *Inflictum.*] idest damnum pretij, quod totum consequi non potuit. Azo. fuit enim conuentus curator ab ordine, cui restituit iste curator de sua bursa iustum pretium corruptæ siliginis.

f *Quaque actione.*] ecce quid quærebatur? Respond. altius exorditur quam incepit, quia quæritur de subcuratore, & respondet de tutore, & magistratu, & de subcuratore. Dic ergo in pluribus tutoribus, si unus soluit pupillo, id in quo alter deliquit, (quia & ipse tenetur, ut infra de tute. & rati. distr. l. 1. §. nunc tractemus) repetit per actionem vtilẽ negotiorũ gestorũ, ut hic, & C. de in lit. dan. tut. l. ad litem, & C. de contrario iudi. tut. l. 2 in magistratu dicat: quod si unus soluit reipub. damnum quod collega intulerit, repetet per vtilem actionem negotiorum gest. cum & ipse conueniri pro hoc possit, ut hic subijcit, & infra de admin. rer. ad ciuit. perti. l. 3 § tuis reipublicæ. vtreque enim istorum casuũ facit alterius negotium pro se gestu, ut infra eodem l. soluendo. idem ergo sit in subcuratore, ut hic. Et sic not. quod procedendum est de similibus ad similia, ut supra de legi. & senatuscon l. nam vt ait. & l. non possunt. Sed si ita est in prædictis tribus casibus. cur non eodem modo fideiussori contra fideiussorem datur actio, ut infra de fideiussor. l. vt fideiussor? Respond. quia ex proprio arbitrio, & mera volũtate obligatur, sed tutor ex necessitate, & magistratus iussu. Item fideiussor liberat confideiussorem, non officio gestionis, sed natura obligationis. Item fideiussor habet actionem contra eum pro quo intercedit, ut infra mandati. l. ex mandato.

ADDITIO Istam secundam rationem gl. approbat Paulus hic, quod fideiussor soluendo liberat alterum, non officio gestionis, quia non soluit contemplatione alterius fideiussoris, nec vt illum liberet, sed contemplatione principalis debitoris, ut illum liberet, & etiam se liberet: ergo liberato principali sequitur etiam liberatio alterius fideiussoris, quia non potest accessoria remanere sine principali sublata principali, & hoc non est de officio gestionis, quod habet producere hãc actionem, sed est ratione cuiusdam consequentiæ, ut patet in ssa de dolo l. si fideiussor, in fi. vbi est bonus tex.

sctus fraudis g secundum quæ, etiam 7 † in subcuratore idem dicendum est.

Ex facto procuratoris datur vtilis institoria contra dominum. Bart.

Papinianus libro 2. Responsorum.

LEX XXXII.

LIberto * vel amico mandauit, h vt 8 † pecuniam acciperet 9 † mutuam: i cuius literas K creditor secutus, contraxit, & fideiussor interuenit, etiam si pecunia in rem eius l 10 † non sit uersa: tamen dabitur in eum m negotiorum gestorum actio creditori, vel fideiussori, n scilicet ad exemplum institoriæ o actionis.

g *Consctus fraudis.*] nõ agit consctius fraudis, vt hic, & infra de dolo l si duo. & inf. de institor. actio. l. sed & si pupillus, §. sed si ipse, & de tute. & ra. distr. l. 1. § nunc tractemus. & ff pra ce ro p quem factum l. si. §. 1. & C. de lib cau. l. si filium.

L*iberto.*] CASVS. Titius mandauit mihi, quod mutuum pecuniam acciperem non tamen a quo, & a quodam pecuniam mutuam accepi: puta a Seio & ostendi sorti ei literas quas mihi Titius miserat de pecunia mutua accipienda. Dixit Seius, quod contemplatione Titij mutuaret, & pecuniam numerauit fideiussoribus acceptis, qui contemplatione Titij intercessefunt similiter, & eam in usus proprios conuerti, nam creditor, quam fideiussor habebit act. neg. gest. aduersus Titium.

¶ *Interim neg. tua*] hoc ista curator, uel pro ut tu Titij accessisti negotia tua gerendi, cum ea gerere negessi & Titij, propria negotia adulti tui, tenetur tibi actio neg. gest. non solũ nomine propriorum negotiorum tuorum, sed aliud tibi unde cauere debes de præstando me in nomine si forte aliud tibi ut conueniatur tem est si eras tutor Titij, & gessi tua, & tua negotia propria.

¶ *Item.*] Conueni Titium in iudicio, & litem sum contest. Titius se frustratorie absentauit, unde cum pluries fuisset citatus, nec apparuisset, uoluit eum iudex condemnare, qui dam eius amicus pro eo uerba faciebat, & petijt, ut non cõdemnaretur, sed expectaretur in lite cum tandem condemnauit, nec amicus pro eo appellauit, dictus Titius reuersus vult eum conuenire actio. neg. gest. Dicitur, quod non põt quia ille amicus appellare non tenebatur pro eo sed pone, quod amicus plenam subijt defensionem, & fuit condemnatus, dicitur quod appellare debuit.

h *Mandauit*] scilicet aliquis per literas.

i *Mutuam.*] scilicet a quocumque.

K *Cuius literas*] scilicet mandantis, q. d. contemplatione eius scilicet qui misit literas liberto, vel amico, mutuauit creditor: sed si creditori essent missæ, tunc mandati contra eum, ut C mand. l. si literas.

l *Eius.*] scilicet mandantis.

m *In eum*] scilicet mandantem.

n *Fideiussori*] si soluerit.

o *Ad exemplum institoriæ.*] institoria enim proprie locum non habet, quia non negotiationi, scilicet pecunijs dandis, & accipiendis, sed tantum vni pecuniæ, & tantum ad accipiendum fuit iste præpositus, vt infra de institor. l. cuicunque, § 1. & l. in eum, & ideo dicit, ad exemplum. Vel dic ideo, quia non fuit præpositus cum ea solennitate qua olim: unde ad exemplum antiquæ solennitatis, & secundum hoc vera institoria datur, uel refertur ad fideiussorem tantum, ut agat hac actione ad exemplum institoriæ, cum illa fideiussio sit sequela, ut infra de institor. l. cuicunque, §. si ei quem, in fin. principalis verò creditor vera insti-

Marginal notes (left): * Bald. hic reputat istũ tex. esse valde no. ad hoc, quod si sunt duo officiales i vna, & eadem re administratione, quorum vnus est maior, & alius est minor, negligentia minoris nocet maiori, & maior tenetur ex facto minoris. Aduerte, quia iste text. si bene, & subtiliter intuetur hoc non phat, ut hic in fi. eius dis interpret. Scieg. 1 † Alias, ferebatur. 2 † Flor. decst, qua. 3 † Alias, afflictum. 4 † Alias, qua rebatur que, qua actione. 5 † Fl. cepisset Valerius. 6 † Fl. Idem.

Marginal notes (right): 7 † Alias. * Vide tamen quæ not. Inno. extra de fideiuss. quod qui bus eam, & quod idem Inno. in c. cum causam, quæ, ad pu. extra qui fil. sint legit. 8 † Flor. deest, ut. 9 † Fl. acciperet. 10 † Alias, de ijs, aut.

Actio competens contra eum ad quem negotiũ spectat cura & solicitudine, non impedit actionem oriri contra eum, ad quem negotium in veritate spectat, licet eius contemplatione non sit gestum. Bart.

¶Inter negotia a Sempronij, q̃ gerebat,b ignorans Titii negotium gessit: c ob eam quoque speciẽ Sempronio tenebitur:d sed ei e cautionem indemnitatis, officio iudicis præberi f necesse est aduersus Titium, cui datur actio g Idem iuris est in tutore.h

Qui allegat causas absentiæ, non condemnatur, nec appellare tenetur, secus in eo, qui venit ad plenam defensionem, licet post litem contestatam. h.d. quem §. no Barto.

¶Litem in iudiciũ* deductã, i & a reo desertam frustratoris k amicus vltro egit, l cãs absentiæ eius allegãdas iudic, m culpam cõtraxisse non videbitur, quod a 1† sententiæ n cõtra absentem dicta ipse non prouocauit. Vlpianus notat, & 2† hoc verum est: quia frustrator o cõdemnatus est. ¶Cæterum p si amicus cum 3 † absentem defenderet condemnatus, negotiorum gestorum aget: q poterit ei imputari, si cum posset, r non appellarit. 4†

Compensatio quantum ad cursum vsurarum fit ipso iure. Pau.

Papin. li. 11. Responsorum.

LEX XXXIII.

QVi 5† aliena negotia gerit, vsuras præstare cogitur: eius scilicet pecuniæ,

ra institoria. Et plene videas, dic vt diximus sup. eod. l. si pupilli. § item si procuratori.

a *Inter negotia*]Casus iste secundum antiquos ponitur in eo, qui negotia m a cum mandato gerebat, & alia alteri* cum eis coniuncta, mea contemplatione gessit: de vtrisq; ille, & ego sibi tenemur mãdati actione, sed contra supra eo. l. item. § 1. Sed ibi loquitur de actione mandati. Item ibi oĩa negotia erant alterius: hic non, sed mãdantis, cuius cõtemplatione gerebat: & erant sua pp coniunctionem, & sic non est ɔ̃. Item cõtra ſ. eod. l. si pupilli. §. si quis ita simpliciter in fi. §. in eo, q̃d ibi dicit sciens: hic ignorãs: & tñ hic subijcit, Titio dari act. neg. gest. sed subaudi, maxime. & q̃d hic subiicit, idẽ in tuto. & cura. subaudi, q gerendo negotia pupilli, & alterius negotia cum illis iuncta gessit. Tu aliter pone casum, primũ in procuratore, vel curatore hoc mõ, q aliqs gessit negotia Sẽpronij, qui, s. Sẽpronius erat curator, vel ꝓcurator Titii, & interea etiam Titii, & ꝙ sequitur, idem in tutore, &c. eodem modo dicas, quia gerendo negotia tutoris, gessit etiam pupilli, & secundum hanc positionẽ expone literã.

b *Gerebat.*]aliquis cum mandato vel sine.

c *Gessit.*]& totum male.

d *Sempronio tenebitur.*]um eius intersit. quia ad eum pertinet cura, & solicitudine, & sic non est contra, supra eo. itẽ §. 1 nec minus tamen, & Titio tenetur, cuius in veritate erant, ut sup. eo. l. si pupilli. in prin. & hic subijcit aduersus Titium, &c. Accur.

e *Sed ei.*]scilicet Sempronio, secundum Ioan. sed tu dic verius, idest gestori, quem dictum est teneri Sempronio, secundum Azo.

f *Praberi.*]a Sempronio secundum secundam casus positionem.

g *Actio.*]scilicet neg. gest. secundum primum casum. Sed est contra, infra mand. l. si mandato. §. si curator. in fin. §. vbi dicit dari in factum, & denegari actionem istam. Sol. quidam dicunt intelligi de actione ad exhibendum, & l. Aqui. & de alijs similibus, non neg. gest. Sed tu dic, ꝙ hic in rem ipsam cuius negotia sunt, est impensum: illi autem erat suum ratihabitione, & hoc plene dixi supra eo. l. si pupilli. §. si quis ita simpliciter. Alij dixerunt, quod licet hic nesciret cuius essent, sciebat tamen, quod non erant Sẽpronij, vnde hic error in personam non tollit hanc actionem, secus si crederet esse tantum Sempronij, ut in contraria lege, sed media sol. verior est.

h *Idem in tutore.*]scilicet quod diximus, quando est curator, vt si hic Sempronius fuit tutor Titii, Acc.

i *Litem in iudicium deductam.*]idest contestatam.

k *Frustratoris.*] i. eius, qui per frustrationem aberat. Accursius.

l *Egit.*]primus est casus in eo, qui tantũ absentiæ causam dicit, quod potest quilibet, vt supra de procuratorib. l. seruum. §. publice, & l. absens & hic secundus, quando plene defendere vult, quo casu ipse condemnatur, vt hic dicit nomine s. domini: dic ergo litem &c. quo secundo casu si nõ appellauit gestor, sibi imputatur. Accursius.

l *Egit.*]large ponitur pro eo, qui defendit, ut supra de eoden. l. 1 in prin.

m *Iudici.*]non autem volebat plene defendere.

n *Sententiæ.*]idest à sententia, & sic supple, Acc.

o *Frustrator.*]non autem amicus: quia solum absentiam frustratoris excusabat. Ioan.

p *Cæterum.*]hunc casum secundum ponit M. q̃ñ a principio cum defensore fuit lis conte. alias non deberet damnari, vt C. de sent. & interlo. om. iud. l. 1. Sed tu dic secundum Io. retento eo casu, q̃ñ, si interuenit lite deducta in iudicium, idest lite contestata, & tñ condemnatur. vt statim dices, & non solũ excusabat, sed et principaliter defendebat.

q *Aget.*]Ad condemnationem, & ad sumptus, & hoc cum habuit mandatũ: alias ad sumptus non agit, sed ad id quod condẽnatus fuit, si soluit, vt infra iudic. sol. l. iã tamen §. in hac, & C. man. l. etiã. & sic not. ex hac l. ꝙ ẽt is, q defendit sine mandato, licet post litem contestatam interueniat, tamen debet condemnari, non is quem defendit, quod in vero procuratore (licet quidam dicant contra) omnino admitto, sit. n. contra dñm executio, sed in defensore, siue a principio, siue post litem contestatam interueniat: nam vtrobique inuitũ sic liberat etiam ab ente creditore actore, si tamen iudi. sol. ꝓmittat, quia & ipsum iurare de calumnia dico secundum Azo. & fit quædam nouatio, ut dixi C. de iuram. calum. l. 2. §. sin autem. dico enim eum damnandum, ut pleræque ll. velle videntur, ut supra de proc. l. si minor. §. quoniam. & inf. de re iudi. l. si cum procuratore, & inf. de iudic. l. de qua re § 1. & inf. de sol. l solutionem, & Insti. de satisd. §. si vero rei. si autem certum esset actori competere actionẽ, non tollitur ipso inuito per alium stipulantem, ut infr. de nouat. l. si Stichum, §. si ad l. autem C. de sent. l. 1. respon. iudicio, idest sententiæ.

r *Tacuit.*]& deberet, vt quia bonam causam habebat, vt infra de nouat. l. si Stichum, § sicut. Et no. hic quem debere appellare, sic & infra mand. l. si procurator. §. si ignorãtes. & C. de procu. l inuitus. Sed arg. contra. inf. ad Sylla. l. propter veneni, §. si.

QVi aliena]CASVS. Gessisti negotia mea, & ex negotijs pecuniam redegisti, si illam in usus tuos conuerteris, nec in mora fueris, uel alii eam fœneraueris, vel si pecuniam fœnerari solitus fui, super existentis pecuniæ vsuras præstare teneberis, deductis necessarijs impẽsis quas tibi compensabis.

¶*Liberto.*]Decessi, & præcepi hæredibus meis, ut liberto meo centum darent, ut mihi faceret monumentum, ipse libertus impendit centum, & quinquaginta. Dicitur hic, quod non consequitur iste libertus ab hæredibus meis nisi centum.

¶*Tutoris.*]Tutor meus gessit tutelam meam, & decedens filio suo impubere hærede instituto, sibi filio tutorem dedit, tutor ille immiscuit se negotiis meis gerendis, non agam tutelæ, sed neg. gest. contra tutorem, filius enim impubes tutoris mei, non tenebitur pro administratione quam fecit iste tutor post mortem patris sui; sed tenebitur pro eo quod pater eius male administrauit.

¶*Quanquam.*]paterfamilias reliquit vxorem, & filium ex ea, & decessit, & istum filium matri commendauit, postea perpendit mater, quod filius multas habuit actiones alias, vnde actores quosdam ad actio. illas uoluit ordinare ista mater. Dicitur, quod nõ potest, quia ipsa agere non potest. Item res filij alienare non potest, nec debitores filij matri soluendo liberantur.

¶Vsu.]

*Lud. Roma. in suis singul. fol. 106. sin. 367. reputat istam tex. sic aliquẽ aduerte. quia Lud. non sanum habuit respectũ. quantum ad intellectum. §. vt dicit hic in nouis interpre. Boleg.

1† Fl. decest, in
2† Flor. deest. &.
3† Alias, deest, cum.
4† Appellasset.
5† Fl. est. §. & deest, Papin. lib. 11. Resp.

quæ purgatis a 1† necessarijs b sumptibus superest.d

Qui expendit vltra, quã est ei iniunctum, non repetit.

¶Libertos* certam pecuniam accipere testator ad sumptum monumenti noluit: si quid amplius fuerit erogatum, d iudicio negotiorum gestorũ, nec ab hærede recte 2† petetur,e nec 3† de iure fideicommissi: cum voluntas f finem erogationi 4† fecerit.

Pupillus non tenetur ad perficienda negotia etiam cœpta. Bartolus.

¶Tutoris g hæres impubes filius ob ea, quæ tutor eius in rebus pupillæ paternæ gessit, non tenetur: sed tutor proprio nomine iudicio negotiorum gestorum conuenietur.

Gestor negotiorum non potest constituere actorem in negotijs pupilli. h. d. Istud est verum secundum illa tempora, secundum quæ mulier non poterat esse tutrix sine imperiali rescripto, hodie vero si esset tutrix, posset constituere actorem, sicut alij tutores, vt l. neque tutores, C. de procur. Bart.

¶Quamquam mater filij negocia secundum patris uoluntatem h pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris i periculo suo litium causa constituendi non habebit: quia nec ipsa K filij nomine recte agit: aut res bonorum eius alienat, vel debitorem impuberis accipiẽdo pecuniam liberat. l

In causa seruitutis prædij communis, quod unus ex socijs expendit, ab alio repetit per actionem negotiorum gestorum. Bart.

¶Vno defendente causam cõmunis aquæ m sententia prędio n datur. Sed qui sumptus necessarios ac 5† probabiles in communi lite fecit, negotiorum gestorum o actionem habet.

Quod quis facit contemplatione mandati per errorem, non uenit in illa actione, sed in actione negotiorum gestorum, & qui ius uendit suum pignoratitia tenetur. h. d. quem casum no. & bene no uerbum creditoris. Bart.

¶*Vno.*] Habebam prædium cui dicebam seruitutem aquę ducendæ à prædio, quod erat tibi & Titio commune, deberi, vnde proposui confessoriam, Titius negauit seruitutem deberi, opponendo negatoriam: quæritur, an Titius, qui cõmunem causam defendit, habeat actionem aduersus te nomine expensarum in causa factarum? Dicitur, quod hẽt actionẽ negotiorum gestorũ. Vel pone, quod Titi⁹ egit aduersus aliquẽ confessoria, dicens seruitutem prædio communi deberi à prædio Mæuij: ille actor, quod in litem expendit, repetet à te per actionem negotiorum gestorum.

a *Purgatis.*] per compensationem: nã vsq; ad concurrentes quãtitates cessat vsura: vt infra de compen. l. cũ alter, & l. idem. Item quod dicit, usuras superexistentis pecuniæ pstari: intellige si dominus consueuit fœnerari, non aliàs, vt j. de usur. l. qui semisses, §. 1. vel vertit in vsus suos, vel alij eã fœneratus sit, vel fuit in mora, sup. eo. l. at qui natura, §. non tantum & C. de usuris, l. si mater.

b *Necessarijs.*] & vtilibus, ut sup. eo. l. sed an'§ is autem qui. & infra e. l. fi. § fi. secus in voluptatijs, ut sup. eo. l. ex duobus, primo respon.

c *Superest*] apud gestorem. Accur.

d *Erogatum.*] etiam vtiliter, ut inf. de pecul. l. si creditor. §. 1. & argument. infra de re milit. leg. 3. §. in bello, sed quod secundum uoluntatem solu t, repetit, vt hic, & infra de peti. hæred. l. hæreditas, §. 1. quo vero ultra nõ: vt dixi duplici ratione, pri na, quia prohibitio impedit hanc repetitionem, ut C. eo. l. fin. Alia, quia donasse uidetur, vt inf. ad Aquil. l. si seruus seruum, §. si oliuam. Et sic est arg. ad quæstionem, quæ quæritur, si mandaui, ut emeres rẽ pro decem, & dedisti plus, an repetas? Mar. sic. Ioan. contra, ut hic, & no. C. eo l. fi. Accu.

e *Petetur*] i. liberti ab hærede non rectè petent. Sed qđ si minus? Resp. repetit quatenus expendit, vt inf. de legat. secundo l. antepe. §. à te. & est ratio, quia vt ministri fuerunt electi isti liberti, ut infra de leg. 3. l. quis Titio de em.

f *Voluntas*] defuncti, sed certè etiam vltra voluntatem potest impendere, ut inf. de verborum significationibus. l. cũ testamento, quæ est contra. Sol. potest plus expendere, ut ibi, sed non repetit, ut hic. Vel hic sufficiens erat, quod testator dixerat, ibi non, arg. inf. de relig. l. at si quis. § æquũ, & §. hoc autem, & §. fi. Vel verius, ibi præcepit hæredibus, & in eorum fauorem noluit nisi certum quid expendi. Si ergo volunt plus, possunt: quia non faciunt alij præiudicium: sed hic alijs præcepit, qui si plus expenderent, facerent alijs (scilicet hæredibus) præiudicium.

g *Tutoris.*] cum pater meus tutor cuiusdam pupilli fuisset: me filio pupillo hærede relicto decessit, qui & mihi tutorem dedit, qui meus tutor de tutela, quam pater meus gesserat, intromisit se, non ego, sed ipse tenetur actio. negotiorum, non autem tutelæ, ut hic: quia non successi ego pupillus patri meo in tutela, licet deberem inchoata ab eo perficere, si essem legitimæ ætatis, vt sup. de his qui no. in fam. l. furti, §. pe. & infra. de hære. tu. l. 1.

h *Voluntatem.*] quam in testamento expressit, dicendo: Relinquo filium in custodia matris suæ.

i *Ius actoris*] qui egit nomine filij: tutores autẽ hoc pñt facere, vt C. de proc. l. neq. & Instit. de cura. §. fi. Sed oppo. hæc fuit tutrix: nam & data fuit & esse potuit, ut C. quando mulier tute. offic. fungi po. l. 2. & fin. quæ sunt cõtra. ergo potest actorẽ constituere. Sol. dicunt quidam, quod hæc corrigitur per illas. Azo. dicit, qđ hic fuit data tutrix, sed adhuc non fuit confirmata, quod est necesse, vt in ll. contrarijs. Tu dic, quod non fuit data tutrix. licet pater de filijs eam rogauerat: & ipsa, ut mater, non vt tutrix se intromittebat, ut hic dicit.

K *Quia nec ipsa.*] vt hic, & C. de procur. l. alienam, & infra de reg. iuris. l. fœminæ. Et nota bonam rationem: quia si non possum per me, nec per alium potero, vt hic: & C. de hære. tut. l. 2. ibi, nec in iure, &c. ut infra ad Macedo. l. filium in si.

l *Liberat.*] imo liberat ut infr. de. solutio. l. filia, quæ est cõtra. Solu. hic scuit, ibi ignorauit debitor. Vel hic soluit ex anteriori causa, ibi ex posteriore. Tu dic, quia ibi soluit ex obligatione quam fecerat ipsi matri: hic autẽ, vel patri pupillus, vel ipsi pupillo erat obligatus.

m *Communis aquæ.*] vt quia negatoria contra plures agebatur.

n *Prædio.*] idest, ad utilitatem prædii, vel econtra: vtpote cum seruitus esset prædij, & prædio accederet, & prædio deberi dicatur, vt infra de seruit. lege 1. & l. seruitutes prædiorum, & de seruit. rustic. prædio. l. via. §. si fundus, & §. q̃cunque. Sed quæ erat dubitatio de sumptibus? Respond. quia cum seruitus, si res indiuidua, videbatur ratione indiuiduitatis suum negotium gessisse, arg. infra qui potiores in pignor. habe. §. sciendum, sed secus est, quia sententia dat prædio, non personæ: & ideo alii etiam prodest, & nocet: nisi si agentis culpa interueniat vt collusio, ut hic, & infra. si seruitus vendic. l. loci. §. 1. fundus. & l. si de communi. & arg. C. si unus ex plu. appel. l. prima. & fi. & ideo sumptus 1. petuntur, ut hic subijcit, & infr. famil. ercis. l. ex parte, in principio & infra communi diuidundo, l. si quis putãs, §. siue autem. in princ.

o *Negotiorum gestorum.*] s. d. cum causa sit indiuidua, cur non habet locum cõi diuidundo, ut inf. cõi diuidundo, l. si quis putans, §. hoc autem? Respondeo, quia nihil in re communi fecerunt, licet propter rem forte. vt inf. communi diuidundo. l. arbor. §. si per eundem. Vel dic, quod desierat res esse communis, vt quia fundus, cui seruitus debebatur, fuit diuisus, ut inf. communi diuidundo. l. prima, & C. cõmu vtriusque iudic. l. familiæ. Accursi.

1† *Alias, purgatis. Taurelc*

* *Bal. hic dicit illum tex. singul. ad hoc quod executor ultimæ voluntatis excedens fines mandati, & si plus expendens q̃ debeat, non potest repetere ab hærede, & sic ista executio mãda i habet sine & sine formam taxationis. pro quo concor. tex. & bene facit in §. & si quis §. sed si quid ff. de relig. et sumpt. fune. & in §. & est quæsitum, si autem minus expendit, tenetur residuum restituere hæredi. Bal.*

2† *Fl. gestorũ ab hærede non petit.*

3† *Flor. deest, nec.*

4† *Fl. erogatio.*

5† *Flor. deest, ac.*

Fideiussori.

FIdeiussor.] CASVS. Accepi a Titio decem mutuo: & fideiussorem dedi, & pignora: deinde pro alijs decem eadem pignora obligaui, tñ in isto vltimo cõtractu fideiussor non intercessit: postea fideiussor creditori satisfecit, & in vno debito, & in alio in eo in quo se obligauit, & pignora acceperat debitor, fideiuss. non hẽt mandati, sed negotiorum gestorum actionem. Dr ẽt, ꝙ fideiussor iuste de culpa tenebitur, s. si culpa pignora perierunt, vel deteriora f. ẽa fuerũt non autem tenebitur de casu fortuito, nec poterit creditor à debitore conueniri pig. actio. q2, s. alij ius suũ vendidisse vide i u.

¶ Ignorante.] Contraxi spõsalia cũ quadã, volui ei dare annulũ, ob verecundiam accipere noluit; mater puellæ filia nesciente annulum accepit, per quam actionem petit filia annulũ a matre? Respon. per actionem neg. gest. repetit filia a matre.

* Ex præsenti l. collige intel. secundum Bal. hoc, quod libellus dicuntur frustratorius, quando actio inepte est proposita & iste text. hoc optime probat & ex tali libello non rite conceptus dñr se qui sententia absoluta ria. Bal. addo pro isto benefacere text. in l. 3 de contrah. C. ibi, dum dicit competentib. actionibus, & ista faciunt & gloss in prin. Insti. de oblig. in verbo faciendi, qua vult sententiam ex inepto libello latam nullã esse ipso iure etiã per fieri.

1 † Flor. agitur.

a Fideiussor.] Pone casum in fideiussore vnius contractus, in quo etiam erãt pignora obligata, q̃ pignora etiam ob aliud debitum tenebantur, & totũ soluit, vt hic: & C. de fideiusso. l. 2. vel pone, ꝙ alia erant pignora, & pro alio contractu: idẽ tñ est semper debitor, & tunc minor est dubitatio, an actio. nego. gest. teneatur.

b Imperitia.] facti vel iuris.

c Alterius.] sed tamẽ eiusdem debitoris.

d Suscepit.] accipiendo etiam cessionem vnius creditoris, vel dic etiam sine cessione.

e Existimans.] & bene ſm vtramque positionem cum cessione, vel sine, vel ꝙ essent eadem, vel alia pignora, maximè cum iure cessio facta fuerit, vt in fine hic dicit.

f Confusis prædijs.] i. cõfusa siue mista obligatione prædiorum, quæ prædia fuerunt simul cõcessa fideiussori in vtriusque contractus pecuniam facta super hoc cessione. Vel dic consulis, i. extinctis obligationibus prædiorum, quia fideiussor simpliciter soluit illa debita, sed pignora accepit, vt retentione sibi consuleret, vt infra quibus mod. pign. vel hypot. sol. l. 6. in prin.

g Conuenietur.] immo non frustra, ut infra mand. l. si mãdato, §. Paulus, quæ est ʒ. Sol. hic non emit, sed fecit cedi sibi ius pignoris: & ideo vicẽ obtinet creditoris, & hoc potuit de iure facere, unde etiam mãdã non tenetur, ut C. de fideiuss. l. 2. ibi aũt emit, quod non licet, vnde mandati tenetur, hæc non placet. Si ergo aliquos sumptus hic fecit actio. neg. gest. aget, & eadem conuenietur si quid culpa fecit. Vel dic melius, quia hic dicit cessare mandati, & habere actio. neg. gest. pro rebus, s. alterius contractus, s. pro rebus eius iẽ agit mandati; & agetur hoc nostro casu ad sumptus nego. gest. & ad pecuniam, vt ī. manda l. ex mandato. §. fideiussori. nisi fuisset facta cessio, sicut hic fuit: vnde hoc casu iure cesso agetur ad pecuniam, hoc est eo iure, quod creditori competit, sed nihil prohibet vtramque competere.

h Necessaria.] pro sumptibus factis in re, & vt culpæ commissæ nomine teneatur, & hoc pro rebus alterius contractus: at pro rebus eiusdem, agit mandati, ut modo diximus.

i Non videtur.] quia habuit ab eo, qui habet ius tradendi, vt infra de verb. sig. l. bonæ fidei.

k Restituendum.] rem pignoratam.

Idem lib. 3. Responsorum.

LEX XXXIIII.

FIdeiussor a * imperitia b lapsus, alterius c quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora, vel hypothecas suscepit; d & vtrãque pecuniam creditori soluit, existimans e indemnitati suæ cõfusis prædijs, f cõsuli posse, ob eas res iudicio mandati frustra conuenietur: g & ipse debitorem frustra conueniet. Negotiorum autem gestorum actio vtrique necessaria h erit: in qua lite culpam æstimari satis est, non ẽt casum: quia prædo fideiussor non videtur. i

¶ Creditor ob id factum, ad restituendum k iudicio quod de pignore dato l redditur: cum videatur m ius suum n uendidisse, non tenebitur.

Qui ab alio donum recipit meo nomine, neg. gesto. actio mihi tenetur. Bar.

¶ Ignorante o virgine mater à sponso filiæ res donatas suscepit: p quia mandati, vel depositi cessat q actio, negotiorum gestorum agetur. r 1 †

Hæredi viri contra vxorẽ defuncti datur hęc actio de gestis cõstante matrimonio, h. d. quam legẽ no. quia faciet tibi honorem, & dabit tibi vtilitatem. Bart.

Idem libro 10. Responsorum.

LEX XXXV.

HAeres viri defuncti vxorem, quæ res viri tẽpore nuptiarum in sua potestate habuit, expilatæ 2 † hęreditatis 3 † postulare s non debet. Prudentius t itaque fecerit, 4 † si ad exhibendum, & negotiorum gestorum actione, 5 † si negotia quoque viri gessit, cum ea fuerit expertus.

Si per ascendentem gerantur negotia descẽdẽtis, vel fiat protestatio, ut onus alimentandi ad descendentem non pertineat, expensæ alimentorum repetuntur. h. d. lex ista, quã no. Et primo ponit exẽpla Nesennij continẽtis quæstionem, & allegationem pro vtraque parte, & opinionem quorundam. Secundo ponitur responsio Pauli. secũda ibi, Respon. hæc disceptatio. Bart.

l Dato.] s. actione pignoratitia.

m Videatur.] & est verum. Vel dic habetur pro eo, ac si cesserit, ut non teneatur creditor. Acc.

n Ius suum.] quod in pignore habebat.

o Ignorante.] secus si sciente, quia tunc habet locum depositi, vt ī. deposi. l. die sponsaliorum. quæ est ʒ.

p Suscepit.] nomine filiæ.

q Cessat.] mala ratio: nam ſm hoc ad quãlibet rem petendam vbi prædictæ cessant, haberet istam, quod falsum est: dic ergo ꝙ nulla melius põt adaptari actio à filia contra matrem.

r Agetur.] s. si habuit ratum, aliàs sponso datur repetitio. Accursius.

2 † Compilatæ. Flor.

3 † Alias hæreditatis, crimine postu.

4 † Flor. faciet.

5 † Flor. de eo actione.

HÆres.] CASVS. Si res vxor viro surripiat ante mortẽ, vel post, hęres uiri nõ agit aduersus eam crimine expilatæ hæredit. aget tamẽ ad exhibendum, vel nego. gest. actio. si negotium viri, uel hæreditarium gessit.

s Postulare.] i. accusare non debet, cum fuisset socia diuinæ domus, & humanæ, vt hic, & C. de crimin. expil. hæred. l. aduersus vxorem.

t Prudentius.] i. prudenter: nam si hoc faceret, prudenter non faceret. hic enim cessat crimen expilatæ hæreditatis, vt hic, & C. de furt. l. quamuis, & infra de crim. expil. hæred. l. vxori. non est ergo hic participatio positiui, idest non ponitur comparatiue. ſm Ioan. sic & C. de fur. l. 2. Sed quid si hæreditatem aliam hæredi viri delatam expilasset? Respond. secundum H. haberet locum hæc actio, ut C. de crim. expil. hæred. l. si a ui. Accursius.

NEsennius.] CASVS. Quidam iurisperitus fuit iudex, cui fuit proposita materia super quæstione, quæ talis est: Auia gessit negotia nepotis sui, & penes eam remanserunt decem de bonis illius nepotis: mortua auia & nepote agunt hæredes nepotis aduersus hæredes auiæ pro decem: excipiunt hæredes auiæ, ꝙ illa decem impendit auia in alimentis nepotis: replicant hæredes nepotis, quod auia subministrauit alimenta nepoti officio pietatis, & hoc nituntur probare duabus rationibus. Prima est talis, quia auia non petijt, ut ei alimenta decernerentur, uel si petita fuerant, non erant decreta: unde præsumitur, quod de suo eum aluerit. Alia est, pone quod mater aluisset filium, præsumitur, quod ex officio pietatis aluisset, unde repetere non posset, nec auia ergo repeteret, isti duplicant, quod tunc demum præsumitur mater filium aluisse officio pietatis, cum ex propria substantia hoc fecerit, sed hoc non fuit hoc casu, quia auia aluit nepotem non de bonis suis proprijs, sed nepotis. Quidam dicebant, quod alimenta pro parte agnosci debeant ab hæredibus auiæ, & pro parte ab hæredibus nepotis, quid iuris quæritur? Dicitur, quod hæc quæstio

facti

facti est, & sic super incerto interserit quoddam dictum, scilicet tale, hoc quod dixerunt hæredes nepotis, s. quod quando mater alit filium, quod præsumitur ex officio pietatis hoc fecisse, multoties fallit, s. cum mater in contrarium fuit protestata, s. quod vellet repetere, vel forte pater abfuit, & mater interim filium aluit, sine dubio in casibus istis repetet mater, cum protestata fuit, nec præsumitur mater donare istis duobus casibus. Vnde dicit, quod hæredes auiæ sunt audiendi, & absoluendi, quia de bonis nepotis ipsum aluit, vel in dubio præsumitur aluisse, & sic non dicit, quod alimenta sunt partim ab hæredibus nepotis præstanda, quia præsumitur semper quod auia aluit nepotẽ de bonis proprijs nepotis.

a *Nesennius.*] casus planus, & de facto colligitur optimus al l. gandi modus ex hac lege.

b *Salutem.*] & quæstionem talem, auia &c.

c *Vtrisque.*] s. auia & nepote.

d *Actione*] s. directa pro quibusdam rebus quas habuerat auia: hæredes vero auiæ dicebant, quod auia expenderat eas in alimenta pupilli nepotis: & hoc est quod dicit, reputabant. alibi autem ponitur pro compensare, vt infra de minor. l. minor vigintiquinque annor. cui. §. prædia.

1 † *Hic erat P. familiaris, vt infra de vo iudic. l. Nesennius.*

2 † *Flor. esse.*

3 † *Flor. ex contrario.*

4 † *Flor. vt de suo.*

5 † *Flor. administrabat.*

6 † *Flor. de eis, de.*

7 † *Flor. videantur.*

8 † *Flor. in factum consistit.*

Paulus lib. 2. Quæstionum.

LEX XXXVI.

Nesennius a Apollinaris 1 † Iulio Paulo salutẽ. b auia nepotis sui negotia gessit. defunctis vtrisque, c auiæ hæredes conueniebantur à nepotis hæredibus, negotiorũ gestorum actione; d reputabant hæredes auiæ alimenta præstita nepoti Respondebatur, e auiam iure pietatis de suo præstitisse: nec enim aut desiderasse, vt decernerentur f alimenta: aut decreta g esse. 2 † præterea constitutum esse dicebatur, ut si mater aluisset, non posset alimenta, quę pietate cogente h de suo præstitisset, repetere. Econtrario 3 † dicebatur tũc hoc recte dici, cum 4 † de suo aluisse k mater probaretur. at in proposito auiam, quæ negotia administrasset, 5 † verisimile esse, de re ipsius nepotis eum aluisse. Tractatum est, nunquid de 6 † vtroque patrimonio erogata viderentur 7 † Quæro, quid tibi iustius videatur? i Respondi, hæc disceptatio in facto m consistit. 8 † nam & illud qđ in matre constitutum est, non puto ita perpetuo n obseruandum. Quid enim, si etiam protestata est, se filium ideo alere, vt aut ipsum, aut tutores eius conueniret, o Pone peregrè patrem eius obijsse: p & matrem, dum in patriam reuerteretur, 9 † tam filium eius, quam filiam 10 † exhibuisse: q in qua specie, & in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem D. Pius Antoninus 11 † constituit. Igitur in re facta r 12 † facilius putabo auiam * vel hæredes eius audiendos, si reputari 13 † velint alimenta, maximè si etiam in rationẽ s 14 † impensarum ea t retulisse auiam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata videantur. u

Vt debitum ante administrationem conuertatur in actionem, quæ ex administratione descẽdit, duo cõcurrere oportet. s. quod debitor a se exigere potuerit et quod inde domini aliqua uersetur utilitas. Bart.

m *In facto*]i. incertitudine asti, quia nescimus vtrum eandem pecuniam pupilli nepotis expendit, vel non, sed etiã in iure est, puta, quæ sit præsumptio in tali dubio. nam &c.

n *Perpetuo.*] generaliter nam fallit quandoque, vt subijcit in duob. casibus.

o *Conueniret.*] sed nec, quod dicit hic de protestatione, est verum in omni casu. quid. n. si mater necesse habeat alere, ut quia filius est inops, & pater inops? Item quid si modica repetat? certè non audietur. Idem in auia dico, ut inf. de lib. agnos. l. pen. & l. si quis à liberis. & respõ. vsque ad §. si vel. & §. si mater. & §. alimenta autem. & §. verum. & j. commo. l. in rebus, §. sunt. Azo.

p *Obijsse*] si habes, obijsse, dic, quod mater fuit cum patre: & dũ reuertitur. s. mater, alit filium, vel dic etiã dum reuertitur pater qui obijt, idest reuerti sperabatur: & sic et dices matrem domi remansisse, & hæc bona, quia putabat patrẽ viuere. Si habeas, abijsse, dicas quod mater non fuit: & dic dum reuertitur. s. pater.

k *Potui.*]ēt si emisti p metū me compellens. Et sic not. ꝙ possessor cū titulo tenet de percipiendis, i. quos vetus possessor pcipere potuisset. sic & in eo q emit in fraudē creditorū, vt j. q in fraud. cre. d. l. ait pror. §. p hanc. sic & in eo qui emit contra interdicta legū sciēs, vt C. de agr. & cēsi. l. quēadmodū. in fi. l. Item, & qui emit a fisco non solenniter vendente, vt C. de fide instr. & iur. hastæ fis. l. 1. li. 10. & facit ad hoc j. de vsu. l. videamus, § item si. sed regulariter titulus excusat a pcipiēdis, vt C. de rei ven. l. si. fundū.
l *Fecerat.*]prius.
m *Passo vim.*]scilicet postea ex interuallo etiam.
n *Alienauit.*]reddendo. Accursius.

o *Repellere.*]incontinenti.
p *Quare si.*]superior casus est quando duo tantum fuerūt, non quando tres. Accur.
q *Mox ego.*]Ir. intelligit hunc §. in vtroque suo casu, qñ metus incontinenti fuit factus illi qui primo metum fecit, & hoc ex regula superiori vim vi, &c. & ex eo quod hic dicit, mox & est ꝓ eo. j. de vi & vi arma. l. 3. §. cū igitur, & sup. de iust. & iu. l. ut uim. & j. ad l. Aquil. l. scientiam, §. qui cum aliter, & secūdum hoc, si ex interuallo hoc fiat, poterit agi ex primo, & secundo metu, vt inf. de vi & vi arma. l. 1. § qui autē a me. & l. cum fundū. Alij dñt idē quod Ir. in secundo casu, sed in primo dñt etiam si ex interuallo, nō posse agi. Tu dicas in vtroque casu nō posse agi, siue incontinenti, siue ex interuallo fiat metus. Primo, quia ex sua improbitate nō debet' cōsequi actionem, ut j. de fur. l. itaq;. secūdo, quia hæc actio damnum exigit, quod hic nō est, ut inf. proxi. §. & j. l. si cū exceptione. in fi. 1. respon. sed ab interdicto vñ vi non excusatur, nisi incontinenti facit, vt in d. l. infra de vi & vi arm. l. 3. §. cum igitur. Sed nunquid locum dēt habere contra hūc debitorem edictum diui Marci. s. qñ te coegi mihi promittere, & tu coegisti postea me ut te liberarē. s. vt amittas exceptionem quod met. cau. quæ tibi competebat, & actionem, quod met. cau. quę tibi competebat, ut liberareris? Respon. nō puto edictum locum hēre in exceptione: amittit ergo actionem, quod met. cau. quæ sibi competebat, ut liberaretur, sed non exceptionem, licet ab eodem prætore vtrumq; habeat. Sed si dicas sic, ergo non punitur vis per edictum diui Marci, si poenas eum non habuisse actionem, sed exceptionem tantum? Respō. non fieri quia accusari potest de vi criminaliter.
r *Legem Iuliam de vi.*]publica uel priuata, cuius pœna est insti. de publ. iudi. §. item lex.
s *Amisisse*, hic opponitur de puncto: quia si iste amisit ius crediti, ergo quicquid soluit, damnum patitur? Respon. tria sunt tempora, antē metum, in metu, & post. In primo non est verum creditorem amisisse. Item nec in secundo dicitur amisisse, sed amittere: & ita his duob. cum sit debitor non patitur damnum, in tertio uero qñ dr̃ amisisse, nō facit tale quid creditor, quare debeat teneri hac actione. Sed quomodo amittit per delictū? imo per solutionem. præterea quid nocet hæc amissio, cū iam habeatur creditor? Rñ.

Vlpianus lib. 11. ad Edictum.

LEX XII.

SEd & partus ancillarum, & fœtus pecorum, & fructus restitui, & omnē causā h oportet. i Nec solū eos, qui percepti sunt, verum si plus ego percipere potui, K & ꝑ metum impeditus sum: hoc quoque præstabitur. 5 †

Actio ꝙ metus causa non cōpetit ei qui ex metu dānificatus nō est. h.d. Vel sic Qui per metum reddit qđ reddere tenetur, hac actione vel aliꝰ, nō hēt actionē qđ me. cau. h.d. cum §. seq.

¶ Quæri poterit, an ēt ei, qui vim fecerat l passo, vim m restitui prætor velit, per hoc edictū, ea q̃ alienauit, n & Pōp. scribit li. 28 non oportere ei prætorē opem ferre. Nam cū liceat, inquit, vim vi repellere, o quod fecit, passus est. Quare si p metum te coegerit sibi promittere, mox ego q tū 6 † eū coegero, metu te accepto liberare: nihil esse, ꝙ ei restituatur. p Iulianus ait & 7 † eum qui vim adhibuit debitori suo, vt ei solueret, hoc edicto nō teneri, ꝓp naturam: 8 † Quod 9 † metus cā actionis, quæ damnū exegit: quāuis negari nō possit ī legem * Iuliā r de vi, eū incidisse, & ius crediti amisisse. s

Cōtinuatur cum superiori, & hoc intēdit, Creditor qui per uim pecuniam vel rē sibi debitā accepit, uel sibi solui facit, ius debiti pdit, & omne ius quod habet in re, vel pro re. Bar.

5 † Fl. hæc quoque præstabit.
6 † Fl. deest, eum.
7 † Flo. deest, &.
8 † Propter suam naturam.
9 † Flo. deest quod.
* No. tex. secundum Bal. quod semper est ponderanda natura actionis. & sicut qualibet planta, & qđ libet animal habet suā naturam, ita qualibet actio a iure sibi datam.
* No. publicam dici, cū ab armatis violentia cōmittitur: priuatā, quæ fit sine armis. eā legē tulit C. Iul. Cæsar Dictator Vi. L. u. char. apud Zas. in cata. legum antiq. tit. lex Iulia. de vi vbi plura.

secundum Ir. quia id quod est solutum, repetitur per condictionem sine causa, nec iure creditoris potest retineri. Item oppono: si tibi vim feci, ergo habes actionem, quod met. cau. ergo rem, ut s. tit. 1. l. nemo, ergo damnum non sentis, ergo hanc actionem non habes? R̃n. q damnum nõ hēt, enim hic est contemplatione huius actionis: qua sublata remaneo in damno, ergo ipsa datur.

Callistratus lib. 5 de cogni.

LEX XIII.

EXtat * enim decretum diui Marci in hæc verba a Optimũ est, ut si quas putas te habere petitiones, actionibus b experiaris. Et cum Martianus c inde 1 † diceret, vim d nullam feci: Cæsar dixit, Tu vim putas esse solum, si homines vulnerẽtur? e Vis 2 † est & tũc, quoties quis id quod deberi sibi putabat non per iudicem reposcit. Quisquis igitur * probatus mihi fuerit, rem ullam f debitoris, vel pecuniam debitam, 3 † non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo iudice g temere possidere, h vel accepisse, isque sibi ius i in eam rem dixisse: ius crediti non habebit.

Hæc actio contra restitutionem post annum competit ad simplum Bar.

* Ad intell. l. vius l. vi. l'an de mon. re. in l. i quartam nu. 168. ad l Falc.

1 † Fin. deest modo.

2 † Fin. vis Rum est.

EXtat.] CASVS. Si debitorẽ meũ cõpuli ut mihi solueret, non erit locus huic edicto, sed lege Iulia de vi accusari potero: ius tamen crediti amittit, qui debitorẽ suum ad soluendum cõpellit, nec refert fiat vis cum armis, vel sine armis, vulnerentur homines necne, quia semper amittit ius crediti. Viui.

a *Verba.*] quæ plenius sunt infra ad legem Iuliam de vi pri. l. pen.

b *Actionibus.*] i. authoritate iudiciali.

c *Martianus*] creditor. Accur.

d *Vim.*] scilicet illatam.

e *Vulnerentur.*] interrogatiue, & plane potest legi.

f *Rem ullam.*] sed nunquid quidam re debitoris occupata à creditore omne ius suum quodcunque habet creditor amittit? Quidam utique, argu. in auth. ut non si pign. coll. 5. & ut nulli iudi. § quia vero huius, coll. 9 & inf. de incendio rui. naufrag. l. quo naufragium. § senatusc. on. Sed Io. contra. a amittit enim tantum ius quod habet in re, vel pro re illa quam occupauit, ut inf. de his quib. ut indi. l. rescriptum & l. hæres & infra quorum legato. l. j. § si uerç & infra de noxall. l. si seruum pro delicto, § j. & C. de pœn. l. sancimus, nec obstant auth. prædic. quia capere liberum hominem pro debito, uel exigere alium pro alio, grauius est. & ideo grauior imponitur pœna, secũdum Ioan. obstat hæc litera, quæ dicit rem nullam, sed accipe debitam, scilicet quod est infra. Item obstat, quod dicit pecuniam, quia non dicitur creditor habere ius in ea, cum sit in genere debitor. Sed dic quod erat debitor in specie, uel dic etiam in genere, & tamen dicitur debita eadem ratione qua debitor dicitur soluere quod debeat, licet neutrum verum sit. b Sed huic positioni est argum. contra. d. l. si seruum. infra de noxalibus, sed dic ut ibi. Item, quid si est debitor hominis in genere, & accipiam Stichum per metum? Respõ. idem quod in pecunia modo dixi, sed H. contradicit enim me non amittere.

a Et hoc secundum modernos.

b Quantum ad formam amissionis sed utrumq; est uerũ quã ad necessitatem præstationis. facit qui & a q. us l. pacto cũ fi. secundum Bal.

g *Sine ullo iudice.*] in certis casibus tamen non punitur etiã si sua authoritate iudicis occupet quis. Primus in debitore fugiente, ut infra quæ in frau. cred. l. ait prætor. § debitorem, & C. quando liceat unicuique si iudi. se vindic. l. 2. & C. de iudæ. l. nullus. argum. sumpto a contrario sensu. Secundus, quando pactum intercessit, ut C. de pigno. actio. l. pen. in fi. & C. de pigno. l. 3. Tertius in legatario qui sua authoritate legatum occupauit, ut infr. quorum legatorum l. 1. § 2. & est ibi ideo, quia apud nullum est possessio, ut argument. infra si quis testa. li. esse ius. l. 2. § Scæuola.

h *Possidere.*] per vim coactiuam, ut supra l. proxi.

i *Sibi ius.*] per expulsionem. Accur.

k *Non habebit.*] imo videtur quod non amittat, ut infra de fur. l. qui vas. in prin. quæ est contra. Quidam dicunt, quod ibi iudici authoritate accepit, uel verius ibi accepit ut iudici ostenderet, hic ut sibi haberet, vel dic ut ibi. Et no. quia non punitur ideo quod non per iudicem reposcit, sed quia sic reposcit. Sed quid si creditor dedit damnum in re in qua habet ius? Respon. non amittit ius crediti. Item no. quod edictum diui Marci, quando fuit vis ablatiua, non compulsiua, concurrit cum interdicto unde ui. Item cum constitutione, si quis in tantam. sed non ideo plus exigitur, nisi inquantum plus est in alta, ut infra vi bonorum rap. l. 1. Quia ergo multis modis, & variis legibus, & constitutionibus puniuntur violentiæ, quæ in hoc iuris volumine sunt dispersæ, ideo quandam compendiosam super his tradere doctrinam utile fore existimaui. Sciendum est itaque, vim puniri per interdictum unde vi: quod in rebus soli tantum locum habet, i. in ipso solo, & rebus eidem cohærentibus et si mobiles sint. Item locum hēt, de eo quod ad violentum peruenit, perpetuo. Pro alio q̃d non peruenit, j. annum. * Item locum habet, ubi neque coacta, neque spontanea voluntas intercessit, ut infra de vi & vi arma. l. j. in prin. & in §. hoc interdictũ. & §. ad solam autem. & §. illud utique. & §. si quis de nauc. & §. si fundus. & l. si cetum tibi possessio. & est hæc dicenda vis expulsiua. Est quoque interdictum uti poss. * pro retinenda possessione contra eum inductum, qui pariter uolens mihi turbare meam possessionem, se possidere asserit, & si a me ui possideat, ut quia me arare & colere fundum, uel aliter re mea uti prohibeat, interdicto succumbet: si uero ab alio, prodesset ei sua possessio, & habet locum in rebus tantum soli, ut infra uti possi. l. 1. in prin. & § hoc interdictum de soli. & § ult. & l. 2. & l. si duo, § in hoc interdictum. & fit condemnatio ad æstimationem possessionis, si non desinat turbare, ut infra uti possi. l. si duo, § ult. Quæ autem dicta sunt de rebus soli in interdicto uti poss. locum habent in interdicto utrobi * in rebus mobilibus, & in utroque interdicto is vincit, qui nec ui, nec clam, nec precario ab aduersario possidet tempore litis contesta. ut infra utrobi. l. 1. & vocatur utriusque interdicti uis turbatiua: eo quod qui sic per vim facit, turbat, idest, in dubium reuocat, & obscurum facit quis possideat. Ad vim quoque puniendam interdictum quod vi aut clam redditur, quod domino soli, uel ei qui ius in solo habet, aduersus eum, qui domino inuito uel coacto fecit, per uim, idest, post prohibitionem aliquid in solo fecit, competit, ut destruat sua impensa, quod fecit, & restituat rem in pristinam causam & damnetur ad interesse, ut infr. quod ui aut clam. l. j. in princ. & §. quid sit ui factum & l. si alius. § notauimus: & l. semper. § in hoc interdicto. & l. competit mihi in princi. & § ultim. & dicitur hæc uis inquietatiua: quia possidentem quiete possidere non finit. Actio quoque vi bonorum rapt. ad uim puniendam competit ei, cui res mobilis per uim dolo malo, non aliter ablata est, & competit in quadruplum intra annum, qui vim intulit, ut infra ui bonorum rapt. l. 2 § hæc actio. & § in hac actione. & § generaliter, & dicitur hæc uis ablatiua: Est & edictum ne uis fiat ei qui in poss. miss. est & pro adipiscenda posquam iudex præcepit ei dari, uel pro recuperanda si fuerit amissa, ut infra ne vis fi. ei qui in poss. miss. est per totum. Est & hoc edictum, quod metus causa, ex quo tria dantur auxilia, scilicet rei uendi. contra omnem possidentem: si tamẽ qui uim passus est, fuerat dominus antequam traderet, non aliter. Item actio quod metus causa, quæ contra meticulosum competit. Item exceptio datur cum quis uoluerit coactus, ut sup. eodem, l. metũ. §. sed quod, & § uolenti, & § licet. & l. si cum. § in hac. & l. si mulier § pen. inquantum detur actio, dicitur infra eod l. si cum § j. & § 2 & 3. Est quoque constitutio Constantini specialis in iudicio fin. regun. & post lit. contest. in re aliena in duplum, ut C fin. regun. l. si constiterit. Edictũ quoque diui Marci uiolentum creditorem, uel alium, quod sibi debetur occupantem, iure debiti priuat, scilicet, quod pro re habet, uerbi gratia quod pro re petenda sibi dabatur, uel in re, ut si emphyteuticarius, uel feudatarius erat, & est not. quod ex eo, scilicet decreto diui Marci non datur actio ad recuperandum, quod est ablatum, sed tamen habet locũ generalis actio, scilicet condi. indebiti. uel sine causa. non tamen dabitur actio ui bonorum rapto. uel interdictum unde ui, uel si quis in tantam: quia uoluntas licet coacta interuenit * ut inf. eo. l. si cum. § qui vim intulit. si uero nullo modo uoluit, hoc locum hēt hoc edictũ diui Marci

* Iuxta hoc est, quod dominus Deut. c. 24 iubet eũ repetere a proximo rem aliquam quã tibi dēt non ingrediaris domum eius ut pignus auferas.

3 † Alias deest pecuniam debitam.

* Pro dictis hic uid. Cic. pro Cecin. & li. 15. epist. in ea q̃ incipit, puto te iam. Cuiac. de sẽten. Pauli. li. 5. titulo 6.

* Interdictũ hoc est prohibitorũ ad possessionẽ uindicandã, seu retinendam.

* Est prohibitoriũ aliũ uocant utrobi hoc interdictum celeriter reformationem uocant Imp. in l. 3. C. de le. ge & cõ. ubi quod datur bonæ fidei possessori.

* Et sic no. quod uoluntas coacta stricta iuris ratione est uoluntas. l. si mulier § pe. infr. eo.

& interdictum vnde vi: & si quis in tantam. & act. vi. bo. rap. singula tamen suo loco competunt: & sic apparet hoc decretum habere locum, siue debitor voluit coactus, siue noluit, secundum Ioan. Est & constitutio, non abs re, quæ eum qui alieno nomine possidet, *cum domino repetenti non restituit, punit in duplum. Est & constitutio, si quis in tantã. quæ generalis est in omni re, & in omni tẽpore, & in omni inuadente, vt C. vnde vi. si quis in tantam, & l. non abs re. de constitutione, cum quærebatur, hic nihil dico, & quia quæ super. ca. l. dicuntur, in C. scripsi: & quia nõ datur pro violentia. Est & constitutio quædam, quæ datur contra aduocatos sua authoritate prædium sibi pro aduocatione promissum occupantes, quæ similis est edicto diui Marci, vt C. de sutira. l. j. Est & constitutio, quæ locum habet minus legitime interposito decreto: quod dic, vt C. unde vi. l. meminerint.

¶ §. l. Item si.

Vlpianus li. 10 ad edictum.

LEX XIIII.

SI 1 † cum exceptione ad uersus te perpetua a tutus essem, coegero te acceptum mihi facere, cessare

SI cum exceptione.] CASVS. Debebam tibi 10. fecisti pactum de non petendo illa 10. postea compuli te, vt liberares me per accept. vt sic plenius essem liberatus, non est locus huic edicto, & non ages quod met. cau. quia nihil tibi abest.

¶ Si quis.] Intulisti mihi metum, vt aliquam rem meam tibi darẽ, & si non restituis, condemnaberis in quadruplum, & quod primitus erat præstandum, quadruplabitur, & non uidetur quod prætor grauauerit eum, qui metum intulit. permisit enim per metum extortum ante restituere: & ita pœnam quadrupli euitare. q. d. dat ei licentiam si velit restituere rem vsque ad sententiam de quadruplo faciendam intra annum: tenetur ergo iste actione post annum ad simplum: & sic tunc causa cognita, scilicet si alia actio non supersit. Nam constat, quod ex metu illato nascetur iniuria. actio, quæ extinguitur anno elapso: * vnde dabitur ista. in fi. ponit casum in quo superest alia actio post annum, quia pone quod intulisti mihi metum, vt rem meã tibi darem, anno elapso decessi hærede Titio instituto: illã rem pro possessore possides, vnde agit hæres meus contra te pet. hæreditatis illius rei post annum elapsum, non act. quod met. cau. licet intra annũ agere posset quod met. cau. in quadruplum.

* Et sic est annalis. Mãdos huius actionis naturam, effectus quæ multiplicet habes in nouo indice tenet in ver. actio iniuriarum.

¶ In hac actione.] Compulisti me vt tibi darem librum, uel Titio puta. Vel melius dic, Tu dedisti Titio: habeo quidem contra Titium vel contra te act. quod metus causa. nã semper contra tenentem habeo actio. quod metus causa: siue sciam, siue ignorem, nec Titio videtur fieri iniquitas: quia potest euitare pœnam quadrupli si rem mihi domino restituat, & cogor ego actor tantum probare mihi illatum metum fuisse, quan aliquid feci, vel dedi.

¶ Hæc autem actio.] Intulisti mihi metum, ut rem meam tibi traderem, egi contra te, & iussus fuisti ad rem restituendam, post sententiam, & ante liberaris restituendo, si non restituas, iudex in quadru. te condemnabit: illud quadru. soluere debes.

¶ Aliquando.] venisti ad me cum gladio euaginato: & ita per metum compulisti me rem meam tibi tradere: illa postea peruenit ad Titium ignorantem metum illatum: penes Titium petij: ad officium iudicis pertinet Titium absoluere, & sic Titius liberatur interitu speciei. Sed pone, quod seruus per metum ablatus fugit: Titius cauebit de eo restituendo cum in potestatem suam peruenerit: & ita absoluetur. Vnde quidam dicebant, & male, quod ille ad quem res ex titulo lucratiuo per metum extorta peruenit, non tenetur hac act. sed hoc non est uerum, quia vtecque tenetur.

¶ Pedius.] idem hic quod supra prox. dictum est. nam si intulisti mihi metum, teneberis, siue rem habens, siue non. Item ille ad quem peruenit res, tenetur, quamuis alius fecerit mihi metum: & sic ambo tenentur.

¶ Labeo.] Compulisti me vt 10. tibi promitterem, & fideiuss. tibi darem. & fideiuss. tibi dedi: qui libenter illi obligationi accessit, tam ego quam fideiussor liberamur. sed si tenebar tibi antea, quia sponte promisi, & postea compulisti me per metum, ut darem fideiussorem: & sic fideiuss. fuit coactus, vt fideiuberet: liberatur solus fideiuss. & non ego.

¶ Si quis.] Titius erat debitor meus, coegi eum, ut promitteret quod starei iuri, & fideiuss. per vim etiam dedit, liberatur ipse reus, & fideiuss. & ego eos liberare cogor.

¶ Sed & si quis.] Compuli te per metum vt decem mihi promitteres, & promisisti, vis agere quod metus causa, vt te per accepti. liberarem, & egisti, & iussus a iudice, vt liberarem, non te liberaui: & ita sum condemnatus in quadruplum, & solui, dicebat iuriscon. quod id siue illa decem, quæ in stipulationem deducta erant, petere poterit: & si tu, quod promiseras, excipias de metu, replicabo, quod dolo excipis, cum illa decem, quæ promiseras, & etiam triplum nomine pœnæ ante percepisset alius, dicit metum passum posse excipere de metu non obst. replicatione, uerius tamen est, ut compellar acceptoferre, idest quod liberem te ab omni obligatione, item triplum nomine pœnæ soluere.

¶ Quod si homo.] Seruum tuum extorsi per metum, ante primam sententiam perijt apud me interitu naturali, indistincte periculum ad me pertinet, & in æstimatione rei condemnabor, ad exemplum interdicti vnde vi, & quod ui aut clam quia sicut ibi tenerer de interitu, sic & hic indistincte, & hic continua illum, ut sicut in interdicto. & hoc est primo. Sed pone retento primo casu, quod conuentus act. quod metus causa, succubui, & ad rei restitutionem fui condemnatus, & etiam fui postea condemnatus in quadruplum, quia nolui restituere, postea iurra tempus quadrimestre interijt res, & sine dolo meo, & culpa, liberor a simplo per interitum speciei, & hoc ideo, quia teneor in triplum nomine pœnæ: & ita cum grauer mutuo, puta in pœna, debeo in alio liberari: puta in simplo quod præstatur nomine rei: si fui in culpa, de interitu tenebor. Si vero sine culpa. sed penes te non erat peritura, habebis pretium rei, si res perierit. Si vero seruus per metum ablatus fugit post sententiam secundam ante tempus quadrimestre, debeo cauere ego metum inferens de eo persequendo, & restituendo: si tamen illum recuperauerit, liberabor. Post transitur ad tertium tempus, quod est post primam sententiam, & ante secundam, & dicitur, quod si seruus meus illo tempore perierit, tenebitur ad eius æstimationem ad pœnam, quod non restituat, sicut præcepit iudex. Si vero fuerit in fuga, cauere debet de eo prosequendo, & restituendo, & hoc in tertia.

¶ Quod vim.] Compuli te ut traderes mihi rei tuæ poss. & tradidisti, an furtum committam? Et dicitur quod non: quia volens tradidisti, licet coactus, quamuis si ui rapuissem, uideor fur improbior.

¶ Eum.] Si abstulisti rem meam mihi per metum, agam quod met. cau. & de dolo: sed si ego ago una, tollitur alia per excep. in factum opponendam.

¶ Iulianus ait.] Debebam tibi 10. & compulisti me per metum, ut darem tibi 30. in 20. sum. tantum damnificatus, & illa erant quadruplanda, quia in 10. quæ debebam, damnificatus non sum. Si vero plures intulerunt mihi metum, & vnus rem restituit, cæteri liberantur. Vel forte quia noluit rem restituere, in quadruplum est condemnatus. per illud quod soluit, cæteri liberantur: ut tamen quod non potui cõsequi ab uno forte existente non soluendo, consequar ab alio. Si vero tu mihi metum intulisti, ad alium autem res peruenit, alter soluens quadruplum, uel restituendo rem, liberat alium.

¶ Sed & si seruus.] Seruus meus ignorante me, tibi metum intulit, conuentus liberari potero dando seruum pro noxa. Si uero rem per metum ablatam restitus, siue quadruplum liberatur seruus. Postea redit ad primum casum dicens, Seruus meum intulit Titio. cõuentus tradidit seruum pro noxa. uenit res ad me, nunquid tunc potero conueniri? certe sic in illo casu, cum restituendus est mihi seruus.

¶ Hæc actio.] dicit hic, quod actio quod met. cau. datur hæredibus passi metum, quoniam & contra hæredes inferentis metum datur in id quod ad eos peruenit. cum turpe lucrum sit ab hæredibus extorquendum. Viuia.

a Perpetua.] & fauorabilis: sed quid si odiosa? vt Macedoniani, ex qua solutum saltem repeti non potest, ut infra de cond. inde. l. qui exceptionem? Respon. ibi agi hac actione, & æstimari dubium euentum, ut infra de cond. fur. l. si seruus, & fam. ercis. l. propter. & ad l. Fal. in quantitate. §. magna. Accur.

a *Abest.*]sed si hæc est bona rõ in creditore, qa nihil, &c. ergo vbi est res imperfecta, & datur exceptio debitori, quod met.cau. non debet dari actio, sed tamen contra est vt s.eo l.metum.§.sed quod prætor. Sed ibi tam exceptio, q̃ actio ex hoc edicto dantur, vnde non impediuntur adinuicẽ, sed vbi aliunde exceptio datur, non datur hæc actio, vt hic. Vel dic, quod & ibi abest: qa solutum non repetit, sed liberatur. Vel ibi in debitore, q fuit in metu, hic i creditore.

b *Pollicetur.*] s. prætor vel lege passiue.

c *Quodcunque*]vt j. ea.l.§ quadruplabit.

d *Facultatem*]vsque ad sententiam in quadruplo dandam.

e *Vtili.*]no actionem iniuriarum anno vtili tolli, quod speciale est in iniuria metu illata: nã quælibet alia, siue ex lege Cornel. de iniu. descendat, siue a prætore, anno cõtinuo tollitur, ut C. de iniur. l. si non cõuitij. Alij, vt Azo dñt, q est perpetua, quando ex lege descendit, vt instit. de perpe. & tẽp. act. in princ. quod est in tribus casibus, ut instit. de iniu. §. sed & lex.

f *Debet.*]& est maxime cũ ad rei persecutionem hæc dẽ. Nec potest dici de dolo q petere postea, ut j̃ ea. l. §. eum. & ideo hæc denegatur, quia illa simili tempore finitur, & quia cum ista concurrit, utibi: sed hodie durat illa continuo biennio, ut C. de dolo. l. fi.

g *Sic potest*]s. post annum.

h *Possessore.*]l ona sõ, vt infra de pet hær. l. regulariter. & l. pro possessore.

i *Largiretur.*]idest nõ esset finitus.

k *Quoniam & rei.*] hæc ratio est probabilis, sed non est necessaria Nam & quæ non habent rei persecutionem hæredibus dantur, vt ex maleficijs, vt inst. de perpet. & temp. ac. §. non abs est. Item fallit econtra: quia quãq; hẽt actionem rei persecutoriam, & non datur hæredib. ut C de rei vxo. ac. §. videamus, in fi § & infra de ope li l si operarum iudicio, ubi est persecutoria, & non datur hæredib. Est autem tunc necessaria ratio, ut quando ipsa ratio deficit, deficiat & lex, & tunc quando ipsa locum habet, & lex.

l *Persecutionem.*]quæ inest in quadruplo.

m *Actione.*]scilicet quod metus causa.

n *Lucrum tamen.*]i. ex cã lucratiua. idẽ tñ si ex cã non lucratiua, ut inf. eo. §. aliqñ sed in hoc potest esse differentia: quia qñ ex cã lucratiua, et si ab inferente metum possim consequi, agam ɔ eũ alias non. Item si ponas rem alienatam, & ex ea pretiũ, uel aliud quid habitum, non est idem, qđ esset si lucratiuam caussam haberet: quia nil videtur hæcre ibi, sic inf. eo. si ipsa. & instit. de lega. §. si res.

hoc edictũ: qa tibi nihil abẽ.[a]

Hucusque iuriscõsultus exposuit primam partem edicti. s. quod metus causa gestum est, ratum nõ habebo.

Nunc exponit secundã partem edicti, cuius verba ordinatè non habemus; tamẽ vt colligitur ex infrascriptis, poterant esse talia verba: Si quis non restituat, quod eũ restituere oportet intra tempus, quod datur iudicatis, condemnabitur intra annũ in quadruplum, post annũ in simplum, causa cognita, vt patet infra eadem l. §. quatenus. ver. si autem. & in hoc §. & seq. Bart.

¶Si quis nõ restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur.[b] Quadruplabitur autẽ oẽ, quodcunq;[c] restitui oportuit. Satis enim 1† clementer cum eo prætor egit, vt daret ei restituendi facultatem,[d] si vult pœnam euitare.

Hæc actio contra restituẽtem post annum competit ad simplum. Bart.

¶Post annum vero in simplum actionem pollicetur, non 2† sp, sed causa cognita. In causæ aũt cognitione hoc versatur, ut si alia actio non sit, tunc hæc detur. Et sane cũ per metum fcã iniuria anno, & quidem utili[e] exoleuerit, idonea causa esse debet,[f] vt post annum actio hęc dari dẽat, alia antem actio esse sic pt,[g] si is, cui uis admissa est, decesserit, hrs eius hẽt hæreditatis petitionem: quoniam pro possessore,[h] q uim intulit, possidet, propter quod hæredi non erit. Quod 3† metus cã, actio: quamuis si annus largiretur,[i] etiam heres in quadruplũ experiri possit. Ideo autem successoribus datur, quoniam & rei[k] persecutionem[l] habet.

Qui agit hac actione, duo debet probare, scilicet metũ illatum, & ad inferentẽ metum cõmodũ peruenisse.

¶In hac actione[m] non quæritur, vtrum is, qui conuenit, an alius metum fecerit, sufficit, n. hoc docere, metum sibi esse illatum, vel vim, & ex hac re eũ, qui conuenitur, & si crimine caret, lucrum tñ[n] sensisse. Nã cũ metus habeat in se ignorantiam,[o] merito quis nõ adstringitur: vt designet[p] quis ei metum vel vim adhibuerit & iõ ad hoc tãtum actor adstringit, vt doceat metum in causa fuisse, ut alicui acceptam pecuniã faceret, vel rem ita 4† traderet, uel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum uideatur, ex altero facto alium in quadruplum condemnari: quia nõ statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur.

Fortis est §. & breuiter hoc intendit: Hæc actio est arbitraria, ideo iudex non restituentem post primam sententiam, condemnat in quadruplum. hoc dicit.

Hæc autẽ actio cum arbitraria sit,[q] hẽt reus licentiã vsq;* ad sñiam ab arbitro 5†[r] datã,[s] restitutionem secundum quod

o *Ignorantiam,*]i. non nocet si is q conuenit, ignoret qs fecit metũ. Vel verius dic, i. iuste ignorare possi, q s vim mihi fecerit, cũ talia fiãt de nocte, a uel in multitudine hoĩm.

p *Designat.*]vt hic, & supra eo. l. metum. §. cum aũt. & C. eo. l. nõ interest, secus in dolo, vt infr. de dolo, l. sed ex dolo. §. fi. Itẽ secus in excep. doli. & metus, vt j̃. de doli excep. l. apud. §. pen.

q *Arbitraria sit.*] vt instit. de ac. §. præterea.

r *Ab arbitro*] Idest a iudice.

s *Datam.*]i. dandam super quadruplo, nam post primã sñiam restituere potest, ut s. ead. l. §. satis & secundum hoc verbũ, fecerit, erit futuri subiunctiui. Vel dic datam proprie, & fecerit, pterritum, sit: & quod dicit, condemnationem idest exactionem condemnationis iam factæ. Sed an est vtraq; definitiua, tam prima super re, quam secũda super quadruplo? Quidam non prima: quia de ea sñia sup eadem re ferri non pñt, vt C. sent. rescin. non posse. l j. Item, quia iã functus esset offõ suo iudex, vt inf. de re iud. l. iudex. ideoq; primam admonitionẽ dñt quidam, ut in auth. d. hęre. & Fal. §. si quis au tẽ. col. j. Io. dicit vtrãque diffinitiuam: quia vtraque diffinit, ut j̃. de re iud. l j. nec sup eodẽ, imo super alio fertur sñia secunda. iõ que suo officio in eo non erat functus. Prima n. super re. secũda supra pœna tripli, & æstimatione simpli, vel etiam si res sit cũ triplo non petetur vt ex secunda, sed vt ex prima sententia, nam & alias aliquid venit in sententia, non tñ vt ex ea petatur, ut servus in causa noxali, vt instit de offic. iu in prin & infr. de re iud. l miles. §. sed nunq d ab utraq; põt appellari? A prima sicut sẽda vĩ q non, quia contumax fuit, sed tñ d c, q potest, quia in non restituẽdo, & in nõ ueniendo fuit contumax ut j̃. de app. l si § iussus. Et q dico appellari a sẽda, intellige, qñ fuit lata intra tps quo potuit appellari a prima, alias non, quia cum sit executio primæ, nõ dẽt appellari, ut j̃. de ap. l ab executore. & potest fieri executio hæc intra duos mẽses, ut inst. de of. iu d. in prin. Et si uerum est, quod est in prima, necessario sequitur quod est in sẽda, ut j̃. de verb. sig. l si qua. Item si appelletur a sẽda, an pendente appellatione possit rẽ restituere, & pœnã euitare? Quidã sic, vt j̃. de bonis lib. l quæcunq;. §. accusãtis. & qa vĩ extinctum pronunciatum, ut j̃. ad Turpi. l j. in fi. & quia uel nouari debet, ut inf. nil nouari l. j in fi. Sed dic contra: quia rem dando vĩ habere ratas primas sententias, vt sup. de pac. l. tale. §. j. & qa hoc tñ vsque ad secundam.]

1† *Fi. actest, enim.*

2† *Fi. sed non semper.*

a Ang. hic et dominus Alex. in suo cõsi. 24 in 1. e. in 2. uol. incipiente, an si quis inuentus dicũt: istã gl esse sing. ad hoc. quod probatio reputatur esse difficilis circa ea, q̃ fiũt de nocte: vel in hominum multitudine Bolog.

3† *Fi. decst, quod.*

4† *Fi. deest, ita.*

* *Hæc vsq; ad finem, quicquid gl. & Bart. hic distinguant.*

5† *Alias, arbitrio dato.*

1† diximus si fauor. Duar.

* ad intel. huius §. vide Co uaf. in l. natura iter. § nobil. cōs. n. 116. de acq. poss.

2† Fl. Aut si seruus.

3† aliàs. Iuriano, alias. Vnde.

* Concor. text. in l. & post rē §. 1. supra de transa.

4† Fl. desist. debere.

1† Haloand. utrumq́ue Ant. Aug. in l. 1. e. 3 circa prime.

6† Fl. videbatur.

dam sniam concedi- tur, vbi, vt arg. C. de sed. cred. l. pen. §. 1.

a *Supra diximus.*] vt §. eo. §. satis. Et no. q̄ iō q̄ ē arbitraria, hoc p̄cedit: sicut & aliàs diuersis rōnib. vt ʒ. & publica. in l. hoc edicto. in prin. & ʒ. de eo quod cer. loco. l. fi. & C. de grege do. l. vni. lib. 11. & ʒ. de arbi. l. Celsus & ī. si q̄s cau. & si post tres. Regulariter aūt ʒ in pena legali, vt ʒ. de fur. l. q̄ ea mente. & vi bono. rapto. l. 1. & conuentionali, vt C. de contrah. & commit. stip. l. omnes. q̄ sunt p̄tiæ.

b *Quadrupli.*] An desinat arbitraria esse re perempta, vt sine arbitrio in quadruplo dānet? Rñ. vt ʒ. e. § sin autem ante sniam. Itē q̄d si reus æstimationē est paratus dare ante sniam? Rñ. nō liberatur, vt ʒ. si cer. pet. l. 3. §. 1. in fi. Accur.

c *Arbitriū.*] s. iudicis.

d *Vnde.*] q̄a vbi ē æq̄tas, iudex absoluit.

e *Non teneri.*] pp titulum etiam re extante. Sed malè dicunt, vt subij. it. Accur.

f *Captiosus.*] nā captio euitatur, vt supra de transa. l. cum Aquiliana. & ʒ. de aur. & arg. l. si vxori. 1. respō.

g *Arbitrium.*] aliàs incipit hic lex: alias non. Accur.

h *Oportet.*] vt hic, & ī. d eo p̄ quē factū erit l. fi. in fi. 1. rñ. & de pec. l. licet. §. ex furtiua. & ʒ. de trib. l. 3. §. 1. & ʒ. ad Syll. l. si sequēs. & facit ī. e. l. illud. & l. metū. §. cū ār.

i *Constitutus.*] ex p̄ctu extra iudiciū, vt differat à sequenti, vt. §. si q̄s.

K *Dederit.*] reus fuit nolens tam in fi. q̄ in datione fideiussoris, & sic eo liberato per q̄ūs fideiussor liberatur, ipse aūt fideiussor agere non posset.

l *Liberabitur.*] pacto non q̄a & ante pactū habet exceptionē, vt ī. eo. l. metum. §. sed q̄d. Itē acceptilatione non: quia & per q̄ūs reus liberatet, vt inf. de accep. & per fustirandū. §. & si fideiussori. qualiter ergo? Dōt q̄uā acceptilatione, vt ʒ. ad Vell. l. q̄uis. §. si conuenerit. & §. Marcell. forte hoc

supra diximus, 1 rei 1† facere. quod si non fecerit, iure meritoque quadrupli ᵇ condemnationem patietur.

Ille, ad quē cōmodū peruenit ex metu, non tenetur si rem possidet. Vel sic: Is, ad quem res peruenit ex metu illato per alium, rei interitu liberatur. Bart.

¶ Aliqñ * tñ, & si metus adhibitus proponatur, arbitrium ᶜ absolutionem affert. Quid. n. si metum quidē Titius adhibuit me non cōscio, res aūt ad me peruenit, & hæc in reb. humanis non est sine dolo malo meo, nōne iudicis officio absoluar? Ita & 2 † si seruus in fuga est: æquè si cauero iudicis officio me, si in meam ptātem peruenerit, restituturum, absolui debebo. Vnde ᵈ quidā putant bonæ fidei emptorem ab eo, qui vim intulit, comparātē non teneri, ᵉ nec eū qui dono accepit, vel cui res legata est. Sed rectissimè Iuliano 3 † vr ēt hos teneri, ne metus, quem passus sū, mihi captiosus ᶠ fit.

Alias est lex, et venit ad p̄bationē eorū q̄ supra dixerat, s. emptorē & legatariū & similes, teneri hac actione. & in sūma hoc intēdit: Hac actione tenetur metū inferēs, & is ad quē res peruenit ex metu. Bar.

¶ Pedius * quoq; lib. 8. scribit, arbitrium ᵍ iudicis in restituenda re tale esse debere, 4 † vt eū quidem q̄ vim admisit, iubeat restituere, ēt si ad alium res peruenit: eū ēt, ad quē peruenit, ēt si alius metum fecit. Nam in alterius p̄mium verti alienum metū non oportet. ʰ

Rescisso principali, rescinditur accessorium. secus econuerso. Bart.

¶ Labeo ait. Si quis p̄ metum reus sit constitutus, ⁱ & fideiussorē volētē 5 † dederit, ᴷ & ipse, & fideiussor liberatur. Si solus fideiussor metu accessit, non ēt reus, solus fideiussor liberabitur. ˡ Quadruplatur sūt id quanti ea res erit, 1. cum fructib. & oī causa. ᵐ Si quis per vim sisti iudicio promittendo, postea fideiussorem adhibeat, ⁿ is quoque liberatur.

In quadruplo inest simplū q̄ p̄mittēti restituitur eum liberādo. h. d. Vel sic: Cōdēnatus ad quadruplū, quia non liberat, triplum p̄stat, & cogitur liberare.

¶ Sed & si quis per vim stipulatus, cum acceptum non faceret, fuerit in quadruplum condēnatus, ᵒ ex stipulatu ᵖ eū agētem aduersus exceptionē, ᑫ replicatione ʳ adiuuari Iulianus putat, cū in quadruplo & simplū sit re* consecutus: Labeo autem ēt post quadrupli actionē nihilominus exceptione submouēdū esse eū, q̄ vim intulit, dicebat. ˢ q̄d cū durū videat, 6† ita tēperandū est, vt tam tripli condemnatione plectatur, q̄ acceptilationem oī modo facere ᵗ compellatur.

Iste §. consueuit reputari ita difficilis sicut alius qui sit in libro isto, & hoc pp intricationē gl. quia gl. legit istū § per saltus. ideo primò ponā lect. gl. q̄ tenet gl. nostra, postea ponā aliā lec. quam gl. tangit, licet non teneat, quæ fortè est verior & h. d. Si res p̄ metum seu p̄ vim cōpulsiuā extorta, ante secūdā sñam pereat, perit periculo metū inferētis. Si verò post secūdā sñam intra ips datū iudicatis, perit periculo domini: si res eodē mō erat peritura penes eū: aliàs secus. h. d. secūdū lectu. gl. Secūda lectu. q̄ hic gl. tāgit & nō prosequitur, est ista, secūdū q̄ iste §. loquitur ordinatè, & diuiditur sic: Primò ponit vnū dictum in genere. s. q̄ res continetur in quadruplo oīno, hoc est siue res extet, siue non. Secūdo in ver. q̄ si hō, ponitur vna limitatio q̄ istud nō hēt locū, quando res perijt post secūdā sñam intra tēpus iudicati. Tertio ponit aliā limit. quādo res oīno perijt, sed est in fuga, seu in p̄dito, & qualiter sit iudicis arbitriū, ponit hic in ver. pro eo autem. Quarto in ver. sin autē ante sñam. ponit p̄redictā regu. habere locum in re perempta ante primam sñam. Quinto in vers. sed & si non culpa, limitat prædict. reg. & dicta in p̄cedēti vers. locū habere, si res nō erat peritura penes actorem, & hoc p̄bat p̄ simile. Sexto & vlti-

actio, vt reus non liberet. Alij dicunt pacto tñ. vt ʒ. de bo. li. l. si quis re. § 1. & est vtilitas huius pacti: quia si amolo solueret, repeteret.

m *Et omni causa.*] vt hic, & ī ea. l. §. 1. in fi. & ʒ. ea. l. §. Iulianus.

n *Adhibeat.*] similiter q̄ vim illatā reo aliàs cōprobaret reus p̄t* factū si fideiussor spōte intercessit. vt C. eo. l. 2. & ʒ. ad Maced. l. sed & si pater. §. nō solum. licet quidam ʒ.

o *Condemnatus.*] & solui.

p *Ex stipulatu.*] i. ex stipulatione p̄ vim extorta ʒ metū passum.

q *Exceptionem.*] quam proponit de metu.

r *Replicatione.*] s. doli.

s *Dicebat.*] & sic in q̄ntuplo cū re. Accu.

t *Facere.*] & ita debuit stultus iudex ferre sñam. sic C. de fideicom. lib. l. si p̄tiē. n. tenet ad factum, vt sup. de proc. l. sed & hæ. §. prætor. Sed quid in q̄ō. proposita? vel quid si nunq̄ inuenitur, vt faciat acceptilationē? Rñ. secūdū Iul. quasi æquum, vt C. de iud. l. placuit.

Quatenus.]

mò in vers. itaque, concluditur ad præmissa, & sic legitur ordinatè. Bartolus.

¶ Quatenus a autem diximus b quadruplo simplum inesse, sic hoc disponendum est, vt in condemnatione quadrupli res quidem omnimodo c contineatur, & eius restitutio fiat: pœna 1 † autem vsque ad triplum stet. d 2 † ¶ Quod 3 † si homo sine dolo malo, & culpa eius, qui vim intulit, & condemnatus est, e perijt, f in hoc casu à rei condemnatione ideo relaxabitur, si intra tempora g iudicationis 4 † moriatur, quia tripli h pœna 5 † propter facinus satisfacere cogitur. ¶ Pro eo autem qui in fuga esse dicitur, i cautio ab eo 6 † extorquenda est, quatenus & persequatur, & omnimodo k eum restituat. & nihilominus in rem, vel ad exhibendũ, vel si qua alia ei competit actio, ad eum recipiendum, integra ei, qui vim passus est, seruabitur: l ita tñ, 7 † vt si dñs eũ quoquo 8 † modo m receperit, is qui ex stipulatione conuenitur, exceptione tutus fiat. Hæc si post condemnationẽ. n Si autem ante sententiam o homo sine dolo malo, & culpa mortuus fuerit, tenebitur. p idque 9 † fit q his verbis edicti. Neque ea res arbitrio iudicis restituatur. 10 † Ergo & 11 † si in fuga r sit seruus sine dolo malo, & culpa eius, cum quo agetur, cauendum est per iudicem, vt eum seruum persecutus reddat. s ¶ Sed & si non 12 † culpa t eius, 13 † cum quo agetur, obierit, u si tamen peritura res x non fuit, si metum non adhibuisset, tenebitur reus; sic & 14 † in interdicto, y Vnde vi, vel quod vi aut clam, z obseruatur. Itaque interdum a hois 15 †

a *Quatenus.*] tria tempora no. Primum ante primam sententiam, & tunc de omni casu tenetur, vt in hoc §. quatenus per verbum omnimodo, sic in interdicto vnde vi, vt ꝫ. i. prox. §. sicut in interdicto, &c. vt infra ibi, interdum itaque. & sic coniunge literam. Secundum, qñ post primã sñiam, & ante secundam: quo casu indistincte tenetur, vt inf. eo. §. sin autem ante. vsque illuc, sed & si non culpa. Tertium, post secundam sententiam, intra quadrimestre tempus, quando de interitu non tenetur propter pœnã tripli, vbi non erat peritura penes actorem. vt inf. prox. §. & infra ibi, sed & si sine culpa. &c. Est & quartũ tempus, s. post quadrimestre tempus: quod dices in litera. Alij dicunt, quòd de duob. tantum temporibus loquitur, ante sñiam primam, & post secũdam. & secundum eos non potest stare illa litera, neq; ea res, &c. cum non præcesserit arbitriũ sm eos. dic ergo quatenus, &c.

b *Diximus.*] in §. prox. in fi.

c *Omnimodo.*] i. siue extet, siue non, sicut in interdicto infra dicit. vt C. eod. l. 1. & hoc quo ad rem: sed quo ad triplum non tenetur si res non est, vt inf. eit. l. arbitrio. §. non tamen.

d *Stet.*] si res duret vsque ad secundam sententiam.

e *Quod si condemnatus est.*] s. secunda sententia.

f *Perijt.*] scilicet post secundam intra quadrimestre tempus.

g *Intra tempora.*] quæ erant olim duorum mensium, vt infra de re iudi. l. debitoribus hodie quatuor: a vt C. de vsur. rei iud. l. 2. Sed nunquid hoc tempus post primã sententiam datur? Resp. non, vt arg. insti. de offi. iud. in princ. Sed & post secundam sententiam non ne datur etiam ratione rei non solum pœna? Respond. sic occasione pœnæ tripli, vt hic dicit, sed le. contra. & idem in similibus vt in sti. de offi. iud. in princ.

h *Quia tripli.*] cum enim grauetur in vno, in alio releuatur, vt hic, & infra de iure iur. l. cum qui. cit & alia rõ, quia cum habeat dilationem a lege, ergo non est in mora si tamen non erat peritura penes actorem, tenetur, vt sup. ead. l. ibi. sed & si culpa. &c. Sed quare alio casu tenetur de interitu intra quadrimestre tempus, cum ubi nulla petitio fuit, ibi nulla mora, vt infra si cer. pet. l. dicta. Respondeo illud in viuis, hoc in interitu. Item quid si post quadrimestre tempus perijt? Resp. eum indistincte teneri cum est in mora, sicut & ante sententiam, vt infra de pet. hær. l. item veniunt. §. idem ait recte.

i *Dicitur.*] s. post sententiam secundam, intra quadrimestre tempus.

k *Omnimodo.*] quia si inueniet eum, restituet, aliàs æstimationem, vt hic, & insti. de diui. stip. §. iudiciales, similiter omnimodo sup. prox. §. Et sic nota q durius propter fugam, quàm propter interitum tenetur. & ratio est. quia fuga potest prauideri: mors autem non sic. Non autem ita puto emptorem præcisè venditori teneri, vt infra de ædil. edi. l. redhi. §. si. & l. seq.

l *Seruabitur.*] vt ipse possit agere contra quemlibet possessorem.

m *Quoquo modo.*] s. siue per actionem ad exhibendum, siue per rei vend. & facit infra quod vi aut clam l. 1. §. si ... ita eamen nihilominus ob hoc aliàs nõ vr. h. ... vt tutti.

de leg. §. si res. Item ita recepit, q ab ea auelli non posset. aliàs nec hře vř, vt ꝫ. de leg. 1. l. non quocumque. in princ.

n *Condemnationem.*] s. secundam, perijt, vel fugit seruus.

o *Sententiam.*] i. secundam, sed primam, siue lis erat contestata super quadruplo, siue non, quantum ad interitum; sed quantum ad arbitrium super pœna cessat, si ante litem contesta. res perijt. Item, quia non arbitratur, debet restitui res vel æstimatio, vt ꝫ. tit. 1. l. arbitrio. § nõ tamẽ. sed quidam hoc responsum intelligunt quando lis erat contestata sup quadruplo, & sic nõ cessat hoc arbitriũ q in idem recidit.

p *Tenebitur.*] s. ad rẽ, vt C. eod. l. 1. Sed an ad triplum? Vř q nõ vt inf. eo. l. arbitrio. §. non tñ. Sed contra videtur ea ratione, q est supra quia tripli, &c. quia hũc casum, qui hic ponit, vult ei facere dissimilem, & ad § non tamen respon. vt modo ibi dixi. Vel distingue ante lit. cõte. perijt, vel post. vt modo dixi.

q *Iisq; fit.*] i. vt dicat vt teneatur de interitu, & pœna p hæc verba edicti, neq; &c. & sic patet, quòd erat lata sententia prima, & ante secundam: & & sic erat contumax vnde durius agitur cum eo hic, quam supra vbi ante litẽ conte. perijt: si autem ponet s hic non esse eum contumacem, vt quia in præsenti reddere non posset, idem quod supra dico secundum Azo. vt non teneatur de pœna.

r *In fugã.*] retento eodem casu. i. ante sententiam secundam, & post primam.

s *Reddat.*] omnimodo, scilicet vt supra proxim. §. dixi in alio casu.

t *Non culpa.*] hæc verba vsque illuc, sicut, &c. referuntur ad superiora, cum perijt post secundam sententiam intra quadrimestre tempus sine culpa sua, non ad proxim. aliàs idem inutiliter & inordinate repeteret. Alij tamen ad proximum & r. ... ut addat secundum eos. Accur.

u *Obierit.*] per mortem: aliàs obierit: & aliàs abierit.

x *Peritura res.*] vt quia distractus erat, vt infra de rei vend. l. item si verberatum, §. si seruus. vel non iussisset eum ire in ... periculosis locis, vt infra de condictio. ob causam. l. si pecuniam. §. fi. Et sic no. quod vno solo casu excusatur metum inferens à casu, vt hic, aliàs semper de casu tenetur, vt C. eo. l. 1. Sed an hæc distinctio, sit res peritura, vel non, sit in alijs male fid. poss. Mar. sic, vt hic, & infra de rei vend. l. item si verberatum §. si seruus. & infra deposit. l. si plu. ... §. lo. contra vt inf. de vi & vi arma. l. 1. §. ... l. pen. & infra de lega. 1. l. cum res. §. si. & l. apud Iul. §.

y *Interdicto.*] hoc ad casum primum, scilicet quando ante sententiam, ... supra §. quatenus. vt sicut hic non distinguitur, sic res eodem modo peritura penes actorem, ita nec ... Alij referunt ad prox. scilicet cum post sententiam secundam, intra quadrimestre tempus perijt, ut si ut hic de interitu quis tenetur, vt infra de vi & vi arm. l. 1. § ... & l. pen. ita ... sed ta ... ibi cum distinctione, hic sine. Accur.

z *Aut clam.*] vt si in tuo solo vi aut clam ædificaui, & hoc ... culpa mea ... perijt, teneor quod vi aut clam ad interesse, vt inf. quod vi aut clam, l. competit. §. 1. & § si ... quidam dicant se hunc casum nescire.

a *Itaque interdum.*] hic concludit ad casum quem supra

z Bal. dicit istã glo. no. cũ tex. q ei q cõdemnatur ex delicto ciuiliter, cedit quadrimestre ad soluẽdũ, vt in causis mere ciuilib. sed tex. hic nõ pbat vt hic in. se. cũdis iterpr.

1 † Fl. pœna.
2 † Fl. stetur aliàs ps...
3 † Fl. quod.
4 † Fl. iudicationis.
5 † Aliàs pœnam.
6 † Aliàs de ... ab eo.
7 † Fl. destina...
8 † Aliàs quo cumque.
9 † Fl. & hic.
10 † Restituatur.
11 † Fl. destra ... &.
12 † Quibus ... dã ... videtur ... abiudicare nega ... ttuam no q ... non ... vt ea inter pretor. Si res perijt sine culpa eius cum quo agetur.
13 † Fl. ab eo, quo cum agetur abierit.
14 † aliàs. si cut, &.
15 Hominis mortui pœna.

supra posuit, quando post sententiam secundam: & text. sumpsit supra ibid. sed & si non culpa, &c. Sed quare diximus in interdicto, vnde vi, indistincte ten. ei de catar, hic non? Rñ. quia hæc est arbitraria, vt sup. eo. l. si cum §. fe. cis, & quia dñium ad inferentem metum peruenit, quod ibi non est, nec in fure, vel similibus.

1 † Ex. gen.

a *Qui vim.*] scompulsiuam.

b *Non est.*] quia habet metam voluntatem, licet coactam, vt infra eod. l. si mulier, § pen. quod in fure non est.

c *Videatur*] ideoque teneri furti dicitur, vt Instit. vbi bon. rap. in prin. ipse enim vt fur tunc volũtate mea habet, vt ĩ. de vi & vi ar. na. l. si vi me. Acc.

2 † Lib. 2. inf. vi bo. rapt.

d *Teneri*] sed contra videtur, quod ibi demũ de dolo dat, vbi alia non est, vt C. de dolo. l. 2. & inf. de dolo. l. 1. §. quod ait prætor. & l. eleganter. & sup. de in integ. rest. l. diu. in fi. quæ sunt contra. Sol. hic ex eodem edicto ambæ nascuntur, & vtraque prętoria, & arbitraria, & pęnalis, & restitutoria: ideoq; vna alteram non impedit. Vel dic, actio de dolo, aut habet se ad aliam actionem, vt ad maiorem, & tunc cũ ea datur, vt cum condictione certi generali, uel triticaria: aut vt ad minoré, & tunc similiter vt hic: nã hęc actio, quod met. cau. spés est doli, i. actionis de dolo: aut ad paré, & tunc cum alia non datur, ut in cõtrarijs. Sic. n. inter homines inuides est: quia inter pares, vel quasi est inuidia.[*] Item si actio de dolo datur, ergo quod met. cau. non datur, ut supra ea. l. § post annum, quæ est contra. Sed illud post annum: hic autẽ doli actio post annũ non datur, ut ibi dixi Sed nonne est famosa hæc actio? Respond. non: quia non inuenitur, quod sit, licet ex famosa causa descendat: Nam sic est in interdictis, ut inf. de vi, & ui arm. l. neque. Item in condictione, vt infra de actio. & oblig. l. cessat. Item datur contra bonæ fidei possessorem quandoque, ut supra in eadem lege §. aliquando. Sed Pla. contradixit.

*Ex isto tex. colligitur ar. ad quæstionem de vsur. quatenus ex eadem ipsum nihilominus verum fiet: eatenus refundatur, sed non vsque ad veram sortẽ omnem. & sunt quidam existimantes cum sua materia, inf. si cer. pet. l. secundum Bal.

* Inuidia, i. est tristitia quædam de alienis bonis, inquãtum est diminutiuum propriæ gloriæ, uel propria excellẽtia: Damasce. li. 2. & ad illos tñ est quib. hõ vult se æquari. Grego. li. 8. mora. hinc inuidi sunt similes aut s̃m genus, aut s̃m spem, uel sua ætatem. Arist. lib. 2. rhetoric.

e *Alteram.*] quia vtraq; rem prosequitur: sic ergo si fiat exactio per vnam, altera tollitur ipso iure. Et quod dicit, exceptione, &c. s. facti, siue intentionis: si autem solum eligit unam, tunc alia per exceptionem tollitur: & tunc propriè dicitur exceptio. Vel dic tertio: qñ egit, & amisit in una, si agit altera, repellitur excep. rei iud. quæ etiam in factum dicitur. Sed si egit actione de dolo, an superest actio quod met. cau. in triplum? Videtur quod sic, ut infra ui bo. rapt. l. 2. Respon. non: quia non fuit ab initio pœnalis hæc actio, quod met. cau. ut sup. ead. l. § 1.

f *Interest.*] ut sup. ead. l. §. 1. & § quadruplatur.

pretium recipit. quanti 1 † eum venditurus fuerat, si vim passus non esset.

In violentia compulsiua furtum non committitur, secus in ablatiua.

¶Qui vim[a] intulit, cum possessionem a me sit consecutus, fur non est:[b] quamuis qui vi rapuit, fur improbior esse uideatur,[c] vt Iuliano placet. 2 †

Hæc actio concurrit cum actione de dolo: sed una per alteram tollatur. h. d. Bar.

¶Eum qui metum fecit, de dolo teneri[d] certum est: (& ita Pomponius scribit) & consumi alteram[e] actionem per alteram exceptione in factum opposita.

In quo quis damnum patitur, quadruplatur. Bart.

¶Iulianus ait,* quod interest,[f] quadruplari solum: & ideo eum, qui ex causa fideicommissi[g] quadraginta debebat, si trecenta promiserit per vim, & soluerit, ducentorum sexaginta quadruplum consecuturum. In his[h] enim eum esse[i] vim passus est.

Hæc actio est ex delicto; ideo si plures sint delinquẽtes, quilibet tenetur insolidũ: & hæc actio est ab initio persecutoria; & ideo vnius solutio liberat alium, qui hac actione tenetur. h. d. cũ l. seq. & prin. seq. Bar.

g *Fideicommissi.*] hoc gratia exempli ponit: idem si ex causa.

h *In his.*] s. ducentis sexaginta.

i *Cum esse.*] i. vt dicatur pati damnum: alia autem propter edictum diui Marci amisit, vt sup. eod. l. sed & partus §. fin. & l. extat.

N*On est.*] CASVS. Cum essem sub populo communis Bononiæ quidam intulit mihi metum: dicit Potestas, quod non est verisimile, quod sit mihi metus illatus, cum potteram uocare officiales de curia, vel etiam potestatem: & ex hoc præsumitur quod non sit mihi metus illatus: sed dicit, quod probem si volo contrarium contra hanc præsumptionem.

¶ *Si iusto.*] Titius minabatur, quod me accusaret, & ligatū duceret ad potestatem, uel ad curiam, si non venderem ei prædium: si uendidi, potero restitui.

¶ *Si fœnerator.*] Quidam pugillator debebat pecuniam fœneratori: fœnerator eum detinebat, nec permittebat eum ire ad bellum, nisi promitteret maiorem quantitatem debitæ pecuniæ, pugil iure restituetur.

¶ *Si quis.*] Titius debebat mihi, & ego volebam eum delegare cuidam creditori, & cum Titius nollet hoc facere, nisi eius potestatis compulit eum facere hoc, quid iuris sit? Distingue, aut Titius debebat illam pecuniam, & tunc nō potest repetere, aut non debebat, & tunc potest repetere. Vlpianus.

e *Dignitatem.*] nec prorsus nocet sua, vel aduersarij dignitas, ut C. eo. l. inuidiam.

f *Præditum.*] coram quo non oportet timere, vt C. de his, qui propter metum non appell. l. 1.

g *Præsumptioni.*] nota stari præsumptioni, donec contrarium probetur, vt hic, & infra de libe. homine exhiben. l. 2. §. si cum quis. & infra de contrahen. emptio. l. si debitor, §. primo. C. qui & aduersus quos. l. 1. & infra de iure dotium, l. nuptura. Sed tamen hæc præsumptio non transfert semper probationes de uno ad alium, sed durius onerat actorem probatione, cum alias apertiores exigantur, quam in ciuilibus, vt C. eo. l. metum. hic apertissimas dēt ostendere in superlatiuo, idque b nec sacramētum deferendum est propter talem præsumptionem alijs probationibus deficientibus, ut argum. inf. de minoribus l. 3. §. 1. in fine. Et vt plene scias, dic, Præsumptio, alia iuris & de iure, alia hominis, alia naturæ, alia facti. De prima habes de muliere tacitè stipulata, contra quam præsumptionem non admittitur probatio in contrarium: ut C. de rei uxo. actio. l. 1. in princ. Idem de stipulatione ab arrogato, ut supra de adoption. l. his uerbis & ad idem C. ad Macedo. l. finali. sed hāc appellat alias præsumptionem legis, sicut & dicitur præsumptio canonis, ut distinctio. 54. capit. fraternitatem, & hæc magis dicitur fictio, & fit super certo facto. Hominis autem præsumptio tam secundum leges, quam secundum canones, est illa, de qua hæc lex dicit, contra quam recipit probatio in cōtrarium, nam & si aliquis malam famā habuit, secundum canones potest se purgare, & hæc duplex. Nam quādoque transfert onus probationis, quandoque non, sed durius adstringit ad probandum, ut patet ex prædictis. Naturæ præsumptio dicitur, vt cum exhæredo filium meum, præsumitur contra me, quod iniuste eum exhæredauerim, & hoc propter naturam, & ideo hæredes debent probare iustam causam exhæredationis, vt C. de inoffi. testamen. l. omnimodo, & C. de liber. præter. uel exhæred. authent. non licet. Præsumptio facti, alia præcedentis, alia subsequentis. Præcedentis, ut si semel calumniatus est, ut infra de actio. l. si qui. § ijsdem. Subsequentis, ut cum alij qui accusati fuerunt de adulterio, quod depellebant obtentu proximitatis, & si post conueniant in nuptias, præsumuntur etiam prius adulterasse. ut C. de adulter. l. si qui. idem fere habes in Authen. ut nulli iud. §. si quis uero, col 9.

b Bal. dicit istam gl. singu. quod ubi agens habet præsumptionem iuris contra se nō defertur iusiurandum in defectum probationis, idē voluit B. & in l. 1. qui & aduersus quos. & Lu. Ro. in cons. 8. dicit idē, q̄ñ testes sū singulares & in causis criminalib. & magnæ importātię Bolo.

berū esset, noluissem: tū coactus volui. a Sed per prætorē restituēdus sum, ut abstinēdi mihi potestas tribuatur.

Repudianti per metum succurritur per vtilē actionem, quod metus causa, h. d. Vel sic: Per hoc edictū restituitur prima vtilis ipso iure: & datur hæc actio quod metus causa.

¶ Si * coactus b hæreditatē repudiem, duplici via prætor mihi succurrit: aut utiles actiones quasi hæredi dando, aut actionem, c quod metus cā præstando: vt quam viam elegero, hæc mihi pateat.

Carcer est iustus metus: & promissio facta in carcere nullius est momenti. B.

Paulus lib. 1 Sententiarum.

LEX XXII.

QVI in carcerem * quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret: quicquid d ob hanc causam factum est, nullius momenti est.

Vbi præsumptio est contra illum qui probare debebat, afficitur durior probatione. Bart.

Vlpianus lib. 5. opinionum.

LEX XXIII.

NOn est verisimile, compulsum in urbe inique indebitum soluisse eum, qui claram dignitatem e se habere prætendebat: 1 † cum potuerit is ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, f qui vtique vim eum pati prohibuisset: sed huiusmodi præsumptioni g debet apertissimas probationes violentiæ opponere.

Factum metu ne quis ducatur ad iudicem, non rescinditur per hāc actionē, sed per officiū iudicis. h. d.

¶ Si iusto metu perterritus, cognitione 2 † iudicis ad quē vt vinctus h iret, potens i aduersarius minabatur, id qd̄ habere licebat compulsus uēdidit: res suæ æquitati per præsidem prouinciæ restituetur. 3 †

Factum metu alicuius verecundiæ modicę officio iudicis rescinditur, nō per hanc actionem. Bar.

¶ Si * fœnerator k, inciuiliter custodiendo athletam, & a certaminibus l prohibendo, cauere compulerit ultra quantitatem pecuniæ debitæ; his probatis competens iudex rem suæ æquitati restitui decernet. m 4 †

1 † *Fl. prædati*

2 † *Flor. cognitione, ad quam.*

3 † *Flo. restituetur.*

* *Ad intell. huius. § vide Curt. in l. interpositas, nu. 13. C. de trāsac.*

4 † *Flo. decernet.*

h *Vinctus.*] idest ligatus.

i *Potens.*] non ratione dignitatis tunc enim per constitutiones punitur, ut C. eod. l. si per impressionem. hic autem officio iudicis, vel actione in factum ad simplum tantum, & idem in casibus duobus qui sequuntur.

k *Si fœnerator.*] qui mutuauerat pecuniam athletæ.

l *A certaminibus.*] dicens, non recedes a me, nisi prius des mihi debitum, & ultra.

m *Decernet.*] per officium suum. Accursius.

Diligenti.]

a *Delegante.*]i. dest vel quia delegatus est ipse, vel quia debitorem suum delegauit coactus.
b *Eo.*]idest aduersario, vel eo. idest coacto.
c *Apparitore.*]qui abutebatur in duobus, quia sine iussu principis, & quia circa indebitum: sed in inferiori in nullo abutebatur, licet iudex male præceperat.
d *Iubeat.*]per suum officium.
e *Simplici.*] dic, quia iudex præcepit nuncio, vt hoc faceret: nam extorta non reuocantur, vt dicit: licet non sic debuerit iudex facere, vt quia causa magni erat: alias secus, vt hic, & infra de iudi. l. pen. Vel dic, quod non præcepit: & sic actor abutitur appatitione: unde licet per hoc edictum, vel officium non puniatur, tamen per edictum diui Marci amittit ius crediti, & sine causa condict. tenetur, ut supra l. extat. Accur.

Exactum per vim ab apparitore indebitè illatam, iudicis officio rescinditur, quatenus quis damnum patitur: & non vltra. hoc dicit. Iste §. allegatur ad quæstionem, nunquid ille, qui est positus in carcere indebite, possit ibi recommendari pro alieno uero debito? & hic videtur casus, quod sic: de quo ego dixi in quæstione illa, quę incipit, lapsus, & in l. 2. C. de exact. tribus. libr. 10. Bart.

DE DOLO, &c.

Si quid per metum fiat qualiter alicui subueniatur, audisti: qualiter autem subueniatur si per dolum quis in captionem incidit, audi. Et nota, quod non dicit de actione dolo. sed de dolo malo, quia per actionem in factum punitur dolus, de quo dicitur infra eodem, l. non debet, in fin & l. itaque, & per actionem ex eo contractu, vt infra eodem, l. & eleganter circa princip. & ista est secunda species, danda restit. in integr. ut hic ad not. Cuia.

1† Apparitione. Fl.

2† Fl. præsitit re.

3† Alias debitam.

4† Fl. reuocare.

** Bal. dicit istum tex. ff. de frug. ad hoc, quod executio licet sit facta p. apparitore & in ordinate, non tamen debet retractari, de quo vide not. per Inn. in ca. 2. de restit. in integr. extra, & Bar. in sua dispu. inci. Lapus, & quod plus est, potest fieri seruato dic. prædicta vera dummodo fiat cum partis citatione.*

SI quis quod aduersario non debebat, delegante [a] eo, [b] per vim apparitore [c] 1† præsidis interueniente, sine notione iudicis coactus est dare, iudex in ciuiliter extorta restitui ab eo qui rei damnum præstitit, 2† iubeat: [d] quod si debitis 3† satisfecerit, simplici [e] iussione & non cognitione habita, quamuis non extra ordinem exactionem fieri, sed ciuiliter oportuit: quæ tamen solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocari 4† inciuile est.*

HOc edicto.] CASVS. Primo dicit Vlpianus, quod edictum istud datur contra uarios & dolosos: & est ratio, quia alicui malitia sua non debet esse lucrosa, nec alii simplicitas damnosa. Postea ponit verba edicti, quibus continetur, quod ita demum datur de dolo actio, si alia non cōpetat, & dari actionem aliquā iusta causa suadeat.

¶ *Dolum.*]qualiter definiatur dolus, quæritur? Et Seruius dicit, quod dolus est machinatio quādo aliud agitur, & aliud simulatur: sed Labeo reprobat hanc definitionem Seruij duobus rationib. quia potest quis circunueniri simulatione. Item quia potest aliud agi, & aliud simulari sine dolo malo, unde Labeo definit, dolus est calliditas, &c. Vlpianus probat sententiam Labeonis ueram esse.

¶ *Non fuit*]Hic dicit, quod prætor contentus non fuit dolum dicere sed dixit malum: & hoc ideo, quia aliquādo est bonus dolus, & iste bonus dolus committi potest contra latrones, uel hostes, uel similes.

¶ *At*]hæc actio tunc demum datur, cum nulla alia nō petit pro dolo commisso specialis, & ordinaria: unde siue habebam ciuilem actionem, uel condictionem certi, siue prætoriam, ut actio de constituta pecunia, siue interdictum, unde ui, ad rem recuperandam, ista mihi de dolo actio non datur. Item si stipulatus sum cum Titio, ne dolū cōmittat in contractu, non habeo hanc actio de dolo, quia habeo ex stipulatu. Item si aliquis me dolo induxit ad aliqđ turpe faciendum, ut quia promisi hominem occidere, non datur mihi hæc actio. quia ex hac promissione ei non teneor. Item si minor sum, & competit mihi in integ. rest. non datur hæc actio. Item si habui aliam actionem, quæ tempore expirauit, non datur hæc actio.

¶ *Si quis.*] Titius tenebatur mihi ciuili ex uendito, quę dabatur propter dolum commissum in contractu, uel honoraria actio puta furti, quia furtum commisit dolo. si dolo me induxerit, ut istæ actiones in Aquil. stipul. deducantur, si voluntarie libero eum per accep. ut per pactum de non petendo quando tenebatur mihi actio. furti, non possum agere de dolo, quia voluntate mea Titium liberaui. Si uero dolo me induxit, dabitur mihi hæc actio: & est ratio, quia huiusmodi actiones nudo pacto tolluntur.

¶ *Non suum.*] Siue habeam aliquod auxiliū contra eum dolosum cum quo contraxi, siue aduersus alterum, non datur hæc actio: vnde si pupillus uendidit prædium Titio, qui collusit cum tutore pupilli, ut pro minori pretio haberet, pupillus non agit actio. de dolo contra Titium: quia potest agere tutelæ aduersus tutorem suum. Si uero tutor non sit soluendo, pupillus agit actio. de dolo contra Titium: & ratio, quia videtur habere actio. iste pupillus: nam &c.

TITVLVS III.

De dolo malo.

Vlpianus lib. 11. ad edictum.

LEX PRIMA.

HOc edicto [f] prętor aduersus varios, & [g] dolosos, qui aliis obfuerunt calliditate quadā, subuenit: [h] ne, [i] uel illis malitia sua sit lucrosa, [k] uel istis simplicitas damnosa. [l] Verba autem edicti talia sunt: Quæ dolo [m] malo facta esse dicentur, [n] si de his reb. alia actio non erit [o] & iusta [p] causa esse videbatur, iudicium [q] dabo.

Ista est bona definitio, quę conuertitur cum suo definito, alias secus. Bart.

¶Dolum malum Seruius quidem ita definit: 5† machinationem * quandam alterius decipiēdi causa; cum aliud agitur, 6† & aliud simulatur. Labeo autem ait 7† posse, & sine simulatione [r] id agi: vt quis circumueniatur: posse & sine dolo malo, aliud agi, & 8† aliud simulari: sicut faciunt, qui per huiusmodi dissimulationem seruant, [s] 9† & tuentur, vel sua, vel aliena:

5† Fl. de finit.
** In hanc definitionem. Cic. lib. 3. offic.*
6† Fl. cū aliud simulatur. & aliud agitur.
7† Flor. dicit, ait.
8† Flor. dicit, &.
9† Flor. deseruiunt.

f *Hoc edicto*] quod est infra §. 1.
g *Et*]ponitur pro i.
h *Subuenit.*] contra quos est occurrendum ut inf. de inst. l. sed & si pupillus, §. sed & si continua. & dixi supra de procur. l. in causæ.
i *Ne.*]idest ut non.
k *Lucrosa.*] ut hic, & infra de regulis iuris, l. non fraudantur.
l *Damnosa.*]ut hic, & Institut de fideicomm. hær. d. §. sed quia.
m *Dolo.*]sed quid si in una re dolus committatur? Respon. locum habet hæc act. licet hic Vlp. non exponat, ut arg. supra de neg. gest. l. 3. in re pon. & §. negotium.
n *Dicentur.*] & erunt facta secundum Azon. Immo & si non erunt, licet cum effectu tunc non detur. Nam euentus iudiciorum est incertus, ut infra de pact. l. quod debetur.
o *Non erit.*]vt ex furto furti, & ex iniuria iniuriarum, & sic de cæteris. Accur.
p *Iusta causa.*]hoc dicitur propter ea, quæ dicuntur inf. eo. l. si oleum. §. fi. cum l. seq.
q *Iudicium.*]idest actio de dolo: alias iudicium pro discretione ponitur, & aliis modis, ut no. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. §. 2.
r *Simulatione.*]ut in furto, rapina, & sic non est generalis hæc definitio. Accur.
s *Seruant.*] alias seruant, alias deseruiunt, & est exemplum, ut si latrones plures ceperint: cum uni eorum in reb. uellent facere gratiam, quærunt, nunquid sunt istę res tuæ? & ipse respondet Ironice, nonne nos bene scitis? Item

Item potest poni exemplum de bono dolo, de capto à Genuense: qui finxit se contractum, idest debilitatum. Item si quis finxit se sacerdotem. Item de eo, quod faciunt mercatores, qui transferunt in alium dominium mercium, ut nō deprædentur. Item de Salomone, qui se finxit velle occidere puerum, * vnde ipse ait Qui dissimulat iniuriam, callidissimus est.

perpet. & tempor. actio §. eas. Sed nonne cum actione, quod met. cau concurrit? & certè sic, vt supra titul. j. si cum ex. §. eum qui, quæ est contra. Sed illa extraordinaria, cum ordinaria enim hæc non datur. Item est ex eodem fonte æquitatis, vt ibi dixi.

a *Itaque.*] quia superior non est generalis nec conuertitur cum suo definito: itaq; , & c. & sic reprobatur, quod est supra de pactis, l. iurisgentium, §. dolo vel potest dici vtraque vera diffinitio, secundum quod Labeo largius, Seruius strictius nomē doli accepit.

b *Calliditatem.*] quæ fit tacendo, & sic in animo secundum P. vt infra de act. empt. l. 1. §. pen.

c *Fallaciam.*] quæ fit in mentiendo, & sic verbo, ut infra de furt. l. falsus. §. si quis.

d *Machinationem.*] quæ fit arte verborum, ut infra de actio empt. l. Iulianus, in 6. idem.

e *Ad circumueniendum.* redde singula singulis.

f *Adhibitam.*] contra ius, & contra bonos mores, propter id, quod est inf. proxim. §. & facit infra de nouatio. l. doli. in fine.

g *Bonum dolum.*] & sic no. bonum & malum dolum sicut bonum, & malum venenum, ut infra de contrah. empt. l. quod sæpe, §. veneni. & infra de verb. sign. l. qui uenenum. *

h *Pro solertia.*] idest astutia.

i *Hostem.*] vt si per fallaciam ab hostibus euadam, vel a latrunculis, vt infra de capt. l. nihil. & l. host. Vel dic, latronem, ut quia stabam quietus, vt eum caperem. Et de hoste dic, nisi fiat cōtra pactum factum a duce belli, ut sup. de pact. l. conuentionum. Item & ideo dicit, maxime: quia & contra eos, qui nō sunt hostes, vel latrones, licet dolum committere, vt fraudē repellam, ut inf. de l. 2. l. cum pater. §. Titio & supra de neg. gest. l. at qui natura, §. cum me. & infra si quis omis. caus. testa. l. qui autem, §. si patronus. & l. 1. §. pen.

K *Actio.*] scilicet specialis, & ordinaria, & sic omnis cessat oppositio Accur.

l *Decerni.*] vt supra de integ. restit. l. diuus, in fi. & C. eod. l. de dolo.

m *Ciuilis.*] Sed nonne cum actione mandati concurrit, vt C. eodem leg. 1. infra mand. l. si mandato, §. Paulus? Respond. in d. l. 1. C. eodem agitur de dolo, idest mandati nomine doli. Item nonne vbicunque interesse peto per actionem de dolo, quod per sententiam fit certum, potest agi condictione certi, vt infra si cer. pet. l. certi? Sed dic, quod illa est generalis, quæ speciem non excludit.

n *Honoraria.*] vt iniur. vi bono. rapto. & furti manifesti, quæ est prætoria, vt Institu. de noxal. §. sunt autem, & de

itaque a ipse sic definit, dolum malum esse omnem calliditatem, b fallaciam, c 1† machinationem d ad circumueniendum, e fallendum, decipiendum alterum adhibitam. f Labeonis definitio vera est. *

Bonus est dolus, qui committitur aduersus hostes publicos. Bart.

¶ Non fuit autem contentus prætor dolum dicere: sed adiecit malum: quoniam veteres etiam bonum dolum g dicebant: & pro solertia h hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem, i latronem ve quis machinaretur. *

¶ Ait prætor. Si de his rebus alia actio K non erit. Merito prætor ita demum hanc actionem pollicetur, si alia actio 2 † non sit: quoniam tam 3 † famosa actio non temere debuit à prætore decerni, l si sit ciuilis, m vel honoraria, n qua quis 4 † possit experiri: vsque adeo, vt & Pedius libro nono, 5 † scripserit, etiam o si interdictum sit, quo quis experiri, vel exceptio p qua se tueri possit, cessare hoc edictum.

¶ Idem & Pomponius libro 28. & ita 6 † adijcit: Et si stipulatione q tutus sit quis, eum actionem de dolo habere non posse, vt puta si de dolo r stipulatus 7 † sit.

Idem Pomponius ait s Et si actionem in nos dari non oporteat, veluti si stipulatio tam turpis t dolo malo facta sit, vt nemo daturus sit ex ea actionem: non debere laborare me, 8 † vt habeam de dolo malo actionem: cum nemo sit aduersum 9 † me daturus actionem.

Ei, qui est tutus ipso iure, vel per in integr. restit. non competit hæc actio. Item ad excludēdum hāc actionem sufficit aliam semel competijsse, nisi in ea amittenda quis dolum passus fuerit. Bart.

Idem Pōpo refert, Labeonem existimare, etiam si quis in integrum restitui possit, t non debere ei hanc actionem competere. Sed 10 † & si alia actio u tempore finita sit, hanc competere non debere: sibi 11 † imputaturo eo, qui agere supersederit; nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, vt tempus id 12 † exiret.

Si actio, quæ primo competebat facto partis est sublata, actio de dolo non competit. Bart.

Si quis, * cum actionem

o *Etiam.*] alias lex. Si interdictum, s. unde vi, vel simile, quæ actiones dici possunt, vt inf. de actio. & obl. l. actionis verbo. & hoc e actio in factum loco cuiuslibet interdicti datur, ut Instit. de interd. §. fi.

p *Exceptio.*] sc. doli, vt debent, vt j. eo l. fin. Vel dic, quod doli exceptio, nō excludit actionē doli, cū ex eadē cā vtraq; detur, vt j. de doli excep. l. 2. in prin. sicut in actione, quod metus causa, & excep. metus dicitur, ut j. tit. 1. l. metum. §. sed quod prætor. Nec ob. l. fi. qa ibi est fortasse. Itē nec ibi dicit actionem non dari, licet exceptio sufficiat: concurrit ergo illa actione de dolo excep sicut & quando dolo me induxisti ad promittendum: nam exceptio, & actio de dolo, vt liberet, mihi competit; nisi alia actio con petat, ut si dolo te induxi ad promittendum postea feci tibi pactum de non petendo: & sic hic intelligitur. *

q *Stipulatione.*] alias, lex, & alias §. idem Pomponius.

r *De dolo.*] scilicet non committendo, ut supra de arbi. l. ita demum. Sed nonne si stipulor iudicatum solui, stipulor de dolo, ut infra iudi. solu. l. iudicatum solui, sed tamen ibi ago de dolo, scilicet commisso vt infra eod. l. pen. quæ est contra. Solu. ibi tempore stipulationis fuit dolus commissus in offerendo se, vt alius vsucaperet: hic autem de futuro cauebatur. Vel dic, quod hic generaliter de omni dolo, ibi non sic: sed de eo tantum, qui in defendendo committitur. Accur.

s *Turpis.*] Vt infra de verbor. obligat. leg. generaliter, & leg. veluti idem dicit, & si sit turpiter facta, quia tunc non datur actio de dolo, sed exceptione doli repellitur, vt infra de inut. stip. leg. dolo. Tu dic, quod doli actio cum exceptione doli datur, vt dixi supra leg. proxim. in fin.

t *Possit.*] vt sup. tit. 1. diuus. § nec inter has.

u *Actio.*] quam habebat, vel acquisierat tempore doli commissi. forte etiam occasione huius contractus, pro quo dat actio temporalis, ut si dolo me induxisti ad emendū seruum uitiosum, & pretiū dedi, non ago de dolo, qa habeo, vel habui actionem redhibitoria, nisi in ea amittenda sim dolum passus: tunc enim mihi non imputo, & tunc hæc dictio, nisi, refert ad proximū dictū, de dolo uero non ago, quia restitui possum, ut inf. quib. ex causis maio. l. ait prætor. §. fi. & l. sequen. secundum Ioan. si tamen fuerim diligens in eo, quod processi ad agendum redhibitoria: alias non datur restitutio, ut infra ex quibus causis maior. l. non enim, ideoque de

* Puerum.] 3. Re. ca. 3. & hærede in c. afferre. extra de præsump.

1† Falliciam in Arch. Ta.

* Isidor. autē li. 5. etiam ca. 29. dicit dolū esse, vbi quid factum est, quod agi debet.

* Dolus hic accipitur pro frau. agemate. Oui epi i. Flebā successu posse caret. re dolos Virg. 2. Æneid. Dolus, an virtus quis in hoste requirat.

2† Fl. deest, actio.

3† Fl. deest, tā & de hac actio sic Cicer. 3. de Natu. deo. Inde euerri cumeni malitiarum omnium, iudiciū de dolo malo, quod C. Aquilianus familiaris noster protulit: quem dolo idem Aquilius tamen teneri putat, cū aliud sit simulatum, aliud actum. Actionem de dolo euerriculū appellat Cic. quo s. euerruntur fraudes hominum e vita ciuili, est. n. actio prodita ad terrorem hominum subdolorum.

4† Flor. deest, quis.

5† Flor. Li. 8. scribat.

6† Flor. deest, ita.

* Venenum. ideo Græci, quod nos venenum, ipsi, φαρμακον dūt quo nomine tā medicamenta, quā quæ nocent cōtinētur uñ adiectione boni, uel mali fit distinctio. Vnde Serui. l. i.

Georg. ad illa versi. ille malum virus.

7† Fl. stipulatum.

8† Flor. deest, me.

9† Flo. aduersus.

10† Fl. deest, sed.

11† Imputato, eo quia agere.

12† Flo. deest, id.

* Ad intellectum huius §. vide. Curt. in l. actione, nu. 13. C. de transact.

de dolo agitur tam pro primo, quam pro secundo, vt hic, & infra de aqua pluuia arcen. l. Atterius. quæ est contra.

a *In stipulatum.*] idest stipulationem Aquilianam.*

b *Modo.*] puta, vt pacto nudo, quando per pactum tollitur actio ipso iure, vt supra de pactis, l. si tibi. §. quadam. Idem per contrariam scripturam, quando literis erat obligatio contracta, vt argum. infra de regul iuris. l. nihil tam naturale.

c *Actione.*] quæ forte dabatur ob dolum admissum in contractu, vt si dolo te induxi, ut minori pretio venderes, vel econtra. Et dic super eo, quod subijcit, dolum passum, ut per acceptilationem perderet, quia tunc datur de dolo, secus si tempore, quia tunc datur restitutio, vt dixi supra proxi. § Sed quare hic datur de dolo, ibi non? Respond. quia in acceptilatione voluntas creditoris interuenit. vnde non petit restitutionem, sed aget de dolo, quia dolo inductus est, ut velit: sed in præscriptione non interuenit voluntas: vnde postulat restitui, licet sit maior: minor autem etiam uiles consentiens restitui potest. Sed quid si tantum postea fiat dolus, ut quia liberatus per acceptilationem non dat quod conuenit? Dicit Placent. dari de dolo. Tu dic agi sm Azo. condic. ob causam, ut se reponat in obligationem: vt infra, de condic. ob causam, l. si qs accepto, uel præscriptis verbis ad interesse, quasi ex do, vt des vt hoc remittere sit dare, vt infra de condic. ob caus. l. si mulier. & de pscrip verbis, l. ob eam, de dolo non, nisi in acceptilatione dolus interuenit. quia tunc de dolo agitur, ut hic, & C. de transact. l. actione, & l. sub prætextu. si uelis tueri P. dices non dari ad debitum antiquum, uel ad interesse, sed ad promissa de nouo sic, secundum eum.

* Per quam uium rerum obligatio in stipulatum deducitur, & ea per acceptilationem tollitur: cui author fuit C. Agi. Gallus, & eius formulam cognosce ex l. 18. ff. de accept. incipit. & vno §. eius ...

1 † Fl. deest. eam.

2 † Fl. deest. &c.

3 † vel ab eo res seruari. hac.

4 † Deest. Flor.

ciuilẽ haberet, vel honorariã in stipulatum a deductam, eã 1 † acceptilatione, vel alio modo b sustulerit, de dolo experiri nõ poterit: qm̃ habuit aliã actionẽ nisi & 2 † in amittenda actione c dolũ malum passus est.

Si per aliam actionẽ contra alium idoneum cõpetẽtem potest esse consultum, cessat actio de dolo, h.d. Vel sic: actio cõpetẽs aduersus unum impedit actionem de dolo aduersus alium: si tamen ille est soluendo. Bar.

Non solum autem si aduersus eum sit alia actio, aduersus quem de dolo quæritur.

Paulus lib. 9. ad edictum.

LEX II.

VEl à quo 3 † seruari res poterit.

Vlpianus lib. 9. ad edictũ.

LEX III.

NOn habet hoc edictum locum: verum etiam aduersus alium.

Paulus lib 9. ad edictum.

LEX IIII.

SIt actio, vel si ab alio d res mihi seruari poterit. 4 † 4

Paulus lib. 9. ad edictum.

LEX V.

IDeoque si quis pupillus à Titio, e tutore authore colludente, 5 † circumscriptus sit, non debere eum de dolo actionem aduersus Titium habere: cum habeat f tutelæ actionem, per quam consequatur, quod sua intersit. Plane si tutor g soluendo non sit, dicendũ erit de dolo actionem h ei dari.

Caius li. 4. ad edic. prouin.

LEX VI.

NAm is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam i aduersarij inanis actio est.

Dolus tertij contractum non vitiat, sed dolus contrahentium, si dedit causam contractui bonæ fidei, illum reddit ipso iure nullum: secus si incidit in contractum. h.d. Primo ponit dictum Pompo. Secundo ponit dictum Iul. quod videtur illi cõtradicere. Tertio soluit istam contrarietatem. Quarto ex prædictis ponit duas conclusiones. Secũda ibi. Nec videtur. tertia ibi. Hoc enim. quarta ibi. Secundum quæ Bar.

Paulus lib. 11. ad edictum.

LEX VII.

ET eleganter * Pomponius hæc verba, Si alia

d *Sit actio.*] *Vel si ab alio.*] quam aduersus quem de dolo quæritur: & intellige aliam actionem, ut subijcit exemplum infra l. proxima. nam si actio eadem, non ideo tollitur contra unum, quia alius teneatur, ut infra eodem l. si plures.

e *IDeoque. A Titio.*] scilicet extraneo contrahente cum tutore in rem pupilli.

f *Cum habeat.*] probatur ergo apertè, quod actio de dolo secum non patitur etiam eam, quæ est peræque famosa: hic enim actio tutelæ infamaret, quia propter collusionem tutoris competeret, ut Instit. de suspect. tutor. §. suspectus, & supra de infamib. l. 1. § qui pro socio. Accursius.

g *Si tutor.*] conueniendus actione tutelæ.

h *Actionem.*] scilicet cum detur restitutio contra contrahentem etiam cum tutore, uel curatore, ut C. si tuto. uel curat. per totum, quomodo de dolo datur? Respond. secundum Ioan. quod hic Titius erat parens, uel patronus, contra quos non datur restitutio, ut C. qui, & aduer. quos, l. fin.

Et quod dicit de dolo, expone, idest in factum nomine doli, ut infra eod. l. non debet. Vel dic, quod contractus fuit in venditione serui, quem post manumiserat emptor: & sic denegetur contra libertatem restitutio, ut infra. l. proxi. in princ. ibi, & quod minor, &c.

i *NAm is. Propter inopiam.*] nisi nomen sit venditum quale sit, ut infra de euic. l. antepen. § fin. Et not. de exceptione paupertatis, a sic j. de muner. & honor. l. curator, §. 1. Accursius.

5 † Flor. colludente.

a Ista exceptio est facti non iuris sm Bal.

E*T eleganter.*] CASVS in hac l. (quæ cum superioribus concordat) est talis. Dicit prætor in principio huius tituli, quod ita demum de dolo datur actio si alia non competat. Pomponius sic intelligit illud, ut sic demum detur, si res alio modo ad dolum passum non potest peruenire, idest si nullo alio iure potest seruare suam indemnitatem, cui dicto videtur contra, quod dicit Iul. quia pone, quod minor viginti quinque anno. seruum habuerit: seruus iste induxit minorem dolo, vt eum venderet cum peculio, & eum vendidit: emptor hunc seruum manumisit: dixit Iul. in hoc casu actio de dolo dandam esse in manumissum: quia si fuerit dolus incidens, & emptor illum commiserit, videtur actio posse agi ex illo contractu: puta ex vendito, ne deciperet, quasi dicat, ex quo dicto Iul. colligitur, quod possit agi contra emptorem actio. ex vendito, ut sic vbi alia datur actio, & de dolo. Item videbatur, quod posset restitui, dicit, quod istæ opin. non sunt contra Pompo. qui dicit sic intelligi, cum in nullo emptor dolo fuit, nec incidente, nec causam dante contractui & sic non obst. ei prima regula, nec secunda, qua dicebatur actio de dolo dari quandoque: sed illud non est verum: non enim potest restitui contra manumissum: vnde uerum est dictum Pompo siue popularis, siue pœnalis actio datur, nunquam doli detur.

* A limo. huius l. vide Igne in l. cõtractus, nu. 100. de reg. iur.

¶ *Non solum*] Certum est, quod de dolo non datur act. cũ alia superest. Si uero dubitatur supersit alia, vel non, nunquid de dolo dabitur? Dicebat Labeo eam dari in tali casu. Debebas mihi seruum, uel fundum: seruum manumisisti, vel venenasti, vel seruitutem fundo imposuisti: indistinctè secundum Labeonem dabitur de dolo actio: sed hoc falsũ est, quia si interposita est stipulatio dolum malum abesse, agetur ex stipulatione: si non fuerit interposita actione ex eo contractu: puta ex empto si emit vel ex conducto, si conduxit. Si vero stipulatus fuerim à te seruum, & cum tradendo manumisisti, sine dubio hic agetur de dolo.

¶ *Si seruum.*] habebam in seruo nudum vsum, tu proprietarius cum illum possideres occidisti: teneberis mihi leg. Aquil. utili, quia datetur mihi directa, si essem dominus, & ad exhibendum: & ideo non datur de dolo act. Item

si seruum

si seruum mihi legatum tu hæres occidisti ante aditam hæreditatem, postea adiuisti, non habeo aduersus te actio. de dolo, nec actio. l. Aquil. sed habeo actio. ex testamento contra te.

¶ *Si quadrupes.*] Equum tuum Titius per frenum tenebat: Titius habet tuum equum: dimisit, ut mihi damnum daret: & equus tuus cum curreret, mihi damnum dedit in equis meis, vel alijs animalibus, tenetur Titius de dolo, si neque sit soluendo, neq; equũ pro noxa dediderit: aliter contra Titium de dolo non agam.

1 † *Flor. excepit.*

2 † *Flor. vendidit.*

actio non sit, sic excepit, a 1 † quasi res alio modo ei, ad quem ea res pertinet, salua esse non possit. Nec videtur huic sententiæ aduersari, [b] quod Iulianus lib. 4. scribit: si minor annis viginti quinque consilio [c] serui circumscriptus, [d] eum vendiderit 2 † cum peculio, emptorque eum manumiserit, dandam in manumissum de dolo actionem. [e] Hoc [f] enim sic accipimus, carere dolo [g] emptorem, vt ex empto [h] teneri non possit: aut 3 † nullam [i] esse venditionem, [k] si in hoc ipso, [l] vt venderet,

3 † *Aliàs dolo est, aut & aliàs, sine nullam.*

¶ *Item Labeo.*] Ligaui seruum meum ne fugeret: tu illum dissoluisti, vt fugeret & ille seruus fugit, si hoc misericordia non fecisti, teneberis furti: sed si misericordia, teneberis actio. in factum.

¶ *Seruus.*] Seruum habebam: & tractabatur, ut ego hunc seruum manumitterem: & debebat iste seruus dare decem: & dedit mihi quendam expromissorem, qui illa decem mihi promisit pro seruo: & conuenit inter nos, idest me & expromissorem, vt eo facto libero, ille manumissus mihi promitteret liberare expromissorem: eo facto libero dicit expromissor, quod liberatur: manumissus non vult in se suscipere obligationem, dicit Pomponius, quod datur mihi manumittenti in illum manumissum, actio de dolo: ꝗ si iam euanesceret actio ex stipulatu, & hoc secundum Pomponium: sed non est verum, nisi sicut subijcit, si autem, &c. Si autem ego nolo recipere manumissum, non habeo actionem de dolo, sed repellar exceptio. ab ipso expromissore. Vlpianus dicit, quod hoc videtur falsum: quia primo casu habeo actionem contra expromissorem: & ideo non videtur de dolo danda. Et si quis volens Pompon. excusare, dicat quod expromissor hãc exceptionem habet, non bene dicit: quia illud locum habet, quando manumissus vult in se suscipere ob. & ego nolo; vnde si paratus sit manumissus recipere, verum est, quod dixit Pomponius, aliter si non vult, nec patitur in se transferri ob. manet antiqua actio contra expromissorem, & actio de dolo datur expromissori contra manumissum: in manumissum actio de dolo mihi datur in subsidium, si expromiss. non est soluendo.

¶ *Si dolo.*] Si procurator mei actoris patiatur aduersarium, contra quem agit, nomine meo absolui, dolo aduersarij corruptus, vtrum in aduersarium actio de dolo detur? Distinguitur hic: aut ille; contra quem procurator ipse agebat, est paratus suscipere iudicium, non obstante exceptione rei iudicatæ. Si collusio fuerit probata, non datur in eũ actio de dolo: aut non paratus, & tunc tenetur de dolo, si procurator non est soluendo, quia si esset soluendo, prius conueniretur.

¶ *Idem Pomponius.*] Si dixisti eum idoneum, & hoc non fecisti, sed ei mutuaui, non teneris de dolo: sed si fraudem commiseris: vt quia accepisti pecuniam ab illo, ut eum laudares, tunc enim teneris de dolo: ut in l. seq. quæ continuatur cum ista.

a *Excepit.*] idest, excepta. si expofuit quasi, &c. & sic nomine a actionis quodlibet auxilium comprehendit.

a No. quod actionis nomine omne remediũ cõtinet. concor. & facit ꝗ. de aleat. l. 1. §. ꝗ autẽ, & ꝗ. e. l. cum a te, in fi.

b *Aduersari.*] inducebatur dictum Iul. contra prædicta: quia videbatur in casu Iul. consuli minori vendenti dupliciter alia via: vna contra emptorem ex vendito ad decipiendum, alia restitutio est per in integrũ cõtra manumissum. Sed certè illæ duæ viæ locum non habent: nam emptor non tenetur: quia non fuit in aliquo dolo. Item nec contra manumissum restitutio locum habet, vt reuocetur in seruitutem: ergo bene dixit Iulian. dari de dolo in manumissum.

c *Consilio.*] scilicet doloso.

d *Circumscriptus.*] vt pro minori pretio daret.

e *Allionam.*] non vt reuocet eum in seruitutem, quia contra libertatem non datur restitutio: sed ut resarciatur damnum præstando pretium serui: & sic intelligitur C. si aduersus libertatem, l. 2. & 5. Sed qualiter ex dolo in cõtractu commisso in seruitute tenetur liber factus: ut supra de neg. gest. at qui natura, §. Scæuola, & C. an seruus ex suo facto, l. j. Respond. hic deliquit extra contractum: quia non ipse contraxit, sed alius ibi contraxit, & in contractu deliquit. Item quare ex delicto in seruitute facto domino tenetur: vt C. de noxalib. l. 1. & C. an seruus ex suo fac. l. fin. Respond. hic deliquit contra dominum, ut libertatem consequeretur: ibi ad aliud, ut argum. C. an seruus ex suo f. cto. l. promissæ. Vel dic, quod iste dolus videtur collatus in tempus libertatis, vt argum. infra de don. inter vir. & vxo. l. quia in hoc. Accur.

f *Hoc.*] s. dictum Iuliani.

g *Carere dolo.*] incidẽti, vel principali.

h *Ex empto.*] idest ex vendito: ut infra de actio. empti, l. veteres.

i *Nullam.*] ex parte non committentis dolum, quia non tenetur si non vult: is vero qui committit, teneri potest si deceptus vult, vt C. de transact. l. transactione.

k *Venditionem.*] scilicet dicimus.

l *Hoc ipso.*] & tunc appellamus dolum dantem causam contractui. Et dic secundum quosdam, circumscriptus a seruo, & sic colligunt argum. quod alterius dolus emptorem lædit: ideo quia ipsa res, quæ venditur, dolum commisit: vt argumen. supra quod met. caus. l. metum, §. cum autem. Alij dicunt, quod priori casu seruus tantum dolum incidentem committit: hic autem quando emptor doli particeps fuit: aliàs dolus alterius alteri non obesset, ut infra de excep. do. l. si procurator, & infra de pecul. l. summa, § emptor. nisi quasi idem reputetur, vt procurator, & tutor, & actor. ut infra eod. l. sed ex dolo. & infra de ædil. edict. l. ædiles, in prin. vel defuncti qui nocet hæredi, vel gestori negotiorũ quem ratum habemus, vt Institu. de vsucap. §. diutina & infra de regu. iur. l. hoc iure, §. fin. Tu dic, circumscriptum. s. ab emptore tantum: ubi enim incidit dolus in contractu, tenet quidem contractus: sed agitur contra emptorem, si ipse dolo fecit, ex vendito: si uero non ille, sed quidam tertius dolum adhibuit, ille tertius tenetur de dolo, ut hic dicitur in dicto Iul. A simili ergo, cum dolus dedit causam contractui, si quidem ipse emptor adhibuerit, nullus est contractus: si autem tertius, tenet contractus: sed agitur de dolo contra dolosum: & sic intellige, quod hic dicitur. Et secundum hoc dolus proxenetæ, uel alterius tertij non uitiat contractum, licet quidam contra, ex hoc respon. ut prædixi. Manifeste ergo probatur, quod manumissus non tenetur de dolo, siue incidentem, siue principalem dolum commisit emptor tantum: sed ubi uterque commisit principaliter, quare excusatur seruus, ut hic innuitur, cum plures hac actione teneri possunt, ut infra eod. l. si plures? Respon. quia in primo, & citius contra eum cum quo contraxit, quam contra alium debet dari ei auxilium, ut infra ead. l. §. si dolo malo. & sic nullo modo tenetur seruus manumissus. Sed argum. contra, infra loca. l. cum plures, §. vestimenta. b & secundum hoc actio de dolo. Vel verius quando per principalem dolum committitur, uterque tenetur eodem ordine, vt prius conueniatur emptor: & eo existente non soluendo etiam manumissus, ut infra ead. l. §. si quadrupes. & §. si dolo. sed secus vbi incidenter, ut hic dicitur, quia solus emptor tenetur ex uendito. Item ad quid datur de dolo, ubi contractus non tenet ipso iure? Respond. vt quatenus de facto processit uenditio, traditio reuocetur, si vult ille, qui fuit dolo inductus; unde Bul. præcessit uenditio, ut infirma. sequitur traditio, ut infirmanda per actionem de dolo. Sed nonne habet locum condictio indebiti? Respondeo sit ita: sed ipsa est generalis quantum ad indebita repetenda. Vel dic, quod non habet locũ, quia retentio competebat per odiosam exceptionem, unde non habet locum hæc petitio, ut infra de cond. indeb. l. si pœnæ, & l. qui exceptionem. & sic agitur de dolo. si autem uelit remanere contractum, potest agere actione ex eo contracto ne decipiatur: ut C. de rescind. uend. l. si dolo & infra de iure dot. l. si res, §. j & tunc actor omnia debet complere emptori, ac si contractus tenuisset, ut infra de contrahen. emp. l. si in emptione, § item si. & infra si cer-

b Dic secundum Bal. ꝙ ibi sunt obligati ex diuersis causis, & sic non ob.

circumscriptus est: & quod 2† minor proponitur, non inducit 2† in integrum restitutionem: [a] 3† nam aduersus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere. [b] Secundum quæ [c] & si pœnali ¦ actione indemnitati eius [d] consuli possit, dicendum erit cessare de dolo actionem. Pomponius etiam 4† si popularis [e] actio sit, cessare de dolo actionem ait. 5†

Si res debita soluatur deteriorata, agitur ex stipulatione doli, si est interposita, aliàs in contractibus bonæ fidei agitur actione primæua: i. stricti iuris de dolo. h. d. Primo ponit dictum Labeonis: secundo ponit reprehensionem eius. secūda ibi, Sed est verius. & est difficilis §. Bart.

¶ Non solum autē si alia actio non sit, sed & si dubitetur, [f] an alia sit, putat Labeo de dolo dandam actionem: & affert talem speciem: Qui seruum mihi debebat, vel ex venditione, vel ex stipulatu, venenum ei dedit: & sic eum tradidit: vel fundum [g] & dum tradidit, 6† imposuit ei seruitutem, vel ædificia diruit, vel 7† arbores excidit, vel vineam 8 † extirpauit, ait Labeo, siue cauit de dolo, siue non, dandam in eum de dolo actionem: quoniam si cauit, dubium est, an competat ei 9† ex stipulatu actio. [h]

¶ Sed est verius, si quidem de dolo malo 10 † cautum est, cessare actionem de dolo: quoniam est ex stipulatu actio: si non est cautum; in ex empto quidem [i] actione cessat de dolo actio: quoniam est ex empto. In ex stipulatu autem, 11 † de dolo [K] actio necessaria est.

Actio legis Aquiliæ, & ad exhibendum, item actio ex testamento, actionem de dolo excludunt. hoc dicit cum § seq.

si cer. pet. l. cum fundus. §. seruum. Et vt plenè scias, dic, quòd aut talis dolus dat causam contractui bonæ fidei, & tunc serua, quod modo dixi: aut stricti iuris, & tunc valet, sed excipitur, vt C. de inut. stipul. l. dolo. si autem est incidens in contractu bonæ fidei, agitur ex eo a contractu. In contractu stricti iuris actio de dolo necessaria est, vt infra ea. l. §. non solum, in si §. & infra de actio. empt. l. Iulianus. §. si venditor. & §. per contrarium. si autem extra contractū, tunc si cadit in speciale nomē maleficij, ex eo agitur, vt furti, & similium, vt inf. prox. §. secundum q. & si nō, tunc agitur de dolo, vt in multis exēplis, vt infra eod. §. seruus pactionis, & l. cum quis & in alijs.

a *Restitutionem.*] scilicet, contra manumissum. nam, &c. vt hic, nisi ex causa a principe impetretur, vt inf. de minoribus. l. si ex causa. §. fin. & l. seq. aduersus emptorem autem cōstat ꝙ non, quia non decepit. Sed cur denegatur in integrum restitutio cōtra emptorem, adhibeat dolum, vel non, si minor sui facilitate minori pretio vendidit, vel si minor in hoc ipso, ꝙ vendidit, decipitur sui facilitate, vt infra de iure dotium, l. si res. §. 1. & si detur, cur de dolo actio datur contra manumissum? Resp. forte talis erat persona, contra quam restitui non poterat, vt C. qui, & aduer. quos, l. si. Item, quid si emptor dolo me induxit, an teneat manumissio? Respon. non, vt infra qui a. ad lib. procla. non lic. l. 2. si hoc velim, vt argu. C. de his, q. a non do ma. l. 1. vel ibi per vim, vnde retinuit, vt supra tit. 1. l. metum, § volenti.

b *Habere.*] item nonne rei vendicatio locum habet, cum dolus dedit causam contractui? Respon. non, quia ex inutili b cōtractu transit dominium, vt hic colligitur, & non C. de vsufru. l. 1. seu nonne vt his in rem datur, vt in metu, vt supra tit. 1. l. metum. 1. §. volenti? Respon. non, quia non daretur de dolo.

c *Secundum quæ.*] i. est secundum prędictas regulas, & est conclusio ad præmissa.

d *Eius.*] scilicet minoris vendentis, vt loquatur hic in præmisso casu. & pone exemplum in actione furti, quæ mihi datur in eos, qui surripuerunt res meas, quæ malè custodiebantur a seruo manumisso, vel dic, quod mutet casum.

e *Si popularis.*] vt in factum de effusis: & de albo corrupto per dolum, vt supra de iurisdict. omn. iudi. l. si quis id. Accursius.

f *Si dubitetur.*] scilicet de iure, cum iam de facto constiterit.

g *Fundum.*] scilicet debebat ex aliqua prædictarum causarum.

h *Actio.*] mouet enim eum fortè, quia negatione res fit dubia, vt C. quib. ad lib. procla. non li. l. 3. vel hoc, quia res etiam certa in dubium reuocatur propter solicitam quæstionem, vt in Auth. de tabu. §. 1. in fi. §. collatio quarta, sed male, vt subijcit, vt supra eod. l. a. 1. respon. & infra de arbit. l. ita demum.

i *Quidem.*] idest, in cōtractu, ex quo datur actio ex empto. idem dico in quolibet alio contractu bonæ fidei, vt hic, & inf. eo l. si quis affirmauerit. 1. respon. & inf. de actio. emp. l. Iulianus, §. si venditor.

K *De dolo.*] reprobatis exemplis & regula Labeonis, quæ est, si dubium est de alia, ꝙ hæc detur, reprobata videtur, quasi dubium esse non possit, an alia sit actio: cum ius sic finitum, vt infra de iuris & facti ignorantia, l. 2. Vel dic regulam veram secundum Ioan. arg. infra eod. l. seruus. §. fi. Sed quære in dubio de dolo datur, immo præscriptis verbis debet dari, vt infra de æstim. actio. l. 1. & infra de præscriptis verbis l. 1. & 2. & l. quoties? Respond. illud obtinet, cum dubium esset: in quam contractus speciem cadit: sed hic constat hoc. Sed dubitatur, an propter dolum adhibitū hæc, vel alia actio detur. Item nonne videtur prima actio de stipulatu dari, & actio de dolo denegari, vt infra commodati. l. 3. §. si reddita, & infra de solutio. l. etiam. quæ sunt contra? Ad hoc distingue, vt si est contractus bonæ fidei, quocunque modo malè præstetur, adhuc potest agi prima, vt in d. l. commodati: & infra deposi. l. prima, §. si res. idem est in legatis & fideicommissis, vt infra de legat. secundo. Mæuius. § 1. quia instar bonæ fidei tenentur fideicommissa & legata: vt C. in quibus caus. in integrum restitutio non est necessaria minorum. Si autem ex contractu stricti iuris: tunc si aliquid iuri rei deest, prima agitur actione, siue pars rei sit præstanda, siue aliquid accessorium, vt dicta l. de solutionibus, l. etiam, si autem tota est præstita, sed male, tunc liberatur a prima, vt hic, & C. ad exhiben. l. exhibitionis, sed quia in dolo fuit, de dolo tenetur, & secundum hoc intelligitur infra de solu. l. qui tibi. §. fin. quia quod ibi dicitur, non liberari qui tradit vulneratum, verum est ab actione de dolo. si autem nullo modo est tradita, sed interijt res apud promissorem: si culpa sua, tenetur, vt infra de verborum obligatio. l. mora, in fi. & l. si seruum, in prin. si sine culpa sua, liberatur eius interitu, vt eod. titu. l. si ex legati, si autem t adit, sed alij obligatam, vel quoquo modo obnoxiam, tunc prima agitur, ut infra, de solu. l. qui hominem. & l. cum quis §. si hominem & l. qui de em. §. qui hominem. & de legat. 1. l. non quocunque. Et sic rem peto quandoque, & rem habeo, vt ex præmissis placet. Idem patet ex præmissis, quod refert an in re debita aliquid deest, ut quia pars religios. est, ut infra de legat. 2. l. Mæuius §. in fundo. vel obligata: & tunc prima an verò pars integra tradatur, & alia nullo modo, & tunc liberatur a prima pro parte soluta pro alia remanet obligatus prima actione, vt infra, de sol. l. stipulatus. si autem tota præstita, sed male, tunc de dolo agitur, ut dictum est. Vel si vis breuiter pertransire, dic semper agi prima, quantum ad rem, vel eius æstimationem, sed quantum ad cætera damna, agitur de dolo, ut hic, & infra eod. l. cum quis. Nec obst. prædictis. C. ad exhiben. l. exhibitionis. quia ibi non erat obligatus dare, sed exhibere, ut habeatur experiundi copia, ut infra ad exhib. l. 2. si ergo rem exhibet, licet deteriorem, quia facit experiundi copiam, liberatur ab actione ad exhibendum, ut ibi dicitur. Item e contra videtur nulla dari: nam

a Et non actione de dolo, secundum Bal.

1† *Alias, quod et proponitur.*

2† *inducetur.*

3† *Restitutio.*

4† *Pomponius autem etiam.*

5† *Flo. deest, ait.*

b Bal. hic dicit istam gl. not. ad hoc, ꝙ dominiū transferē ex cōtractu inutili, sicut trāsfertur ipsa possessio, ut in l. 1. §. si vir. ff. de acq. poss. & ibi per Bar. & alios, an quos me remitto. Bal.

6† *Fl. tradit.*

7† *Flo. deest, vel.*

8† *Fl. deest, vineam.*

9† *Fl. deest, ei.*

10† *Fl. deest, malo.*

11† *Fl. deest, autem.*

talem accipiendo totum remisisse videtur, vt inf. de eo, q certo lo. l. fi. in fi. & sup. si quis cau. l. 2. in respon. Quidam dicũt, q hic ignorans accepit, vel dic, q illud in pęnis: hic autem non est pęna respectu agentis. Item oppono, quia forte solũ officium iudicis cessare vz circa interesse, vt C. depos. l. 4. Sed dic, q hic duę fuerunt actiones ad diuersa competentes, vt arg. j. de eo q cert. loco. l. centum. Quarto ergo an cogat rem recipere sine pretio deteriorationis? Quidã quòd nõ: tu dic, quòd sicut cum ex diuersis causis sit debitor, ideoque, & hæc erit bona ratio, quare non videatur remittere interesse recipiẽdo rem. Accursius.

1 † Fl. accidit.

2 † Abbas de ist. actio.

a *Actioni.*] scilicet, vtilis, vt infra de vsufruc. l. locum. §. fin. & ad l. Aquil. l. item Mela, §. fi. & l. seq.

b *Subiacebit.*] tenetur vtraque si, & ci vel ponitur, si, cõtinuatiuè, & refertur ad id tantum, quod dictum est de actione ad exhibendum: quia ita demum tenetur si possideat, vel si dolo desijt possidere, vt infra ad exhib. l. Iulian⁹, i prin.

c *Legatarij.*] sed non ne statim à morte ei⁹ fit, vt infra de pec. l. sed & si damnum, §. præterea, in fi. & infra de fur. l. à Titio. sed dic veritate inspecta non est eius statim: vt hic, & infra de leg. 2. l. si tibi, §. cum seruus. sed iuris fictione sic, vt in contrarijs, & infra si cert. peta. l. proinde.

3 † Fl. scribit.

4 † Fl. de dol. actionem.

5 † Fl. non putem.

d *Quocunq; tempore.*] idest, siue ante aditã hęreditatẽ, siue post: sed si post, etiam lege Aquilia agitur, cũ sit dominus legatarius: sed licet detur ex testamento ratione prioris temporis, tamen & de dolo dari uidetur, ut infra quibus modis ususfruct. amitt. l. repetitio, in fi. quæ est contra. Solut. hic loquitur, cum purè quid legatum est. Si verò sub conditione, de dolo datur ante euentum conditionis: cum nondum competat actio ex testamento, uel ibi loquit in duobus casibus tantum, ut ibi dices, ut sibi meliorando rem: hic prorsus destruendo.

e *Dederit.*] lasciuia, uel feruore: sed si ab alio concitata, non aliàs factura, uel, si naturaliter, non tenetur dominus, ut infra si quadr. pau. fecis. dic. l. 1. §. & generaliter, & §. in bestijs.

f *Soluendo.*] idest si neque quadrupedem habuit, neque dolo desijt habere, ut infra de uerbo. signifi. l. quos nos, §. locuples. Accursius.

g *De dolo*] immo uidetur danda Aquilia, uel in factum, ut infra ad legem Aquiliam, l. item Mela. § item & cum eo, quæ est contra. Solut. hic dolus fuit in omittendo, & sic diuersũ casum ibi in committendo, ut argumen. infra de usufruct. l. si cuius. §. de præteritis, in fine §. De pauperie autem eo casu, quando dolus fuit in committendo, cessat, quia culpa in homine deprehenditur. Sed nonne licuit sibi cessare, uel dimittere, ut inf. de regu. iur. l. nemo uidetur? Respon. sic, ut sibi proficeret, non ut alij noceret, ut hic facit, & infra de aqua pluuia arcen. l. 1. §. denique Marcellus. Item pone, animal datum pro noxa: nonne domino tenetur ille, cuius occasione damnum datum est? fortè sic de dolo.

h *Excedit.*] immo videtur danda contra dolosum, vt est in interdicto quod vi, aut clam, vt infra q vi aut clam, l. si alius, in princ. quæ est contra. Sol. ibi dominus serui facientis opus in meo ad duo principaliter ab initio tenebatur, idest, ad patientiam, & ad noxam, & vnum faciendo, ab alio non liberatur, idem ergo, & si vendidit seruum, & emptor pro noxa dederit, nam dominus nõ liberatur, vt ibi: hic autem vnum tantum modo, idest, interesse meum debet. Et eodem modo respond. ad id, quod potest opponi infra de noxalibus. l. si ex duobus. in prin. vel hic in actione de dolo, quæ est famosa, & eodem modo ad id, quod est supra tit. primo, l. quod diximus, §. 1. quia ibi suo nomine, & principaliter dominus cõuenitur. Item opponitur, quia in id, quod excedit, debet agi, vt infra vi bonor. rapto. l. 1. & de priuat. delic. l. 2. & de actio. & obligat. l. qui seruum. in fi. & infra commod. l. unde quæritur, in fi. quæ sunt contra, sed dic, quòd hic præstatio noxæ non tollit id quod excedit, sed facit, vt non nascatur de dolo actio, vt infra de verb. obligat. l. decem.

¶ Si seruũ vsuarium proprietarius occiderit, legis Aquiliæ actioni, [a] & ad exhibendum subiacebit, [b] 1 † si possidens proprietarius occidit; ideoque cessat de dolo actio.

¶ Item si seruum legatum hęs ante aditam hæreditatem occiderit: quoniam prius, quam factus sit legatarij, [c] interemptus est, cessat legis Aquiliæ actio. de dolo autem actio 2 † quocunque tempore [d] cum occiderit, cessat: quia ex testamento actio competit.

Actio legis Aquiliæ, vel de pauperie hanc actionem excludit, licet non solutio, sed deditio subsequatur, secus si dominus esset simpliciter non soluendo. Bart.

¶ Si quadrupes tuum dolo alterius damnum mihi dederit, [e] quæritur, an de dolo habeam aduersus eum actionem? & placuit mihi, q Labeo scripsit, 3 † si dominus quadrupedis non sit soluendo, [f] dari debere de dolo [g] actionem: 4 † quamuis si noxæ deditio sit secuta, non 5 † putem dandam, nec in id [h] quod excedit.

Actio furti impedit hanc actionem, & vbi deest dolus, & subest culpa, competit actio in factum. Bart.

¶ Idem Labeo quærit, si compeditum seruum meum, vt fugeret [i] solueris, an de dolo actio danda sit? Et ait Quintus Mutius 6 † apud eum notans, Si non misericordia ductus fecisti, furti teneris: [K] si misericordia, in factũ actio [l] dari debet. 7 †

Qui non obseruat pactũ, ad quod naturaliter, non ciuiliter, est obligatus, tenetur læso actione de dolo, si aliud remedium deficit. h. d. & est difficilis §. Primo ponit dictum Pomponij. Secũdo ponit vnã rationem contra Pompo. Aliam pro eo. Tertio ponit solutionem prædictæ. secunda ibi, Ego moueor. tertia ibi, At qui. Bartolus.

¶ Seruus 8 † pactionis [m] pro libertate reum 9 † domino dedit [n] ea conditione, vt post libertatem trãsferatur in eum obligatio, manumissus non patitur in se obligationem transferri. Pomponius scribit [o] locum habere de dolo actionem: [p] sed si per patronum stabit, quo minus obligatio transferatur, dicendum [q] ait patronum exceptione a reo submouendum. [r] Ego [s] moueor, quemadmodum de

6 † Fl. de ist. Mutius.

7 † Fl. in factũ actionem dari debere & tũc dic, subsidiariam legis Aquiliæ.

8 † Abbas. seruus pro libertate pactionis. &c. et no. q Bal. i l. cũ vltra C. de fideiuss. & Ange. in l. 1. § sti pulatio. ff. de verbo. obl. & ibi Alex. dicit istũ text. ad hoc unicum et singu. q licet fideiussor regulariter non obligetur, nisi prius damus principalẽ debitorẽ, tamẽ secus est in expromissore, nã potest obligare pro eo q nullo modo obligatus est. sed tex. hoc non probat, si vincatur subtiliter, vt dicit hic Bal. & ad melius hui⁹ tex. vnde Bero. Fer. in l. pacta conuenta, nu. 10. de contrah. emp.

9 † Reũ. i. principalẽ expromissorẽ, nõ ad promissorẽ, i. fideiussorem.

i *Vt fugeret.*] & fugit.

K *Furti teneris.*] quia opem tulisti seruo qui fecit furtum sui, ut C. de ser. fug. l. 1. Accur.

l *Actio.*] non furti, quia dolo nõ fecisti, nec ex aliquo contractu, cum mecum in hoc non contraxeris, aliàs ex eo contractu agam ut depositi, ut infra depo. l. si hominem. sed dic in factum agitur, scilicet, subsidiaria, uel Aquil. ut hic, & Instit. ad leg. Aquil. § fin. & hoc quando fugit post: aliàs non datur, cum damnum non habeas, ut infra ad leg. Aquil. l. si seruum in fi. in respon.

m *Seruus pactionis*] idest in pactione.

n *Dedit.*] non obligando se seruus: aliàs ipse factus liber hoc casu teneretur, ut C. an seruo ex suo fac. l. promisisse.

o *Pomponius scribit*] & malè in primo dicto, benè in secundo.

p *De dolo actionem*] patrono contra libertum.

q *Dicendum ait.*] Pomponius, & bene.

r *Submouendum.*] intellige dominum hic pactum cum reo ut seruum manumissum reum acciperet: aliàs iniquum esset eum repelli exceptione, si non seruum, sed reum conuenire uellet: cum inuitus alieni debitoris nomen in solutum accipere nemo cogatur, ut C. de solutio. l. cum à quo.

s *Ego.*] loquitur author legis.

a *Actio.*]

a *Actio dabitur.*] scilicet patrono.
b *Alia actio.*] scilicet contra reum.
c *Quis*] scilicet insipiens volens excusare. Pompon.
d *Atqui.*] pro sed. Et no. quod prædicta corriguntur hic: & tres casus hic deciduntur, quos notaui in litera.
e *Procurator.*] mei actoris.
f *Iudicium.*] scilicet primum, idest primam litem, in qua fuerat absolutus.
g *Sub exceptione hac.*] idest replicatione, q. d. reus, si probaueris tu actor esse collusum, volo subire iudicium, nõ opponendo tibi exceptionem rei iudicatæ. Sed nonne litem pdidit? Videtur quod sic, vt C. de pœna iud. l. 2. & etiam hic innuitur. Videtur enim quod si probe collusionem, alioquin causam perdat. Sed dic, quod perdit: quia illud, quod de perdenda lite dicitur, obtinet q̃do actor corrupit aduersarij procuratorem: secus si reus aduersariũ vt hic: & infra mand. l. si procuratorem, §. 1. vel non perdit ppter spontaneam ol ligatio nem, vt C. de pœn. in authen. nouo iure, & in fra, de iure fisci, l. edicto. & l. senatus, & infra, de alien. iudic. l. 3. §. fin.
h *Collusum.*] no. verba replicationis: & supple non profuit, scilicet sententia.
i *Alioquin.*] idest, si non est paratus transferre.
K *De dolo actio erit danda.*] Sed videtur, quod primam actionem intendere debeam, & si exc ipiat, replicem: & sic de dolo cesset, ut infra eod. l. cum a te, quæ est contra. Solut. aut rẽ offers, & tunc sola prima actione conu. nitris, & nunquam de dolo, vt hic, etiam ad expensas, cum non sit uerisimile fieri expensas, cũ sponte litiges, vt hic: aut non offers, & tunc ad rem principalem agitur prima, vt d. l. cum à te. Ad damna vero, & expensas actione de dolo, vt hic, & infra eod. l. cum quis. Alij dicunt, quod hic procurator dolo malo, & sine pecunia collusit, vnde tenet sententia. Alij, quod hic non constabat de actione, ut infra eo. ser. uus. §. si. Vel dic quarto, quod hic collusum fuit à procuratore actoris cum procuratore rei, & quod dicit aduersariũ, idest procuratorem eius, & quod dicit aduersus eum, i. pro curatorem rei. Sed huic lecturæ ob. inf. de excep. do. l. apud §. quæsitum, & l. si procurator. Sed dic, quod ibi erat procurator rei, hic vero actoris, qui non poterat excipere, tum. n. actio non dabatur. Prima verior est.
l *Soluendo.*] si ergo a principio fuit soluendo, cessat de dolo, si desinat: postea incipit habere locum, & iterum si incipiat esse soluendo, nonne cessat? Respon. non cessat, imò cum alia datur: sed exceptio ei objicitur, vt arg. C. de curat. fur. l. cum alij.

1† Fl. inclusa absente.
2† alias, expromissorem.
3† Flor. deest, actio.
4† Flor. deest, ne.
5† Fl. deest, in se.
6† Flo. sit.
7† Fl. esse.

dolo actio dabitur, a cum sit (ex 1 † stipulatu aduersus reum) alia actio. b Nisi forte quis c dicat: quoniã exceptione patronus submoueri potest si agat cum reo, debere dici, quasi nulla actio sit, quæ exceptione repellitur, de dolo decernendam. Atqui d patronus tunc submouetur, si nolit expromissorem 2† ipsum manumissum accipere. Ex promissori plane aduersus manumissum dari debebit de dolo actio, 3 † aut si non sit soluendo expromissor, domino dabitur.

Si dolo malo procuratoris reus sit absolutus, nisi reus sit paratus iudicium recipere, tenetur de dolo, si procurator non est soluendo. h. d. iste §. qui etiam difficilis est. Bart.

¶ Si dolo malo procurator e passus sit vincere aduersarium meum, ita 4† vt absolueretur: an de dolo actio mihi aduersus eum, qui uicit, competat, potest quæri. Et puto non cõpetere, si paratus sit reus iudicium f transferre in se 5† sub exceptione hac, g Si collusũ h fit: 6† alioquin i de dolo actio erit danda: K scilicet si cum procuratore agi non possit, quia non est 7† soluendo. l

Simplex mendacium nõ præsumitur dolosè dictum & ideo non inducit actionem de dolo, nisi causa sui lucri quis mentiatur. h. d. cum l. seq. Bart.

¶ Item 8† Pomponius refert Cæcilianum 9† prætorem nõ dedisse de dolo actionem aduersus eum, qui affirmauerat idoneum esse eum, cui mutua pecunia dabatur, quod uerum est: nam nisi ex magna & euidenti m calliditate, non debet de dolo actio dari.

Caius li. 4. ad edic. prouin.

L E X VIII.

QVod si cum se res eum facultatibus labi, lucri n tui gratia affirmasti mihi idoneũ esse, merito aduersus te, cum mei decipiendi gratia alium falsò laudasti, de dolo iudicium o dandum est.

Contra mentientem de substantia hæreditatis, datur actio ex eo contractu si intercessit: aliàs de dolo. Bart.

Vlpian. lib. 11. ad edictum.

L E X IX.

SI qs affirmauerit minimã esse hæreditatem, & ita eã ab hærede emit, non est de dolo actio, cum ex uendito sufficiat. p ¶ Si autem mihi persuaserit, 10† vt repudiem hæreditatem, quasi minus soluendo ea 11 † sit, vel ut optem seruũ, quasi melior eo in familia q non sit, dico de dolo dandã r actionem i 2 † si callide hoc fecerit. 13† s

m *Et euidenti.*] & pro. i. vel dic magna, i. vltra duos aureos, non autem dicas magna, idest summa perfidia. Nam & pro parua perfidia, dum tamen euidenti, datur hæc actio, ut infra eo. l. quid enim euidentem esse oportet, quia dolum ex perspicuis indicijs probari conuenit, ut C eo. tit. l. dolum.*
n *Quod si cum scires. Lucri tui.*] non quia semper affectus sui lucri, desideretur in hac actione, sed quia apparet in hoc casu animum decipiendi fuisse, vt infra eo. l. seruus tuus. In tamen dicit verum que interuenit, s. dolũ, & animum lucri, non dico de ipsa pecunia mutua: tam enim eam diuisisti cum debitore, furti teneris, non de dolo, vt infra, de furtis, l. si quis vxori, §. cum Titio.
o *De dolo iudicium.*] cum non erraueris in persona, sed in patrimonij quantitate, vt hic, & infra, de furtis, l. falsus, §. si quis. si autem in persona errasset, tunc in factum daretur, ut infra, de furtis, l. si quis rem, §. si Titium. quæ est contra.
S *I quis.*] CASVS. Institutus eras in quadam hęreditate, & ego volebam eam emere: vnde dixi eam vilé esse, & sic eam pro minori pretio dedisti. Dicitur, quod non teneat de dolo, sed actione ex vendito.
¶ *Si autem.*] Institutus fui in quadam hæreditate, tu persuasisti mihi, vt illam hæreditatem repudiarem, vel cum legasset mihi testator vnum de seruis quem vellem ego: persuasisti mihi, ut illum eligerem: his duob. casibus de dolo teneris. Item si Titius filium suum exhæredauit, & quendam extraneum hæredem instituit: ego illud tantum celaui, ita quod filius Titij nesciuit se exhæredatum, & sic decessit filius Titij exhæredatus, dicit hic, quod hæredes istius filij exhæredati duplicem viam contra me habent, quia habent actionem de dolo ciuiliter contra me, & criminalem legis Corneliæ. Viuianus.
p *Sufficiat.*] vt dolus purgetur: vt hic, & supra e l. & eleganter, §. non solum, in fi. §. & infra de act. empt. l. Iulianus, §. per contrarium, & C. de hær. vend. l. qui nondum. & sic loquitur quando alias erat contracturus: alias rescinditur venditio, vt C. de rescind. vend. l. si dolo. Et per actionem de dolo, vel cond. sine causa reuocatur, quatenus de facto processit, vt dixi supra eo. l. & eleganter, §. 1.
q *In familia non sit.*] cum sit ibi melior. Accur.
r *De dolo dandam.*] minor autem restituitur, vt infra, de minor. l. ait prætor, §. hodie. Sed videtur hoc casu de dolo non dari, cum adhuc possim optare, vt inf. de optib. lib. l. 4. & 5. quæ sunt contra. Sol. quidam dicunt, quod hic

*Alias, probatur nox coniecturis glo. & Bart. in l. apud Celsum. de excep. do. Canon. in c. super literis in gl. priori. de rescrip. & in c. si auté, eod. tit.
8† Flor idem. & fadit ad hunc §. gl. 1. in c. vestis extra, de renũc. vide eam.
9† Fl. Caecilianum.
10† Fl. persuaserit.
11† Fl. deest, ea.
12† Flo. deest, actionem.
13† Flo. fecerit.

ab extraneo, ibi ab hærede dolus fuit adhibitus. Vel dic, quod hic fuerunt omnes exhibiti: sed qui deterior erat, fuit bene vestitus, & rasus, ut melior appareret.

a *Suppressæ sint.*] ab hærede forte, vel extraneo.

b *Hæredes filij.*] scilicet extranei: secus si sui, cum habeant querelam, vt C. de inoff. testamen. l. scimus §. si. Vel dic, quod hic loquitur secundum sua tempora, secundum quæ nunquam transibat querela, nisi præparata, et ad suos, vt infra de inoffic. testa. l. quemadmodum. Sed nunquid furti? Resp. non, cum hæreditas non erat adita, vt infra, de furt. l. hæreditatis. Et nota vnam harum viarum esse criminalem, scilicet legis Corneliæ, Insti. de publ. iud. §. sed & lex. & infra, de fals. l. a cuius pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio, vt infra de fals. l. j. in fine. Et est speciale secundum quosdam in testamento suppresso, puto idem in quolibet instrumento, vt co. tit. l. Paulus, §. j. alia ciuilis, vt de dolo: ideoque vna per alteram non tollitur, vt C. quando ciuilis actio. l. j.

No. secundum Bal. contra fideiussores, qui vt appareat ideo ... ad curam ... ne vestiti, & ... deci... & etiam facit contra tales ducentes in fideiussores.

Actio criminalis hanc actionem non impedit. Bar.

¶ Item si tabulæ testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint,[a] mox meo tuo filio prolatæ, hæredes filij[b] aduersus eos qui suppresserunt, & lege Cornelia, & de dolo posse experiri.

Sequester non tenetur rem restituere nisi finita lite, uel cum per actorem steterit. Item contra eum, qui fecit fieri sequestrum indebitè, actione de dolo succurritur, vbi alia actio deficit. Bart.

Labeo 1† lib. 7. poste. scribit.

1† Lib. 37.

LEX X.

Si oleum 2† tuum quasi suum defendat[c] Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium, vt is hoc venderet, & pretium seruaret, donec inter vos 3† diiudicaretur, 4† cuius oleum esset, neque Titius velit iudicium accipere,[d] quoniam neque mandati,[e] neque sequestraria[f] * Seium conuenire potes, nondum impleta conditione depositionis, de dolo aduersus Titium agendum. Sed Pomponius lib. 27. scribit, 5† posse cum sequestro[g] 6† præscriptis verbis[h] actione agi: vel si is soluendo non sit, cum Titio de dolo, quæ distinctio vera esse videtur.

2† Flo. & §. qui excipit, Labeo li. 37. poster. eum scribit, si ...

3† Aliàs, inter vos.

4† Diiudicetur, flor. Alij diiudicetur.

* Sequestraria actio dicitur qua is, qui deposuit, vel in ea sequestrem conuenit ad possessionem rei depositæ, agit aduersus sequestrum: est autem sequester apud quem plures eandem rem, de qua est controuersia, deposuerunt. Bersbru.

5† Flor. deest, scribit.

6† Flor. sequestre.

Absolutus ab obseruatione iudicij, quia soluit, ratione deteriorationis de dolo non tenetur. Bart.

¶ Et si seruum pignoratum noxæ[i] mihi dederis, per 7† iudicem absolutus, de dolo

7† Flo. dederis per iudicem, & ita absolutus.

Si oleum.] CASVS. hac l. vsque ad l. si plures, talis est. Possidebam, siue habebam oleum ad vendendum. Titius vendicabat a me illud oleum: deposuimus tamen istud oleum penes Seium, vt illud venderet, & vincenti pretium daret, postea Titius non procedit in causa: volo agere aduersus Titium de dolo. Dixit quidam Iurisconsultus quod possum: sed non est ita, quia aut Seius soluendo est, & tunc conuenitur sequester: aut non est soluendo Seius, & tunc in subsidium de dolo tenebitur Titius.

¶ *Et si seruum.*] Seruus tuus mihi fecit furtum, eum postea alij obligasti in meum præiudicium: si ego ago postea contra te actione furti noxali, & eum des mihi pro noxa extra iudicium, scilicet & postea fuisti absolutus, quia iam dederis mihi seruum pro noxa: si hunc seruum inueniam esse alij obligatum in præiudicium meum, conueniam te de dolo: secus si condemnatus fueris in æstimationem, & seruum noxæ dedisti: & sic soluitur contra. Vel dic aliter hunc casum retento eodem themate. Quia egi contra te actione furti noxali cum seruus tuus mihi furtum fecerit, iudex præcipit tibi, vt mihi seruum pro noxa dares, & dedisti: & etiam absolutus fuisti, quia pœna dupli, vel quadrupli: si inueniam postea eum obligatum, de dolo agam contra te. Et secundum hunc vltimum casum lege literam: secundum primum lege illud verbum, per iudicem cum verbo, absolutus: quia non per iudicem fuit seruus datus, sed extra iudicium.

¶ *Hæc de dolo actio.*] Seruus tuus decepit me per dolum: an tenearis de peculio, vel noxaliter, quæritur. Et distinguitur, aut seruus commisit dolum in contractu, & tunc teneris tu dominus de peculio: aut extra contractum, si non cadat in speciale nomen maleficij, & tunc teneris de dolo noxaliter.

¶ *Merito.*] Nunc exponit Iurisconsul. vltima verba edicti. & illa, iusta causa, &c. quæ sunt supra eodem l. j. §. verba. Dicit enim, quod inquiremus quantitates, & etiam personas in actione de dolo. ad hoc enim inspicimus quantitatem, quia pro minima re hæc actio non datur: pro duobus scilicet aureis non datur. Item personam, quia non datur vili contra honestos homines: item non datur liberto contra patronum: sed in his casibus agetur actione in factum, & est ratio quare agatur actione in factum, ne prædictæ personæ lucrentur ex suo dolo, hæredibus tamen liberti datur hæc actio de dolo, & contra hæredes patroni, vel patris.

¶ *Item in causa.*] Si pupillus committat dolum, an teneatur, quæritur. Et dico quod in pupillum committentem dolum actio de dolo non datur, nisi iste pupillus fuerit hæres eius, qui dolum commisit: quo casu tenetur in id, quod ad eum peruenit. Quod dixi de pupillo, verum est, cum non est proximus pubertati: si autem fuerit proximus pubertati, tunc tenetur, quia pone, quod pupillus conueniebatur à procuratore alicuius, pupillus commisit dolum, et ipse pupillus absoluatur, vel ... finitam tutelam, cum non erat, his casibus de dolo tenetur pupillus. Sed pone, quod tutor pupilli fecit mihi dolo, vt emam rem aliquam ab eo, & emi: & pretium ad pupillum peruenit, tenetur hoc casu pupillus, in quantum est locupletior. Vel dic, quod tutor sua fecit mihi dolo, vt repudiem hæreditatem in qua erat substitutus mihi pupillus, nam & hic tenetur pupillus, in quantum est locupletior. Item dicit, quod in municipes actio de dolo non datur, nisi in id quod ad eos peruenit dolo magistratus, sed decuriones tenentur de dolo. Item si constitui procuratorem, & iste dolum committit, teneor ego dominus in id, quod ad me peruenit, ipse autem procurator tenetur de dolo.

¶ *In hac.*] In isto §. & in princ. l. sequentis quæ continuatur cum eo, veniunt tria necessaria in actione de dolo. scilicet quod designentur persona, quæ dolum commisit. Item aliud secundum, scilicet, quod designetur res in qua commissus est dolus. Item tertium, ut appareat cui sit factus dolus.

c *Defendat.*] scilicet vendicando, ut contra C. de Carbon. edicto, l. j.

d *Iudicium accipere*] idest noluit dicere suum esse oleum.

e *Neque mandati*] quia forte non fuit b gratuitum.

b Immo dic secundum Bal. quod gratuitum mandatum.

f *Neque sequestraria.*] de hac constat, & quia non est conditio impleta, ut hic, quia scilicet neuter vicit, & quia vnus tantum hic deposuit, vt in princ. huius legis, non plures, quia tunc haberet locum sequestraria, vt infra depositi. l. pro pri. & l. licet.

g *Sequestro.*] non est proprium nomen actionis.

h *Præscriptis verbis*] quasi tacite sit actum, c vt Titio non prosequente mihi reddatur. Vel dic quasi dicerem, cum per me remaneret, vt infra, de condit. instit. l. inter ex fratribus ... haec mala ... ut infra, de præscript. verb. ... §. si quis sponsionis. non autem depositi, quia forte sequester aliquid accepit, & alias rationibus supra dictis, alias haberet locum, ut infra depos. l. si apud § j.

c Ista est uera secundum Bald.

i *Noxæ.*] potes legere, vt non per iudicem sit datus, sed extra iudicium, absolutio tamen fuit facta in iudicio ab æstimatione litis. & a iudicii obseruatione, vt Institut. de perpet. & temporal. actio. § fin. & tunc puncta, & per iudicem sis absolutus, &c. & sic non est contra, infra, de re iud. l. ... §. fi. & infra de solut. l. si hominem, quæ sunt contra, quia ibi per iudicem dedit, uel lege quod hic per iudicem fuerit datus seruus, & absolutus ab æstimatione, secus si condemnatus fuit in æstimatione, & dedit huiusmodi seruum, quia tunc agitur iudicati in dictis contrarijs legibus ...

ADDI.

teneris, a si apparuerit eum esse pignori datum. b

Hæc actio noxalis est: itẽ cõpetit de peculio, si circa res peculiares sit dolus cõmissus. Bar.

¶ Hæc de dolo actio c noxalis erit, ideo Labeo quoque lib. 30 prætoris peregrini scribit, de dolo actionem serui nomine interdum de peculio, interdum noxalem dari. Nã si ea res sit, in qua d 1 † dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio. tunc de peculio 2 † dandam. Si vero ea sit, ex qua noxalis: hoc quoque iudicium 3 † noxale futurum. e

Hic incipit exponere illa verba posita in edicto: & iusta cã esse videtur, & breuiter. h. d. Hæc actio nõ datur pro modica quantitate, nec cõtra parẽtes, vel patronos, vel personas honestiores: sed p actionẽ in factũ succurritur. h. d. cũ duab. ll. seq. Et supra exposuit iurisconsultus illa uerba, si alia actio, &c. hic exponit alia, ut dixi i prin. B.

¶ Merito quoque 4 † causæ cognitionem prætor inseruit: neq; enim hęc actio passim indulgenda est: nam ecce in primis si modica summa sit.

Paulus lib. 11. ad Edictum.

LEX XI.

IDest vsque 5 † ad duos aureos. f 6 †

Vlpianus li. 11. ad Edictum.

LEX XII.

NOn debet dari hęc actio. 7 † Sed & quibusdam personis non dabitur, ut puta liberis, vel libertis aduersus parentes pãtronosve, cum sit famosa. g Sed nec humili h aduersus eum, qui dignitate excellit, debet 8 † dari, vt puta plebeio aduersus consularem receptæ i authoritatis, vul luxurioso, K atq; prodigo, aut alias vili aduersus hominem vitæ emendatioris, & ita Labeo ait. 9 † Quid ergo est in horum personis? dicẽdũ est, 10 † in factũ l verbis tẽperãdã 11 † de dolo* actionẽ, vt bonæ fidei m mentio fiat.

Paulus lib. 11. ad Edictum.

LEX XIII.

NI si ex dolo suo lucrentur.

Quando propter reuerẽtiam personæ actio de dolo non dabitur contra defunctum dabitur contra hæredem. Bart.

Vlpianus li. 11. ad Edictum.

LEX XIV.

HAeredibus tamen harũ personarũ, item aduersus hæredes n de dolo actio erit danda. o

ADDITIO. Dic quod contraria loquuntur in sententia condemnatoria, hic in absolutoria, & cum glo. dicit, ꝙ fuit datus seruus per iudicem, nõ intelligas adiudicatus per secundum decretum, quia in secundo decreto debetur euictio, vt C. de euict. l. ob causam. sed quia in iudicio ante sẽtentiam fuit seruus traditus pro noxa: ex qua traditione nõ debetur euictio: quia non incipit à præcedenti obligatione super seruo, secundum Bald. hic.

a *Teneris.*] scilicet, mihi cui dedisti pro noxa.

b *Pignori datum.*] scilicet in perniciem meã, vel forte in eo, quod scienter dedi talem, ꝙ non placet.

c *Actio*] vt in contractu. Sed nonne tunc datur actio ex eo contractu? Respond. non, quia pone, quod dolus dederit causam contractui. Item pone in contractu, facio, vt des, vt infra de præscript. verbis, l. naturalis, §. quod si faciã, nam ex contractu, uel quasi de peculio agitur: ex delicto, vel quasi noxaliter, vt hic, & infra de ijs qui deiece. vel effu. l. 1. §. cum seruus. Accursius.

d *In qua.*] idest in contractu uel quasi.

e *Noxale futurum.*] vt si dolus est admissus extra contractum. uerbi gratia, persuasit mihi, ut non idoneam hęreditatem adirem, uel similia, ut infra eod. l. arbitrio. §. pen. & l. si dolo. & l. cum quis. & l. fin.

f *IDest, vsque ad duos aureos.*] qui computantur habita ratione, quod septuagintaduo valeant libram auri, ut C. de susc. & arca l. quoties. * Sed nunquid pro duobus aureis datur? Respon. non, ut hæc dictio vsque inclusiue accipiatur, cum in pœnis molliores esse debeamus, ut inf. de pœnis. l. pen. & pro mores in odijs restringendis, argumen. inf. de liber. & posthum. l. cum quidam. Item, quare actio furti datur pro vno ouo, cum sit æque famosa, hæc non, ut Instit. de rerum diuisio. §. gallinarum? Resp. secundum Io. quia furta frequentius fiunt in vilibus, quam dolus, ideoque necesse fuit plus puniri. arg. inf. de pœnis. l. aut facta. §. fin. a Item, nõne quælibet actio etiam pro uno nummo datur? Dic, quod sic vt d. §. gallinarum. & infra de coniung. cum emancipa. liberis. l. 1. §. id. & infra de damno infec. l. si proprietatius, in fi. 1. respon. excepta hac, ut hic. Sed tamen dicam dari in factum pro hac modica summa, excepto de damno infecto, ut inf. de damno infec. l. ex damni. 1. respon. & excipe inf. de impen. l. omnino. & infra commod. l. in rebus. §. possũt. Accursius.

ADDITIO. Tu dic, quod ratio est secundum Bald. quia est ibi natura contractus, cum modica impensa pertineat ad impendentem, secundum eundem Bal.

g *NOn debet. Cum sit famosa.*] Nota, ꝙ magis est odiosa hæc actio, quam furti, vel iniuriæ, licet & illæ famosæ sint, quia illæ causa cognita in huiusmodi personas dantur, ut infra de fur. l. si quis vxori, § 1. & sup. de in ius vocan. l. sed & si. § prætor. Vel dic, quod ibi agitur in factum nomine furti facti in castrensi peculio, & nomine iniuriæ atrocis, vt arg. C. eod. l. si superstite.

h *Sed nec humili.*] quis sit, dic ut C. de incest. nupt. l. humilem.

i *Receptæ.*] alias, præceptæ, i. præ alijs acceptæ, vel habitæ.

K *Luxurioso.*] carnali, vel prodigali luxuria, vt infra de damn. infe. l. ex damni, in princip.

l *In factum.*] etiam si modica sit summa secundum quosdam propter id, quod dicit lex sequens, ne ex do. &c. sed contra videtur, ut C. eod. l. si superstite. ubi dicit, immodicè læsa est: sed subaudi maxime ibi. Sed nonne in factum agere est restitui? ergo non debet dari contra has personas, vt C. qui, & aduersus quos, l. fin. Sed dico ibi intellectum tantum de ea, quæ datur iudicis officio, non quæ iure actionis.

m *Vt bonæ fidei.*] quasi dicat, non malæ fidei, & sic per abnegationem contrarij ponitur, ut infra de minoribus. l. pen. & infra de lega. 2. l. cum quidam, & l. cum pater, §. rogo. & de leg. 3. l. fideicommissa, §. sic si ei in fi. sic econtra infra de inoffic. testa. l. etiam, & l. qui repudiantis.

n *HAeredibus. Aduersus hæredes.*] Not. contra hæredem patroni, & patris agi de dolo actione: sed aliud est in exceptione doli, quæ etiam contra hæredes patroni, vel patris non opponitur. Et est ratio, quia in actione doli tantum calculi habetur ratio, & ideo non infamat, ut infra eo. l. Sabinus, Sic enim dicam, conuenio te actione de dolo de eo, quod ad te peruenit ex dolo defuncti, non autem dicam, conuenio te ex dolo defuncti: at in exceptione, non ideo quia aliquid apud eum sit, sed quia defunctus dolum commisit, excipitur: & ideo non de dolo, sed in factum excipitur, ut infra de exceptio. do. l. cum apud. §. aduersus, quæ est contra. Sed cum in defunctum datur actio in factum, & in hæredem de dolo, vnde nascitur hæc actio de dolo? ex dolo defuncti non, quia alia nata fuit, scilicet, in factum? Respond forte eadem est actio in factum, & de dolo in substantia, licet nomina diuersa, ut infra de hæredib. instit. l. 3. §. qui fideicommissariã, & sic est nata ex dolo defuncti. Vel melius dic, quod sunt duæ, & ambæ nascuntur ex dolo defuncti: sed una tantum intentatur contra defunctum, ut in factum: & alia contra hæredem, de dolo. & quod sint duæ, patet ex eo, quod alterius qualitatis, & natura est vna, quam alia, ut inf. eod. in hæredem. & l. itaque, Accursius.

o *Erit danda.*] petita venia, ut C. de in ius vocand. l. secunda.

1 † *Fl. in quã.*

2 † *Flo. nunc ex peculio.*

3 † *Flor. deest iudicium.*

4 † *Flo. deest, quoque.*

*Li. 10 & vi Iaf. in l. fi. de in ius vo. si nis autẽ videre ueterũ, & nouã aureorum æstimationem, vide An. August. lib. 2. emed. c. 9. & ante. c. 7.

a Tu dic, ꝙ rõ est quia actio de dolo est subsidiaria: sed nõ actio furti, facit l. Seio sup. de in integr. rest. Bolog.

5 † *inclusiuè. ut & l. 1. ex per al. cau. appell. recip. C. l. 2. supra de his qui not. inf.*

6 † *Aureos vi detur. Taur. scripsisse, vsque ad duos misex tert. ut vellet Cuiac. emendasse videtur. Cono.*

7 † *Flo. deest hæc actio, sed &.*

8 † *Flo debet actio dari.*

9 † *Flo. deest, est.*

10 † *Flo. in horum persona dicendum est, in factum.*

11 † *Flo. deest de dolo.*

* *Bald. dicit ipsum text. esse valde sin. ad hoc quod species agendi distinguatur ex modo concludendi posite in libello. Bar.*

a *Ne.*] id est, ut non.
b *Conueniatur.*] s. inquantum peruenit ad eum ex dolo defuncti, vel lis cum eo fuerit contestata, ut C. ne ex delic. defunct.
c *Ego arbitror.*] in quæstione proposita respondendo.
d *Pubertati.*] quia est doli capax: vt infra de tributo. l. 3. §. Iulianus.
e *Maxime.*] nã & id si non, vt infra depos. l. j. §. an in pupillum.
f *QVid enim si impetrauerit.*] dolose, vt sup. eod. l. & elegan ter. §. pœn.
g *De tutore mentitus.*] qui dixit tutelam finitam: ut arg. infra de publi. l. quæcunque. §. fin.
h *Magnam.*] euidentẽ tamen: ut infra l. proxim. in fin.
i *SEd si ex dolo. Locu pletior.*] vt hic, & infra de act. empt. l. Iulianus. §. idem Iulianus. & infr. quan. ex fac. tuto. l. 3. & inf. de ijs, quæ in fraud. credi. l. ait prætor, §. si impubes.
K *Exceptio.*] s. doli, ut inf. de do. exceptio. l. apud Celsum, §. si quis non, in fi. §. & §. illa.
l *Datur.*] contra pupillum ex dolo tutoris.
m *Sed an in municipes.*] scilicet omnes generaliter.
n *Facere possunt.*] q. d. nil facile: quia nec consentire facile possunt, ut inf. de arb. l. item si unus. §. principaliter, & infra de liber. uniuer. l. j. sed tamen possunt cum difficultate, vt campana pulsata: quia videbuntur omnes facere, quod concilium facit, uel maior pars, ut infra de regu. iur. l. aliud, §. refertur, & metum inferunt, ut supra quod met. cau. l. metum. §. animaduertendum. & possessionem apprehendunt, ut inf. de aeq. poss. l. 2. & facit inf. de vi & vi arma. l. si vi me. Item tribunum siue potestatẽ eligunt, ut sup. de orig. iuris l. 2. §. ijsdem, Hæc autem interrogatio raritatem, non impossibilitatem notat: sicut ibi, Si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?
o *Puto.*] sed quare etiam de eo, quod ad eos peruenit, tenetur: cum hoc mandasse non videantur generaliter, quod specialiter non erant mandaturi, ut infra, quæ in fraud. credit. ... si pa... quæstio etiam in procuratore fieri potest. Respon. non videntur habere ratum nisi reddãt, ut infra de ui, & ui arma. l. 2. §. deiecisse.

2 † *Flor. deest & hunc.*
2 † *Flor. est.*
3 † *Alias impetrauero.*
4 † *Mutuo accepit. Flor.*
5 † *Alias dolo aliquem nõ posse.*

Pupillus põt cõueniri de dolo ex psona defuncti. Itẽ si est pximus pubertati, in psona tutoris, inquantũ factus est locupletior. h. d. cũ l. seq. & prox seq. Bar.

¶ Itẽ in causæ cognitione versari Labeo ait, ne [a] in pupillũ de dolo detur actio: nisi forte nomine hæreditario cõueniatur: [b] Ego arbitror, [c] & hũc 1 † ex suo dolo conueniẽdum, si proximus pubertati [d] est, maxime [e] si locupletior ex hoc factus sit. 2 †

Paulus lib. 11. ad Edictum.

LEX XV.

QVid enim si impetrauerit [f] 3 † a procuratore petitoris, vt ab eo absolueretur? Vel si de tutore mentitus [g] pecuniã 4 † acceperit, vel alia similia admiserit, quæ nõ magnã [h] machinationẽ exigũt? Vlpian. lib. 11. ad Edictum.

LEX XVI.

SEd & ex dolo tutoris, si factus est locupletior, [i] puto in eum dandam actionem, sicut exceptio [K] datur.

Contra vniuersitatẽ non datur de dolo actio: quia dolum non potest cõmittere de facili, nisi ex persona administrantium. Bar.

¶ Sed an in municipes [m] de dolo detur actio dubitatur. Et puto ex suo quidem dolo 5 † nõ posse dari, (quid. n. municipes dolo facere põt? [n]) sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum, qui res eorũ administrant, puto [o] dandam?

Rectores de eorum dolo proprio tenebuntur. Bart.

¶ De dolo autem decurionum, [p] in ipsos decuriones dabitur de dolo actio.

Dominus tenetur de dolo procuratoris de eo, quod ad eum peruenit. Bar.

Item 6 † si quid dolo procuratoris ad dñm peruenerit, 7 † datur in dñm de dolo actio, quantum ad eum peruenit: nam procurator ex suo dolo proculdubio tenebitur. [q]

Iurisconsultus exposuit primã partẽ edicti positi in l. 1. sup. e. Erãt in edicto posita quædã uerba alia, quæ nõ sunt posita materialiter in hoc tit sed eorum mẽtẽ iurisconsultus ponit hic: & in l. in arbitrio, inf. eo. & breuiter hoc intendit: Quãdo ex delicto agitur ciuiliter actione famosa, debẽt particulariter omnia designari, sicut quando quis criminaliter accusatur. Bar.

In hac actione designari oportet, cuius dolo [r] factũ sit, quãuis ĩ metu [s] ñ sit necesse. Paulus lib. 11. ad Edictum.

LEX XVII.

ITem ait prætor, ut comprehendatur, quid dolo malo factum sit: scire enim debet actor in qua re circumscriptus [t] 8 † sit: nec in tãto crimine vagari [u] oportet 9 †

Plures dolũ cõmittẽtes tenẽtur insolidũ: tamẽ vnius solutione cæteri liberãtur h. d. dicas in hac, ut no. ĩ l. & elegãter sup. e. B.

Vlpianus lib. 11. ad Edictum.

LEX XVIII.

SI plures dolo fecerint, & unus rem 10 † restituerit, [x] oẽs liberantur. Quod si vnus quãti ea res est, præstiterit, [y] puto adhuc cæteros liberari.

Hæc actio in heredẽ, & cęteros successores datur duntaxat, de eo quod ad eos peruenit. [z]

p *De dolo autem decurionum.*] loco quorum habemus consiliarios hodie.
q *Proculdubio tenebitur.*] insolidum, etiam si nihil ad eum peruenit, vt superiores magistratus, scilicet decuriones.
r *Cuius dolo.*] quis fecerit & cui dolus sit factus, & in qua re dici oportet: ut hic, & infr. l. proxim. sed in exceptione doli, quis, sed non cui, dici oportet, & sic est parte opponentis realis, & ex altera personalis, ut infra de exceptio. l. apud Celsum. §. penult. & l. 2. §. 1. & in actione, quod metus causa, non est dicendum quis fecerit metum, ut hic, & supra titul. 8. l. si cum, §. in hac, sed cui. At in exceptione, quod metus causa, ne quis, nec cui, ut d. l. de exceptione do. l. apud Celsum, §. pen.
s *In metu.*] id est in metus causa actione.
t *ITem exigit. Circumscriptus.*] ergo cui.
u *Vagari.*] vt hic & C. eod. l. dolum. & sic & in actione iniuriarum, ut infra de iniurijs. l. prætor, in princip. sic & in omnibus publicis iudicijs, vt inf. a de accusatio. l. libellorum. sic etiam tenetur quis designare, quod petit in qualibet actione reali, vel personali, ut infra de rei vendicatio. l. si rem in princip. & §. si uestimenta, & C. de epis. & cleric. aut generater.
SI plures.] CASVS. in isto. §. & in princip. l. sequent. quod cõtinuatur cum eo, veniunt tria necessaria in actione de dolo, s. quod designetur persona, quæ dolum commisit. Item aliud secundum, scilicet quod designetur res in qua commissus est dolus. Item tertium, ut appareat cui sit factus dolus. Viuianus.
x *Restituerit.*] rem, & inferiori casu æstimationem. Vel dic, rem vel æstimationem, sed infra quanti iuratum est in litem ab actore. Accursius.
y *Præstiterit.*] scilicet ante condemnationem, secundum Azo. licet idem, & si post condemnationem præstiterit interesse quantum est iuratum in litem: ut supra proxim. respons. & supra tit. j. l. si cum §. fin. & infra si men. fal. mod. dixerit, l. si duob. §. se spons.
z *Peruenit.*] vt hic, & infra eod. l. in heredem.

6 † *Alias, dolo est item.*
7 † *Flor. peruenit.*
8 † *Alias sit circumscriptus.*
9 † *Flo. deest oportere.*
10 † *Fl. deest rem.*

Arbitrio.

Hæc actio est arbitraria, & ideo contra non restituentem iuratur in litem, si res tempore condemnationis extabat. h.d. & fortis lex est. Primo ponit dictum. Secundo respondet cuidam quæstioni emergenti circa illud. Tertio ponit vnam limitationem circa præcedentia. Secunda ibi, Ideo autem. Tertia ibi, Non tamen. Bart.

Paulus lib. xj. ad Edictum.

LEX XIX.

ARbitrio iudicis in hac quoq; actione restitutio comprehenditur:[a] & nisi restitutio fiat, sequitur condemnatio, quanti ea res est.[b]

¶ Ideo * autem & hic, & in metus causa actione, certa quantitas[c] non adijcitur, vt possit per contumaciã suã tanti reus condemnari, quanti actor in litem iurauerit, licet 1 † officio iudicis debeat in vtraq; actione taxatione[d] iusiurandum refrenari. Non tamen semper in hoc iudicio arbitriũ[e] 2 † iudicis dãdũ est. Quid.n. si manifestũ sit rẽ 3 † restitui non posse: veluti si seruus dolo malo traditus defunct⁹[f] sit? ideoque protinus condemnari dẽt 4 † in id, quod interfit actoris.

Fructuario contra dominum non datur hæc actio, quia aliæ competunt. Bart.

¶ Si dominus[g] proprietatis insulã, cuius vsusfructus legatus erat, incenderit, non est de dolo actio: quoniam aliæ[h] ex hoc oriuntur actiones.

Contra cõmodantẽ falsa pondera, vel mensuras, nõ datur hæc actio de dolo, si inter cõtrahẽtes alijs actionibus potest esse consultũ: aliàs recurritur ad actionem de dolo. h.d. quod no. maximè in fure: quia vidi semel de facto. Bart.

¶ *De eo*, qui sciens commodasset[i] 5 † falsa 6 † pondera, vt venditor emptori merces appenderet: Trebatius

A *Rbitrio.*] CASVS. Huius legis princ. dicit, ꝙ sit iudicis officiũ in actione de dolo. Ecce. n. si tu dolo me induxisti. & ego tuo dolo dedi tibi librũ meum: si ago cõtra te dolo, iudex te debet condemnare, vt mihi restituas: iurabo in litem contra te: sed iudex istud iusiurandum taxare debet. Dicet aliquis, quare in ista actione de dolo, vel in actione, quod met. cau. nõ est adiecta quantitas? Dicit Iurisc. hoc ideo fuit, vt sit pœna illius dolosi nolentis restituere rem, vt possim iurare contra eum in litem. Euenit tamen aliquãdo ꝙ iudex nõ cõdemnat in actione de dolo, vt rem restituat, vt quia res interierit: & hoc casu iudex condemnat ad rei æstimationem verã, id est ad verum interesse præstandum.

¶ *Si dominus.*] mihi legata fuit proprietas vnius domus: & tibi vsusfructus legatus, si comburam istam domum, vel hæres, non teneor actione de dolo: quia lex Aquilia vtilis competit.

¶ *De eo.*] Vendebã tibi piper, vel alias species, q̃ ponderantur: Titius mihi venditori põdera, & lagas cõmodauit, si falsa fuerant ista pondera: quia nimis magna erant, vel parua, dixit Trebatius, quòd actio de dolo datur contra Titium commodãtem: sed hoc est falsum: quia si tu dicis, quod ego venditor fui deceptus propter magna pondera, potero repetere superfluum per condictionem indebiti: ergo non datur de dolo. Item si fuisti tu emptor deceptus propter parua põdera, habebis actionem ex empto contra venditorem: ergo non datur actio de dolo: tamen alias dictum Trebatij potest in vno casu locum habere: Si dixi tibi, ego vendo tibi merces volo vti istis ponderibus, siue sint vera, siue sint falsa: hoc casu tenetur Titius commodans actione de dolo.

¶ *Si cuius.*] Habebam litem tecum, & dolo cuiusdam alterius factum est, quod pereat instantia illius causæ, idest vt finiatur triennio, & currat triennium, datur mihi actio de dolo ad interesse contra illum dolosum: non tamen restituetur mihi instantia causæ, quia fieret contra illam l. properandum, si extenderetur vltra triennium causa. Vel pone aliter hunc casum, quia dolo tuo, vel alterius, Titij puta, factum est, ut non possimus complere, vel vt non possim exercere causas appellationis intra tempus statutum: habeo actio. de dolo contra te, vel illum tertium Titium, non autem restituetur mihi tempus prædictum, cum transierit in rem iudicatam.

¶ *Si Seruus*] Promisisti mihi seruũ, quem Titius postea occidit, habeo actionẽ de dolo aduersus Titium: nõ autem habebis actionem legis Aquiliæ, cum sis liberatus. Viuia.

a *Comprehenditur.*] est. n. arbitraria, vt Instit. de actio. §. præterea. certè & sine hoc debet curare iudex, vt sup. de offic. præsid. l. illicitas, in princ. Et recolas, ꝙ quidam dicũt hanc primam esse admonitionem, nos sententiã diffinitiuam, vt diximus supra tit. 1 l. si cum, §. in hac.

b *Quanti ea res est.*] trib. modis hoc verbum intellige. Primo, quia impropriè ponit: quia licet veritatem significet, vt inf. de verb. sig. l. inter. tamen hic in litem iuratur, vt j. proxi. §. secundo suppleas, quanti ea res est, s. æstimatam per iusiurandum in litem. Tertio propriè pone, & nil suppleas: & dicas, quod duas habet vias: vnam per quam iuret in litem, vt inf. proxi. §. aliam per quam tantũ interesse petat verũ, & hanc hic elegit, vt infra, de rei vend. l. ꝙ si possessor. Et dic, ꝙ si etiã incontinenti vellet reddere, tamen ad interesse tale debet dãnari, vt s. ti. i. l. aut in id. secus si non per dolum habuisset, vt infra, de leg. 1. l. si fundũ per fideicommissum, 1. respon.

c *Certa quantitas*] imò certa: quia quadrupli, vt sup. titu. 1. l. si cum. §. hæc aũt. Sed respondeo duob. modis. Primo, quia meticulosus habet duas vias: vnã ad quadruplũ: aliam ad interesse, quæ dicitur vtilis in rem per iusiurandũ in litem: & hanc elegit habere agendo vtili in rem. Secundo dic, ꝙ etiã si in quadruplum agatur, tamen est incertum, quia cum simplum sit incertũ, ergo & quadruplum: quia respicit simplum.

d *Taxatione.*] facta à iudice, vt hic: & infra ad exhi. l. 3. §. præterea. non à lege. & sic non ob. j. de rei vend. l. ꝙ restituere, quæ est j. & inf. de in lit. iuran. l. 2. & l. videamus, §. fi. & l. in actione, §. 1. ꝙ enim omissum est à lege, &c. vt de testibus, l. quæsitum.

e *Arbitrium.*] s. de restituenda re, vt sic ea non restituta condẽnetur inquantum iuratur: hoc enim non fit, & secundum hoc dic arbitrium, i. primam sententiam.

f *Defunctus.*] sic, non est ergo locus arbitrio, vel coniecturæ, cum res sit certa, vt hic: & infra, de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita, in fi. sed interesse, s. verum debet damnari, vt subijcit, & j. de cõfes. l. Iulianus. Idem dico, & si alienauit sine dolo, licet quidam contra, & pro me, vt inf. de noxal. quemadmodum. Sed an desinat omnino hæc actio esse arbitraria per interitum rei? Videtur hic, ꝙ sic. Sed cõtra puto, quia si eum occidit, vel dolo alienauit, adhuc iurabitur in litem, & fiet taxatio. Vnde adhuc habet locum arbitrium in his, licet cesset in restituenda re. Sed nonne si condemnetur in communi interesse, etiam si reddat, poterit in litem iurari? Respon. vt inf. de in lit. iur. l. nummis.

g *Si dominus.*] s. hæres, vel ille cui erat proprietas legata, vt Instit. de vsufruc. §. 1. Accur.

h *Quoniam aliæ.*] s. legis Aquiliæ, & vtilis in factum, vt infra ad l. Aquil. l. si proprietarius. Sed certè & de dolo videtur danda, ut infra quib. mod. vsusfr. amit. l. repeti, in fi. quæ est contra. Sol. hic erat iam traditus vsusfructus legatus, ibi non. Vel si ex testamento relictus erat, ageret ex testamento vbi ab intestato agitur de dolo, ut ibi dicit. Vel dic, vbi in re aliena relinquitur, & dominus rei facit dolosè quo minus vsufructuarius habeat, tunc datur de dolo, vt ibi dicit: si autem sui testatoris, vel hæredis, in qua fuit damnum datum ab extraneo ante aditam hæreditatem, actio datur hæredi l. Aquil. quam tenetur cedere fructuario, vt hic, & inf. ad l. Aquil. liber homo, §. fi. & l. seq. & l. huic scripturæ. Vel dic, quòd non est contra, quia hic in destructione, ibi in ædificatione loquitur, pro qua cessat legis Aquiliæ actio.

i *Commodasset.*] venditori, vt hic innuit, & consuetudo habet.

* Vide Innoc. de renunc. c. super hoc, in mag. gl. vide tunc de sepul. ca. rectificari, ad fin.

1 † Fl. sed officio.

2 † Fl. arbitrio.

3 † Fl. decet, rem.

4 † Fl. debeat.

5 † aliàs, commendasset.

6 † Fl. deest, falsa & no. quod in eos, q. falsis põderib. merces appendunt, sit commina. io Dei, vt in Amos, cap 8.

de dolo [a] dabat actionem. Atqui [b] si maiora pondera commodauit, 1† id quod amplius merces datum est, repeti condictione [c] potest. Si minora, vt reliqua merx detur, ex empto agi potest: nisi ea conditione merx venijt, 2† vt istis ponderibus traderetur, [d] cum ille decipiẽdi causa affirmasset, te æqua põdera hẽre. [e]

Ad causam, seu litis instantiam peremptam non datur restitutio: sed per actionem de dolo succurritur contra eum, cuius dolo factũ fuerit. h.d. fortis est §. & legitur duobus modis. Primo in tempore instantiæ primæ causæ: et sic perijt instantia tantum, & non causa. Secundo in tempore instantiæ causæ appellationis: & sic perijt instantia, & causa. Bart.

¶ Si cuius dolo [f] 3† effectum est, vt lis temporibus legitimis transactis pereat, Trebatius ait aduersus eum 4† de dolo dandum iudicium, * non vt arbitrio iudicis res restituatur, sed vt tantum actor consequatur, quanti eius interfuit, 5† id non esse factum: ne aliter obseruantibus lex circumscribatur.

Si speciem debitam tertius interimit, vel fideiussor ante moram, debitor liberatur: & creditori contra interimentum actione de dolo succurritur. h.d cũ l seq. & fortis est. Bart.

¶ Si seruum, quem tu mihi promiseras, alius occiderit, de dolo malo actionem plerique in eum dandam rectè [g] putant: quia tu à me liberatus sis: ideoq; legis Aquiliæ actio tibi denegetur. 6†

Dolus solus fideiussoris non perpetuat obligationem eius: sed parit actionem de dolo. Barto.

Papinianus lib. 37. Quæst.

LEX XX.

SI fideiussor promissũ animal ante moram [h] occiderit, de dolo actionem reddi aduersus eum oportere,

1† alias, commendauit.

2† Fl. venit.

3† Fl. incipit dolo, cuius effectũ sine. ſ.

4† Fl. deest, aduersus eũ.

* Tenetur igitur iste de fraudulẽto cõsilio et cõcord. in ca. rectè, cũ gl. 2. extra, de rapto.

5† Fl. ... fuerit.

6† Fl. denegabitur.

a *De dolo.*] si minora emptori: si maiora venditori: sed male dixit, ideoq; corrigitur statim.

b *Atqui.*] pro, sed certè.

c *Condictione.*] s. furtiua, s̃m nos, & & indebiti, s̃m quosdã. Itẽ habet ex vẽdito, vt ne decipiatur, sicut emptor ex empto, vt subijcit, vt infra, si mens. fal. mod. dix. l. si duobus, §. 1.

d *Traderetur.*] quo casu demũ de dolo agitur, & non alio. Itẽ & in alio quo qui conuenit actione ex eo contractu, non est soluendo, vt s. eo. l. & eleganter, §. si dolo. Et vt plene scias, dic, cũ falsa mẽsura, vel põdere vẽditor metit: aut de hoc scienter cõuenerũt, & tũc ei stare tenebitur: aut nõ, & tunc consuetudo attenditur, vt j. de contrahen. empt. l. In pera torcs quod si alter fuit deceptus, aut emptor à venditore, aut contra. Primo casu tenet venditor, siue sciens fuit, siue ignorans, vt j. de ædil. edic. l. j. §. causa. nisi cõuenit, vt certis mẽsuris staretur: quia tunc si sciens fuit, & emptor ignorans, tenetur: alias non, vt j. de act. emp. l. 1. & de hære. d. vend. l. nam. & l. hoc autẽ. econtra si venditor ab emptore, aut dolo emptoris: & tũc si venditor tradidit dubitando, dicẽs: Si quid superfluũ traderetur, nolo esse tuum: tũc dominium nõ transfertur, & furti tenetur. Si autẽ in totum, putans se teneri, liberè tradidit, dominium transit, & non tenetur furti: sed condictione indebiti, secundum quosdam. Vel dicas, quod nunquam transeat dominium, cum esset in pondere: ideoque sẽper fuit, & condictio furtiua, & rei vendicatio datur, vt infra, de fur. l. si quis vxoris, §. si maiora. Item habet locum actio ex contractu, vt infra de actio. empt. l. si quis à me. Si autem emptor est ignorans, nulla tenetur, nisi vltra dimidiam iusti pretij sit deceptio, vt C. de rescind. vendit. l. 2. Si autem tertius adhibuit falsa pondera, aut conuenerunt illis stare ponderibus, aut non. Si non, venditor ex empto, & emptor ex vendito conuenitur, etiam condictione indebiti, secundum M. & furtiua, si sciens fuerit emptor, vt modo diximus; & hoc est, quod hic dicitur. Si conuenerunt, aut venditor est deceptus, aut emptor: si venditor, cõueniet commodantem contraria, vt infra commod. l. in rebus, §. item qui sciens. Quid tamen si commodator non sit soluendo? dabitur cõtra emptorem scientem in subsidium de dolo. Si emptor, contrariam commodati non habet: quia non fuit ei commodatum, quare agitur de dolo contra commodantem, si sciens fuit, vt in hoc §. alias non. Sed in vase vitioso locato, non distinguitur, sciat, vel ignoret locator, quia semper tenetur, vt infra locati. l. sed addes, §. j. Item no. quod criminaliter potest accusari, qui falsa pondera habet, a & in insulam relegatur, vt infra de extraord. crim. l. annonam, in fi. Accur.

a Istã gl. dicit hic Bal. ualde not. contra tabernarios, qui utunt mẽsuris iniustis.

e *Pondera habere.*] emptore inscio. Accur.

f *Dolo.*] pone me dolo tractum, ut triennium in causa criminali, & biẽniũ in causa ciuili currat, ago de dolo, vt hic, non ut restituatur triennium, sed ad interesse, quia sic l. properandum, circumscribetur, q. est, C. de iud. & alia quæ est, C. vt intra cer. temp. l. 2. Sed cum possim restitui, quare ago de dolo, vt inf. quib. ex cau. maio. l. ait prætor, §. fin. & l. seq. Rñ. hic non ab aduersario, sed ab alio fui tractus: vnde non possum restitui. Item cum actio non sit perdita, imò magis perpetua, quare ago de dolo? Rñ. hic ad cætera damna agi, v. j. eod. l. cũ quis. Secũdo pone casũ in tẽpore appellationis faciendæ, quod est x. dierũ hodie, vel exercendæ, quod est anni, vel biennij, vt in Auth. de ijs, qui ingred. ad appell. § s coll. 5. quod currit per dolum aduersarij: agã de dolo, nõ vt restituar ad tẽpus prædictũ, ne circũueniatur lex, quæ dixit de x. diebus, vt in Auth. de app. §. j. & alia quæ dicit de anno, C. de ijs, qui ingre. ad appell. Neq; potest hic opponi, quod non perierit, cum non steterit per iudicem. Itẽ nec restõ debet per auctoritatem rei iudicatæ. Vel dic ab extraneo, vt superiori casu. Sed quid si nõ est soluendo, qui de dolo conuenitur? Resp. potest dici, vt lis restituat, vt argum. C. de iudic. l. properandum, §. fi. & sup. de eo per quẽ fact. l. fin. in princ.

a *An finem.*] huic confusæ quæstioni non respondet vnde potest responderi, & sic, & non, secundum quod diuersa exempla dari possunt. nam si dicas, tempore minoris ætatis vendidit, factus maior tradidit: non restituitur: arg. infra ad Macedo. l. si filius. §. fin. & l. sequen. si autem ponas quod sub conditione contraxit, & conditio post extiterit, putarē restitui, vt argum. infra de verbor. oblig. l. si filius. Item pone exemplum in lege cōmissoria, vt inf. eo. l. Aemilius.

b *Comprobauerit*] scilicet, expresse, idem tacitè, vt si taceat per quadriennium quando contractus tenuit, vt C. de tempo. in integrum restit. l. fi. vel quinque annis quando non tenuit, vt C. si ma. fac. l. fi.

c *Vnde illud*] posuit supra exemplum in contractu, nūc in quasi contractu. nam in iudicio quasi contrahitur, vt C. de precu. l. 3. §. idem scribit. & aditione hæreditatis, vt instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. hæres.

d *Consultus.*] idest, interrogatus.

e *Dictauerat.*] idest, contra hæredes tutoris proposuerat.

f *Absolutus.*] scilicet esse per sententiam iudicis.

g *Restitutio*] contra sententiam latam pro hærede tutori.

h *Non facile.*] quia nullo modo, vt hic & C. si aduersus rem iudi. l. 1. in fi. nisi in casu quem subijcit. & ei consonat infra ad exhiben. l. si optione. & inf. eodem intra. Sed videtur semper danda, vt inf. eodem. § proxi. Solu. vt ibi. Item opponitur, quod hodie cum actor iste teneatur perficere litem ex cautione quam facit, ut C. de episc. o. & cle. auth. generaliter. videtur restitui debere, vt infra de bon. liber. l. qui cum maior. §. 1.

ADDITIO. Tu dic secundum Bar. hic, quod illud quod dicitur in auth. generaliter, non seruatur de consuetudine vt not. inst. de satisd. §. sed hodie. sed posito, quod seruetur, adhuc non obstat.

i *Sed si ei.*] s. prætori.

k *Probaretur.*] a minore, ut infra de proba. l. quoties, §. qui dolo. & l. seq. in prin. aliàs est in litera probaret.

l *Liberaretur.*] aduersarius, scilicet & supple, restitutio datur, & respondet tacitæ obiectioni dum dicit: neque enim, &c. ut auth. vt ij, qui oblig. perhib. res mi. §. si quis collat 6. & infra soluto matrimonio. l. diuortio. §. non solum.

m *Structum.*] idest, malitiosè ordinatum in minori ætate.

n *Idem tamen*] scilicet Celsus.

o *Si leuior.*] idest leuis. Et not. hic, quod leui præsumptioni non est standum. ut hic, & infra de pœn. l. absentem, in princ. & j. de proba. l. si chirographum. unde non darem sacramentum offerenti talem præsumptionem, licet deficiant aliæ probationes, ut dixi supra quod met. cau. l. non est in prin.

p *Comprobasset.*] exigendo à debitoribus. Acc.

q *Initio inspecto.*] imò videtur quod non sit restituendus, vt supra proxi. §. & infra eodem. l. si filius. & C. quod metus causa. l. 2. & C. si mi. se ma. di. l. fi. & infra de libe. caus. l. liberis. §. si quis minor. in fin. & infra de leg. commiss. l. post diē. quæ omnes sunt contra. Solut. hic exegit, non tam approbando prius factū, quam ex consequentia eius in captione remanendo, secundū Irn vt C. ad Vellean. l. si mulier: quodam enim modo exigere tenetur, ex quo adiuit. propterea superiori §. proxim. petit restitui de eo tñ, quod in maiori ætate factū est, scilicet aduersus sententiam, hic autem aduersus aditionem, quæ fuit facta in minori ætate, & imperfecta, quod potest. Et facit inf. de libe. cau. l. liberis. §. si quis minor. in prin. § item noc. hic de initio, vt supra de nego. gest. l. Pomponius. lib. 26. in negotijs.

r *Minore.*] hic versus mater aliter ponitur ex verbis prætoris, quę sunt sup. eo. l. 1. §. 1.

s *Videndum est*] nūc incipit Vlpia. Accursius.

t *Captus.*] vsque ad eam horam.

u *Et cum nondum.*] tunc respondet. Accursius.

x *Momentum.*] quidam iura dicunt inspici tempus de momento ad momentū vt hic, & in præscrip. 30. annor. vt infra de act. & oblig. l. in omnibus. Quidam dicunt sufficere tetigisse vltimum diem, & habetur pro completo, ut in testamentis, vt infra de testam. l. quæ ætate. & in manumissionibus, vt infra de manu. l. 1. & in legato relicto post tempus, ut infra de condi. & demon. l. non putabam. & inf. de verb. sign. l. anniculus, & in vsu ap. vt infra de vsucap. l. in vsucapionibus. & de diuer. & tempo. præscrip. l. in vsucapione. in prin. Quidam autem dicunt sufficere tetigisse de vltimo an. vt ad honores & munera, vt infra de mune. & ho. l. ad rem. Item in restituendo filijs hæreditatem, vt infra ad Treb. l. qui filium. § Sabi. quæ iura sibi adinuicem contraria videntur. Sed non sunt: quia quod de anno incepto dicitur, fauore reipu. est, vt sint ibi legitimi plures, qui possint eligi, & sic specialissimum. & eodem modo in hæreditate filijs restituenda, quæ quasi debita est eis, vt C. de codi. l. fi. Item quod de die cępto pro completo habendo dicitur, semper inuenitur fauor prorogari, vt hic per hoc in omnib. casib. inductis ad hoc. Item quod de momento ad momentum inspiciatur, fauor similiter ætatis est: cui ætati est fauendum, vt C. de actio. emp. l. curabit. at cum præscriptio sit odiosa, restringitur, ut ibi, & alio respectu inspicitur de momento ad momentum: nā odia sunt restringenda, & fauores ampliandi, vt inf. de lib. & posthu. l. cum quidam.

y *Bissexto.*] No. quod vnusquisque annus habet 365. dies vt infra de sta. li. l. cū hæres. §. Stichus. & inf. ad l. Aqui. ita vulneratus, & sex horas plus secundum philosophos, vt

inuenitur

1 † *Flor. ut est & constitutum.*

2 † *Aliàs, Fuluio.*

* *Dillinetur iudicium est intendere actionem, ut in l. si seruus ff. de noxa. actio. Item est æstimem dictare, quo vtitur Vlpian. inf. non dissinguemus. inf. de receptis arbitris, idem dicitur, & impingere dicā.*

3 † *Alij dissiuto. alij. ut fuso.*

4 † *Aliàs totum obstructum. Goueanus autem lib. 2. ca. 3 lectio. legit. sed totum hoc structum.*

* *ad intell. huius tex. vid. Hub. Zucha. in Rubri. C. q. vod. admin. num. 83.*

5 † *Vna lectio habet id quod & minori Flo. autē quod minori sibi placuit.*

6 † *Flo. Minorē ann. 25. annis natu, videndū, an et diem natalis sui adhuc dicimus ante horam qua quidam legēdum putant, dic, sed Flor. & manusc. habent diem.*

7 † *Aliàs, si captus sit, cū nondum cōpleuerit: restituatur. & ita &c.*

ſinnuitur. infra de verb. ſignif. l. cum biſſextus. circa fi. quæ ſex horæ collectæ quatuor annis faciunt 24. horas: & ſic vnum diem naturalem, qui attribuitur Februario: cui Auguſtus vnum, & Iulius Cæſar alium abſtulit. & ſic habet 28. dies: cum quilibet habeat 30. & in fi. eius reſtituitur ſibi ſecundum legem & ſic in uno de quatuor annis inuenitur habere 29. dies: & tũc eſt biſſextus: vt infra de verb. ſignif. l. cum biſſextus. in fin. Sed Romana eccleſia. 6. cal. Martij attribuit illum diẽ: ꝙ eſt in die S. Mathiæ Apoſtoli. Et bis dicitur ſexto calendas, vt hic ſubijcit euidenter: ideoque poteſt dici biſſextus, quia bis ſic dicitur.

(ſiue priore, ſiue poſteriore die) Celſus ſcribit. 1 † nihil referre. nam id biduũ pro vno die habet, & poſterior dies calendarum intercalatur. a *

Fortis eſt §. Minor etiam filiusfa. aduerſus obligationem reſtituitur, etiam ſi iuſſu patris contraxerit præterquam in mutuo: & beneficium filij minoris ad patrem non porrigitur. h. d. Primo ponit q. & eius dubitationem. Secundo reſpondet, quando filius contraxit abſque patre, nec habebat peculium. Tertio, quando contraxit iuſſu patris. Quarto quando contraxit abſque iuſſu patris, ſed habebat peculium. Quinto quando habebat dotem: et ſuper dote contraxit. Secũda ibi, Ego autem. Tertia ibi, Proinde ſi iuſſu. Quarta ibi, Proinde & ſi ſine. Quinta ibi, Ergo. Bar.

¶ Sed vtrum ſolis patribusf. b an etiam filijsfa. c ſuccurri debeat, videndum. Mouet dubitationem, quod ſi quis dixerit ẽt filijsfa. in re peculiari d ſubueniendum, efficiet vt per eos ẽt maioribus ſubueniatur, id eſt patribus eorum, quod nequaquam fuit prætoris 2 † propoſitum: prætor n. minorib. auxilium promiſit, non maioribus. e Ego autem veriſſimam arbitror ſententiam exiſtimãtium, filiumfa. minorem 25. 3 † annis, in integrum reſtitui poſſe ex his ſolum 4 † cauſis, quæ ipſius interſunt: 5 † puta ſi ſit obligatus. f Proinde ſi iuſſu patris obligatus ſit, pater vtique poterit inſolidum conueniri: filius autem, cum & ipſe poſſit uel in poteſtate manens 6 † vel ẽt emancipatus, vel exhæredat⁹, in id quod facere poteſt: g & quidem in poteſtate manens etiam inuito h patre ex condemnatione conueniri: auxilium impetrare debebit, ſi ipſe conueniatur. K * Sed an hoc auxiliũ l patri quoque proſit vt ſolet interdum m fideiuſſori eius n prodeſſe, videamus. Et non puto. o 7 † Si igitur filius conueniatur, poſtulat 8 † auxiliũ: ſi patrẽ cõueniat creditor, auxiliũ ceſſat: excepta p mutui datione. in hac 9 † enim ſi filius 10 † iuſſu patris mutuã pecuniam acceperit, non iuuat q Proinde & ſi ſine iuſſu patris contraxit, & captus eſt, ſi quidem pater de peculio conueniatur, filius non erit reſtituendus: r ſi filius conueniatur, poterit reſtitui. s Nec eo moue-

a *Intercalatur.*] id eſt de medio tollitur, vt pro die non computetur ſecundum Io.

b *Sed verum ſolis patribus famil.*] minoribus tamẽ.

c *Filijsfamil.*] minoribus.

d *Peculiari.*] profectitij peculij in caſtrẽſi, vel quaſi indiſtinctè reſtituitur, vt inf. eo. §. Põponius. in fi.

e *Maioribus.*] per hoc edictũ, ſed per aliud, ſic: vt infra ex quib. cau. ma. l. 1.

f *Obligatus.*] quod eſt ex omni cauſa. & ſine iuſſu patris, præterquam in Mac. vt inf. ad Mac. l. 1. & in voto: vt inf. de pol. l. ſi quis rem. § voto: in illis ergo non reſtituitur: vt inf. eo. l. in cauſæ. in prin. Sed oppo. ſu. quod met. cau. l. metum. §. ſed quod prætor ait.

ADDITIO. Pro ſolu. huius contrarij dic ſecundum Bar. hic, ꝙ aliud eſt in illa reſtitutione quæ datur iure actionis. aliud in iſta, quæ datur officio iudicis.

g *Poteſt.*] ſed ſuperiori inſolidum qñ in poteſtate erat: vt C. ꝙ cũ eo l. eius & l. ſi ex alio. & inf. de pecul. l. ſi quis cũ.

h *Patre.*] hoc olim, ſed hodie ſemper debet habere conſenſum patris: vt C. de Io qua lib. l. fi. §. neceſſitatem. quæ eſt contra. Vel dic verius, quod hic eſt ſpecialis caſus quando ex condemnatione conuenitur actione in factum, vt l. i. ratio eſt, quia in prima cauſa conſenſit. Alij dicunt, quod lex illa loquitur in ſpeciali caſu, quando pater nõ admittit hæreditatem filio delatam: quo caſu cogitur filio contentare in ſignum repudiationis.

i *Conueniri.*] ſed exactio differtur: vt aliàs inf. ad l. Aquil. l. in lege. & no. inf. ſol. matr. l. ſi filio.

k *Conueniatur.*] ſcilicet filius. ſed cum faciat iuſſu patris videtur ꝙ non reſtituatur, vt inf. eo. l. cum mandato: quæ eſt contra. & reſpon. & § ſi. Sol. ſm Hoſt. ibi filius agebat. hic conuenitur. Vel dic ſm Io. ꝙ ibi dicit, non reſtituatur, ſcilicet: pater: ſed filius ſic; vt hic cõuenitur. Vel tertio ſm Azo. ibi taxauit pater certam formam quam ſeruauit fili⁹, hic non taxauit, vel taxatam nõ ſeruauit: vnde reſtituitur.

l *Sed an hoc auxilium.*] ſimplex eſt hæc relatio. nam idem in ſpecie non dicitur vtrique dari, ſed cuilibet ſuum ſi daretur, nam ſic eſt in fideiuſſore, cum ſit perſonale beneficium: vt infra de excep. l. exceptiones. §. rei.

m *Interdum.*] veluti cũ minor eſt deceptus aduerſarij calliditate: vt C. de fideiuſ. mi. l. 2. in fi. & ſua reſtitutione iuuatur fideiuſſor non minoris, vt infra de excep. l. exceptiones. §. rei. qua etiam reſtitutione poteſt vti ſine minore: vt inf. de contrahẽ. l. ſi poſt mortem. §. fi. & hoc ſi dolus dat cauſam contractui. al às cum poſſet agere eo contractu, dicũt quidam non reſtitui. Alij contra: vt inf. eo. l. in cauſæ. 2. in prin. Si autẽ ſui facilitate, non iuuatur fideiuſſor vel mandator: vt inf. eod. l. in cauſę. in prin. niſi aduerſario in alium ſit regreſſus: vt in duobus caſibus ſupra de procu. l. minor. & infra de adm. tu. l. 2.

n *Eius*] ſ. minoris.

o *Patr.*] licet enim pater quãdoque fideiuſſori aſſimuletur: vt infra de verb. oblig. l. cum filius. in princ. hic tamẽ nõ. Item fideiuſſor habet regreſſum contra reũ: pater nõ. Sed cur ſubueniẽt patri ob filij ſententiam, vt inf. de acqui. hære. l. cum qui. à. in prin. & nõ ratione ætatis, vt hic? Reſpond. plus facit ſententia quam ætas: vt patet in d. eo l. auxilium. in prin. & inf. ex quib. cau. ma. l. ſi qua. Vel ſm aliã literã non eſt contra: quæ dicit ibi patrem abfuiſſe. Item quo poteſt eſſe ꝙ filius qui eſt principalis, eximatur per reſtitutionem: quin & fideiuſſor & pater incontinenti liberentur: vt inf. de re iud. l. cũ principalis? Ad ho. quidam diſtinguunt, vt ſi totũ contractum petat minor, reſcindi poſſit acceſſorijs: aliàs non. quod non placet. Dic ergo, quod non poteſt totum contractum tollere, nec etiam obligationem tuam ipſo iure, ſ. d. exceptionem inducit reſtitutio, vt infra de except. l. exceptiones. & patet C. de fideiuſ. mi. l. 1.

p *Excepta*] Non ad proximum, ſi patrem, &c. ſed ad ſuperius dictum refertur ſi igitur &c. & eſt ratio, quia fauet lex bene agenti creditori, inter alios malè agentes, ſm Azo. vel ſpecialem in pecunia, vt infra ſi certum petatur, l. ſingularia. Vel dic, in eig. auxilio, quia ſolum miniſterium præbuit ut nuncius, ut C. quod cum eo. l. ſi ex contractu.

q *Non iuuatur*] per reſtitutionem.

r *Non erit reſtituendus*] Si autem pater nomine filij, vt defenſor, vel procurator filij conuenitur, vel legitimus adminiſtrator petit reſtitutionem, non ut filij, ſed ut filio fit, & ſic loquitur inf. eo. l. patri: 1. reſpon. quæ eſt contra. item in mortuo filio, ut § Pomponius. infra.

s *Poterit reſtitui.*] ex quo hic filiusfa. reſtituitur, nunquid eſt verum ſiue principaliter ſit obligatus, ſiue ex cauſa fideiuſſionis? Reſpond. Pla. vbi principaliter. ho. locum habet. alias non vt C. de filiofa. vel l. 1. Sed tu dic contra, & quod in d. l. dicitur, ideo eſt, quia ſucceſſerat ei pro quo interceſſerat, quare pro hæreditaria part. tenetur, ut infra de ſol. l. Stichum. §. aditio. & C. de neg. geſt. l. ſi ab eo. &

cadunt

1 † Florent. ſcripſit.

* Ad loci huius intelligentiã vide Bud. hic. hallucinatur enim Accur. Vi. Macrob. li. 1. Saturn. c. 14. Sueto. in Iulio Cęſare. cap. 40. Diodem. li. 43. Ammia. Marcel. lib. 26. Tud. & Alciat. ad l. cum biſſextum. de ver. ſign.

a Bald. dicit iſtã glo. ſingul. ad hoc, ꝙ conſenſus præſtitus, per patrẽ filio agenti in cauſa principali durat etiam in cauſa executionis: nec amplius requiritur nouus cõſenſus. idem voluit Bart. & Bal. in l. ſi §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. l. olo.

2 † Prætor. Flo.

3 † Flo. deeſt 25.

4 † Flo. ſolis.

5 † Flo. inter ſunt.

6 † Flo manens conueniri, vel &c.

* Quod igitur dicitur l. cum mandata infra eo. non habere beneficium reſtitutionis, accipe niſi ipſe conueniatur, ita vt in euentu damnum paſſurus ſit.

7 † Tuti præſuturum

8 † Poſtulet.

9 † Flo. hanc.

10 † Flo deeſt filius.

cadunt hic in dubitationem, vbi principaliter accepit alienam obligationem. alias si par stipulando, vel fideiubendo tunc succedendo principali extinguitur accessoria, vt infra de fideiuss. l. generaliter. Item cum ex causa fideiussionis, nunquid refert pro patre vel extraneo intercessit? Respon. Pla. quòd sic, vt secundo casu non succurratur si sit hæres. primo si emisit ex non modica causa sit hæres. Nos non distinguimus. nam & si pro parte etiam modica successerit, pro ea parte non restituetur, vt C. de filiosfam. mi. l. si. Nec ob. quod legitur inf. quod cum eo. l. a. 3. & 4. quia ibi non conueniebatur, vt patris heres. imò, suo nomine, quod hic non est. Porro etiam antequam existit hæres patris, vel extraneo, restituitur, etiam si soluendo sit ille pro quo intercessit: quia interest minoris potius non soluere, quam in futurum repetere, vt infra de compen. l. in eo. licet Pla. dixerit contra. argu. in eo. l. cum mandato. §. si ex euentu. & §. si autem ipse. Sed non ob. quia ibi principaliter in vno casu contraxit minor iure maioris: vnde ne subueniat maiori per minorem, in subsidium est subuentum minori, i. si non sit soluendo dominus cuius fuit procurator: hic autem minor secundario intercessit. vnde quia hoc ipso deceptus est, restituitur. Item in altero casu non contraxit minor, sed procurator eius: vnde ipse in subsidium restituitur.

mur, a quasi intersit filii peculium habere Magis b etenim 1 † patris quam filii interest: licet aliquo casu peculium ad filium spectet: vt puta si patris eius bona à fisco propter debitum pecuniarium 2 † occupata sunt: 3 † nam peculium eius * ex constitutione diui 4 † Claudij separatur. c ¶ Ergo d etiam filiamfa. in dote captam, dum patri consentit dotem stipulanti, non statim e quam dedit, vel adhibenti aliquem, qui dotem stipularetur, puto restituendam: quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est. f

Aduersus arrogationem minor restituitur. Bart.

Si quis minor * xxv. annis arrogandum se dederit, & in ipsa arrogatione se circumuentum dicat, (finge enim à prædone eum hominem locupletem arrogatum) dico debere eum audiri, in integrum se restituentem. g 5 †

Aduersus liberationem legati conditionalis, vel cohærentis personæ, filiusfamilias minor restituitur. Bartolus.

Si quid minori filiofamilias legatum fuerit post mortem patris, h vel fideicommissum relictum, & captus est forte dum consensit 6 † patri paciscenti, i ne legatum peteretur, potest dici in integrum restituendum: quoniam ipsius interest propter spem legati, quod ei post mortem patris competit. Sed & si ei legatum sit aliquid, quod personæ eius cohæret, puta ius militiæ: K dicendum est, posse eum restitui in integrū: interfuit enim eius non capi, cum hanc patri non acquireret, sed ipse haberet. l

a *Monemur.*] quasi intersit. vt si dicam dari restitutionem patri qui de bursa peculiari est soluturus, vt ponitur). de ap. l. ex consen. su. §. filium. dic vt ibi.

b *Magis.*] comparatiue ponitur: quia & filij interest, vt). de dam. infec. l. si filius.

c *Separatur.*) vt saluum habeat filius. Sed an hoc casu inspecto dabitur patri? Resp. non, vt hic, & quia acus. ...ij causa &c. vt). qui & à quib. ma. li. l. Iul. & quia casum aduersamque &c. vt hic, & infra de verb. obl. l. inter stipulantem. §. homo liber.

d *Ergo*] quia omnis minor restituendus est, ergo, &c.

e *Non statim.*] potest enim statim stipulationi pacisci, quod velit, etiam tunc consensu filiæ, sed postea non, vt C. de rei vxo. ac. §. accedit. & §. & hoc. & de iure dotium. l. cum à socero, inf. de pact. do. l. cum dos & infra sol. mat. l. quoties. Sed duplici ratione non videtur deceptus: prima, quia & si non consentisset, tamen pater ageret, etiam ex contradicente: nisi causam iustam haberet contradicendi, vt inf. sol. mat. l. si cum dotem. Sed dic, quòd hic habuit iustam causam: quia turpis erat persona patris, & suspecta, vt inf. sol. mat. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. secunda econtra. quia & post consensum non potest agere nisi ex voluntate filiæ, vt). sol. mat. l. post dotem. quæ est contra. Sed dic, quod ibi fuit stipulatus ad voluntatem filiæ, si ei tunc placuerit, hic ex voluntate præsenti. Vel dic, ibi, filiæ voluntatem, non determinat illud, stipulatus est, sed illud quod sequitur, diuortio, &c. Item contra quem restituitur hæc filia hic? Respondeo, non contra patrem, vt C. qui & aduersus quos. l. si. sed contra maritum, vt in obligationem se reponat, & soluat, si dies reddendæ dotis venit, vt infra de condi. cau. da. l. si quis acceptо. & maritus restituetur contra patrem, vt C. de repud. l. j.

f *Patrimonium est.*] ex hoc verbo duas soluunt quidam quæstiones. Vnam, an sit mulier domina rei dotalis: argumen. est hic, quòd sic, & C. de iure dotium l. in rebus. Tu dic contra, immo maritus, vt institut. qui. ali. lic. in principio. Secundam, an mulier possit in dote institui à patre? videtur quòd non, cum sit sua, vt hic, & quia in bonis patris non est, vt infra ad legem Falcidiam l. pater, in fine §. respon. & tanquam æs alienum patris habeatur, vt inf. de col. do. l. fin. & quia pater habet necesse filiæ restituere, vt C. de rei vx. actio. auth. sed quamuis. & quia non potest exigere sine filiæ voluntate, vt infra de solu. l. qui hominem. § si gener. & de leg. 2. l. Titia j. §. qui in vita, & de colla. bon. l. filium. Sed tamen dico, quod sic: primo, quia in quartam imputatur, vt C. de inoffi. testamen. l. quoniam nouella. secundo, quia confert ex testamento, & ab intestato, vt C. de col. authen. ex testamento, & quod hic dicit, quòd est eius patrimonium, secundi, quasi vt inf. de relig. l. in eum, & de pact. dot. l. cum dos. Nec ob. quod dicitur eam debere habere præcipuam si sit exhæredata, vt C. de rei vxo. actio. §. videamus: quia & quartam debet habere alias, & tamen in ea potest institui, imò debet, vt in auth. vt cum de ap. cog. § aliud. cum cautela tamen instituat casu filiam in duodecim imperialibus vna cum dote, vt secundum omnium opiniones valeat testamentum. in matre videtur secus, cum donasse videatur.

g *Restituentem*] idest, restitui desiderantem: vt hic, & supra de ado. l. & si pures, argumentum contra infra eod. l. si ex causa. §. Pomponius, sed ibi de maxima mutatione dicit, vt quia secus esset iniq. sed dicit Azo: videtur quod hic dicitur, locum non habere: quia istud contingebat tempore illarum legum, quando bona filij arrogati transibant in potestatem patris arrogatoris, sed hodie secus, vt institu. de acquisitio. per arro. in prima col. & C. de adoptio. l. penult. & sic videtur quod non habeat iste necesse petere restitutionem, cum hodie non transeant. Respondeo immo necesse habet petere: quia forte male administrauit, & propter suos malos mores etiam quo ad vsumfructum: vt ex præallegatis titulis patet.

h *Post mortem patris*] scilicet filio dandum, sed quid si in vita patris? Respond. hodie idem, cum aduentitia quærantur filio, vt C. de bonis quæ libe. l. cum oportet. & C. de bo. ma. l. j.

i *Paciscenti*] Hoc pactum valet, sed repudiatio non tenet, vt infra de leg. 2. l. si ita sit scriptum. §. si sub conditione.). de acq. hære. l. is qui & diuis. & de pac. l. hæredi §. filia arg. contra hui. §. est C. de vlul. l. j in fi.

K *Ius militiæ*] idest aliquis redditus ex quo vnus poterat etiam militare, & pater renunciauit filio consentiente, vt superiori casu.

l *Sed ipse haberet.*] enim habetur enim vt peculium castrense. Quid si seruo militia relinquatur? Respon ipsi non datur, cum seruus militare non possit, vt C. qui mili. non poss. l. super seruis & in auth. omnis quæ de dig. §. 2. sed æstimatio sic, si cum seruum sciuit testator, alias non, vt). de lega. 1. l. fideicommissa. §. si seruo alieno. Si autem propter corporis vitium militare non potest, tunc æstimatio debetur, vt). de leg. 2. l. filiusfamilias. § si quid.

1 † Flo. inimo.

2 † Flo. deest, pecuniarum.

3 † Flo. et.

* Bal. in l. pe. C. qui bon. ce. poss. exclamat hunc tex. mirabilē et sing. eodē Bald. in l. ... 11 col. C. de exec. rei iud. & Io. de Imo. in l. si finita. l. si de vectigalibus. in 2. colum. infra de dam. infec. de quo text. vide hic in interpre. Bal.

4 † Flo. deest, diui.

* Bal. sumit hic ar. ex textu quod si quis minor se & sua monasterio tradidit causare, & per hoc lesionem interuenire, pōt restitui & quo prescriben in auth. ingr. sin. de sacros. eccl. cum sim. & facit infra eo l. ... prætor in prin. & in causa præsentia. de pichat.

5 † In Vill. ... exemplari legi. ... restituente volentem.

6 † Fl consenserit.

a *Institutus.*] idest sub hac conditione, si à patre, &c.
b *Cum posset.*] certiorare.
c *Emancipasset.*] secus forte si non fuit emancipatus, vt j. qui ius ex causis maio. l. antepen.
d *Tempo.*] duo sunt hic casus. Primus secundum quosdam loquitur, qui ex persona filij pater de peculio tenetur, quo casu & filius pro se & pro patre, & pater eo mortuo restitutionem petit, vt hic. secus si pater teneatur insolidum, vt quia iussit, vt j. eo. l. sed vtrum. ibi, perinde iussisset. Secundus casus de peculio castrensi dicit. Alij dicunt quod primus casus est de quasi castrensi: secundus de castrensi. necnon in alio profectitio, & aduentitio intelligi pôt, vt dicit, cum isti mortuo filio nullæ remaneant obligationes, pro quibus sit restituendus, vt j. de fideiuss. l. qui §. sed certe, & idem est in castrensi, vel quasi peculio, vt nullę remaneant obligationes mortuo filio intestato, vt j. de fideiuss. l. si seruus cõis. Tu ergo dic, quod in primo casu loquitur de profectitio, & aduentitio, in secundo de castrensi & quasi: in quibus omnibus mortuo filio intestato quasi pater heres olim, hodie, vt verus hæres habet restitutionem, vt sup. de in integrum resti. non solum. & inf. eo. l. minor. §. fi.
e *Quasi hæredem.*] olim. n. non habebat hęredẽ ẽt ex castrensi peculio, nisi ex testamento in castrensi, vt j. de cast. pecu. l. 2 hodie sic, vt in auth. de hære. ab intest. § j.
f *Captus.*] s. filius: imo pater post mortem filij.
g *Minori.*] adulto sci.
h *Commiserit.*] peculium, vel aliquem alium tractum faciendum, vt inf. eo. l. cum mandato.
i *Per impuberem.*] alias per impuberes, & alias per impuberem.
K *Contraxerit.*] s. dñs.
l *Dicendum.*] quantũ ad hoc extraordinariũ auxiliũ pro impubere nõ cessat cõe auxilium, vt j. de pecu. l. j. §. si cũ impubere.
m *Et enim voluntate.*] & ideo indignus restitutione, vt inf. eod. l. cum mandato.

1 † *Sic.*
2 † *Qui tamen emancipasset, si cogno uisset, &c.*
3 † *Fi. si quis.*

Aduersus negligentiam in non denunciando adhibitam, minor restituitur. Bartolus.

¶Et si hæres sic 1 † institutus,[a] si a patre in diebus centum emancipatus sit, moxque patrem debuerit certiorare, nec fecerit, cum posset,[b] qui cum emancipasset, 2 †[c] si cognouisset, dicẽdum erit posse eum in integrum restitui, parato patre eum emancipare.

Pater vt successor filij, item ipse filius minor in castrensi peculio restituitur. h. d. secundum tertiam positionem casus, quæ est vera. & vide quod not. in l. pater qui castrẽse. in prin. ff. de cast. pecu. vbi iste §. & huius materia examinatur plenissime. Barto.

¶Pomponius[d] adijcit, ex his causis, ex quibus in re peculiari filijsfamilias restituũtur, posse & patrem, quasi hæredem[e] nomine filij, & post obitum eius impetrare cognitionem. Sin autem 3 † filiusfamilias sit, qui castrense peculium habeat, proculdubio ex iis, quæ ad castrense peculium spectãt, in integrum restituendus erit, quasi in proprio patrimonio captus.[f]

Seruus ratione minoris ætatis non restituitur in ijs quę ad dominum spectant: secus si spectarent ad ipsum seruum, vt si libertatem respicerent. Bar.

¶Seruus autem minor 25. annis, nullo modo restitui poterit: quoniam domini persona spectatur, qui sibi debebit imputare, cur minori[g] rem commiserit.[h] Quare & si per impuberem[i] contraxerit,[K] idem erit dicendum,[l] vt & Marcellus lib. 2. Digestorum scribit. Et si forte libera peculij administratio minori seruo sit commissa, 4 † maior dominus ex hac causa non restituetur.

Africanus lib. 7. Quæstio.

LEX IIII.

Etenim quodcunque seruus ita gerit, voluntate[m] domini gerere intelligendus est. Et magis hoc apparebit, si aut de institoria actione[n] quæratur, aut si proponatur maiorem vigintiquinque annis negotium aliquod gerendum minori[o] mandasse, & illum in ea re deceptum esse.

Vlpianus lib. 11. ad edictũ.

LEX V.

Si tamen is seruus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur, præsens, & fuit captus, cum 5 † in rem ei mora fit,[p] poterit dici prætorem ei succurrere[q] oportere.

Licet quis non lædatur in commodo pecuniario, sed vexetur litibus, potest restitui. Bart.

Idem lib. 11. 6 † ad edictum.

LEX VI.

Minoribus * 25. annis subuenitur per in integrum restitutionem, non solum cum de bonis eorum aliquid minuitur, sed etiam cum interfit ipsorum, litibus,[r] & sumptibus non vexari.

Hucusque iurisconsultus exposuit verbum, naturale, nunc exponit alia verba, scilicet gesta esse dicuntur, & breuiter hoc intendit: Verbum gestum, continet omnem contractum, vel quasi contractũ. Item solutionis exceptionem aduersus quam minor restituitur: nisi iudice præcipiente facta fuerit, hoc dicit vsque ad § non solum. Bartolus.

n *Actione.*] vt j. de insti. act. l. sed & si quis. in fi.
o *Minori.*] libero vel seruo.

Si tamen.] CASVS. Seruo minori fuit relicta fideicommissaria libertas, deceptus fuit in mora petendi libertatem: nunquid ei subuenietur? Et dicitur quod sic. Viuianus.

p *In rem ei mora fit.*] etiam sine interpellatione, vt j. de fur. mora. in princ. quæ in libertatibus fit, vt hic. Item in persona minorum in bonæfidei iudicijs, & legatis, & fideicommissis, vt C. in quib. cau. in integrum resti. non est neces. l. in minorum.
q *Succurrere.*] quia intelligitur liber mora facta, vt C. de fideicõ. lib. l. cum libertatem. qd est verum, sed nõ per restitutionem. dic ergo, quod si iterim fuit institutus sub conditione dandi, quã non impleuit, credens se non liberum per moram hæredis, vt domino non quæreret, restituitur, vt impleat conditionem. & idem in legato. nam & in lucro succurritur, vt inf. eo. l. ait prætor. §. hodie. nam & medio tempore quæsita post moram debent sibi dari, vt inf. de leg. 2. l. si quis seruo. libertatem autem ipso iure habet, vel tradit matri ad manumittendum, cum fuit facta mora matri non ex interpellatione, vt infra de fideicom. lib. l. cum verò. §. apparet. & §. certe. sed nonne eo casu quo traditur matri, potest restitui, vt pro ingenuo habeatur? dic sic.

Minoribus.] CASVS. Minor annis institutus adiuit hære. quæ erat ei damnosa, potest quidem restitui: quia & si lucrosa esset, restitui posset minor, si esset implicita molestijs. Viuian.
r *Litibus.*] vt in locuplete hæreditate, a quam repudiare vult: ideo quia multis molestijs erat implicita, vt j. de arb. l. cum l. & j. ad Treb. l. quia poterat. Eadem ergo ratione non restituitur contra trãsactionem, licet multò magis erat in debitor: quia etiam verũ debitum sine molestia consequi non potest.

4 † *Fi. cõcesse.*
5 † *Fi. cum ei mora ei fit. alias quoniam re.*
6 † *Lib. x.*
* *Adde secũdũ Bal. idem dicendũ in ecclesia se venient ad not. per Arc. in c. episcopus. 12. q. 2.*
a Vide Archi. 12. q. 3. c. si. vbi quærit qd de ecclesia. vide eũdẽ 30 q. i. ca. puellas.

Ait praetor.] CASVS. Dictum est supra eodem. l. j. §. praetor, quod cum minoribus gestum erit &c. Nunc autem iuriscon. vult exponere verbum illud, gestum, & dicit, quod generaliter accipitur hoc verbum, gestum: nam & si uendat uel emat, uel aliter contrahat, & deceptus sit, restituetur minor.

¶Sed & si.] Alicui minori soluta fuit pecunia a debitore suo, vel patris sui: hanc pecuniam iste minor perdidit, subuenitur isti minori, vt actio in debitorem restituatur: quia cum eo gestum uidetur: vnde consulitur debitori, vt istis tribus modis soluat ipsi minori, scilicet cum curatoris authoritate: & si minor iste non habet curatorem, compellitur accipere curatorem, vt in ver. illo, permittitur, &c. Item deponere potest pecuniam iste debitor in aede sacra. Item alio modo: quia pone quod iudex praecipit debitori quod soluat, & iste debitor hoc soluat, certe hoc casu minori non restituitur.

¶ Non solum.] Dictum est statim in prin. huius l. §. sed & si. quod in solutionibus restituatur maiores, siue subueniatur minorib. Sed pone quod minor fideiubeat pro alio, succurritur isti minori? quidam tamen distinguere uoluerunt, aut iudex approbauit, & tunc non restituatur: aut aduersarius, & tunc restituatur: & sic altero casu restituetur, & altero non. sed illi male dixerunt: quia semper restituitur.

¶Sed & in iudicijs.] Cum minor essem, promisi tibi sub poena, ne te conuenirem, postea te conueni: in poenam incidi, restitui potero.

¶Sed & si.] Minor haereditatem damnosam adiuit: potest restitui: idem in bono. poss. uel alia successione.

¶Non solum.] Paternam haereditatem cum minor essem adiui, potero quidem restitui. Sed pone quod seruus cum libertate fuit a domino institutus, & iste seruus haereditatem adiuit, & multa post mortem domini acquisiuit, modo conuenitur a creditoribus: non potest restitui, cum sit minor, ut bona alia, quae acquisiuit separentur: dicitur hic quod talis seruus restitutus eo modo est, ut bona sua, quae acquisiuit, separentur: non ut desinat esse haeres. in sindicatur, quod quicunque sit ille qui restituitur, debet omnia reddere, quae habuit ex illa haereditate, non autem tenetur reddere quae perierunt aetatis infirmitate.

¶ Hodie.] Dicitur quod subuenitur minoribus in lucro amisso, vt ecce minor legatum tibi relictum repudiauit, vel cum testator optimum seruorum suorum ei legasset, deteriorem elegit, vel cum promisisset aliquid alternatiue meliorem dedit: semper enim istis casibus restituitur. cum lucrum amisserit, in lucro semper restituitur, ut dixi. Viuianus.

a ¶Gestum.] haec dictio extenditur hic vltra suam significationem, vt hic subijcit, & infra de verb. sig. l. Labeo.*

b Quid aliud.] nunquid ergo in spiritualibus, ut si renunciauit beneficio ecclesiastico, videtur quod non: quia in illis vt maior admittitur, & agit & conuenitur, etiam si sit minor. Item ideo, quia magis videtur exoneratus, quam damnum passus. Item contra infra eod. l. uerum, §. ex facto. in fi. §. Sol. ut ibi.

c Conueniat debitorem.] extra iudicium, vel in iudicio de facto: nam de iure nullo modo potest, ut C. de author. prae. clarum.

d Debet.] s. minor vt C. qui pet. tu. vel cur. l. admonendi. & C. si aduer. so. l. 1. hodie tn iudiciali side interueniente, ut

1 † Fl. parente. si in casu deficit.

2 † Flo. accipitur qualiter qualiter cumque siue contractus.

3 † Flor. docti. &c.

4 † Fl. curato ru.

* Pro huius verbi significatione Varr. li. 5 de ling. lat.

Idem libro. 11. ad edictum.

LEX VII.

AIt praetor. (Quod 1 † cum minore 25. annorum natu) gestum [a] esse dicetur. Gestum sic accipitur 2 † qualiterqualiter, siue contractum sit, siue quid aliud [b] contigerit. Proinde, & 3 † si emit aliquid, si vendidit, si societatem coijt, si mutuam pecuniam accepit, & captus est, ei succurretur.

¶Sed & si ei pecunia a debitore paterno, vel proprio soluta sit, & hanc perdidit, dicendum est ei subueniri, quasi gestum sit cum eo. Et ideo si minor conueniat debitorem, [c] adhibere debet [d] curatorem, 4 † vt ei soluatur pecunia. Caeterum non ei compellitur 5 † soluere. Sed hodie solet pecunia in aedem sacram [e] deponi, vt Pomponius libro 28. scribit, ne uel debitor vltra vsuris [f] oneretur, vel creditor [g] minor perdat pecuniam, aut curatoribus solui, [h] si sint.

¶ Permittitur [*] etiam ex constitutione [i] principum, debitori compellere adolescentes ad petendos sibi curatores. Quid tamen si praetor decernat soluendam pecuniam minori sine curatoribus, & soluerit, 6 † an possit esse securus, dubitari potest. Puto autem si allegans [k] minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, [l] nisi forte quasi aduersus iniuriam appellandum quis ei putet. Sed credo praetorem huc minorem in integrum

inst. qui ali. li. vel non. §. nunc admonendi. & infra statim.

e In aedem sacram.] vt infra deposi. l. 1. §. si pecunia. in fin. & Adde quod solo aedis nomine, aedes sacra significatur. in aede autem Saturni pecunia publica afferebatur, & in sponsione apud sacrum Pontificem deponebatur: ita enim est legendum apud Varronem, non pontem, & de aede sacra, ut Gel. li. 14. c. 7.

f Vltra vsuris.] haec ratio non est necessaria. nam & sine depositione non currunt vsurae, ut infra de vsur. l. pecuniae, §. fin. & l. cum qui dam. §. si pupillo. Vel dic, quod bona est ratio. & erant debitae ex conuentione vsurae, sed in d. l. cum qu dam. ex officium iudicis, & in d. l. pecuniae. nondum coeperant currere maiores: ideoque facilius poterant impediri, vt C. de usuris. l. si non stat.

g Vel creditor.] vel etiam ipse debitor, & haec est ratio bona.

h Solui.] scilicet solet.

i Ex constitutione.] ad petendos. Quomodo hoc, cum non debeat compelli praeterquam in litem, vt inst. de cu. §. item inuiti? Resp. & hic erat lis. si autem esset pupillus, & ageret, non cogitur: si conuenitur, non cogitur hunc vel illum accipere, sed cogitur aliquem eligere, ut infra de tut. l. qui habet. §. si pupillus, & §. idem ait, quae est contra. vel non accipit inuitus, cogitur tamen uelle: & sic accipere captus pig. vel l. qui habet. & l. satisd. tu. vel cur. §. pen.

k Si allegans.] s. ille et debitor.

l Imputandum.] hic not. argument. quod iussus iudicis excusat, & facit licitum quod alias esset illicitum: sic infra ad Syll. l. si quis quis. &, & supra de iurisdict. omn. iud. l. si quis id §. dolo. & de his qui nota. infa. l. furti. §. qui iussu, & infra quod cum falso au. interdum. & l. nouissime. & infra de aqua plu. arcen. l. 2. §. Cadius & l. quanquam. & l. quod principis. & optime facit infra quae in fiau. cred. l. qui autem, §. apud Labeonem. & infra de solu. l. stipulatus §. si lancem. Quandoque non, vt C si propter pu. pen. l. fin. Item nota a quod coacta uoluntas excusatur, vt C. de sepul. viola. l. si seruus. & C de adulte. l. foemina me. & infra de regu. iur. l. velle. Item not cum debitor pupillaris soluit, aut consequitur plenam, aut pleniorem, aut plenissimam securitatem. Plenam, vt si sine authoritate tutoris, & iudicis soluatur pupillo. nam utraque obligatio remanet, si tamen salua pecunia sit, habet exceptionem, ut in instit. quibus ali. li. vel non. § fin. & infra de sol. l. in pupillo Pleniorem, ut si cum authoritate tutoris, quia tunc utraque tollitur, sed per in integ. rest. succurritur si eam perdiderit, ut infra de admini. tut. l. Lucius, §. tutelae iudicio. & §. si. & C. si tutor vel curator inter l. etiam. In casibus etiam sola authoritas tutoris plenissimam liberationem inducit, ut C. de administr. tuto. l. sancimus, in fin. & l. constitutione. & ad Trebel. sancimus. Plenissimam autem, ut si cum authoritate iudicis, ut instit. qui. ali. lic. vel non. §. nunc admonendi. & C. de administratione tuto. l. sancimus, & hic. Econtra si soluit quod debet, nec facit accipientis, nec liberatur, nisi consumpta pecunia, vt infra de solu. l. quod si forte. §. fin. & infra si certum peta. l. non omnis, §. si pupillus. & hoc si debitum soluit vtroque iure. Si autem debitum tantum ciuiliter, vel indebitum utroque iure, communi iure vt maior, tutus est condi. inde. si debitum naturaliter tantum, habet in integrum restitutionem, secundum Pla. Idem in adulto secundum nos, sed in pupillo secundum Pla. secus, quia sine restitutione, ut infra de condictione indeb. l. interdum.

5 † Fl. compellatur.

* Bald. in l. 2. C. de re iudi. valde exclamat illum re. & dicit cum fore singu ad hoc propositu, quod confessus non posset esse priore inspicta, nem inspiciendis libellis opponere & aliorum alterius dicta. sed tex. hoc non prohibet ut hic dicitur in primis interpr. Bolog.

6 † Fl. & sciens.

a Debito pupilli aliquando plenam pleniorem, & plenissimam consequitur securitatem. & conc. gl. in l. 1. C. si aduer. sol. gl. in l. iussu, §. 1. infra de tutela. gl. in l. cotra iuris, supr. de pac. gl. in §. nunc admonendi. in gl. infra alleg. gl. in l. cum alio. infra de re. iu. Bal. in l. falsus. C. de fu.

restitui volentem, auditurum non esse. a

Minori quasi cum eo gestum sit, succurritur, siue intercedat, siue litiget, vel hæreditatem, vel aliam successionem apprehendat. Bart.

Non solum autem in his ei succurritur, sed etiam in interuenientibus, vt puta si fideiussorio nomine se, vel rem suã obligauit Pomponius 1† videtur acquiescere distinguentibus, b an 2† arbiter ad fideiussores probandos constitutus eum probauerit: 3† an vero ipse aduersarius. mihi autem semper succurrẽdum esse uidetur, si minor sit, & se circumuertũ doceat. c ¶ Sed & in iudicijs subuenitur, siue dum agit, d siue dum conuenitur, captus sit. ¶ Sed & si hæreditatẽ e minor adit 4† minus lucrosam, succurritur ei, vt se possit abstinere: nam & hic captus 5† est. Idem est 6† & in bonorum possessione, vel alia successione. f

Minor aduersus fideiussionem restituitur etiam si sit tãquam idoneus per iudicem approbatus. Bart.

a *Auditurum non esse.*] sed cur secus in vendendo prædio, si præses decretum interposuit: nam & post minor restituitur, vt C. de præmpt. l. si quidem. quæ est contra: Respon. ibi non taxat pretium, licet iubeat distrahat: hic totius debiti solutionem facere iubet. Vel melius, aliud in solutione, quæ fit ex necessitate: ideoque promptius succurritur debitori, vẽditio autem ex uoluntate. Permittit etiam prætor venditionem, ut ibi: solutionem iubet, vt hic, argument. infra eod. l. quod si minor. §. penul.

b *Distinguentibus.*] in hunc modum quem subiicit, vt alterio casu teneatur, altero non, & erit argument. pro eo. supra qui satisda. cog. l. ab arbitro. Accursius.

c *Doceat.*] quod semper præsumo, nisi in rem suam fideiusserit, vt supra qui satisda. cog. l. ... §. 1. & argument. infra de pec. l. 3. § Iulianus, & hoc siue pro patre, siue pro extraneo fideiussit, vt dixi supra eod. l. 3. § sed verum.

d *Dum agit.*] forte pro misit pœnam si ageret, vel ille cui successit, vel dimisit allegationes in causa, ut infra eodem. l. minor autem. & infra l. proxi. § finali, vel extr. quando conuenitur, vt C. senten. res. in. non pos. l. penul.

e *Sed & si hæreditatem.*] lucrosam vel damnosam.

f *Vel alia successione*] veluti fideicommissaria hæreditas ei restituitur: quia tunc affectu quodam hæres est, vt infra quod cum eo, l. si filius, §. 1. v. l postulauit bona sibi addici causa conseruendarum libertatum, vt institu. de eo cui li. cau. bo. addi. § penul. Vel occupauit bona peculiaria filij vel serui: quia ex tunc quasi hæres videtur. ut supra eod. l. denique. §. Pomponius adijcit.

g *Ex necessarijs.*] scilicet tantum. nam & filius est necessarius, & seruus, ut institut. de hæred. qua. & diff. in princip. §. sui. Et de filius dic, secundum Pla. quia impuberes etiam citra restitutionem iuuantur, sed puberes non citra restitutionem, si adiuerint, vt infra, de acqui. hæred. l. impuberib. & l. si minor. tu dic idem in utroque, scilicet quod per restitutionem inuenitur, ut hic dicit, & infra de acqui. hær. l. necessarijs, in prin. in quo est verum, si impubes adiuit cum authoritate tutoris. & in d. l. impuberibus. appellat puberes maiores 25 ann. & impuberes, minores. In secundo autem dic, quod ante, quam immiscat, potest separationem impetrare, vt infra de separa. l. 1. §. fin. at postea non, nisi per restitutionem, vt hic: qua restitutione separatio conceditur, non autem, ut hæres desinat esse, cum sit necessarius, et infra de acq. hæred. l. necessarijs, in fin. & inst. de hæred. qual. & dif. §. 1. quæ sunt contra.

h *Impetrabit.*] in aliquo, scilicet ut separatio fiat, non ut hæreditatem repudiet.

i *Bonorum suorum*] idest peculij. Accur.

k *Præstare*,] ei qui nunc erit hæres, si dolo in hoc decipiatur.

l *ætatis*] vt hic, & j. de li. leg. l. tutor decedens, & j. eod.

1† Alias Tũ po autem.
2† Flor. deest au.
3† Flo proba uit.
4† Flo. adijt.
5† Acceptut. Fl. & obseruã dus est varus vsus huius significationis.
6† Flor. deest, ali.

¶ Non solum autem filius, qui se miscuit 7† paternæ hæreditati, sed & si aliquis sit ex necessarijs g minor annis, simili modo restitutionem impetrabit: h veluti si seruus sit cum libertate institutus dicendum enim erit, si se miscuit, posse ei subueniri ætatis beneficio, vt habeat bonorum suorum i separationem. Plane qui post aditam hæreditatem restituitur, debet præstare, k si quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec perijt per ætatis l imbecillitatem.

Minoribus deceptis in eo, quod non sunt lucrati, succurritur. h. d. cum l. sequen. vsque ad §. restitutus. Bartolus.

¶ Hodie certo iure utimur, vt & in lucro minoribus succurratur.

Pomponius quoque libro 8† 28. scribit.

LEX VIII.

ET si m 9† sine dolo n malo 10† cuiusquam legatum repudiauerit, vel in optionis legato o captus sit, quia elegit deteriorem, vel si duas res p promiserit, illam aut illã,

l. quod si minor §. restitutio. secus si dolo, vt C. de repu. l. 1. in fi. & infra eod. l. si ex causa. §. nunc uidendum.

ET si.) CASVS. Princip. huius l. duobus mod. potest intelligi, vt loquatur, quando rem aliquam vendidi ego minor pro 10. puta facta venditione, & traditione secuta, postea alius offert 11. dicitur hic quod potero restitui. Secũdo potest intelligi quando vẽdidi eo pacto, vt ille emptor rem mihi restitueret, & ego ei pretium, si venerit aliquis, vsque ad mensem, plus mihi daret, non venit, transactus est mensis, quæritur verũ possim petere in integ. rest. si veniat aliquis, qui mihi plus polliceatur, et post mensem? Et respõ. quod sic. Secundo dicit, quod minores restitui debent, si uendãtur puta bona sua, q erant seruanda præcepto legis, uel testatoris: & ita restitutio causa cognita datur: quia nullus cum eo contraheret, si non fieret restitutio causa cognita, idest si indistincte restitueretur.

¶ *Restitutus.*] Minor adiuit hære. restitutus est, vt eam dimittat, potest restitui, ut eam adeat, & iterum potest restitui ut eam dimittat.

¶ *Sed quod.*] In isto §. allegantur duo dicta. Pater filium minorem instituit, eidemque seruum testatoris substituit. minor repudiauit hære. & ita erat locus substitutioni. minor petit restitui, ut liceat adire: quia repudiauerat. Dicit Pomp. minore restituto substitutũ seruum desinere esse hæredem, sed liber remanet. Retento primo casu aliud erat. quod dicit Pomp. q si minor adierit hæreditatem, & per restitutionem fuerit abstentus, postea non poterit esse locus substitutioni quia seruus nec liber, nec hæres erit. & vtroq; modo male dicit: quia in primo casu remanet liber & hæres, sed solo nomine: quia directæ actiones quas habet, sunt inanes illo casu secũdo distingẽdo.

¶ *Item si non.*] Minor cum esset cõdemnatus, debebat appellare a sententia lata contra se, post 10 dies, potest restitui vt appellet. Item dicit, quod subuenitur minoribus in eremodicijs: quia si minor habet causam, si illam causam suam non expediuit intra triennium, & sic lapsum fuerit triennium, potest restitui, ut habeatur intra triennium: quia & hoc casu minor potest restitui hoc subijcit hic. Item subuenitur maioribus si probent se abfuisse ex iusta cã. Cũ citatus esset minor tribus edictis, vel vno pro trib. non venit ad iudicium, iusta forte ex cautione ex culpa: & sic fuit quasi contumax condemnatus: potest quidem restitui. Viuianus.

m *Etsi*] alias lex, & alias §.

n *Sine dolo.*] sed sua facilitate.

o *In optione legato.*] maiori datetur de dolo. sup. de dolo. l. si quis affirmauerit, §. 1. si dolo in hoc deceptus.

p *Duas res.*] duo promittit qui hanc vel illam rem promisit, secundum Iouẽ j. de po. l. ei apud §. q si pluribus unde uidetur vtrumq se debere. ut inf. de contr. pec. l. illud. & infra de verb. obl. si duo rei. & infra de ac. & arg. leg. si quis ita. sed ar. contra infra, quando di. leg. ced. l. cum illud.

7† Alias immiscuit.
8† 14.
9† Fl. est & incip. Pomp. quoque & cõiunge cum §. hodie.
10† Flo. deest malo.

a *Et pretiosiorem.*] qui etiam deteriorem dando poterat liberari, vt infra de iure dot. leg. plerunque. in fi. Sed quid vtranque? Responde, repetit, quam vult etiam maior condic. ind. vt C. de cond. ind. leb. l. pen. Accur.

b *Dicitur.*] vt supra l. proxim. §. hodie.

c *Qui plus liceatur.*] potest plane legi. Item potest intelligi, vt si vendita fuerit sub pacto addictionis in diē, & post diem offerebat quidam meliorem conditionem, restituitur minor, quasi paruum tempus apposuerit.

d *Idem faciunt & in his.*] subaudi maxime rebus mobilibus.

e *Seruari eis debent.*] vel quia hoc testator præcepit, vel lex præcepit, vt C. de admini. tuto. l. ea quæ. §. primo, & §. secundo, in fin.

f *Quod circumspecte.*] scilicet quod admittatur licitatio.

g *Distrahantur.*] vt hic, & infra eodem, leg. quod si minor. §. non semper. & C. ad Trebel. l. sancimus. in princip. & infra de administ. tu. l. cum plures, § j.

h *Et districte.*] ecce quare dixit circumspecte.

i *Subiecta sunt.*] vt fructus.

k *Doceatur.*] vt hic, & C. si aduer. vend. l. fina. idem si patiatur enorme damnum, vt infra eodem, leg. si ex causa. & l. pen. in alia autem restituitur pro quolibet damno, dummodo non minimo, & pro leui negligentia, licet fraus non interueniat, vt infra eod. leg. tutor. j. respon. & l. pen.

1† *Inclusæ Fl. desunt.*

**Idest, maius pretium desit ut in auth. hoc est pu. blica venditione, qua sic fit, ut plus offerenti res detur. Lex. int.*

* *Licitatio est pretij aucto in subhastatione, quæ vdū habet locū in pecuniaris, emptorem ū pretys ... & in aliis, vt sam ... l. 6.*

2† *Flor. desi. &*

3 †*Accedat.*

4†*Cum se.*

5† *Flor. desunt, ut.*

& pretiosiorem a dederit, debere subueniri, [& subueniendum 1† est.]¶Quæsitum est ex eo, quod in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur, b si res eius venierit, & existat qui plus liceatur, c *an in integrum propter lucrum restituēdus sit? & quotidie prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio. *Idem faciunt & 2† in his d reb. quæ seruari eis debent. e quod circumspecte f erit faciendū. Cæterum nemo accedat 3 † ad emptionem rerum pupillariū nec si bona fide distrahātur. g Et districte h probandum est, in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, i nō esse minori aduersus emptorem succurrendum: nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum, siue curatorum doceatur. K

Restitutus vt adeat, potest restitui vt repudiet, & econtra. Bart.

Restitutus autem, vt se 4† hæreditati immisceat, l vel vt 5 † eam adeat, quam repudiauit rursus restitui m poterit, ut se abstineat & hoc & rescriptum & responsum est.

Fortis est, & hoc intendit: Substitutio vulgaris expirat adita hæreditate, ea per restitutionem repudiata, in hærede necessario vires reassumit, si hæreditas non est soluendo. Item qui semel est hæres, per restitutionem non desinit esse hæres directo sed vtiliter. Primo ponit duo dicta Papin. Secundo ponitur reprehensio secundi dicti. tertio ponitur reprehensio primi. Secunda ibi, Non per omnia. Tertia ibi, Et quod ait. Bart.

Sed* quod Papinia. n lib. 2. responsorum ait, minori substitutum seruum necessarium repudiante quidem hæreditatem minore, necessarium fore: & si fuerit restitutus minor liberum nihilominus manere: o 6† si autem prius minor adierit 7† hæreditatem, mox abstentus sit, 8† substitutū pupillo seruum cum libertate non posse hæredem existere, neque p liberum esse, non per omnia verum est. q Nam si non est soluendo hæreditas, abstinente r se hærede, & diuus Pius scripsit, & Imperator noster, (& quidem in extraneo pupillo s 9†) locum fore necessario substituto. t

o *Manere.*] q. d. non hæres, vt argume. infra de iudic. l. cum prætor. j. respon. in quo corrigitur infra.

p *Neque.*] idest non.

q *Non per omnia verum est.*] scilicet duplex edictum Papinia.

r *Abstinente*] per in integ. rest.

s *In extraneo pupillo.*] vbi plus dubitabatur.

t *Substituto.*] hoc ex benignitate conceditur, quando hæreditas non est soluendo, ne defunctus iniuria afficiatur, ut institutio qui manumit. non poss. §. licet. vbi autem est soluendo, non curauit lex eum cogere, cum verisimile sit, quod plures vellēt, vt arg. C. de nece. ser. l. si. potest tamē si uult, si alij legitimi nollēt. & sic diligenter nota, & bene, quod nō ut hæres admittitur hic necessarius, sed vt quidā minister. a Et idem dicunt quidam in quolibet extraneo substituto. scilicet hærede ve dimittat, non admittatur iure substitutionis, sed legitimi uocentur. & pro eis est C. de im dub. & alijs substitut. l. post aditam. & infra de success. edi. leg. fin. & infra de acquiren. hæreditate. leg. si minor. Tu dic in extraneo secus, scilicet ut admittatur, vt substitutus, vt infra de re iudic. leg. ex contractu. infra ad Tertull. leg. j. §. si quis adita. & l. 2. §. si bonorum, & infra de vulgari substitutio. l. sed si plures § egnēr. Nec obstat d. l. post aditam, quia nec uidetur adita data restitutione, vt C. de in integrū restitutio. l. non videtur. Item nec d. l. infra de success. edi. l. fin. si recte casum ibi posueris. prior enim cognatus tempore fuit exclusus, secundus quoque: sed quia prior minor fuerat, restitutus est, ut adiret. Item impetrauit, vt abstineret, deinde secundus tempore quodam exclusus uolebat admitti, quod uidebatur: quia, ex quo repudiat primus, secundi tempora cedunt, ut institutio. de bonorum possess. §. fin. negatur tamen: quia huic obstat præter. a negligentia. Vel dic, quod ibi loquitur in cognatis, qui tempore harum legum de iure prætorio admittebantur, cui prætor suum ideo nō dedit auxilium, ne, quod priori dedit, isti id ipsum concedendo auferre uideatur. sicque ius prætorium ludibrio esset: agnatus autem suo iure succedit, nec excluditur per ius prætorium, ut infra ad Tertullianum, l. 1. §. si quis adita. nam sine mysterio non ponitur ius antiquum, idest lex duodecim tabularum, quæ uocat agnatos, non dicit ius prætorium. Item obstat d. leg. infra, de acquiren. hæred. l. si minor, quia licet ibi dicatur, quod non cogitur, non tamen dicit ipsum repelli si uelit: sed necessarius (ut dixi) non fit hæres. & est ratio: quia tempore harum legum non erat liber, nisi expresse data esset libertas, & hoc bene erat hic. & esset adita hæreditas ex eo gradu, ex quo fuit data libertas, & hoc non erat hic: nam a seipso eam accepit, ut infra de leget. præst. l. sed & si pro dote. §.

**Ad intellectum huius l. vide Seba Sa. in l. qui separat. nu. 14 C. eod. vn. lib.* a Bald. dicit istam gl. si. ad hoc, quod dispensator bonorum dicitur ille qui petit sibi bona addici cū libertatū conseruandarū, hoc addito, quod gl. non appellat eū dispensatorem, sed dicit Bald. l. sed ministrum, vt pote, vide re ad oculū Bolog.

6† *Fl. remanere.*

7† *Flor. adij.*

8† *Fl. est.*

9† *Fl. leg. extense sine parem. hoc.*

l *Immisceat*] immiscere suorum est, adire extraneorum, vt instit. de hær. quali. & dif. § extranei.

m *Rursus restitui.*] etiam si noua causa non asseratur: secus in sententia, vt C. si sæpius in integ. restitut. l. 2. secundum quosdam: hic enim non contra sententiam, sed contra aditionem, & est ratio: quia sententia non debet esse elusoria, vt infra de iudi. l. si prætor. Vel dic, quod si semel est cōcessa, & iterum datur, vt hic, nisi in casibus propter affectionem patris, vt C. de bo. quæ lib. l. fin. §. vbi autem, quæ est contra. si autem denegata, non petitur iterum, nisi causa noua interueniente, &c. vt C. si sæpius in integ. resti. l. 1. 2. & 3. & sunt nouæ nouiter quæsitæ, & antiquæ primo iudicio propositæ non fuerunt.

n *Sed quod Papinia.*] Duo dicit Papinia. Primo, quod si seruus substitutus adiuit, & pupillus fuit restitutus, ut adeat quod repudiauerat, quod hic seruus remaneat liber, non autem hæres. Secundum, quod si pupillus primo adiuit, & per restitutionem fuit abstentus, quod seruus, neque hæres, neque liber erit: author autem huius l. primo eum reprehēdit in secundo dicto, distinguendo, postea in primo. Si autē pupillus in fraudem omisisset ex testamento, & ab intestato teneret, subuenitur substitutis sicut & alijs ex testamento honoratis, vt infra de vulg. substitu. l. moribus §. plane, & infra si quis omiss. cau. testam. l. 1. in princ.

non omnia. & infra de hæredib. insti. l. sed & si in conditione. § si. & inf. de acq. hær. l. ex parte. Sed hic non hēt hæreditatem ex eo gradu, idest in substitutione. expirauit enim semel ab instituto adita hæreditate: ergo nec libertatē hēt eadem ratione: & sic priuatur vtraque de rigore. Item sicut alias vt libertas competat, sufficit semel extitisse hæredem, qui institutus est, vt infra de fideicom. liber. l. cum quasi. §. & si quis. ita & hic, vt denegetur ex substitutione libertas, institutum semel adiuisse sufficit.

¶Et quod ait, a liberum manere; tale est, quasi non etiam hæres maneat, b cum pupillus impetrat restitutionem, postea q̃ abstentus est. Cum enim c pupillus hæres non fiat, sed vtiles d actiones habeat, sine dubio hæres remanebit, qui semel extitit.

Minor qui non appellauit, potest restitui, vt appellet. Bart.

¶Item si non prouocauit intra diem, e subuenitur ei, 1† vt prouocet. finge f enim hoc desiderare.

Si propter absentiam minoris instantia sit perempta, minor restituitur. Itē maior ex causa. Bar.

¶Item in eremodicijs g * ei subuenitur. h Constat autem omnis ætatis hominibus restitutionem 2† eremodicij præstari debere, 3 † si se doceant ex iusta causa i abfuisse.

Contumacia non priuat minorem beneficio restitutionis in integrum. Bar.

Hermog. lib. j iuris epitom.

LEX IX.

Minor, etiam si quasi contumax K condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit.

Minore restituto aduersus sententiam, intelligitur restitutus aduersus executionem, & etiam aduersus venditionem, si magnū damnum immineat.

Vlpianus lib. 11. ad edictum.

LEX X.

SI ex causa l iudicati pignora minoris capta sint & distracta, m mox restitutus sit aduersus sententiam n præsidis, vel procuratoris Cæsaris, vidēdum an ea quæ distracta sunt, reuocari debebant. Nam illud certum est, pecuniam n ex causa iudicati solutam, ei restituēdam. sed si 4† interest ipsius, corpora potius hēre: puto 5 †. interdū permittendum, idest si grāde p damnum sit minoris.

a *Et quod ait.*] s. Papinianus in primo casu, vbi minor primo repudiauit.

b *Maneat.*] quod falsum est.

c *Cum enim.*] bene dico falsum esse.

d *Sed vtiles.*] hic no. q restitutio non restituit omnia in pristinū statum, sed exceptionem inducit vt dixi sup. eo. l. denique. §. sed verū. argu. contra infra quæ in fraud. cre. l. ait prætor. § præterea. Itē no. quod qui habet vtilē actionem, directæ præponitur, vt s. si ager vectig. l. j. § fi. & s. de pecu. l. in causæ. in fi. Itē no. quod qui semel est hæres, vt infra de hær. inst. l. ei qui soluendo. ad fi ti. & inst. de fidei com. hær. §. restituta. & s. de vul. subst. l. ex facto. §. Iul. in princ. nisi in tribus casib. ut inst. de hæred. ab inte. §. per contrarium, & infra. de vulg. substitut. l. in substitu. & l. ex facto. in fi.

e *Item si non prouocauit intra diem.*] biduum, vel triduum olim: hodie decem dierum spatium, vt in auth. de app. §. j.

f *Finge enim hoc desiderare.*] s. minorem vt tantum appellaret. nam ad totam causam potest restitui, ut s. de in integ. resti. l. fi. hodie dicit quidam ipso iure hoc tempus minori non currere, vt C. in quibus cau. in integ. resti. l. fi. Tu dicas, quod speciale est in temporibus istis, quibus iudicia finiuntur, ut in authen. de hæred. & Fal. §. si pupillus. & C. de iud. l. properandum, § fin. maximè propter authoritatem rei iudicatæ, vt infra man. l. si fideiussor. § in omnibus. quæ etiam per gratiam lata tenet, vt infra ad Trebel. l. seruo inuito. §. si prætor.

g *Item in eremodicijs.*] quod dixi vbi sententia datur contra minorem, ut possit restitui ad appellandum, hic: & si non fuit lata, sed triennium cucurrit: & sic desertum est iudicium quod eremodicium ab eremo, idest deserto hic dicitur, & hoc cum tutor vel curator non sunt soluendo, ut C. de iud. l. properandum. § fi. & § cum autem in prin.

h *Subuenitur.*] minori quia & maiori quandoque, ut hic subiicit, constat autem &c.

i *Iusta causa.*] & probabili, & necessaria, quando nullo modo vel minus bene fuit defensus, vt diximus supra de in integ. rest. l. fi. Accursius.

MInor etiam.] CASVS. Minor fuit cōdemnatus in 100. & fuit sententia mandata executioni in res illius minoris, & fuerunt istæ res postea venditæ: dicitur hic, quod minor potest restitui ad pecuniam ex illis rebus distractis redactam, & etiam ad res alienatas potest restitui: ita demum si grande damnum ille minor patiatur.

¶ *In dote.*] Si mulier minor cum nuberet, dedit vltra quam [illegible] in dotem, vltra totum suum patrimonium [illegible] talis. mulier:

1† *Pler. desi. subuenitur ei*

* *Eremodicium i. quod Græce eremodica dicitur i. vadimonium desertum, seu causa deserta, cum altera pars cedit tradit causam aduersario. Vel restiut Eremodicium est litis desertio, id quod & ipsum verbum sonat, nam ab desertum vadimonium quasi desertum vadimonium est deserta promissio sistedi. l. sed & si qu. §. quasitum. sup. si quis cautio uide Gou. li. 2. lect. c. 40. & ea uo sup. de resti. in int. l. fi. ad glo. su per verb. appellare.*

2† *Fl. appellationem.*

3† *Fl. in. dese. docuerit.*

¶ *Nunc.*] Quæritur hic, an minor restituatur in delictis? Et resp. quod non restituitur in delictis, siue committat delictum in contractu, vt si in re deposita vel commodata dolum commisit: siue extra contractum, vt si faciat furtum, non subuenitur ei in his casibus: in duobus tamen casibus minori in delictis subuenitur, ut si conueniatur l. Aquil. & poterat confiteri, vt sic teneatur in simplum, & nō fuit confessus. Item si potuit transigere, & non trāsigat. his enim duobus casibus subuenitur in delictis minori, vt in primo casu pro confesso habeatur, in secundo pro transacto habeatur.

¶ *Si mulier.*] Vxor mea repudium mihi misit, & dolo suo dedit causam diuortio: & sic dotem perdidit de iure, an ad eam possit restitui ne amittat? Et respond. quod non.

¶ *Pomponius.*] Si minor 25. annor. maior tamen 20. venundari se passus sit ad pretium participandum: non potest talis minor restitui, cum statum suū mutauerit perdendo illum. & sic inspecto iure ciuili, cum nihil, vel nullus sit, restitui non potest.

¶ *Si in commissum*] Minor aliquis cum portaret merces suas per locum unde pedagium soluere debebat, non soluit: & ideo merces suæ confiscatæ sunt, dicitur hic, q talis minor pōt restitui, si non commisit dolū: quia si dolum commisit portando merces per viam non consuetam, & per nemus: & sic nollet soluere pedagiū, secus est, quia hoc casu, cum commisit dolum, non potest restitui.

i *Aduersus.*] Minor 25. an. seruum suum manumisit, & in hoc deceptus est: non restituitur nisi ex magna causa: verū tamen intra annum poterit agere iste manumissor contra manumissum act. de dolo, sed post tribus actionibus conuenitur. si post contrectauit manumissus, ex dolo in seruitute facto seruus non tenetur. Viuianus.

K *Si quasi contumax.*] cum ex culpa propter non iustā causam non venit ad sententiam audiendam, secus si dolo fuerit, in quo non subuenitur, vt inf. l. prox. § nunc. Dolum autem committit qui vocatus non venit, nullam causam habens non veniendi, ut inf. de reg. iur. l. non potest dolo. Alij dicunt minorem non posse esse contumacem, cum se defendere nequit, ut inf. de re iudi. l. contra pupillum. & debo. auth. iud. pos. l. si minor & C. si aduers. rem iud. l. cum & minores, & secundum hoc dices, quod tutore authore subiicit iudicium, quo casu potest damnari, vt inf. de admi. tuto. l. 1. § [illegible] Vel dices, quod etiam ipse tutor fuit contumax. & per hoc satis fuit contumax ipse minor. vel dicas, quod hic loquitur in sententia interlocutoria de mittendo in possessionem, quæ contra pupillum etiam dari potest. Vel dic, q hæc contumacia fuit in non restituendo, ut infra de app. l. si § iussus. Prima non videtur stare posse.

l. SI ex causa iudicati.] lata sententia contra ipsum minorem cum authoritate tutoris vel curatoris.

m *Distracta.*] ab executore.

n *Sententiam.*] primam, non dic̄ executiuam.

o *Pecuniam.*] receptam ex pignoribus cum ipse minor nō [illegible].

p *Si grande.*] [illegible] quod si pignus emit a minore, scilicet [illegible]

4† *Fl. Sed interest.*

5† *Et puto.*

conuentionale, & creditor vendat, restituitur minor, vt & in alijs suis contractib. pro leui damno, vt C. de pręd. min. l. 1. si aût est pretoriũ vel iudiciale, tûc ita demũ, si grãde dãnũ interuenerit, vt hic, & inf. eo. l. pe. vel fraudis consilium interuenerit, vt su. eo. l. si fine §. idem faciunt. Si aût à pręde & flore minoris cepit: hic triplex est opi. Prima, vt habeat locum restõ, si grande dãnum interuenit, vel si consiliũ fraudis cum emptore participatum sit, vt C. de pręd. mi. l. 2. & si ad uer. ven. pig. l. 2. Alij exigunt vtrumq;. Tu dicere potes, ꝙ nullo mõ restituit tunc, vt inf. eo. Aemil.

a *In dotis quoque modo.*] i. quantitate. Ac.

b *Vltra vires.*] vt cũ haberet centum, & quinquaginta deberet, in dotem ꝓmisit 40. vel tota cẽtum: si aût vltra ipsum patrimoniũ, ipso iure nulla est ꝓmissio, vt ĩ. de iu. doc. l. siue generalis. sed vĩ hoc nõ esse rõne ætatis, sed cõi iure, cum maiori idem concedat, vt ĩ. de iure dot. l. iure succursũ. §. si. q̃ est ꝫ. Solu. ibi in æstimatione rerum fuit deceptio, hic in hoc ipso, ꝙ totam dotem dedit. Vel dic, ꝙ ibi fuit ex proposito, alter in dolo, vnde maiori, & minori subuenitur: si autem sine proposito, minor restituitur, maior non: nisi vltra dimidiam decipiatur, vt C. de resc. ven. l. 2. & facit inf. eo. in causæ §. si. & C. si aduer. dotem l. 1. & C. de iur. dot. l. nulla.

c *Patrimonium.*] non deducto ære alieno, vel ẽt, q. a vir nõ erat dignus tanta dote.

d *In delictis.*] ex animo prouenientib. Ac.

Aduersus dotis constitutionem mulieri læsæ subuenitur. Bart.

¶ In dotis [a] quoque modo mulieri subuenietur, si vltra vires [b] patrimonij, vel totum patrimonium [c] circumscripta in dotem dederit.

Aduersus delictum dolo commissum, minor non restituitur, nisi vt habeatur p confesso, vel transacto. B.

¶ Nunc * videndum, vtrum minoribus in contractib. captis duntaxat subueniatur, an etiam delinquentibus; vt puta si 1† dolo aliquid minor fecit in re deposita, vel commodata, vel aliàs in contractu, an ei subueniatur, si nihil ad eum peruenit? Et placet in delictis [d] minorib. non subueniri. nec hic itaque subuenietur. [nã 2† & si furtum fecit, vel damnum iniuria dedit, non subuenietur [e] ei.]

¶ Sed si cum ex damno dato confiteri possit, ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc solum restituendus est, 3† vt pro confesso habeatur. Ergo & si potuit pro fure [f] 4† damnum decidere, magis quam actionem dupli vel quadrupli pati: ei subuenietur. [g]

Si diuortium fiat dolo, aduersus pęnam diuortij, minor non restituitur. Bar.

¶ Si mulier, cum culpa [h] diuertisset, * velit sibi subueniri, vel si maritus, puto restitutionem non habendam. est. n. delictum non modicum. nam si 5† adulterium minor commisit, ei non subuenitur. [i]

Aduersus actũ, per quem status alicuius perimitur, restitutio non cõceditur. B.

¶ Pomponius 6† ait, si maior annis 20. minor aût 7† 25. se in seruitutem venire patiatur: [idem, 8† si pretium participatus est,] non solere restitui, & 9† hoc merito: quoniam res non 10† capit restitutionem cum statum mutat. [k]

Aduersus cõmissũ uectigal minor debet restitui. B.

¶ Si in commissum [l] incidisse vectigales dicantur, 11† erit in integrum restitutio: [m] qđ erit sic recipiendum, si non dolus ipsorum interueniat: alioquin 12† cessabit restitutio.

Aduersus libertatẽ minor non restituitur, nisi à principe ex causa, sed ad cętera damna contra manumissum, actione de dolo succurritur. Bar.

¶ Aduersus libertatem [n] minori quoque à prætore subueniri impossibile est.

Paulus lib. 11. ad edictum.

LEX XI.

NIsi ex magna causa hoc à principe [o] fuerit consecutus.

e *Non subuenitur.*] vt hic, & inf. ad l. Aquil. l. quæcunque. §. sed & si infans, hoc si est doli capax, aliàs non tenetur, vt inst. de ob. quæ ex delic. § pen.

f *Pro fure.*] i. in simplo & quadruplo, in quib. tenetur fur. Idem dico si in qualibet alia actione potuit transigere.

g *Ei subuenitur.*] vt damnetur in ea tantum summa in qua aduersarius voluit esse cont. ntus, nõ vt compellat eos transigere. Sed quid si non appareat? tunc arbitrio iudicis. Sed an infamis ex tali transactione fiet? Rñd. nõ, ut ĩ. de insa l. furti. §. qui iussu. Et vt plene uideas, dic, aut minor deliquit ex culpa, & tunc in totum restituitur, ut in nihilũ teneatur, vt C. si aduer. l. 1. aut ex dolo, & tunc nullo mõ restituitur, ut ea. l. dr. & inf. ea. l. §. si in cõmissum, nisi vt pro transacto habeatur, vel pro confesso, ut hic, & hoc similiter conuenitur. Si verò criminaliter ex delicto ex aio commisso, non subuenitur nisi quatenus, &c. excepto crimine adulterij, ut inf. e. l. auxilium. In duobus tñ casib. & si dolo deliquent, non tenetur. Primus est C. si ad aduer. del. l. si. Secundus est. C. de infa. l. pen. Alij verò distinxerunt, aut delictum est in faciendo, ut tunc nõ succurratur: aut in prætermittendo, & tunc sic, vt d. l. C. si aduer. del. l. fi. Tu dic contra per eandem l. quia tñ in maiorib. obest illud statutum, q. d. si esset in minorib. nõ restitueretur propter delictum, quod est in prætermittendo.

h *Si mulier cum culpa.*] i. dolo, nam si culpa tñ, restituitur in totũ, vt dixi s. §. prox. q̃ diuisio, i. diuortium iure isto facile fiebat: sed qui culpam præstabat, si mulier, dotem perdebat: si maritus, tunc perdebat donationẽ vt C. de diuor. & re pu. l. consensu. & ꝑ hoc restõ hic petitur; vt exceptio non obstet mulieri in dote: marito in donatione. Hodie verò raro permittitur diuortium iure nostro, vt i auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas. & sec. canoni co iurius.

i *Ei non subuenitur.*] vt inf. eo. l. auxiliũ. si tamen sit maior 14. ann. vt ĩ. de adult. l. si minor.

k *Cum statũ mutat.*] amittendo ipsum ꝑ fus: alioquin contra sup. eo. l. 3. §. si quis minor. & sup. de in integ. rest. l. 1. quæ sunt contra. & l. non solum. § proinde & si minor. Sed nunquid vxori vel patri b da bitur vendicatio? Albe. sic, vt inf. de lib. cau. l. 2. & 3. Ego contra ex hac lege, & dictæ leges de liberali causa non loquuntur, vbi erat seruus factus, sed vbi de libertate litigare uolebat. Sed huic respon. obstare videtur quod dicit in eod. tit. l. 3. Sed certe ibi non dicit, ꝙ libertus factus esset seruus, immo innuit contra, quia dicit de libertate eius agi, licet se venire passus sit: præterea pro me est, quia & patet potestate patria priuaretur filio fac. seruo pęnæ, uel ingresso monasterium. e idem ergo si fiat seruus hominis. præterea seruus quãtum ad pretium sui, facit conditionem domini deteriorem, cum sit seruus pœnæ, cur non item in filio? item pro me est in auth. de nup. §. si uerò decretum iudicis.

l *Si in commissum.*] ut quia omisit professionem, nisi sit miles, ut C. de uectig. & com. l. omnibus, uel illicita transuehebat, ut in ff. de publica. l. cotem. §. dominus. Vel quia uectigal non soluebat, ut infra de publica. l. Imperatores. Accur.

m *Restitutio.*] Imo uidetur ipso iure tutus intra triginta dies, ut ĩ. de publ. l. Imperatores. §. si q̃ est contra. Solu. illud in publico, hic in adulto. Vel melius intra triginta dies admittitur minor ipso iure. post non, nisi per restitutionem, & tunc nisi dolus interuenit, ut hic dicitur.

n *Aduersus libertatem.*] competentem iam: sed aduersus competituram restituitur, ut C. si aduer. lib. 1. & per totum.

o NIsi ex hoc a principe.] uel ipso principe restitutionẽ indulgente, uel de hoc rescriptum dante, ut coram iudice causa huius modi probetur, ut C. de ijs qui uẽ. ætа. l. 2.

a Solue ſm Bar. & dic, ꝙ ibi dedit se ad arrogãdũ ꝑ ꝙ status ñ perimitur in totũ: q. a liber hõ remanet, sed minuit, q. a efficit iuris alterius, hic verò effectus est seruus, ꝑ ꝙ status ei* totaliter tollit & perimit, ut l. cognitionẽ. in fi. ĩ. de var. & extraordi. cog.

b Vide quod no. Inn. in c. scripturę. extra de vo. & vo. redemp. c Filius per ingresũ religionis non est à mõ sub potestate patris, nec pi ꝑ eã extrahere de religione ſm Bal. hic. ad do eũdẽ Bal in l. 3. C. de lib. exhib.

* Lud. Ro. in sua sin. in ver bo minor. ver. 7. decet, ꝙ B. hic glariatur de isto text. & ex eo elicitur cautela, q̃ est multum sin. si esset vera de quo vide in primis interpretatur, q. a inserere hic ss lõgũ Bolo.

1† Fl. deest si.
2† Alias inclusa. [ ] desunt.
3† Fl. sit.
4† Furtu.

* De diuortio aliba dotem. & vo. Tertul. lib. de monoga. & Gel. lib. 5. cap. 3.
5† alias non & si.
6† Fl. Papinia.
7† Fl. deest. autem.
8† alias inclusa his notis [ ] desunt.
9† Fl. sed.
10† Non.
11† Fl. Dicantur.
12† Fl. cessarum.

l. 2. & pone exemplum, vt si per metum manumisit, vt ff. quod met. cau. l. metum. §. idem Pompo. secundum Azo. vel quia pupillus fuit institutus, si eum non manumitteret. Vel dic, quod eius libertas pertinet ad euersionem totius domus domini, vt argu. sup. de offi. præ. l. pen. in fi. & ff. de relI. l. scriptus. in fi. j. respon. Vel dic, quod si principi videbitur, etiam potest appellari à sententia pro libertate data, vt inf. de appell. l. sciendum.

V *Erum.*] Principium huius l. continuatum est cum superiori l. & CASVS. in §. quod si minor. talis est. Minor 20. ann. seruũ mihi maiori vẽdidit, hoc pacto, vt eum seruum manumittam, & vult postea restitui, & distinguit, aut non manumisi, & potest restitui: aut manumisi, & non potest. Sed si certum tẽpus constitutum fit, an possit restitui minor? Et rñ. aut aduenit dies in quo debuit manumitti, & tunc non potest restitui: aut non aduenit, & tunc potest.

¶*Ex facto.*] Curator minoris creatus præfectus vrbis, petijt, vt à cura excusaretur quã susceperat, & prætor ei hoc concessit: adolescẽtes petierunt à prætore, vt restituerentur in integrum & vt curator restituatur sibi, allegantes, quòd illa causa, quòd præfectus vrbis erat, non erat iusta, quæritur an debeat absolui. prætor consuluit Imperatorem, & antequã esset ei responsum, decessit prætor. Et rñ. Imperator successori illius prætoris di..., quod hoc, quod actum fuit de excusatione illius curatoris, nõ tenuit, vnde compellendus erit reuerti ad curam relictam ei: propter hoc non erit locus restitutioni.

Vlpianus lib. 11. ad edictũ.

LEX XII.

VErum vel de dolo, [a] 1† vel vtilis [b] actio in factum erit [c] in id, quod minoris interfuit non manumitti. proinde quicquid hic haberet, si non manumisisset, id ei nũc præstabitur. [d]

Aduersus manumissum competunt actiones in rem pro reb. in seruitute distractis: non actiones ex delicto. Bartolus.

¶Sed & nomine earum rerum, quas dominicas seruus manumissus supprimebat, competunt aduersus eum actiones ad exhibendum, & furti, [e] condictio, 2† videlicet quia & manumissus eas contrectabat. Cæterum ex delicto in seruitute 3† facto, domino [f] aduersus eum post libertatem actio nõ competit, & hoc rescripto diui Seueri continetur.

Aduersus libertatem iam competentem, minor non restituitur, sed aduersus competituram. Bar.

¶Quod 4† si minor 25. annis maior tñ 20. hac lege vendiderit seruũ, vt manumittat, [g] (ideo proposui maiorem 20. quia sic 5† & Scæuola scribit li. 14. quæstio. & magis est, vt habet falsam, & hoc casu posset restitui mutuans, vt vendicare posset, quod alias non posset de iure communi. Si minor mutuauit filiofa. an restituatur? Et respon. quod sic, fauor enim ætatis præfertur priuilegio Maced. vt infra de iur. & fac. igno. l. 1. in princ. Viuia.

infra [h] constõnis diui Marci ad Aufidium Victorinum, hunc [idest minorem, 6† 20. annis] non complectatur) videndum [i] 7† est, an maiori 20. annis subueniatur. Et si quidem ante desideret, quam libertas cõpetat, audiatur: 8† si verò postea, non possit.

¶Item quæri potest, si is qui emit hac lege, minor sit, an restitui possit: & si quidem libertas nondum competijt, [k] 9† dicendum est posse ei subueniri. [l] Sin verò postea quam dies venit, voluntas [m] maioris [n] venditoris libertatem ponit ex ptãte cõstõnis. 10†

Aduersus sententiã ipso iure nullam, minor non restituitur, sed res in pristinũ statum reducitur per iudicem competentem. Barto.

¶Ex facto* quæsitum est, adolescentes quidã acceperant curatorem Saluianum quẽdã noĩe hic cũ curã administrasset, [o] & 11† beneficio principis 12† vrbicam procurationem esset adeptus, & apud prætorem se a cura adolescentium excusauerat, absentib. eis. Adolescentes adierunt 13† [p] prætorem, desiderantes in integrum aduersus eum restitui, eo quod esset contra [p] constitutio-

a *Verum vel de dolo.*] intra annum.

b *Vtilis actio.*] sin factum post annum, vt supra tit. 1. l. 1. in quarta in fi.

c *Erit.*] contra manumissum qui induxit eum dolo ad manumittendum.

d *Præstabitur*] vt supra de act. emp. l. si quis seruum. & C. si aduer. li. l. 1. & si minor. in fi. & infra eo. l. minor. §. 1.

e *Et furti.*] imo non ex hac posteriore contrectatione, vt infra de fur. l. et qui. §. sed hæc prima contrectatio pro non contrectatione habetur.

f *Domino.*] nam alij daretur, & noxalis de restat, restituitur, vt C. de noxa. l. 1. & insti. de nox. § omnis. Item, quod dico dño non dari, fallit in duob.[9] casib. Primus in actio. doli, vt in prin. huius legis, & su. de dolo. l. & eleganter. in prin. Secundus, vt ff. si qui. testa. liberi esse iuss. l. 1. respõ. Et est ratio in vtroque quia occasione libertatis futuræ illud fit, vt si quis testa. li. l. 1. §. 1. & ar. C. an ser. ex suo facto l. 3.

g *Vt manumittat vt.*] videndum an &c. quod est inf. & quod est hic in medio interpositio est.

h *Sententia.*] quæ dicit fore liberum eum elapso tẽpore ad hoc constituto, vt C. si mãcip. ita fuerit ali. l. 2.

i *Videndum*] repetij quæstionem, ne videatur oblitus, vel ne audiens obliuiscatur propter longam interpositionem, sic C. de vete. iu. enu. l. fi.

k *Nondum competijt*] quia dies non uenit.

l *Subueniri.*] imo & hoc casu quando emit, & superiori quando vendidit minor 25. an. indistincte non uidetur subueniri, ut inf. de manu. qui. §. mihi autem interest. quia si contra. Sol. hic emit minor suis nummis, unde restitui potest. ibi non unde æquum est bonum seruari, quam eius nil interfuit. Vel sm Azo. hic nõ erat iusta causa manumittendi. Tu dic, quod ibi fuit pactum factum inter emptorem & seruum, ubi habet locum constitutio missa ad Vrbium Maximum ut in princ. contraria: hic inter emptorem, & uenditorem, ubi habet locum constitutio missa ad Aufidium Victorinum, ut hic & illa prima non distinguit, sit maior uel minor, ut ibi hæc, & constitutio ad Aufidium sic, ut hic, & inf. de & a. expor. l. si minor. Sed hodie etiam minor 25. an. manumittit, & alij tradere ad hoc poterat, ut insti. ex quib. cau. manu. non li. et, § cum ergo.

m *Voluntas*] Post. uetans non alias cum sui gratia pactum est facta infra de lez. expor. l. 3.

n *Maioris.*] 25. annis.

o *Administrasset*] administrare cepisset.

p *Contra*] id. i. præter.

¶*Sciendum.*] Vlpia. vult exponere vltima verba edicti, scilicet animaduertam, quæ sunt supra eo l. 1. §. prætor, nam ponit hic regulam, ex qua dat plura exempla. Regula est, quia minoribus indistincte non subuenitur, sed causa cognita, ut si sit minor restituendus restituitur, alias non.

¶*Vnde.*] Pone: Minor seruum sibi necessarium emit. hic seruus decessit, non restituitur hoc casu minor iste, cum sobrie rem suam administrauit. Item pone: Minor institutus fuit in locuplete hæredi. & statim here. minor iste a..uit, & multa postea de hæreditate petierũt: hasne, vult iste minor restitui contra aditionem, non restituitur hoc casu, licet quidam iurisconsl. tel. contrarium dixerint, sed male: in casu tamen uno posset eius iulsu opinio defendi: ut ecce minor adiuit locupletem here. & cum debuit vendere animalia, non uendidit, uel alia facere debuit, & non fecit, potest hoc casu restitui contra aditionem. Item hic quæritur, an minor possit restitui contra minorem, & dicit quidam iurisconsult. indistincte quod nõ. Sed tu distingue, pone minor mutuauit pecuniam alteri minori. Distingue, aut ille perdidit, & melior est causa perdentis, & ideo mutuans non restituetur: aut pecuniam

1† Alias, vel vtilis de dolo vel actio erit in, &c.

2† Fl. & con-dictio.

3† Fl. seruitu-tem.

4† Quod in-terrogatum.

5† Fl. docet, sic.

6† alias desunt verba id est minorẽ 20 ann.

7† Fl. Quare videdũ est.

8† Fl. Audietur.

9† Fl. compe-tit.

10† Fl. desis. ex potestate constitutionis.

*Vide Inn. de offi. de le. in c. cum contingat in fi. magna gl. & in c. 1. de consuetudi.

11† Fl. deest, &c.

12† Vrbicariã alias Vrbicã aut procurationẽ cũ hõre putat Ægidius Bezbrun. quasi reipub. cã in corum vrbe curatoris si. aliud vt negotiũ publicum susceperit.

21† Fl. adolescentes aduenant prætorẽ.

Deponere]

a *Deponere*] I. nondum coeptam tutelam facilè quis potest euitare excusando se, vt Insti. de excu. tut. per totum, & C. & ff. coeptam autem dimittere rato. Primo vt si reipublicæ causa abest, & trans mare, vt hic. Secundo si est silentiarius, vel consiliarius principis, vt hic, & infra de excusat. tut. l. iurisperitos, & C. de excu. tut. l. si. Tertius est ratione senatoriæ dignitatis, vt], de excu. tut. & cur. l. spadonem, §. scire. Quartus si transtulit domicilium iussu principis, vt inf. e. tit. l. sed nihil. §. sunt & alij. Quintus si sit factus cæcus, vel furiosus, vel similis conditionis tutor, vel curator vt in fi. de excus. tutor. l. post susceptam. hi aût prorsus deponunt. Sunt & alij, qui ad tēps deponunt, vt qui alibi absunt reipub. causa. Item qui alicui negotiationi à principe sunt prepositi, vt Insti. de excu. tut. § 2. & inf. de excu. tuto. l. geometræ.

b *Excusationem.*] nō allegando aliquā de p dictis causis, & verò.

c *Dubitabat.*] de hac quæstione.

d *Retetulit*] consulēdo ipsum. Acc.

e *Contractum proponi*] hæc rō est falsa, & insufficiens. falsa q2 hic est quasi contractus: quia inter tutorem & pupillū, & curatorem, & adultum quasi contrahitur, vt Instit. de oblig. ex quasi contract. §. tutore, & ex eo sententia fuit lata in excusatione, ex qua quasi contrahitur, vt infra de pec. licet. §. idē scribit. q̄ sunt]. insufficiens, quia si esset verum, q̄ non esset]ctus, vel quasi, tamē non deberet dari restitutio, vt sup. eod. l. ait prætor. in princ. q̄ est contra. Sed expone hic, neque. n. proponi contractum. s. talem, vel quid simile, supple, q̄ restōnem inducat. vere tamen est quasi contractus, ut dictum est.

f *Reducere.*] nunquid dando restitutionem? Dic, q̄ non: sed facto tantum, quia accusatio data absentibus adolescentibus non tenuit ipso iure, ut C. si ex fals. accus. l. 1. & sic restō non datur, vt inf. eo. l. in causæ 2. in prin. hæc placet. Alij dicunt per restōnem, & dñt eos contumaciter abfuisse, quia inuenti, & sic tenuit sententia. Sed hoc reprobatur, quia tunc non restituerentur propter dolum contumaciæ, ut diximus sup. eo. l. minor. Alij dicunt, quod absētes erant probabili caus. & necessaria, & fuerunt legitimè citati, & non inuenti, unde tenet sententia, ut C. quomodo & quando iud. l. ab eo. & l. ea quæ. & hoc probari potest: & secundum hoc princeps restituet, vt hic, uel alius iudex, dummodo non minor contra sententiam mouo...

nes excusatus: cū. n. 1 † susceptam tutelam non alij soleant deponere, a quam qui trans mare reipub cā absint, uel ij, qui circa principem sunt occupati, ut in consiliarij Menādri Arrij persona esset indultum: meruisset ne 2 † aût Saluianus excusationem, b quod adolescentes quasi capti in integrum restitui a prætore desiderarent. 3 † Arrius 4 † Seuerus quia dubitabat, c ad Imper. Seuerum retulit. d ad quā consultationem 5 † successoris eius Ventidio Quieto rescripsit, nullas partes esse prętoris: (Neque n. contractum e proponi cum minore annis 25.) sed principem interuenire, & reducere f hunc ad administrationem debere, qui perperam esset per prætorem 6 † excusatus.

Hic Iurisconsultus exponit verba edicti, q̄ dicūt, quæ res erit, & hoc intendit. Restitutio ex hoc edicto conceditur causa cognita: hoc est si est minor, & læsus sui facilitate: secus si casu fortuito. Bar.

¶ Sciendum est g aût non passim minoribus subueniri: sed cā cognita, si capti esse probētur. h 7 † Ita non restituetur, i qui sobrie rem suam administrans occasione damni non inconsulte accidentis, sed fato, k velit restitui. Nec. n. euētus * damni restitutionem indulget: sed incōsulta facilitas, & ita Pomponius lib. 28. scripsit.

¶ Vnde Marcellus apud Iulianum notat, si minor sibi seruū necessarium cōparauerit, mox decesserit, non debere eum restitui: neque enim l captus est emendo sibi rem necessariam, 8 † licet mortalem.

¶ Si locupleti 9 † hæres extiterit & subito hæreditas lapsa sit: puta p ædia fuerunt, quæ chasmate m perierunt, insulæ exustę sunt, serui fugerunt, aut decesserunt: Iulianus quidem lib. 26 10 † sic loquitur, quasi possit minor in integr. restitui. n Marcellus aût apud Iulianum notat, cessare in integrum restitutionem: o neque enim ætatis lubrico captum esse, 11 † adeundo locupletē hęreditatem: & quod fato contigit, cuiuis patrifamilias (quāuis diligentissimo) posse 12 † contingere. Sed hęc res affere potest restitutionem p minori, si adijt hæreditatem, in qua res erant multę mortales, uel prædia vrbana ruinosa, 13 † æs autem alienum graue, quod non prospexit q posse euenire, ut demoriantur mancipia, prædia ruant, vel q̄ non citò distraxerit hæc, quæ multis casibus obnoxia sunt.

Si sint duo priuilegiati pari priuilegio, prefertur ille, qui certat de damno vitando: sed si vterque certat de hoc, est potior causa rei: sed si sint priuilegiati dispari priuilegio, priuilegium potentioris præponitur. d. cum l. seq. Bar.

ris, vt infra eod. l. in causæ. §. fin. & l. seq. licet hic innuat de principe tantum, quia de alijs n. gare videtur, vt supra eod. l. & si sine. §. sed quod Accu.

g *Sciendum est autem.*] nunc exponit illa verba prætoris, quæ res erit animaduertam, vt]. e. l. 1. hoc est cū causæ cognitione a dabo, vt hic: &]. eo. l. in causæ. §. causa, & l. in causæ 2 in prin. & l. quod si. § non semper & l. non omnia.

h *Probentur.*] oportet ergo, q̄ probet se læsum, & sui facilitate, aut dolo aduersarij, vt hic: &]. § proxi ibi inconsulta facilitas, &c. Alij dicunt sufficere, si poet se læsum, & si aduersarius vult eū excludere probet diligentiā, vel iure communi vsum, vt C eo. l. non videtur.

i *Restituetur*] sed certe in solutione? ecce. n. si soluero minori et euict. s. cum authoritate tutoris, vel curatoris, ex damni euentu. s. si amittat, datur restō, vt C. si ad uer. sol. l. 1. quæ est]. Respōnio idem. nā si casu perditur, non restituitur, vt hic: si sui facilitate, sic, vt ibi. Alij distinguunt, an possit aliquid imputari debitori in soluendo: an non. in primo casu restituat, secundo non. vt argu. in fra de exer. l. si. Tertij dñt, q̄ ex quo pdit minor creditor fingitur, nec peruenisse, vt]. quod met. caus. l. si ipsa. Sic]. si male acceperit, vt]. ad Macedo l. Iulianus §. proinde. & Institu quib. ali di ; §. pe. q̄ fictio, vt fingatur non peruenisse, si postea perdatur, non hēt in]ctib. cū debitor plus astringatur, cum se liberari petat, iō cū maiori solennitate debet soluere, s. cum iudic. vt]. eod. l. ait prætor. §. permittitur. Hæc opi. non placet, vt]. eo. l. quod si §. pe.

K *Sed fato*] idest casu.

l *Neque enim.*] item non videtur circumscriptus, &c. vt C. eo. l. non videtur & inf. de fideiuss. l. inter. § pen. & infra de sol. l. in pupillo in fi. Sed quid si vilem emit? Respondeo idem, per d. l. non videtur. Accur.

m *Chasmate.*] i. ruina versus abyssum, vt infra loca. l. ex conducto §. cum si quis. *

n *Restitui*] contra aditionem.

o *Restitutionem.*] vt dimittat hæreditatem.

p *Restitutionem.*] vt ab hæreditate abstineat.

q *Quod non prospexit*] hoc dicit affere restitutionem. ? non, &c. vt hic, & supra de transad. cum hi §. fi. & sit non quod debet prospici, quod euenire potest, ut infra loca. l. si quis domum §. idem quærit. & de hoc dixi supra de ædil. ... l. si idem.

1 † *Aliàs de eo, cuius.*

2 † *Aliàs de eo, ne.*

3 † *Flo. desiderauerant.*

4 † *Aliàs, Decimus, alias Decimus, alias De merrins, alias Æ mus.*

5 † *Fl. successor eius Bentidio. sic in Arabet ypo. verū autem successoris. Thurel in adnot.*

6 † *Flo. a prætore.*

9 † *Flo. proponantur.*

* *Item m. secundum Bamonorem non restituunt ergo casum, & fortunam & concor tex. in prin. seq. §. Tu vero unde apud Aul. Gell. li. 6. c. 2. quod si fatū.*

a *Concor. tex. in l. 1. supra de restit. in inte. text. in l. mi nor autem.] eo. & ibi Bal. quæ causa illegata debet probari, vt hic concor. text. in l. nam & postea. §. 1. minor. ff. de iureiu.*

8 † *Per necessariam.*

9 † *Minor.*

10 † *Flo. 16.*

11 † *Flo. captus est.*

12 † *Florent. posse.*

13 † *Flo. deest, ruinosa.*

* *Senec. li. ... quæst. chasma vocat, cum alis qd cęli spatium desedit, & flammam dehiscens velut in abdito ostentat his cum terræ ... quo Flo. lib ... cas.*

An fit.]

a *An sit.*] vendidit minor minori, pro quadraginta, quod valet sexaginta.
b *Captus sit.*] vt qui captus est, restituatur.
c *Vel perdidit.*] no melior est causa consumentis, vt hic: & infra de verb. oblig. l. si seruum, §. sequitur, & supra ne quis eum qui. l. i. in fi. & l. 2. Sed prob. q nunquam habet locu restitutio: si enim amisit, non restituitur vt hic: si non amisit: iure communi tenetur, cum sit locupletior, vt infra cōmod. l. 3. §. 1. responso. ergo cessat restitutio, vt infra eodem. l. in causę, 2. §. Pomponius, & tamen hic in praecedenti respon. dicit dāda, quando non perditur. Respond. per restitutionem consequitur, vt totus contractus pro nihilo habeatur, & dilationes, & pactiones non seruentur, & data restitutione vendicabo si extat, quae non consequor si iure communi ago: intelligitur ergo de minore viginti quinque ann. qui tamen est maior quatuordecim ann. & nō habet curatorem: alias suo iure vendicaret, vt C. eodem, l. si curatorem, & Instit. quibus alie. licet, §. nunc admonendi. sic infra eodem, l. si minor. Item, quid si mutuans minor credidit alium maiorem? Quidam dicunt restitui mutuantem, & si sit perdita, alij non.

1 † Alias, de- ast, vel.

¶ Item quaeritur, si minor aduersus minorem restitui desiderat, an sit a audiendus? & Pomponius simpliciter scribit, non restituendum. Puto autem inspiciendum à praetore, quis captus sit. b proinde si ambo capti sunt (verbi gratia, minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit;) melior est causa (secundum Pomponium) eius, qui accepit, & uel 1 † dilapidauit, vel perdidit. c

¶ Plane si minor annis cum filiofamilias d maiore contraxerit, e & Iulianus lib. 4. Digestorum, & Marcellus libro secundo *Digestorum*, scribit posse in integrum restitui; vt magis aetatis ratio, quam senatusconsulti f habeatur.

Caius li. 4. ad edic. prouin.

LEX XIII.

SI apud minorem mulier pro alio intercesserit, g non est ei actio in mulierem danda: h sed perinde atque caeteri, per exceptionem i submoueri debet: scilicet k

d *Cum filiofamilias.*] maiore: secus si minor, vt infra eod. l. si minor.
e *Contraxerit.*] mutuando pecuniam contra Maced.
f *Quod senatusconsulti.*] s. Macedoniani, vt hic: & inf. ad Maced. l. si paterfamilias, in fin. & de iur. & fac. igno. l. regula. in princ. & hoc replicatione proposita praehabita restitutione contra excep. Maced. vt inf. de iureiu. l. nam & postea, §. si minor. an autem Velleiano praeponatur aetas, dic, vt infra l. proxima.

SI apud.] CASVS. Cum creditor meus esses, & minor esses, mulier quaedam apud te nomine meo fideiussit, non nouandi animo: vtrum possis postea restitui, quaeritur? & respon. quod non potes, nec habebis actionem contra mulierem: quia habes auxilium contra me creditorem antiquum: haec vera sunt si sim soluendo, alias secus.

g *Intercesserit.*] animo nouandi.
h *Danda.*] s. cum effectu.
i *Per exceptionem.*] s. Velleiani.
k *Quia communi.*] haec non est bona ratio, vt C. si tutor, vel curat. l. etiam, sed hoc quia & ipse priuilegium habet: unde admittitur priuilegium contra priuilegium, vt infra ex quibus causis maior. l. fin. §. fin. licet non prorsus, vt hic.
l *Actio restituitur.*] quando nouata erat, vt C. ad Velleia. l. si paternam.
m *Alioquin.*] i. si non sit soluendo, fuit tamen ab initio: secus si nec ab initio fuit soluendo, quia tunc mulier in amplius non teneretur, quam reus, secundum H. quod non placet: quia & qui nihil habet, fideiussorem dare potest pro toto debito, cum ipse teneatur, ut C. si certum peta.

l. incendium, & Insti. de fideius. in prin. Et nota hic, quod alterius inopia in alium datur actio, ut supra tit. 1. l. & eleganter. §. si quadrupes, & infra de instit. l. 2. & infra eo. l. cum mandato, & infra ad legem Aquil. l. qui occidit, §. pignus, & infra si mensor fal. mod. dixer. l. 3. §. competit. & infra mand. l. si pro curatorem, in princ. & supra de eo p quē fact. erit. l. fi. & infra si quid in fraudem patro. l. si libertus, & de leg. 2. l. plane, §. 1.

quia communi k iure in priorem debitorem ei actio restituitur, l haec si soluendo sit prior debitor; alioquim m mulier non vtetur senatusconsulti auxilio.

Minor restituitur, non autem fideiussor. Item restituitur aduersus principalē creditorem, & aduersus fideiussorem actione mandati agentem. Bar.

Vlpianus li. 11. ad Edictum.

LEX XIIII.

IN causae cognitione uersabitur, vtrum soli ei succurrendum sit; an etiam ijs, qui pro eo obligati sunt; vt puta fideiussoribus. Itaque si cum scirem minorem, & ei fidem non haberem, tu fideiusseris pro eo, non est aequum, fideiussori n in necem o meam subueniri; sed potius ipsi deneganda erit mandati p actio.

Prosequitur eandem materiam: et declarat aliqualiter praecedentia, nō autē ponit nouum casum Bartolus.

IN causa.] CASVS. Dixit supra eod. l. verum. §. sciendum, quod causa cognita datur restitutio: nunc vult dicere, quae vertantur in causae cognitione, & hoc vsque ad §. nunc videndum, j. eodem, l. in causae. Dicitur ergo hic, quod minori non fideiussori succurritur per in integrum restitu. & hoc in prima. Itē minore restituto non habebit fideiussor actionem mandati contra minorem, & hoc in secunda. Item, minor debet petere in integrum restitu. tam contra credito. quam fideius. Item, si tu mihi mandasti, ut minori credam, & credidi, minore restituto tibi mandatori non subuenitur, unde fideiussor tenetur: sed minor non tenetur, neque creditori, neque fideiussori.

¶ *Causa.*] Contraxi cū minore, minor petit restitui contra me, dicitur quod me praesente dari debet ei restitutio. & causa cognita.

¶ *Interdum.*] Minor uendidit tibi praedium suum & ego illud praedium Titio vendidi, nunquid potest iste minor restitui contra possessorem, idest Titium secundum emptorem? & dicitur, quod ille minor restituitur contra emptorem secundum, scilicet Titium, si ego primus emptor, non sum soluendo, uel si minoris interest habere fundum, his duobus casibus restituitur minor contra Titium, emptorem secundum. Et haec uera sunt, quando iste Titius secundus emptor ignorat rem minoris esse: indist inctè succurritur isti minori contra secundum emptorem, & sic istis tribus casibus, minor aduersus secundum emptorem restituetur. Sed nunquid Titius secundus emptor potest agere aduersus me de euictione, eo quod ab eo minor euicerit? Et respon quod Titius iste potest agere contra me de euictione. Idem est si per plures manus res venditae ambulauerint, ut minori succuratur in istis tribus casibus.

n *Fideiussori.*] s. tibi, vt infra de fideius. l. Marcellus.
o *In necem.*] no. quod vni in alterius damnum non succurritur, ut infra eodem, l. auxilium. in princi. infra de in rem ver. l. si pro patre. §. versum. Ex quo, quia dixit non esse aequum, collige, quod non fui in dolo: alias etiam fideiussori contra me subuenitur, vt C. de fideius. minor. l. 2. & infra proxime colligitur.
p *Erit mandati actio.*] impetrata restitutione contra ipsum fideiussorem mandati agentem, ut infra proxim. §. & C. de fideiuss. mino. l. 1. Sed nonne extinguitur principalis obligatio per restitutionem? quod si est, quomodo remanet accessoria, ut infra de reg. iur. l. cum principalis? Respon. Ioan. quia ciuilis tantum tollitur per restitutionem, idest

vulne-

vulneratur, ficut in re iudicata, non naturalis, ut infr. de condict. indeb. l. Iulianus, & Instit. de excep. §. item si cui, naturali etiam potest accedere fideiussor, ut infra de fideiuss. l. fideiussor. §. fideiussor. & ita personalis tantum exceptio per restitutionem inducitur, ut infra de exceptio. l. exceptionem, in fi.

¶ In summa a perpendendũ b erit prætori, cui potius subueniat: vtrum creditori, an fideiussori: nam minor captus neutri tenebitur. facilius in mandatore dicendum erit, non debere ei subueniri. 1 † hic enim velut affirmator fuit, & suasor, vt cum minore contraheretur. Vnde tractari potest, c vtrum minor in integrum restitutionem aduersus creditorem, & aduersus fideiussorem implorare debeat & puto tutius aduersus vtrumque.

In ijs, quæ fiunt causa cognita, requiritur, quod pars sit præsens, vel per contumaciam absens. B.

Causa autem d 2 † cognita & præsentibus e aduersarijs, vel * si per contumaciam f sint: in integrum restitutio nes perpendendæ sunt.

In integrũ restitutio est scripta in rem: & ideo datur in subsidium cõtra eũ ad quẽ res peruenit, licet cum minore contraxit. h. d. cum l. sequen. Bart.

Interdum * autem restitutio, & in rem datur minori, idest aduersus rei eius possessorem, licet cum eo non sit contractum, vt puta rem a minore emisti, g & alij vendidisti, potest h desiderare interdum aduersus possessorem restitui, ne rem i suam perdat, vel re sua careat. K & hoc vel cognitione prætoria, l vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio.

Pomponius m quoque libro 28. 3 † scribit Labeonem existimasse, si minor annis vigintiquinque fundum vendiderit n & tradiderit, & 4 † emptor rursus eũ alienauerit: si quidem emptor sequens scit rem ita gestam, restitutionem aduersus eum faciendam; si ignorauit, & prior emptor soluendo est, 5 † nõ esse faciendã. o Sin uero nõ est soluendo, p æquius esse minori succurri, etiam aduersus ignorantem, q quamuis bona fide emptor est.

Paulus lib. 11. ad Edictum.

LEX XV.

PLane quamdiu is, qui a minore rem accepit, aut hæres eius idoneus sit: nihil noui constituendum est in eum, r qui rem bona fide emit, 6 † idque Pomponius scripsit.

Caius lib. 4. ad edic. Prouinc.

LEX XVI.

SEd ubi restitutio datur, s posterior emptor reuerti ad auctorem suum poterit. t Per plures quoq; personas si emptio ambulauerit, idem iuris erit. u

Auxilium extraordinarium in subsidium introductum, non concurrit cũ ordinario. Bart.

a *In summa*] licet supra sit soluta quæstio adhuc tamen examinat.

b *Perpendendum.*] quod planum tibi erit, si videat, an dolo creditoris sit deceptus minor, ut tunc fideiussor restituatur: alias non, ut infra de except. l. exceptiones, quæ personæ, §. fi. Item, & quandoque etiam si non sit dolus, subuenitur in duobus casibus, ut sup. de procurat. l. si minor.

c *Tractari.*] adhuc examinat prædicta.

d *Causa autem*] potest cum superioribus, vel per se legi.

e *Et præsentibus.*] nam causæ merita, &c. vt C. si per vim, uel alio modo. l. fi. & ideo præsentia hic exigitur, ut hic, & C. de præd. min. l. 1. & fi. ex fal. alleg. l. 1. & inf. eod. l. etiam, §. fi. & in decret. 3. q. 9. c. omnia. & in Authen. de hæred. & Falcid. §. si vero absunt, colla. 1.

f *Per contumaciam.*] quia tunc pro præsentibus habentur, ut in Authen. de iudic. §. appellationes, collat. 6. si autem sunt absentes, & non contumaces, tribus mensibus expectãtur, vt in Authent. ut spon. l. 18. §. ad hæc, col. 9.

g *Emisti.*] non cum decreto, sicut opus fuit.

h *Potest.*] s. minor.

i *Rem suam.*] scilicet soluendo non esset.

k *Careat.*] cum non habebas, quod minor tibi vendiderit, & interfuit sua ipsam rem habere, ut s. eo. l. si ex causa, in prin.

l *Prætoria.*] quatuor modis expone. Primo, ut cognitio prætoria sine officio iudicis habeat locum, quando minor non fuit dominus: alias restituitur ad vendicationem, ut subijcit. Secundo dic, quod si habeat causam possidendi à minore prior emptor, tunc ad rei uendicationem restituatur. si autem non, licet ab eo emerit, quia prius habebat eam, tunc cognitione prætoria. Tertio dicas, quod tam officium, quam vtilis rei vendicatio simul dentur. Hoc Ios. non placet, vt infr. eod. l. in causæ, §. Pomponius. Quarto dic, (quod puto verius) quod primo petatur restitutio in integrum per officium iudicis, ut infra eo. l. quod si minor §. fi. per quam rescinditur alienatio, ut pro non facta habeatur, & sic rei vendicatione vtili agit, vt subijcit, & pones, vel pro &c.

m *Pomponius.*] alias lex.

n *Vendiderit*] cum decreto, ut hoc superiori casu.

o *Faciendam.*] nisi interfit habere rem, ut dixi.

p *Si vero est soluendo.*] prior emptor.

q *Ignorantem.*] secundum emptorem.

r PLane. In eum.] s. posteriorem emptorem, nisi interfit sua potius rem habere, ut sup. eod. l. si ex causa, in princ. & supra l. proxi. in fi.

s SEd ubi restitutio datur.] contra posteriorem emptorem.

t *Poterit.*] ut infra de euictio. l. minor, in sol. l. qui res. §. huic, Accursius.

g *Putabam.*] ego Pau.

h *Quod.*] i. quia: sed quā currit præscriptio huius tpis, vt C. in quibus cau. in integ. resti. non est neces. l. fi. quæ est ... Sol. hic ex psis contractu: ibi ex suo, ut arg. j. eo. l. et. V. l. illa in tpe à lege inducto; hic à contrahente.

i *Motus est.*] pro pupilla.

k *Magis posse.*] quam quòd dies committendi incidisset in tempus pupillæ, & sic consentit Paul. quòd bene fuit restituta hoc casu, quæ non esset, si denunciatio non fuisset.

l *Displicebat.*] quia est odiosa, & in fraudem vsurarum inducta; & ideo etiam in pignorib. reprobatur, vt C. de pact. pig. l. fi.

m *Erant.*] dic, quod Imperator bene iudicauit hoc casū (secundum omnes) quando fuit renunciatum legi commissorię. Sed si hoc non fuit, an sit restituenda? secundum Pau. non, & est pro eo inf. quib. ex cau. in pos. ea. l. apud. s. res. & inf. de iure fis. l. fiscus. & infra sol. matr. l. si maritus & inf. de regu. iur. l. in his. §. 1. & inf. de iudi. l. hęres. s. respon. & C. si aduersus vendi. pignor. l. 2. sic in commissione pœnarum, vt infra de nau. fœ. l. fi. & rescissione transactionum, vt C. de his quib. vt indig. l. Polla. & in distr. pigno. vt hic dicit; econtra pro Imperatore: quia tutores remoti sūnt ut suspecti unde præsumi potest eorum fraude & machinatione rē esse amissam. Item, quia lex commissoria est odiosa, ut infra de verb. obl. l. cum filius. Sed his auditis credo Pau. melius dixisse de iure, & ideo eius sententia sequenda est tanquam Iustiniani, ut C. de uet. iur. enucl. l. 2. § his itaque. in fi. § scilicet, quando non est renunciatum legi.

n *Omisissent.*] putā non adierant hereditatem relictam contemplatione patris; si autem ex contractu, merito restituitur, siue in potestate, siue emancipatus conueniatur, ut supra eo. l. 1. § proinde si ... Item pone in legato pure relicto, secus si sub cōditione, ut sup. eo. l. 3. §. si quid. in stipulatione autem prius facta indistinctè non restituitur, cum semper patri quęratur, ut infra de uerborum oblig. l. si filius.

1 † Fl. desst, cuius.

2 † Fl. Largiano.

3 † Fl. cessauerunt.

4 † Fl. desst, ut pretium solueretur.

5 † Fl. desst, Antoninus.

6 † Fl. denunciando.

a. Bal. dicit istā glo. fin. cū suo texto, ad hoc, quòd interpellatio facta debitori ñ cōsti tuit eū semel in mora; sed cum aliquo modico interuallo cōmodicatis tpis, ut possit, puidere solutioni.

b Hęc uera fm Iac. Butrig. & Bal. hic.

c Hanc approbant Pe. de Bellap. & Cy. fm Bald. hic.

Scæuola lib. 2. Digestorum.

LEX XI.

INtra vtile a tempus restitutionis apud præsidem petierunt in integrum restõnem minores, & 1 † de ætate sua probauerunt. dicta pro ætate sententia, aduersarij, ut impedirent cognitionem præsidis ad Imperatorem appellauerunt: præses in euentum appellationis cætera cognitionis distulit. quæsitum est, si finita appellationis apud Imperatorem cognitione, & iniusta appellatione pronunciata, egressi ætatem b deprehendantur, an cætera negotij 2 † implere possint, cum per eos non steterit c quo minus res finem acciperet; Respondi secundum ea, quæ proponerentur, 3 † perinde cognosci, atque si nunc intra ætatem d essent.

Si minor omittit auxiliũ ordinarium, contra curatores seu administratores: et intentat cõtra possessores, tenetur restituere omnes expensas possessorib. Bar.

¶ Vendentibus curatoribus minoris fundum, e emptor extitit Lucius Titius: & sex ferè annis possedit, ac longe lateque 4 † rem meliorem fecit. quæro cum sint idonei curatores, an minor aduersus Titium emptorem in integrũ restitui possit; Respondi ex omnibus quæ proponerentur, vix f eum restituendum esse, nisi si 5 † maluerit omnes expensas g 6 † quas bona fide emptor fecisse se approbauerit ei præstare: maximè cum sit ei paratum 7 † auxilium, curatoribus eius idoneis constitutis. h

INtra.] CASVS. huius legis variè consueuit poni, vt circa literam est notatum, sed tu pone hoc modo. Minor fuit læsus in contractu, & dum compleuerat 25. annos petit restitui. Sententiatum fuit pro eo, s. de eo restituendo, aduersarius appellauit, & dum causa appella. agebat, elapsum est quadriennium, qđ datur ad restitutionem petendam, & factus est maior 30. ann. & in ista causa appel. similiter compromittunt isti maiores: qa à populo fuit pronunciata, & isti minores facti maiores petunt sẽtentiã executioni mãdandam. Dicit ꝙ bene possunt sententiam executioni mandare post 30. an. cum per eos non stetit. Vel dic secundo, ꝙ minores fuerunt restituti ut actiones præs. rip. sublatã possint intentare, & aduersarius appellauit, & obtinuit, tandẽ isti minores in cã app. effecti maiores sunt. dĩ quod pñt post 30. an. intentare rei vẽdi. & rem suam vendicare. Tertio modo ponit casus: quia iudicatum fuit eum esse minorem: non tñ fuit restitutus, & ideo appellauit, & factus est maior. Dicitur, ꝙ restituẽdus erit post 25. an. sm primam & secundam positionem, dic, in toto prin. cognosci super executione & cognitione, i. super executione, & demandatione eius. Et sic tribus modis ponitur casus huius l. sed in quolibet istorum duorum casuum, retineas thema primi casus, quando fuit intra quadriennium, & factus fuit maior. Item nota secundum vltimum casum quia appellatur ab interlocutoria, & de incidenti pronunciatur nunquid hodie minor debet restitui, & hoc dicit.

¶ *Vendentibus.*] Curator minoris vendidit fundum minoris Titio puta, vult restitui minor contra Titium. dicitur ꝙ non potest restitui contra emptorem. sed agat contra curatorem hęc vera sunt nisi velit restituere illi Titio expensas, quas fecit Titius emptor.

1 † *Alias, de eß. &c.*

2 † *Alias, negotia.*

3 † *Vel, propo nantur.*

a *Intra vtile.*] Tribus modis pone casum. Primo, quod data fuit sententia pro ætate, scilicet quod esset minor, & restitutus fuit, & quod subijcit cognitionem, scilicet executionis, & demandationem eius, cætera cognitionis. Et eodem modo expone in § perinde cognosci, scilicet de executione: nam, & in executione debet esse causæ cognitio, scilicet. Item illæ quæ dicitur infra de re iud. l. a diuo. §. 1. & l. commodis. Secundo dic casum, quod fuit restitutus, vt actionem præscriptione amissam x. vel xx. annor. possit intendere, quæ tempore huius legis currebat contra minorem, vt infra eod. l. etiam, sed hodie non, sed tantum xxx. annor. & in ea etiam potest poni, vt C. in quib. cau. In integ. restit. non est necess. §. in fi. Ideo autem non fuit ad rem restitutus, quia possessor non habebat ab eo causam: & secundum hoc dic cognitionem habendam in vtili rei vendicatione, & sic vsque in finem §. dicas. Tertio dic, a quod fuit pro ætate danda sententia, scilicet quod esset minor, no tamen restitutus, & secundum hoc dic cognitionem præsidis, scilicet, habendam, in danda, vel denegãda in integ. restit. & eodem modo vsque in finẽ. Sed huic tertiæ positioni tria obstant. Primum, quia retardatur hæc restitutio danda vltra 25. an. ꝙ esse non debet, vt C. de temp. in integ. resti. l. petendæ in prin. & l. fi. & supra eodem. l. Papinianus exuli, § fin. Solu. hoc est speciale in odium aduersarij qui dolũ fecit, vt inf. eo. l. petendæ. in fi. & fauore minoris, qui fuit sol. citus, vt C. de inoffic. testa. contra maiores. Secundo ob. quia de incidenti fuit hic iudicatum, scilicet esse minorem, quod esse non debuit, sed tantum de principali, scilicet de danda vel deneganda restitutione, vt C. de ordi. iudi. l. 1. in fi. & de ord. cog. l. 2. Sol. hic speciale, vel dic, quod data fuit, sed dari non debuit.

a *Hæc est vera lectura, sm scriben. hic.*

b *Vel* distingue, an plene cognoscatur de incidenti, & tunc pronunciatur, vt C. de fal. vbi. & hic: aut semiplene, & tunc non, vt in ll. contrarijs, & de re iud. a diuo. §. si super c. Tertio ob. quia fuit hic appellatũ ante definitiuam sententiam scilicet a prædicta interlocutoria, ꝙ esse non debet, ut C. quor. appel. l. ante. sed hic speciale. Vel dic, quod illa intelligitur, nisi interlocutoria talis sit, quæ statim executioni mandetur, vel causam fere totam determinet. vt hic est, & supra eodem, l. ait prætor. §. permittitur.

b *Istud est* falsum, quia Imperator in firmasset, & non confirmasset interlocutoria non.

c *Sol.* sm Bald. hic, & dic, ꝙ super incidenti nõ est pronũciãdum per se. l. de necessitate tñ si pronuncietur, valet sententia, nec ex hoc solo df grauati aduersarius qa seorsum pronũcietur. Vt hic quod est notabile sm eundem. Ba

4 † *Fl. de lon ge longeque.*

5 † *Alias, deesß.*

6 † *Alias, impensas.*

7 † *Alias, paratum præsidi auxilium.*

b *Egressi ætatem.*] idest annum vtilem. Sed videtur hic, ꝙ annus ipso iure non currat. cum enim sit vtilis, & hic non põt plus, facere q̃ faciat: ergo non currit, ut j. de diuer. & tempo. præ. l. prima. Sed dic, quod ita currit pendente appellatione, sicut currebat prius donec causę in integrum restitutio agebatur, cum pendente appellatione omnia sint in eodem statu, vt infra nil no. appel. pen. l. 1. Item in rescissoria, quæ speratur nasci post restitutionem finitam, ideo currit ipso iure annus, quia nec ibi fuit facta contestatio, vt C. ex quibus cau. maio. l. fi. secus si fuisset facta lis contesta. licet quidam dicant contrarium, currit ergo annus vtilis: quia iudex semper redebat ius, & actor agebat, & reus defendebat, licet omnia consumare non potuerunt, sed tamen perinde habetur cognitio etiam post, ac si non cucurrisset propter aduersariorum dolum. Accursius.

c *Non steterit.*] secus si per eos stetisset, ut C. de tempor. in integrum restitutio. l. finali, & facit in Authe. de appella. & intra quæ tempora. §. 2. collat. 4. in Auth. de appel. colla. 8 §. 1.

d *Intra ætatem.*] scilicet vtilem annum. Et nota hic argument. quod si causa commissa per frustrationes alterius partis vltra tempus fuit extensa, quod ultra etiam possit cognosci ut C. de tempor. in integrum restitutio. l. petendæ. & contra quod non, vt infra mandati, l. diligenter.

ADDITIO. Istam gloss. sequitur Bald. hic: quia certa præfixa iudici delegato non prorogatur propter dolum litigantis, vt extra. de officio delega. cap. de causis, sed redit instantia ad delegantem. nec obstat hæc lex: quia hic tangebat ius partis, sed in quæstione gloss. non tangit ius partis, ut supra de officio præsi. dis, leg. sape.

e *Fundum*] cum decreto. vel dic etiam sine decreto, s. vrbanum quod libet. Hodie tamen nec vrbanum, ut C. de admi. tu. lex quæ. in prin. & §. 1. & de prædijs, mi. l. si prædium rusticum. & C. si tu. vel cura. l. etiam. Acc.

f *Vix.*] i. non, nisi, ut subijcit.

g *Expensas.*] necessarias & vtiles, aliter de voluptarijs, vt inf. de admi. tu. l. fine, §. interdum, & §. seq. & l. tutorem, §. interposito, & §. 1.

h *Constitutis.*]& facit C. de iudi. l. properandum, §. sin autem, & l. cum mandato, §. 1. Acc.

Minor

M*inor annis*] CASVS. Paterfamilias decedens Titium hæredem instituit, & cuidam minori legatum dedit siue reliquit in testamento, & dum controuersia erat inter illum hæredem & legatarium, qui hæres scilicet negauit legatum deberi, tamen fuit pronunciatum pro legatario minore, scilicet de legato præstando, & ita habebit iste minor actio. in factũ ex re iudicata ad legatum illud petendũ, tamen hæres dolo, uel cautela induxit istum legatarium minorem vt ei legatum remitteret, & ita cauit in quodam instrumento se legatũ percepisse, & quandam summã pecuniæ debitor, hoc est hæres, scripsit se mutuo recepisse: dicit ꝙ potest restitui iste minor. magis enim prodest ei si agat act. in fact. ex re iudica. quã ex muto.

1 † Lib. 5.

2 † Fl. partã. sic Flo. & manuscri sed glo. accommodarunt paratã.

¶ *Prædia.*] Patet aliquis, puta Titij, gessit tutelam, puta Seij. & male. Vnde patre Titij defuncto contentus fuit minor, scilicet Titius actio. tutelæ, dixit minor, Titius scilicet, nolo imbrigari de istis: vnde aduersario, idest Seio dedit vnã vineã vt eum in pace dimitteret, deinde pænituit se hoc fecisse: dicit ꝙ restitui poterit, ut vineam suam recuperet cum fructibus: sed pecuniam quam ex tutela paterna debet soluere cum vsuris, compensare poterit cum fructibus: immo verius non computantur, sed fit reputatio.

a *Credita.*] idest mutuæ.

3 † Lib. 45.

b *Restitui potest.*] Quare hoc, cum ipso iure sit tutus? nam si non acceperat mutuum, non potuit per cautionem tolli substantia veritatis: superest ergo prima actio in statu suo, ut C. si certum peta. l. si non singuli, & l. si ex pretio. Respon. hic nouatio, & stipulatio intercessit, & sic constituitur ciuile mutuum ex causa præcedenti, vt in dicta l. si ex pretio. Itẽ quid si sua interest magis, ut habeat actionem in factum ex sententia, quam ex mutuo? Respon. quia de nouo oportet agi, ut infra de re iudic. l. 3 §. si ex conuentione. Itẽ, vsuræ currunt ex sententia post quatuor menses: non autẽ in mutuo. Item, quia maiores quam in mutuo, vt C. de vsu. rei iudic. l.

c *Petitionis.*] aliàs contractus, & aliàs petitionis. Accursius.

d *In consulte.*] cum decreto tamen: aliàs ipso iure non teneret alienatio. Vel dic, quod erant vrbana, quæ sine decreto poterant alienari tempore huius l. vt C. de admin. tuto. l. lex quæ, in prin.

e *Reputatis*] proprie accipe, ut supra de negotijs gestis. l. Nesennius, & impropriè dicitur statim compensatis. Vel dic improprie, & pone, & pro idest, ut infra de rei ven.

Stipulatio per quam nouatur actio iudicati, non habet paratam executionem, & ad hoc minor potest restitui. Bar.

Vlpianus li. 6. 1 † opinionũ.

LEX XLI.

MInor annis xxv. cui fideicommissum solui pronunciatum erat, cauerat id se accepisse, & cautionem eidem debitor quasi creditæ [a] pecuniæ fecerat: in integrum restitui potest, [b] quia paratam 2 † ex causa iudicati persecutionem, nouo contractu ad initium alterius petitionis [c] redegerat.

Vsuræ ab vno debitæ, cũ fructibus pceptis ab alijs compensantur. Bart.

¶ Prædia patris sui minor annis 25. ob debita rationis tutelæ aliorum, quam pater administrauerat, insolutum inconsulte [d] dedit. ad suam æquitatem per in integrum restitutionem reuocanda res est, vsuris pecuniæ, quam constiterit ex tutela deberi, reputatis, [e] & cum quantitate fructuum perceptorum compensatis.

Beneficio mihi competente ex persona tua, non vtor te inuito. Bart.

Iulianus li. 2 5. 3 † Digestorũ.

LEX XLII.

SI iudex circumuento in venditione adolescenti iussit fundum restitui, eumque pretium emptori reddere, [f] & hic nolit vti 4 † hac in integrum restitutione, pænitentia acta, exceptionem vtilem aduersus petentem pretium, quasi ex causa iudicati adolescens habere poterit: quia vnicuique [g] licet contemnere hæc, quæ pro se introducta sunt: nec quæri poterit venditor, [h] 5 † si restitutus fuerit in eam 6 † causam in quã 7 † se ipse constituerat, 8 † & quam mutare non potuisset, si minor auxilium prætoris non implorasset.

Iudex potest restituere contra sententiam suam vel prædecessoris sui. Bartolus.

Vlpia. li. 1. de offi. proconsul.

LEX XLIII.

PRæses prouinciæ minorẽ in integrum restituere potest, etiam contra suam vel prædecessoris 9 † sui sententiam. [i] quod enim [k] appellatio maioribus interposita præstat, hoc [l] beneficio ætatis consequuntur minores.

Ea quæ pariunt magnũ præiudicium, sunt cum plena causæ cognitione tractãda. Primo ponit dictum. Secundo illud probat per rationẽ, secunda ibi, Quia. Bartolus.

l. emptor, Vsuras autem ideo debet, quia contractus ex persona defuncti descendit, & quia cucurrissent fundo non dato, & tunc reponitur in eodem statu, aliàs contra, vt sup. eodem. l. patri. §. item ex diuerso.

Si iudex.] CASVS. Minor læsus fuit in venditione prædij, & restitutus, & ita emptor iussus fuit prędium restituere, & minor est iussus reddere pretium: non reddit, quia noluit quod sibi restituatur fundus, nec stare sententiæ latæ in fauorem suum, & postea noluit minor, ut in integrum restitueretur, emptor enim voluit eum compellere ad hoc actione in factum ex re iudicata & dicit quod minor habet vtilẽ exceptionem, nec poterit emptor conqueri quod grauatus fuerit, nam in tali statu est emptor modo, in quo fuit ab initio contractus, quando cum minore contraxit.

4 † Flo. desis.

f *Reddere.*] quod facere debuit, ut supra eodem, l. quod si. §. pen Acc.

5 † Flo. emptor. idem ec. in manuscr. vbi glo. interlinearis interpretatur, s. emptor, potest tamen, & de adolescente intelligi, ut non habeat postea aliam restitutionem aduersus pænitentiam, suam.

g *Quia vnicuique.*] vt hic, & C. de pact. l. si quis in conscribendo. & de episc. & cleri. l. si quis in conscribendo, & infra ad Velleianum, l. si mulier. Sed fallit in casibus quos dixi supra de pactis, l. pactum. Item an potest beneficio minoris ætatis renunciare? Dic, quod non, cum in hoc ipso esset deceptus, vt argum. supra eodem, l. interdum, ibi hoc enim ipso &c. & l. & si fine, §. restitutus, & l. ait prætor. in princ. Quando autem iuri suo a vnusquisq; renunciare potest, dixi plene in Authen. ut fine prohi. mat. debi. & credi. in gen. mi. §. quia vero. colla 5.

6 † Abas, eadem.

7 † Fl. in qua.

8 † Constituit. Flo.

9 † Decessoris. Flo.

h *Venditor*] id est emptor. sic infra de actio. emp l. veteres.

a Concor. et in c. quam periculosũ. 6 q. 1. & in c. statuimus. ex. de reg. vbi nota qualiter qs põt renunciare iuri suo.

P*Ræses*] CASVS. Planum est, quod hic dicitur: dicit enim quod præses potest restituere contra sententiam prædecessoris sui: quia sicut iuuatur maior per appellationem, ita iuuantur minores beneficio ætatis. Viuianus.

i *Sententiam*] in eo, quod dicit, sententiam, est contra C. de appell. l. eos, in principio, & infra de re iudi. l. iudex. Item in eo, quod dicit prædecessoris, est contra C. senten. rescin. non pos. l. 1. Sed dic, quod hæc in restitutione loquitur, illa in appellatione, ut dixi supra eod. l. in causæ. in 6. Acc.

k *Quod enim.*] bene dixi, restitui posse minorem: quod enim, &c. Sed an minor possit appellare? Hic innuitur, ꝙ non, sed contra puto, vt C. quando prouo. non est necess. l. si pater. & infra de reg iur. l. non debet. Tutius tamen est sibi restitui.

l *Hoc.*] & plus.

DE *aetate.*]CASVS. Dicit quod probari debet aetas cum cognitione causae, quia aetate probata in alijs suis causis, etiam in ista praeiudicatur restitutioni minoris, & hoc dicit, & pone exempla, vt citra literam. Vivian.

a *Dixit.*]volebat ad honores admitti, quod minor non posset, vt infra de mune. & hono. l. ad rem. Vel exigere à debitore quod alias non posset sine curatore, vt supra eodem, l. sit praetor, §. 2. Vel solus in iudicio sistere, quod alias non posset, ut C. qui legi. per. l. 1. & 2. Vel rem suam alienare sine decreto, quod alias non posset sine decreto iudicis, vt infra de rebus eccle. l. 1. Vel suarum rerum vult administrationem, quam alias nō debet habere, vt supra eodem, l. 1. in fine; in quibus omnibus aduersarius ei contradicebat & sic patet casus. Accursius.

b *Probandum est.*]in causae cognitione versetur quod praesentes sint aduersarij, vt supra eodem, l. in causae. 2. §. causa. & l. etiam. §. fin. Sed a quo probatur? Dic quod ex aspectu dabit iudex onus probandi cui vult. argument. supra eodem, l. minor. & in hoc etiam potest dici, quod causae cognitio versetur. Nec obstitut quibus mo. tu. §. in princip. quia ibi non probatur, sit pubes vel impubes per aspectum, sed per annos qui anni possunt per aspectum probari, vt dictum est, vel ibi de alio aspectu dicit. Quid si non patet? Respon. ei qui dicit, vt infra de probat. l. ei qui. & C. de proba. l. actor. & est pro hoc C. eo. l. si minorem. & quod dicitur hic. Et ita duobus casibus potest haec lex loqui, quando scilicet aspectu minor apparet. Item quando in dubio ipse dicit, aduersarius negat. Quid si uterque negatiue proponat? Resp. forte praesumam quod sit minor: cum semel fuerit minor. arg. C. de probat. l. siue possidetis. & C. eo. l. si minorem.

c *Eiusdem adolescentis.*] scilicet in eo facto quo probauerit se maiorem, & tunc omnino si circumuenire voluerit, vt C. si mi. se maio. di. l. si alterius, alias quandiu probetur contra, vt infra de confess. l. certum. §. pen. quae est contra. Et quod dicit, alijs causis: quaero nunquid si probauerit se maiorem, agendo cum vno praeiudicet sibi, quominus possit dicere se minorem agendo cum alio, vel etiam cum eodem alia causa? Quidam dicunt quod non: quia res inter alios acta, &c. vt supra de pac. l. si unus. §. ante omnia. Et quod dicitur in alijs, de quibus, scilicet est dictum expresse, vt praeiudicet, vel etiam tacite, vt si quid in republica culpa administrauerit minor in dignitate electus. nam sententia, siue decretum electionis praeiudicat sibi: quia tunc probauit se maiorem, vt teneatur iis quos lesit culpa, nec possit restitui: licet alias restituatur per culpam. Vel dic verius contra omnes sibi fieri praeiudicium, vt supra eodem l. minor. vbi dicit, medio tempore, & vbi dicit, in periculum, &c. Item ne sit contrahentibus secum perniciosa iudicis sententia, vt C. de ijs qui ve. aeta. l. 1. Item quia vt in similibus sententia facit ius: & sic, & hic facit, vt infra de lib. agn. l. 1. in fin. & l. 2. & 3. in princ. Item quid si iurauit in uno contractu se maiorem? Re spon. non praeiudicat alijs.

NOn *omnia.*] CASVS. Minor non potuit commode te partem de fabis, vel de composita, nunquid restituetur? Certe non. nam in his solum erit restituendus, in quibus fuit deceptus propria facilitate, vel aduersarij calliditate: vnde si aliud omiserit, vel se onerosae haereditati immiscuerit, contra talia bene poterit restitui. Vivianus.

d *Irrita*]idest irritanda, & facit supra eodem, l. quod si. §. non semper, & l. verum, §. sciendum. Accursius.

Macer. 1† lib. 1. de offi. praesid.

L E X XLIIII.

DE aetate eius, qui se maiorem 25 annis dicit,[a] causa cognita probandum est: b quia per eam probationem in integrum restitutioni eiusdē adolescentis,[c] in 2† alijs causis praeiudicatur.

Minores restituuntur cum laeduntur: alias secus. Bart.

Vlpianus lib. 5. Opinio.

L E X XLV.

NOn omnia, quae minores 25. annis gerunt, irrita[d] sunt: sed ea tantum quae causa cognita eiusmodi deprehensa sunt, vt si ab 3† alijs circumuenti, vel sua facilitate decepti, aut quod habuerunt, amiserint, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiserint,[e] aut 4† oneri[f] quod non suscipere licuit, se obligauerint. 5†

Aduersus praescriptionē completam, dum quis erat in vtero, restituitur. hoc dicit Bart.

Callist. lib. j. edicti monitorij.

L E X XLVI.

ETiam ei, qui prius quam nasceretur, vsucaptum amisit,[g] restituendam actionem Labeo scribit.

Potest minor prius agere cum tutore, quam cum contrahente, & econtra. Bart.

Vlpianus.

L E X XLVII.

IMperatores 6† Titus & Antoninus rescripserunt, cum[h] qui fraude tutoris aduersariū suum diceret absolutum, & agere cum eo ex integro vellet, licentiam[i] habere prius cum tutore agere.

In integrum restitutio nō transit ad defensorem sine mandato.

e *Omiserint.*] ut C. si ut omis. haered. vel bo. pos. l. 1.

f *Oneri.*] exemplum supra eo. l. minor 25. annis. item infra de arbi. l. cum lege. Accursius.

ETiam.] CASVS. Incipiebam rem tuam vsucapere, & cū curreret vsucapio per biennium, & dimidium, postea decessisti vxore tua grauida relicta: & ita ante quā nasceretur filius, compleui vsuca dicit quod filius postea natus restituetur, vt possit eam rem vendicare, ac si vsucapta non esset.

g *Amisit.*] intelligunt hanc l. omnes, q̄ do usucapio fuit coepta contra praedecessorem pupilli, sed completa contra pupillum etiā non natum, cum pro nato habeatur, vt supra de stat. ho. l. qui in utero & sic restituitur, vt hic. secus autem si contra pupillum incoepisset, quia tunc ipso iure non currit, ut inf. de acquirendo rerum domin. l. bonae. quae est contra. a & est hic argument. eius, quod est infra de fund. do. l. si fundum, & dicunt hanc non corrigi per illam. C. in quibus cau. in integrum restitu. non est neces. l. si. Alij postea ultra procedunt, vt dicant corrigi, vt etiam prius inchoata ipso iure non currat contra pupillum, per praedictam l. C. sicut in praescr. 30. anno. l. sicut. in fin. Sed his omnibus obiicitur, quod uidetur currere etiam sine spe restitutionis, vt supra eodem, l. melius, cui posset responderi: quia ibi erat praescriptio voluntaria: hic autem legalis. Tu dicas melius, quod vsucapio hic contra nullum fuit completa: fuit tamen ab aliquo completa, ut argum. infra de nau. foe. l. fin. & infra de usucad. l. coepta. nec habetur pro nato, cum de incommodo suo tractetur, vel si habetur, idem est sensus: & sic iam non est locus praedictis: quia res pupillaris dicitur praescribi. Et quod dicit, amisit, dic, idest inuenit postea amissum. nam nullo tempore fuit pupilli, & secundum hoc non fuit adita haereditas per tutorem.

IMperatores]CASVS. Dum minor ageret contra debitorem suum in iudicio, tutor collusit cum debitore, vnde & minorem induxit ad hoc: nam aduersarium passus est absolui, vel vt confiteretur eum absoluendum. Dicit quod in minoris est electione agat contra tutorem, an velit restitui contra debitorem absolutum, Vivianus.

h *Eum.*]scilicet minorem.

i *Licentiam.*] idest necesse habet, ut in authen. de non alien. § neque illud, coll. 2. & sic est speciale in iudicijs, ut C. de iudic. l. properandum. §. fin. secus in alijs, ut C. si tutor, vel curat. interue. l. fin. Vel dic, quod minor habet electionem, cum amisit veterem actionem, ut hic, & infra de administrat. tutor. l. si minoris, secus si amisit instantiam tantum, ut in d. l. properandum. in fin. & sic haec dictio, licentia, proprie ponitur. Item, quod dicit ex integro, idest data restitutione in integrum: sed cur non intendit primam, & si obijciatur exceptio, replicet, ut supra de dolo. l. cum a te. & sic debet denegari restitutio, ut supra eod. l. in causae. 2. in princip. Respond. hic fraus intercessit tutoris

1† Fl. Marcellus
* Vide quae not. in c. literas in gl. pa. de restit. in c. inte.
2† Flo. &c.
3† Vel ab alijs Flor.
4† Flor. aut se oneri.
5† Flor. licuit obligauerunt.
6† Fl. est §. & incipit, Imperator Titus Antoninus rescripsit.
a Sol. verum est, quod nō potest incipi usucapio contra pupillum, sed coepta contra maiorem bene perficitur contra pupillum. facit infra de fundo dota. l. si fundum secundum Bart.

¶Mulier minora 25. annis si pactione dotis deterior conditio eius fiat, & tale pactum inierit, quod nunquam maioris ætatis constituta pacisceretur, 1 † atque ideo reuocare velit, audienda est.

1 † Flo. constituta pacisceretur.

Aduersus venditionem validã minor restituitur. Bart.

Vlpia. lib. 25. 2 † ad edictũ.

2 † Li. 35.

L E X L I.

SI res pupillaris, vel adolescẽtis distracta fuerit, quã lex distrahi non prohibet, b venditio quidem valet: veruntamen si grande damnum pupilli vel adolescentis uersatur (etiam si collusio non intercessit c) distractio per in integrum restitutionem reuocatur.

Minore restituto, restituitur actio in pristinum debitorem, in eo statu, in quo erat tempore nouationis.

Pomp. lib. 9. epistolarum & variarum lectionum. 3. †

3 † Alias, de ess. & variarum lectionũ.

L E X L I I.

IVnius 4 † Diophantus Põponio suo suo salutem. Minor 25. ann. nouandi animo intercessit pro eo, qui temporali actione tenebatur, tunc cum adhuc supererant decem dies: & postea in integrum restitutus est; Verum restitutio, quæ creditori aduersus priorem debitorem d datur, decem dierum sit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum restitutionis e tantundem temporis præstandum, quantum supererat. f Tu quid de eo putas, velim rescribas. Respondit, Sine dubio g quod de temporali actione, in qua intercessit minor, sensisti, puto verius esse: ideoque & pignus, quod dederat prior debitor, manet h obligatum.

4 † Merito Vl. in im...

TITVLVS V.

De capitis 5 † diminutione.

5 † Flor. de capite minutis.

Caius libro 4. ad edictum prouinciale.

L E X P R I M A.

CApitis diminutio, 6 † est prioris 7 † status i permutatio.

6 † Fl. Minutio.

7 † Flo. deest, prioris.

Hoc edictum habet locum in capitis diminutione quæ salua ciuitate contingit, non in alijs. h. d. vel breuius. Hoc edictum habet locũ in minima capitis diminutione tantũ. Bart.

a *Minor.*] facit supra eo. l. si ex causa. §. in dotis.

b SI *res. Non prohibet.*] vt prædium vrbanum, secundum has leges, vt C. de admin. tuto l. lex quæ. in princ. & tunc dic, grande damnum, & c. abnegatiue: idest non minimum. Nam pro minimo non datur, vt supra de in inte. restitu. l. scio. Sic & dicitur capitis diminutio magna. idest non minima, vt ĩ. ad Tertul. l. 1. §. perit de. & argum. supra de dolo. l. non debet, in fi. Vel dic, quod loquitur in ijs, quæ seruari nõ possunt, & tunc non fit pro modico, & sunt omnia plana, vt sup. eo. l. & si fine. §. idem faciunt.

c *Intercessit.*] si collusio interuenit, etiam pro parte, vel minimo damno restituitur.

I *Vnius.*] CASVS. Quidam iurisperitus amicum suum super quadam quæstione consuluit, & antequam ab ipso responsionem reciperet, quid sibi videbatur, quærens de eadem respondit: & sic stulta quæstio talis est. Quidam minor fideiussit pro quodam debitore, qui tenebatur actione temporali, & restabant for sè decem dies, quod liberari posset debitor: petit iste minor restitui, & restitutus est, & eo restituto restituta fuit pristina actio creditori, nunquid ille creditor totum tempus habebit, quod nomine eius actionis cõpetebat ab initio, an solum decem dies qui supererant cum iste intercessit? Et dicit quod solum habebit decẽ dies, & ideo planum est, quod hic dicitur.

d *Debitorem datur.*] pro constanti habet quòd detur, vt C. de repu. l. 1. §. 1. in fine. nisi in fraudem creditorum fuit hoc factum, vt infra de fideiuss. l. si Titius, in fi. & intellige hanc in minore adulto intercedente: secus in pupillo: quia nec ipse restituitur, cum non teneatur cum effectu, ideo nec creditor secundum Plac. Vel idem in vtroque, vt si sic intercesserint, quòd teneantur, vt cum authoritate tutor. vel cura. vel etiam sine curatore, si eum non habent, & quia tenentur restituuntur, & per consequens creditor in priorem debitorem, vt hic, & d. l. 1. C. de repu. An verò sic, quod non teneatur nisi naturaliter, vt quia sine tutore vel curatore, cum haberet eum, tunc non restituitur & per consequens nec creditor, vt Instit. quib. mod. tol. ob. §. præterea.

e *Restitutionis*] scilicet datæ.

f *Supererat.*] s. tempore intercessionis: & sic dabuntur decem dies per officium iudicis ex tempore a datæ restitutionis, secus in muliere: quia tunc statim currunt ipso iure, vt infra ad Velleia. l. debitrix. § fi. & l. quamuis. §. si mulieri, & §. si cum essem, & est ratio. quia ibi illa intercessio statim inefficax est, & ideo statim potest agi contra priorem debitorem, hic non, nisi petita restitutione. Sed nonne contra minorem debet agere? Respon. non: quia restitutionem contra sententiam impetrasset: imò etiam exactam pecuniam recuperasset. & inde mihi imputari nõ potest: imo quia iam restitutus est.

x Vide c. r. de restit. in integ. in cle.

g *Sine dubio*] humiliter stulte quærenti respondet: sic & alius econtra, infra de testa. l. Domitius, nec enim debuit se sciolum fingere.

h *Manet*] imò non manet, quasi nouatione sublatum, nisi actum fuit vt esset repetitum, vt infra, de noua. l. aliam: & C. etiam ob chiro. pe. l. prima, sed dic fuisse actum. Vel dic, manet, idest iterum in obligationem recidit per restitutionem, & sup. eo. l. patri. §. pe. Vel dic propriè, vt inf. ad Velle. l. aliquando, §. pen. quæ vltima non placet.

DE CAPITIS diminutione.

Dictum est supra de restitutione, quæ iure actionis, & per officium iudicis ratione ætatis datur: nunc de illa, quæ fit per status mutationem, vt supra de in integr. restit. l. ... & 2. & vide Cuiac. in suis obseru.

i CApitis. *Status.*] nota caput poni pro statu, & status consistit in trib. vt ĩ. eo. l. fi. Sed non videtur conuerti cum suo definito hæc definitio: nã patre mortuo filius est sui iuris: & sic mutat statum, vt instit. qui. mo. ius pat. po. sol. in prin. & tñ non dr capite minui. vt ĩ. ad Mace. l. 5. §. fina. Sed dicas hoc facto hominis, s. in teru eniente, vel verè vt emancipando, vel dãnando, vel simili modo, vel interpretatiue, vt patre arrogato, quia interpretantur, & filij arrogari, vt ĩ. de adopt. l. si pater, & l. 2. §. fi. & ĩ. eo. l. liberos respon. secus si Dei iudicio, ut dictum est.

P *Erunt.*] CASVS. Scire debes tres esse cap. dim. ut ĩ. e. l. vlt. & dicit, quod istud edictum de quo tractatur in hoc ti. locum hẽt in minima cap. dim. Illi. n. q. patiuntur cap. di. maximã vel mediam, non pñt conueniri: illi tñ illorũ loco cõueniuntur ad quos bona eorũ perueniũt. & h. d.

¶*Ait.*] in isto §. ponuntur uerba prætoris. & scire debes, quod de iure ciuili, si tu contraxisti cum aliquo, cuius status est postea mutatus, quælibet obligatio tollitur: sed de iure naturali tenet, & licet de iure ciuili (ut dictum est) tollatur, tamen prætor cum restituit ex authoritate sua, & agetur cum eo act. in factum ex hoc edicto, ac si nunquam eius status esset mutatus.

¶*Hi qui.*] Primo contraxi cum aliquo, & postea mutatus est status eius: nam primo fuit sui iuris, modo autem effectus est alieni, vel econuerso, sine dubio de iuris rigore, quia alius est nouus homo, non tenetur, s. ciuiliter, de eo quod præcesserat actum vel statum mutatum: naturaliter autem sic. Sed pone quod post cap. dim. contraxi cum aliquo qui primo fuit sui iuris, deinde autem dedit se in arrogationem, & & tunc contraxi, vel econuerso. & dic, quod hoc edictum de hoc non tractat, vnde non datur actio, & hoc dicit, & duobus modis intelligitur circa literam.

¶Nemo

teris perſonis a capitis diminutio manifeſtè 1 † accidit: cum emancipari nemo poſſit, 2 † niſi in imaginariā ſeruilem cauſam deductus, [b] aliter atque cum ſeruus manumittitur: quia ſeruile caput nullum ius [c] habet: ideoque 3 † nec minui poteſt.

Modeſt. li. 10. 4 † Pādectā.

LEX IIII.

HOdie 5 † enim incipit ſtatum habere, cum manumittitur.

Paulus lib. 11. ad edictum.

LEX V.

AMiſſione ciuitatis fit capitis [d] diminutio, 6 † vt aquæ & ignis 7 † interdictione. [e]

Qui ciuitatem Romanam perdunt, capite minuuntur. Bart.

¶ Qui deficiunt, capite minuuntur. [f] deficere autem dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſciſcunt, 8 † & in hoſtium [g] ſe numerum conferunt. [h] ſed & ij, quos ſenatus hoſtes [i] iudicauit, vel relegari, [k] 9 † vtique vſque adeo, [l] vt ciuitatem amittant.

Capitis diminutio, quæ publici iuris ſunt, non perimit. Bart.

¶ Nunc reſpiciendum eſt, 10 † quæ capitis diminutione iura 11 † pereant, & primo de ea capitis diminutione, quę ſalua ciuitate accidit: per quam publica [m] iura non interuerti conſtat: nam manere magiſtratum, vel ſenatorem, vel iudicem, certum eſt.

Vlpia. li. 1. 12 † ad Sabi.

LEX VI.

NAm & cętera officia, quæ publica ſunt, ideo 13 † non finiuntur. [n] Capitis diminutio 14 † priuatio 15 † hominis [o] & familię, [p] eius iura, non ciuitatis [q] amittit.

Quod alicui ſub nomine appellatiuo cōcedatur, illo perempto perit conceſſio: aliàs ſecus. Item capitis diminutione nomina iuris pereunt, non nomina naturalia. h. d. Primo ponitur dictum. ſecundo quędam illatio. tertiò ponitur ratio. quartò ratio dicti et illationis. ſecunda ibi. Ergo, tertia ibi, Sed legitime, quarta ibi; Ex nouis. Bart.

Paulus lib. 11. ad edictum.

LEX VII.

TVtelas ēt non amittit [r] capitis diminutio, [s] 16 † exceptis ijs, [t] q̄ in iuſ alieno [u]

a (Cæteris perſonis.) videbatur tamen nepotem non minui capite, cum in eo duæ emancipationes deſiderentur, in filijs tres, vt C. de adop. l. fi.

b Deductus.] ſed cum hodie non fiant tales venditiones, vt inſtitu. quibus mod. ius pa. po. ſol. §. præterea, & C. de eman. l. fi. numquid ob hoc minus dicitur capitis diminutio? Reſpond. non ideo minus, vt C. de inſa. l. decreto. Item nec eſt hæc ſola ratio, ſed hæc, quia familiam mutat, ut ſupra eodem. l. 1. in fi. & reſpon.

c Nullum ius.] de iure ciuili, ut infra, de regu. iur. l. quod attinet.

AMiſsione] CASVS. Si ei terdictum fuit alicui aqua & igni, capite minuitur.

¶ Qui deficiunt.] Imperator fuit in exercitu contra Sarracenos, & hoſtes populi Romani, deſeruit aliquis Imperatorē, vel magiſtratus militum forte, & tranſtulit ſe ad hoſtes, ſine dubio ille capite minuitur. Item ſi aliquis fuerit hoſtis iudicatus populi Roma. a ſenatu: ergo ille capite minuitur. & hoc dicit.

¶ Nunc.] Iuriſconſultus ſeipſum continuat, & dicit, q̄ hic tractat de minima capitis dimi. & eius effectu. & dicit, q̄ per eā non tollitur publicū ius: vnde ſi aliquis magiſtratus, uel ſenator minimā cap. patitur di. non ideo deſinit eſſe ſenator vel iudex. nullū n. officium publicum tali capitis dimi. tollitur. Viui.

d Capitis diminutio.] ſ. media.

e Interdictione.] loco cuius hodie ſucceſſit deportatio, ut infra de pœnis. l. ſecunda, & inf. ad legem Iuliam pec. l. 3.

f Minuuntur.] media capi. dimi.

g Et in hoſtium.] vt transfugæ. Acc.

h Conferunt.] quia ciues eſſe deſinunt, vt infra de capti. & poſtli. reuer. ſ. poſtliminium. §. filius quoque. non tamen eſt ſeruus, vt infra de tutel. ſi quis tutor. & dic hic ut in d. §. filius.

i Hoſtes] qui erant de ſubditis. Accur.

k Relegati.] antiqua litera dicit, relegati, & tunc impropriè ideſt deportati. Relegati enim non amittunt ciuitatē, vt ĵ. de interdi. & rele. l. relegatorum. § hæc eſt differentia & hoc ſi ſtrictè accipiatur uocabulum. Largè enim relegati etiam continent deportatos: quia commune nomen eſt. ſed Piſana litera eſt, lege lata, ſcilicet a populo, uel exprimendo perſonam alicuius. Vel generaliter, vt. Quicunque hoc fecerit, ſit capite minutus: vel ciuitatem amittat, ut & dicitur quis ipſo iure cadere in canonem latæ ſententiæ quandoque. Accurſi.

l Vſque adeo] ſ. minuitur capite &c.

m Publica] authoritate & utilitate.

n NAm Nō finiuntur.] q̄ capitis diminutio intercedat.

o Hominis.] iura, vt eſt operarum obligatio, & vſus, & vſuſfructus, ſecundum hæc iura, vt inſtitutio, de acquiſitio. per arro. § primo.

p Familiæ.] i. agnationis, vt inf. de verb. ſigni. l. pronunciatio §. communi Acc.

q Ciuitatis.] vt infra de iudi. quippe. & infra ad Trebell. nam quod.

TVtelas.] CASVS. Iſta lex continuatur cum preceden. Dictū eſt n. ſupra q̄ per minimam capitis diminutionem nullum officiū publicū tollitur: hic dr̄, q̄ per talem capitis dimin. tollitur ius agnationis, non autē public. iura. ut dixi: idem eſt & in quibuſdam tutelis legitimis, i. ex l. 12. tabul. deſcendentibus: nam tutelæ iſtæ legitimæ interuertuntur, & deſinit eſſe tutor illa cap. diminu. ſed ſi datiua eſſet tutela, vel teſtamentaria, non periret illa capi. dimin. Idem vr̄, nam ſi deferatur ex l. 12. tabul. petit ius ſuccedendi; aliàs non tollitur. de quibus tria exempla ponit, q̄ quidem ſunt legitimæ, aliæ quam ex lege duodecim tabul. illæ non expirant. Il. n. expirat capitis dimin. minima, vt dictum eſt. Dicit. n. in fine, q̄ quædam ſunt nouæ leges, q̄ quibuſdā certis perſonis tutelas, & hęr. deferūt.

¶ Iniuriarum.] Tenebaris mihi actione iniuriarum: licet capite minuaris, adhuc remanes mihi obligatus, & cum iſta caſus poſitione concordat ĩ. eod. l. ſecunda, § nemo. Vel dic aliter hunc caſum: quia ſi competat ei actio iniuriarum ante capitis diminutionem, nunquid deſinit eam habere, licet capite minuatur?

¶ Si libertate.] Libertus propter ingratitudinem fuit redactus in ſeruitutem, qui fuerat debitor meus: dicitur hic, q̄ non reſtituat contra eum: ſed contra eum ad quem bona peruenerunt, vel aduerſus dominum, vel aduerſus fiſcum ad quem bona peruenerunt. Viuia.

r Non amittit.] i. amittere non facit.

ſ Capitis diminutio.] ſ minima.

t Ijs.] ſcilicet tutelis legitimis ex lege duodecim tabul. delatis.

u Alieno.] duobus modis expone, & vtroque vt deferatur ex lege duodecim tabular. Primo, ut deferatur filijsfamil. qui ſunt in alieno iure: ideſt aliena poteſtate: quod euenit in duobus caſibus, & quando pater eſt furioſus: quare præcedere eum non poteſt: & quando libertus eſt maternus, cuius eſt tutor filiusfamilias, quæ tutela dicitur legitima, vt inſtitutio de leg. pa. tut. alias autem legitimæ tutelæ demum mortuo patre deferuntur, ut infra fami. erc. ſcun. l. ſi maritus, & infra de tute. l. antepe. Secundo dic in iure alieno, ideſt in agnatione, vt ſupra de iuſti. & im. l. finali & dic iure alieno nunc, ſcilicet cum capite minutus eſt, non olim, & quod dicit, deferuntur ideſt deferentur ſi capitis diminutio non interceſſiſſet: uel dic, alieno, ſcilicet eius, cuius tutela defertur.

1 † Fl. manifeſte.
2 † Niſi ſit, &c.
3 † Flo. ideo.
4 † Lib. 1.
5 † Alias, eo die, & Hæc lex ſic in nonnullis habetur Eo die incipit ſtatum habere, non additis his vocibus [cum manumittitur.] q̄ in Flor. deeſt.
6 † Flor. minutio.
7 † Vt in aqua & igni inter. Flor.
8 † Flor. deeſt ſunt.
9 † Flo. Vel lege lata, vtique vſque eo.
10 † Flo. deeſt eſt.
11 † Flo. deeſt, iura.
12 † Lib. 52.
13 † Flo. in eo.
14 † Flo. minutio.
15 † aliàs, priuati.
16 † Minutio.

Bal. hic dicit iſtā gl. ſingul. ad hoc, quod ſtatutū pōt fieri ꝯ certā pſonam delinquentem q̄a de le Rū eſt notoriū. Bol.

a *Vel ex lege.*]scilicet alia quam xij.tab. ne contradicat supra,& infra. Et da exemplum de tutela, quæ confirmatur ex lege Velle.veluti si auus relinquat tutorem nepoti viuo patre, quo casu cum à principio sit inutilis, mortuo tamen patre viuo auo confirmatur ex l·Velle.vt infra de testa.tut.l.si hæreditas,§ qui filium, & sic potius ex lege quã ex testamento datur, ut infra de verb.sign. l. legitime. Item da exemplum de eo,qui dabatur ex lege Attilia,vel Iul.vel Plautia.ut insti.de Attil. tu. Item da exẽplum de lege Corn.quæ facit filios successores patri ab intesta. apud hostes defuncto,& eadem postea dat inter fratres hæreditatem & tutelam,vel expressim, vel ex interpretatione secundum regulam: Ad quem emolumentum, & onus. Quod autem dicit de senatusconsul.da exẽplum de eo qui datur loco tutoris surdi, muti, vel furiosi, ut inf.de tut.l pen Item dic,quod senatusc.on. Tertul.fratres defuncti matri præponit, vt instit. ad Tertul.§. z.ergo per interpretationem hoc vocat ad tutelam. vel dic, quòd apud Græcos secundum omnes sunt istæ leges nouæ, & senatusc.on. ex quibus vocantur ad hæreditatem & tutelam aliq.

personis * positis,non 1† deferuntur. 2 † Igitur testamento dati,vel ex lege, a vel ex senatusconsulto, erunt nihilominus b tutores. ¶Licet 3† legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis c interuertantur,4 † eadem d rõne,qua & hęreditates exinde e legitimæ,f quæ 5† agnatis deferuntur:quia g 6 † desinunt esse,h familia mutata 7† ¶ Ex nouis autem legibus, & hæreditates, & tutelæ plerumque k sic deferuntur, ut personæ naturaliter l designentur, vt ecce deferunt hæreditatẽ senatusconsulta m matri,& filio.

Actiones ex delicto cum capitis diminutione ambulant. Bart.

¶Iniuriarũ n & * actionum ex delicto venientium obligationes,cum capite ambulant.

In eum, qui maximam, magnam, vel mediam capitis diminutionem patitur, ex hoc edicto nulla actio restituitur. Bar.

¶ Si libertate adempta o capitis diminutio subsecuta sit,nulli restitutioni aduersus seruum p locus est: quia nec prætoria iurisdictione ita seruus obligatur, ut cum eo actio fit. sed utilis actio aduersus dominum q danda est, ut Iul. scribit. & nisi insolidum defendatur,permittendum mihi r est in bona, quæ habuit, mitti. s

* Idest, agnatis, & cognatis qui iure alieno,idest in sp e hæreditatis aliena per leg. 12. tab.ponuntur, Cont.
1 † Flor. desest,non.
2 † Alias,quæ alieno iure personis proximis deferuntur. Vide Anto. Aug.lib.1. c.2.
3 † Flo. Sed.
4 † Flor. interuertuntur.
5 † Fl quia.
6 † Flo.qui.
7 † Fl.mutatis.
* Vt Sic.Tertyl.& orficiale ge autem 12. tabu. persona tot. ciuiliter, ex ea enim deferuntur hæreditates suis,et & adgnatis, quæ ciuilia nomina sunt. & iure ciuili introducta, nõ autem naturalia.

b *Nihilominus.*] idest quamuis sint capite minuti.
c *Duodecim tab.*] delatæ.Accur.
d *Eadem.*]quam statim dicet &c.
e *Exinde*]idest ex lege xij.tab.
f *Legitimæ.*] s interuertuntur,deferendæ,non delatæ,vt infra vnde lib.l fi.
g *Quia.*]bona ratio:quia ciuile nomen est.
h *Desinunt esse*]s.agnati.
i *Ex nouis.*]nouas omnes appellat post 12.tab.inductas.
k *Plerumque.*]quia si maritus uxori & econtra succedit, personæ non naturaliter designantur,vel plerumque,ideo dicit, licet senatusc. Tertul fratrum vel tutorum meminit, præferendo matri. tamen hodie per constitutionem cum matre succedunt secundum M. & secundum hoc ad successionem,plerumque tantum refertur Vel verius, plerumque,ideo dicit, quia non semper nouis legibus deferuntur,sed per testamentum.
l *Naturaliter.*]i.nomine quod est immutabile,non iure ciuili agnation s.Acc.
m *Senatusconsulta.*]Succedit matri filius per Orficianum: Inuidiam patiens,& contra Tertullianum. Licet ergo capit.dimi.intercedat,nihilominus hic filius,illa mater remanet quod secus est in agnatis:cum enim agnati vocentur,& agnati esse desinant,non vocantur. Et quod dixi in matre,de tutela testa.& datiua seruatur: dicit enim testator. Titius tutor esto.iudex etiam hoc idem dicit: vnde nihilominus sunt tutores:quia hic Titius remanet,sed agnatio tollitur,nisi in casu,vt C.de legi.tu.l.4 & alio,ut insti. de leg.ag suc.§ fi.& propter hoc dicit, plerumque, instit. de leg.ag.tu.§ fi. Sed an agnatio hodie tollatur per minimam capi.dimin.videtur ꝙ non: quia agnatus semper remanet agnatus,& cognatus,ita ut agnatus vocatur,vt in auth.de hæredib.ab intesta.§.de his,coll.ix.

Eo ipso ꝙ quis amittit ciuitatem, perdit omnia bona sua sine aliqua publicatione. Bar.

¶Item cum ciuitas amissa est, nulla t restitutionis æquitas est aduersus eum, qui amissis bonis, & ciuitate relicta,nudus exulat. u

Obligationes quę causam naturalem respiciunt, capitis diminutione nõ pereũt. & loquitur ista lex de obligationibus actiuè competentibus, his qui capite minuuntur. Bar.

Caius lib 4.ad edi.prouinc.

LEX VIII.

Eas obligationes, x * quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palam est capitis diminutione y non perire: quia ciuilis ratio naturalia z iura corrumpere non potest. Itaque de dote a actio,(8 † quia in bonum & æquum concepta est) nihilominus durat, etiã post capitis diminutionẽ.

n *Iniuriarum.*] s.actio,& potest intelligi, vt dixi su. eo.l. 2.§ nemo. Vel dic,ꝙ loquitur de actione competenti ipsi ꝙ capite minutus est.
o *Si libertate adempta.*] per ingratitudinem, vel quia passus est se uendi ad pretiũ participandum.
p *Seruum.*] nam in seruum non datur actio nisi in casu,vt C. ubi cau.fis.l. fi. idem dicunt infra de sepul. vio.l prætor.§.penul. sed ibi dic dari in eũ actionem, idest propter eum: vel nomine eius,sic supra de iuris. om. iud. l. si quis id. & idem dicunt infra ui bon.rap. l. prætor,§ in seruum, & ꝩ. de in rem ver.l. j.§.itẽ in seruum.Accur.
q *Dominum*.]bonorum,vel serui.
r *Mihi.*]Idem quo ad hoc, quod dicit hic, & nisi &c. si ciuitas, & libertas salua sunt, dum tñ familia mutata sit,vt Instit de acq. per arro.in fit. tit.
s *Mitti.*] sed si non sufficiunt bona: nunquid pro noxa dabitur? Rñ.nõ; quia non pro delicto, sed pro maleficio fit noxa,vt insti.de nox.in princ.
t *Nulla.*] sed cur secus est vbi dedi me in arrogationem, nã & hic bona mea in alium deuoluuntur? Respon.ideo,quia hic remanet talis qui obligari non potest. filius vero arrogatus potest secundum Ioã, Sed nonne qui solam ciuitatem amittit, obligari potest? Respon.vtique,cum sit liber. Dicendum est ergo aliud esse in arrogato,quia arrogatus ferè omnia retinet ut insti. de acq.per arro non autem in deportato Accur.
u *Exulat*]sed tenetur ille ad quem bona peruenerunt, ut dixi sup.eo l.2.Acc.

* Bal hic dicit istum tex. singul ad hoc, ꝙ dotis contractus est de iure gentium. Bal
8 † Quia in bono & æquo, &c.

Eas.] CASVS. Hæc lex & duæ sequentes loquuntur, quando actiones competunt capite minuto,& dicit,si aliqua actio capi.minuto competit, distinguitur, vtrum descendit ex naturali obligatione, & tunc minori cap. di. non tollitur,aut descendit ex ciuili,& tollitur,& assignat in litera rationem quia ciuilis rõ naturalia quidem &c. & ponit exẽplum in act.de dote,ut cum illa capi.di non tollit,idem est si alimenta uel habitatio fuerit relicta, illa enim cap.di.non pereunt,& h.d.hæc lex cum sequent. Viu.
x *Eas obligationes.*]hæc lex & aliæ duæ leges sequentes loquuntur quando actiones competunt capite minuto. Accursius.
y *Diminutione.*]minima Acc.
z *Naturalia.*]vt insti.de leg.ag.tu § fi.
a *De dote.*] Sed nonne actio ex empto simpliciter habet æquitatem naturalem, idest de iure gen. licet formula sit a iure ciuili inducta,ut supra d' iustitia & iure,l.ex hoc? Respond.olim pau ꝛ: quia quinque erant actiones, quæ dabantur filijsfam.ut infra, de act & oblig. & l.filiusfa. & l.in factum,inter quas hæc de dote erat.ut ꝩ.sol.mat. l. 2.vnde hodie oẽs ex castr pec.uel quasi, uel ex aduentitia

causa

ausa, non pereunt sibi tali minima capitis diminutione, cum iure proprio sibi competant actiones in prædictis, vt C. de bon. quæ lib. l. fin. Est & alia specialis æquitas in dote, vt ꝫ. sol. matr. l. 2. in his n. ius ciuile repugnat naturali: nam ſm ius ciuile tm patri, ſm ius naturale titum filio, quod ius ciuile succumbit naturali: & ideo naturale præualet, & in alijs præualet ciuile, vt non detur filio, & sic non amittit, qa non habet. Sed quare magis in his succumbit ciuile ius naturali? Respon. in quolibet vides rationem æquitatis.

a E*T quandoque emancipata*.] Idem vr etiã si maximã vel mediam capitis diminutionem sit passa, nisi vna de quibus legit ius fuit damnata, vt infra, de bon. damn. l. quinque. Vel dic, quòd licet nõ publicetur dos, aliis tamen ipsa non potest repetere: quia debet remanere apud maritum. A cur.

b L*Egatum. Relictum.*] ad alimenta.

c *Quàm in iure*] quia non consideratur an possit capere ex testamento vel non, sed hoc factum, an possit comedere, vel non, vel bibere: nam & si non sit capax, admittitur, etiã si maximã capitis diminutionẽ passus sit, vt argum. infra, de alim. leg. ser. uis ad custodiam. & l. sequ. & de his, quæ pro nõ scrip. hab. l. 3. Et est hoc speciale fauore alimentorum: idem in habitatione: quia nec sine ea viuere quis potest.

d C*Apitis. Quæ habemus*] i. præcipua.

e *Familiã*.] i. ius agnationis inter agnatos.

f *Mutatur*] mutari largè hic accipitur, siue de sua in alienam, siue de aliena in suam, siue de aliena in alienam transferatur. Ioan. sed & omnes infames statu vel fama dicuntur minui, vt infra, de var. cogn. l. cognitionum, §. existimatio. Vel dic, non mutari, sed minui. & facit Institut. eod. §. 1. & 2.

r *Inquietari.*] idest nō dabitur restitutio, vt inf. eo. l. is qui. & l. ait prætor. §. hi. Sed an hodie locū habeat hoc auxiliū, cum iure cōi possit interrumpere vsucapionem, vt C. de anna. excep. l. vt perfectius? Videtur quod sic, cum l. superueniens addat priori, non tollat, vt infra de act. & oblig. l. quoties. & de success. edic. l. 3. §. sed videndum. arg. contra. su. de mino. l. in causæ, 2. ad quod dic vt dixi ῑ. e. l. is qui. Ac.

s *Eo potius.*] i. eo amplius. q. d. & hoc, & aliud auxiliū datur. sic infra de leg. 3. l. si purè. & infra si certe peta. l. lecta. in princ. non autem sic exponas. idest, ea maximè ratione, quia quod auxilium datur, magis est contraria. ratio. vt sup. ti. 2. l. in causę.

t *Exegerit.*] vt quis dolo absit, vt hic & inf. quib. ex cau. in pos. ea. l. i possessionem §. fin. & su. de in ius voc. l. satis. & C. de bo. auth. iud. pos l. cum proponas.

u *Latitent.*] i. turpiter se occultent, vt inf. quib. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinus. in §. 1. Acc.

x *Ingerit.*] ad tempus, non ergo ad tempus potest se offerre satisdando secundum hæc: cum dicit puta ad diem illam arg. su. de procu. l. non tamen.

y *Requisitus.*] debet ergo actor interpellare, vt hic, & inf. prox. arg. contra. C. de iure emphy. l. 2 § 2. in fine. & C. de contrah. stipu. l. magnam.

z *Satisdetur.*] vt hic, & infra de iud. recte, & infra quib. ex cau. in poss. ea. l. hæc autem, §. recte. & infra de regul. iur. l. non defendere.

8† Fl. & ita.

9† Aliàs deest, erat.

** No secundum Bal. quod citatio pōt incipere à procuratore. & ē iudiciū. cōctr. & facit l. 3. de alt. leg. ff. & C. de procu. l. cū quires.*

10† Quod eorum qui.

11† Fl deest, tantum.

12† Fl deest &.

** Bal. dicit illū text. not. ad hoc, quod defensor non tenetur cōparere nisi sit generaliter citatus facto proclamate antea, vel quod specialiter citatur. Bal.*

13† Fl li. 12

a **E**Rgo. *Testatione.*] i. denunciatione coram testibus facta, vt eum defendant.

b *Quod edictum*] s. vt in eos detur restitutio: cum nemo eos defendat.

c *Et infantes.*] hoc tantum videtur correctum hodie, vt C. de an. excep. l. vt perfectius, sed dic vt inf. eo. l. is qui. Ac.

A*it.*] CASVS. Si qs fuerit in vinculis & rem præsentis vsuceperit, restituetur pñs contra illum absentem: quia in vinculis vsucapere potest: sed q apud hostes est, vsucapere per se non pōt, nec restituitur vt habeat pro impleta vsucapio: sed isti bene pñt sibi acquirere per subiectas personas ex causa peculiari, vt in §. hi. Item dicit, quòd captiuus restituetur si amisit aliquid, vt in §. item ei &c.

¶ *Deinde.*] Si debitor meus absentauit se, vel celauit se ita, qđ ego non potui agere cum eo, & sic act. meã amisi, dicitur hic, q restituendus sum contra illum, nec ero mittendus in pos. & de hoc assignat multas rationes quare i pos. bo. non sim mittendus: quia forte nō latitauit, vel non habet bona, vel quærit aduocatos, & alias similes causas. Viuia.

d *Hæc persona.*] s. quæ est in vinculis: nam de alia quæ non facit potestatē agendi, dicet inf. eo. §. fi. Accur.

e *In seruitute.*] i. i possessione seruitutis, nã talis vsucapere nō potest, vt inf. de acq. rer. do. l. homo liber. in fi. Item nec ille q est iō seruitute hostium, vt j. prox. §. is autem.

f *Acquirere potest.*] p se, sed per subiectos pōt ex cã peculiari, vt j. ea l. §. hi. & infra de capt. i bel. l. §. facta.

g *Implere.*] vt sup. eo. l. denique.

h. *Quasi.*] expressiuũ veritatis, quia fructuarius a naturaliter possidet, vt infra de acq. pos. l. naturaliter. Vel referas ad ciuilem, & no. improprietatem, cum incorporalia vere possideri non possint, vt inf. de serui. l. quoties, & de serui. vrba. prædi. l. si ædes §. libertas.

i *Possessionem.*] Sed nonne iure communi? Respond. forte habet ius in re.

K. *Succurrendum.*] imò videtur quod non, vt sup. eo. l. denique quæ est contra. Sol. hic solam possessionem restitui postulabat, quam ante captiuitatem habuerat: ibi autem postulabat rem intelligi vsucaptam quam vere non vsuceperas, & sic cum alterius damno.

l. *Putat.*] cum. n. certum sit possessionem restitui debere, ergo & fructus veniunt, vt inf. de vsur. l. videamus. §. in Fauiana, & inf. de rei ven. ex diuerso. § 1. Acc.

m *Hi plane.*] hoc continua cũ illo. §. is aũt sup. prox. Acc.

n *Non defenderentur*] s. captiui.

o *Vsucaptum*] per eos qui in potestate sunt. Acc.

eaque testatione a complecti 1 † oportet. Sicut igitur damno eos affici non vult, ita lucrum facere non patitur. Quod edictum b etiam ad furiosos, & infantes c & ciuitates pertinere Labeo ait.

Contra præsentē qui ex causa secum agendi potestatē nō facit, in integrum restitutio nō conceditur. B.

Vlpianus lib. 12. ad Edictum.

LEX XXIII.

AIt prætor: * Siue 2 † in vinculis esset, secumve agendi potestatem non faceret. Hæc psona d merito adiecta est. fieri enim poterat, vt quis in vinculis præsens esset, veluti 3 † in publica, vel in priuata vincula ductus. Nam & eum qui in vinculis est (si modo non sit in seruitute e) posse vsu acqrere cōstat. ¶ Igit 4 † & is, qui in vinculis est, si defendatur, cessat restitutio.

Captus ab hostibus non potest usucapere, & rursus ad hoc non restituetur: sed restituetur, vt fructus recuperet. Bar.

¶ Is autem, qui apud hostes est, nihil sibi per vsum acquirere potest: f nec cęptam possessionem poterit implere, g dũ est apud hostes. Hoc amplius, nec postliminio reuersus recuperabit per vsum, dominij acquisitionem. ¶ Itē ei, qui per captiuitatē fundi possessionē, vel vsusfructus quasi h possessionem i amisit, succurrendum K. esse Papin. ait: & fructus quoque medio tempore ab alio ex vsufructu perceptos debere captiuo restitui, æquum putat. l

Captini per subiectas personas possunt præscribere, & ab actionibus competentib. liberari, & eo casu, contra ipsos restitutio conceditur. Bartolus.

¶ Hi planè, m qui fuerunt in potestate captiui, vsu rem acquirere possunt ex re peculiari. Et æquum erit ex hac clausula præsentibus, id est q non sunt in captiuitate, subueniri, si cum non defenderentur, n vsucaptum o quid sit. Sed & si dies actionis, quæ aduersus captiuum competebat, exierit, aduersus eum succurrit. 5 †

Hic incipit exponere illa verba, secũve. & h.d. Qui non patitur secum litē contestari ex causa iusta, vel iniusta, contra eum restitutio conceditur, si quid ex hoc quæsierit. Bar.

¶ Deinde adijcit prætor, Secumve agendi potestatem nō faceret, vt si dũ hoc faciat, p per vsum acquisitio impleta sit, vel quid ex suprascriptis q contigerit, 6 † restitutio concedatur. Et 7 † meritò. nec. n. sufficit semper in possessionē bonorum eius mitti: quia interdum spes 8 † esse potest, vt in bona 9 † latitantis mitti nō possit, r aut non latitet. s Finge t. n. dũ aduocationes u postulat, diem exisse, vel dum alia x mora iudicij contingit.

Paulus li. 12. ad edictum.

LEX XXIIII.

SEd & ad eos pertinet y q conuenti frustrantur, 10 † & qualibet z tergiuersatione, & solertia efficiunt, ut cum ipsis agi possit.

p *Faciat.*] qui ergo nō facit, facere vī. sic j. de ver sig. l. alienationis. & l. facere oportere. & inst. de nup. §. si vxor. & j de reg. iur. l. q non facit. Itē, operæ, q dã dñr in faciēdo: q dã i ñ faciēdo vt j. de verb. obl. l. vbi autem nō apparet. §. qui id qđ, & l 2. §. item si in facto. & inst. de ver. obl. §. fin.

q *Ex suprascriptis*]vt quia contra actionem personalem est pscriptũ, vel seruitute. Sed nonne p huiusmodi conuentionē perpetuatur actio, vt C. de præscri. 30. an. an sic? Rñ. hic non fuit conuentus per executorem. Vel dic secundum lo. fuit quidem: sed illud qđ est ibi, intelligitur tãtum in actione in rem, & in hoc corrigitur ista. Item oppo. Nonne dēt seruari sine damno in hmōi dilationib. vt in auth. de exhib. §. nihil. col. v. Rñ. ibi loquitur de damno rei, non actionis. Itē oppo. quia nec actor debet pati damnum, vt j. de iud. l. 2. § omnibus. Sed illa sm istã intelligitur, vt nō habeat damnũ, quia restituitur. Item op. quia potest interrumpere communi iure, vt C. de anna. exce. l. vt perfectius. sed dic vt j. eod. l. is qui. Acc.

r *Non possit.*]vt si prędia, vel bona eius inũdata sunt, vel res illa quæ vsucapitur, non appareat, vt inf. de bo. aut. iud. pos. l. cum vnus. §. fin. vel non habeat talia bona. & adde quod no. infra eo. l. is qui.

s *Non latitet.*] & sic non potest fieri talis missio, ex qua procedat venditio, vt sup. eo. l. itē. §. hæc autem.

t *Finge*] bene dico restitui.

u. *Aduocationes.*] i. aduocatos. Et sic no. quod postulatio aduocati iusta cã est dandi dilationem, vt hic, & j. eo. ti. l. ab hostib. §. fi. & C. de dila. l. 1. & j. de postu. l. 2. resp. Ir.

x *Vel dum alia.*] s. quam illa quæ datur propter aduocatus, aut deliberent super libello. & facit j. de itin. actuq; priu. l. 1. §. præterea. Ac.

y. **S***Ed & ad eos pertinet.*] scilicet vt restitutio detur contra eos.

z *Et qualibet.*] superior lex authore iudice differebat, hic non.

1 † *Alias cō p. tri.*

* *in secundo cap editio, quonia hac verba essent etiam in primo.*

2 † *Fi. in vinculis.*

3 † *Fi. vel.*

4 † *Sed & is. l.*

a. Bart. in l. naturaliter. ff. de acqu. poss. l. 1. col. in ver. q̄to verũ vsufructuarius possidet ciuiliter, & naturaliter 1[9] vsusfructus, sed ipsa rēs in qua hēt vsumfructũ possidet tantum naturaliter ab eo. Bar. & alios scribit & aduerte, quia ista gl. hoc vio lat istũ textũ vt hic in nomis iterpretatio.

5 † *Fl. succurrerum.*

6 † *Contingerit.*

7 † *Fl. desi. &.*

8 † *Flo. spectes.*

9 † *Fl. latitan.*

10 † *adest mutantur l. si calcūs. in fin. verb. fign.*

Caius li. 4. ad edic. prouin.

LEX XXV.

QVod quidem a simili modo ad eum quoq; pertinere dicimus, 1 † qui non frustrandi gratia id faceret: sed quòd multitudine rerum distringeretur.

Vlpianus li. 12. ad edictũ.

LEX XXVI.

SEd & si * per prætorem b petit, restitutio indulgebit.

Contra absentem ex causa necessaria conceditur restitutio: ipse vero non restituitur, nisi cum procuratorem dimittere non potuit: vel dimisit, & mortuus est. Bar.

¶ Aduersus relegatum c restitutionem faciendam ex generali clausula, d Pompo. ait, sed non & ipsi concedendam; q2 potuit procuratorem relinquere: ex causa tamen e puto etiam ipsi succurrendum.

¶ Ait prætor, Aut cũ eum in ius vocari 2 † non liceret.

Contra eum qui non potest vocari in ius, conceditur restitutio. Bar.

¶ Hæc clausula ad eos ptinet, quos more maiorum 3 † sine fraude f in ius vocare non licet: g vt consulem, prætorem, cæterosque, qui imperium potestatemve quam h habent. Sed non 4 † ad eos pertinet hoc edictum, quos prætor prohibet sine permissu suo in ius 5 † vocari, quoniã aditus potuit permittere, i patronos puta & parentes.

¶ Deinde adiicit, Neque defenderetur, k q2 ad omnes suprascriptos l pertinet, præterquã ad eum, qui absens quid vsucepit; quoniam plenè supra de eo m cautum est.

Si per negligentiam, vel per dolum iudicis contingeret, vt pereat ius agendi, restituitur: secus si culpa actoris. Bar.

¶ Ait prætor, Siue cui per magistratum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. Hoc quoque, n 6 † vt si p dilationes iudicis effectũ sit, vt actio eximatur, fiat restitutio. Sed & si magistratus copia non fuit, Labeo ait restitutionem faciendam.

¶ Per magistratum aũt factũ ita accipiendum est, si ius non dixit: alioquin si cã cognita o denegauit actionem, restitutio cessat, & ita Seruio videtur.

¶ Item per 7 † magistratum factum videtur, si per gratiam, aut sordes magistratus ius nõ dixerit: quo casu 8 † & hæc pars locũ habebit, necnon & superior. Secum ve agendi potestatem non faceret. 9 † Nam id egit litigator, ne secum agatur, dum iudicẽ corrupit. 10 †

¶ Actio exempta, sic erit accipienda, si desiit agere posse, & adiicitur, Sine dolo malo ipsius; videlicet, ut si dolus eius interueniat, p nec 11 † ei succurratur. Ipsis, n. delinquentibus prætor non subuenit. q

a Quod quidem] quod, idest, quia.

Sed, & si per prætorem.] CASVS. Si fecit, per iudicem quo minus quis agere posset, & ideo actio expirauit, restituetur: & facere videtur, quando iudex copiam sui non facit, vel corruptus per gratiam, vel pecuniam ius non dicit.

¶ Aduersus] Dicit, quod aduersus relegatum præsens restituitur: sed relegatus non restituitur contra præsentem si potuit procuratorem relinquere, nisi ex cã.

¶ Ait prætor] Quędã sunt personæ, quæ conueniri non possunt, & ideo restitutio contra eas datur: sed filius, vel libertus non restituitur, cum potuit veniam impetrare.

¶ Si feria] Ad actionem meam proponẽdam supererant duo dies, vel octo, litem volebam contestari ad perpetuandã actionem meam: sed non potui propter ferias repentinas, quas indixit Imperator, restituor: quia has nõ potui prævidere in tempore actionis meæ.

¶ Quotus] Generaliter dico, quod læsus restituendus est ad id in quo læsus est, vnde si præsente Titio possedi rem suã vno die minus tempore in vsucapione statuto, & postea abesse cœpit: ille solus dies restituitur ei.

¶ Item inquit prætor.] Potuit spãles clausulas, quas in edicto proposuit: subjicit generalem, q̃ talis est, In integrum restituam, quo casu iusta causa mihi videbitur: ex qua clausula restituitur legatus alicuius ciuitatis, vel ille qui euocatur causa dicendi testimonij, & qui peregrinationis causa, & causa appellationis prosequendæ: & subuenitur ei, qui ex iusta & necessaria causa absens est, s. in damnis, & in his quæ lucrari poterat si præsens esset, sine damno alterius. Viuianus.

b Sed & si per prætorem.] sed tunc non videtur tempus currere ipso iure, vt in Auth. ut spon. larg. § hoc quoque. coll. 9. Sola præscriptio instantiæ iudicii ipso iure non currit, vt ibi: sed præscriptio actionis bene currit, ut hic, & infra eo. §. item per magistratum & no. quod potest dici, quod hic exponuntur illa verba, quæ diximus non exponi supra eod. l. 1. §. 1. ibi, cum ve magistratus &c.

c Aduersus relegatum.] qui ciuis, & dominus suarum rerum permanet.

d Generali clausula] quia dicitur, si qua iusta causa, &c. vel dic, ex illa qua quis contra absentem non defensum restituitur, quæ dicitur generalis respectu illius qua subuenitur absentibus: de qua fit mentio supra e. l. item. in fine. 1. respon. & supra eod. l. 1. §. 1. ibi, nec ex generali clausula, cui absens non defenderetur, & refertur hæc generalis ad relegatum, sed quando ipse restituitur, potest restitui ex clausula generali, vel speciali, prout euenit.

e Ex causa tamen.] puta si procuratorem reliquit, & mortuus est, vt infra eo. l. nec non. & l. si quis. § 1. vel relinquere non potuit: nec per se potuit præsidem adire: aliàs non restituitur, ut supra de minor. l. Papinianus, & in hoc est differentia inter eum, qui abest necessaria causa tantum: quia non restituitur si potuit relinquere procuratorem & probabili tantum, quia licet potuerit relinquere procuratorem: tamen restituitur si non reliquit, vt infra eo. l. necnon. & probabili & necessaria: quia idem, ut in fra ead. l. §. item inquit in fin.

f Sine fraude.] i. pœna, ut infra de ædil. edic. l. cum autem. §. excipitur.

g Non licet.] vt hic, & inf. de in ius voc. l. 2. & infra de iudic. l. pars. Sed hodie videtur, quod liceat, ut in Auth. vt differ. iud. §. si tamen. coll. 9. quod est contra. Sed ibi loquitur eo casu, quando opprimunt subiectos prætextu officij sui, ut C. ad legẽ Iul. repetun. l. iubemus. quo casu debet coram episcopo cõueniri vt in Auth. vt iudi. sine quoque suffra. §. necessitatem. colla. 2. & in d. contrario: hic de alio facto vel re, non ratione officij.

h Quam.] idest aliquam quòd dicitur merum imperium, ut supra de iurisdict. om. iudi. l. 3.

i Permittere.] & permisisset de facili, si actio sit ciuilis: si autem sit famosa, tunc causa cognita, ut supra de in ius voc. l. sed & si hac. §. penu. & fi. Item no. non subueniat, si non impetrauit, quod facile obtinuisset, vt argum. infra de aqua quot. & æstiu. l. 1. §. penulti.

k Neque defenderetur] bis posuit prætor in edicto suo, neque defenderetur: hic autem vltimum exponit.

l Suprascriptos.] s. tres articulos.

m De eo.] i. alia vice. hoc idem positũ fuerat: quod prædicta respiciebat specialiter. Et sic not. quod generalis clausula non porrigitur ad cas. de quibus specialiter comprehenditur, vt infra de verb. oblig. l. doli. & de legat. 3. l. vxorem. §. felicissimo. & de legat. 1. l. talis. in fin. & l. si quando quis.

n Hoc quoque.] s. est adiectum.

o Causa cognita.] vt dicit inf. §. & si cum decreto, &c.

p Interueniat.] in hoc vt magistratus nõ redderet sibi ius.

q Non subueniat.] vt infra de reg. iur. l. non fraudantur. & nemo. Accur.

1 † Debemus.

* Simile in si autem cum gl. pe. ext. de rescript. & per Inno. in cap. ex transmissa. & in eod. extra de rescrip.

2 † Fl. vocare non liceret, ne quo defenderetur.

3 † Aliàs, quas iure magistratus.

4 † Nec. Fl.

5 † Fl. deest, in ius.

* Hanc sol. sequitur Bar. hic.

6 † Flor. sed quo.

7 † Aliàs illi per magistratus autem.

8 † Flor. decst quo casu.

9 † Fl. faciat.

10 † Fl. corrupit.

11 † Fl. [illegible]

[illegible]

a *Decreto.*] vt quia statuit ei tempus, intra quod de suo iure proponeret, quod non fecit, argum. C. de inge. man. l. diffamari. & argum. infra de iureiuran. l. iusiurandum. & ad §. si is. licet sit argumen. contra. C. vt nemo inuitus, l. vnica. ideoque denegauit ei prætor iurisdictionem suam, vt hic, & infra de re iudic. l. contumacia. vel cum a decreuisset, vt rem aduersario restitueret, & non fecit: nã potest postea denegare ei iurisdictionem suam, vt nõ adeat eum in aliqua causa, & sic potest intelligi d. l. contumacia. Accur.

Proinde si dum vult apud sequentem prætorem agere, tempus frustratus est ei, non ei subuenietur.

¶ Sed & si dum decreto a prætoris non obtemperat, iurisdictionem suam 1 † ei denegauit, non esse eum restituendũ Labeo scribit. Idemque est, & 2 † si ex alia iusta causa non fuerit ab eo auditus.

Propter ferias repentinas si aliquis læditur, datur restitutio: secus si propter ferias solennes. Bartolus.

¶ Si feriæ extra ordinem b sint indictæ, c ob res puta prosperè gestas, uel honorem principis, & propterea magistratus ius non dixerit, Caius Cassius nominatim se dicebat 3 † restituturum se, quia per prætorem videretur 4 † factum. Solennium d enim feriarum rationem haberi non debere: quia prospicere e eas potuerit, & debuerit actor, ne in eas incideret: quod verius est. & ita Celsus libro secundo Digestorum scribit. Sed cum feriæ f tempus eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis. & ita Iulianus libro quarto Digestorum scribit. Ait enim rescissionem vsucapionis ita faciendam, vt hi dies restituantur, quibus actor agere voluit: & interuentu feriarum impeditus est.

Vsucapione rescissa tempus absentiæ tantum restituitur. Bartolus.

b *Si feria extra ordinem.*] quæ dicuntur repentinæ, vt C. de dilat. l. a nullo. Sed appellari potest in talibus, sed non exerceri, vt C. de fer. l. 1.

c *Indicta*] ex permissu principis, non aliàs, vt C. eodem. l. nullo.

d *Solennium.*] bene dicit restitutionẽ dari in repentinis. in solennibus enim secus est, quia eas, &c. & solennes sunt, quæ sunt C. de fer. l. omnes.

e *Prospicere*] sic infra loca. l. si quis do. §. & hæc. & infra ad legem Aquil. l. si putator. & infra manda. l. si fideiussor. §. si cum.

f *Cum feria.*] non totius temporis. s. vsucapi. vel anni, vel quadriennij.

g *Quoties.*] hic exponitur earum rerum.

h *Vnius.*] hic quæro si minori tempore sit læsus, quam anno, puta, vno die, vt hic: an dies tantum reddatur, an vero vnum quadriennium? Et hic dicit, quod dies tantum vt supra proxi. §. & colligitur ex his, quæ statim dicam. Secundo quæritur, an hic dies reddatur statim post reuersionem, & post modicum tempus? an vero vsque ad quadriennium quandocunque ille dies restituatur? Et dicunt quidam, quandocunque intra quadriennium restitui diem, alias quomodo in vna die poterit petere restitutionem, & causam complere, omniaque expedire? Sed tu dic contra secundum Bulg. & Ien. quod solus ille dies sit restituendus: & intra illam diem, si negligat, sibi imputet, quod se arctauit, vt & supra si quis caut. l. 2. §. penult. & est pro hoc supra de minor. l. fina. & hic, & supra proxi. & infra quãdo actio. de pecu. est ann. l. cum post. & ad Velleian. l. si debitrix. §. si pro eo. & infra de his, quæ in fraudem credit. l. ait prætor. §. præterea. & §. si conditionalis, & infra eodem. l. actionum, §. si quis sæpius. & supra eodem. l. ergo. in fi. Præterea, qui vsucepit, non debet esse deterioris conditionis, quam si non vsucepisset: esset autem, si maius tempus redderetur. Item econtra, hic non debet esse melioris conditionis, quam si non foret vsucaptum, ut infra eod. tit. l. videlicet & supra eodem, l. 1. in fin. primi responsi Item quæro, an possit perpetuari lite contestata petitio in integrũ restitutionis? dico, quod non, sicut nec de dolo actio, vt C. de tempor. in integrũ restitut. l. petendæ. & de dolo, l. fina. Itẽ, an vtilis restituta possit perpetuari? Respõdeo sic, cum non inueniam prohibitum, vt infra eo. l. necnon. §. quod eis. Sed si non perpetuatur, tollitur anno, vel quadriennio, vt C. eodem l. fina. & infra de actionibus & obliga. l. in honorarijs. Accursius.

a Bal. hic dicit istam glo. sing. ad hoc, q contumaci in vna cã, sit iudex denegare audientiam in alia q est verum inter easdẽ personas iudice decernẽte: hoc addito, q contumax in vno actu dẽt tñ citari ad alios actus. Bolog.

1 † Flo. decesset suam.

2 † Flo. deest, est. &c.

3 † Edicebat. Fl.

4 † Flo. videbatur.

¶ Quoties g per absentiam quis non toto tempore aliquem exclusit: vt puta rem tuam possedi vno minus die, statuto in vsucapionis 5 † tẽpore: deinde reipublicæ causa abesse cœpi: restitutio vnius h diei aduersus me facienda est.

¶ Item inquit prætor,* Si qua alia iusta mihi causa videbitur, in integrum restituam. Hæc clausula i edicto inserta 6 † est necessario. Multi n. casus interuenire poterunt, k 7 † qui deferent restitutionis auxilium, nec singulatim tamen 8 † enumerari potuerũt: l vnde 9 † quoties æquitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum: vt puta legatione quis pro ciuitate functus est, æquissimum est eum restitui, licet Reipublicæ causa nõ absit. m Et sæpissimè constitutum est, adiuuari eum debere, siue habuit n procuratorem, siue non.

¶ Idem puto, & si testimonij causa sit euocatus quis 10 † ex qualibet prouincia, o uel in vrbem, vel ad principem, nam & huic 11 † subueniri p sæpissimè rescriptum est.

¶ Sed & his qui cognitionis gratia, uel appellationis peregrinati sunt, sic subuenitur. 12 † Et generaliter, quotiescũque quis ex necessitate, non ex voluntate q abfuit, dici oportet r ei subueniendũ.

Paulus lib. 12. ad edictũ.

LEX XXVII.

ET siue quid amiserit, siue 13 † lucratus nõ sit, s restitutio facienda est; et si nõ ex bonis quid amissum sit.

i *Hæc clausula.*] s. generalis.

k *Poterunt.*] vt supra de in integrum restitu. l. penultima. & C. de tempor. & recip. appella. l. cum anteriori bus § j. & supra de legib. & senatusc. onsul. l. neque leges. & sunt isti casus, vt hic subijcit, & infra eod. l. nec non. 1. respon. & §. j. l. inter eos. & C. de appellationib. l. præses. & infra de institor. l. habebat. in fine. primi respon. & infra quando actio de pecu. est ann. l. quæsitum. & infra de itin. actuque priua. l. 1. §. si quis. Acc.

l *Potuerunt.*] ideoq; subiecta est generalis clausula, vt quoties, &c.

m *Non absit.*] quia tantum Roma dicit respublica: aliæ vero ciuitates loco priuatarum sunt, vt infra de verb. signi. l. eum qui vectigal. quandoque etiam quodlibet oppidum dicitur respublica, vt inf. de public. l. sed hi. §. 1. Accursius.

n *Habuit.*] imò si habuit, nõ, vt infra eod. l. is qui. quæ est contra Sol. vt ibi.

o *Prouincia.*] in aliam prouinciam.

p *Subueniri.*] vt infra de iudi. l. a §. legatis. Acc.

q *Ex voluntate.*] nisi sit probabilis, ut infra eo. l. necnon. primo respon.

r *Oportet ei.*] sed contra eum datur, etiam si ex voluntate abest, vt sup. eod. l. 1. Accur.

s ET *siue. Lucratus non sit.*] quod potuit lucrari sine alterius damno, vt supra eod. l. Iulianus. § eum. & l. scil dum, & l. denique. Accur.

5 † Flo, vsucapionis.

* Materiam huius §. habes per Canonistas, ext. de resti, in inte.

6 † Alias, inserta necessaria est.

7 † Fl. euenire poterunt, qui deferrent.

8 † Flo. deest, tamen.

9 † Flo. vt.

10 † Flo. deest, quis.

11 † Flo. hic.

12 † Flor. sub uentum.

13 † Vel.

Necnon.

NEcnon.] CASVS. In hac l. dicitur, quod qui abest ex probabili causa, restituitur: licet potuerit procuratorem relinquere: cum omnia sint permissa per legem, quæ prohibita non inueniuntur.

¶ Si quis.] Incœpisti rem meam vsucapere, cucurrit vnus annus vsucapionis, reuersus fui, & medio tempore præsens fui, quod non computatur, vt suprà eodem, l. ab hostibus. Sed postea absens fui per alium annum & postea fui reuersus, vt prius: deinde fui absens per aliud tempus, iterum reuersus fui: vnde completa fuit vsucapio: modo quæro, a quo tempore erit computandus terminus in integrum restitutioni? Dicit, quod a tempore vltimæ reuersionis.

¶ Si cum.] Rem meā possidebas in prouinciis, & eam vsucapere incipiebas: deinde te Romæ inueni: numquid tempus petendæ in integrum restitutionis mihi curret, cum Roma sit cōmunis patria, vt infrà ad municip. l. Roma? Indistincte dicit quidam sapiens, tempus in integrum restitut. mihi non currere. Alius autem distinguebat, aut habeas ius reuocandi domum, & non currat: si non habeas, tunc currat: ista distinctio verior est.

¶ Exempli.] Rem meam vsuceperas, restitutus fui propter absentiam, vel propter aliam iustam causam, quia detinebar forte in vinculis, & rescissa vsucapione in integrum restitutionis vtilem actionem potui intentare: nam, quæ prius fuit directa ante vsucapionem, postea rescissa usucapio dicitur vtilis: antequam ergo illam intentarem, cecidisti à possessione tu possessor, illa possessio ad me peruenit sine vitio meo: nunquid mihi dabitur exceptio ad illam possessionem defendendam? Dicit, quod sic.

¶ In actione.] Miles rem meam vsucepit, cum eram absens: deinde rescinditur vsucapio. Dicit, quod fructus, quos interim ex illa re perceperit, debet mihi restituere. Idem erit si rem militis absentis vsucepi, nam vsucapione rescissa eodem modo fructus militi restituere debeo; non enim debet alicui officium publicum esse damnosum, vel lucrosum. Et hoc dicit cum l. seq. Vlpianus.

Vlpianus lib. 12. ad edict.

LEX XXVIII.

NEcnon, & si quis ex 1† causa probabili absuerit, deliberare debet prætor, an ei subueniri debeat; puta studiorum causa forte; procuratore suo defuncto: a ne decipiatur per iustissimam b absentiæ causam.

¶ Item si quis nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione: c & dum propter hoc quod 2 † recedere non potest, captus d fit: & 3† restituetur: & aduersus eum dabitur restitutio.

¶ Quod eis 4† (inquit e prætor) per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit. Quæ clausula non illud pollicetur, restituturum f eum, 5† si leges permittant, g sed si leges non prohibeant h

¶ Si quis sæpius reipublicæ causa absuerit; ex nouissimo reditu tempus restitutionis esse ei computandum, Labeo putat. i Sed si omnes quidem absentiæ annum colligant, K singulæ minus anno: vtrum ei annum demus ad restitutionem: an uerò tantum temporis quantum nouissima eius absentia occupauit, uidendum est; 6† & puto, annum l dandum.

Qui est in loco ubi pōt cōueniri, præsens esse videtur, nisi hēat exceptionem fori. h. d. vel sic: Qui est in communi patria, præsens esse videtur. h. d. Bart.

1† De.

2† Flor. desit. quòd.

3† Flor. desit. &.

4† Fl. ains.

5† Flo. desit. eum.

6† Flo. desit. est.

a *Defuncto.*] idem si non reliquerit, licet potuerit, cum non inueniam prohibitum, vt infrà eadem l. §. quod eis. alias esset idem in hoc, quòd in relegato, vt suprà eodem, l. sed & si. §. 1. quod non debet esse. Alij dicunt idem in utroque.

b *Per iustissimam.*] sic & qui æta. se excu. l. prima & secunda. Accursius.

c *Satisdatione.*] vt quia fideiussores dedit, & sub pœna quod non recederet.

d *Captus.*] idest læsus.

e *Quod eis inquit.*] idest dixit, vt ī. eod. l. j. in fi.

f *Restituturum.*] scilicet prætorem.

g *Permittant.*] scilicet specialiter.

h *Prohibeant.*] scilicet expressè. Sed ubi prohibent? Respond. in libertate, ut suprà, de minoribus l. si ex causa §. aduersus. Item in præscriptione status defunctorum, ut Co. ne de statu defunctorum, l. si mater. Et si objicias, quod illæ loquuntur in maioribus, at minoribus plus debet succurri, ut infrà eodem. leg. si qua. & suprà tit. 2. leg. auxilium. Respondeo, quòd illud in excusatione delictorum; at in restitutione rerum, bonum est argumentum, non subuenitur minori, ergo nec maiori. Præterea lex prohibet sæpe in hoc sic, ut infrà eod. l. reipublicæ, & suprà eod. l. sciendum, & l. an repenit. l. sed & si, in fine. Item no. hic, quòd omnia sunt permissa per legem, quæ prohibita non inueniuntur, vt hic, & infra, de prob. l. ab ea, & de restit. l. 1. §. 1. & sup. de procur. leg. mutus. §. cum quæritur. & C. de releg. l. statuas. argum. contra, si quod omnia sint prohibita, nisi concessa inueniantur, ut infrà, de colleg. illicit. leg. 3. §. primo. Sed illud ideo quia illicita sunt, vt eod. titul. l. a. & sup. quod cuiusque vniuersi. l. 1.

i *Labeo putat.*] Tres sensus portat hoc principium. Vel quod vltimæ absentiæ tempus restituatur tantum, quod non placet, ut ī. prox. resp. Secundo, quod restituatur ad totum tempus, etiam vsucapio medij anni quo fuit præsens. Sed & hunc reprobo statim per hanc glo. ī. sed nonne, &c. & opponit tertium, quod dic, vt ibi. & habet locum quod sequitur: secundum quam pone casū hoc modo: sed nonne malè putat? tempora enim, quæ cucurrerunt in præsentia, inter absentes computantur cū effectu, modico tantum tempore inde subducto, vt suprà eod. le. ab hostibus, §. sed quod. non ergo ex nouissimo reditu. Respond. immo bene, quia secundum hoc §. iste intelligitur, ut restituatur ei tempus usucapionis, excepto quo fuit præsens. Et potest poni in læso prima absentia, & in lædendo secunda. In læso, ut si primo per annum fuisti absens, quo fuit completa usucapio: reuersus fuisti præsens per sex menses, post iterum absens, quando ergo demum redibis, sex menses tibi redduntur, qui supererant quando secundo incœpisti esse absens. In lædendo sic. primo fuisti absens per annum medium usucapionis: post præsens. secundo fuisti absens ultimo mense usucapionis: eo finito statim reuerteris: restitueris ergo ad annum & mensem; & sic beneficia coniunguntur, ut Co. de temp. in integrum restit. l. 1. 2. 3. & 4.

K *Colligant.*] s. utilem, loco cuius est quadriennium, ut C. de temp in integ. restit. l. superuacuam, in fi.

l *Annum.*] ex hoc §. duæ sententiæ Bulg. confirmantur. Prima, quod usucapione completa in præsentia post modicum tempus, datur restitutio, ut in primo respon. huius §. quod M. negauit, prout posuit in lædendo: ut plenè dixi ī. eod. l. ab hostibus. §. sed quod. Secunda, quia si minori tempore anni læsus est, illud solum redditur, ut in fine huius §. & hoc plenè dixi supra eod. leg. sed & si. §. quotiens. Sed dicit M. certè hoc solum redditur, sed intra quadriennium quandocumque uult, etiam negligendo, quod nihil est: cum uerbis, non rebus, iam lex imponeretur, quod esse non debet, ut C. communia de leg. l. 2. Sed si annum, & non plus colligat, quomodo unquam habebit integrum annum, secundum nos, qui dicimus tempus, quod in præsentia currit, computari pro eo, quod fluxit in absentia? nunquam enim potest esse, quod aliquod tempus non fluat, & cum ibit ad iudicem, & cum loquitur cum aliquo. Respon. illud tempus, quod labitur in quærendo iudicem, & ea, quæ sunt ei in restitutione necessaria, pro absentia reputatur; unde non nocet ei quo minus totum tempus subducatur, ut supra eo. l. ab hostibus. §. fin. Sed quod fluit negligenter, tunc uerò minus anno habebit. Item opp. quod si modicum tempus pro absentia habetur, & post absentiam datur modicum tēpus, ergo post modicum tempus datur, & aliud modicum tempus, & sic deinceps in infinitum. Respond. in hoc tantū pro absentia haberi, vt non ei computetur tempus adhuc loco eius, quod fluxit in absentia. Item quid si plus anno continuo? Respon. totum.

dictum.]

¶ Si cum [a] in prouincia [*] domicilium haberes, esses autem in urbe, [b] an mihi [c] annus [d] cedat, quasi experiundi potestatem habeam? & ait Labeo non cedere. Ego autem puto hoc ita verum, si ius reuocandi [e] domum aduersarius habuit: si minus, videri esse experiundi potestatem: quia & Romæ litem contestari potuit. [f]

Sicut actio rescissoria non potest intentari nisi restitutione præhabita, ita nec exceptio potest obijci ab eo, contra quē est præscriptū, nisi primò redierit, & cōueniatur à præscribente. h.d. & fortis est iste §. Bar.

¶ Exemplo rescissoriæ [g] actionis, etiam exceptio ei, qui reipublicæ causa abfuit, competit: fortè si res ab eo possessionem ve 1 † nacto [h] vendicetur. 2 †

In actione rescissoria veniunt fructus. h.d. Bar.

¶ In actione rescissoria, quæ aduersus militem competit, æquissimum esse, Pomponius ait, eius quoque temporis, quo absens defensus nō est, fructus eum [i] præstare: ergo & militi debebunt restitui: [k] & 3 † vtrique 4 † actio erit. Africanus li. 7. Quæstionum.

V LEX XXIX.
Idelicet vt 5 † ne cui officium publicum, vel damno, [l] vel compendio sit.

Restitutio ex hoc edicto datur contra hæredē, sicut contra defunctū. h.d. Bart.

Paulus lib. 12. ad edictum.

LEX XXX.

CVm miles, qui vsucapiebat, decesserit, & hæres [m] impleuerit vsucapionem, æquum [n] est rescindi, quod postea vsucaptum [o] est, ut eadem in hæredibus, qui in vsucapionem succedunt, seruanda [p] sint, quia possessio defuncti quasi coniuncta [q] 6 † descendit ad hæredem, & plerumque nondum hæreditate adita completur.

Post completam vsucapionē, & etiam post rem alienatam conceditur restitutio. hoc dicit. Bart.

¶ Si is qui reipub. causa abfuit, vsuceperit, & post [r] vsucapionem alienauerit rem, restitutio facienda erit: [s] & licet sine dolo malo 7 † abfuerit, & vsuceperit, lucro eius occurri oportet. Item ex reliquis [t] omnibus causis restitutio facienda erit, veluti si aduersus eum pronunciatum sit.

Ista lex legitur in gloss. duobus modis, vno magis not. & h d. Possessionis apprehensio habet vim contestationis, & actionem perpetuat. hoc dicit. Bart.

---

a *Si cum.*] siue præsens sit is, siue absens, vel ecōtra, læsus habet annum, intra quem si inueniat aduersarium, quæritur an cedat annus. Accursius.
b *In vrbe.*] scilicet absens à domo.
c *Mihi.*] Romæ existenti.
d *Annus.*] intra quem eram restituendus.
e *Domum.*] quod estex causa legationis sut ℸ. de iud. l. 2. §. legatis.
f *Potuit.*] & finire etiam, cum sit communis patria, vt ℸ. ad municip. l. Roma. Et nota ex hoc §. hunc annum vtilem fuisse. Sed quid hodie de quadriennio? Videtur continuum, ut Cod. de temp. in integ. restit. leg. fin. Sed dico quo ad hoc, vt dies feriati, & non feriati currant, continuum esse, non quo ad hoc quin desinat currere, si vel in principio sui, vel in medio fuit in aliqua causa qua deberet restitui vt iterum absens, vt Cod. de tempo in integr restit. l. 1. & supra eadem leg. §. si quis sæpius. & sic quo ad quid est vtile, & quo ad quid est continuum.
g *Rescissoria.*] i. primæ vtilis restitutæ.
h *Nacto.*] nactus fuit possessionem sine vitio post impetratam restitutionem, & habitā, & antequam rescissoriam intentaret sic intelligitur ℸ. eod. l. si is cuius. alias nisi esset data restitutio, non daretur exceptio, ut argumē ℸ. de nego gestis, l. 3. §. pupillus, in fine. Et sic nota, quod nec actio rescissoria datur nisi præhabita restitutione vt Cod. eod. leg. fin. nec exceptio cum exēplo actionis detur, ut hic, nec replicatio, vt d. §. pupillus. Item no hic, quod cui datur actio, multo magis & exceptio, vt hic, & ℸ. de superfi. l. 1. §. quod ait & ℸ de reg. iur. l. inuitus, §. 1. & de inoff. testam. l. Papinianus, §. si filius. Accur.
i *Fructus eum.*] si absentem, nisi præsens possederit medio tempore, vt ℸ. si vsufruc. peta. l. pen. §. fin.
k *Restitui.*] s. fructus suæ rei, quam alius detinuit, & facit C. si aduersus transac. l. 1. & 2. & supra, de minor. l. quod si minor, § restitutio.
l *VIdelicet, Damno.*] Not. officium publicum non debere alicui esse damnosum, vt hic, & ℸ. de reg. iur. l. absentia. & inf. quemad. testa. aper. si quis ex sign. & C. quod met. cau. l. ad inuidiam. Idem in priuato, vt inf. de fur. l. si seruus. §. quod vero. & inf. de pet. hæred. l. pen. Item econtra, offi. id publicum non debet esse compendio, vt hic subijcit, & supra eod. l. 3. resp. in fi. & inf. de admin. tut. l. qui negociationem. nec etiam priuatum, ut inf. mand. l. idemque, in princ. & §. si procurator, & leg. ex mandato. Item opponitur in Auth. de defen. ciui. §. interim, coll. 3. Respond. tamen, vt in eod. tit. § pen.

CVm miles.] CASVS. Miles rem meam absens incœpit vsucapere, vsucapionem autem cœptam filius suus succedens compleuit: contra hæredem ipsius mihi datur restitutio.

¶ Si is.] Miles rem meam vsuceperat, rem eandem alij vendidit, dicit me restituendum: nam restituendus essem præsens contra illum absentem. Idem est si absens fuerit læsus à præsente, vt puta re ipsius ablata post sententiam, quia ei absenti subueniri debet contra præsentem. Viuianus.
m *Et hæres.*] i. præsens, non in militia. Et sic pro Bul. in eo, quod dixi ℸ. eo l. ab hostibus §. sed quod simpliciter, s. finita vsucapione post post modicum tempus dari restitutionē. Sed M. dicit hunc hæredē fuisse militē, & dū militat, impleta est vsucapio. Sed quare diceret in hærede militis, cum idē esset in hærede cuiuslibet rustici, si ipse hæres sit miles.
n *Aequum.*] non autē de rigore, cum præsens contra præsentem vsucapionē perfecerit, sic & in contrario casu, si absēs cōtra absentē velit restitui, de rigore qnq; denegatur, sed de æquitate conceditur, vt infrà, de acq hæred. l. Pautonius. § Mæuianus.
o *Vsucaptum.*] i. vsucapione completum.
p *Seruanda sint.*] s. quæ seruarentur in defuncto.
q *Coniuncta.*] dominium continuatur à testatore in hæredem, ut Insti de hæred. quæ ab intest §. sui & ℸ. de bonor. poss. l. 1. Item possessio, vt hic. Sed contra in possessione, nisi fuerit apprehensa, vt inf. de acq poss. l. cum hæredes, 1. respon. & l. qui vniuersa, §. quid per colonum, & infr. de crim. expil. hæred. leg 2 quæ iunt contra. Solu. secundum quosdam, ille in extraneo, hic in suo hærede, a argu. Inst. de hær. qual. & diff. § sui, & §. extranei. Alij hanc secundum illam intelligunt, s. cum fuerit apprehensa: & ideo hic ponit quasi. tu dicas, quod hic dicit quo ad vsucapionem complēdam, quæ completur etiam antequam hæres possideat, vt hic subijcit, & infra de vsucap. l. nunquam, § vacuam, & l. cæptam. nisi medio tempore fuisset ab alio apprehensa; & ideo dicit hic, plerumque, ut infrà, de usucap. l. possessio. Accur.
r *Et post.*] id est, si ante.
s *Erit.*] non aperit aduersus quem. dic ergo aduersus vtrūq; ut arg ℸ de minor. l. in causa. §. 4. fi. Et quando datur contra vnum, alter vocatur, cum eum tangat, ut C de auth. præst. l. si. Sed an primo debet eligi absens, sicut venditor, ut in d. l. in causa? Resp. non, opportet, quia ibi contraxit ille, qui uēdidit cum minore, ideo sit plus grauandus: hic autem non fuit contractum cum absente ab eo, qui petit restitui.
t *Reliquis.*] quidam sic, non solum si quid de bonis præsentium est diminutum per usucapionem: sed etiam si quacumque alia damna passi sunt, debent restitui, quod non placet, propter exemplum, quod ponitur in fine. Alij

[*] Iste §. ad hoc solet allegari, quod habens exceptioni de clinatoria iudicij non dicitur posse conueniri secundū Bal.
1 † Fl. deest, to
2 † Vendicetur
3 † Fl. deest, &
4 † Vtrinque.
5 † Fl. deest, ut
6 † Fl. coniuncta alias quasi iniūcta. Restitutio tamen est Fl. hu. Duar.
7 † Flor. deest malo.
a Illud non est uerū, fm Bar. hic, ideo dic aliter fm eundem q possessio continuatur ipso iure ut in cōtrario: & quod hic dr, uerum est quo ad usucapionē, q continuatur, & perficitur hæreditate iacente.

Alij fiter omni causa, ex qua absens contra præsentem restituitur, ut si etiam contra eum, scilicet absentem, sit pronunciatum, ex eadem causa succurratur præsenti contra absentem, quod non placet, propter idem exemplum; quia licet absens in sententia contra se lata restituatur, secundum distinctionem quam fecimus supra de in integr. restitut. l. fina. tamen non sic præsenti succurritur. Tu ergo dic, quòd mutat casum prorsus, nã in superiori fuit quando præsenti contra absentem, nunc econtra. & dic eum scilicet absentem. Quo casu aut fuit defensus, & tunc ad appellandum: aut non, vel minus bene, & tunc ad totam causam, ut d. l. ultima. non ergo restituitur contra sententiam præsens contra absentem, cum possit appellare præsens: sed contra præscriptionem temporalem exercitij causæ appellationis posset restitui, vel ex clausula generali, vel ex illa qua præsens contra absentem, qui nõ defenderetur, restituitur.

1† Fl. di. § 3.

2† Fl. usucepit.

Idem lib 4. 1† ad edictum.

LEX XXXI.

SI is, a cuius rem usuceperit 2† reipublicæ causa absens, possessionẽ suæ rei ab illo usucaptæ nactus sit, b & postea amiserit, non temporalem, sed perpetuam habet actionem. c

Reipublicæ causa abesse quis dicitur ab ea die, qua urbem egreditur, usq; quo revertatur ob publicam utilitatem, non causa proprij commodi. h. d. cum duabus ll. sequentibus. Bar.

3† Lib. 9.

Modest. lib. 8. 3† Regularum.

LEX XXXII.

ABesse reipublicæ causa intelligitur & is, qui ab urbe profectus est, licet nondum provincia d 4 † excesserit: sed & 5† is, qui excessit, donec in urbẽ revertatur. & hoc etiam ad proconsules, legatosque eorum, & ad eos, qui provincijs præsunt, procuratoresque principum, qui in provincijs e tenentur, pertinet: & ad tribunos militum, & præfectos, & comites legatorum: qui ad ærarium, f 6† aut in cõmentarium g * principis relati h 7 † sunt.

4† Fl. provinciarum.

5† Fl. se lis. Cuiac. lib. 12. obs. ca. 33. leg. Accesserit & a quo excessit.

6† Aliàs, ærarium delati, aut.

* Idest, diarium, & ephemeridem, vel regestum.

Bud. Accenr. autem hoc delat.

7† Fl. delati. Bud. autem legit, relati in unum. cõ aliis publicis in ærario adservabantur. Cic. epist. ad Torquatum.

Hæc lex summata est in præcedenti. Bart.

Idem li. sing. de enucl. casib.

LEX XXXIII.

INter eos, qui ex generali clausula i adiuvantur, k & fisci patronus connumeratur.

¶ Eos qui notis 8† scribunt k acta præsidum, l reipub. causa non abesse, m certum est.

8† Subscribunt.

¶ Milites & medici quoniam officium, quod gerunt, & publice prodest, & fraudẽ n eis afferre non debet, restitutionis auxilium implorare possunt.

Iabolenus li. 15. ex Cassio.

LEX XXXIIII.

MIles commeatu o accepto, si domi suæ 9† est, p reipublicæ causa abesse non videtur.

9† Fl. domo sua.

¶ Qui operas in publicum, q quod vectigalium r causa 10† locatum s est, dat, reipublicæ causa non abest. t

10† Budæus quod reipub. causa legit.

Pau. li. 3. ad l. Iul. & Pap.

LEX XXXV.

QVi mittuntur, ut milites ducerent, aut reducerẽt, aut legendi u curam gererent, 11 † reipublicæ causa absunt. hi quoque qui missi sunt ad gratulandum x principi.

11† Agerent. Fl. legit curarent, alij curã agerent.

¶ Item procurator Cæsaris non solum cui rerum provinciæ cuiusque procuratio mandata erit: sed & is, cui rerum, quamvis non omnium y Itaque plures ibi procuratores diversarum rerum, z reipub. causa abesse intelliguntur.

¶ Præfectus quoque Aegypti reipublicæ causa abest: qui vel aliam ob causam reipublicæ gratia extra urbem aberit. a 12 † Sed & in urbanis b 13 †

12† abàs, aliter.

13† Urbanicianis. Flor.

S Iis.] CASUS. Absens rem meã usuceperat: impetravi in integrum restitutionem, non tamen adhuc utilem actionem intentaveram, & in illo medio tẽpore si post in integrum restitutionem impetratam, ante tamen actionem propositam, nactus sum possessio illius rei, & iterum eam amisi: dicit, quod de cætero perpetuam habeo actionem ad illam rẽ petendam. Vivia.

a *Siu.*] scilicet præsens.

b *Nactus sit*] scilicet in integrum restitutione, sed non intentata rescissoria, & fuit sine vitio nactus, ut supra eodem. l. nec non. §. exemplo. Sed videtur non perpetuari, etiam data restitutione, sicut nec exceptio, sive replicatio, quæ datur minori, ut infra, de in restitutione. l. nam postea. §. si minor. in fin. quæ est contra. Sed dic, quod hic apprehensio ipsa fuit pro lite contestata, ut C. de præscrip. 30 annor. l. cum notissimi. §. immo. Alij tamen dicunt, quod hic tam restitutio fuit data, quã etiam rescissoria postea proposita, & per sententiam hanc secundam possessio restituta: sed tunc nulla esset dubitatio.

c *Actionem.*] s. directam forte, cum dominium directum recuperasse videatur. vel dic utilem. Accur.

A *Besse.*] CASUS. Numerat iurisconsult. personas, quæ dicitur abesse causa reipublicæ usque ad legem, is qui. Item dicit, quod advocatus fisci si lædatur ex generali clausula, restituitur. Item dicit, quod tabelliones, & medici videntur abesse causa reipubl. Item, si miles domi est de licentia principis vel tribuni sui, non videtur abesse causa reipublicæ, exacto tempore licentiæ. Item dicit, quod ille, qui conduxit vectigalia, non abest causa reipublicæ. Quod postea sequitur, planum est usque ad legem. hi qui.

d *Nondum provincia.*] i. Italia.

ADDITIO. Ex hac glo. habes qualiter Italia est provincia, licet gloss. de hoc quærat in auth. quæ in provincia, C. ubi de crim. agi. opor. secundum Bal. hic. Addo quod gl. in d. aut. dicit, quod est domina provinciarum.

e *In provincijs.*] i. qui mittuntur ad tribunos, licet non sint milites. ut inf. de bon. poss. ex test. mili. l. 1.

f *Ad ærarium.*] i. procuratorem fisci; qui præest ærario.

g *Commentarium.*] locus est ubi captivi retinentur: unde commentarienses debent custodes eius loci, ut C. de cust. reo. l. ad cõmentariensem. Vel locus est ubi princeps cũ consiliariis suis ad mẽtẽ secreta revocat. a cõminiscor, sceris.

h *Relati sunt.*] a populo Romano.

i INter eos. Clausula.] ut inf. e. l. 1. in fi. & l. sed & si. §. hæc clausula.

k *Notis scribunt.*] ut tabelliones. Acc.

l *Præsidum.*] provinciarũ, cũ ibi sit de Ro.

m *Non abesse*] quidã libri non habet non: & tunc est plana. Sed si habes, dic quod sui cõmodi causa aberat, & sic non restituitur, ut inf. eo. reipublicæ. dic, non abesse reipu. causa: restituuntur cũ cum necessario & nõ causa sui lucri absunt ut sup. e. l. sed & si. §. fi. Accur.

n *Fraudem*] i. dãnũ. facit sup. de excus. tu. si duas. §. grãmatici.

o MIles Commeatu.] i. licẽtia.

p *Sine est.*] s. iam & stetit per modicum tempus: aliàs adhuc abesse videtur, ut s. eo. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter: & facit infra l. prox. §. fi. & l. si cui. §. fi.

q *In publicum.*] i. in republica.

r *Vectigalium.*] i. pro eo quod vectigalium.

s *Locatum est.*] i. locatio facta est sibi & sic quia suo lucro facit, non restituitur. Vel dic, dedit operam, ut publica vectigalia locarentur aliis, ut proxeneta. Accu.

t *Non abest.*] hoc ipso.

u QVi mittuntur Legendi.] i. eligendi probos mittendos ad principem.

x *Ad gratulandum.*] forte ut qui faciant coram eo hastiludium, vel civitas, quæ minus bene se habet, cum eo mittit aliquos qui applaudant ei, offerendo servitia.

y *Non omnium*] & dic, s. procuratio est mandata.

z *Rerum.*] a principe constituit reipublicæ causa.

a *Aberit.*] subaudi. i. absens reipublicæ causa.

b *Urbanis.*] qui custodiunt civitatem Romanam præcepto principis.

[Militibus.

a *Militibus*] ergo omnis, qui est extra vrbem, si alicuius dignitatis gratia est, causa reipublicæ abest: sed si in urbe est, non, nisi sit miles, ut probatur supra eodem, l. & qui data. in fin. & l. vt sunt, & milites. & l. abesse, & infra eodem, l. & si extra.

infra l. prox. Vltra ergo nullo modo etiam principe permittente, nisi fortè diceret non obstante hac lege, vt argu. infra de leg. 3. l. si quis. in princip. Fallunt tamen prędicta in assessore procuratoris Cæsaris: tum quia iudex est inter fiscum & priuatum, vnde vni priuato plus, quam alij suspectus haberi non debet: tũ quia salariũ habet de propria bursa procuratoris, vt su pra de assess. l. fin. Sed quare prohibetur quis in sua prouincia assidere? Respond. propter suspicionem, ne quid gratiosè ageret. Itẽ quia non timeretur, cum nemo propheta sit receptus sine honore nisi in patria sua.

militibus a item diuus Pius constituit.

¶ Quæsitum est, & de eo, qui ac compescendos malos homines b missus est, an reip. causa abesset? & placuit reipublicæ causa eum abesse.

¶ Item paganum, qui in expeditione consulari c 1† iussu trãsierat, ibique in acie ceciderat: d hæredi enim eius succurrendum est. ¶ Qui reipublicæ causa Romam profectus e est, abesse reipublicæ causa uidetur.

¶ Sed & si extra patriã suam f reipub. causa profectus sit: etiam si per vrbem g ei iter cõpetit, reipub. causa abest. Similiter qui in prouincia est, ut primum aut domo h sua profectus est, i aut cũ in eãdẽ prouincia degit, k reipublicæ administrandæ causa: simulatq; 2† agere l rempub. cœpit, ad similitudinem m absentis habetur. Et dum eat n in castra, * ac 3† redeat miles, reipublicę causa abest, quod & eundem fit in castra o militaturo, & redeundum.

¶ Iulianus 4† scribit, Proculum respondisse: militem qui cum commeatu absit, dum domum vadit, aut redit, reipublicæ causa abesse, p dum domi sit, non abesse.

Vlpianus lib. 7. 5† ad leg. Iuliam, & Papiam.

LEX XXXVI.

Reipublicæ causa abesse eos solos intelligimus, qui non sui commodi causa, sed coacti q absunt.

Pau. li. 3 ad l. Iul. & Pap.

LEX XXXVII.

Hi qui in prouincia sua vltra tempus a constitu. 7† tionbus r concessum assident, reipublicæ 6† causa abesse non intelliguntur. s

Qui accipit, vel gerit officium contra ius officialiũ, priuilegio non gaudebit. Bartolus.

Vlpia. lib. 7. 7† ad leg. Iuliam & Papiam.

LEX XXXVIII.

Si cui in prouincia sua princeps assidere speciali beneficio permiserit, t puto eum reipub. causa abesse. u Quod si non ex permissu x 8† hoc fecerit, consequenter dicemus, cum crimen admiserit, y non habere eum priuilegia eorum, qui reipublicæ causa absunt.

Durante officio dicitur quis abesse causa reipublicæ, etiam eo finito quoad redire poterit, secundum qualitatem personæ. Bar.

o *Exceptionem.*] per in integ. restit. uel dic, q̃ de æquitate: nam mero iure tenetur, qui saluum fore promisit: ergo volens restitui, vel excipere tenetur rem probare fatali damno perijsse, vel deterioratam: cum aliàs in deposito, qui dolum dicit, debeat probare illum, ut infra de probat. l. quoties, §. qui dolo. ad quod est, quod not. sup. a de eden. l. si quis ex argentarijs. § fi.

1 † Flor. deest, enim.
2 † Restituant.
3 † Fl. & locato, vel cõducto.
4 † Conduxit, & locat.
5 † Pomponio. Flor.
6 † Flo. sint eiues.
7 † Prætorem.
8 † Deest, & p
9 † Perijt.
10 † Fl. contingat.
11 † Abas idẽ, sed male. Duaren.
12 Fl. perierit, non esse iniquum.
13 † Aut in caup.

Eodem modo p tenentur & 14 † caupones, & stabularij, qui q 15 † exercentes negotium suum 16 † recipiunt. Cæterum si extra negotium suum receperint, non tenebuntur. r

¶ Si filiusfamilias, aut seruus receperunt, & uoluntas patris s dominive interuenerit, 17 † insolidum t erit conueniendus. u

¶ Item si seruus x exercitoris y surripuerit, 18 † vel dãnum dederit, 19 † noxalis actio cessabit. quia ob receptum dominus suo nomine conuenietur. Sin uero sine uoluntate exerceat, 20 † de peculio dabitur. Hæc enim 21 † actio rei persecutionem continet, ut Pompo. ait: & ideo z hæredi, 22 † & in hæredem, & perpetuò datur. 23 †

Quando competunt alicui plures actiones, quarum vna est de iure communi, & alia de iure speciali, vna tollitur per aliam, quatenus in ea plus est. Bar.

¶ Nouissimè videndum est, 24 † an eiusdem rei nomine, & de recepto honoraria actione, a & furti b agendum sit. & Pompon. dubitat: sed magis est, vt uel officio c iudicis, vel doli exceptione alterutra esse contentus d debeat.

p *Eodem modo.*] quo tenentur exercitores, scilicet de dolo, lata culpa, & leui, & leuissima, non de casu.

q *Qui.*] aliàs, quod, pro quia.

r *Non tenebuntur.*] hoc edicto, sed ordinariis actionibus.

s *Voluntas patris.*] s. expressa, vel tacita in corde retenta, ex eo q̃ filius, vel seruus nauẽ exerceant, vel cauponã vel stabulum, ut ĩ. de exerci. l. 1. §. si quis, vel cum pater, vel dominus exercent, recipit filius, vel seruus uoluntate patris, vel dñi.

t *Insolidum.*] hic potes iungere, quod est ĩ. si uero sine uoluntate, &c. & postea. Itẽ si seruus exercitoris, s. liberi hominis.

u *Conueniendus.*] cum ab alio damnum dat, si uerò ab ipso, hoc sequitur in prox. §. secũdum secundum casũ.

x *Item si seruus*] casus potest poni in seruo exercente, & damnum dante. In quo distinguitur, an domini uoluntate exerceat: & tunc dominus pro seipso tenetur de recepto. alias vero de peculio tñ: & sic hoc est ĩ. ĩ. eo. l. si §. seruorũ. Sol. hic loquitur de actione ex contractu: ibi de ea, quæ ex quasi maleficio in duplũ: & hoc est ĩ. tantum ad primum respon. huius. Item si seruus in eo casu, q̃ñ uoluntate exercet. Item potest poni in seruo ordinario exercente, & vicario damnum dante, ut tunc si uoluntate domini, insolidum teneatur: nec est contra inf. e. l. fin. §. seruorum, quia ibi in ea actio. quæ ex quasi delicto est, loquitur ut dixi. Si uero sine uoluntate exerceat, noxalis de peculio datur: quia uicarius est in peculio, ut ĩ. de noxal. l. si rem. § fi. & hoc secundum illã literam, quæ est ibi. Sed ad secundam aliam, quæ est ibi, aut expone, ut ibi. Vel dic in seruo exercitoris liberi hominis, & quod subiicit, si vero, refertur non ad prox. sed ad superius.

y *Exercitoris.*] i. exercens secundum primum casum gloss. magnæ.

z *Et ideo.*] hæc ratio sufficiens est, i. probabilis: sed non necessaria, si supra de alie. iud. non solum, §. fi.

a *Honoraria actione.*] hæc specialis.

b *Furti*] hæc communis, siue ipse, siue alius surripuit.

c *Officio iudicis*] cum talis est persona, cui non potest opponi doli exceptio.

d *Contentus.*] ut hic, & infra eod. l. licet, §. possumus, & facit supra de calum. l. in hæredem, § fin. sed contra infra pro soc. l. rei communis. Solu. aliud est in actione ista, quam in

14 † Fl. deest, &.
15 † Fl. qui.
16 † Fl. deest, suum.
17 † Interuenit
18 † Fl. surripuit.
19 † Dedit. Fl.
20 † Exerceat
21 † Fl. hæc autem rei per se.
22 † Fl. deest, hæredi.
23 † Dabitur
24 † Fl. deest, rei.

In actione pro ſocio hæc enim nō de iure communi, ſed dee prætoris beneficio competit: vnde ſi altera, quæ de iure communi competit, intentatur, ut furti, beneficium prætoris neglectum æſtimatur, ut inf. de ſepar. l. 1. §. illud ſciendum, & infra eod l. licet, §. vlt. Item beneficium proponatur; communis videtur eſſe via preclusa: vt potecum ad aliud eius auxiliū transferre neceſſe habet, vt infra eod. l. licet, §. & ſi cum. Sciendum eſt ergo, quod vbi plures competunt actiones pœnales ex diuerſis factis, neutra alteram impedit, vt ſupra eod. licet, & de priua. delic. numquam, niſi tales ſint, quæ ſete non patiantur, vt C. de furt. l. 1. ſi ex diuerſis non dentur, ſed ex vno, quatenus concurrunt: non enim in plus inuicem ſe impediunt, ut infra vi bonor. rapt. l. 1. & infra de act. & oblig. l. qui ſeruum. Si vero ſunt ambæ rei præſecutoriæ, facta per alteram exactione altera remittenda eſt, vt infra loc. l. ſi merces, §. culpæ. Pallit in odium eius, qui noluit certificare aduerſarium qualiter poſſideret, contra quem dantur duo interdicta, ut nota infra de tribut. actio. l. quod in hæredem, §. eligere, ſi autem ſit vna rei perſecutoria, altera pœnalis ſui natura, & ab initio: neutra per alteram tollitur, ut infra de fur. l. ſi pignore, §. cū furti. niſi in hoc caſu, ſ. in caſu huius legis ratione prædicta, ſcilicet in principio glo. & in alio forte, ut infra de furt l. ſi is cui. ſi vero ab initio non eſt pœnalis, una per alteram tollitur, ut ſup. quod met. cau. l. metum, §. licet. & d. l. qui ſeruum, in fin.

1 † *Plo. deeſt. res.*
2 † *Alias, ni ſi ſi.*
3 † *Flo. deeſt. res.*
4 † *Alias, Vi ... ne.*
5 † *Locatæque.*
6 † *Flor. deeſt, vel.*
* *Penoris ſignificatum. vide apud Gell. lib. 4. ca. 2. Cice lib. 3. de na. deo penum eſſe deſcribunt, quo homines veſcuntur.*
* *Vi Sen lib. 2. de beneſic. c. 13 Tertull. in Apo. c. 39.*

Paulus lib. 13. ad edictū.

LEX IIII.

SEd & ſi ipſi nautæ a furti[a] actio competit, cuius ſit periculo[b] res: 1 † niſi 2 † ipſe ſurripiat, & poſtea ab eo ſurripiatur:[c] aut[d] alio ſurripiente, ipſe nauta ſoluendo nō ſit. ¶ Si nauta nautæ,[e] ſtabularius ſtabularij, caupo cauponis res 3 † receperit, æquè tenebitur.[f] ¶ Iulianus 4 † dixit ēt ad eas res hoc edictum pertinere, q̄ poſt impoſitas merces in nauim, collocataſque 5 † inferentur: etſi earū vectura non debetur,[g] vt veſtimentorū, vel 6 † penoris[h]* quotidiani: quia hæc ipſi cęterarum rerum locationi accedunt.[i]

Caius li. 5. ad edic. prouin.

LEX V.

NAuta, & caupo, & ſtabularius* mercedem accipiunt, non pro cuſtodia:[k] ſed nauta, vt traijciat vectores:* caupo, vt viatores manere in caupona patiatur: ſtabularius, vt permittat iumenta apud eum ſtabulari:[l] & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur.[m] Nam, & fullo, & ſarcinator, non pro cuſtodia, ſed pro 7 † opera mercedem accipiunt: & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur.

¶ Quæcunque[n] de furto diximus,[o] eadem & de damno debent intelligi. non enim dubitari oportet, quin is, qui ſaluum fore recipit, non ſolū à furto,[p] ſed etiam à damno recipere 8 † videatur.

Paulus li. 13. 9 † ad edict.

LEX VI.

LIcet gratis nauigaueris, vel in cauponam gratis diuerteris, non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, ſi damnum iniuria paſſus es,

SEd &.] CASVS. Cum præcedenti §. continuatur hoc modo. Si tu velis contra furem agere, dabitur tibi actio fur. ſed ſi tu non ſis ſoluendo, vel tu ſurripuiſti, & alius forte ſubtraxit, tibi non dabitur: nam his duobus caſibus actio furti mihi datur: alias tu habebis actionē furti.

¶ Si nauta.] Si vnus nauta res alterius recipiat: ſi ex alia [illegible] illæ res, idem ſi de eadem, habet locum hoc [illegible].

¶ Iulianus dixit.] In nauim tuam res meas immiſi: & poſtea alias res immitto, vt puta tunicam ad me tegendum, vel cibaria ad comedendum pro neceſſitate, pro quibus mercedem non ſoluo: pro his rebus immiſſis habet locum hoc edictum, quamuis non ſoluum mercedem, quia videntur illis accedere.

a *Sed & ipſi nautæ.* ſi modo ipſe eligatur a domino: nam domino datur electio, ut infra furt. aduer. nau. caup. ſtab. l. 1. §. & in duplum.

b *Cuius ſit periculo.*] ſ. quia eſt ſoluendo, & tunc non agit dñs alias non eſt eius periculo ſi non habet aliquid, vt infra de furt. l. itaque. Et ita non aget, ut infra furt. aduer. nau. cau. ſtab. l. 1. § quod ſi receperit, quæ eſt contra, vel ſubaudiatur ita, tantum.

c *Surripiatur.*] quo caſu non agit, quia fur furti agere nō poteſt niſi caſualiter reperiatur, ut infra de fur. l. qui vas, §. ſi ego, & l. qui ſibi, §. ſi quis, & facit l. cum qui, §. non habebit, co. tit de furt.

d *Aut.*] His duob. caſib. etiam ſi ipſe eligitur, non tamē agit altero propter ſuum delictum, altero, quia eius eſt electione.

e *Nauta nautæ.*] ſcilicet exercitor nauis, & videbatur contra, argum. C. de furt. apud antiquos, §. qui habet. ibi, aduerſus alios &c.

f *Tenebitur.*] recipiens. Accurſius.

g *Non debetur.*] ſcilicet ſpecialiter.

h *Penoris.*] penus dicitur id, quod eſui potuique eſt deſtinatum, vt infra de pen. l. 3. 1. reſpon.

i *Accedunt.*] facit ſupra l. 1. in fin. ibi, ait prætor, &c.

k *NAuta Non pro cuſtodia.*] principaliter ſic & venditor recipit pretiū pro re, non pro cuſtodia: & tamen tenetur de cuſtodia, vt Inſtit. de contrahen. emptio. §. & cum autem.

l *Stabulari.*] ideſt hoſpitari, & in ſtabulo manere.

m *Tenentur.*] & ſic de leui culpa, ſi agitur locati: at hic de leuiſſima, ſed contra, infr. depoſi. l. 1. § ſi veſtimenta. Solu. vt ibi.

n *Quæcunque.*] ſed non omnia, quia furti actio cū exercitor habet, quia ſui natura ei datur cuius intereſt, ut ſupra eodem l. ſed & ipſi. & Inſtit. de obli. quæ ex delic. naſ un. § tutti ſed legis Aquiliæ actio ei non dat, quia hero tūdit, ut ff ad l. Aquil. l. item Mela, §. legis.

* *Vectores, quaſi vehitores, ſunt autem vectores, qui vehunt, et qui vehuntur. Iſido. lib. 10. etymolog.*
7 † *Artif. Flor.*
8 † *Flor. recedere.*
9 † *Lib. 12.*

o *Diximus.*] paſſiuè, non actiuè.

p *A furto.*] quod fiat ab aliquo de naui, ſecus eſt ſi ab extraneo. idem dico de damno, ut infra eod. l. fin. in prin. & infra l. [illegible] ſed de damno, etiam ab extraneo, ſi poteſt præcaueri, ut ſupra eod. l. idem eſt, §. 1. in fin. Item collige hic, quod furtum non computatur inter caſus fortuitos: nam tunc non tenetur, ut ſupra eod. idem, §. ait prætor. ſic pro ſo. l. cum duobus, §. damna. Accur.

LIcet.] CASVS. Si pro rebus meis quas exportas, dedi mercedem, ſiue gratis portas, habet locum hoc edictum.

¶ Si ſeruo.] habebam ſeruum qui erat ſtabul. vel caupo, vel nau. præpoſuiſti eum ſtabul. vel naui: & ille damnum mihi dedit, vel furtum fecit: teneberis quidem actione in factum ex hoc edicto conuentus: ego dum eſſem in tuo ſeruitio, & actione legis Aquiliæ, & furti potero conueniri & hoc in prima. Si verò mihi & tibi erat communis, mihi teneberis nomine ipſius: & quod pro eo præſtiteris, propoſita actione pro ſocio, vel communi diuidundo a me recuperabis: de damno autem in illo ſeruo dato non teneris.

¶ In factum.] hoc edictum diuiſum eſt in duo capita. Primum protenditur a principio huius tituli vſque ad §. illum in factum. Secundum incipit hic, & vſque ad finem protenditur. In primo capite oſtendit, quod dñs obligatur actione in factum, quæ datur ex contractu inſtitorum, vel magiſtrorum nauis, & filiorumfamilias. In ſecundo caſu oſtendit, quod domini inſtitorum, & nautarū, & aliorum qui damnum dederunt, poſſunt conueniri act. in factum, quæ ex maleficio datur, & datur iſta actio in duplum: alia autem actio datur ei in ſimplum, vnde ſi familia nautæ damnum dedit, tenetur nauta in duplum, qui ſciens malos homines in naui habebat. Tex. planus eſt.

¶ Poſſumus.] Si nauta damnum dedit, pluribus actionib. tenetur, ſcilicet furti, legis Aquiliæ, & in fact. ex hoc edicto: ſed vno contentus eſſe debet is cui competit. ſi ergo egit aduerſus exercitorem actione in factum, actionem

hanc

fur. vel l. Aquil. exercitori cedere debet, & poterit suo nomine exercitor conuenire nautas ex conducto. Si vero absolutus exercitor fuerit, an postea agere possit ille cui damnum datum est act. fur. contra nautam? Dic q obstabit sibi exceptio, quia non est sæpius quærendum de facto vnius hois. * Idem est si prius fuit actum contra nautam acti. fur. vel l. Aquil. & eo absoluto velit agere in factum contra exercitorem. Viui.

* Materiam uide in cap. de his, de accus. & Ac. hic in gloss. sed cur datur.
1 † Flor. & vulg. mecum.
2 † Flor. inclusa desunt.
3 † Flo idem.
4 † Flor deest, seruus.
5 † Fl quod.

a *Mecum fit.*] i. est ꝟ me: alias nō. s. in isto casu, vt ꝟ. de noxal. l. cū seruus. nō aūt hic, q a mihi ꝟ me daretur ex quasi maleficio.

b *Quia in factum est.*] ex quasi maleficio.

c *Separtē.*] cum cōis.

d *Obligatum.*] insolidū, si serui, alias non. sed in vase locato in distinctè teneor insolidum, vt ꝟ. lo. l si quis domū, §. 1. & h sed addes, § 8. & l. cū in plures, §. seruum meum, & l. si qs domū. sed & qñ ignorās fui, teneor saltem pro noxa relinquere, vt ꝟ. cōmo. l. pen. itē facit ꝟ. de exer. l si cum.

6 † Aliàs, cū id factum.
7 † Aliàs, dum.

e *In eo.*] s. seruo, ut quia vulneratus est.

f *Æstimare.*] quidā libri hāt, non solet, & tunc sic: quia si nautę inter se dānū dederit, hoc ad exercitorē nō ptinet, & tō hac actione nō pt exercitor cōueniri, ut ꝟ. eod. l. fin. §. hac actio. Alij habent sine non: & tunc dic, æstimare solet dāno datō alicui extraneo in recepto, uel in rebus eius: nam huic, nec in recepto, nec in rebus eius est datum sed inter se: & ideo hic non agitur, ut dicit: nec enim seruus dicitur receptus, vel res recepta.

¶ Si seruo meo in naui vel caupona vtaris, & damnū mihi det, vel furtum faciat, quanquam & furti actio, & damni iniuriæ 1 † mecum fit, [a] (non aliis, 2 † serui mei nomine.) hęc tamē actio, quia in factū [b] est, etiam serui mei nomine aduersus te competit. Item 3 † dicitur, & si communis seruus 4 † sit, tu tñ quid 5 † mihi pstiteris eius nomine, vel communi diuidundo, vel pro socio actione: aut si partē [c] eius, vel totū conduxisti, etiam ex conducto habebis me obligatū. [d] Sed si damnum in eo [e] datum sit ab alio, qui in eadem naui vel caupona est, cuius 6 † factum prætor æstimare [f] solet: non putat Pompo eius 7 † nomine hanc actionem vtilem futuram.

Iurisconsultus hucusque locutus est principaliter in actione in factum, quæ datur ex quasi contractu de recepto: hic loquitur de actione in factum, quæ datur ex quasi delicto. Bartolus.

¶ In factum [g] actione caupo tenetur pro ijs, qui habitandi causa in caupona sunt: hoc aūt non pertinet [h] ad eum qui hospitio repentino recipitur, veluti viator.

¶ Possumus aūt furti, vel damni iniuriæ actionē vti, & 8 † cum nautis, [i] vt certi hominis factum arguamus, [k] sed una contenti esse debebimus. [l]

¶ Et si cum exercitore egerimus, [m] præstare ei debemus actiones nostras, [n] quamuis ex conducto actio aduersus eos competat exercitori. [o] Sed si absolutus sit exercitor Hac actione, deinde agatur cū nauta, exceptio [q] dabitur: ne sæpius de eiusdem hominis admisso quatur. Et econtra si de admisso vnius hominis actū sit, deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur. [r]

Vlpia. li. 13. 9 † ad edict.

LEX VII.

Debet exercitor omnium nautarum suorum, siue

vt ibi dicam. Sed prædictæ rationi obijcitur, nonne ex eodē delicto bis hic agitur criminaliter, & ciuiliter, ut C. qñ ciuil. act. præiu. cri. l. 1. Rñ. ibi de adulterio duorū, s. maris & fœminæ, hic ciuiliter de vtroque agitur. Item nonne de adulterio bis quæritur, & eodem modo. ꝟ. de adul. l. denunciasse. §. fi. Rñ. ibi de adulterio duorum, maris & feminę, hic vnius. Item nonne furti, & vi bo. rapt. de eadem rapina agitur, ut ꝟ. vi bon. rapt. l. 1. Respon. ibi vtraq; via est communis. hic vna ordinaria, altera extraordinaria. Vel communiter ad oia rñdeas, q hic ex delicto alterius alter conuenitur: at ibi ex pprio, non impedit pluries agi, hac rōne, ne sæpius, &c. nisi & alia occurrat.

8 † Flor. deest, etiam.

r *Exceptio dabitur.*] & est triplex causa. Prima, ne sæpius, &c. vt ꝟ. prox. rñ. Secunda, quia si exercitor conuenitur, etiā nauta fur absolutus per mediā conueniretur, contra quē exercitor rediret q non debet fieri, vt C. de vsu. rei iud. l. fi. Tertia, quia cū sit fur absolutus, soluisse vr: nā solutio est similis absolutioni per sniam, ut ꝟ. de excep. rei iudic. l. si quis cū totū, §. planè, & hæc rōe ex superiori respōso locū habet. Est & quarta, quia non possum cedere actionem, q facere debeo, vt ꝟ. eod. ibi, & si cum. Sed an ita est vera hæc ratio si primo iudicio specialiter fuit dictum, q de hoc delicto agebatur? Quidam sic, cum sint personales hæ actiones, ut arg. ꝟ. de excep. rei iudic. l. & an eadem, §. actiones. Alij contra, ad instar realis, cum omne tus suum, &c. vt ꝟ. de excep. rei iudic. si mater, § eandem, nam istæ ad rem dantur, & rem persequuntur, prima rationabilior uidetur. Accur.

9 † Lib. 18.

g *In factum.*] quæ est ex quasi maleficio, & in duplum, vt infra eod. l. fin. § hæc actio.

h *Pertinet.*] ut per eum detur in exercitorem, & sic est cōtra. ꝟ. eo. l. sicut caupo Sol. hic de ea, q est ex maleficio, ibi ex contractu, vt ibi dixi. Vel dic, hic non fecit morā viator, ut hic innuit, ibi sic. Vel dic, viatores non tenentur hac actio. ut hic: sed exercitor sic, vt ibi, prima uerior est.

i *Vt cum nautis.*] furibus, qui non sunt exercitores, sed alias forte ducunt remos, idem in quibuslibet alijs.

k *Arguamus.*] idest, arguē conuincamus: & si quidē liber est, qui fecit furtum, designabo quis fecit, alias non cogor, vt supra vi bon. rap. l. 2. in prin. & §. hac actio. etiam familiæ, vel illud in illa actio Accur.

l *Debebimus.*] vt supra eo. l. idem §. fi.

m *Egerimus*] ex quasi maleficio.

n *Nostras.*] non furti, quia illam habet, ut sup. eo. l. sed & ipsi s. actio ē legis Aqui. vel similes, vel furti directam. quia vtilem habet suo nomine, immo directā: quia & eius interest, vt arg. C. de actio. & oblig. l. 1. & l. 2. Accursius.

o *Exercitori.*] si conduxit operas eorum, ut hic, & infra ad leg. Rhod. de iact. l. 2. in prin.

p *Exercitor hac actione.*] scilicet, in factum ex hoc edicto.

q *Exceptio dabitur.*] Sed cur datur exceptio rei iudic. cū ex alia causa agatur, & alia actione inter alias personas? Resp non pp rem iudicatam, sed propter electionem dat exceptio. sic inf. de instit. habebat, in prin. & est ratio, ne sæpius, &c. ut subijcit, & inf. de sepulchro uio. l. sepulchri. & inf. de noxa. si delictis, s. fin. & de iniurijs extite. l. q & lex. §. pe. & de acc. si cuiusque, in prin. & inf. de eo quod cst. in §. & hæc lō habe locum ꝟ. pro. rñ sunt ibi & aliæ dif.

D *Ebet.*] CASVS. Hucusq; locutus fuit de actione, q̄ datur contra nautas, nunc tractat de actionibus, quę dantur ex quasi maleficio, vt statim dixi. Si ergo deduxi res meas in nauim, & nautæ dederunt mihi damnum, conueniam exercitorē, si damnum factum fuerit in naui: item nō tenetur dñs nauis, si tñ denunciauerit, ut oēs res suas custodirent, & ipsi consenserint, non tenebitur exercitor.

¶ *Hæc actio.*] Ista actio, quæ datur ex quasi maleficio, datur in duplum. Item si nautæ dederint inter se damnum, non tenebitur exercitor.

¶ *Sed si quis*] Dic hic, q si aliquis nauta est, & mercator, & pot. sit esse, tenebitur ei exercitor, & ex eius etiam facto tenebitur exercitor, si alijs damnum dedit.

¶ *Si seruus.*] Si habeo nauē, & omnis quæstus ad me pertinet: si seruus meus fit ibi, licet nihil operetur, teneor tamē vtili actione ex hoc edicto eius nomine.

¶ *Hac autem actione.*] Si quis opera malorum hominum utitur, omnium nautarum factum præstare cogitur: explorare enim debuit, cuius fidei & innocentiæ essent, & quia non fecit, tenetur: & seruum poterit dare pro noxa, quia in suis uenia dignus est.

¶ *Si plures*] Si nauem plures per seipsos exerceant: pro partibus tenentur.

¶ *Hæc iudicia.*] Supradicta iudicia honoraria sunt, & perpetua, sed non dantur in hæredes: unde mortuo seruo exercente, dominus non tenetur de peculio: si autem uoluntate domini seruus exercuit, dominus tenetur. Viuia.

Factum.

a *Pactum.*] i. receptum, cum ad hoc sint præpositi.
b *Præstare.*] Sed qua actione? Rñ. Azo. ex quasi contractu, vt Inst. de obl. ex quasi delic. § nec distinguitur. Sed tamen ex quasi delicto, vt 2. respon. huius legis. Accur.
c *Non præstabit.*] imò videtur contra vt s. eo. l. idē, in prin. So. ibi traditæ, & assignatæ erant, licet extra nauem, hic non. vel hic non receperat custodiā: ibi sic, licet non traditæ, arg. j. de alea. l. § item. Acc.

liberi sint, 1 † siue serui, factū a pstare: [b] nec immeritò factū eorū præstat, cū ipse eos suo periculo adhibuerit: sed non aliàs præstat, q̄ si in ipsa naui dānū datū sit. Cęterū si extra nauī, licet a nautis, n̄ pstabit. [c]

Protestatio cui aduersarius consensit, liberat protestantem. Bar.

¶Itē si prædixerit, [d] vt vnusquisque vectorum res suas seruet, neque damnum se præstaturum: & consenserint [e] vectores prædictioni: non conuenietur. [f] 2 † ¶Hæc actio [g] in factum in duplum est. Sed si quidem 3 † nautæ inter se damnum 4 † dederint, hoc ad exercitorem non pertinet. ¶Sed si quis sit 5 † & nauta & mercator, [h] debebit illi dari. [i] ¶Et quid 6 † si quis (sit ex ijs) quos vulgò (μεσοναύτας, 7 † Græci) ναυτεπιβάτας [k] dicunt? & huic tenetur, 8 † & huius [l] factum [m] præstat, [n] cum sit & nauta. ¶Si seruus nautę damnum dederit, [o] licet seruus nauta 9 † non sit, [p] ęquissimum erit in exercitorē actionem vtilem dari. 10 †

d *Item si prædixerit.*] factas vim in verbo, prædixerit. & in verbo, prędictioni, quod est infra statim, vt hic, & inf. de ędi. edi. l. itaque. & de iu. fi. non intelligitur, §. si. quis palam. & arg. j. loc. & conduc. l. videamus, §. 1. & vlti. secus autem si post dicat, vt inf. de fideiuss. l. si. deiussor creditori. & de instit. act. sed & pupillus, §. de quo. & §. sed si continua. & C. de act. & oblig. l. sicut. Sed quid si dederit claues? vr renunciare ac si prædiceret, vt hic, & argu. inf. de contrahen. emp. l. clauibus. E contra quod non, ne detur materia fal sum fabricandi, vt infra quemad. test. ape. l. j. & ne detē materia cum furibus coemodi, vt s. eo. l. 1. §. 1. Solu. distingue, an dedit a principio claues, aut postea. primo casu, si quidem dando eas fecerit similiter huiusmodi prędictionem, tunc non tenetur: si verò non fecit, tūc tenetur. & magis præsumo datas, vt possint suas res quando voluerit accipere, & sub silentio habere, quàm vt se periculo exonerēt: mitius tamen cum dño ageretur hoc casu, vt de leuissima culpa eum teneri non diceremus: licet aliàs teneatur, vt supra eodem, §. ait prætor: si verò postea, etiam cum prædictione non releuatur dñs, vt dixi p l. C. de act. & ob. sicut.
e *Consenserit.*] maximè: nam idem si non consenserunt, & sibi imputent cur remanserunt, arg. sup. qui satisd. cogan. si fideiussor: in fi. 2. respon. Accursius.
f *Conuenietur.*] illa ex contractu, secus in illa ex delicto, in qua secundum M non distinguitur. Accursius.
g *Hæc actio*] quæ est ex quasi maleficio.
h *Mercator*] & in naui sit pro vtroque officio.
i *Debebit illi dari.*] actio contra exercitorem si damnum est passus, non quasi nautæ, sed quasi mercatori. Et sic nota aliquem fungi officio duorum: sic infra de stipu. seru. l. 1. § 3. & supra de adop. l. 3 & 4.
k *Quos vulgo Mesonautas Græci nautæpibatas.*] i. maiores nautæ, qui operas suas in naui præstabant, vtea. rector res suas in naui portare pateretur, non etiam pecuniam dabant. superius verò responsum loquitur in eo etiam, qui pecuniam dabat, cum operæ suæ in hoc non sufficerent.
l *Huius*] proximi, & alterius supradicti fortè.
m *Factum.*] i. si isti aliquid surripiunt alijs.
n *Præstat.*] exercitor.
o *Dederit.*] alicui cuius res in naui sunt receptæ.
p *Nauta non sit.*] sed aliàs in naui ei seruit: & sm hoc videtur dari directa non vtilis: sicut dicitur de ijs, qui inhabitandi causa sunt in caupona, vt sup. eo. licet, §. in factum, vnde dic. vtilem. i. efficacem: vel si dicas de eo seruo cuius opera nequaquam vtitur in naui, datur vtilis: nec enim

1 † Fl. deest, sim.
2 † Fl. consequetur.
3 † Fl. si quid.
4 † Fl. damni.
5 † Flo. deest, &.
6 † Flo. quid.
7 † Fl. inclusa desunt.
8 † Fl. tenebitur. sed, & locū hūc in Pādectis Florentinis repone Alci. in 1. parerg. c. 43. & lib. 3. dispun. in eiusd. vt. Antō. Aug. li. 4. c. 14. & 16. dicit aūt nautæpibatæ qui nauē ascēdūt, & pro vectura sua nauis ipsi nautarū officio funguntur, vt vult idem Alci. Porph. lib. 1. q. Hom. q. 1. explicat eos esse qui seruiunt nautibus, vt suū naulū lucrentur.
9 † Alias, nauta.
10 † Deest. da re.

poteſt dici, vt sit ab eo damnum datum, cuius opera exercitor non vtitur. Accursius.
q *Actione.*] ex quasi delicto. Accursius.
r *Suo nomine.*] Cur ergo repetit in casu illo, sup. eod. licet. ibi, ta tamen quod mihi præstiteris, & inf. de in rem ver. si pro patre, § si Respō. licet suo nomine denegetur propter factum alterius, tamen ad similitu dinem fideiussoris. Accur.

¶Hac autem actione [q] suo nomine [r] exercitor tenetur culpæ, s. suæ imputaturus, 11 † qui tales adhibuerit: & ideo & si decesserint, [s] non releuabitur. ¶Seruorum autem suorum nomine noxali dūtaxat [t] 12 † tenetur: nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ sint. In suis venia dignus est, 13 † si quales quales [u] ad instruendam nauim adhibuerit. ¶Si plures nauim exerceant, [x] vnusquisque pro parte, qua nauim exercet, conuenitur. ¶Hæc iudicia, [y] quamuis honoraria sint, tamen perpetua sunt: in hæredem autem non dabuntur. ¶Proinde cum 14 † seruus nauim exercuit, [z] & mortuus est, de peculio non dabitur actio in dominum: [a] nec intra annū. [b] Sed cū 15 † voluntate dñi, vel patris seruus, vel filius exercet 16 † nauim, vel cauponā, vel stabulum: puto ēt hanc actionē insolidū eos pati debere: quasi omnia quæ ex illis 17 † contingūt, insolidum receperint.

Finiunt τὰ πρῶτα. 18 †

s *Decesserint.*] scilicet serui,
t *Duntaxat.*] quando est ex quasi maleficio. aliàs de peculio datur. & sic nō ob. s. eo. l. idē, § itē si seruus exercitoris. Vel dic etiā in ea, quæ est ex contractu, & qn̄ non dñi voluntate, ne cōtradicat dicta lex. & hoc ideo. quia in suis venia, &c. vt subijcit & inf. fur. aduer. nau. ca. sta. l. 1. circa prin. & j. sol. mat. l. si constante, §. si maritus. C. man. l. in re mandata Arg. cōtra j. lo. & cond. videamus, in prin. cū ergo hic dñs tm̄ noxaliter teneatur, si decesserit seru9, liberatur, vt infra de nox. l. si plurium, §. dñia, & l seq. & l. electio. & no. hic noxalem ex quasi maleficio dari secundū primum intellectum. sic inf. de nox. l. si rem §. si seruus. sed differūt actiones ex maleficio ab illis, quæ ex quasi maleficio sunt: quasi in primis præstita ab vno pęna alij non liberantur, vt inf. ad leg. Aquil. l. itē Mela, §. si plures. secus in quasi maleficio, vt s. eo. l. licet. §. fi. Item in illa ex maleficio, si quid præstatur, ab alio non repetitur, secus si ex quasi maleficio, ut j. de ijs, qui deiec. vel effud. perceptionem. & l. si verò, §. cum autem. & sup. eod. l. & ita, § nouissimè, & l. seq. Accursius.
u *Si quales quales.*] scilicet habeat.
x *Exerceant.*] s. per se, secus si per alium, ne qui cum vno contrahit, &c. vt inf. de exerc. l. 1. §. fin & l. si tamen, & l. nō in plures, quæ sunt contra & inf. de pecu. l. & ancillarum. §. fi., vel illæ leges de exercitoria loquuntur quando ex contractu: hic autem quando ex quasi maleficio.
y *Hæc iudicia.*] potest legi, vt primum dictum s. vsque ibi, in hæredem, referatur ad eam, quæ est ex contractu: s. secundum scilicet illud, in hæredem autem, &c. ad eam, quę est ex quasi maleficio. secundum Ioue. & secundum hoc plurale in singulare resoluitur, vt inf. de pet. hęr. d. l. ditius, In fi. Vel legas vtrumque de vtraque. nam & quę ex quasi maleficio datur, erit perpetua de eo, quod peruenit, & in heredem non datur aliqua, s pro re pœnaliter, vt instit. de perpet. actio. § non autem.
z *Exercuit.*] sine voluntate domini.
a *Actio in dominum.*] ex quasi maleficio ipsius ordinarij. Si verò alius extraneus dedisset damnum, sine voluntate serui; intra annum tenetur dominus de peculio serui qui nauem exercebat ex contractu, vt s. eo. l idem, § si seruus exercitoris: vel ibi de recepto, hic ex delicto. Accur.
b *Intra annum.*] nec eo anno, cum ex delicto non datur de peculio. sed hic duplex est ratio, & quia nō habet, & quia ex delicto, ut s. eo. l itē, §. itē si seruus exercitoris. Accursius.

Finiunt τὰ πρῶτα.

11 † Fl. deest, imputaturus.
12 † Actione tenetur, alias iudicio.
13 † Si quales cunque.
14 † Fl. primo de & si seruus.
15 † Alias sed si cum.
16 † Fl. exercent.
17 Fl. quæ illis alias, q̄ ab illis
18 † Idest prima, ac veluti principia.

DE IVDICIIS, ET VBI, &c.

Explicitis praeparatorijs iudiciorum: nunc incipit de iudicijs. Et merito dicit de iudicijs, non de iudicio. Est enim iudicium aliud ciuile, aliud criminale: a de quo scribet criminali fit sermo.inf.eod l. deslit sse, & transit a iudicibus compromissarijs ad ordinarios, Cuiac. & est hac pars lib. 7. contenta.

a Et aliud mistum, qn̄ pena parti venit applicāda parti, & partim fi. sc. Ange. & Lancel. & Imo ponit Isido.lib.11 ca 9. iudicia atq. ob cām reperta. Cic. in ora. pro Cecin. & de diuer. iudiciorum, speceb § polytic.c. c.16.

1 † Et sic praemittit.

2 † Vbiquisque.

Incipit secunda pars Digest. de iudicijs. 1 †

DIGESTORVM,

seu Pandectarum,

Liber Quintus.

De iudicijs, & vbi quis 2 † agere, vel conueniri debeat.

TITVLVS I.

Eius qui habet iurisdictionem & tribunal, vel iurisdictionē tātum, potest iurisdictio prorogari. Bar.

S *Ise.*] CASVS. Duo Mutinenses consenserunt in Bon. iudicem, vt inter eos cognosceret, an per talem consensum iudex eorum efficiatur: quia alias eorū praedictus iudex esse non poterat? Dī quod sic. Viu.

a *Consentiant.*] in ipsum iudicem praesentem, & litem contestantem, secundum Ioan. vt infra sol.matrim. l. si cum dotem. §.eo autē tempore. nam si eo tempore est absens, potest quilibet eorum poenitere: b vt supra de iurisdict. omnium iudic. l. si conuenerit. Item haec lex in laicis loquitur, secus in clericis, secundum Azo qui sub episcopum declinare non possunt, vt in Authen. de sanct. episcop. §.oe onomos, in fine §. colla. 9. Et sic possunt intelligi argumen. C. de episco & cle. l. placet. tu verò dicas indistinctè hanc legem loqui, vbi spontè c litigent: non autem pacto se astringant, vt 3. quaest. 6. non liceat, & 10. quaest. 3 insolita, & in dicta Authen. dicit inuito actore, & praeterea in casu speciali reddendae rationis. Sed hodie per decret. nouam Grego. etiam sponte non potest litigare sine expresso consensu sui episcopi, vt extra de foro competen. significasti, renunciare tamen potest foro iure nostro: d vt C. de pact. l. penult. sed iure canonico non, vt extra de foro competen. cap. si diligenti. idem & hodie iure nostro, vt in cōstit. Frid. quae est C. de episcop. & cleric. authen. statuimus. Item intellige hanc legem, si consentiant in eum tanquam in iudicem ordinarium, secus verò si tanquam in arbitrium, quod facere possunt, vt C. de episcop audieat. si qui ex consensu. tunc enim inter eos iurisdictionem non habet, vt infra, de regu. iur. l. ait praetor. & hoc quando non erat eorum ordinarius, licet alijs esset: aliàs e enim non posset in eum compromitti, vt supra, de arbitr. l. si in seruum. §. si quis iudex. Sed quaero qualiter fiant, vtrum, vt arbitrum, vel vt iudicem eligant? Respond. perpendi potest ex ijs, quae praecesserunt inter eos, argum. con. infra de lega. 1. l. si seruus plurium. §. fina. & de testam haeredes palam § sed si notam. Sed quid si praecedentia nulla appareant? Respond. si pena reperiatur promissa, praesumam eum arbitrum, quia in compromissis penae consueuerunt poni, vt sup. tit. 2. litigatores, § 1. & 2. argumen. ff. de diuort. l. fin §. fin. & arg. C. de testam. l. non codicillum. Si hoc non appareat; praesumam, vt ordinariū, si aliàs erat iudex, vt potius valeat melius, idest in meliorem partem, f vt ff. d. reb. dubijs. l. quoties.

b Hoc verū ī iurisdictiōnis prorogāda, secus vbi agitur de nō declinanda P. & Alex. i add. ad Bar.

c Idē si spōte, vel coactè. P.

d Imo idē de iure canonico. Ange. & Pau.

e Canonistę tenent cōtrā, per c. si. extra de arb.

f Gl. sequit Bart. & P.

b *Qui tribunali*] scilicet ordinarie, & quod subijcit de delegato, hanc rep. ordinat quidam, quasi delegatus nullam habeat, vt ff. de offi. eius, cui manda. est iurisd. l. 1. in fi. vnde ei per consensum dari non potest, vt C. de iurisdic. om. iud. l. priu. tors. ... nisi ad vniuersitatem causarum esset delegatus. sed certè d. l. sup. de offic. eius, cui manda. est iurisd. intelligitur, nisi habet proprium, & ordinarium. vel quod non citò reuocaretur, habet tamen delegatam iurisdictionem, & propter hoc nihil proprium habere dicitur, vt C. commu. ... de legat. l. finali. §. sed quia, vel dic, tribunali praeest, idest dignitati, & administrationi, & quod subijcit, dignitati tantum, vt iudices carcularij. Vel dic tribunali, vt quia habet merum imperium: & quod subijcit, quia iurisdictionem habet, scilicet ordinariam.

c *Iurisdictionem.*] scilicet in ciuili causa: sed an idem in criminali? arg. quod non, vt supra, de arbit. l. non distinguemus, §. Iulian. & C de iurisdic. omn. iud. l. in criminali. & idem in qualibet causa, quae ad merum, vel mixtū imperium pertinet, cum hoc specialiter demandetur, g vt supra, de officio eius, cui manda. est iurisd. l. 1. in prin. Restat ergo, vt lex tantum in ijs quae iure magistratus dantur, habeat locum, & facit infra l. proxima, in prin. Vel dic, h quod etiam criminales, & quaecunq; possunt prorogari, dū modo in talem qui habeat merum imperium, vt C. vbi de cri. agi. opor. l. 1.

Vlpianus libro 2. ad edictum.

LEX PRIMA.

SI se subijciant aliqui iurisdictioni, & consentiant: a inter consentientes cuiusuis iudicis, qui tribunali b praeest, vel aliam iurisdictionem c habet, * est iurisdictio.

Continuatur cum praecedenti: nam sup. dictum est, quod ex consensu partium fit prorogatio. Hic quaeritur qualiter, & qualis debeat esse iste cōsensus. & breuiter hoc intendit. In prorogatione iurisdictionis de p-

g Et ideo cum nō transeunt in delegatione, videbatur, quod non transirent per prorogationem sm Pau.

* Sunt quod magistratus municipales hoc exandiant. Cont.

h Glo. sequitur Bar. & cōiter approbatur vide tamen Pau. hic.

C *Onsensisse.*] CASVS. Retracto eodem casu, vt in l. 1. ad hoc iudex eorum cognoscat, vt se nō subiectos sciant iurisdictioni esse, si non errent in iure credentes: sed si Mutinen. credant, quòd iudex Bononien. posset cognoscere inter eos, Mutinen. nil agunt, quia iudex non erit; idem si errant in facto quia consensisse non videntur qui errant: idem est si potestas Bonon. compulit hunc Mutinen. coram se litigare, quia nullum est iudicium: idem si credant vnum praetorem esse alium.

¶ *Conuenire.*] Sicut dictum est, consensus facit iudicem, aliàs non erit: an autem solus litigantium cōsensus faciat, an necessarius est iudicis consensus? Et quod dicitur non, nec obest si ignoret eos in se consensisse.

¶ *Si & iudex.*] Dictum est, quod non est necesse, quod ordinarius consentiat: sed quid si delegatus, vel in delegato: quia pone, iudex fuit delegatus, vt infra certum tempus cognosceret: quaeritur an illud possit prorogari iudicis & partium consensu? Et resp. quod sic, nisi a principe fuerit prohibitum.

¶ *Legatis.*] Si aliqui sint legati sic missi Romam causa legationis, habent priuilegium, vt non conueniantur Romae, dum sint in legatione, de ijs qui contraxerunt ante legationem. In ijs, qui missi sunt Romam causa iudicij testificandi, vel exercendae causa appellationis, vel excusandi se a tutela, Romę non conuenientur nisi contraxerint Romae: sed hoc fallit in legatis, quia si fuerint quodam tempore Romę, & ibi contraxerint, & iterum venerint Romam, quia isti nunquam conuenientur pro contractibus initis in prima legatione. Item si legatus extra Romam contraxit, dum erat in legatione Romana, vel aliàs habet ius reuocandi domum. Si verò in Italia, vel vrbe contraxit, domum non reuocat: vel dic in alio, quam in legato, vel si contraxit in prouincia: sed in Italia, vel Roma, non.

¶ *Item si extra.*] Hic §. in legatis non loquitur, sed in alijs qui vadunt Romam causa testificandi, vel causa appellationis exercendae, de quibus dicitur, quod si non contraxerint in prouincia sua, sed extra, non habent priuilegium Romae illorum contractuum, sed illorum qui celebrati fuerunt in prouincia sua, & non in alijs, aduersus quos ipsi egerunt, & circa alios casus omnes. hoc autem fallit cum eis fit iniuria qui Romae sunt & habent ius reuocandi domum, vel cum eis fit furtum uel damnum, qui pro talibus factis possunt agere: et non conueniri, nec respondere tenentur alijs, quod iustam habent causam, quia si aliter diceremus, vt possint conueniri, iam delicta remanerent impunita, quia antequam vellent ibi conueniri, pro eo quod debent, dimitterent, ne egerent,

agerent, est alia ratio, quia sic esset in potestate eorum, qui uolunt eos conuenire, subijcere eos iurisdictioni alterius.

¶ *Sed & si dubitetur.*] Si superiores personæ agant Romæ, poterunt conueniri, non tamen si agant, conuenientur ibi, si uelint agere de iniuria sibi illata, ut hoc habuimus §. proximo. Hic autẽ ponit quid iuris sit, si dubitetur, quia si dubitatur, an ius habeat reuocandi domum, an non, dicit, quod iudex Romanus ad quem uocati sunt, debet cognoscere de hoc: & si constat habere priuilegium, vt in prouinciam suam remittantur: satisdabunt tamen de fideiussore de respondendo in prouincia sua.

sona ad personam, requiritur consensus partium, qui sciant illum non esse iudicem suum; & consensus iudicis nõ requiritur: sed in prorogatione de tẽpore ad tempus, requiritur consensus iudicis & partium. h.d. vsque ad §. legatis.

LEX II.

Consensisse [a] aũt vĩr, qui sciunt se non esse subiectos iurisdictioni eius, & in eum consentiunt. 1† Cæterum si putent eius iurisdictionem esse, non erit [b] eius iurisdictio: error.n. litigatorum (vt Iulianus quoque lib. I. ftorum scribit) non habet consensum, ut si putauerint 2† alium esse prætorem [c] pro alio: æquè error non dederit 3† iurisdictionem: ac si 4† cum restitisset quiuis ex litigatoribus uiribus præturæ [d] 5† compulsus est, nulla iurisdictio [e] est.

¶ Conuenire * aũt vtrum inter priuatos sufficiat, an uero etiam ipsius prætoris consensus necessarius est? Lex Iulia iudiciorum [f] ait, (Quo minus [g] inter priuatos conueniat,) sufficit ergo priuatorum [h] consensus. [i] Proinde si priuati [k] consentiant, prætor autem ignoret consentire, [l] & putat suam iurisdictionem: an legi [m] satisfactum sit, viden-

¶ *In omnibus.*] Conueni Titium aliqua particulari actione, quæ intra paucos dies exitura est, iudex dat multas dilationes, si debeat propter hoc prorogari iudicium, non sustinebo damnum, quia restituitur mihi actio, si finita sit.

¶ *His.*] Ordinarij iudices habent ius indicendi mulctam: non autem alij. Vlpianus.

a *Consensisse.*] non esse in iure errantes.

b *Non erit.*] i. non fiet

c *Alium esse pratorẽ*] supra ergo errorem iuris posuit: nam hic est facti error, ut inf. de iuris & facti igno. l. 1 §. si quis. & facit hac lex pro opinione nostra, quam diximus contra G. sup. de iurisd. om. iudic. l. per errorem.

d *Pratura.*] non s. ç. & idem in quolibet iudice.

e *Iurisdictio*] s. ipso iure, sicut nec dos per metum promissa, ut s. quod me cau. l. si mulier, §. si dos metu. & de auctor. tut. l. 1. in fi. sed ar. contra, in d. l. si mulier, § si metu. & infra, quod cum fal. tuto. auctor. l. interdum.

ADDITIO. Dic, quod ibi non tractatur de iurisdictione concedenda, sed de potestate litigandi concedenda patti.

f *Iudiciorum.*] s. priuatorum, de qua habetur mentio, sup. de arbit. l. sed si in seruum, §. si quis iudex.

g *Quo minus.*] forte talia erant uerba, si quid non interueniat quo minus conueniat inter litigatores, iudicium erit ratum.

h *Priuatorum*] & si prætor non est præsens, patiatur tamen post se ante litem contestari. uel dic, vt in hac seq. glos. vers. videtur.

i *Consensus.*] sed quid si scholaris reus non allegauit priuilegium magistri sui: sed errando passus est in se litem contestari? Videtur, quod sicut si soluisset indebitũ, fraudabilẽ exceptionem habens potest repetere, ut j. de condi. indeb. l. qui exceptionem. sic & iste possit condicere ipsam conte-

1† Pr. Consensisse.

6† Vl. aut si putauerint.
3† Flo. dedit.
4† Flo. aut si.
5† Alias pra fectura.
* No. bene tex. in d. §. qui est unicus in iure, secundũ Bal. uidelicet, quod prorogatio iurisdictionis fieri potest in iudicem etiã ignorantem, q. credebat suã iurisdictionem esse, licet vera non esset, si nõ prorogata fuisset per partes. Dolog.

stationem. Item plus, quia non videt valuisse contestatio, vt hic dicit. Sed contra dico, quia non errauit, cum erat suus [a] iudex, ut sup. in proœm. Digest. in fi. & in l. Frider. habita C. ne fil. pro pat. sed de priuilegio certat, nõ de iure communi. Item ibi damnum euitat, hic lucrũ vult

dum est: & puto [*] posse defendi, eius iurisdictionem [n] esse.

¶ Si iudex [o] ad tpˢ datus est, 6† & omnes litigatores consentiant, [p] nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita, [q] possunt tempora, intrá quæ iussus est litem dirimere, prorogari.

Qui ex causa legationis, vel testimonij, uel alia legitima causa ad alium locum se transfert, ibi non potest conueniri: & habet priuilegium domum suam reuocandi. B.

¶ Legatis [r] in eo, quod ante legationẽ contraxerunt, item ijs, qui testimonij [s] causa euocati sunt, vel si qui 7† iudicandi causa accersiti 8† sunt, vel in prouinciã destinati, [t] reuocandi domum suã ius datur. [u]

¶ Ei 9† quoque qui ipse 10† prouocauit, non imponitur necessitas intra tpa prouocationis exercẽdæ Romæ, vel alio loco, ubi prouocatio exercetur, [x] alijs pulsantib. rñdere. Nam Celsus 11† huic licentiam domum reuocandi dandam ait: quoniam ob aliam uenerit: [y] & 12† hæc Celsi sententia vera, 13† & rationabilis est. Nam & Diuus Pius Plotio Celsiano rescripsit, eum qui tutelæ reddendæ 14† causa Romana 15† erat ad se euocatus: alterius tutelæ causa, cuius causa non erat euo-

k *Si priuati*] hic vĩ eundem casum ponere, quem, & s. l. prox. Dic ergo, quod prætor s. loquitur, qui errando in iure credens se ultra territorium suum iurisdictionẽ habere, hic quando in facto, vt quia istos de iurisdictione sua esse credebat. hoc quidem non noceret, ut hic.

l *Consentire.*] vt in non iurum.

m *An legi.*] s. Iuliæ priuatorũ iudiciorũ.

n *Iurisdictionem.*] hic est arg. quod etiam ante lit. contest. de iurisdictio. sed dic hic forte lite contestata.

o *Si & iudex.*] s. consentiat.

p *Consentiant.*] in tempore prorogando.

q *Inhibita.*] s. a delegãte. Sed an tpˢ triennii potest prorogari? Rñ. non, [b] vt C. de iud. l. properãdum, & j. eo. l. si iudex. No. ergo, quod sic prorogatio de tpe ad tpˢ, ut hic, quãque de personis ad personas, ut s. eo. l. j. quãque de re ad rem, vt j. eod. l. de qua re. §. j. sed an hoc ultimo casu debet haberi consensus iudicis? si spectes hunc §. sic: si superiorẽ, non. Sed magis dico eum cõsentire debere, cũ sua iurisdictio [c] extendatur.

r *Legatis.*] ideo, ne a legatione auocent. vt j. eo nõ alias, in fi. & l. de eo. Et accipe legatũ, siue princeps eum emiserit, siue aliqua terra ad principem, vel Romam, ut j. de legat. j. l. Paulus, §. 1. & l. legatus creatus, & C. ex quibus cau. maio. l. j.

s *Testimonij.*] & est ratio, ne diu a suis negotijs auocẽtur, vt, j. quemad. testa. aper. l. si quis ex signatoribus. idem & in his qui a princip. sunt euocati, ut j. eod. non alias, in prin. & facit sup. ex quibus cau. maio. l. sed & si per prætorem, §. fin. & de in ius voc. l. quinque, & supra, si quis cautio. l. 2. §. simili modo.

t *Destinati.*] & faciebant transitũ per Romam, [d] ut sup. ex qui cau. maio. l. qui mittuntur, §. qui reipublicę. Vel licet ratione contractus, vel alia possit conueniri in ea prouincia in quam missi sunt, tamen reuocabunt domum, infra prox. §. alias etiam iure communi in alia terra non debent conueniri.

u *Datur.*] s. licentia reuocandi, s. iudicium ad domum, i. ad locum vbi habent domicilium, non domum tantum, j. ad municip. l. libertus. §. sola. Accur.

x *Exercetur.*] sed in sua prouincia vbi appellatũ fuit, debet defendi, ut j. eum qui app. in prouin. debere defen. l. 1. & 2. & j. apud eum a quo appel. l. 1. quæ sunt contra.

y *Venerit.*] quamcunque, dummodo necessaria, vel pro-

a Glos. sequitur Bart. & Pau. & est no.
* Iste tex. non reperitur alibi secundum Angelum, & est sin. secundum Bald. in ca. cum olim. Abb. de offic. deleg.
6† Flo. datus est.
7† Fl. quid.
8† F. arcessiti.
9† Flo. eo. & unco. l. 1 inf. eum qui appell. in prouin. defen.
b Intellige gl. in instantia causæ principalis.
10† alias deest, ipse.
11† Fl. Nam Cels. huic et domus reuocationem dandam ait.
12† Fl. deest, &.
13† Fl. deest, vera.
c Idem Ba.
14† alias deest, reddendæ.
15† Flo. Romam erat a se.
d Et sic idem iudicis de loco per quem, sicut de loco ad quem. Bart. & Lanell.

babili,

a *Accipere.*] magis subaudi, & leuius erit, quam, &c. Sed nunquid quod hic dicitur, seruatur in quolibet, qui in non competenti foro conuenitur, ut debeat cauere? Respond non, quia hic habet domicilium vbi satisdat: cum Roma communis sit patria, ut infra ad municip. l. Roma. Item an scholaris debeat in curia communi satisdare, cum priuilegium allegat? Videtur quod sic vt hic. Vel dic, quod coram eo iudice, coram quo est causa agenda, ut infra iudicatum solui l. 3. primo responso, & l. penult. & quod hic dicit, loquitur, quando reuocat ad locum remotum, maxime vbi est grauior forma satisdandi in curia communi, ut Bononiæ.

1† *Fl. deest. magis. Ant. Au. lib. 4. c. 1 ista ver. declarat.*

2† *Flo. deest. posse.*

alioquin magis 1† compelleretur iudicium accipere,[a] quam inuenire eos possit, 2† qui satis pro eo dent.

¶ In omnibus autem causis, in quibus protelatur [b] admonitio, [c] hoc procedere sine temporali damno [d] creditoris oportet.

¶ His [e] datur mulctæ dicendæ ius, quibus 3† publicum iudicium [f] est, & non alijs: nisi hoc specialiter [g] eis permissum est.

3† *Flo publicum. Et ad intellectum huius §. m. lo In penalem in l. imperium in. a 1. de iurisd. omn. iud. & eiusdem per lo. Longo. nu 168.*

b *Protelatur.*] in iudicijs. Accur.

c *Admonitio.*] ex causis prædictis legationis, & alijs: & idem ex alijs causis.

d *Temporali damno.*] fallit et dies actionis non finiatur. Sed contra, supra eod. l. si & 1. §. sed si dies. Solutio: ut ibi sed restituitur, vt hic, & sup. ex quibus cau. maior. l. sed & si prætor. §. fi. & l. seq. vel distingue, an interpellatio præcessit, et tunc ipso iure non currat: alias currat, sed detur restitutio: vel distingue, an creditor potuit litem contestari, ut tunc non fiat restitutio, nisi quando cum difficultate potuit, quia graue erat cum tantum litigare, alioquin restituitur. & facit ad hunc §. supra ex quibus causis maior. l. nec non, §. si cum. & C. de iure de liberan. l. finali §. donec. & in Authentico. ut cum de appellat. cognoscitur, meminimus, collatio. 8. & C. qui bon. cedere possunt, l. finali. Accursius.

Contra eum qui habet exceptionem declinatoriã, non potest interponi secundum decretum. Bar.

Idem lib. 4 ad edictum.

LEX III.

Non videtur [h] frustrandæ actionis 4† causa latitare, [i] qui præsens suscipere iudicium non compellitur.

4† *Alias, dilatoriis. aliĳ habent fundamentum ex l. 5. de rebus eorum iudic. possid.*

Caius li. 1. ad edic. prouin.

LEX IIII.

Lis nulla * nobis esse potest cum eo, quem in potestate [k] habemus, nisi ex castrensi peculio. [l]

* *Secus de iure canonico gl. in ca. quaritur. 2 q 7. P.*

e *His*] scilicet magistratibus.

f *Publicum iudicium.*] idest publicum officium, idest iurisdictionem, habet secundum quosdam. sed certe & defensor ciuitatis habet publicum officium, & tamen non indicit mulctam, ut supra si quis ius dicen. non obtemp. l. 1. in princip. Vel dic, idest qui possunt cognoscere de publico crimine, ut quia merum habent imperium, uel si cui est publica authoritate concessum, ut C. de modo mulctan. l. fin. non tamen dico quin delegatus habeat iurisdictionem, ut supra eo. l. 2.

g *Specialiter*] a principe, ut C. de sport. l. fin. Item contra, sup. de arbit. l. non ex omnibus. Solu. vt ibi: si ergo qui nõ potest mulctam imponere, vocet, ut imponat, & vocatus non ueniat, non punitur, & sic potest lex sequens cum hac coniungi.

Non videtur] CASVS. Si legatus est præsens in ciuitate Romana, vnde non potest conueniri: an videatur latitare, quæritur. Et dicitur quod non, ideoque non punitur, uel pone casum, ut sup. de iurisdict. omn. iudicũ, l. 1. §. fin.

h *Non videtur.*] Pone casum in eo quem constat non teneri sub eo respondere, ut supra de iurisdi. omn. iud. l. fin. Item pone casum infra de pecu. l. eo tempore, in princ. & infra iudic. sol. l. vir bonus. Item in quolibet qui in ius vocari non potest, ut supra de in ius voc. l. 2. dummodo de hoc constet: alias tenetur ire, ut infra eod. l. si quis.

i *Latitare.*] i. turpiter se occultare, ut inf. quib. ex cau. in poss. eat. l. Fulcinius, §. quid sit latitare. cum suo iure utatur, ut infra de reg. iur. l. nullus videtur.

Lis] CASVS. Dicit, quod nullum litigium esse potest inter patrem, & filium, dominum & seruum, nisi de castrensi, uel quasi, in quibus potest esse inter patrem, & filium iudicium. Viui.

f *Vendicare.*] vt C. eodem, l. si post mortem, in fine, & supra eodem, l. etiam. §. 1. alias est in l. nec vllam, §. quod si quis hæreditatem. ibi, nec in singulis, &c. Et hoc est verum emptores conueniri, si habeant regressum contra illum, qui bona fide distraxit, vt infra eodem, l. sed & si s. finali, & §. item si rem. Vel nisi petitor iam acceperat pretium a venditore: pretium enim, & rem non debet habere, vt C. si seruus exter. se emi mand. l. prima. Accursius.

damnari Rei planè iudicatæ tempus spectandum esse fim Octaueni sciam, 1 † vt apud Pomponium scriptum est, an dies[b] venerit: quod & in stipulatione condonali erit dicendum. Si aũt non venit, cauere officio[c] iudicis dêbit 2 † de restituendo hoc debito, cum dies venerit, vel condõ extiterit.

¶ Sed & is qui pretia rerũ hæreditariarum possidet,[d] item qui a debitore hẽditario exegit, petitione hæreditatis tenetur. Vnde Iulian. lib. 6. Digestorum scribit: 3 † & ab eo, qui petijt hæreditatem, & litis æstimationem consecutus est, hæreditatem posse peti.

¶ Non solum autem a debitore defuncti, sed etiam a debitore hæreditario[e] peti hẽditas[f] potest. Denique ab eo, qui negotium hæreditarium[g] gessit, & Celso, & Iuliano videtur peti hæreditatem[h] posse. Sed si hæredis[i] negotium gessit, nequaquam. Ab hæredis[k] enim debitore peti hæreditas non potest.

Supra dixit de eo, qui est possessor, hic de eo, qui est creditor. hoc est qui habet aliquam actionem personalem ad hæreditatem. Bartolus.

¶ Iulianus scribit: si is[l] qui pro hærede possidebat, vi fuerit deiectus, peti ab eo hæreditatem posse, quasi a iuris possessore; quia hẽt interdictum vn vi; quod victus[m] cedere dẽt.

¶ Sed & eum qui vi 4 † deiecit, petitione hæreditatis teneri: qui hæreditarias res pro possessore possidet.

¶ Idem Iulianus ait: siue quis possidens,[n] siue non, rem vendiderit, petitione hæreditatis eum teneri: siue iam pretium receperit, siue petere possit, vt & hic actionibus cedat.[o]

¶ Idem scribit patronum hæreditatem petere non posse ab eo, cui libertus hæreditatẽ 5 † in fraudẽ[p] alienauit:[q] quia Caluisiana[r] actione ei tenetur:[s] patroni[t] enim ille debitor est, non hæreditarius.[u] Ergo nec ab eo cui mortis cã donatum[x] est, peti hæreditas pôt ¶ Itẽ 6 † Iulianus scribit, si quis[y] ex cã fideicõmissi[z] restituerit hæreditatem, vel singulas res præstiterit, peti ab eo hæreditatem posse; quia habet condictionem[a] earum 7 † rerum, quæ sunt ex ea causa solutæ: & 8 † veluti iuris[b] possessor est.

¶ Sed & si pretia rerum, quas distraxit, ex cã fideicommissi soluit, peti hæreditatem ab eo posse: quia repetere potest.[c] Sed his[d] casib. actiones suas duntaxat[e] eum præstaturum; eum & res extant, & potest petitor etiam per in rem actionem eas vendicare.[f] 9 †

Possessor victus habet retentionem rerum propter expensas per eum factas, & pecuniam solutam, si sibi culpa imputari non possit. Bartolus.

Caius lib. 6. ad edict. prouin.

LEX XIX.

Quod si possessor hæreditatis ob id, quod ex testamento hæredem se 10 † putaret, legatorum nomine de suo soluerit, & quis 11 † ab intestato 12 † eam hæreditatem euincat: licet damnum videtur esse possessori, 13 † quod sibi non prospexerit

Qvod si.] CASVS. In hac l. cum §. idem Iulianus. proxi. præced. est talis. In testamento inutili fuisti scriptus hæres, & ego eram legitimus, & rogatus fuisti restituere hæreditatem, vel partem Titio, & a te

1 † *Alias, de eo, re.*
2 † *Flor. debito.*
3 † *Flor. aut ab eo.*
4 † *Flo. deiecit.*
* De Pauliana, vi. l. 39. §. 3. ff. de vsu. vbi etiã de Fauiana. & in l. 1. & q.d in fraud. patron. & ibi & de Caluisiana. in §. si plurib. & l. 2. & 3. § si in testatu l. vlt. & in l. 2. si quis à par. fuer. manumi.
5 † *Flo. deest, hæreditatem.*
6 † *Fl. Idem.*
7 † *Alias, earum.*
8 † *Alias, eorum.*
9 † *Flo. vindicare.*
10 † *Alias, esse putaret.*
11 † *Flor. si quis.*
12 † *alias ab intestato.*
13 † *Flor. possessoris.*

niunt in hæred. petitio. res pignori datæ defuncto Item res commodatæ defuncto Item res depositæ apud defunctum veniunt: & si ego habebam hypothecariam pro rebus pignoratis, non ideo minus, immo magis veniunt in hæred. petitio. Item licet pro rebus commodatis, vel pro deposi non daretur defuncto actio aliqua, si caderet à poss. tamen æquum est, ut ueniāt in hæred. petitio. quia harum rerum periculum pertinebat ad hæredem.

l. sed &

¶ [*Quod si.*] Titius possidens aliquā rem pro emptore, & sic cępit vsucapere: decessit, & me instituit: vnde ego hæres animo hæred. adiui & ita completa est vsucapio per me hæredē: an illa res veniat in hære petit. si ago contra poss. pet hæred. Dicitur, quod non uenit: sed petere debeo rei vendicatio cōtra quā non opponitur exceptio.

2† Vt & Fl.

¶ [*Veniunt.*] Hæred. Titii ad me pertinebat, qui hæredem me instituit: ille Titius iurauit rem quandam possidentis non esse: vnde cum illam possideas, contra te peti. hære. ago: an ille fundus ueniat in petitione hæreditatis? Et respond. q sic. & si tua culpa amisisti illum fundū, distingue, aut bona fide possidebas aut mala fide, & tunc similiter multo magis teneris.

3† Fl. id est.
4† Flo vindicare.

ria corpora, sed etiam 1† quę non sunt hæreditaria, quorū tamen periculum ad hæredem pertineat, vt res pignori datæ defuncto, vel commodatæ, depositæve. [b]

¶ Et quidem rei pignori datę etiam specialis petitio est, 2† vt hæreditatis petitione [c] contineatur: sicut ille quarum nomine Publiciana competit. [d] Sed licet earum nomine, quæ commodatæ, vel depositæ sunt, nulla sit facilè [e] actio, quia tamen periculum earum ad nos pertinet, æquū est eas restitui. [f]

Quod non fuit defuncti, sed hæredis, in hac actione non venit. Bart.

¶ Quod si pro emptore vsucapio ab hærede [g] impleta sit, non veniet [h] in hæreditatis petitionem: quia hæres, [i] idemque 3† petitor, [k] eam vendicare 4† potest: nec vlla exceptio [m] datur possessori.

Res pro quibus defuncto non competebat actio, sed retentio, veniunt in hoc iudicio. Bart.

¶ Veniunt, & hæ res in hæreditatis petitionem, in quibus possessor [n] retentionem habuit, non etiam petitionem, veluti si iurauerit 5† defunctus [o] petitoris rem non esse, [p] & decesserit, debent hæ quoque restitui. [q] Immo & si possessor [r] sua culpa eas amisit, [s] 6† tenebitur hoc nomine. Idemque erit & in prædone, [t] licet hic propter culpam [u] 7† non teneatur, quia nec hic debet eas res retinere. [x]

Quod non potest restitui, in hac actione non venit. Bartolus.

¶ Seruitutes [y] in petitionem 8† hęr. nō venire ego didici, [z]

5† Fl. iurauerit.
6† Fl. amiserit.
7† Aliàs, pro culpa.
8† Fl. restitui tantum.

h *Non veniet.*] sed in familiæ erciscundæ iudicio, ut infra famil. ercisc. l. veniunt. Azo.

i *Hæres*] hæc non est bona ratio, ut ideo hæc non detur, quia alia competit, ut sup. ead. l. §. & quidem. tamen enim nunquam haberet locum actio, cum hæres semper habeat vendicationem omnium, quæ habuit defunctus, ut sup. eo. tit. l. quod si in diem, in fi. nisi in casu, ut in fi. ne huius l. gis, ubi alia hanc excludit. Sed ibi ideo, quia confessoria nascitur in præsenti prohibitione, ideo defuncto non competit, sed hæredi datur, vt propria, ut ibi dicit. Vt ergo hæc sit bona ratio: dic, quia potest uendicare, scilicet ipse tantum, non autem defunctus potuit, ut argum. supra eodem, l. quod si in diem, §. sed si negotium, & §. penult.

k *Petitor.*] scilicet tantum.

l *Potest.*] non autem defunctus.

m *Exceptio.*] nimis largè locutus est: restringe ergo ad exceptiones, quę alibi continentur, ut C. de edi. Diui Hadr. toll. quāuis. Azo. Hoc non placet, quia illa in possessorio, vel melius, nulla scilicet q detur petitio hære. non hæc

¶ *Seruitutes*]. Titius habebat prædia, quibus seruitutes debebantur ex prædiis Sempronij, & decessit me hærede relicto Sempronii, cuius est prædium seruiens, dicit se fore hæredem: ego uerus hęres cępi experiri aduersus eum petit. hæred. quæritur an seruitutes debitæ prædiis Titii ueniant in petit hæred. uel non? Et respon. quod non: sed ego potero agere confessoria. Viuianus.

a *Quarum.*] s. non hæreditariorum.

b *Depositæve.*] nam harum quandoque depositarius periculum præstat, ut si se periculo miserit ame, uel culpam commisit, ut). vi bon. rap l. 2. §. & generaliter.

c *Petitione.*] i. hypothecaria, ut ideo merito hæreditatis petitione contineatur, vel lege, ut, pro quamuis.

d *Competit.*] ut quia defunctus emit à non domino.

e *Facile.*] quandoque enim datur, ut). ui bono. rapt. l. 2. §. & generaliter, & Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. §. quę de fullone, & cum alii commodat, commodata. Azo Item & quando dominium transiuit, ut argum.). loca. l. in naue. Sed quid si rem meam tibi commodauit: nunc reperis penes alium: nunquid poteris agere contra eum? Respon. non aliqua actione, sed fortè iudicis officio, secundum H. & ideo dicit non facilè, sed an ego potero agere contra eū per actionem commodati? Respondeo non, sed per actionem in rem.

f *Restitui.*] per petitionem hæreditatis, cum possessor pro hęrede, uel pro possess. possideat.

g *Ab hærede.*] s. ilicet uero, qui nunc petit: sed quomodo compleuit si nec poss. dit? Respon. hæreditas complet, secundum M. argum. Instit. de stipul. seru. in princ. uel hæres etiam sine possess. secundum H. ut inf. de usucap. l. cœptam si nemo, s. alius possessionem adeptus fuit: aliàs interrupta fuit usucapio, ut infra, de usucap. l. possessio testatoris. Sed quid si testamentum dicitur inofficiosum, & institutus usucapit, u. nit in petit hęr. Respon. sic, cum omnia rumpantur per querelam.

que intenditur, s. rei uendicatio. Accursius.

n *Possessor.*] i. est defunctus.

o *Defunctus*] qui possidebat.

p *Non esse*] non autem suam esse, quia tunc ageretur, ut). de iureiur. l. sed & si possessori.

q *Restitui.*] sed nonne melior est hæredis conditio, quàm defuncti? Respon. non, quia illi uiuenti non expediuit agere, quia possidebat, præterea si iste possessor huius rei, ut hæres se defendit, æquum est, ut restituat si inueniatur, non hæres.

r *Possessor*] bonæ fidei, ut ex eo, quod sequitur, patet, quia specialiter de prædone dicit. dic ergo, quod iam erat mota controuersia, aliàs non tenetur, ut infra eo. l. quod possessor, §. sicut.

s *Eas amisit.*] ut quia non opposuit exceptio vel negligenter amisit, ut). de rei vend. l. si culpa. Accur.

t *Prædone.*] ut infra eodem l. sed & si lege, §. quod autem ait senatus. licet hic, scilicet prædo propter culpam non teneatur, id est non ideo, quia culpam commisit, teneatur, sed quia prædo est, vel subaudi tantum, & sic non obstat infra eodem l. sed & si lege, §. 2. quæ est contra. ubi dicit eum de culpa teneri. Vel dic, non tenetur propter culpam simplicem, sed propter culpam dolo admixtam. si autem uelit quis dicere, non tenetur propter culpam, sed potius propter dolum, male diceret, quia in dolo culpa est, sed non econtra, ut supra, de minorib. l. si ex causa, §. si mulier. Accursius.

u *Propter culpam*] s. simplicem.

x *Retinere.*] si habet, uel non habet,

y *Seruitutes.*] debitas prædiis hæreditariis.

z *Didici*] malè didicisse uidetur, nam ueniunt in interdicto quorum legatorum, si legatarius eas occupauit sua authoritate, ut infra, quorum legat. l. 1. §. quod autem ait prætor, quæ est contra. Solut. dicunt quidam, quod hic in prædialibus, ibi in personalibus seruitutibus loquitur, nam & personales possunt obligari, non reales, ut infra, de pignor. l. si is qui. §. penult. & § fin. Sed hoc non placet, quia

quia cum & ibi locutus esset de personalibus, subiunxit, idem in alia seruitute. Dicas ergo, quod hic loquitur de seruitutibus, quæ debebantur hæreditariis prædiis ibi: econtra de his, quæ debebantur à prædiis hæreditariis, quas sua authoritate legatarius occupauit, & sic est alius casus. Nõ autem placet, vt dicas aliud in interdicto, q̃ in actione: quia illud interdictum, sicut & hæc actio punit eum, qui pro possessore possidet.

a *Cum nihil.*] mala rõ.
b *Restitui.*] sed tamen patientia est pro traditione, ut inf. de vsufr. l. 4. §. datur, & inf. de publ. l. si ego, §. 1. Hęc tamen ratio non est bona: quia magis pro incorporali re agitur, s. pro actione cedenda, ut s. eod. l. q si in diem, §. fin. Sed illa est ratio, quia actio ex præsenti prohibitione hæredi facta nascitur, ut suprà, §. q si ꝑ emptore. Accur.
c *In fructibus.*] qui possunt restitui.
d *Sed si.*] bona ratio. Accurtius.

cum nihil [a] eo nomine possit restitui, [b] sicut est in corporibus, & fructibus, [c] sed si [d] non patiatur ire & agere, propria actione [e] conuenietur.

Empta causa hæreditatis, quæ hæreditati sunt necessaria, veniunt in hac actione. Bart.

Vlpianus lib. 15. ad edictum.

LEX XXII.

Item veniunt [f] in hæreditatem [g] etiam 1† ea, quæ hæreditatis causa [h] comparata sunt: ut puta mancipia, pecoraque 2† & si qua alia 3† necessario hæreditati sunt cõ

1† Flor. deest, etiam.
2† Al. deest, pecoraque.
3† Duar. si qua alia, quæ necessaria.

e *Propria actione.*] s. confessoria, per quam intendam ius esse mihi vtendi, & agedi. Azo. vt ꝟ. si ser vend l. 2. Et dic, propria actione, quæ neque defuncto, neque hæredi competit, ut dixi s. §. quod si pro emptore, & supra prox.

Item veniunt] CASVS. Hęreditatem ad me pertinentem mala fide possides, & quædam causa hæreditatis emisti: an illa ueniant in hæred. petit. Et respond. q sic, siue de tua bursa, siue de hęred. emeris, dummodo hæreditatis nomine emeris: alias non conueniuntur: sed cum emisti de tua bursa, ego verus hæres debeo restituere pretium. Vltimò dicit, q non omnia pecunia hæred. comparata veniunt in petitione hęreditatis, ut ecce possessor ex pecunia hære. emit seruum. & ab eo petitur peti. hæred. an ille homo ueniat, an pretium? distingue, an interfuit hęred. cum emi: aut enim primo casu uenit. secundo non: s. d pretium. quod ex hęreditate fuit solutum.

¶ *Simili.*] Tu hæred. ad me pertinẽtem possidebas. ex qua prædium uendidisti, si sine causa fecisti, teneris restituere prædium tantum.

¶ *Item non solum.*] Possidebas hęred. ad me pertin. in hęred. peti. multa ueniunt: sed nunquid & fructus, & partus veniunt? Et resp. q sic, quia hæreditas augmentum recipit, & diminutionem, & hoc dicit in princ. huius §. & in fi. in medio distinguit: an quid acquiritur ex re hęreditaria: & tunc teneris restituere, & ueniunt in hęre. pet. aut extrinsecus: puta ex re tua, & tunc non teneris.

¶ *Cum prædixerimus.*] aliquis combussit domum Titii, sic tenebatur actione legis Aquiliæ, quę actio crescit per inficiationem, & sic ad duplum, an hæc actio cum incremento ueniat in hæred. pet. quęritur? Et respon. quod non, sed simplum tantum veniet.

¶ *Idem rectè ait*] Te conueniebam noxali iudicio, & condemnatus es mihi in decem, vel debere mihi seruum pro nox. q non fecisti infra tempus quadrimestre, immo non poteris dare pro noxa, nec liberare te potes dando seruum pro noxa si conueniaris.

¶ *Præter*] Diximus suprà quibus, & aduersus quem hæred. pet. competat, & etiam, quę in ea veniant; hic dicit, quod multa sunt, quę in ea ueniunt. Vnde imperator fecit libellum siue epistolã, & misit ad senatum super illis, quęrens quid eis videatur. & senatores responderunt, & quatuor capitula comprehenderunt, puta Titius institutus erat, duos sibi hęredes instituit, quorum vnus adiuit pro parte sua, alius autem antequam adiisset decessit, & ita eius pars facta est caduca, & sic fisco defer.enda: alius coheres adiuit: eam partem credens sibi accrescentem, & sic eam bona fide possidebat, & sic eam uendidit

Meuio, si fiscus cœpit aduersus eum experiri pet. hære. an ad vsuras teneatur? Et respon quod non: sed ad pretia bene tenetur, & bo. in prima. Secundo dicit, q si malæ fidei possessor est, tenetur de rebus omni modo, siue habeat, siue non: sed si bonæ fidei possess. est, non tenetur nisi inquantũ locupletatus est.

parata. [i] Equidem si pecunia hæreditaria sunt comparata, sine dubio [k] venient: si uerò non pecunia hæreditaria, videndum erit an veniãt: 4† Et puto etiam hæc venire, si magna utilitas hæreditatis uersetur: pretium scilicet restituturo hærede. [l]

Sed non omnia, [m] quæ hæreditaria pecunia comparata sunt, in hæreditatis petitionem ueniunt.

Denique scribit Iulianus libro 6. Digestorum, si possessor [n] ex pecunia hæreditaria hominem [o] emerit, & ab eo petatur hæreditas, ita in hæreditatis petitionem venire, si hæreditatis interfuit [p] eum emi: at si sui causa [q]

¶ *Petitam*] Dictum est s. eod. l. cum antequam. quæ petantur à fisco, vult illud exponere: nam dr̃ tunc peti à fisco, quando illi possess. quoquo modo denunciatur, q ad fiscum pertineant.

4† Flor. deest, an veniant.

¶ *Aptanda.*] Nunc incipit Iurisconsul. verba senatus exponere. dicit enim s. ead. l. §. cum antequam. cum pars deuoluitur ad fiscũ, ut caduca, tria no. Et primo, in eo q dicit pars. Secundo, in eo q dicit caduca. Tertio, in eo q dicit: fisco petatur. Nam q. dicit pars, nõ est vis, nã idem est & si tota. Itẽ in eo, q dicit caduca, non est uis: quia quocunque modo defera tur ad fiscum, fiscus habebit. Item in eo, quòd dicit fisco, non est vis, nam & si deferatur homini priuato aliquo tit. idem erit, quia habet eam hęre. & illud senatusconsul. locum habet non solum in hęred. sed etiam in castrensi peculio, vel quasi.

¶ *Petitam.*] Nunc exponit Iurisconsul. illud verbum, suprà ead. l. §. petitem.

¶ *Cæterum.*] Hęred. uel ad me, vel ad fiscum pertinentẽ possidebas scienter, res quasdam ex ista hęred. vendidisti. quæritur ad quid mihi tenearis; & quidẽ si es ma. fid poss. quia tibi denunciatum est, vel scis ad me pertinere, teneris ad illas res venditas, & etiam fructus earum. si es bo. fidei pos. teneris ad pretia tantum, sed huic definitioni videtur obstare epistola cuiusdam Imperatoris, in qua dicitur, q malę fidei poss liberetur restituendo pretium, vnde est contra senatum. Sed distingue, aut malę fidei poss. alienat res steriles, & habet locum epistola, aut alienat non steriles, sed alias bonas, & tunc habet locum senatus.

¶ *Licet.*] Hęred. ad me pertinentem poss. siue credas te hęredem de iure ciuili, siue de iure pretorio, uel alio modo, locum habet senatus, & haberis loco bonę fidei poss. & ideo non teneris mihi ad pretium. Viuianus.

f *Veniunt.*] hęc l. loquitur in malæ fi poss. usq; ad ad §. prętet, hæ. & hoc innuit circa princ. & si qua necessaria, &c. nam poss. bon fid. etiam non necessaria reddit, & non tenetur de pretio; hic autem sibi retinet non necessaria, & pretium reddit, & hoc innuit inf. §. sed non omnia, in fi. item innuit postea ibi. similI modo, nam si esset bo. fid. poss. nõ teneretur de culpa, ut infrà eo. si quid possessor, §. sicut.

g *In hæreditatem.*] i. in hęreditatis petitionem. Accur.
h *Causa.*] necessaria.
i *Sunt comparata.*] dicta necessaria.
k *Dubio.*] si tamen nomine hæreditatis emit, aliàs secus, vt ꝟ. subiicit, sed non omnia, &c. & ꝟ. eo. l. sed & si. §. 1. arg. ꝟ. de pre. at. l. si seruus. & facit infra, de leg. 2. l. Imperator, §. fi. & l. seq. sed in eo qui emit ex pecunia pupilli, uel militis, secus est, quia datur electio militi & pupillo, ut C. arbit. tut. l. curator, & de rei uend. l. si vt proponis.
l *Hærede.*] s. vero, qui euicit hęreditatem, & pretium dic iustum, ut in simili casu, ut ꝟ. eo l. possessor, §. fi. & sic fit ubi rem inutilem distraxit, ut infra ead. l. §. penul. Sed arg. contra, ꝟ. de in rem uerd. si res. Accur.
m *Omnia.*] s. prædicta necessaria. Accur.
n *Possessor.*] i. malę fidei.
o *Hominem.*] necessarium.
p *Interfuit*] deest cum necessarius fuisset hęreditati, & hęreditatis nomine emit.
q *Causa.*] & ita fuit in culpa.

Venire.

emit, pretium venire. a

Res vendita absque necessitate venit in hac actione: quod si vendita est ex necessitate, tunc pretiũ eius venit in hac actione. Bartol.

¶ Simili modo,[b] & si fundum hæreditarium distraxerit: siquidem sine causa, & ipsum fundum,[c] & fructus in hęreditatis petitionẽ venire: quod si æris 1† exoluendi gratia hæreditarij id fecerit,[d] 2† non amplius venire, q̃ pretiũ. 3†

Hæreditas augetur accessionibus, ideo omnes accessiones eius in hac actione veniunt. Bart.

¶ Item non solũ ea, quæ mortis tpe fuerint, sed, & 4† si qua postea augmenta hæreditati[e] accesserint, venire in hæreditatis petitionem. Nam hęreditas & augmẽtum recipit, & diminutionem.[f] Sed ea, quæ post aditam[g] hęreditatẽ accedunt, si quidem ex ipsa hæreditate, puto hæreditati accedere: si extrinsecus,[h] nõ, quia personæ possessoris accedunt. ¶ Fructus autem omnes[i] hæreditatem augent, siue ante aditam hæreditatem, siue post accesserint. Sed & partus ancillarum sine dubio augent hæreditatem.

Quòd vna actio deuoluitur in aliã, intelligitur deuolui secundum eius naturam primæuam, non secundum accidentalem. Bar.

¶ Cum prædixerimus[k] 5†[*] oẽs hæreditarias actiones in hæreditatis petitionẽ venire, quæritur, vtrũ cum sua natura veniãt, an contra; ut puta, est 6† quædam actio, quæ 7† infisciatione crescit: vtrum cũ suo incremento, an verò in simplũ veniet, vt legis Aquiliæ? Et iulianus lib. 6. Digestorũ scribit, simplum solututum.[l]

Quando vnum est in obligatione, aut in solutione ex dispositione legis, tunc pmittitur potestas soluendi: donec sup actione iudicati lis fuerit cõtestata. B.

¶ Idem 8† rectè ait, si noxali iudicio condẽnatus sit possessor[m] defuncto, non posse eũ 9† dedentem noxæ officio iudicis liberari: quia tamdiu q̃s habet noxæ dedendæ facultatẽ, quamdiu iudicati[n] 10† cõueniatur.[o] Post susceptũ iudicium[p] non põt noxæ dedendo se liberare, suscepit[q] aũt per petitionem[r] hæreditatis.

Hic incipit quarta pars huius tit. in qua iuriscõsultus cõtinuat se, volens recitare verba senatuscõsulti, et eius expositionẽ in hac materia. et primò cõtinuat Scdò ponit narrationẽ. Tertio ponit statutũ senatuscõsulti, vsq; ad § aptãda. Secũda ibi, Pridie. Tertia ibi, cũ anteq̃. Et q̃a senatuscõsultũ locutũ est breuiter, iõ nõ indiget summario. Ba.

a *Venire.*] s. ex hæreditate solutum.
b *Modo.*] s. per contrarium, & distinguitur, vendidit necessario, uel non.
c *Eundem.*] si redimere potest: alioquin quantum in litem iuratum fuerit, dabitur actori, ut infra eod. l. possessor, §. fin. Ita.
d *Fecerit.*] in quo poss. hic loquitur? si enim in bo. fi. nõ, nisi inquantum est locupletior, tenetur, ut ĩ. ea. l. eos autem. q̃ in superiori responso hic negat. & si malæ fidei ad res oino tenet, ut inf. ea. l. §. pen. quę est contra, q̃ hic negat. Sed respon. & soluo, quia ĩ malæ fidei poss. dixi, ut in prin. legis dixi: nã & malæ fid. poss. d. strahit rẽ, quæ onerat hæreditatem: ut ĩ. ea. l. §. pe. uel dic non amplius uenire q̃ pretium. s. si hoc petitor elegerit, & dic p̃tium s. iustũ, ut ĩ. e. l. si poss. §. si. Et huic verbo, q̃ pretium hac actione petatur, facit ĩ. eod. l. sed vtrũ, §. debitor. & l. q̃ si in diẽ, §. non solum A. cur.
e *Hæreditati*] iacenti.
f *Diminutionem.*] vt ĩ. q̃ me. cau. l. si ipsa.
g *Aditam*] a putatiuo hærede.
h *Extrinsecus*] istud extrinsecus non omnia extrinseca inducit, sed tñ ea quę personæ poss. accedũt, ut habes duos casus inf. eo. l. at ubi. Item aliũ s. qñ per seruum hæreditarium ex re possessoris. ut inf. eo. l. p seruũ, & l. seq. aliàs accipitur, ut inf. de pec. leg. l. denique. § si.
i *Omnes*] s. naturales & industriales, & ex eo, q̃ dicit augent, ut C. eo. l. si post ibi, fructiqus.n &c. & inf. e. l. siue. §. augen. & l. seq. dicunt quidam, ut V. q̃ in pet. hære. bo. fi. poss. non facit fructus suos, vt hic, & if. eod. l. ancillarũ. & l. illud. §. prædo. Quo nihil est falsius. cũ. n. constat. q̃ ex eius re sibi quæratur, ut ĩ. e. l. nisi. ergo & fructus suos facit, ut inf. de acqu. rer. do. l. quæsitum. sed licet faciat suos, nihilominus veniũt in hac actione. ut hic, sicut in redhibitoria. ut inf. de ædil. edic. l. cũ sunt. §. fi. & l. seq. Præterea pone eum scriptum, & in querela inoffi. test. uictum, fructus nonne fecit suo.? Vtique q̃ ergo hic dr̃, augetur hæreditas, verũ est, q̃a possunt peti iure actionis: & sic augent hæreditatem. i. p̃ titio. hær. licet in rei uendic. per iudicis officium petantur, si bo. fi. fuit poss. uel si ma. fid. petuntur iure actionis i. pet. rei vend. Sed no. q̃ alia est rei [illegible] dic. quæ datur pro fructibus, alia quæ datur pro re, sed [illegible] hęred. cũ sit una actio, & rẽ, & fructus simul continet: vnde dr̃ fructibus augeri: at in rei uend. non augetur, quia alia est illa, quæ pro fructibus datur. Nec ob. d. l. ancillarum, quia licet uideatur ibi innui, quod hæreditaria ueniant, hi autem fructus non innt hæreditarii, si hãc possessoris, non enim sola hæreditaria ueniunt: nam & pecuniæ a debitoribus exactæ inter pretia rerum veniunt in pet. hæred. & tamen non sunt hæreditariæ. Item nec prędicta l. illud, § prædo, quia licet ibi videatur dici, quod iõ hæreditatem augent, quia non facit suos: vnde cum fructus quos bo. fi. poss. percipit, augeant, iõ non videat suos facere: dicas q̃ non sequit. præterea si verũ esset q̃ dicuntur: ergo licet tũ esset ante li. conte. vtrũ hic poss. fecerit fructus suos, nõ enim est certũ, an rei ven. vel pet. hęr. conueniatur, quod nihil est.
k *Cũ prædixerimus.*] vt ĩ. e. l. itẽ vidẽdũ. §. fi.
l *Soluturum.*] aliud est i actione serui corrupti quia naturaliter ab initio in duplum est ut ĩ. de ser. corru. l. ut tñ. ista vero ĩ simplum, q̃uis ex negatione crescat. ut infra ad l. Aq. l. inde Neratius. § hæc actio. Az. sed quid est in actione quod metus causa? Respond. idem quod in l. Aquil. nam pœna non est ab initio debita, ut supra quod me. cau. l. si cum ex, §. in hac actione. Io. sic. & inf. de pec. l. sed si damnum. §. sed est quæstionis. & infra fa mil. ercis. l. & puto, in fi. & seq.
m *Possess.*] qui nunc possidet hæreditatẽ, cuius seruus primo dederat dãnũ defuncto.
n *Iudicati.*] i. actione in factum ex re iudicata.
o *Conueniatur.*] aliàs est conueniatur, & aliàs non cõueniatur. & idem est sensus. Et no. quod quis in damno condemnatur: sed noxæ deditio est in solutione, ut infra, de noxa. l. 1. & infra de re iudic. l. m[illegible]s. §. decem. & Instit. de offi. iudic. in princ. quam licentiam habet damnatus vsq; quo iudicati conueniatur, ut sola hac l. dicitur. quod expone idest usque ad id tempus quo iudicati possit conueniri, scilicet quadrimestre, ut C. de usur. rei iudic. l. secunda, transacto autem hoc tempore non erit noxæ deditio in solutione, cum id solui debeat quod fuit in condemnatione, secundum Io. Vel dic vsque ad litem contestatam post quatuor menses etiam potest se liberare, non postea secundum Azo. Item nota hic, quod quædam conceduntur damnato in quadrimestre tempus, prout Io. intellexit, quæ postea non permittuntur, ut hic, & supra quod met. causa l. si cum ex, §. quod si homo. & C. de usur. rei iud. l. 3. & supra de arbit. l. si cum. § fi. & l. seq.
p *Iudicium.*] scilicet actione in factum ex re iudicata.
q *Suscepit*] s. actionem in factum.
r *Petitionem*] quæ datur eius actionis in factum loco.

Petitionem.

4† Alias, æris alieni.
2† Fl. fecit.
3† Alias, quã pretium iustũ.
4† Flor. decess. &.
5† Fl. prædiximus.
[*] Bald. dicit istum tex. sinè q̃ actio surrogata sapit naturam eius in cuius locũ subrogatur, si naturales: secus si accidentales et ad intellectum huius § vide Iac. Nig. in l. si insulam, n. 211. de verb. oblig.
6† Alias dicit, qua.
7† Alias dicit, qua.
8† Fl. item.
9† Dedendo.
10† Non conueniatur vide Ant. Aug. li. 1. c. 3.

a *Petitione.*] idest ipsa actione.
b *De quibus*] scilicet omnibus.
c *Relatis.*] s. prius & statim incipit, Pridie, &c.
d *Pridie idus. Martias.*] idest per quindecim dies intra mensem.

hæres non fit, & in causa caduci item, & in bonis vacantibus, vt infra ead. l. §. idem & si uacantia, & §. non solum, Accursius.
t *Item placere.*] scilicet censuerunt. hoc exponitur infra l. proxi. §. senatus.

¶ Præter hæc autem 1 † multa reperimus tractata, & de petitone a hæreditatis, & de distractis rebus hereditariis, & de dolo præterito, & de fructibus: 2 † quibus b cum forma a senatusconsulto sit data, optimum est ipsius senatusconsulti * interpretationem facere, verbis eius relatis. c

¶ Pridie * idus Martias. d Quintus Iulius Balbus, & Publius Iuuentius Celsus, Titius Aufidius, & Atrius 3 † Seuerianus consules, e verba f facere de his, quæ Imperator 4 † Cæsar Traiani Parthici g filius diui Neruæ nepos, Hadrianus h Augustus Imperator, 5 † maximusque (princeps 6 † proposuit) quinto nonas i Martias, quæ proximæ fuerunt, libello k complexus l 7 † quid fieri placeret: m deque ea re ita censuerunt.

¶ Cum antequam n partes caducæ o ex bonis rusticis 8 † fisco peterentur, hi qui se hæredes esse existimabant, p 9 † hæreditatem distraxerint: placere, q redactæ r ex pretio rerum venditarum pecuniæ vsuras non esse exigendas. Idemque & 10 † in similibus s causis seruandum. 11 †

¶ Item placere, t a quibus hæreditas petita fuisset, si aduersus eos iudicatum esset, pretia, quæ ad eos rerum ex hæreditate venditarum peruenissent: u & si hæ x ante petitam y hæreditatē deperissent, diminutæve z fuissent, restituere debere. a

¶ Item eos, qui bona inuasissent, b cum scirent ad se non pertinere, etiam si ante litem contestatam fecerint, quo minus possiderent: perinde condemnandos, c quasi possiderent.

¶ Eos autem qui iustas d causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, vsque eo duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent. e

¶ Petitam f autem fisco hæreditatem ex eo tempore existimandum esse, g quo primum quisque scierit h eam a se peti: idest, cum primum aut denunciatum ei esset, aut literis, aut edictis 12 † euocatus esset, censuere.

¶ Aptanda i est igitur nobis singulis verbis senatusconsulti congrua interpretatio.

Dicta in l. extenduntur ad omnes res, casus, et personas, in quibus est eadem ratio. Bart.

¶ Ait senatus: Cum antequam partes caducæ fisco peterentur. Hoc euenerat, K ut fisco partes caducæ peterentur. Sed & si ex asse fiat, senatusconsultum locum habebit.

¶ Idem & si vacantia bona fisco vendicentur, 13 † vel ex alia quacunque causa l bona ad eum peruenerint, senatusconsultum hoc locū habebit, etsi ciuitati peterentur. m 14 †

¶ In priuatorum quoque petitionibus senatusconsultum locum habere nemo est, qui

e *Consules.*] quatuor consules erant, duo constituti, & duo in futurum designati. Ioan. nam Calend. Ianuariis consulatum ingrediebantur: sed ante designabantur, ut infra de condit. & demonst. l. Publius Mæuius, & in Auth. de consul. §. hæc omnia. Azo. in administrationе ergo erant tantum duo, ut supra de orig. iur. l. 2. §. exactis.
f *Verba.*] responsionis, quę statim habes.
g *Parthici.*] quia Parthos deuicerat.
h *Hadrianus.*] hoc est propriū nomen eius.
i *Quinto nonas.*] idest per tres dies circa principium, & ita quinto nonas fuit proposita quæstio a principe senatoribus, & eorum consulibus qui præerant, ut Instit. de iure nat. §. lex est. & responsio data fuit pridie Idus Mart.
K *Libello*] in scriptis enim Imperator quęsiuit quod uoluit scilicet de petitione hæreditatis, & de rebus, & pretio, & similibus, quę in petitione hæreditatis ueniunt. & appellatur hic libellus oratio, quam fecit ad senatum princeps, ut patet infra eod. l. fi. & tem. §. illud. Accursius.
l *Complexus.*] subaudi, quærens quid &c.
m *Placeret*] i. statui.
n *Cum antequam.*] Rusticus decessit duobus relictis hæredibus, quorum vnus post mortem testatoris, & ante aditam hęreditatem decessit: vnde sua pars ad fiscum deuenit quolibet petente siue desetente: non autem cohæredibus accrescit, secundum hæc iura. Sed hodie secus, vt l. i., & C. de caduc. tollen. l. prima, §. & cum triplici. & infra de iure fis. l. prima, Vel pone, quod accommodauit fidem de restituendo non capaci, vt infra de uulg. substitut. l. ex facto, §. Iulianus. Et not. quod hæc verba huius senatusconsulti exponuntur infra per varias leges. hoc ergo primum exponitur infra ead. l. §. ait senatus. Idem dic de pro non scripto, & caduco, & quasi caduco, vt not. inf. tit. i. l. fi.
o *Caduca.*] i. caducorum iure, Azo.
p *Existimabant.*] & sic sunt bonæ fidei. & hæc expone, vt infra ea. l. §. a quo, & § cęterum.
q *Placere*]. i. censuerunt senatores, quod est in fi. §.
r *Redacta.*] hoc verbum exponitur infra l. prox. § redactæ. & §. seq. Accur.
s *In similibus.*] scilicet in pro non scripto, scilicet si alius

u *Peruenissent.*] ante petitam, si autē post, ad ipsas res.
x *Et si hæ.*] s. res
y *Petitam.*] primo ergo venditæ. Secundo pretium habitum, Tertio perierunt. Quarto petitur hæreditas, & sic erant bonæ fidei, tempore vēditionis, ut infra l. proxi §. 2.
z *Diminutæve.*] hoc expone, ut infra eod. l. deperditum. vendiderant ergo antequam fierent malæ fidei: de his enim hic loquitur, ut inf. e. l. verum.
a *Debere.*] si locupletiores facti sunt eo pretio, ut infra §. cos autem.
b *Inuasissent.*] s. tanquā essent prędones.
c *Condemnandos.*] censuerunt.
d *Qui iustas.*] i. non iniustas. sic inf. de fideicom. lib. l. si cum. §. si quis seruū. Alioquin obuiare videtur, ut inf. eo. l. s. d & si lege, §. scire, Azo.
e *Facti essent*] hæc est optima regula, qua nulla uerior in iure, ut bonæ fidei possessor in id tātum, quod ad se peruenerit, teneatur. Azo & hæc pars exponitur inf. eod. l. sed & si. §. consuluit. sed superior ea. l. §. ait senatus.
f *Petitam.*] exponit verbum, peterentur, positum in prin. §. & tamen est de uerbis senatuscon. adhuc.
g *Esse.*] s. censuerunt. quod est infra.
h *Scierit.*] & ita ex tunc erit malæ fidei, vt supra ea. l. §. petitam. Et sic no. quod nocet scire, ut C. de excus. tut. l. quinquaginta, & in Auth. vt spon. larg. §. rursus & inf. de ædil. edic. l. cum sex. & infra quando appel. sit l. 1. § si & inf. ad leg. Iul. de adult. l. mariti, in prin. & C de peric. tut. l. pen. Accur.
i *Aptanda.*] s. quę hic fuerunt uerba senatusconsulti: nunc incipit ea exponere.
K *Hoc euenerat.*] vel quia mortuus fuerat hæres ante aditā hæreditatem, ut dixi C. de caduc. toll. §. & cum triplici, vel propter defuncti delictum, ut inst. de publ. iud. §. item lex. Vel propter hæredis fidem illicitè datam. ut infra de vulga. substi. l. ex facto, §. Iulianus.
l *Quacunque causa.*] vt quia ex causa pœnæ deportetur hæres, vel ab indigno auferatur, ut supra eo. §. idem in similibus. Sunt enim multæ causę, quibus quid ad fiscum nunciatur, ut infra de iure fis. l. 1.
m *Peterentur.*] scilicet hæreditas, sed hoc uidetur falsum, cum alii ciuitati caducum non applicetur, ut C. de bonis vacan.

1 † Flor. desit, autem.
2 † Alias deest, de.
* Quotantur, quid & ex quo tempore euicta hæreditate restituendum sit, aut D. Marcus l. 2. C. eodem.
* Bald. dicit hoc istum tex. valde not. ad hoc, quod consules electi in futurū possunt cum præsidib. qui administrāt facere reformationes, et habent vocem cum eis, ante quam administrent. Bol.
3 † Alias Oneratus alias Oc. alias, Ocnius & alias Tyberius. cur autem in hoc § ea quatuor consulū nomina adscribantur, explicat Alc. lib. 5 parerg. c. 10.
4 † Alias deest, Imperator.
5 † Alias, deest, Imperator.
6 † [] Tribon. clusit quidā putant legendum, ōtifex, pater patriæ, quasi Tribonianus, nō recte has notas legerit, quib. tamen erat sic scriptū P. pp.
7 † Alias complexus esset quid.
8 † Rustici s.
9 † Flor. existimant.
10 † Deest, &.
11 † Deest, esse
12 † Fl. edicto.
13 † Vindicentur.
14 † Flo. petentur.

vacan.l.1. Respond. immo est verum, quia potest ei acquiri hæreditas ex alijs causis. & sic dicitur habere locum senatusconsultum in petitione priuatorum, vt infra proxim. respon. Et nota hic, quod quælibet ciuitas, cum Romana iure vtitur eodem, vt supra ex quibus causis maior. seu & si per prætorem, in glo. non absit, & infra, de public. l. sed & hi §.1. Sed argum. contra, infra, de verbor. signifi. l. cum qui vectigal.

Sed argumen. contra, infra, de naut. fœno. l. fin.
h *Sed non*] scilicet nocebit.
i *A quo*] Nota ergo aperte, quod vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt diximus supra, de offic. præsid. l. 9. Accurtius.

ambigat: licet in publica a causa factum sit. b Non solum autem in hæreditate hoc 1 † vtimur senatusconsulto, sed & in peculio castrensi, vel alia vniuersitate. c

Vbi denunciatio fit ad notificandum, idem operatur scientia simplex, quod denunciatio: & non refert a quo denuncietur. Bartolus.

¶ Petitam d autem fisco 2 † hæreditatem, &c. 1. ex quo quis 3 † primum sciret a se peti. Nam vbi scit, incipit esse malæ fidei possessor, e i. cum primum ei denunciatum esset. Quid ergo si scit quidem, nemo autem ei denunciauit? an incipiat vsuras debere pecuniæ redactæ? & puto debere: 4 † cœpit enim malæ fidei possessor esse.

¶ Sed ponamus denunciatum esse, non tamen scit: quia, non ipsi, sed procuratori eius denunciatum est: senatus ipsi denunciari exigit: & ideo non nocebit, f nisi forte is cui denunciatum est, eum certiorauerit: g sed non h si certiorare potuit, nec fecit.

¶ A quo i denunciatum sit, senatus non exigit. Quicumque ergo fuit, qui denunciauit, nocebit. hoc 5 † aduersus bonæ fidei possessores: k nam l ita senatus locutus est, Eos qui se hæredes existimassent, m

a Possessor malæ fidei tenetur ad rem, licet eam vendiderit: sed si eam vendi expediebat, est in electione actoris rem, vel pretium consequatur. Bart.

¶ Cæterum si quis sciens n ad se hæreditatem non pertinere, distraxit: sine dubio non pretia rerum, sed ipsæ res veniunt in petitionem hæreditatis, & fructus earum. Sed Imperator Seuerus in 6 † epistola ad Celerem idem videtur fecisse, & in malæ fidei o possessoribus. Atqui p senatus de his locutus est, qui se hæredes existimant, q nisi forte ad eas res referamus, r quas distrahi expedierat, quæ onerabant magis hæreditatem, quam fructui s essent: 7 † vt fit in arbitrio t petitoris, qualem computationem faciat aduersus malæ fidei possessorem: vtrumne ipsius rei & fructuum, an pretij, & vsurarum post motam controuersiam. u

Quod iuris est de eo, qui se hæredem putat, idem si quolibet alio modo arbitratur se successorem. h.d. Vel breuius; idem est se putare hæredem, vel aliter successorem. Bartolus.

¶ Licet autem senatus de his locutus sit, qui se hæredes existimant, x tamen & si bonorum possessores y 8 † se existiment, vel alios successores iustos, z 9 † vel sibi restitutam hæreditatem: a in eadem erunt conditione. b

Qui hæreditariam pecuniam non attingit; ad vsuras non tenetur. Bart.

1 † Flo. decl. hoc.

ADDITIO. Pro declaratione huius glos. not. secundum Pan. hic, quod bona vacantia, vel caduca possunt applicari ciuitati priuatæ, non solum fisco imperij: quod est verum, si non subest superiori, qui vim principis habet: alias secus. & ita intellige hanc glos.

2 † Flo. decl. fisco.

3 † Flo. quo quis scit a se.

a *In publica.*] scilicet fisci. Et sic nota, quod iura, quæ obueniunt in fisco, obtinent & in priuato, & econtra, vt C. eo. l. 1. & supra, quod cuiusque vniuersit. nom. l. prima, § quibus, & C. de rescind. vend. l. de contractu. & infra, de compensatio. l. idem. Accursius.

4 † Desi. de bon.

b *Factum sit.*] scilicet senatusconsultum.
c *Vniuersitate.*] vt in quasi castrensi. Et nota, quod non semper castrense peculium petitur hac actione: sed tunc demum cum factum est hæreditatis, & nomen peculij habere desijt, vel quia factus est sui iuris, vel verius, fecit testamentum, vt infra, de castren. pecul. l. secunda. Semper tamen cum petitur peculium, idem statuitur quantum ad fructus, & res, & pretia, & similia, quod est in hac hæreditatis petitione. Petitur autem peculium actione ex testamento, si legatum est.

5 † Hæc Flo.

d *Petitam.*] exponit quartum
e *Possessor.*] vt supra eadem l. §. petitam. Et est ratio, quia super suo iure vacillat, vt C. de acquirenda possessio. l. nemo. & hoc est verum quo ad fructus, ut infra eodem, l. sed & si lege, §. si ante. non quo ad fatalitatem, ut infra eod. l. illud.
f *Non nocebit.*] s. denunciatio facta procuratori, a argu. ff. quod vi, aut clam, l. prohibere. Accur.
g *Certiorauerit.*] tunc enim nocet, ut argumen. infra, de operis noui nunciatione, l. de pupillo, §. nunciationem, in fine §. & infra pro socio, l. actione distrahitur, §. item scriptum, & infra, de itin. actuque priu. l. tertia, §. primo, & infra, de vsuris, l. mora, §. primo, ibi, neque sufficit, &c.

a Concor. glo. in c. 1. super verbo, allegans, cit. ca princi. extra, de post. prælat.

K *Possessores.*] vt si post denunciationem distraxerunt, teneantur ad fructus & ad res, vt infra l. proxima, §. quod si post. Azo.
l *Nam.*] nec contradicunt, immo adiuuant verba senatusconsulti: nam, &c.
m *Existimassent.*] scilicet si distraxerunt, tantum teneantur ad pretium, vt supra eadem l. §. cum antequam, hic autem malæ fidei cœpit esse propter scientiam. Et sic est argumentũ à contrario sensu: ergo non obstant verba senatusconsulti, quod est validum, vt supra, de officio eius, cui mandа. l. prima.

6 † Flor. de est. in.

n *Sciens.*] scilicet a principio Bulg. & sic differt a proximo superiori, vel dic, sciens ex postfacto. & sic concordat ad proximum supradictum §. & secundum primam cæterum, pro, sed: secundum aliam, pro, certè.

7 † Erant. Flor.

o *Et in malæ fidei.*] vt hi etiam teneantur ad pretium, non ad res. Ioan.
p *Atqui.*] pro, sed.
q *Existimant*] quod ipsi teneantur ad pretium, vt supra ead. l. §. cum antequam. & sic sunt contraria senatuscons. & epistola Imperatoris, nisi forte, & cæt. & sic soluit contrarium.

8 † Aliter, possessores in ed. Flo.

r *Referamus.*] referi potest, idest epistolam, vt teneantur ad pretium & vsuram, vt infra l. proxi. §. sed si forte.

9 † Alias de est, vel alios successores in Flo.

s *Quam fructui.*] vt hic locum habeat epistola, vt teneantur ad solum pretium & non ad vsuram.
t *Vt fit in arbitrio*] scilicet alijs rebus distractis, quæ non sunt inutiles.
u *Controuersiam.*] maximè: vel aliter, vt dices ff. l. prox. §. sed si forte. Accursius.
x *Existimant.*] de iure ciuili.
y *Possessores*] vt & ff. eo. l. 1. pro hærede, §. sed enim.
z *Iustos.*] sed P y. est plus, s. vel alios successores, repete existiment, vt in castrensi peculio.
a *Hæreditatem.*] s. vt existiment, ut ex Trebelliano, vel vere restituta est a putatiuo hærede. Accur.
b *Conditione.*] vt non teneantur nisi ad pretium, & ad illud demum, si locupletiores sunt, vt supra ea. l. §. eos autem. Accursius.

Papin. autem lib 3. Quæst.

LEX XXIII.

SI 1 † possessor a hæreditatis pecuniam inuentam in hæreditate non attingat, b negat eum omnino in vsuras conueniendum.

Redactum dicitur, quod non est exactum, sed exigi potest. Bart.

¶ Redactę (inquit) d pecuniæ ex pretio rerum venditarum. Redactam sic accipiemus, non solum iam exactam, verum & si exigi potuit, nec exacta est. e

Post motam controuersiam vendens tenetur ad res, nisi essent steriles-quia tunc actoris esset electio.

¶ Quod 2 † si post petitam f hæreditatem res distraxerit, hic g ipsæ res veniunt, fructusque earum. Sed si fortè tales fuerint, quæ vel steriles erant, vel tempore perituræ, & hæ distractæ sint vero pretio, 3 † fortassis possit petitor eligere, vt sibi pretia, h & vsuræ præstentur.

Hic incipit exponere secundã partem senatusconsulti, & ponit eam totam ad literam, & h.d. Si bonæ fidei possessor vendiderit, tenetur ad pretium quod exegit, vel cedere actionẽ: nisi pretium re euicta restituerit, vel res redbibita fuerit. Bart.

¶ Ait s. natus: i placere, a quibus petita hæreditas fuisset: si aduersus eos iudicatum esset, pretia, quæ ad eos re-

SI possessor] CASVS. Hæreditatem ad me pertinentem possidebas: pecuniam hæred. non tetigisti, non teneris ad vsuras illius pecuniæ.

¶ Redacta] Tria dicit hic §. pone. hæreditatem ad me pertinentem possidebas: res hæreditarias alienasti, & pretium habes: teneris ad pretium si habes: alias mihi cedes act. & hoc in prima. Sed si tu post motam controuersiam alienasti res hæred. reddes rem alienatam, & fructus, non etiam res steriles, quia tunc liberaris præstando pretium mihi hæredi, & hoc in secunda, & tertia.

1 † Flor. est §. & incip Papin. autem lib. 3 quæstion. si possessor.

¶ Ait se] Hæreditatem ad me pertinentem bona fide possidebas, quasdam res ex illa hæreditate vendidisti, postea cœpi aduersus te pet. hære. agere, ad quid teneris? Et respõ. quod teneris ad pretium rerum vend. si res apud emptorem perierunt. Sed pone, quod tu bonæ fidei possessor vendidisti res hæred. distingue: aut habes pretium, & teneris mihi præstare pretium, vel cedas mihi actionem: sed si vendidisti rem, & euictionem emptori promisisti, & euicta est res, & ideo emptori pretium restituisti, non teneris mihi hæredi ad pretium restituendum, cum non videatur ad te peruenisse, & h.d. senatus indubitanter, quod non teneris mihi ad pretium restituendum, & ad hoc inducit simile: quia pone, quod tu possessor exegisti aliquod indebitum, & sic tenearis condictione indebiti restituere illi: nunquam illud videbitur, quod teneris mihi vero hæredi præstare? & respon. quod non

2 † Quid si & legitur interrogatiuè. Flor.

¶ Sed & si.] hæreditatem ad me pertinẽtem possidebas, Titius ex illa hæreditate equum emit, quem equum tibi Titius redhibuit, cum vitiosus esset, dicitur, quod venit in hæred. petit. & non pretium illius equi, & si tu de euictione te obligasti, debeo tibi promittere, quod seruem te indemnem, &c.

¶ Restituere] Bona fide hæreditatem ad me pertinentẽ possidebas, res hæreditarias vendidisti: res penes emptorem deperditæ, vel diminutæ sunt, postea cœpi contra te petitione hæreditatis agere: an tenearis mihi ad pretium, quamuis deperditæ sunt, vel diminutæ res venditæ? Et respond. quod sic teneris: sed an a malæ fidei possess. an a bonæ. & dicit, quod si malæ fidei possessor est: si extant res, tunc tenetur rem præstare, vel pretium si vult petitor. & si non potest eas habere, iurabitur in litem contra malę fid. posses. & illud præstabitur, quod iuratum fuerit: aut non extant, sed sunt deperditæ aut diminutæ: & tunc petitor deberet pretium Viuianus.

a *Si possessor*] scilicet bonæ fidei, secundum M. tu dic & malæ fidei, secundum Ioannem, vt infra de rei vendicat. l. si nauis Item & hoc innuit illud verbum omnino, quod hic subijcitur.

b *Attingat.*] qualiter quis attingere videatur, dicitur ĩ. eod. l. sed & si. §. si quis re, & §. simili modo.

c *Redacta.*] exponit verbum redactæ positum sup. §. cum antequam.

d *Inquit*] scilicet senatus, vt supra eod. l. item veniunt, §. cum ante.

e *Exacta est.*] vt tunc actio tantum cedatur, vt ĩ. eod. l. 1. § bonæ fidei.

f *Petitam.*] idem est & si sine denunciatione cœpit scire hæreditatem alienam esse, vt ĩ. eo. l. sed & si lege, §. quod si ab initio & supra l. proxi. §. cæterum.

g *Hic*] idest hoc casu. Accursius.

h *Pretia.*] imò tantũ pretium, non vsuras, cũ ex necessitate rei vendidit, vt ĩ. eo. in æstimationibus. quæ est ĩ. Sol. ibi personæ, vt propter fideicom. soluendum, hic rei; quia erat sterilis, & sic non est contra. Item contra. ĩ. de rei vendic. l. itẽ si verberatum, §. 1. Sol. ibi in actione speciali in rem, hic in vniuersali. Iste no. quod aduerbium, fortassis, quod hic ponitur, abundat, vt ĩ. de arbitr. si duo. Sed nõ videtur, quod hic § habeat locum in bonæ fid. vel ma. fi. poss. nam bo. fid. nisi in quantum locupletior est, non tenetur, vt l. proxi. §. eos autem. Pręterea expressè hic dicit, quod petita hæreditas erat: ergo non erat bonæ fidei, vt infra eod. l. sed & si lege, §. si ante litem. Econtra, in malæ fidei non, quia ad ipsas res ipse tenetur, ac si possideret, vt supra l. proxi. §. item eos. Sed respon. in ma. fid. loqui ur hoc modo, quia quid iuris esset in rebus sterilib. post petitam hæreditatẽ, non exprimitur in senatusconsulto: sed hoc tantum dicit senatusconsultum de rebus non sterilibus, & qualiter sunt petitæ. Item de pretijs rerum, vt supra l. prox. §. petitam autem a fisco, & §. eos autem, & § item placere. hic autem à Papiniano exponitur quid iuris sit, ambiguè tamen Quare enim dat electionem Papinianus in rebus sterilibus: cum multo magis habeat eam in fructuosis? Ad hoc respond. quidam, quod eligere impropriè ponitur, quasi dicat, petitor potest hoc habere, & petere, si velit: rem autem non potest petere: & sic aut petet pretium cum vsuris, aut nihil petet, vt hic, & supra l. proxima, §. penult. ibi, sed Imperator, &c vsque illuc: vt sit in arbitrio, &c. Alij dant petitori electionem, verum iustum pretium cum vsuris: an etiam pretium datum ipsi possessor malæ fidei petat cũ vsuris. Vel melius distingue, vtrum malæ fidei possessor alienat has res inutiles ante petitam hæreditatem, an post. si ante, ad solum verum, & iustum pretium teneatur, vt supra l. proxima, §. cæterum: ibi, nisi ad eas, &c. & infra eodem, l. nisi, §. Iulianus. Si post, habeat petitor electionem, res an pretium petat, vt hic, & secundum hoc vigilanter ponitur supra in §. cæterum illud verbum, si post motam controuersiam: non enim exauditur ibi maximè, vt ibi diximus: nec erit opus illa verba, vt sit in arbitrio, &c. referre ad res vtiles. Cæterum si res vtiles distrahat quandocumque malæ fidei possessor, sine dubio ad res ipsas tenetur, vt supra eadem l. § fin. sed si malit petitor agere ad pretium, potest: cum enim bonæ fidei possessor ad pretium teneatur, vt supra l. proxi. §. item placere. ergo. & malæ fidei multo magis, ut infra, de noxalibus, l. non solum, & infra eodem, l. in æstimationibus, primo respon. sed ei quod dixi, quod si mota sit: alienet malæ fidei, steriles res. sit actoris electio per §. istum, uidetur obstare iniquitas, quia cum lite mota imponatur ei necessitas uendendi, & permittatur uenditio, ut supra l proxima, §. penult. & infra eod. l. non solum. non uidetur ad res posse agi, ut supra eod l. diuus, § sed & rem, & infra ad Trebellian. l. mulier, §. si hæres? Respon. immo magis imputatur, cum hæreditatem, quam sciit alienam, non restituit: si uerò nesciret, aliud dici posset. Accursius.

3 † Alias dictũ est, vero pretio.

i *Ait senatus.*] Hæc uerba senatusconsulti, quæ hic materialiter ponuntur, & sequen. § bonæ fidei, qui est Papiniani in bonæ fidei possessore loquuntur qui ante petitam hæreditatem uendidit, quod patet ex eo, quod petijt ante petitionem: sed uenditio fuit ante petemptionem; unde

rum ex hæreditate vẽditarum peruenissent, & si ex 1 † ante petitam hęreditatem deperissent, diminutæ ve essent, restituere debere.

¶ Bonæ fidei possessor si vendiderit res hæreditarias, siue exegerit 2 † pretium, siue nõ, quia habet actionem, debebit pretium præstare: a sed vbi habet actionem, sufficit eum actionem præstare. Sed si vendidit, & euicta re restituit, quod accepit, non videbitur ad eum peruenisse: b quanquam posset dici, * nec ab initio c pretium peruenisse: 3 † quia nõ fuit res hæreditaria, quæ distracta est.

¶ Sed & si d senatus rerum ex hæreditate distractarum, non hæreditariarum fecit mentionem, e restitui tamen non debet: quia nihil apud eum remanet. Nam & Iulianus f libro 6. Digest. scribit, quod indebitum exegit, restituere eum non debere: g nec imputaturum, quòd non debitum soluit. h

¶ Sed & 4 † si res i sit redhibita, hæc 5 † vtique & hæreditaria est: & pretium non veniet, quod refusum est.

¶ Sed, & si ob venditionem obstrictus sit emptori k possessor hæreditatis, dicendum erit prospici ei cautione, l

Bonæ fidei poßessor tenetur ad pretium, malæ fidei poßessor tenetur ad rẽ restituendam per iuramentum in litem, si extat, aliàs ad verum pretium. Bartolus.

¶ Restituere autem pretia debebit possessor, m & si deperditæ n sunt res, vel diminutæ. Sed vtrum ita demum restituet, si bonæ fidei possessor est: o an & si malæ fidei? Et si quidem res apud emptorem extent, nec deperditæ, nec diminutæ sint, sine dubio ipsas res p debet præstare malæ fidei possessor: aut si recipere eas ab emptore nullo modo possit, q tantum quãtum in litem est iuratum. At vbi deperditę sunt, aut 6 † diminutæ, r verum pretium s debet præstare: t 7 † quia si petitor rem suam consecutus esset, distraxisset u vtique: & verum pretium rei non perderet.

Deperditum refertur ad actum naturalem, diminutum ad actum ciuilem. B.

Caius lib 6 ad edic. Prouin.

LEX XXIIII.

Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desijt: x diminutum verò, quod vsucaptum y est, & ob id de hæreditate exijt.

Bonę fidei poßeßor tenetur restituere rem quam habet: & si quid eius occasione acceßit. Bart.

Paulus libro 20. ad edictum.

LEX XXV.

Si & rem & pretium z habeat bonæ fidei possessor,

---

vnde videbatur eum de pretio non teneri, quia & petitor naturali interitu amisisset, arg. ∃. de rei vendi. l. item si verberatum, §. fin. sed tamen tenetur, quia possessor locupletior est.

a *Præstare.*] quia ob hoc tenetur, quia actionem habet, vt inf. de pecul. l. quod debetur, in fi. & sup. eo. l. quod si in diem, §. idem Iulianus ait. & inf. de hære. vend. l. 2. §. peruenisse.

b *Peruenisse.*] cũ non durauerit, vt ∃. de hęre. ven. l. 2. §. illud, & ∃. de in rem ver. si ꝑ parte. §. versum.

c *Nec ab initio*] idest etiam si res non esset euicta, & potest dici causa disputationis: sed malè, quia senatusconsultum non loquitur de venditione rei hæreditariæ, sed de venditione cuiuslibet rei, quæ sit in hęreditate, vt sup. l. proxi. §. item placere. & ∃. subij. it, sed & si senatus, &c.

d *Sed & si.*] i. quamuis nunc respõdet ad quæstionem, quam dubitanter soluerat. s. si est euicta, & pretium restituit possessor, & dic quod non tenetur.

e *Mentionem.*] vnde videbatur etiam pro pretijs rerum, quę postea euictæ sunt, in omnem euẽtum possessorem teneri, tamẽ non debet restitui pretium acceptum, cum sit res euicta, secus si non sit euicta.

f *Nam & Iulianus.*] bene dico pretium emptori redditum re euicta non venire in peti. hæred. quasi appareat nunc ex post facto, ꝙ indebitè penes eum fuerit: nam & in verè indebito est idem, & hoc dicit, nam &c.

g *Non debere.*] cum suo nomine exegerit: aliàs esset secus, vt in gestore, vt ∃. de neg. gest. l. si qs negotia. & ∃. de procura. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. Item secus in venditore hæreditatis qui non reddit, cuiuscunque nomine exigat, vt ∃. de hære. ven. l. 2. §. solet, quæ est contra.

h *Soluit.*] imò videtur, ꝙ imputet, vt supra eod. l. quod si possessor, quæ est contra. Sol. vt ibi. Item hoc intellige, quando suo soluit: sed si de hæreditate, imputatur cessa conditione, vt ∃. eod. l. si quid possessor, vbi plenè super hoc distingues. Accursius.

i *Sed & si res.*] s. à defuncto, vel etiam à possessore hæreditatis vendita. Accursius.

k *Emptori.*] propter euictionem.

l *Cautione.*] s. à petitore. sic etiam cauetur infra eo. l. illud §. actiones. & econtra possessor quandoque cauet petitori, vt ∃ l. quod si diem, §. j.

m *Possessor.*] bonæ fidei.

n *Et si deperdita.*] non solum si apud emptorem extant. & expone hæc verba, vt ∃. l. proxi. Accur.

o *Bonæ fidei possessor est.*] de quo constat, vt ∃. eo. l. ait ꝑtor.

p *Ipsas res.*] vel pretium, si hoc elegerit actor: aliàs melioris esset conditionis possessor malę fidei, quam bonæ fidei, quod esse non debet, vt ∃. de noxal. l. non solum.

q *Tantum.*] quia nullo modo eã reuẽdere vult, & caue tibi, quia hæc lex præsumit, ꝙ possessor libentius redimeret, q̃ ∃ se in litem iurari patiatur: si ergo non vult redimere cum possit, magis dico ∃ eum iurari, cũ & hic iuretur vbi nõ potest, vt ∃. de rei vẽ. l. qui restituere. & ∃. de in lit. iuran. l. in actionibus. & ∃. eo. l. sed & si lege, § hæc verba, & l. nisi. §. Iulianus. Accur.

r *Diminutæ.*] sed quomodo hic malæ fidei possessor potest alienare? nonne fiunt furtiuæ mobiles alienatæ à malæ fid. possessore? Resp. de immobilibus dicit.

s *Verum pretium.*] No. verum precium. nam in bonę fidei dicit perceptũ, vt ∃. ead. l. § ait senat⁹, & facit ∃. e. l. nisi, §. Iulianus. & hoc qñ verum est plus quàm receptum est. Sed quid si plus vendidit quàm valeat? Respõ. etiam ad receptum poterit conueniri, ne malæ fid. sit melioris conditionis, quam bonæ fid. vt ∃. de noxal. l. non solum. Item huic respon. est contra ∃. eo. l. sed & si lege, §. siue autem ab alio. sed dic haberi pro eo, ac si possideret: verum est, vt non liberetur rei interitu, non quod in litem hoc casu iuretur.

t *Præstare.*] à malę fidei, de quo dicit.

u *Distraxisset.*] i. distrahere potuisset, vt arg. ∃. de leg. 1. l. cum res, in fi. Accursius.

x *Deperditum. Desijt.*] item & aliter dicitur res interire, vt ∃. pro soc. l. verum, §. fin.

y *Vsucaptum.*] quandoque aliter accipitur diminutum, vt inf. de dam. inf. l. 3. quę est arg. contra. Accur.

z *Si & rem, & pretium.*] i. partem pretij redemerit pretio viliori, ita s. ꝙ ex pretio prius accepto aliquid penes eum remansit & sic habet pretium. i. aliquid de pretio, puta uendidit pro uigin. l. & redemit pro xv. Sed nunquid hic possidet pro emptore qui redemit, unde non debet teneri pet. hæred. ut supra eo. l. l. regulariter? Respon. hic tit. pro non tit habetur, ut aliàs sup. eo. l. l. nec ullam, § j. Vel dic, licet sit emptor, tamen & pro hęrede tenet, & ex pluribus causis potest possidere, ut ∃. de acq poss. l. 3. §. ex pluribus.

1 † Fl. deperd. — 2 † Fl. exegerit. — * No. argu. ꝯ̃ tex. quẽ ad hic no. Bal. ad hoc ꝙ illud qd dicatur gratia disputationis nõ probat opinionem loquentis: & facit ad excusationem dissimulantium, vt hic per eũ. — 3 † Fl. venire. — 4 † Fl. Sed si. — 5 † Fl. bo. — 6 † Fl. de. — 7 † Fl. præstare.

ADDITIO. Istæ duæ solutiones gl. non placent sm Bar. ideo dic aliter, ꝙ Ꝫtus emptionis tenuit, tamen tit. habetur pro non titu. ex eo, ꝙ rem emit ab eo, qui emit ab ipso possessore: vnde non habet plus iuris, quàm haberet prius, secundum eundem. Bart.

uenit, debet restitui. In hoc autem verbo dubitatur, an contineatur quod peruenit, & non durat, aut quod peruenit, & durat. sed tamen illa est solutio, vt dixi, quod non teneatur ille Titius. Sed pone, quod ille venditor bonæ fidei pretium stipulatus est rei venditæ sub pœna: puta decem, & sic habuerit pretium, & pœnam. nũquid hæc duo debent præstari? Et respond. quod sic, cum factus sit locupletior, quamuis senatus tantum de pretio dixisset. Viuian.

1 † Fl. eam emerat.

2 † Aliàs, an autem.

puta eandem rem redemerit, 1 † an audiendus sit, si velit rem dare, non pretiũ? a In prædone dicimus, electionem esse debere actoris. b An 2 † hic magis possessor c audiendus sit, si velit rem tradere, licet deteriorem factam: non petitor, si pretium d desideret, e quòd inuerecundum sit tale desiderium: an verò, quòd ex re hæreditaria locupletior sit, & id quod f amplius habet, ex pretio restituere debeat, videndum. Nã g & in oratione 3 † diui Hadriani ita est. Dispicite patres conscripti, nunquid æquum 4 † sit, possessorem non facere lucrum: & pretium, quod ex aliena re perceperit, reddere: quia potest h existimari, in locum hæreditariæ rei venditę pretium eius successisse, & quodammodo ipsum hæreditarium factum. Oportet i igitur possessorem, & rem restituere petitori, & qđ ex venditione eius rei lucratus est.

3 † Aliàs, nã si erat.

4 † Fl. æquu.

Bonæ fidei possessor non tenetur ad pretium, nisi quatenus factus est locupletior. Bart.

Vlpianus lib. 15. ad edictum.

LEX XXVI.

VTrum autem omne pretium restituere debebit bonæ fidei possessor, an verò ita demum, si factus sit locupletior, videndum est. 5 † Finge pretium acceptum, vel perdidisse, vel cõsumpsisse, k vel donasse. Et verbum quidem, peruenisse, l ambiguum est: solum m ne hoc contineat, 6 † quod prima ratione fuit: n an verò & id quod durat? * & puto sequentem o clausulam senatuscon. sulti sequendam, 7 † etsi p hęc sit ambigua: q vt ita demum computet, si factus sit locupletior.

5 † Fl. donasse.

6 † Fl. continent.

* Istũ tex. dicit Bar. no. ad hoc, ꝙ verbũ obscurũ positũ in vno capite declarat. sensum. et prius positum per verba posita i sequẽtibus capitulis. facit inf. ad l. Aquil. l. quẽadmodũ. & Inst. ad leg. Aq. § hoc tamen capite.

7 † Fl. dicit sequendam.

Bonæ fidei possessor tenetur ad pretium, & ad pœnam quę loco pretij accessit: secus de pœna, quæ occasione iniuriæ personalis exacta fuerit. hoc dicit. cum l. sequen. Bart.

¶ Proinde si non solum pretium, sed etiam pœna pretio tardius soluto peruenit, r 8 † poterit dici, quia locupletior in totum factus est, debere venire, licet de pretio solummodo senatus sit locutus.

8 † Fl. peruenerit.

Paulus libro 20. ad edictum.

LEX XXVII.

AT vbi vi deiectus fuit, nõ debebit 9 † restituere.

9 † Fl. debet.

a *Non pretium.*] s. superfluum.

b *Actoris.*] etiam si rem non habeat prædo subaudi, dummodo extet, vt s. eo. l. si possessor, §. si.

c *Possessor.*] s. bonæ fidei, quàm malę fidei. Vel verius magis, quàm petitor.

d *Pretium.*] totius rei venditę, puta viginti. Vel dic pretium, qđ superest post redemptionem, & eo vult esse contentus.

e *Desideret.*] i. audiendus sit contrarium postulaturus, si rem meliorem factam sciret. Azo. Et sic not. non debere quem petere id, cuius contrarium non peteret: sic & infra de iureiuran. l. iusiurandum, §. ait prætor. & C. de solutio. l. pen. argu. contra C. de procur. l. non eo minus. & infra loca. l. ea lege j. respon. & §. 1. & infra in fi. huius legis.

f *Et id quod.*] non solum rem.

g *Nam &.*] iustè dubito, quia & in oratione hæc dubitatio ponitur.

h *Quia potest.*] videtur, quod debeat restituere pretium, qđ lucratus est: quia &c. & sunt hæc verba de libello, vt dixi supra eod. l. item veniunt, §. pridie. Et no. hic, ꝙ pretium succedit loco rei, quod est speciale in petitione hæreditatis, vt hic, & j. tit. j. l. cum multi. & in actione quod metus causa, vt s. quod met. cau. l. si ipsa, & l. videamus. & facit arg. j. de donat. inter virum, & vxorem l. si donante, §. si sponsus, & j. mand. l. si ex mandato. & j. de verb. sig. l. Labeo, §. item si dominus. Regulariter autem contra, vt infra, de furt. l. qui vas, in fi. Item si stipulatus sum hominem à te, & cum vendideris, non veniet pretium in stipulatione, vt infra de hæred. vel act. vend. l. venditor ex. quæ sunt arg. contra.

ADDITIO Dic secundum Bart. hic, ꝙ in vniuersalibus iudi. ijs pretium succedit loco rei, vt hic, & in l. Imperator, in fi. j. de legat. 3. secus verò in particularibus. & ita debet intelligi ista glo. & hoc etiam tenent Doct. in l. mater. C. de rei vendic.

i *Oportet.*] s. sque huc fuerunt verba orationis: nunc autem soluit. Accursius.

VTrum autem.] CASVS. Titius hæreditatem ad me pertinentem bona fide possidebat, & sic rem hæreditariam vendidit pro centum, quæ centum amisit: post hoc cœpi eum petitione hæreditatis conuenire, an teneatur ad illa centum? Et respond. quòd non, ex illa scilicet clausula qua dicitur, quod bonæ fidei possessor non tenetur, nisi in quantum locupletior factus est: ista autem clausula est, quam dixerunt senatores, quòd idem quod peruenit...

k *Consumpsisse.*] in malam partem: aliàs vr̃ locupletior vt inf. eod. l. sed & si lege, §. quod autem quis.

l *Peruenisse.*] positũ est supra eod. l. item veniunt. §. item placere.

m *Solum.*] id est an hoc verbum dicatur continere solummodo id quod, &c.

n *Fuit.*] id est peruenit, licet non duret. sic enim accipitur s. quod met. cau. l. videamus.

o *Sequentem.*] quę est supra eodem, l. item veniunt. §. eos autem. Azo.

p *Etsi.*] idest quamuis.

q *Ambigua.*] scilicet postea, quæ est supra eod. l. item veniunt. §. item placere. Azo. & supra eod. l. si possessor. §. sed & si senatus. & j. de verbor. significatio. l. aliud. & j. de hære. ven. l. 2. §. illud.

r *Peruenit.*] sed quomodo peruenit pœna, cum in fraudem vsurarum promitti ꝓ sumitur, vt C. de act. emp. l. Iulianus. §. idẽ Papinianus. quæ est ratio? Sol. pœna ponitur hic, i. vsura. sic s. de neg. gest. l. qui fine. Vel dic non erat solitus fœnerari hic possessor, ibi sic. Item cum extrinsecus quæratur, quare restituit, vt s. eo. l. item veniũt, §. item non solum, quæ est ratio? Sol. ibi non omnia extrinseca excipit, vt non acquirantur, vt ibi diximus, & huic respon. continua j. eo. l. sed & si lege. & postea leges, at vbi.

AT vbi.] CASVS. Bonæ fidei possessor de fundo hæreditario fuit deiectus, & aliquid fuit consecutus: nunquid illam pœnam restituere debet? Et respon. quod non: nam si à debitore hæred. fuit pœnam consecutus, quam promisit nisi staret certa die, & non stetit: an illam pœnam teneatur restituere? Et respon. quòd non: sed pone, quòd bonæ fidei possessor uendidit rem sub pacto legis commissoriæ pro uiginti, & habuit decem de pretio: alia decem promisit soluere certa die, & si non essent soluta illa decem, rem rehaberet, & prima decem soluta remanerent penes uenditorem, & sic non soluit emptor: lucratus fuit illa decem uenditor, & rem habuit, quæ fuit facta inempta: nunquid tenetur restituere quod est lucratus? & certè sic.

¶ *Item si rem.*] Rem hæreditariam ad me pertinentem possidebas: illam rem hæreditariam distraxisti: ex illo pretio aliam comparasti: pretium debes restituere, non rem ex illo pretio emptã, si res illa ex illo pretio empta

re pęnam ex eo cõmissam: a qñ 1† eam actor b habere non potest: sicut 2† nec pœnam restituere debet, quum aduersarius ei promisit, si ad iudicium non venerit.

1† Fl. quod.
2† Sic nec per Bartolum.

Vlpianus lib. 25. 3† ad edict.

3† L. 15.

LEX XXVIII.

SEd & si lege c commissoria vendidit, idem erit dicendum: lucrum quod sensit, lege commissoria praestaturum.

Bonæ fidei possessor tenetur inquantum ex pretio factus est locupletior, & non vltra. Bart.

minus ualet, quam comparaueris, etiam tantum mihi restitues quantum valet res empta.

¶ *Quod aut.*] Hæreditatem ad me pertinentem possidebas, siue habes, siue habere desijsti, mihi teneberis, & si per culpam desijsti habere, vel non recepisti, quod potuisti: bene teneris pro illo petitione hæreditatis, & sic de dolo, & de culpa teneris, vt hic.

¶ *Quod autem.*] Si hęreditatem ad me pertinentem possidebas, & sciebas, quod ad te non pertinebat: teneris de fructibus quos percepisti, & quos percipere potuisti l.

¶ *De eo autem.*] Si hæreditatem ad me pertinentẽ, & sciens ad te non pertinere, possidebas: si hoc sciuit ab initio, prædo es: sed & si ex post facto sciuisti ad me pertinere, eris prædo ex metu senatusconsulti, licet ab initio habueris iustam causam possidendi, quia credebas te hæredem esse & non eras. & est ratio, parui enim, &c. ut in litera.

¶ *Scire.*] Si hæreditatem ad me pertinentem possideas, & erres in iure, vel in facto, prædo non es: sed ille est prædo, qui prauam habet mentem.

¶ *Etiam si.*] si hæreditatem ad me pertinentem possideas: si res alienasti, per senatusconsultum teneris: at si possideres, s. post litẽ contesta. bene teneris, quia post litem cõtestatam omnes possessores sunt malæ fidei. nam & post motam controuersiam ante litem contestatam est malæ fidei possessor: nam ex eo tempore omnes possessores sũt pares: nam & si ante litem contest. alienauit, tenetur ac si possideat: & hoc est uerum: quando ab initio fuit malæ fidei possessor.

¶ *Proinde.*] Titius dolo malo hæreditatem ad me pertinentem possidebat, uel possidere cœpit, & eam dolo malo desijt possidere, uel nouit adimere, quod potuit, &c. an sit condemnandus, ac si possideret, quæritur? Et respon. quod sic. Et si apud alium est res, quam Titius dolo malo desijt possidere, tenetur Titius licet petierit res. Item tenetur tã Titius, qui dolo desijt possidere, quam ille qui possidet: & sic tenentur ambo de fructibus.

¶ *Hæc verba.*] Hæreditatem ad me pertinentem possidebas, rem hæreditariam habere dolo desijsti: teneris ac si possideres, & non restat nisi iurare contra te in litem. unde dicitur hic, quod iuratur in litem aduersus eum, qui dolo desijt possidere, & aduersus eum, qui possidet, in litem iuratur.

¶ *Consuluit.*] Hæreditatem ad me pertinentem possidebas bona fide, multa damna dedisti in illa hæreditate, an tenearis de consumptis? Dicitur, quod non, nisi inquantum esses locupletior, quod si donasti, an tenearis? Et respon. ꝙ non teneris pro illa re petit. hæred. sed si ille cui donasti aliquid in inuicem remunerationis gratia tibi dedit, bene es tunc locupletior.

¶ *Sique res.*] Credebas tibi delatam hæreditatem, quæ ad me pertinebat: vnde re tua latius fuisti vsus, & de tuo proprio impendisti, & hoc facis quasi dites esse cœperis: an aliquid de hæreditate illa deducis, si eam a te euicerim? Et respon. quod non deduces aliquid: unde si mutuo accepisti pecuniam, non deduces de hęred. & si res hęred obligasti, non uideris res hęred. attigisse, quia manet obligatus.

¶ *Adeo autem.*] Quidam fecit testamentum, & duos hæredes instituit, quidam ex illis hęredibus credens totam hæreditatem ad se pertinere, cum esset ex semisse institutus, cœpit eam totam possidere, & meditatem assis consumpsit: queritur, an partem suam tantum, an partem cohæredis tantum, uel ex parte consumpserit, idest intelligatur presumptione iuris consumpsisse? Et resp. quod id, quod expensum est, uidetur cedere de parte vtriusque, & de residuo restituet medietatem, & aliam medietatem retinebit: & induce simile, quia si ille, qui credit se hęredẽ, cum non est, possideat, & consumat eam: non tenetur restituere, similiter & hic uidetur.

¶ *Quod autem.*] dic, ut ibi.

¶ *Item si res.*] Si rem hæreditariam ad me pertinentem possidebas, & quasdam res hæreditarias vendidisti, & pretium habuisti, quod postea amisisti: nunquid possum vendicare res ab emptore? Et distingue, aut illi emptores habent regressum de euictione contra te, & non possum illos emptores conuenire: repellunt enim me illi emptores per except. in medio tamen allegat, ꝙ non repellar, quia non fit præiudicium hæred. pet. proponendę, & vere non fit pręiudicium: quia emptores isti regressuri sunt ad eum, qui distraxit. & si restituit pretium, emptores non possunt venditorem repellere: sed tamen dicit, quod possunt repellere, ut dixit.

¶ *Si minori.*] Hæreditatem ad me pertinentem possidebas, rem hæreditariam distraxisti minori pretio, & illud a te fui consecutus, si agam ꝯ emptorem, repellar exceptio ab emptore, quia si soluisti mihi, ꝙ exegisti a debitore hæreditario, liberatur debitor hæreditarius. & hoc est uerum etiam si sit malæ fidei possessor, vt dicit Iulianus.

¶ *Petitio.*] Hæreditatem ad me pertinentem possidebas, habeo contra te peti. hære. Dicitur hic, ꝙ hæc petitio hæred. est in rem, & in personam ratione diuersorum ex rebus hæred. redactorum, & sic est mixta.

¶ *Hoc senatus.*] Ego & tu in quadam hæreditate sumus hęredes, si de illa hęreditate fructus percepisti, quatenus plus percepisti quam debes, mihi restitues: cum diuidamus hæreditatem, sicut in petit. hęr. vbi si non esset hęres in aliquo, restitueres eam mihi cum fructibus. sic ergo fit, ut in familię erciscundę iudicio.

¶ *Augent.*] Titius hæreditatem ad me pertinentem possidebat, & bona fide, de illa re partum, & fructum, & fętum percipit, & etiam pensiones, quia locauit prędia vrbana, etiam meretricibus, uel alijs accepit mercedes, uel operas seruorum, vecturas iumentorum: an hæc omnia veniant in hęr. petit quæritur? Et resp. quod sic. & hoc dicit vsque ad l. Iulianus.

a *Ex eo commissam.*] ꝙ vi deiectus est, & loquitur hic de pęna, quam consecutus est occasione iniuriæ sibi illatæ, cum deiectus fuit, quam reddere non debet, cum detur pęna personæ, non rei, ut inf. de redib. l. bouem. §. si quis seruum. Vel dic, ꝙ hic loquitur de pœna conuentionali, quam deiector ei promisit si eum deijceret: pęnam autẽ lege introductam restituit, ut inf. eo. l. illud. § actiones. & l. euicti. & sup eo l. l. quod in diem. § Iulianus. quæ sunt contrariæ. Sed quare dicitur contra in pęnam pretij tardius soluti, ut supra l. prox. in fi. & inf. l. prox. Resp. prędicta ideo contingere: quia pœnæ tales in locum pretiorũ accedunt: pretia autem in locum rerum, ut sup. eod. l. si & rem unde præstantur tales pęnæ sicut res ipsæ, vel earum pretia. In his autem duobus casibus, s. pęnam stipulatus si n. si me deiecerit, uel cum stipulatus sim, si non ad iudicium veniret, nullum precium statutum fuit: unde in eius locum non potest dici pęnam successisse, ut arg. inf. ad leg. Falc. l. 3. §. 1. Vel aliter dicas, & apertius, ubi verus hæres rem amittit propter factum ipsius bo. fid. poss. s. æquum est, ut omne lucrum, & omnis pęna debeat ei restitui: amittit aũt cum ipse bo. fi. poss. vend. nec enim potest conuenire possessorem rei, quia regressum habet ad bo. fid. poss. hæreditatis, ut infra l. proxi. § item si rem Quid ergo dicam de lege commissoria: nam ibi non est res commissa, quia resoluta est uenditio? Et Resp. idem est: nam & si non sit amissa, quia tamen propter alienationem rei, & eius amissionem faciendam est consecutus, debebit reddere. In his vero duobus casibus res omnino non amittitur: imo nihil omnino pręiudicij uero hæredi paratur circa rem: unde satis est si legalem habet pęnam, non conuentionalem, quia eam ex sua negociatione habet possessor, vt hic, & infra de hær. vend. l. uenditor ex.

b *Actor.*] qui agit petitione hæreditatis.

c *SEd & si lege.*] vel non sit hic copula, vel iunge cum tertia l. superiori. & dic, ꝙ vendidit accepta parte pręti, uel plus, ꝙ penes eum remansit, ut infra de lege commiss. l. si per emptorem. Accur.

¶ Item si rem distraxit, a & ex pretio rem aliam comparauit, veniet pretium in petitionem hæreditatis, non res 1† quam in patrimonium suum conuertit. b Sed si res c minoris valet, quam eo cōparata est: eatenus 2† locupletior factus videbitur, quatenus res valet, quemadmodum si consumptisset, d in totum locupletior factus non videretur. e 3†

1† Rem.

2† Fl. habe-bunt.

3† Fl. videbi-tur.

Hic iurisconsultus incipit exponere tertiam partem senatusconsulti de malæ fidei possessore: iō recitat eius verba ad literam. & h. d. Prædo siue possideat, siue dolo desierit possidere, siue eius culpa aliquid acciderit, hac actione tenetur. Bart.

¶ Quod ait * senatus: f Eos qui bona inuasissent, quę scirent ad se non pertinere, etiā si ante litem contestatam fecerint, quo minus possiderent, g perinde condemnandos, qua 4† possiderent, h ita intelligendum est, ut & dolus præteritus i in petitionem hęreditatis deducatur, 5† sed & culpa. k & ideo ab eo, qui ab alio non exegit, uel a semetipso, si tempore liberatus est, 6† peti hæreditas poterit. hoc vtiq; si exigere l potuit.

* Tertia clau-sula. s. 22. fu-it.

4† F. quasi & præteritus. Duar.

5† Fl. deduce-retur.

6† Fl. esse li-beratos peti hæ-reditatem pos-sit.

Prædo dicitur, qui nullam causam possidendi habet; & tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis. Bar.

¶ Quod autem ait senatus: Eos qui bona inuasissent, loquitur de prædonibus, i. de his, qui cum scirent ad se non pertinere hæreditatem, inuaserunt bona: scilicet cū nullā m causam haberēt possidēdi. ¶ Sed & fructus, non quos perceperunt, (inquit, n) 7† sed quos pcipere debuerunt, o eos præstaturos.

7† Alias, nō quam.

Quantum ad fructus paria sunt ab initio malam fidem subesse, vel ex post facto superuenire. B.

¶ De eo autem loquitur senatus, qui ab initio mente prædonis res hæreditarias apprehendit. Quod si ab initio quidem iustam causam habuit adipiscendæ 8† possessionis: postea vero conscius ad se nihil p hæreditatem pertinere, prædonis 9† more q versari cœpit: quamuis 10† nihil senatus de eo 11† loqui videtur, puto tamen, & ad eam 12† mentem senatuscōsulti pertinere. Parui etenim refert, r ab initio quis dolose in hæreditate sit versatus, an postea hoc facere cœperit. 13†

8† Fl. adipi-scendæ.

9† Dua prædonis.

10† Fl. decla-quamuis

11† Fl. descr. de eo.

12† Fl. eam

13† alias, cœpit.

Error iuris non inducit malam fidem. Bar.

¶ Scire autem 14† ad se non pertinere, vtrum is tantummodo videtur, qui factū scit, s an & is, qui in iure errauit? putauerit forte 15† recte t

14† Fl. dum-tatem.

15† Fl putauit enim &c.

a *Item si rem distraxit.*] bona fide.

b *Conuertit.*] Ex hoc ergo nota, q suo nomine emit talias res hæreditario nomine empta ueniret, maxime quia pecunia hæreditaria erat, ut supra eo. l. item ueniunt. §. 1. & secundo, quæ sunt contra & sic etiam emit nomine hæreditatis ille, qui fuit rogatus restituere, quicquid superesset de hæreditate tempore mortis, vbi res receptę ex pecunia hęreditaria ueniunt in restitutionem, ut infra de leg. 3. l. Imperator §. fi. & l seq. que sunt contra.

c *Sed & si res.*] suo nomine, non hæreditatis empta.

d *Si consumpsisset.*] pretium.

e *Non videretur*] scilicet inquantum non consumpsit, ut argu. infra de dona. inter virum, & uxorem, l. si sponsus. §. circa, in fin. §. infra ead. l §. cōsuluit. & l. Iulianus. Sed argu. contra, supra quod met. cau. l. si ipsa. Et hoc nisi consumptio in eam rem sit facta, in quam tantundem de suo erogasset, ut infra eodem §. quod autem. & infra de solu. l. in pupillo. Sed si habet, non, plana est. Accur.

f *Quod ait senatus.*] ut sup. eod. l item ueniunt, § item eos qui.

g *Præteritus*] absque pretio forte, si cum pretio, tunc multo magis tenentur.

h *Qui possiderent.*] hucusque uerba edicti materialiter posuit.

i *Præteritus.*] scilicet ante litem contestatam commissus, ut infra ea. l. §. si ante litem in fi.

k *Sed & culpa.*] ut supra eodem, l. & non tantum, §. imo. & subijcit exemplum de eo, qui non exegit: sed cum sit malæ fidei possessor, qualiter exigere potuit, ut infra eodem, l. si quid, §. illud? Respon. malæ fidei possessor vocat hæredem scriptum in eo testamento, quod sciebat inofficiosum, interim tamen ante perlatam querelam est hæres, & ideo exigere potest, ut ff. de vulg. substitut. l in substitutione. Vel sciebat sibi auferri debere hæreditatem, cum non uindicauerit necem defuncti, ut infra de vulga. substitut. l. ex facto. §. Iulianus. sed his obloqui uidetur, quod in isto §. dicitur, de eo qui nullam habet causam possidendi, ut in sequenti §. exponitur? Sed respon. & dic, nullam videtur habere causam, quia si sciens est, auferenda est ei hæreditas, ut Cod. de his quibus, ut indign. l. prima. & supra eodem, nec ullam, § primo. & l etiam. alias nec vllam, § Neratius. & §. si quis. & infra de vulg. substit. l. ex facto §. Iulianus. Vel dic hunc malæ fidei possessorem esse ex cognatis uel hęredis, qui sine mandato agere possunt, ut supra de neg. gest. l. ... & supra de procura. l. f. ... & hæ. Vel dicas ei fuisse mandatum a uero hærede, vt & ageret, & gereret negotia hæreditaria, non animo adeundi ab eo cui mandatum est, ut possideret pro hærede, uel pro possessore: ipse autem postea suo nomine occupauit omnia. Porte obijcies, ibi conuenit eum ex mandato? Resp. propter culpam eum conueniri petitione hæreditatis, licet propter mandatum culpa puniatur, secundum Aco. Vel dic secundum quosdam, quod de facto debuit tentare. Alij, quod debitores offerunt pecuniā: q non placet, quia exigere est ab inuito extorquere, ut infra de lega. 3. l. fideicommissa. § si tem.

l *Si exigere.*] quia ei subtulerunt debitores, vt argu. infra eadem l. §. proinde inquit. quod non placet, propter uerbum, exigere, ut modo dixi. sed hoc referas ad sequē. nam si non potuit a se exigere, non tenetur, ut supra de neg. gest. l. diuortio. §. sed hic quidam. quo ad alios autem bene potuit, ut dixi.

m *Nullam*] nec de facto, nec de iure, quia putarent se esse hæredes.

n *Inquit*] scilicet senatus.

o *Debuerunt.*] sic est & in simplici actione in rem, ut Instit. de offic. iudi. §. illorū. & C. de rei vendi. l. certum. in princip. & infra de rei vendicat. l. si nauis. §. finali. & facit inf. ead. l. §. sed utrum.

p *Nihil.*] i non.

q *More.*] alias onere, & alias morē. Accu.

r *Parui etenim refert.*] quo ad fructus, de quibus hic dicit: sed quo ad fatalitatem sic refert, ut inf. eo. l. illud. Item refert etiā quo ad fructus in eo, qui titulum habet, ut infra de usu. l. qui scit, in fi. Et no hic, q parui refert, an ab initio quid sit, an postea pendente facto. sic & sup. de iudic. l. si a me & C. de rei vendi. l certum in fi. & Insti. de offic. iudic. §. illorum. in fi. Sed argu contra, inf. de acq. poss. l. calam. ... respon. ubi ergo nanciscendæ possessionis exquiritur, ut supra de arbit. l. non distinguemus. §. sacerdotio. & C. de vsucapio transfor. l. 1. §. hoc tantum modo vbi sufficit ab initio bona fides.

ADDITIO. Dic quod omnia suprascripta contraria possunt vendicare sibi locum in singulari petitione, secus in petitione hæreditatis, ut non referat ei, an ex postfacto, uel ab initio habuit malam fidem: ut hic, secundum Bar.

s *Qui factum scit.*] s. & ius.

t *Recte.*] i. rite. nam rite ius, quia sit ibi sollennitas testiūs & alias recte causam denotat. * ut instituat quem debet, puta filium non exhered. ...

* Vi. not. sup. ad l. hoc colore, de in of. testa. sub gl. Recte.

a *Inutile.*] & sic in iure errauit, sed potuit & in facto errare, ut C. de iu. & fac. ignor. l. si post diuisionem.
b *Deferri.*] scilicet putauit, ideo forte, quia testator plus eum diligebat, & hic est error iuris. vt ꝟ. de iu. & fac. igno. l. j idem est si frater.

in rei vendicatione demum lite contestata fit malæ fidei quo ad fructus, ut C. de rei vendica. l. certum. non quo ad vsucapionem triennij complendam, nec quantum ad hoc quin suos faciat fructus, sed eos (sicut dictum est) restituit, sicut & rem vsucaptam, ut infra pro empt. l. a. §. fin. & ꝟ. de rei uendi. l. si post. sed secundũ M. vsucapio etiam lit. contesta. interrumpitur. & dictæ leges hodie sunt correctæ, ut C. de anna. exce. l. ut perfectius, in fin. Sed dic, ꝙ illa in quatuor casibus tantum loquitur. In præscriptione autem decem, vel uiginti, uel triginta annor. constat fieri interruptionem, secundum omnes, ut C. de rei uend. l. mote. Item de fatalitate tenetur, vt inf. de lega. j. l. cum tes in fi. & infra eod. l. illud, circa princ. & hoc scribit Azo. in summa. in quib. cauf. in integ. rest. non est necess.

c *Et non puto.*] si non est prædo, ergo facit fructus suos. & sic iuris error ei prodest in acquirendo. & ita est contra. infra de iu. & fac. ignor. l. error. 2. respon. & l. iuris ignorantia, 1. respons. Respond. hic in retinendo prodest, non si agere velit, ut ibi. Vel dic, ꝙ hic efficaciter non acquirit, cum restituere teneatur per petit. hæred. id in quo est locupletior. Vel dic, ꝙ hic non dicit, ꝙ sit bonæ fidei possessor, vel faciat fructus suos: sed quia non est prædo: non ergo sequitur, ꝙ ideo sit bonæ fidei possessor, quia malæ fidei potest esse, sicut lege, seu fictione legis præsumitur, ut C. de agr. & censit. l. quemadmodum, lib. 11. Vel hic non potuit consulere petitiores, ibi sic: argu. inf. de bon. pos. sess. l. in bonorum. secunda verior est. Idẽ est arg. contra, inf. de iustitu. l. sed & si pupillus, § ceterum. vbi & in errore facti non parcitur: sed ibi fuit supinus, ut inf. de iu. & fac. ignor. l. regula, § j.
d *Controuersiam.*] speciale in petitio. hære. ut post motam controuersiam censeatur ma. fid. possessor, secus in singularibus, vt sumitur. C. de rei vend. l. certum. Tamen in rei vendicatione, quandoq; idẽ video, ut. C. de rei vẽ. l. si fundus. & de act. emp. l. si minor. & ꝟ. quæ in frau. credit. l. ait prætor, §. si quis.
e *Senatusconsulto.*] quasi solus prædo teneatur nomine doli ante lit. contest. cum tamen, & in bonæ fidei possess. idem fit, si modo post motam controuersiam.

1† Aliat. de. test. cum.
2† Fl. erat.
3† Flor. si an te.
* Ante contestationem controuersia proprie dicitur. non lis. Cuiac. lib. 9. ob. c. 21.
4† Fl. possiderese.
5† Fl. desit. mali.
6† Aliàs, tenetur. & aliàs cetinetur.
7† Proinde.
8† Flor. desit, &.
9† Fl. desit, &.

factum testm̃, cum inutile a erat, vel cum eum 1† aliud præcederet agnatus, sibi potitius deferri. ᵇ Et non puto ᶜ hunc esse prædonem, qui dolo caret, quamis in iure errauit. 2†

Post litem contestatã omnes possessores sũt pares, & tenentur vt prędones. Bart.

¶ Etiam 3† si ante lit. contes. (inquit) fecerit. hoc ideo adiectum est, quoniam post lit. contest. omnes incipiunt malæ fidei possessores esse, quinimo post cõtrouersiamᵈ motam. * Quanquam enim litis contestatæ mentio fiat in senatusconsulto, ᵉ tamen, & post motam controuersiam omnes possessores pares fiunt, & quasi prædones tenentur, & hoc iure hodie vtimur. Cœpit enim scire ᶠ rem ad se non pertinentem possideri, 4† is qui interpellatur. Qui uero prædo est, & ante litem contestatam doli mali 5† nomine tenebitur, 6† hic est etenim dolus præteritus ᵍ

Qui dolo desiit posside re, uel dolo non acquisiuit, ut possessor tenetur ad rem, & ad fructus, & contra eum iuratur. Bart.

¶ Perinde, 7† inquit, condẽnandos quasi possiderent. & 8† merito. Nam & 9† is, qui dolo fecit, quominus possideret, vt possessor condemnatur. Accipiens, siue dolo desierit possidere siue dolo possessionem noluerit admittere. ʰ Siue autem ab alio res pos

sideatur, ⁱ siue in totum non extet, locum habebit ᵏ hæc clausula. Vnde si sit alius possessor, ab utroque hæreditas peti poterit, ˡ 10† & si per multos ambulauerit possessio, omnes tenebuntur. Sed vtrum is solus qui possidet, fuctus præstabit, an etiam 11† qui dolo fecit, quo minus possideret? Et dicendum erit, posse senatusconsulto 12† ambos teneri. ᵐ

¶ Hæc verba ⁿ senatusconsulti, etiam aduersus eum, qui non possidet, iusiurandum inducunt: tam enim aduersus eum qui dolo fecit, quo minus possideat, ᵒ quam aduersus possidentem, ᵖ in litẽ iuratur.

Hic incipit exponere quartam partem senatusconsulti, quæ loquitur de bonæ fidei possessore, & h. d. Bonæ fidei possessor tenetur, inquantum factus est locupletior: nec dicitur quis locupletior, licet alium obligatum habeat naturaliter ad antidora, nisi antidora sint soluta. Bart.

¶ Consuluit ᑫ senatus bonæ fidei possessoribus, ne in totum ʳ damno afficiantur, sed in id duntaxat teneantur, in quo locupletiores ˢ facti sint. 13† Quemcunque igitur fecerunt sumptum ex hæreditate, siue quid 14† dilapidauerunt ᵗ siue 15† perdiderunt, dum re sua ᵗ se abuti putant; non præstabunt: nec si donauerint, locupletiores facti videbuntur: quamuis ad remunerandum

g *Dolus præteritus.*] vt infra deposititi, l. j. §. non tantum.
h *Admittere.*] ut infra si quis omiss. cau. testa. l. j. §. sane & infra de hære. vend. l. 2. §. non tantum. Sed argu. contra, infra de his, quæ in frau. credit. l. qui autem, in princip.
ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide not. p. Dyn. in l. 1. in prin. de tab. exhib.
i *Possideatur.*] quam prædo possidere desijt.
k *Habebit.*] sed supra eo. lem. l. si possessor, in fi. cõtra. So. vt ibi:
l *Peti poterit.*] poss. sed forte tamen rem restituente liberatur qui dolo desijt possidere, non ita econtra. ut ꝟ. de solu. l. Stichum. §. dolo. & sup. eodem, leg. etiam. §. penult. Accur.
m *Teneri.*] scilicet ad fructus.
n *Hæc verba.*] ista, perinde condemnandos quasi possiderent, quæ ponuntur supra proximo §. & l. item veniunt, §. item eos.

10† Fl. possit.
11† Fl. etiam is qui.
12† Fl. post senatusconsultũ amb.
13† Fl. sunt.
14† F. si quid.
15† Fl. desit, siue

f *Cœpit enim scire.*] ex hoc colligitur M. ad hoc, ꝙ aliquis fit, malæ fidei possessor post lit. cõtest. debet scire ad aliũ pertinere. idem dicit Aldr. & sic intelligunt C. de rei vendic. l. si fundum. & C. de rescind. vendit. l. si maior. Ioan. contra: nam ius præsumit malam fidem, ut infra eod. l. si quid possessor, §. sicut. & C. de acquir. poss. l. cum nemo. Item no. ꝙ possessor hæreditatis facta controuersia per omnia habetur ma. fid. ut hic, & supra eod. l. item veniunt, § petitam. & § s. q. & infra eod. l. si quid possessor. §. sicut. nisi quo ad fatalitatem, ut infra eo. l. illud. Nam & vsuras pretiorum præstat, ut infra eod. l. hæres, §. fin. at

o *Possideat.*] vt ꝟ. eod. l. si possessor.
p *Possidentem.*] si nolit restituere, ut infra de in litem iurian. l. in actionibus. & infra de rei uendicatione, l. qui restituere.
q *Consuluit.*] vt supra eodem, l. item veniunt, §. eos autem.
r *Ne in totum.*] i. in totum ne, quasi dicat, ne in aliquo.
s *Locupletiores.*] Quod inspicitur tempore rei iudicatæ, ut ꝟ. eod. l. si a domino, §. quo tempore. & facit ꝟ. de condict. in deb. l. 3. in fi.
t *Re sua.*] sic ꝟ. eod. l. si quid possessor, §. sicut. Azo.

sibi aliquem naturaliter obligauerunt, a * Plane si ἀντίδωρα b 1† acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt: & 2† velut genus quoddam hoc esset permutationis. c

Possessor dicitur locupletior si res extant apud eum, licet earum contemplatione de suo lautius expenderit.

¶ Si quis re sua lautius d 3† usus sit contemplatione delatæ sibi hæreditatis, Marcellus libro quarto 4† Digestorum putat, nihil eum ex hæreditate deducturum, si eam non attigit. e 5† Simili modo, & si mutuam pecuniam accepit, f quasi diues esse cœperit. 6† Si tamen pignori res hæreditarias dedit, uidendum, an vel sic g attingatur hæreditas, quod est difficile, h cum ipse sit obligatus.

Expensa præsumitur in dubio facta de parte expendentis, & alterius. Bart.

¶ Adeo autem, qui locupletior factus non est, non tenetur, ut si quis putans se ex asse i hæredem, partem dimidiam hæreditatis sine dolo malo consumpserit: k Marcellus lib. 4. Digestorum tractat: l num 7† teneatur: quasi id, quod erogauit, ex eo fuerit, quod ad eum non pertinebat, sed ad cohæredes. m 8† an, sicut is, qui cum heres non erat, totum, quicquid apud se fuerit, consumpsisse: sine dubio non tenetur, n quasi locupletior non factus. Sed in proposita quæstione tribus diuisionibus o 9† relatis, una primo, p dein de alia q posse dici, totum, quod superfit, restituere eum debere, quasi suam partem consumpserit: tertia, r utrique quod consumptum sit, 10† deducere: ait s utique nonnihil t restituendum. Sed 11† de illo dubitat, utrum totum an partem restituendam dicat. Puto u tamen residuum x integrum non esse restituendum, sed partem eius dimidiam. y

De eo quod bonæ fidei possessor expendit de hæreditate, illud sibi imputatur, quod alias erat impensurus, si se hæredem non existimasset. Bart.

¶ Quod autem z quis ex hæreditate erogauit, utrum totum deducat, an uero pro rata a patrimonij eius? ut puta penu b hæreditarium ebibit: c utrum totum hæreditati expensum feratur, an aliquid ex 12† patrimonio ei*, vt in id factus locupletior videatur, quod solebat ipse errogare ante delatam hæreditatem? d & quidem 13† si quid lautius contemplatione hæ-

a *Obligauerunt*] Hæc naturalis obligatio ex puris, & mutuis motibus animi cuiusque descendit. Omnis enim creatura mouetur ad benefaciendum ei qui sibi benefacit, & talis obligatio ex indistinctu naturæ procedit, quod non est illa talis donatio, quæ ex nudo pacto nascitur: nam illa est efficacior, ut pote cum non sit donatio si id, quod per pactum nudum naturaliter debetur, soluatur, ut ff. de donatio. l. hoc iure, § penult. Si autem quod instinctu naturæ debetur, soluatur, donatio est sine dubio, quæ nomen assumit remunerationis, ut ff. manda. si uero non remunerandi. in princ. & l. si remunerandi, in prin.

b *Plane si antidora.*] idest, contraria dona. ab anti, quod est contra.

c *Permutationis*] fit enim illud hereditarium, sicut pretium rei distractæ, vt supra eod. l. si rem. Sed non sic contra esset re empta ex pecunia hæreditaria, ut supra ead. l. § j.

d *Lautius*] i. splendidius.

e *Attigit.*] s. corporaliter, vt C. eo. l. si possessor. j. respons. & ff. de rei ven. l. si nauis.

f *Accepit*] contemplatione hæreditatis, sed certe imo & hoc casu attingere uideatur, ut infra de dona. inter uir. & uxor. l. si id quod § illud constat, ubi dicit, quod mulier accipiendo mutuum uidetur quasi annum consumpsisse. Item similiter uidetur contra, ut infra de donat. inter vir. & vxo. l. quod autem, §. j. & l. si sponsus, §. Marcellus vel ibi secus, quia non tanquam inter infestos sunt habendæ, ut eod. tit. l. si id quod, §. si quis. Item ibi habet donatarius voluntatem donantis, hic non habet possessor voluntatem hæredis. Item contra, ff. de donatio. inter virum, & uxorem, l. cum hic status, §. si maritus. sed ibi dicit, quod obligando donator uidetur reuocare, hic autem, quod obligando non videtur attingere: vnde est alius casus.

g *Vel sic.*] pro saltem.

h *Quod si difficile*] i. impossibile. sic infra pro socio, l. de illo. E contra, infra de his qui deiec. vel effu. l. 2. & erit ratio optima, quæ sequitur, cum ipse, &c. quia personalis obligatio non sequitur fundum, ut infra ad Trebell. l. j. §. si hæres. Azo.

i *Ex asse.*] cum esset ex parte heres.

k *Consumpserit*] in res neque utiles, neque necessarias, alio quin [illegible] ff. [illegible] §. Azo.

l *Tractat.*] s. quærendo, & soluendo.

m *Sed ad cohæredes*] quod uidetur, nam & si is, &c.

n *Non tenetur*] vt ff. ea. l. § consuluit, quod ergo erat in toto, hoc in parte [illegible], sed non erit ita.

o *Diuisionibus.*] idest tribus membris per diuisionem positis, uel tribus opinionibus diuersis relatis ideo a Marcello, non tamen in superiori litera continetur, sed alias scripserat Marcellus illas diuisiones in sua quæstione ita, scilicet utrum in nihilum teneretur quasi totum, id quod est consumptum, fuerit cohæredis, uel utrum teneretur in totum quasi suam dimidiam consumpserit, vel utrum teneatur pro dimidia eius, quod superest, quasi id, quod est cõsumptum ex utriusq; portione, pro rata, consumptum videatur.

p *Vna primo.*] s. an quod errogauit, teneatur in nihilum.

q *Alia*] qua continetur posse dici, &c.

r *Tertia*] qua continetur, utique, &c. Azo.

s *Ait.*] s. Marcellus.

t *Non nihil.*] ergo reprobatur prima opinio.

u *Puto.*] ergo Vlpia.

x *Residuum.*] quod non fuit consumptũ.

y *Dimidiã.*] non est ergo eadem ratio totius ad partem. ut ex hoc §. ostenditur. & est ratio: quia ubi in nihilum hæres est, certum est ex hæreditate, & non de suo esse consumptum, & dilapidatum, merito ergo totum de hæreditate deducit: at ubi est pro parte hæres, quia incertum est vtrum de suo, idest, de sua portione sit consumptum, an de portione alterius: merito statuitur, ut pro rata portione ex utraque deducat. Item nota hic, quod media via eligitur. sic infra ad Trebel. l. Titius rogatus. Sed argumen. contra, supra de neg. gestis. l. Nesennius. in fin. Sed ideo ibi, quia non facile præsumitur mulier donare, & ideo totum repetit, vt ibi dicit.

ADDITIO. Ista solutio non placet Bartol. ideo dic aliter secundum eum, quod ibi expenderat in negotijs alienis, & erat dubium quo animo expenderat: hic erat certum, quod expenderat bona fide in re aliena tanquam sua.

z *Autem*] caue tibi, ne quæ superiori §. sunt dicta, hic repetita dicas, licet quidam dicant idem repeti, vel aliquid addat: nam supra loquitur, cum possessor ex parte dimidia erat hæres, hic in nihilum. Item cum consumpsit in res, neque vtiles, neque necessarias, hic in res necessarias, & vtiles impendit.

a *An uero pro rata*] cum in nihilum erat hæres. Azo.

b *Penum*] alias penus hæreditarium.

c *Ebibit.*] penultima syllaba longa est in præterito. Azo. q. d. consumpsit quod erat esui, & potui, ut ff. de penu lega. l. 3. sed secundum Fl. corrigitur.

d *Hæreditatem*] quod est verum, ut statim dicet.

* Vnde Athenis actio adversus ingratos vnde constituta est, quia dandi & accipiendi beneficij commercium sine quo uix uita hominum extat, perdit, & tollit qui benemerito partem referre negligit Va. Max. lib 5 ca. 3. de ingrat.

1† Idest remunerationes.

2† Flor. deest, &.

3† Latius legendum, putat, & recte Franc. Duo. lib. 2. dissen. ca. 5.

4† Fl lib. 5.

5† Alias, attingit.

6† Fl. quasi diuitis se decepit.

7† Nõ num teneat.

8† P nam & si is, qui hæres non erat.

9† Alias, decisionibus & Fl. vsfimbus & vide Anton. Aug. l. 2. c. 2. in theorija l. 1. & 2. sup. de confir. digest & dum infra dicit, primo, Flo. habet, prima.

10† F est.

11† Fl. deest, sed.

12† Fl. &.

13† Fl. ut si quid.

Erogasset.]

a *Erogasset.*] cum nemo viuat de vento, vt C. de ali. pup. præſ. l. fin. Bene dico, quod debet reſtituere, ſine ſibi imputare, quia ſua ſibi ſeruauit, nam, &c.

b *Pythodori.*] qui fuit inſtitutus, & rogatus reſtituere quicquid ſupereſſet tempore mortis ſui hæredis.

c *Fideicommiſſi.*] in quo caſu cum ſic rogauit, promiſſa erat alienatio olim ſub hac diſtinctione, an fieret cauſa interuertendi, vel non, vt hic, & infra ad Trebel. l. Titius rogat°. ſed hodie vſq; ad quartam, vt C. ad Trebel. authen. contra rogatus. vbi autem purè rogat, per iura codicis prohibitam eſt prorſus, vt C. communia de lega. l. fi. §. pe. ſed per auth. idem quod per codicem. niſi quæ excipit caſus, vt in Auth. de reſtit. & ea quæ parit, §. nos igit.

d *Nunc*] i. in noſtro caſu. Accur.

e *Statuti.*] i. quos ſolitus erat facere.

f *Decedant.*] ſaltem in parte.

g *Solo*] aliàs ſuo.

h *Erogaſſet.*] alia verò ex ſola hæreditate decedunt, vt ſup. eod. § propoſuit, quærendo, & hoc poſſeſſor in nihilum eſt hæres: ſi verò pro aliqua parte, tunc dic, vt ſupra proximo §. reſcriptum verò, ſiue bene, ſiue male facta ſit cōſumptio, dicit pro parte decedere. niſi cauſa interuertendi fidei. com. ſit facta: tunc enim in nihilum decedit.

i *Locupletior.*] vt quia conſumpſit.

k *Vſucapta*] ab emptore.

l *Petitor.*] i. verus hæres. Accur.

m *Repellatur.*] ſic expone ſequentia, videtur quod non repellatur: quia non fit præiudicium hæreditati inter actorem, & cum qui venumdedit, ideſt petitione hæreditatis contra venditorem pro pretio proponendæ, quia nulla proponetur, & verè non fit præiudicium, quia victi emptores reuerſuri ſunt ad eum qui diſtraxit, & ſic reſtituet illud pretium: ergo non intelligitur perueniſſe ad venditorem, ergo non in hoc erit locupletior. & ſic non tenetur petitione hæreditatis. ſi ergo conueniantur emptores, non præiudicat venditori quo ad hæreditatis petitio tunc enim ceſſat ſingulare iudicium, quia ipſa ſperatur proponi: videbatur ergo, quod emptores non poſſent vendicantem repellere, ſed tamen dicit quod poſſunt, ne alioquin bonæ fidei poſſeſſor damno afficiatur, quod eſt contra mentem ſenatuſconſulti: ſed ſi ad eum reuerti non poſſunt, hæres ab emptoribus vendicabit: nec exceptione repellitur, niſi venditor paratus ſit eos defendere, ſed melior fuiſſet ratio, quia venditor pretium dilapidauit, ſicut in caſu poſuit, quàm iſta, quia reddit emptori pretium, Nam ſecundum ſuperiorem rationem numquam venditor teneretur ad pretium [a] niſi teneretur de euictione, quod eſt falſum, vt ſupra eodem, §. quod ſi in diem. § ſed & is. licet ei caueatur, vt ſupra eod. l. ſi poſſeſſor, §. ſed & ſi ab vendit. non eſt ergo ſuffi-

cien ratio, quoniam victi, &c. At opponitur, pone quod bonæ fidei poſſeſſor qui vendidit, factus eſt locupletior ex pretio, numquid poterit emptor conueniri? Reſpon. non, quia præiudicium fieri poteſt petitioni pretij: ſi enim ſe auocet petitor, à pretio excluditur, maximè cum bonæ fidei poſſeſſor illud teneatur emptori reſtituere, vt ſupra eod. l. diuus in fi. l. quod ſatis concedi poſſet, ſecundum quoſdam, & hæc eſt communis opinio: ſed puto ſecundum Azo. emptorem omnino conueniendum, etiam ſi habeat contra venditorem regreſſum, tum quia non damnificatur bona fidei poſſeſſor, cum ſit ex pretio locupletior, niſi fortè plus quam de pretio teneatur pro euictione: tum quia hic poſſeſſor, ideſt emptor non poteſt poſtulare dilationem iudicij, cum in ſui præiudicium pro aliis rebus non fiat petitio. Accur.

n *Quod*] ideſt quia. prima ratio quæ probat.

o *Quia non videtur.*] ratio rationis primæ.

p *Earum*] ideſt non tenebitur ad pretium poſſeſſor petitori, cum alijs reſtituere debeat. Accur.

q *Quanquam.*] alia probatio rationis: quatuor ſunt rationes, quare venditor ad pretium non tenetur vere hæredi: vna hic quanquam, &c. hæc vero bona: alia in gloſ. expone, & cęt. duæ aliæ in alia. ratio rationis ſecundæ, &c.

1† *Suis. Fl.*
2† *Lat.*
3† *M. l. et diu.*
4† *Flor. ſideicomm. nec p. tiū. Auguſt. Bb 2. a. 1.*
5† *Fl. rediſſ. ſe. ex proprio. & inſ. ex hæreditate quoque.*
6† *Fl. ſuo.*

reditatis impendit, in hoc non videatur factus locupletior: in ſtatutis verò 1 † eius ſumptibus videatur factus locupletior: vtique. n. & ſi non tā 2† lautè erogaſſet, [a] aliquid tamen ad victum condianum erogaſſet. Planè 3 † diu° Marcus in cauſa Pythodori, [b] qui rogatus erat, quod ſibi ſuperfuiſſet ex hæreditate reddere decreuit, quæ alienata erāt nō minuendi fideicommiſſi [c] cauſa, 4 † cum nec pretium in corpus patrimonij Pythodori rediſſet: 5 † & ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hæreditate decedere, nō tantum ex hæreditate. Et nunc [d] igitur ſtatuti [e] ſumptus, vtrum ex hæreditate decedant [f] exemplo reſcripti diui Marci, an ex ſolo [g] patrimonio, videndum erit. Et verius eſt, vt ex ſolo 6† patrimonio decedant ea, quæ & ſi non hæres fuiſſet, erogaſſet. [h]

Difficilis eſt, & hoc dicit. Si iudicium vniuerſale per particulare conſumitur, non obſtat exceptio ne ei præiudicium fiat. Item emptor poteſt vti exceptione ex perſona venditoris, ne bonæ fidei poſſeſſor teneatur, vltra quam ſit locupletior. Item venditore offerente ſe defenſioni, emptor tutus eſt exceptione ex perſona ſua. h. d. Primo ponit thema. Secundo tres rationes ad probandū partem negatiuam. Tertiò ponitur determinatio quæſtionis. Quartò ponitur noua quæſtio, & eius determinatio. Secūda ibi, quod præiudicium. Tertia ibi, et puto. Quarta ibi, quid tamē. B.

¶ Item ſi res 7† diſtraxit bonæ fidei poſſeſſor, nec pretio factus eſt 8 † locupletior, [i] an ſingulas res, ſi nondum vſucaptæ [k] ſunt, vendicare 9† petitor [l] ab emptore poſſit? & ſi vendicet, an exceptione nō repellatur, [m] quod [n] præiudiciū hæreditati non fiat inter actorem, & eum qui vendidit: 10† quia non videtur [o] venire in petitionem hæreditatis pretium earum, quanquā [q] 11 † victi [r] emptores reuerſuri ſunt ad eum, qui diſtraxit? Et puto poſſe res vendicari: niſi 12 † emptores regreſſum ad bonæ fidei poſſeſſorem habeant. [s] 13† Quid tū ſi is, qui vendidit, paratus ſit ita defendere hæreditatem, [t] vt perinde, atque ſi poſſideret, conue-

7† *Fl. rem.*
8† *Fl. ſit.*
9† *Fl. vindicare & infra vindicet.*
10† *Flo. venundedit.*
11† *aliàs, quoniam.*
12† *aliàs, ſi. nec.*
13† *Fl. habiti.*

r *Victi.*] ratio rationis ſecundæ. Azo. ſed hęc ratio multò melior eſſet, ſi dixiſſet, quia ratam non habet venditionem petendo rem, nec poteſt habere, cum non ſuo nomine ſit vendita. Item, & quia rem & pretium petere non debet, vt infra de actio. emp. l. ex empto, §. fin. ibi, neque enim, &c.

ſ *Habeant.*] ſi ergo habeat regreſſum, non conuenitur emptor, vt hic. Sed contra, ſupra eod. l. etiam, §. j. aliàs eſt in l. nec vilam, §. quod ſi quis. vbi dicit vtilem actionem indiſtinctè in emptorem dari. Solu. [a] hic loquitur, cum iuſto pretio vendita eſt res hæreditaria, & non parebat venditor: alioquin licet venditor teneretur de euictione, nihilominus emptor tenebitur rei vendicatione, vt ibi. Alij dicunt, quod hic loquitur re ſingulari vendita, ibi vendita vniuerſitate. Alij quod hic ageretur rei vendicatione, ibi hæreditatis petitione: ſed hę duæ non valent, quia hoc eſt notare caſuum diuerſitatem ratione cōtenta. quæ ratio eſt utrobique. quia tenetur uenditor de euictione: diſſimiliter tamen, quia in ſingulari uendita ſemper agitur: niſi pactum, uel ſententia obſtet, ut C. de euictio. l. ſi fundus. hæreditate uendita idem, ſi ipſa euincatur: ſecus ſi res ſingularis, ut C. de euictio. l. 1. prima ergo uerior eſt.

t *Hæreditatem.*] eo caſu quo emptores poſſunt conueniri. Azo.

a *Iſtā ſol. tenent Io. de Aren. Bu. & Cy.*

niatur? Incipit exceptio locũ hr̃e ex persona[a] emptorũ. [b]

Iurisconsultus in præcedenti §. posuit de triplici exceptione, quæ competit emptori. hic ponit quartã, & breuiter, h.d. Si petitor pretium rei venditæ à possessore recepit, à vendicatione repellitur, etiã si receperit qđ à debitorib⁹ est exactum, etiam si possessor fuit malæ fidei. Bart.

¶ Certè 1 † si minore 2 † pretio res venierint, & pretium quodcunq; illud sit, 3 † actor [c] consecutus sit, multò magis poterit dici [d] exceptione eum submoueri. [e] Sed 4 † & si id, [f] quod à debitoribus exegit possessor, petitori hæreditatis soluit, liberari debitores. Iulianus libro 4. Digestorum scribit, siue 5 † bonæ fidei [g] possessor, siue prædo fuit, qui debitum ab his exegerat: & ipso iure eos liberari.

Expedita expositione senatusconsulti, ex quæstionibus circa literam Iurisconsf. hic venit ad materiã, & tractat vsq; ad finem tituli qõnes, quę congruè ad literam non poterant applicari. & breuiter h.d. Hæreditatis petitio habet mistam naturã realium, & personalium. Bart.

¶ Petitio hæreditatis, & si in rem actio est, 6 † tamen præstationes quasdam personales habet, vt puta eorum, quæ à debitoribus sunt exacta: [h] item pretiorum.

Quod est dictum in hac actione habet locũ in iudicio familiæ erciscundę. B.

¶ Hoc senatusconsultum [i] ad petitionem hæreditatis factũ etiam in familiæ erciscundæ iudicio 7 † locum habere placet: [k] ne res absurda sit, vt quæ peti possint, diuidi [l] non possint.

Hæreditas augetur propter partus, fœtus, et alias accessiones honestè perceptas. Bart.

¶ Augent hęreditatem gregũ, & pecorum partus. [m]

Paulus li. 15. ad edictum.

LEX XXIX.

QVòd si oues natæ sunt, deinde ex his aliæ, eæ quoque, quasi augmentum, 8 † restitui debent.

Vlpianus li. 20. ad edictũ.

LEX XXX.

ANcillarum etiam partus, & partuum partus quanquam fructus esse nõ existimantur, [n] quia non temere ancillæ eius rei causa comparantur vt pariant, augent tamen hęreditatem, quippe [o] cum ea omnia fiant 9 † hæreditaria, dubium non est, quin ea possessor (si ea 10 † aut possideat, aut post petitam hæreditatem dolo malo fecerit, quo minus possideret) debeat restituere.

¶ Sed pensiones, quæ ex locationibus prædiorum vrbanorum perceptæ sunt, venient [p] licet à lupanario perceptæ sint. Nam & 11 † multorum honestorum virorum prædiis 12 † lupanaria exercentur. [q]

A quolibet possessore omne lucrum aufertur. B.

Paulus libro 20. ad edictum.

LEX XXXI.

POst senatusconsultum. n. omne lucrũ auferendũ [r] esse, tam bonæ fidei possess. quã prędoni, dicendum est.

a *Persona.*] sed nonne est iniquitas, q rem suam perdit verus hęres, vt inf. de reg. iur. l. id quod nostrum. maximè cum culpa amisi pretium? Resp. non, arg. inf. de ver. obli. l. si seruum. §. sequitur. nam duo hic de damno contendebant: præterea cum pretium sit loco rei, & amittatur, res amissa vr. Item, si à possessione cadat. & venit ad verum dñm, an competat Publiciana? Rñ. non, quia non datur ꝯ dñm: agendo ergo de euictione remanet in damno bonæ fidei possessor, sed hoc non fit in petitione hæreditatis: vel dic hoc fallere hoc casu, vt & alias ∫. eo. l. etiam. § q si quis.

b *Emptorum.*] i. emptores ex sua persona habent exceptionem: nam dicent, cõuenias venditorem, qui tibi paratus est rñdere, q dicere licet, vt inf. famil. ercis. l. plane, in fi. Et no. q spõtanea oblatio prodest, vt hic, & dixi supra de alte. iud. l. quia. §. fi.

c *Actor.*] i. hæres ab eo qui exegit. Azo.

d *Multo magis poterit.*] quàm in superiori casu: ∫. enim ratum non habuit. Azo. vel magis, s. quàm contrarium. Accur.

e *Submoueri.*] s. ab emptore. videtur enim potius elegisse pretium habere, quàm rem, sicut video in lege commissoria. vt infra de lege commiss. l. pen. & liberatur hic emptor ipso iure, vt arg. inf. eo. si quid possessor. § fin. & infra prox. respon. Non ob. id verbum, exceptionis, quod est hic, subaudi enim. s. intentionis Accur.

f *Sed & si id.*] probat prædicta ad exemplum aliorum debitorum.

g *Bonæ fidei.*] aliàs incipit lex, & aliàs non: & concordat infra de solut. l. qui hominem. §. si prædo. Accur.

h *Sunt exacta.*] hæc enim veniunt, vt hic. Sed contra, C. de transact. l. Imperatores. §. fi. Sol. vt ibi. Item no. ex eo, quod hic dicit, quod hæc actio est mixta in rem, & in personam, vt C. eo. l. hæreditatis.

ADDITIO Dic secũdum Bar. q istud est impossibile, q vna actio sit mixta in rem, & in personam, quia duæ species differentes non cadunt in eodem indiuiduo, vt puta, q vna persona esset hõ, & asinus: sed bene verum est, prout tamen hic iacet, quod petitio hæreditatis est in rem, quod apparet: quia sicut cæteræ reales datur ad declarandum, ita & ista, vt l. licet, supra eo. Sed de hoc vide latius per Bart. hic.

i *Hoc senatusconsultum.*] quod est supra eod. l. item veniunt §. cum antequam.

K. *Placet.*] hoc quantũ ad fructus, & similia, non aũt per oĩa: nã oĩa veniunt in hac actione, non tñ in iudicio famil. ercisc. vt ∫. fam. ercis. l. fundus qui §. si. & l. 2. in fi. Item vsucaptæ ab hærede in illud iudicium veniunt, vt inf. famil. ercis. l. veniũt. non aũt in actionem istam, vt ∫. e. l. & non tñ. §. si pro emptore.

l *Diuidi.*] cum talia sint, q pñt commodè recipere diuisionem: vel dic, diuidi. i. in iudicium diuisoriũ venire. l. famil. ercisc. sunt. n. multa, q commodè non recipiunt diuisionem, vt equus homo, & similia, vt Instit. de offi. iud. q si commodè. Accur.

m *Partus.*] i. fœtus. Accur.

n *Ancillarum existimantur.*] vt Insti. de rer. diuisio. §. partus. & est ratio p hominum dignitatẽ, vt infra de ædil. edic. l. iustissimè. Sed est ar. contra, inf. de act. emp. l. si sterilis.

o *Quippe.*] hæc est sufficiens rõ, i. probabilis, non est necessaria. sic sup. quod met. cau. l. si cum. §. ideo. Res enim commodata, & deposita nõ est hæreditaria, venit tamen in petitionem hæreditatis, vt supra eo. l. & non tantum.

p *Veniunt.*] imò non, cum non sit honesta pstatio, vt ∫. de vsu l. generaliter. q est ꝯ. Sol. hic veniunt iudicis officio, vel petit. hær. q adhuc non erat bo. fidei, vt arg. Instit. de act. §. actionum. in fi. vel hic erãt pceptæ, & iõ veniũt, ne lucretur possessor vt ∫. eo. l. si possessor ex. ibi nõ: & sic percipiendo non veniunt. Item ꝯ in Auth. de lenonibus. vbi dicit talem domum publicari. licet publicetur, si accusator existat, si tamen non existat, percepta pensio venit, vt hic.

q *Exercentur.*] vt arg. inf. de instit. l. cum interdum. sed arg. contra, infra de vsu, & habi. l. non aliter.

r *Post senatusconsultum Auferendum.*] vt infra eodem, l. si à patre. §. si prædo, in fine. & infra depositi, sed si non sit hæres. & infra de rei vendicatione. l. Iulianus. §. sed & fructus. & infra mandati, l. ex mandato, Accursius.

8 † Aliàs deest
2 † Fl. minori.
3 † Fl. deest, sit.
4 † Bl. mi &.
5 † Aliàs siue etiam.
6 † Fl. sic.
7 † Aliàs deest iudi.
8 † Aliàs esse quasi ad augmentum.
9 † Fl. fuerit
10 † Fl. deest, in.
11 † Aliàs deest, &.
12 † Prædiis.

Vlpianus li. 15. ad edictū.

LEX XXXII.

Mercedes plane a colonis acceptę, loco sunt fructuum. a operę quoque seruorum in eadem erunt causa, qua sunt pensiones, item vecturæ nauium, & iumentorum.

Bonæ fidei poßeßor tenetur restituere sortem & vsuras quas exegit, vel actionem cedere, prout ipse elegerit: licet Julianus aliter senserit. Bart.

Paulus lib. 20. ad edictum.

LEX XXXIII.

Iulianus scribit, actorem 1 † eligere debere, vtrum sortē tm̄, an & vsuras velit cum periculo nominū agnoscere. b At qui ꝭm hoc nō seruabimus 2 † quod senatus voluit, bon. fidei possess. teneri, quatenus locupletior sit. Quid. n si pecuniam eligat c actor, quæ seruari non pōt? d Dicendum itaq; est, in bonæ fidei possessore, hoc tantummodo eum pstare debere: id est, vel sortē & vsuras eius, si & 3 † eas percepit: vel nomina, cum eorum cessione in id facienda, quod ex ijs adhuc deberetur, periculo, s. petitoris.

Ista lex ē difficilis. Et primo loquitur ī poßeßore soluente creditoribus hæreditarijs. Secundo de eo quod ipsi poßeßori debebatur. Tertio, qualiter poßeßori negligentia īputetur. Quarto de eo quod poßeßori est solutum, Secūda ibi, Sed et si. Tertia ibi, Sicut autem. Et prima pars breuiter b. d. Quod poßeßor soluit creditoribus hæreditarijs, imputat petitor, vt caueat de defendendo si fuerit bo. fi. pos. alias secus. hoc dicit. Et ista pars primo ponit vnū dictum. Secundo recitat dictum Iuliani. Tertio illud examinat. Secunda ibi, & ideo. Tertia ibi. Sed an & bo fid. Bart.

Vlpianus lib. 15. ad edictum.

LEX XXXIIII.

Si quid possessor e soluit creditoribus, f reputabit, g quāq; ipso iure non liberauerit petitorē * hæreditatis. Nā quod quisque 4 † suo noīe soluit, non debitoris, h debitorē non liberat. Et ideo i Iulian. li. 6. digestorum scribit: id ita reputaturum k 5 † possessorē, si cauerit l se petitorem defensum ire 6 † ¶ Sed an & bo. fidei possessor debeat, ad defendēdū 7 † cauere, videndū erit. qa m in eo ꝙ soluit, non vr̄ locupletior factus; nisi forte habeat condictionem: n & hoc nomine videatur locupletior: o quia poterit repetere. p finge etenim eum, dum se hæredem putat, soluisse suo nomine. q Et videtur mihi, Iulianum de solo prædone, vt caueat, sensisse, non etiam de bonę fidei possessore: con-

a Mercedes. Fructuum] vt inf. de condi. inde. l. si vrbana. & inf. de rei vend. l. si nauis. Acc.

Iulianus.] CASVS. Titius bo. fi. pos. hær. ad me perti. & pecuniam ex hæreditate mutuauit, quæritur an mihi eam statim de suo præstare dēat, an non: & quidam iuris c. l. Iul. dicit quod tenet de suo ad sortem, & et ad vsuras, siue exegerit, siue nō, & sic dicebat fore in electione mei petitoris an sortē petā? & Titius, an hr̄et actionem contra illum cui mutuauit, s. d Iul. male dixit: quia dictum suū hr̄et locū cū esset ma. fi. pos. quia tunc hēt locū dictū Iul. alias haberet ꝫ senatusc. qd dicit bo fi. pos. non teneri nisi locupletior esset, sed si esset bo. fi. distingueretur: quia aut exigit, aut non. Secundo casu sufficeret si mihi cederet actionem. Primo casu tenetur dare mihi quod exegit, & sortem & vsuras. Viui.

b Agnoscere.] bene scripsit iu ma. fi. pol. Sed ipse Iulianus etiā in bo. fid. pos. dixit hoc esse uerum, vnde reprehenditur, quia senatus uoluit eum teneri inquantum locupletior ē, & nō ultra.

c Eligat.] a bo fid. pos. vt soluat de sua bursa.

d Non potest.] ppter inopiam debitoris.

Si quid possessor] CASVS. Possessor ma. fi. hæreditatem possedit, & de suo proprio soluit creditoribus: ipse autē per hęr. conuentus a vero hærede, aliquid deducere uoluit. dicitur quod potuit: & tamen uerus hæres non liberabit, ipso iure, sed per excep. quia eius noie nō soluit: sed dr̄, ꝙ possessor qui soluit, non alias pt imputare, q̄ si ille pos. paratus sit cauere ꝙ verum hr̄dem defenderet, si iterū a creditoribus cōueniretur hr̄ditarijs & hoc in prima. In secunda dicit, nūquid si bo. fi. pos. de hære uel de suo soluit, an similiter cauebit de defendendo verū hr̄dē. Et dicit ꝙ nō, ueruntamen cōdictionē inde. q̄ nomine suo habet, cedere ei debet Itē dicit, ꝙ verus hæres conuentus a creditoribus hæredi quibus solutum est, excipere potest de dolo.

¶ Sed & si.] Si vero erat ma. fi. l. pos. qui hære possedit, & aliquid de hære ei debeatur: id soluere sibi non debet, nisi debitum fuerit pœnale uel alias onerosum: aliter est in bo. fid. pos. In quarta parte dicit quod ma. fi. pos. poterit deducere quæ impendebat circa res hæredi puta, gratia colligendorum fructuum. Si vero quæ facere debuit, non fecit, tenetur, nisi sit bo. fi. pos. tunc ei licitum est rem possessam negligere, sicut & suam. Si vero ma. fi. pos. debitores hære. non conuenit, & interim facti sunt non soluendo, vel tpe liberati actione tpali, hoc casu non imputabetur ei, cum non habuit, nec potuit experiri quod verò solutum est, illud hæredi statuendum est in isti ncie & si restituitur, ipso iure liberantur debitores qui ei soluerunt. Viuianus.

e Si quod possessor.] bo fi. vel ma. fi. sed in cauendo distinguitur statim, & non in hac l. prosequit gl. s. de neg. gest. l. si pupilli. § quid ergo quæ incipit, ipsa gestione.

f Soluit creditoribus] s. de suo. Sed mirū vr̄, ꝙ verus hæres liberetur solutione tali, & per exceptionē, cū possessor hēat cōdictionē indebiti quia suo noīe soluit, vt j. de cōdict. inde. l. si per errorē. § j. non ergo patit liberationē: ut eo ti l. cū is. § 1. Sed posset rñderi, q liberat, cum postea soluens constituit in aīo suo pecuniā esse solutam noīe hr̄dis: ꝭm Io. & Bul. vt dixi s. de neg. gest. l. si pupilli. § item quæri. Sed tu dic ꝭm Azo. & Hu. ꝙ soluit de pecunia hæreditaria, sed noīe suo: & si nō ea consumpta, non aū, hēt cōdictionē indebiti. Quid ergo iur sim aū cōsumptionē? Rn̄. vendicabit, nec opponitur cōpēsatio, ut j. de pec. l. si creditor. § j. Sed liberat per exceptionem uerus hr̄s, cū cedat a possessore condictio indebiti, & ꝭm hoc proprie ponit verbum, reputabit, ut s. de neg. ge. l. Nesēnius. Sed ꝭm superiorem lecturam impropriè, i. dedu et. si autē soluisset noīe hr̄ditario, liberatur hr̄s ipso iure, & datur bo fid. pos. & ma. fid. retentio ex hr̄ditate si de suo soluit: sed in cauendo distinguitur statim, vel si velit habeat act. neg. gest. vt C. e. l. fin. § fin autem.

g Reputabit.] Officio iudicis.

h Nō debitoris.] s. noīe.

i Et ideo] quia non liberatur ipso iure.

k Reputaturum.] Officio iudicis. Azo.

l Si cauerit.] sed quid facit hæc cautio, cum & sine ea habeat exceptionem verus heres, vt subijcit? Resp. non est superuacua, quia cauet possessor se probaturum illis solutionem factam, sic etiam respondetur inf. eo. l. pen. & infra de rei ven. l. si is a quo. & l. a quo.

m Quia.] supple, videtur quod non, quia, &c.

n Condictionem.] s. indebiti, uel ab initio, cum de suo soluit, vel post consumptionem quando de hæreditate.

o Locupletior.] si est locupletior, cum hēat condictionē, ergo de hæreditate soluit, uel si de suo, licet haberet condictionem, non tñ esset locupletior quod est contra Io. sed ipse dicit quod etiam tunc esset locupletior si primo de hæreditate deduxit, & postea condiceret.

p Repetere] vt inf. de reg. iur. l. qui actionem.

q Suo nomine.] i. sed, ex sua persona debitum æstimando

1 † Al. per debitorem.

2 † Flo. obseruabimus.

3 † Flor. debet.

* i. ipsum verum hæredē a debito hæreditario. Bal.

4 † Fl. quis.

5 † Flor. ita id imputaturum.

6 † Iri.

7 † Defendendo Fl. debeat defendendum cauere.

dictionem tamen præstare debebit. [a] Sed & petitor, [b] si à creditoribus conueniatur, exceptione vti [c] debebit, [d]

Malæ fidei possessor quod sibi debetur, non deducit, nisi hoc petitori expediat: secus in bo. fid. possessore. Bartolus.

¶ Sed si 1 † ipsi prædoni aliquid debeatur, 2 † hoc deducere non debebit: maximè si id fuit debitum, quod natura [e] debebatur. [f] Quid tamen si expediebat petitori id debitum esse solutum, propter pœnam, vel aliam causam? [g] Potest dici, ipsum sibi vel soluisse, vel debuisse si soluere.

1 † *Al. fid & f.*

2 † *Fi. debebatur.*

¶ Iustus autem possessor dubio procul debebit [i] deducere quod sibi debetur.

Malæ fidei possessor deducit sumptus factos in hæreditate, & contra eũ habetur rõ negligẽtiæ, præterquam in actionib. exercendis; sed bonæ fidei possessori non potest negligentia imputari. Bartolus.

¶ Sicut autem sumptum, [k] quem fecit, deducit, ita si facere debuit, nec fecit, culpæ eius redderet rationem; nisi bonæ fidei possessor est. Tunc enim, quia quasi suam rem neglexit, nulli querelæ [l] subiectus est.

mando secundum H. non ergo est dubium quin bon. fid. pos. ex suo nomine & hæredis, siue hæreditario nomine (quod idem est) debitum soluere possit: licet sui contemplatione faciat. sic sup. de neg. gest. quæ vtiliter. §. fi. Azo. Sed si non apparet cuius nomine soluit, quid præsumam? In fideiussore enim oportet, quod exprimatur, vt infra manda. l. Papinianus. Sed ĩ hoc potes distinguere, an ante motam controuersiam, ut tunc suo nomine: an postea, & tunc nomine hæredis vel defuncti.

a *Debebit.*] etiam bonæ fidei, scilicet indebiti, sed malæ fid. non habet condictionem, vt statim dicet.

b *Petitor.*] tria tempora no. si bo. fi. possess. soluit de hæreditate suo nomine, ante consumptionem. Item post cõsumptionem, & ante cessionẽ. Item post cessionem. Primo, sola vendicatio. Secundo, exceptio hæredi & condictio soluenti, vt statim dicetur. Tertio, etiam compensatio hæredi, & condictio; & quod hic dicit, sed & pets, scilicet post consumptionem.

c *Vti.*] his casibus, scilicet cum prædo soluit, quia non est repetitio. Item & ubi est repetitio puta, quia bon. fi. possessor soluit, & computauit, vel deduxit: licet cessio facta non sit. nam ea facta habet quid compenset.

d *Debebit.*] in omni casu, etiam quicunque soluit, bon. fi. vel malæ fi. si tamen solutum repetat a uero hærede: quod potest per actionem nego. gest. cum de suo soluit, ut su. de neg. gest. l. fi. §. fi. vel repetat, ut in prin. huius l. Sed & dat ei soluenti condictio indebiti contra eum cui solutum est, vt hic dicitur: & eandem sibi cessam intendit hæres, in cuius remedium compensationis forte exceptionem habet hæres verus. Et ut omnia sint clara, distingue cum possessor soluit aut soluit de suo, aut de hæreditate. Item, aut debitum, aut indebitum. Item, aut bo. fi. aut ma. fi. l. Si bonæ fidei, aut nomine veri hæredis. aut defuncti, aut suo: si nomine defuncti, vel hæredis, & debitum bo. fi. l. poss. s. soluit. si de suo cum ipso iure liberauit hæredem, habebit actionem neg. gest. ut C. eodem, l. fi. §. sio autem ex contrariis. Nec obstat quod dicitur supra de in. l. de qua re. §. cum absentem. ibi enim soluit eius nomine quem viuere credebat, & ideo hæredem non ipso iure, sed per exceptionem liberat, & cessat indebiti cõdictio in casu præmisso, cũ nomine hæredis soluit, ut C. eodem, l. de hæreditate, si autem de hæreditate soluat, similiter ipso iure liberatur hæres, unde & cessat indebiti condictio: & possessor ea quæ soluit potest imputare hæredi, ut & tanto minus debeat condemnari, quanto liberauit hæredem, nihil autem ab eo repetit, quia quod soluit hæredis fuit, si vero suo nomine, & de hæreditate soluat, potest reputare hæredi similiter, quia per exceptionem liberatur, ut hac l. in principio. & §. sed & petitor. si autem de suo, & suo nomine soluit, condictio indebi. habet, ut hic dicitur, & infra de condictio. indebi. l. si pœna causa. §. quamuis. quam cogetur cedere si imputare velit hæredi. & reddi sibi ab hærede per actionem negotiorum gestorum: quia cum velit cedere in debitum veri hæredis: dicit Bul. eum per exceptionem liberatum, vt hac l. §. sed & petitor & hoc secundum Ioan. & Bulg. ego contra, vt not. supra de negotijs gestis, l. si pupilli. §. item quæritur, si autem ma. fid. possess. soluit de suo, & nomine hæredis ipso iure est hæres liberatus: ideoque actione neg. gest. tenetur si de suo soluit, ut dicta l. §. sin autem ex contrariis, & C. eodem, l. fi. si de hæreditate, idem quod supra, si vero suo nomine soluit, de hæreditate, uel de suo, secundum Io. non tamen est liberatus ipso iure hæres, sed per exceptionem, ut hic dicitur. si tamen uelit repetere, cauebit de defensione. Condictio tamen indebi. nullo casu habet locum, quia sciens suo nomine soluit indebitum, nam ex quo scit se non hæredem: ergo scit se non debere ut hæredem: aut si nomine hæredis soluit, non repetit: quia debitum erat, & ideo cedere non potest, nisi stipulatus fuerit reddi sibi, si euicta fuerit ab eo hæreditas. Et hæc omnia cũ debitum solutum est; si vero de suo, & suo nomine: non condicet. Item negotiorum gestorum agit secundũ Azo. Quid ergo? vel dices eum perdere, & creditorem lucrari, uel dices seruari opinio. Io. & Bul. pone fuit oblitus de retentione, dices ergo secundum Ioan. hæredẽ habere exceptionẽ postquam ille in animo statuit, quod pro vero debito cedat si euicta fuerit ab eo hæreditas. Et hæc omnia cũ debitum solutum est. si vero indebitũ soluatur, si quidem a bonæ fidei possesso. & de hæreditate, constat quod repetat, ut tanto minus debeat condemnari, cessat tamen condictio indeb. quam habet, vt supra eodem, l. quod si in diem, §. fin. in fi. si vero de suo soluit, bonæ fidei possess. non repetit ab hærede, ut sup. eodem l. si possessor. §. bonæ fidei, in fi. nisi iustissima fuisset in bonæ fidei possess. ignorantia: vt diximus supra eodem l. quod si possesso, quanquam ex l. illa distingui possit, vtrum ante motam controuersiam soluisset bonæ fidei possess. indebitum, ut tunc ab hærede deduceret: an postea, ut tunc ab hærede nihil haberet. si uero malæ fidei possessor soluit, siue de suo, siue hæreditate indebitum soluit, non repetit ab hærede, neque in restitutione hæreditatis hæredi etiam reputat. Quæritur si bonæ fidei possess. soluit naturale debitum, & in restitutione hæreditatis non deduxit: an agat negotiorum gestorum, quod uidetur, quia debitum, ut infra de dona. l. hoc iure §. penul. & ne sit in damno. Et contra quod non: quia non fecit vtile negotium. Item quia huius debiti est retentio, non repetitio. Accursius.

e *Natura*] s. tantum.

f *Debebatur.*] s. a defuncto præter sumptum in rem hæreditariam factum utiliter. unde meliores res sunt factæ, ut infra, eo. §. sicut, &c.

g *Causam.*] vt vsurarum.

h *Debuisset*] & sic pœnam non esse commissam, ut hic, & inf. de sol. l. Titia. alias autem non soluit sibi, ut su. prox. §. & inf. de sol. l. attchum, §. si creditor.

i *Debebit.*] etiam naturale debitum, secundum Ioan. nec enim est donatio. vt infra de do. l. hoc iure §. penul. Accursius.

K *Sumptum.*] gratia querendorum fructuum factum, vt infra eodem, l. si a patre, § final. & l. sequ. & sic expediebat hunc sumptum fieri, alioquin aliud erit in hoc sumpto, quam in eo quod a defuncto extraneo debetur, cum illud indistinctè repetatur, uel reputetur, cum sit debitum creditori, & nota hic, quod bonæ fidei possess. & ma. fidei deducit sumptus, & ea quę creditori soluerunt, siue suo nomine, siue hæreditario soluerunt, sed malę fidei cauet de defendendo, bonę fidei non. Item bonæ fidei omnia debita deducit: malæ fidei solus sumptus, & soluta creditoribus, ut tamen de hæreditate fiat deductio per compensationem quantitatis ad quantitatem.

l *Nulli querelæ*] not. quem posse negligere rem quam tenet ut suam. et infra solu. mat. l. etiam. § licet & supra eodem, l. sed & si lege §. consuluit. Sed arg. contra infra de rei ven. l. non solum. Sed ibi erat ma. fi. ut institu. de his qui sunt sui, vel al. iur. §. sed hoc tempore, & inf. ad l. Aquil. l. si eo.

Postea

a *Postea verò.*] vt sup.eo.l.sed si lege,§ si ante,& C.eod.l.
a & l.e.in fi.
b *Debitores*] scilicet hæreditarij.
c *Liberari*] si tempore,nam nemo sine actione experitur, vt infra,de admi tut.l.quoties.§ item temporali. Sed contra supra eod.l.sed & si lege,§.quod autem ait. Sol.ut ibi, sed an debeat curatorem petere bonis? Respon. non:quia sibi contrarius esset.
d *Placet.*] vt sup.eo.l.sed & si lege,§.si minore,& ℸ.de solu.qui hominem, §. si prædo.& ℸ de cond.ind.l si urbana & sup.eo.l post senatus.

PEr seruum] CASVS. Patré habui qui testamentum fecit,& extraneum sibi hæredem instituit.& & me filium exhæredauit, uel preteriuit: egi ego filius querela inof.& obtinui.quæro utrum non tantum hæreditas, sed etiam quæ acquisiuit seruus mihi restituantur.Vi.
e *Per seruum*] s.hæreditarium.
f *Hæredi.*] qui obtinuit in querela Azo.
g *In hæreditate*] i.cũ petitur ab intestato hæreditas.Item & cũ agitur querela inoff. testa. & sequitur rõ t cum idest,quia in bonis essent hæredis, s. futuri qui proponit querelam: qui in eo interim dicit hęres, quia actionem habet. Vel dic hæredis, scilicet ueri.& legas, cũ, pro,quamuis. secundum Ioan & sic sunt interim hæredis.scilicet restituantur, vt arg.ℸ.de ædil.edic. l. & generaliter dicendum,& C. de re.vxo.act.§.cumque.Ac.
h *Cum.*] ponitur pro quamuis
i *Hæredis*] scripti,secundum Azo.

NIsi] CASVS. Addit unum dictum ad l. præcedentem.
¶ *Iulianus.*] Hęre.ad me perti.ma.si posse disti,& seruum hæreditarium inutilem alienasti. si ago peti hæred.& obtineo:tan debeas pretium restituere, vel illum seruum venditũ, queritur?& respondeo quod pretium restitues. Si uerò necessarium,si viuit,ipsum:si mortuus est,pretium:licet quidam dixit,sed male, quod hoc casu non tenetis ad pretiũ. Viuianus.
k *Stipulatus sit.*] s.seruus,ut infra,de rei uen.l.præterea, & idem si ex opera,vt inf.de acq.re.do.l.quæsitum,& l.g bona,sed hoc casu,& quando ex opera restituit, vt argum,

1† *Al.deest.*
2† *Al.deest.*
3† *Al.deest.*
4† *Al. & quidem si restituit.*
*Not.ex illa l.cum glo. pendente adhuc querela inoff.testa. durat hæres scriptus in testamento secundum Bal.
5† *Al.deest.*
6† *Al.deest.*

ctus est ante petitam hæreditatem: postea verò a & ipse prædo est.

¶Illud planè prædoni imputari non potest, cur passus sit debitores b liberari, c & pauperiores effici: 1† & non eos conuenerit, quando 2† actionem non habuit.

Quod possessori est solutũ indistinctè restituit,& debitores liberantur. Bar.

¶Quod autem possessori solutum est, an restituere debeat, videamus Et siue 3† bonæ fidei possessor fuit,siue nõ, debere restituere placet: d & si 4† quidem restituerit (vt Cassius scribit,& Iulianus lib 9.) liberari ipso iure debitores.

Quæsita per seruum hæreditarium extra rem possessoris, veniunt in actione.Bar.

Paulus lib 20. ad edictum.

LEX XXXV.

PEr seruum e * acquisitæ res,hæredi f restituendæ sunt, quod procedit in hæreditate g liberti, 5† & cum de inofficioso agitur: cum h interim in bonis esset hæredis. i

Vlpianus li. 15.ad edictũ.

LEX XXXV.

NIsi ex re hæredis scripti stipulatus K sit.

Si venditur res non necessaria hæreditatis posse. malę fid.tenetur ad pretium: si necessaria, si non extat,ad pretium:alias ad rem,si extat.Bar.

¶Iulianus scribit, si hominem possessor l distraxerit, si quidem non necessarium hæreditati, petitione hæreditatis pretium m præstaturum: imputaretur enim ei, 6† si non distraxisset. Quod si necessarium hęreditati,si quidem vi uit,ipsum præstandum: si decesserit,fortassis n nec pretiũ. Sed non passurum iudicem qui cognoscit, possessorem pretium lucrari, o scribit, & verius est.

Filiusfa. ex testamento habet hęredem, & ideo eius potest peti hæreditas. Bart.

Paulus lib 20.ad edictum.

LEX XXXVII.

FIliusfamilias 7† militis p puto peti posse hæreditatem ex testamento nobis obuenientem.

Si filius vel seruus teneat hæreditatem, uel eius pater,vel dominus,potest cõueniri hac actione Bar.

¶Si seruus vel filiusfamilias res hæreditarias teneat, à patre, q dominove, peti hęreditas poterit, r si facultatem restituendarum rerum habeat. Certè si pretium rerum hæreditariarum venditarum in peculio serui habeat, Iulianus existimat posse à domino,[quasi à iuris s 8† possessore] hæreditatem peti.

Caius li.6.ad edic.prouin.

LEX XXXVIII.

IDem Iulianus ait,ẽt si 9† nondũ pretia rerũ t consecutus sit seruus posse à dño, quasi à iuris possessore, hæditatẽ peti: u quia hẽt actionẽ, x qua eã pecuniã consequatur: quæ quidẽ actio y ẽt ignoranti z acquireretur. 10†

Petitio hæreditatis, quæ datur contra patrem vel dominum non habet naturam actionis de peculio,nisi quatenus datur ad personales præstationes.Bar.

infra de ædil.edict.& generaliter.
l *Possessor.*] s.ma.fid.ut innuunt sequentia, imputaretur enim &c.quod in bo fi.pos.non diceret,ut supra eo.l.6 quid possessor,§ sicut.
m *Pretium.*] scilicet tantum, secundum quosdam & fit ett contra sup.eod.l.si possessor,§. sed si fortè Sol.ut ibi:quia hic ante petitam hęreditatem,ibi post alienauit res steriles. Accur.
n *Fortassis.*] non solum seruum Azo.sed hoc statim corrigitur.
o *Lucrari.*] contra videtur quasi ex sua negotiatione esset lucratus,vt argu.inf. de hæc.vel actuen.l. uen ditor ex, & infr.ad l. fal.l.3 §.pen. quo autem ad pretiũ, dic, ut supra eo.l.si poss.

FIliusfamilias.] CASVS. Filiusfamilias miles fecit testam.in castrensi:& me instituit:tu illam hæreditatem possides.an possim pro illa hæreditate agere,quæritur. Et resp. q sic.
¶ *Si seruus.*] hæred.ad me perti. possides tu filiusfamil. quem conueniam,uel te,vel patrem tuum? Et de hoc ponit tres casus, quia aut res possides,aut distraxisti, & pretium habes, aut pretium non habes. Primò casu conueniam patrem tuũ. Idem in secundo.quãdo pretium habes. Idem in tertio quando pretium non habes,sed debetur:quia semper patrem tuum conueniam. Viuianus.
p *Militis.*] hodie etiam non militis ab intestato, ut in auth. de hęred. ab intesta. §.1.colla.9. sed olim tãtum militis ut hic, & institu. de his qui testa.fa. non poss. in princ.& inf de iur. & facign.l. regula,§. si filius.
q *A patre.*] licet possidere non videatur. sic & infra,de tabu.exhib l locum, §. si penes,& ℸ. de iu.dot. l. quemadmodum. § 3.
r *Poterit.*] idest res illæ per petitionem hæreditatis.

7† *Al.filiusfa. militari.*
8† *Inclusa uerba delet Cuiac.lib.12. obser.ca.8.*
9† *Al.& si.*
10† *Pet.sic num.*

s *A iuris.*] idest peculii.
t IDem *Rerum.*] venditarum. Accur.
u *Hæreditatem peti.*] idest pretium per petitionem hæreditatis.
x *Actionem.*] scilicet ex uendito.
y *Quæ quidem actio.*] scilicet ex vendito.
z *Ignoranti.*] scilicet domino.

Si à patre.] CASVS. Filiusfa. vel seruus hære. possedit, qui res hær. distraxit, quæritur, si filio emancipato, vel seruo manumisso, possit cum patre vel domino experiri intra annū: & si agitur, an deducit quod sibi dētur? Et respō. ꝙ agere potest, & perpetuo, nec quicq̃ pr̃ vel dñs deducet: quia rōne hæreditatis conuenitur, & non alterius debiti. & hæc vera sunt, qñ seru⁹ vel filius habuerit pretium ex hære. Cæterum si nō habeat pretium, sed ideo conuenitur pr̃ vel dñs illi⁹ noie, quia filius vel seruus cum defuncto contraxit, tunc de peculio tenetur dñs vel pater, & quod sibi debetur, deducet. Si vero pretium recepit de re hær. seruus uel filius, & id consumpserit: pater vel dominus de peculio tenetur.

¶Sed & à filio.] Dicit ꝙ pater ex superioribus, s. ꝙ pr̃ nomine filij, & dñs noie serui poterit conueniri: an aūt filius pet. hær. possit conueniri? dicit ꝙ sic. sed pone, dum erā mei iuris, possidebam hær. deinde dedi me in atro. multo fortius conueniendus ero.

¶Si possessor.] Malæ fi. pos. seruum hæred. interfecit. tenetur pet. hær. & ac. l. Aquil. tñ si vna actione fuit cōuentus & condemnatus, debebit hæres cauere se aliàs non acturum, & hæc sunt vera, si seruus ante aditam hereditatem fuerat interfectus, quia si post, hære. pet. non habet, sed act. l. Aquil.

Paulus lib. 20. ad edictum.

LEX XXXIX.

Si à patre vel à domino, 1† qui pretia possidet,[a] hæreditas petatur,[b] an filio vel seruo mortuo, vel seruo manumisso, vel emancipato filio,[c] intra annum agi[d] debeat? & an debitum sibi dominus vel pater deducere possit? 2† Iulianus uerius esse ait (& 3† id Proculus quoque respōdit) perpetuo actionem dādā, nec deduci oportere id, qđ ipsi debetur: quia non de peculio agitur, 4† sed hæreditas[e] petitur: hæc rectè, si pretia habeat[f] seruus, vel filiusfa.[g]

¶Quod si propterea hereditas petatur a dño, ꝙ seruus debitor[h] fuit, perinde haberi debebit, atque si de peculio ageretur.[i] Idem dicēdum[k] Martianus 5† ait, etian si pecuniā ex pretio 6† perceptam seruus, vel filius consumpserit,[l] sed si 7† alias ex peculio eius solui potest.

Hac actione potest filius fa. conueniri & per translationem in paternam potestatem, hæreditatis petitionis, cœptam instantiā non extinguit. Bar.

¶Sed & a filiofa.[m] peti hæreditatem posse non est dubiū: quia restituendi facultatem habet, sicut ad exhibēdum. Multò magis dicimus posse peti hæreditatem a filiofam. qui cum paterfam. esset, & possideret hæreditatē, arrogandum 8† se præstauit.[n]

Pro seruo occiso à malæ fidei poss. datur hæc actio, & l. Aqui. sed altera debet esse contentus; sed si post aditam hæreditatem fuerit occisus, l. Aqui. tantum competit. Bart.

¶Si possessor[o] hæreditarium seruum occiderit, id quoque in hæreditatis petitionem 9† veniet. Sed Pompo. ait actorem 10†[p] eligere debere vtrū velit sibi eum condemnari,[p] vt caueat[q] se non acturū lege Aquilia, an malit integram[r] sibi esse actionem legis Aquiliæ, omissa eius rei æstimatione[s] a iudice. Quæ electio locum habet, si ante aditam hereditatem[t] occisus sit seruus. nam si postea, ipsius[u] actio[x] propria effecta est: nec veniet in hæreditatis petitionem.

Re à prædone vendita perempta, est electio actoris vtrum pretium iustum vel conuentum exigat. Bart.

¶ Si prædo[y] dolo desierit

a Possidet.] per filium vel seruum.

b Petatur.] sic fit cōtestatio litis ut infra rem rat. hab. l. amplius non peti.

c Filio.] & dicto pretio remanente apud patrem, vel dominum, vel non remanente, cum iam sit mota controuersia: unde de culpa tenetur, ut sup. eo. & non tantum § lino. quæ est si non retineat, ut infra de tribu. l. ꝙ in hæredem. § si seruo Accur.

d Agi.] id est peragi. cœperat enim agi.

e Hæreditas.] no. originalē cām inspici, ut, ī. de do. l. q. id.

f Habeat.] tempore quo cępit agi.

g Seruus vel filiusfam.] & per consequens dominus: & sic dominus tenetur in id quod ad eum peruenit, ut inf. de pecu. l. deposui in prin & sup. de min. l. quod si. §. si seruus.

h Debitor.] s. de funct.

i Ageretur.] ut intra annum agat & deducat.

k Dicendum.] quod in proxi. casu dixi, vt innuit in fi. huius respon.

l Consumpserit.] ante lit. conte. vel controuersiam motam, etiam ubi tantundem de suo erogasset. & sic factus est locupletior, ut inf. l. sed & si lege. §. quod autem quis: sicque siue seruus fecit bo. fid. siue ma. fi. tenetur dñs de pecu. ut ĵ. de pecu. l. licet. §. ex furtiua. alioquin si in nihilum factus est locupletior, sed rem hæreditariā deteriorem fecit: si quidem erat ma. fi. po. hic seruus conuenitur noxal. ex lege Aquil. uel furti dñs. si bo. fi. in nihilum, quia re sua se uti putauit, ut s. eo. l. sed & si §. consuluit. & ĵ. eo. l. illud. §. fin.

m Sed & à filiofa.] non solum à patre. Azo. à seruo autem non: quia in iudicio esse non potest, ut C. de iud. l. seruus.

n Præstauit.] alias præstauit, alias præstitit. & aliàs præbuit.

o Possessor.] s. ma. fi. alias. n. nulli querelæ est subiectus, ut ŝ. eo. l. quid si possessor. §. sicut. a sed opponitur ad finem §. quia nec in malæ fidei videtur habere locum: quia & si post aditam hæreditatem ma. fi. pos. occidat, teneri debet petitione hæreditatis, cum. n. adita hæreditatæ à uero hærede sit obligatus rem tradere p pet. hær. & rem perimat, nō debet liberari eius interitu, ut ĵ. de uerb. obl. l. si legati, at hic dicit non venire ammodo in pet. hær. Præterea si alius occidisset eum, tenetur hic possessor pet. hæ. quia fuerit in mora. cur ergo non idem & si ipse occidat? Ad hoc rñ. Io. verum est quidem ꝙ pet. hę. ad seruum restituendum tenetur, etiam si post hereditatem aditam occidat, sed non tenetur ideo quia occidit, sed quia seruum habuit prius, & mala fide possedit eum quem restituere erat obligatus, de hoc. n. erat hic tm̃ quæstio, an obligatio damni dati deuoluetur in pet. hęr. & dicit ꝙ non sit post aditam hære. sed ante.

p Condemnari.] s. peti. hæreditatis

q Caueat.] non uidetur opus esse cautione, quia utraque intēdi non potest, & si nō caueat, ut diximus ŝ. nau. cau. sta. idem. §. fin. Sed fortè cauet propter impensas, ut infra de rei vēd. l. non solum. Alij dicunt ex abundanti caueri.

r Integram.] quæ heredi pro seruo hæreditario occiso competit, ut hic, & inf. ad leg. Aquil. l. si! et homo. §. si seruus. hæreditarius.

s Æstimatione.] per petit. hæred.

t Aditam hæreditatem.] à petitore hereditatis q. animo solo adire pōt, ut instit. de hæredum qualitate, & diffe. §. ff.

u Ipsius.] scilicet heredis, & sua tantum, non hereditaria vel defuncti: vnde hęc actio cessat: vt hic, & supra eod. l. quod si in diem, §. non solum, & l. non tantum, §. quod si pro tempore.

x Actio.] s. legis Aquil.

y Si prædo.] Io. & M. & alii ponunt casum sic. Prædo res hereditarias dolo desiit possidere alienando eas res ex causa venditionis ex qua pretium lucratus est, postea sua natura res interiit: videtur prædonem omnino absoluendum secundum Senatusc. senatus enim sup. eod. l. item ueniunt. §. item non qui bona, statuit prædones perinde damnādos ac si possiderent: sed si possiderent liberati essent naturali interitu ergo & nunc à rei petitione dicūtur liberari. Item ad pretium teneri non potest: quia senatus in persona prædonis non fuit locutus, sed in persona tantum bon. fid. pos. vt s. eo. item ueniunt, §. cum antequam, & dūt hinc l. esse contra nos, qui dicimus post moram quem teneri de inte-

1† Fl. si a domino, vel a patre.
2† Fl. potest.
3† Flor. deest, & al. ait id ꝙ Procul. quoque.
4† Agatur. sed hær. petatur.
5† Mauritianus.
6† acceptam.
7† Al. deest, si.
8† Al. ad arrogandum se præbuit.
9† Fl. petitione.
10† Al. per actorem.

a Dic quod hic in malæ fid. possessore: ibi in bonæ fid. secūdum Bart.

Intericu. Sed certè apertè est contra eos, nam hic in prædone loquitur quem omnes dicunt de naturali interitu teneri, & l. ista dicit perinde condemnandum, & tunc est cõdemnandus: alioquin esset nugatio. Item dicitur hoc apertè infrà de ui & vi ar. l. 1. § cottidiane, & sic pa[illegible] ista positio cesus ad id quod hęc litera uult, stare nõ potest, tu ergo dic casum: Prædo vendidit rem hæreditariã maiori pretio quam valeret, voleus dolo desinere possidere, si res postea naturaliter interent, debet teneri ac si possideret: sed si possideret, & res sic periisset, ad verum pretium teneretur, ut s. eo. l. si possessor. §. si. ergo & nunc: sic ergo non restituit rerum, quod accepit. sed per Senatuscon in bo. fi. possessor cautur, ut sup. eo. l. itẽ veniunt. §. eos autem qui iustas, ipse enim ad totum tenea aut, sic ergo magis grauatur bo. fi. poss. dicendum est ergo, quòd et prædo, per uerba Senatuscon. teneatur ad uerum pretiũ, sed per interpretationem ad totũ, ut s. eo. l. post Senatuscon. & sic bene infert, itaque & si plu. & c. ad eundẽ, nõ ad similem casum.

1† Fl. lucrabitur.

possidere,[a] res autem eo modo interierit quo esset interitura, & si nulla in causa possessionis mansisset: quantum ad verba Senatusconsulti, melior est causa prædonis, quam bonæ fidei possessoris?[b] quia si prædo dolo desierit possidere, ita condemnatur, atque si possideret:[c] nec adiectum[d] esset, si res interierit. Sed non est dubium, quin[e] debeat melioris esse conditionis quam bo. fi. possessor. Itaque[f] & si pluris venierit res, electio debebit esse actoris,[g] ut pretiũ[h] consequatur: alioquin lucrabitur 1† aliquid prædo.

An quis sit locupletior, tempus rei iudicatæ inspicitur. Bart.

¶ Quo tempore locupletior esse debeat bonæ fidei possessor, dubitatur. Sed magis est, rei iudicatæ[i] tempus spectandum esse.

Omnis possessor deducit sumptus factos causa fructuum. Bar.

¶ Fructus[k] intelliguntur* deductis impensis[l] quæ quærendorum,[m] colligendorum,[n] 2† conseruandorumque[o] eorum[p] gratia fiunt:[q] quod non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat,[r] verum etiam in predonibus:[s] sicut Sabino quoque placuit.

* De isto tex. vide Lu. Ro. ... 356. & diligenter aduerte, quæ dicuntur circa hunc text. in menis interpr. hic Bolog.

2† Flo. cogendorum.

a *Possidere.*] veluti rẽ distraxit hæreditariã multo pluris quam valeret, & pretium accepit.

b *Bonæ fidei possessoris.* qui pretium restituit totum etiam se deperdita, ut sup. eo. l. item veniunt. §. item placere. §. item eos, nam tenetur inquantum locupletior est. Azo.

c *Possideret.*] sed quid si prædo pretium amiserit sine culpa? tenetur: sed secus in bo. fi. poss. ut sup. eo. l. item videndum, & est ratio in utroque casu, quia pretium loco rei est, ut supra eo. l. si & rem.

d *Adiectum*] s. a senatu, quid scilicet iuris sit in prædone, sed in bo. fi. poss. sic.

e *Quin.*] eo istud quin, aufer ... suam inclusam negationem, propter sequentem, ac si dicat nunquam debet esse melior, ut infra de noxali. l. non solum, & sic, quin, pro, quia.

f *Itaque*] per sim[illegible], secundum Io. & M. sed tu dic quod se refert ad propositam quæstionem.

g *Actoris*] id est hæredis.

h *Pretium*] s. vel uerum, ut sup. eod. l. si possessor. §. si. vel acceptum, ut hic.

i *Iudicatæ.*] ad hoc spectatur tempus rei iudicatę, ut si tempore lit. contestatæ non sit locupletior, teneatur, ut infra eodem, l. si quo. & supra eodem, l. quod si in dicto. primo respon. Sed si tempore lit. contesta. sit locupletior, licet desinat esse locupletior, nihilominus teneat, ut supra eodem, l. sed & si lege. §. si ante, nisi naturaliter res pereat, ut infra eodem, l. illud. & secundum hoc non est contra, infra de except. l. in pupillo & infra de sol. l. in pupillo, ubi dicis tempus petitionis inspici: quia verum est tunc: quia postea desiit esse locupletior, ut dictum est. Azo.

k *Fructus.*] ut supra eodem, l. item veniunt. §. fructus, & § prætor.

l *Impensis*] hoc intellige de fructibus ante litem perceptis, nam de post l. c. m. acceptis sicut malę fidei poss. tenetur etiam de consumptis. ut C. de rei vendic. l. certũ, & C. de fru. & lit. expen. l. 2. Et hoc idem intelligit Io. in decimis. Azo. quod est verum in personalibus dicimis, non in realibus, vbi expensæ non deducuntur, ut extra de deci. c. pastoralis.

m *Quærendorumque.*] ut in arando.

n *Colligendorum.*] ut in tuturando.

o *Conseruandorumque.* ut in conducendis in horrea.

p *Eorum.*] s. fructuũ.

q *Fiunt.*] ergo extãt, sed hoc intelligo, ut in 1. glo.

r *Expostulat.*] ut supra eod. l. si quid possess. §. sicut.

s *Prædonibus.*] cum nullus casus sit qui eorum sumptuum in fructibus factorum deductionem impediat, ut hic, & infra famil. ercisc. l. fundus, qui in si primi respon. & & infra solu. matrim. fructus, & infra de oper. seruo. l. 4. & infra de usur. l. quod in fructibus, & inf. mand. idemque §. idem Labeo. & infra eo. l. hæres, primo respon. Accursius.

Vlpianus li. 15. ad edictũ.

LEX XL.

Quod si sumptus 3† quidem fecit: nihil autem percepit fructuum, æquissimum erit, rationem eorum[t] quoque in bonæ fidei possessoribus haberi.[u]

3† Fl. sumptus.

Expensas vtiles et necessarias factas ad perpetuam rei utilitatem, quilibet possessor re extante deducit: sed re perempta bonæ fidei possessor necessarias tantum omnino deducit: voluptarias verò bonæ fidei possessor deducit; secus in malæ fidei: licet auferre posset quæ sine detrimento rei possent auferri. B.

Paulus lib. 30. ad edictum.

LEX XLI.

Planè[x] in cæteris[y] necessariis & vtilibus impensis possunt 4† separari,[z] ut bonæ fidei quidem possessores has quoque imputent: prædo autem de se queri debeat, qui sciens in rem alienam impendit. Sed benignius est in huius 5† quoque persona[a] haberi rationem impensarum. Non enim debet petitor ex aliena iactura lucrum facere.[b] & idipsũ officio iudicis continebitur: nam nec exceptio doli mali desideratur.[c] ¶ Planè sic 6† potest in

4† Fl. ...

5† Al. ... modo.

6† Flo. desid. ...

t *Quod sumptuum.*] s. sumptuum.

u *Haberi.*] quid in malæ fidei poss. dic, ut infra l. proxi. planè.

x *Planè.*] in superioribus nõ differt bonæ fidei, à ma. fi. ut fructus, nisi in casu legis superioris, sed in his planè, &c.

y *In cæteris.*] scilicet quæ fiunt gratia rei ad eius perpetuã vtilitatem, non fructuum: de quibus diximus supra proximo § fructus sunt enim varia expensarum genera, ut infra de impensis, l. tertia § nos generaliter. Et not. quod ea quæ hac l. dicuntur & infra l. proxim. utiles, intelligenda sunt in perhaerere nam in rei uen. distingues plenè, ut infra de rei vend. l. in fundo.

z *Separari.*] scilicet bonę fidei possessorem à malæ fidei possessore.

a *Persona.*] scilicet prædonis.

b *Lucrum facere.*] ut inf. de cond. inde. l. nam hoc natura, & in decr. 12. c. fraternitatis.

c *Desideratur.*] s. à possessore ma. fi. quæ desideratur à bo. ut inf. sol. ma. l. sed si ideo in si. Et hæc est differentia quantum ad subtilitatem, sequi. ns quantum ad util. tatem. Et no. quod subtiliter potest hic eliti contra M. qui dixit dari actionem pro sumptibus: nam secundum eum exceptio doli debet dari inf. de dol. excep. l. dolo. quod hic negatur. Sed ipse potest respondere, quod hic daretur, sed non est necessaria, cum iudicis officium locum habeat.

Deducat

eo differentia esse: vt bonæ fidei quidem possessor omnino 1† impensas deducat,[a] licet res non extet,[b] in quam fecit, sicut tutor uel curator consequitur: 2 † prædo autē non aliter, quam si res melior sit [c] facta. 3†

Caius li. 6. ad edi. prouin.

LEX XLII.

VTiles autem, necessariæque [d] sunt: veluti quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia, aut in nouale, [e] 4† aut cum seruorum gratia litis æstimatio soluitur: cum id utilius sit, quam ipsos dedi. [f] Denique alias complures eiusdem generis esse impensas manifestum est. Videamus tamen ne 5† ad picturarum quoque & marmorum, & cæterarum voluptariarum rerum impensas æquè proficiat nobis doli exceptio. Et 6† vtique proficiet: si modo bonę fidei possessores sumus. Nam prædoni 7† probè dicetur, non debuisse in alienam rem superuacuas impensas facere, vt tamen potestas ei fiat [h] 8 † tollendorum eorum, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possint. 9†

Mala fides quæ per lit. contestationem inducitur, non nocet bo. fid. possess. re naturaliter perempta: secus in eo qui fuit malæ fidei. Bart.

Paulus lib. 20. ad edictum.

LEX XLIII.

ILlud quoque [i] 10 † quod in oratione diui Hadriani est vt post acceptum iudiciū id actori præstetur, quod habiturus esset, si eo tempore quo petiit 11 † restituta esset hæreditas: interdum durum est. Quid enim si post litem contestatam mancipia, aut iumenta, aut pecora deperierint? [k] Damnari debebit secundū verba orationis, quia potuit petitor restituta hæreditate ea distraxisse, & hoc iustum esse in specialibus petitionibus [l] Proculo placuit: Cassius contra sensit. [m] In prædonis persona [n] Proculus rectè existimauit: 12 † in bonæ fidei possessore Cassius. Nec enim debet possessor [o] aut mortalitatem præstare, aut propter metum huius periculi [p] temerè indefensum ius suum relinquere. [q]

¶Prædo fructus suos non facit, sed auget hæreditatem, ideoque eorum [r] quoque fructus præstabit. [s]

¶In bonę fidei autem possessore hi tantum ueniunt in restitutionem, quasi augmenta hæreditatis, per quos locupletior factus est.

Possessor tenetur cedere actiones hæreditarias si quas habet, & sibi debet caueri in eo quod abest. Bartol.

¶Actiones, si quas possessor nactus est, euicta hæreditate restituere debet: uelut si inter dictum, Vnde vi, [t] aut, Quod precario concessit. 13 † Contra quoque, si possessor cauerit damni infecti, cauendum est possessori. [u]

Si seruus possessoris dedit damnum, liberatur eū dando pro noxa. Bart.

¶Ad officium iudicis pertinebunt & noxales actiones: ut si paratus sit possessor noxę dedere seruum, [x] qui dānum dederit in re [y] hæreditaria, vel furtum fecerit, absoluatur: sicut fit in interdicto, Quod vi aut clam. [z]

Possessio superueniens post litem contestatam venit in hoc iudicio. Bart.

Caius lib 6. ad edictum prouinciale.

LEX XLIIII.

SI quo [a] tempore a conueniebatur possessor hæreditatis, pauciores res possidebat, deinde aliarum quoque rerum possessionem [b] assumpsit, 14 † eas quoque victus restituere debebit, siue ante iudicium acceptum, siue postea acquisierit possessionem. Et si fideiussores, quos dederas

---

[a] *Deductas.*] sed quid si heres rem in qua bonæ fidei pos. fecit expensas, velit relinquere, nec præstare expēsas, an possessor in reb. alijs habeat exceptionem? Respō. non, licet re non extante ei consulatur: sed sic erit in damno bonæ bonę fidei poss. Accur.

[b] *Non extet.*] vt quia res combusta est.


d *Consequantur*] scilicet quilibet dimidiam eius quod possidet aduersarius. nam in parte qualibet quilibet habet suam dimidiam. sic & infra quibus mod. pig. vel hypo. sol. l. si consenserit. §. fin. & infra de vsufru. l. si mihi & tibi. & infra eodem, § item si cum, & inf de coniungen. cum eman. lib. l. j §. filio. Sed contra, infra pro suo. l. si Titius cum quo in fine. Solu. ibi in pecunia speciale. Item contra infra de rei uen. l. si ex quis. & ꝟ. proxi. §. vbi tñ vnam partem actor prosequitur. Sed ibi pro indiuiso possidetur res: hic pro diuiso.
e *Non faciant.*] quia nemo dicit rẽ quam possidet, insolidum pertinere ad se. Vel verius, quia quilibet aliam cohæredẽ confitetur. Et no. ꝙ innuit hic §. (ꝙ est verum, ut C. fam. ercisc. l. in familiæ) ꝙ cessat fam. ercisc. iudicium vbi de hæreditate fit quæstio: quia vnus alterum negat cohæredem & sic est ꝟ j. fam. ercisc. l. j & l. fundus qui dotis nomine §. si ego. vbi dicit etiam vbi est controuersia, habere locum fam. ercisc. iudicium, ex quo ambo possident. Sol. ibi possessor pro eo quod possidebat, intentabat iudicium fam. ercisc. qod potest, licet cohæres negetur: hic vero pro eo ꝙ non possidet, non posse intentare fam. ercisc. iudicium innuit: quod verum est.

* Duobus iure cum vterque experiri debet, cum vterque partẽ meam possideat, ut § quamuis l. R.

5† Al. hoc est & a cohærede meo, & ille, &c.

6† Extraneum. Flor.

7† Verior est æquior. Duar.

* Est] scilicet ut perplexitas & ambages uitentur ex ꝗ agretur eadem de re. B. R.

f *Possideat*] pro diuiso.
g *Parte sua.*] tunc enim quia non possidet quod sit alterius, conueniri non potest. nec enim medietas mihi pro diuiso competens est tua: nec tibi competens est mea: puta una uocetur b, alia a, quæ est mea, scilicet a, non est tua, neque b, mea. At opponitur, constituatur aliquod totum ex a, & b, & illud uocetur c, hoc est mihi & tibi commune: ergo quælibet eius pars secundum Ioan. non sequitur, ut infra de verb. sing. l. litus. §. prædia. Azo.
h *Ceterum ratio.*] scilicet prædicta supra eodem, §. proinde. & §. quinimmo. sed mala est, quia hic loquitur cum pro indiuiso possidet hic cohæres: ibi cum pro diuiso. Vel uerius dic, ratio scilicet stricti iuris ut hic, & infra famil. ercisc. l. item Labeo in prin. quæ est contra. sed æquitas contradicit, ut hic subijcit, & procedit, ut infra fam. erciscun. l. Lucius, & supra de inoffi. testa. l. filio. j. resp. & l. mater. § præterea. & C. depositi. l. fi. Vel dic, a ratio in genere aliud suadet, sed ratio in specie suadet secundum Pegasum. Accursius.

a Not. quod rõ in specie vincit rationẽ in gñe. vide q̃ no. per Dyn. in c. 2. de regu. iur. in 6.

i *Item si cum.*] dic casum, quod duo eramus cohæredes, & æqualibus portionibus, sed quilibet possidet quatuor uncias, & alius quidam extraneus quatuor. agam ad dimidiam eius, quod quilibet eorum tenet. & sic a quolibet eorum habeo duas vncias, & sic habeo vltra quam debeam: ergo reddam duas vncias cohæredi: & ne hic circuitus fiat, dic compẽsationem fieri.

Qui partem possidet pro indiuiso, a cohærede & extraneo possidentibus residuam partem petet: vel inter eum & cohæredem compensatio fiet. Ba.

¶ Item si cum i me ex parte dimidia hæredem dicerem, trientem k hæreditatis possiderem, l deinde residuum sextantem velim persequi, m qualiter agam, videamus. Et Labeo scribit, utique partem dimidiam me petere debere a singulis: n sic fieri, o ut a singulis sextantem consequar; & habeam 8† bessem: quod verum puto Sed & 9† ipse p tenebor q ad restitutionem sextantis ex triente quẽ possidebam. & ideo iudicis officio inuicem compensatio r erit admittenda eius, quod possideo, si forte cohæredes sint a quibus hæreditatem peto.

8† Fl habebo.
9† F. deest, &c.

k *Trientem*] idest hęreditarias res pro diuiso, q̃ faciunt trientem. to. res enim non dicitur proprie pars hęreditatis, ut inf. si quis omiss. cau. testam l. quamuis non proprie.
l *Possiderem.*] & aliũ cohæres meus, & aliũ extraneus quidam, & omnes pro diuiso.
m *Persequi.*] scilicet in duobus: quorum vnusquisque trientem possidet, & eorum vnus est mihi cohæres. Azo. Sed si quid pro diuiso possident? Respon. non, ut dixi tunc nihil a cohærede meo peterem, ut sup. ead. l. §. si ego. Nunquid ergo pro diuiso? Rñ ita. quare ergo sextantem peto a possidente? imo cũ pro dimidia sim hæres, dimidiam petere deberem. Resp. sextantem pro totius hęreditatis, qui continet dimidiam illius trientis: quia in dimidiam me hæredem dico, ut supra ca. l. § j. & illa dimidia sextans, dicitur.

Propter numerum nasciturorum ex ventre, admittitur petitio partis incertæ. Bar.

¶ Interdum * prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget: s idoneis causis interuenientibus: vt puta, t est defuncti fratris

* Iste §. est no. secundum B. & add. secundum eundem, o.t no. in l qua de re ta. §. 1. infra de rei ven. & in l. §. si quis argentum. infra deposi.

n *A singulis.*] scilicet tui trientis: quia in dimidiam me hæredem dico, ut supra eo. l. j. §.
o *Sic fieri.*] quia non condemnatur nisi in dimidiam eius quod possideat. Ioan.
p *Ipse*] s. ego.
q *Tenebor.*] cohæredi meo a quo sextantem petij.
r *Compensatio*] sed quõ fit compensatio cum hinc inde corpus, nõ quantitas debet, ut C de cõpen. l. si Rñ. sit fit utraq; parte volente, expresse, vel etiam tacite, ut quando quilibet ꝙ nõ alias restituet nisi & sibi restituatur tacite videmur cõpensare. Vel dic, quia id qd hinc inde debet, est indiuisibile, & quasi in genere debitum, fiat cõpensatio, & pro hoc ꝟ. de l. 2. l. vnũ ex familia. § si de tal. & l. Imperator. §. si certo.
s *Indulget*] sic est et in rei vendicatione, ut ꝟ. de rei vend. l. 3. & l. quæ de tota § j [illegible] ... l & si non. §. j. Acc.
t *Vt puta*] pone casum secundum Azo in successione collateralium, puta fratris: in qua olim si [illegible] successio in capita, ut infra de su. & le hęred. l. post consanguineos. § hæreditatis. Item ubi nullus fratrum superest, ut institu. de suc. agn. §. nos vero. in fi. at in successione ascendentium etiam olim in stirpes diuidebatur, ut instit. de hære. ab intest. §. & quia placuit. hodie uero in collateralibus idem, ut in auth de hær ab inte. §. si ergo defunctus. col. 9. Azo.

Dic ergo defuncti fratris. s. præmortui. fuerant enim quatuor fratres: tres prius decesserunt, vnus relicto filio nato: alij duo relictis vxoribus prægnantibus: nunc ultimo decessit alius sine filio. ad cuius hæreditatem filius fratris & ventres vxorum aliorum vocantur. Alij, ut Io. ponunt casum, quod tractatur de hæreditate aui. & secundum hoc corrigitur per Iusti. vt instit. de hære. ab intest. §. & quia placuit.

a *Hæreditatis*] s. aui, secundum Io. vel fratris, ut dixi ponendo casum secundum Azo. Sed nonne quartam partem hic nepos interim petere debet, si esset vnus uenter, uel si primam quasi duo uentres, secundum casum Io. j. e. l. antiqui? Resp. pôt dici aliud in filijs, ut ibi: aliud in nepotibus, ut hic. Vel melius idem est, sed ideo dicitur incerta, quia nescit quam in eodem iudicio consequatur, uel quia euentus, ut j. de pecu. l. quod debetur vel quia forte interim pariet, & scietur veritas, ut inf. eod. l. & si pauciores. vel dic petit quartam cum adiectione incertæ partis, idest, ut si quid sibi plus obtigerit, illud habeat, ut argum. inf. eod. l. & si pauciores.

b *Incertum est.*] apud homines: cum vsque ad 7 nasci possunt: * sed apud Deũ est certum, ut hic, & j. de sol. l. si pater & j. eo. l. antiqui. & s. de in. l. sed & si. §. si pater.

c *Vendicationem.*] id est, hæreditatis petitionẽ. hoc sic vendicaret dimidiam, uel tertiam: quia non in capita, sed in stirpes huiusmodi hæreditas diuiditur, ut in auth. de hære. ab intest. § si igitur.

2† Fl. defuncti fil.

3† Al. non audenter tamen dicitur.

3† Fl. vendicet & infra vendicationẽ.

4† Flo. delib. placuit.

5† Fl. pertinerent.

* Quid in hunc Arist. dicat Ge. vide eum lib. 10. c. 2.

filius: sunt & uxores defunctorum fratrum prægnantes: quam partem fratris filius hæreditatis a vendicet, incertũ est: quia quot edantur fratrum defunctorum 1† filij, incertum est. b Acquissimum est igitur, incertæ partis vendicationem c ei concedi. Non audacter d itaque 2† dicetur, vbicunque merito quis incertus est, quam partem vendicet, 3† debere ei incertæ partis vendicationem concedi.

Qui speratur admitti ad partem, facit partem. Ba.

Caius li. 7. ad edict. prouin.

LEX II.

SI ex pluribus, ad quos eadem hæreditas pertinet, quidam adierint, quidam adhuc deliberent, e placuit 4† eos, qui adierint, si petant hæreditatem, non maiorem partem petere debere, quam habituri essent ceteris adeuntib. nec eis proderit, si cęteri non adierint. Non adeuntibus f autem cęteris, poterunt tunc partes eorum petere, si modo ad eos g pertinent. 5†

Posthumus nasciturus ex ventre impedit sequẽtes in gradu; eos autem qui eiusdem gradus sunt, statuitur admitti; vt si tres nascituri essent, aufertur vel conceditur alteri secundum quod casus occurrit. Bart.

ratim. & C. de cad. tol. l. j. §. vbi autem. & j. de sol. l. ex parte. & j. de leg. j. l. plane, §. si coniunctim. Pil. dixit tertium. r & Azo. s interim insolidum eum hæredem, vt arg. j. de assig. lib. l. suo conditione, & j de vsufruc. accre. l. idem. §. si mihi. & j. ad Treb. l. j. §. sed & quoties. quæ sunt argu. j. huic l. Tu aũt potes distinguere, secundum H. an dixit testator, Titium hæredem instituo, & si venerit ex Asia nauis, tunc etiam Seium cum eo instituo, & tunc teneat sententia Pil. vt ar. j. de acqui. hære. l. si solus. an dicat, Titium in dimidiã instituo, & si nauis ex Asia venerit, Seium instituo in alia dimidiã, & tũc procedat sentẽtia Io. vt C. de cadu. tol. §. vbi autem. Acc.

Paulus lib. 17. ad Plautium.

LEX III.

ANtiqui * libero ventri ita prospexerunt, vt in tempus nascendi omnia ei iura integra reseruarent: sicut apparet in iure hæreditatum: in quibus qui post eum gradũ agnationis sunt, quo est is qui 6† in utero est, non admittuntur, dum incertum est, an nasci possit. h

¶ Vbi autem eodem gradu sunt cęteri, quo & venter, tunc quæ portio in suspenso esse debeat, quæsierunt: i & 7† quia non poterant scire quod nasci possent: ideo multa de huiusmodi re, tam varia * & incredibilia tradiderunt, ut fabulis annumerentur. Nam k traditum est & 8† quatuor pariter puellas a matrefamilias natas esse. Alioquin tradidere non leues authores, quinques quaternos l * enixam Peloponesiam: m 9† & multas Aegypti uno vtero septẽos. n

¶ Sed & tergeminos, o 10† senatores cunctos p 11† vidimus Horatios. q Sed & Aelius 12† scribit se vidisse in palatio liberam mulierẽ, r quæ ab Alexandria perducta esset, 13† vt Hadriano ostenderetur, cum quinque liberis: ex quib. quatuor eodem tempore s enixa (inquit) dice-

Antiqui] CASVS Lex ista loquitur de quadam prouisione quam antiqui prouiderunt filio, qui adhuc erat in ventre, si & alij agnati vel cognati vlteriores superstites fuerunt: quia omnes expectabant, donec ille natus foret & hoc in prima. Si uero omnes in eodem gradu fuerunt, & nati, & ille qui erat expectandus, ut uideretur quid in utero esset, quia dubium erat quot nascerẽtur, & hoc propter diuersas fabulas, quia quidam dicebant quod uiderant vnam mulierem parere 7. aliam 5. Vnde antiqui mediocrem viã elegerunt, quod sæpius contingit, & frequenter contingit tres parere. Vnde statuerunt vt hæreditas in quatuor partes diuideretur, vt superstes quartam habeat partem: aliæ tres reseruantur vẽtri. & si pauciores nascerẽtur pro rata accrescat iam nato. Viuia.

* Interpretes s. legum 12. tabu. qui fundarunt ius ciuile.

6† Est id, quod in vtero.

7† Ideo quia, & inf. ideo: mul. & inf. tradiderũt, ut Fl. credantur.

* In hunc locum. Gel. lib. 10. c. 2.

8† Flo. decẽ, &.

Ex Plin. nat. hist lib 7. c. 3. uidetur depromptus hic locus, prætende aut hic, aut ibi mendum errorum esse legatur, quos quater, hic quinques quaternos, sed rarum id refert ad vim legis.

9† Fl. Peloponensi, multas Ægypti uno. Alibi Pelopenensim.

10† Fl. Tregeminos.

11† Flor cunctos. vid.

12† Al. Laelius. Quidam putant legendum. Cæterũ si potius intelligendum est de Lalo Fulice l. C. de quo sup. mentio præc. l. si cuius meminit Gel. li. 15 c. 27.

13† Flor. ch

ADDITIO. Intellige istam glo. in successione fratris, vt pariter succedat alter frater, & plures filij alterius fratris, vt in d. § igitur, sed vltra fratres & fratrum filios sit successio in capita, non in stirpes: quia plures nati ex vno, loco plurium habentur, licet succedant cum uno nato ex alio, secundum Pau. de Cast.

d *Non audacter*] idest non in fronte. Accur.

SI ex pluribus] CASVS. Titius te & me hæredes instituit: adiui. tu volebas deliberare, an totam hæreditatem possim petere. Dicitur quod non, sed meam partem tantum, quæ mihi competeret si statim adiuisses: si repudiasses, totum accresceret mihi: unde totum petere potero. Viuian.

e *Deliberent.*] i. non adierint, sed adhuc. Accur.

f *Non adeuntibus.*] i. repudiantibus, vel tempore exclusis, vt hic, & C quando non pet. partes. l. j. & s. de inoff. testa. l. sed si proponas § si.

g *Ad eos*] vt quia non erat aliquis substitutus. Et no. hic arg. ad quæstionem, quæ quæritur, si instituo duos hæredes, vnum pure, alterum sub conditione, quod pure institutus suam partem tantum habeat interim & hoc dicit Io. et h... & j de cond. & dem. l. hæc s. supra § fi. & l. sepa-

h *Possit.*] ut j de acq hær. l. cum quidam. § j. & d. vnde cog. l. j. §. si quis proximior. & j. de uerb. sig. l. quod dicimus & s. de st. ho l. qui in utero. & j. de suis, & le. l. intestato. §. vsque. Accur.

i *Quæsierunt.*] no. quod rationabiliter debet quis dubitare.

k *Nam*] pro quia.

l *Quaternos*] idest 20. in 5. vicibus.

m *Peloponsiam.*] est nomen mulieris. Accur.

n *Septenos*] repete tradidere authores.

o *Tergeminos.*] i. tres tantum, ut dicunt, ut inf. de reb. dub. l. vtrum ita Azo. Vel dic quod tres erant, & omnes senatores. & hoc si habes, s. cunctos: si habes cinctos, idem est. q. d. habeant cingulum, idest dignitatem: & omnes vocabantur Horatij.

p *Cunctos*] alias cunctos

q *Horatios*] alias oratores.

r *Mulierem*] i. Serapiam. ut j. de reb. dub. verum ita & ad hoc supra de iud. sed & si. §. fi. & sup. eod. l. j. in fi. & j. de sol. l. si pater.

s *Eodem tempore*] non eodem impetu: sed successiue, ut s. pra

supra de sta. hom. l. Arethusa. Et sic not. fieri eodem tempore qđ successiuè fit, vel statim, vt ꝭ. si cert. pet. l. lecta.

a *Quadragesimum.*] Hic est arg. contra quosdam physicos qui dicunt, quod ex quo mulier concepit, non potest iterum concipere antequam pariat: nam hunc postea natum concepit postquam alios conceperat, & pro hoc infra de acquir. hær. cum quidã §. quòd si vnum.

batur, quintum post quadragesimum a diem. Quid est ergo? prudentissimè 1 † iuris authores medietatem b quandam secuti sunt: vt quod fieri non raro 2 † admodum posset, 3 † intuerentur: idest, quia fieri poterat vt tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio assignauerunt.c τὸ λάρα παξ ἢ δὶς, vt ait Theophrastus, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. 4 † Ideoq; & si vnum paritura sit, non ex parte d dimidia, sed ex quarta interim hæres erit.

1 † al. prudentissimè.

2 † Fl. rarum.

3 † Fl. posset.

4 † i. quod n. semel tãtum, aut iterũ extat, prætereunt Legislatores.

b *Meditatem.*] Sic ergo media via eligitur, vt i. institu. qui ma nu. non pos. §. eadem. Sed argu. contra supra de nego. gest. l. Nesennius in fi. Item no. quòd subijcit, qđ ea quæ raro fiunt, nõ curant iurisconsulti, vt hic, & sup. de leg. & senatuscon. l. ex his. & l. nam ad ea & in authẽ. vt sine prohi. ma. debi. & cred. §. quia vero coll. 7.

c *Assignauerunt.*] imò incertam, vt supra eodem. l. 1. in fi. quæ est contra. Solu. vt ibi. Item hæc sunt vera ab intestato, & ex testamento, vt inf. de acquir. hær. l. cum quidam. §. & non solum. ex testamento autem si posthumus est institutus, vel exhæredatus: alioquin si est præteritus, ille qui hæres scriptus est ex testamento, adire non potest: ideo quia dubitatur de viribus testamenti, id est an valiturum sit irreuocabiliter, vt infra de acquir. hæred. l. sed si de sua. §. aut autem & l. cum falsum, & l. cum quidam. §. 1. l. ventre. quibus legibus dicitur quod qui incertus est de testamento, an valeat, adire non potest. Sed qualiter exhæredato posthumo adit institutus, ut modo dixi, cum & ibi sit dubium an per querelam expugnetur? Respon. in inofficioso test. aliud est quàm hic, cum hic quando est præteritus posthumus ab initio verè nullum fuit testamentum: inofficiosum verò testamentum ab initio tenet, licet irritetur, & fingatur non valuisse, vt supra de inoff. test. l. ei qui. & diximus in l. qui de inofficioso, §. 1. sed certè & in posthumo præterito valet, sed postea rumpitur, vt insti. de exhære. li. § 2. sed ibi sine facto hominis.

d *Non ex parte.*] imò videtur, vt ita veritas inspiciatur, vt infra eodem l. illud. quæ est contra. Solu. hic vnus erat in vtero: ibi nullus. nec est eadem ratio totius ad partem: vel quo ad scientiam nostram est hęres pro quarta, vt hic, sed quo ad veritatem est prout res est. Et hoc modo etiam soluitur aliud contrarium infra de acquiren. hęredita. l. cum quidam. §. quòd si vnum. vbi dicit, si vnus est in ventre, natum pro dimidia hęredem esse, inspecto quòd sic se res habet, non in scientia nostra, vt ar. sup. de iud. l. sed & si. §. fi. Vel dic, ꝙ ibi recitatur opinio Sexti Pompo. quæ reprobatur hic.

e *Illud existimetur.*] à multis: quia ipsa hoc dicat, vel obstetrices, vt inf. de acq. hær. cum quidam. §. quod dicitur si putetur.

f *Filium*] qui suus hęres est, non sic in emancipato, vel alio extraneo agnato, vel cognato, scilicet quia ipsi adire vel acquirere non possunt, nisi putent non pregnantem, & ita est verum, vt infra de acquirenda hęredita. l. cum quidam. §. quid ergo. & l. ventre, & hoc intellige nullo facto testamento in quo emancipatus, & is qui putatur esse in vtero, sit institutus. alioquin emancipatus sicut extraneus interim est hæres ex asse. vt hac leg. 2. respõ. Suus enim etiam nullo facto testamento interim est hæres, vt hic, & infra de acquir. hæred. l. cum quidam. §. suum. vnde ad suum transmittit hæredem decedens. vt C. de caduc. toll. l. prima. §. in nouissimo. & infra de acqui. hære. l. ventre. Et no. quod hæc tria sunt necessaria, vt proximus à posthumo succedat, scilicet qđ communis sit opinio: & quod suo, & quod sit verum. Item quòd sit testatus: qđ dic, vt infra eodem. l. cum quidam. §. non solum.

Vlpianus li. 15. ad edictũ.

LEX IIII.

ET si pauciores fuerint nati, residuum ei pro rata accrescere: si plures quã tres, decrescere de ea parte, ex qua hæres factus est.

Incertitudo nasciturorũ non impedit cohæredẽ adire: licet quæ portio competat sibi, sit incertum. Bart.

Paulus lib. 17. ad Plautium.

LEX V.

ILlud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimetur e autem prægnans esse, interim filium f hæredem esse ex asse, g quanquam ignoret se ex asse hæredem esse. Idem est in extraneo, si ex certa portione hæres institutus sit: ex reliqua posthumi. h 5 †

¶ Quòd si forte ita institutio facta est: Quotcunque mihi nati erunt, & Lucius Titius pro virilibus portionibus hæredes mihi sunto: habebit hęsitationem, nunquid adire nõ possit, i atque k in testamento portionem suam nescit. l Sed vtilius est, posse eum adire, qui nescit m portionem, si cætera n quæ oportet eum scire, non ignoret.

5 † al. posthumus.

Qui ex post facto apparet esse hæres, à quolibet hærede auocat pro rata: & sumptus pro rata sustinet. Bartolus.

Vlpianus lib. 6. opinionum.

LEX VI.

SOrori, o quam cohæredẽ fratrib. quatuor in bonis

g *Ex asse.*] immo in quarta, vt supra eo. l. antiqui. in fi. Solu. vt ibi.

h *Posthumi.*] qui futuri sperantur, sed non sunt, & hoc cum extraneus est ex certa parte institutus. si autem ex incerta, tunc idem est & hoc subijcit, ꝙ si fortè, &c.

i *Non possit.*] Lucius Titius.

k *Atque.*] i. sicut is qui.

l *Nescit.*] credens se institutum in minori portione, quam sit.

m *Nescit.*] ex prædicta causa, quia nescit quod nascituri sint, & nullo nato totum habebit, vt infra de lega. primo, si duobus. §. finali. Sed videtur quod hic adire non possit, vt infra de acquir. hęredita. l. ex semisse. quæ est contra. Solu. illud de rigore: hoc de ęquitate. & ideo dicit, utilius, &c. Vel uerius, cum ibi de certa portione esset scriptus, uix potuit esse, qn dubitaret de portione sua, quin etiam de uiribus testamenti dubitaret. unde siue adijt, siue petijt bonorum possess. ex minori parte quam esset institutus, nihil agit. hic autem probabiliter ignorauit. Alij distinguunt inter errantem, ut ibi: & dubitãtem, ut hic, uel ut ibi. Accur.

n *Cætera.*] quæ sunt hæc? Resp. quod sciat nũ purè, vel sub conditione fuerit institutus, & conditionem extitisse sub qua fuit institutus: ut infra de acquiren. hæredit. l. si quis extraneus. §. sciendum. & l. hæres institutus, §. 1. & hoc si est facti, non iuris, ut infra de condit. & demonstra. l. nullum. Item debet scire testatorem defunctum. ut infra de acquiren. hæredita. l. hæres institutus, in principio. Item conditionem testatoris, licet non suam, ut dicta l. hæres institutus. in fine, & l. quod si dubitet. & l. sed si de sua. & l. si is ad quem. Item quod testamentum ualeat. ut infra de acquiren. hęredita. l. si is ad quem. in fine. & l. cum falsum. Item quod mortuus sit testatus, uel intestatus, ut d. l. si is ad quem. §. iusto. Accur.

S *Orori.*] CASVS. Mulier decessit quatuor relictis hæredi. & erat pręgnans: partus uiuus natus est, & erat filia, æqualiter succedere debet cum filijs: & quilibet conferat quintam partem suæ portionis, & sic habet quartam quilibet, & ponas hæreditatem distributam in 20. uncias siue in 40. Viuis.

o *Sorori.*] s. natæ, cum fuisset tempore mortis in utero, ut C. de inof. testa. l. si mater. Vel dic exhęredatę à patre, & querela inof. test. agenti.

a *Placuit.*] s. sapientibus, vt d. l. si mater. Accur.
b *Quæ.*] s. quinta portio.
c *Pertinuit.*] i. pertinere credebatur, secundum primum casum. Vel dic pertinuit pro verò quia egit querela hæc soror.
d *Conferant.*] vel per conditionem ex lege, quia præsumatur instituta, per l. prædictam, si mater. vel per hære. pet. perlata querela.
e *Insti fiunt.*] ab hæredibus institutis à liberto, vt circa funus, vt inf. de relig. l. funeris impensi. & facit sup. tit. 1. l. hæres.
f *Euicerit.*] per contra tabu. olim dimidiam: hodie tertiam, vt insti. de suc. li. §. 1. & §. nostra autem. Accur.
g *NOn possumus. Consequimur.*] hoc. s. vt a colone, &c. vt j. fam. ercis. l. 1. Sic & econtra quædam per hær. petit. consequimur, quæ nō possumus consequi per iudicium famil. erci. vt infra fam. ercis. l. fundus qui. in fi.
h *Iudicis.*] cognoscē tis in hære. pet.
i *Pro indiuiso.*] & sic ferret incertam sententiam, cū non possit ferre certam, vt insti. de act. §. curare. vnde, & si aliqua res negetur hæreditaria, simpliciter pronunciabit esse restituendum quicquid ex hæreditate illa sit penes possessorem. sic & alias fert incertam sententiam in cā noxali, vt instit. de offi. iudi. in princ. Itē & in alternatiua obligatione. Itē & quū pronunciatur legatum deberi deducta Falcidia, vt inf. communi di. l. & si non. §. 1.

Ermittendum.
K *Prohibet.*] s. iure: sed certè imò sic, vt inf. de vsuf. l. si tutor. §. Lucius. quæ est 3. Solu. hic de residuo negabat, ibi in totum confitebatur. sic infra si cer. pet. l. quidam. Item hoc quando est res diuisibilis, vt erat hæditas hic, si indiuisibilis tūc in totum debet defendere: vt arg. ff. si ex noxa. cau. l. si cū vno.
l *Controuersiam.*] No. quod reus facit controuersiam. sic inf. eo. l. si in fi.

1† Fl. quarta. 2† Fl. quintā.

matris esse placuit, a quinta portio pro portionib quæ [b] ad eos pertinuit, [c] cedet: ita vt singuli in quartam 1† quā ante hac habere credebantur, non amplius ei quinta 2† cōferant. [d] ¶ Sumptus qui propter onera totius hæreditatis iusti fiunt, [e] ei, qui patroni iure portionem euicerit, [f] pro rata computentur.

Per hanc actionem consequitur quis partem pro indiuiso, quæ per iudicium famil. ercisc. diuiditur. B.

Iulianus libro 6 Digestorum.

LEX VII.

NOn possumus consequi per hæreditatis petitionē id quod familiæ erciscundæ iudicio consequimur: g vt à communione discedamus; cum ad officium iudicis [h] nihil amplius pertineat, quam vt partem hæreditatis pro indiuiso [i] restitui mihi iubeat.

Potest quis pro parte cedere, & pro parte contendere. Bartolus.

Idem libro 48. Digestorum.

LEX VIII.

PErmittendum * erit possessori hæreditatis, partē quidem hæreditatis defendere, partē 3 † verò cedere. Nec enim prohibet [k] * aliquem totam hæreditatem possidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere, deque 4† altera parte controuersiam [l] nō facere.

* Coniunge. l. quidā. de reb. cred. Duar.
3† Fl. parte.
* Concor. l. tutor. §. Lucius. inf. de vsu.
4† Fl. de altera.

Qui vt procurator alterius administrat, petitione hæreditatis nō tenetur: nisi illius hæres extiterit in totum, vel in partem. Bar.

CVm multi.] CASVS. Quidam me & alios instituit hæredes, antequam adirem Asiam profectus sum: & vbi decessi, & procuratorem reliqui: domi, procurator credens me viuere, res hæredi. administrauit, & quasdam vendidit. ego institui procuratorem meum cū quodam alio: qualiter pecunia ex reb. hære. redacta procuratori meo, & eo hæredi eius peti debeat quæritur. Et respon. quod si tota apud proc. constituta sit, in solidum conuenitur, hic si

dimidia apud cohæredē sit, ille tenetur pro ea parte. Vi.
m *Instituti essent.*] a Titio pone.
n *Erat.*] i. putabatur esse cum iam decessisset Azo.
o *Procurator.*] quem domi reliquerat.
p *Abstulerat.*] i. acceperat. sic s. tit. 1. l. post quam, in fi.

Paulus lib. 3. ἐπιτόμων. Alpheni digest.

LEX IX.

CVm multi hæredes instituti [m] essent, ex his vnus in Asia erat. [n] eius procurator [o] venditionem fecerat, & 5 † pecuniā pro parte eius abstulerat. [p] postea apparuerat 6 † eum, qui in Asia erat, antea decessisse, [q] instituto ex parte dimidia hærede procuratore suo, & ex parte alio: quæsitum est, quemadmodum pecunia [r] ex hæreditate petenda esset. Responsum est, ab eo qui procurator eius fuisset, totam hæreditatem [s] (quoniam 7† ex hæreditate ea pecunia fuisset, quē ad procuratorem ex venditione peruenisset) eos petere [t] oportere, & nihilominus partem dimidiam [u] hæreditatis à cohærede 8 † eius. Ita fore, [x] si ue omnis ea pecunia penes eum, qui procurator fuisset, resideret, vt omnem per iudicem ab eodem recuperarent, siue is partem dimidiam cohæredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte, & ex dimidia cohæredem 9 † eius condemnarent. [y]

q *Antea decessisse.*] vel dic, antequam fieret testamentum. & sic est pro non scripta. vel ante mortem testatoris & sic quasi caduca. vel antequam agnosceret, & sic caduca, vt C. de caduc. tolle. §. & cum tripli ci. & hac ratione non transmittit secundum ius nouum, sed olim ad fiscum. Item per procuratorem etiam si viueret, adire non poterat, vt infra de acq. hæred. l. Paulus. nisi in casu, vt supra de offi. procura. Cas. l. j. & i. s. 1a bon. poss. vt infra de bo. pos. l. 3. § acquirere.
r *Pecunia ex hæredita.*] id est ex parte hæreditatis accepta, id est qua actione alij hæredes possint petere. Dubitatur autem ideo, quia cum procurator alius alieno nomine possedisset, & ideo hæreditatis petitio non tenebatur, vt supra tit. 1. l. etiam, §. si quis absentis. videbatur quod non posset causam possessionis mutare, vt C. de acquir. poss. l. cum nemo, quod remouet hic, & d. l. sup. tit. 1. l. etiam, §. si quis absentis. in fi. §. & l. & si rem. & quòd dicitur, quod nemo potest mutare, &c. verū est ad sui vtilitatem, & nulla extrinsecus causa accedente: causa autem extrinsecus accedente non tam mutat, quam mutatur ei. vt infra de vsuca. l. non solum quod. §. vulgo, vt his, & inf. l. proxi.
s *Totam hæreditatem.*] id est totam pecuniā hæreditatis petiti tamen se contendebat hæredem, vel pro possessore possideat, vt inf. l. proxi. & potest hic dicere quæ dixit: s. eo. l. 2. §. 1. & hoc quando nil contulit cohæredi. Si autem contulit, vbi je ii quid iuris sit.
t *Eos petere.*] cohæredis absentis, vt inf. l. proxi.
u *Dimidiam.*] in alio casu, vt statim dicit. s. cum procurator suo cohæredi contulit dimidiam pecuniæ.
x *Ita fore.*] repetit vtrumque casum, & quū tota erat penes procuratorem, & quando partem contulerat cohæredi.
y *Condemnarent.*] i. condemnari facerent. sic infra de adminis. tuto. l. 2.

5† Fl. suā. 6† Fl. apparuerat. 7† quia 8† Fl. cohæredibus. 9† Fl. cohæredem.

Qui negotia hæreditatis absentis nomine gerit ab his, ad quos negotium in veritate pertinet, poterit conueniri actione negotiorum gestorum, & petitione hæreditatis, si se hæredem contendat. Bal.

Papinianus lib. 6. Quæstionū.

LEX X.

CVm hæredis ex parte instituti filius, quū patrē suū

CVm hæredis.] CASVS. Habui filium, & domi reliqui, & profectus sum, & decessit Titius in ciuitate: ex illo ignorans

ignorans me defunctum, instituit me hæredem cum alijs, filius meus tanquam procurator meus res hæreditatis ad ministrauit distrahendo, qua actio. cohæredes mei illam partem possint exigere, quæritur? Et respon. q petit. hære. nisi eo, q filius non hæreditario nomine, sed patris nomine res hæred. administrauit, quare negot. gestor. actio. tenebitur patris sui cohæredibus & hoc in prima. Sed quid si illū filium exhæredauit, & alios filios instituit hæredes aut extraneos: nūquid filii isti habebunt nego. gest. actio. contra eū administratorem? dicitur q non, qa nullo modo erat eorum negotiorum, cum res non essent paternæ, & patri acquisitę. Tertio pionat per similes & vt, q tenetur neg. gest. actio. quia si exigam nomine tuo, te. ratum habente, oritur act. neg. gesto. ergo hic, quod verum est, si dominus ratum habeat. Quarto pone, q illum filium instituit, vnde veniunt cohæredes mei, & eum conueniunt: & ipse dicit pecuniā mihi fuisse a quisitam, asserens me vixisse illo tempore quo conditū fuit testamentum, dubitabatur, an hoc dicere possit. videbatur q non, quia sic videtur mutasse sibi causam possessionis: sed quia video, quod aliquis gessit negotia hæreditatis male, & sic factus est debitor hæred. si quidem postea gerat se pro hærede, poterit hoc facere, & conuenietur petitio hæred. nec videbitur sibi mutare causam possessionis: vnde idem in casu superiori est dicendum, ut si petit. hæred. conueniatur, nec videtur causam possess. mutasse.

1 † *Vt absentis.*

2 † *Flor. hæreditas.*

3 † *Alias, de est, enim.*

4 † *Flor. ei cuius nomine, & exceptum est, ei cuius nomine, restitui æquū est.*

5 † *Flor. fuerunt.*

ignorabat[a] viuo testatore decessisse, partem hæreditatis nomine patris 1 † absentis administrauerit,[b] & pecunias distractis rebus acceperit, hæreditatis 2 † ab eo peti non potest:[c] quia neque pro hærede, neque pro possessore pretia possidet:[d] sed vt filius patris negotium curauit. Negotiorum autem gestorum actio ceteris cohæredibus,[e] ad quos portio defuncti pertinet,[f] dabitur.[g]

¶ Illud enim 3 † vtique non est metuendum, ne etiam patris (a quo forte exhæredatus est)[h] teneatur hæredibus, quasi negotia hæreditaria gesserit, cum id quod administrauit, non fuerit paternæ hæreditatis. Nam, & si[i] negotiorum gestorum actio fit[k] 4 † ei, cuius suo nomine debitum exactum est: hoc tamen,[l] quod alieno nomine[m] perceptum est, restitui[n] æquum est. Sed in proposito,[o] neque patris[p] nego. tio fuerant, 5 † qui[q] esse desierat:[r] neque paternæ successionis, quæ fuerant[s] alterius hæreditatis. Quod si filius iste patre 6 † suo hæres extiterit, & moueat 7 † controuersiam, quod pater eius postquam hæres extitit, mortem obierit: ille tractatus[t] incurrit, an ipse sibi cām possessionis mutare videatur:[u] Quoniam tamen[x] qui negotia hæditaria gessit, & debitor esse cœpit,[y] postea faciens controuersiam hæreditatis, velut iuris possessor conuenitur:[z] idem etiam in hoc filio a respondendum erit.

TITVLVS V.

De possessoria hæreditatis petitione.

Bonorum possessori de iure prætorio competit hæc actio, in qua tantum venit, quantum in petitione hæreditatis ciuilis. Barto.

K *Actio fit*] i. esse solet ratihabitione sequente, vt supra de neg. gest. l. si pupilli §. idem ait. & sic suum est negotium ratihabitione.

l *Hoc tamen.*] i. hoc casu.

m *Nomine.*] i. nomine patris, non cohæredum suorum vnde ipsi habere non possunt, vt d. l. si pupilli. §. sed si ego. Ac.

n *Restitui*] i. cohæredibus patris, cum pater ratum non habuit neque per consequens hæredes eius possunt habere ratum, ut infra de bo. pos. l. 3. §. a quitere. vel quia non est eorum nomine gestum, vel quia hæreditas non transmittitur ad hæredes. C. de cadu. tollen. §. in nouidimo. Vel qa ratum debet haberi intra tempus, quo possit adiri, ut infra rem rat. hab. l. pen. Azo. Petitione autem hæreditatis tunc tenetur, quando scitet patrem non aditurum, vt & alias sup. tit. 1. l. etiam. §. si quis absentis.

6 † *Patri.*

7 † *Mouea.*

o *In proposito.*] s. casu.

p *Neque patris.*] scilicet prima facie.

q *Qui.*] s. pater.

r *Desierat.*] i. morte.

s *Quæ fuerant.*] quæ scilicet negotia.

t *Ille tractatus*] idest quæstio: nam tractatus apud dialecticos est illa quæstio, quod quicquid pro vero ponitur, falsum reperitur, ut infra ad leg. Falcid. l. qui quadringenta. apud Isidorum dicitur tractatus multiplex expositio.

u *Videatur.*] quod iure prohibitum est, ut C. de acq. poss. l. cum nemo. Sed tamen hoc non vt, triplici ratione. Prima, quia ille dr sibi mutare, qui prius possidebat ciuiliter & naturaliter, uel naturaliter tantum: at iste ante nullo modo possidebat. Secunda, quia ille dicitur sibi mutare qui nulla superueniente iusta causa dicit se possidere ex alia causa, & vult sibi mutare causam possess. at iste iusta de causa, & iusta opinione postea interueniente dicit se possidere, ut infra de acq. poss. l. qui bona. §. quod scriptum, & l. 3. §. illud. & pro hærede l. 2. §. quod vulgo. & de vsucap. non solum, §. quod vulgo. Tertia, quia iste non incipit habere aliquem titulum, nam & titulus dicitur causa poss. sed incipit habere qualitatem possidendi.

x *Quoniam tamen*] inducit simile, per quod soluit quæstionem præmissam.

y *Cœpit.*] Ex alia causa, quam ex pretijs rerum venditarum.

z *Conuenitur.*] scilicet petitione hæreditatis, ut diximus supra titu. 1. l. etiam, §. fi. & l. sequen. & l. quod si in diem, §. non solum.

a *Filio*] qui debet pretia.

a *Ignorabat.*] in quo casu in causam caduci est pars illa, at in l. supra proxime, loquitur etiam in prim. non scripto, & in hoc differunt hæ duę leges, secundum quosdam.

b *Administrauerit*] nam sine mandato: nam si pater mandasset, adita videretur.

c *Non potest.*] per cohæredes patris quibus accreuit.

d *Possidet.*] dum se patris hæredem non contendit, quia fortè exhæredatus est: videtur ergo scire de morte patris. Sed respon. fortè dixit. unde dic, quod ignorat alias pro possessore possidet.

e *Cohæredibus.*] scilicet patris.

f *Pertinet.*] iure accrescendi.

g *Dabitur.*] vel quia p cohęredem patris ipsa re gestum est negotium, licet patris putauerit, ut supra de negot. gest. l. si cum putaui, in fi. & l. si pupillus, §. idem ait, & §. quid ergo, vel quia hæreditaria negotia gesta sunt, vt supra de negot. gest. l. siue hæreditaria. Sed nonne tempore latum legum hęc quasi caduca ad fiscum pertinebant, vt supra titu. l. item veniunt, §. cum antequam, quomodo ergo datur actio cohęredibus? Respond. hic de noua iure fit mentio, quod est C. de caduc. tollen. §. pro secundo, & § in nouissimo Vel dic, quod loquatur de eo caduco, quod habebatur pro non scripto, quod etiam ad fiscum iure veteri non deferebatur, ut C. de caduc. tollen. §. in primo.

h *Exhæredatus est.*] idem & si sit institutus, ut dicetur infra proximo. §.

i *Et si.*] i. quamuis. Accur.

DE POSSESSORIA

hæreditatis petitione.

Si habes rubricam sic: de possessoria hæreditatis petitione, melius dixisset de bonorum possessoria hæreditatis petitione superiores actiones hæredibus competunt, sequentes ut qui non sunt hæredes, sed similes hæredibus, ut bonorum possessoribus, hoc tit. exceptis Carbonianis. l. 1. §. missum, de Carbo. edict. ex quo possessoribus etiam aliæ nomen conuenit. Cuiac.

Ordi-

a O Rdinarium. Velut.] nec enim hæredes veri sunt, sed quasi, vt Institu. de bonorum possessio. §. quos autem, & infra de reg. iuris, l. prætor. Sed oppo. quia superiores videntur prætoriæ, non ciuiles, vt supra tit. 1. l. 1. in prin. quæ est contra. Sed approbando ibi dicit, vt diximus ibidem. Item quæ sunt prætoriæ istę superiores: nam tantum est vna, scilicet de petitione hæreditatis? Respond. verum est in genere: sed tamen alia est, quæ mihi: & alia, quę tibi competit: sic plures, sicuti certi condictio ex mutuo vna est in genere: alia est tamen quæ mihi, alia tibi datur.

b Data est.] a prætore viuo: hoc ideo: quia est bonorum possess. quæ edictalis, & alia decretalis, quæ datur a prætore viuo, de qua hic dicit. Sed hodie non est decretalis, vt C. qui admit. ad bonorum possessio. l. fin. & de curato. furio. l. fin. §. nos autem.

c P Er quam.] scilicet vtilem petitio. hæred. prætoriam.

d Hæres.] vt infra de bonorum possessio. l. secunda. Hic quæritur an actiones quas intendit bonorum possessor iure hæreditario, ut puta exempto, & similes dicantur prætoriæ, an ciuiles. Et nego. esse prætorias: magis enim spectanda est origo, idest ius ciuile, a quo fuerunt inductæ, quam prætorium, quod eas velut palmites, & propagines ad alias quasdam personas deriuauit, & traxit, arg. C. de his, qui veniam ætatis impetrauit. l. fi. & infra de verborum obligationibus, l. in illa. arg. contra, infra de noxalibus, l. electio. §. item si ex. Sed ibi prætoria, & ciuilis dici potest, vt infra eo. tit. de noxal. l. si plurium.

Vlpianus lib. decimoquinto ad edictum.

LEX PRIMA.

O Rdinarium fuit, post ciuiles actiones a hæredibus propositas, rationem habere prætorem & eorum, quos ipse velut a hæredes facit: hoc est, eorum, quibus bonorum possessio data est. b

Gaius libro 6. ad edictum prouinciale.

LEX II.

P Er quam c hæreditatis petitionem tantundem consequitur bonorum possessor, quantum superioribus ciuilibus actionibus hæres d consequi potest.

TITVLVS VI.

De fideicommissaria 1 † hæreditatis petitione.

Fideicommissario vniuersali, cui est hæreditas restituta verbo, competit hæc actio; in qua veniunt omnia, quæ in petitione hæreditatis ciuilis. Bartolus.

1 † Flo. fideicommissaria.

DE FIDEICOMMISSARIA † hæreditatis petitione.

† Flo. fideicommissaria.] & hoc ti. de fideicommissarijs, q. b. ex senatuscon. Trebelliano restituta est hæreditas, nã etij hæredes imitantur Cuiac.

e E X ordine Proponitur.] idest datur.

f Hæreditas] verbo talis si re, & postea definat possidere: rei venditatio. habet: quod enim facit hæreditatis aditio, vt tunc demum competat hæreditatis petitio, hoc verbalis restitutio, ut habeat locum fideicommissaria, ut argumento infra ad Trebel. l. restitu. primo respon. & l. facta. principio.

g Senatusconsulto.] s. Trebelliano.

h Poterit.] contra possessor. s. Accur.

i Q Uæ actio] scilicet utilis.

k Ciuilis] sed in restitutione facienda ab hærede fideicommissi non ueniunt fructus, nisi fuerit in mora, vel nisi specialiter fuerit rogatus restituere fructus, vt infra ad Trebellianum, l. in fideicommissaria, in principio. Sed cum hæc actio ex senatusconsulto, scilicet Trebelliano, sit inducta, sicut petitio hæreditaria ab alio senatusconsulto, quare non est hæc ciuilis, ut Instit. de perpet. actio. in princip. Respon. hæreditatis restitutio a senatusconsulto Trebelliano est inducta, vt fiat ex officio iudicis, sicut & emptio a iure gentiũ, non tñ fideicommissaria hæreditatis petitio, vel redhibitoria est ciuilis. Itẽ hoc non est bonum argu. succedit de iure ciuili: ergo actio ei competens est de iure ciuili. Nam pene omnes contractus sunt de iure gentium, & tamen actiones sunt ciuiles, vt supra de origine iur. l. secunda. §. deinde ex his. Accursius.

Vlpian. lib. 15. 2 † ad edict.

LEX PRIMA.

E X ordine occurrit actio, q̃ proponit e his, quibus f restituta est hæreditas. f Nam quisquis susceperit 3 † restitutam hæreditatem ex senatusconsulto, g ex quo actiones transeunt, fideicommissaria hæreditatis petitione vti poterit. h

Paulus lib. 20. ad edictum.

LEX II.

Q Væ actio i eadem recipit, quę hæreditatis petitio ciuilis. k

Hæc actio competit fideicommissario, & eius hæredi, bonorumve possessori; & non datur contra uerum hæredem; sed contra alios, & eorum hæredes. Bart.

Vlpian. lib. 16. ad edictum.

LEX III.

N Ec interest, mihi quis rogatus fuerit restituere, 4 † an cui hæres extiti. l ¶ Si 5 † bonorum possessor sim eius cui fideicommissaria hæreditas relicta est, m vel alius n successor, per hanc actionem experiri potero. 6 † Sciendum est hanc actionem aduersus eum, qui restituit hæreditatem, non competere. o ¶ Eę autẽ actiones p mihi dantur, quæ hæredi, q & in hæredem competunt.

2 † Lib. 16.

3 † Flor. susceperit.

4 † An ei cui hæres extiterim, Sed & bon. Fl. an hæres cui extitisse.

5 † Deest Et si.

6 † Flor. praeterea.

l N Ec interest. Extiti] vt supra de petitio hæred. l. 3.

m Relicta est.] & verbo restituta.

n Alius] puta iure nouo, ut supra titulo tertio. l. tertia, §. nouo.

o Non competere] imo videtur, quod sic, vt infra ad Trebellianũ, l. ita. §. si ex Trebelliano, quæ est contra. Solu. ibi dicit dari in eum actionem, quæ defuncto in eum competijt, scilicet ex mutuo, uel al unde. Sed quæ est ratio, q̃d petitio hæredita. fideicommissa. non datur in restituentem? Respond. quia non datur nisi contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet: hic autem non pro hærede possidet, vel pro possessore, quia verus est hęres, licet hæreditatem restituerit, ut infra ad Trebellianum, l. si hæres institutus, & Institu. de fideicommiss. hæred. §. restituta, secundum quosdam: hoc non placet: nam talis titulus pro titulo debet haberi. Sed ea est ratio, quia non possidet pro hærede, qui ad alium transtulit. Sed quia possidet pro possessore, conueniri potest petit. hæred. Sed hoc intelligas, quando aliquid ex hæreditate possidet, postquã hæreditatem restituit uerbo, uel si re, non omnia: nam ante constat, quod non tenetur petit hæred. sed actione ex testamento, si iam adiuit: uel si non adiuit, poterit cogi officio iudicis adire, etiam si repudiauit, ut infra ad Treb. l. nam quod. §. 1. Cæterum post aditionem est actio ex testamento, ut diximus, ut fiat restitutio, post restitutionem pro rebus restitutis cessat hæc actio, quia alia ei datur. s. in rem, & suo nomine, vt in peti. hær. dixi supra de petit. hære. l. & non tantum §. 1. sed si quæ non sunt restitutæ, hac actione ex testamento potest agi, quasi non plene restitutis. Et no. quatuor tempora ex prædictis.

p Actiones.] hæreditariæ singulares.

q Hæredi.] directo qui mihi restituit hæreditatem, ad q. est infra ad Treb. l. 1. §. 2.

DE

DIGESTORVM

seu Pandectarum.

Liber Sextus.

TITVLVS I.

De rei vendicatione. 1 †

Hæc actio est ad rerum singularum petitionem, & competit pro omnibus rebus corporalibus. Bart.

Vlpianus libro 17. ad Edictum.

LEX PRIMA.

Post actiones, quas de 2 † vniuersitate [a] proposuit [b] prætor, subiicitur actio singularum rerum petitionis Quæ specialis in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, [c] quàm iis, quæ anima carent, & in ijs, quæ solo * continentur.

Liberæ personæ quæ sunt in potestate nostra, non petuntur rei vendicatione, sed alijs remedijs hic expressis, nisi vendicentur adiecta causa de iure ciuili. Bart.

¶ Per hanc * autem actionem liberæ personæ, quæ suæ iuris nostri, ut puta liberi, qui sunt in potestate nostra, 3 † non petuntur, [d] Petuntur 4 † igitur aut præiudiciis, aut interdictis, aut cognitione prætoria. [e] & ita Pomponius libro 37. scribit, nisi [f] fortè, inquit, adiecta [g] causa quis vendicet.

¶ Vnde 5 † si quis ita petit filium suum, [h] vel in potestate [i] ex iure Romano: [K] videtur mihi 6 † Pomponius consentire, rectè eum egisse: ait enim adiecta causa, ex lege Quiritum vendicare posse. [l]

¶ DE REI VENDICATIONE. †

Scibent eui i decur, & contra quem, & quæ in ea veniunt, & qualis sit. Sciendum est autem, quod in hoc titu. princip. dicter de directa tractatur. infra vero si ager. vectig. vel emphyt. tractatur de vtili. Cui detur directa, dicitur infra eodem l. in rem 1. respon. Item cui vtilis. dicitur C. eod. l. si vt proponis. Item ei, qui præscripsit rem longo tempore, datur vtilis, licet M. det ei directam. Contra quem detur, dicitur infra eodem l. officium. & C. de alien iudi l. 2. & C. vbi in rem actio exerc. debe. l. 1. Et hoc vbi datur directo: nam quandoque datur vtiliter, ut infra eodem si culpa & l. qui restituere. § si vero nec. & infra de noxalibus l. electio. § item si ex. Quæri consueuit, an is qui tantum ciuiliter possidet, sicut est is, qui dedit in fraudem, possit pro eo iure quo habet, conueniri: quod verum est, non tamen sit præiudicium ei qui naturaliter possidet. Et sic patet ex prædictis, quod directa directo, & directa vtiliter, & vtilis vtiliter, & vtilis directo datur: nam directa & vtilis ad actorem directo & vtiliter ad reum refertur: Qualiter alicui dominium quæratur, licet in hoc tit. casus ponantur singulis prosequi non expedit, quia specialis est titulus inf. de acquir. rerum domi. & Instit. de rerum diuis. Quæ veniant in hac actione dicitur infra in l. 1 per totum, & infra eod. l. non solum & l. quæ de tota. Item fructus, ut infra eod. l. fructus vt ibi plene dices. Et quia fiunt reputationes in hac actione: plenè dices infra eod. in l. in fundo. Qualis sit, & quidem arbitraria, & stricti iuris & ideo quatuor remedia dantur, vt dices infra eod. l. qui restituere Et potest dici temporalis, quia quandoque tribus, quandoque decem, quandoque viginti, quandoque triginta, quandoq; quadraginta, quandoque centum annis durat Neque autem heredi, vt heredi, neque in heredem vt heredem datur, sed quasi contra possessorem, vt infra ad exhib. de eo. § fina. & sic, post vendicationem hereditatis, aut velut hereditatis subijci vendicationem rei singularis, inquit Caius qui plura dicit de ver. Ro.

Post actiones] CASVS. Ponit iurisconsul. continuationem huius tit. ad superiores, quod dictum est in superioribus, quibus modis vniuersitates petuntur: nunc qualiter res singulares, & ita de speciali, & habet locum ista actio tam in re mobili, quàm in immobili.

¶ *Per hanc.*] Cum ista actio detur pro omnibus rebus an pro liberis personis dari possit, quæritur. Et dicitur quod non. vnde si volo filium meum petere quem dico in potestate mea, agam præiudiciali, & interdictis. & officio iudicis. veruntamen dicitur, quod possum vendicare filium adiecta causa de iure Quiritum.

¶ *Per hanc*] Non solum res singulares, sed etiam vniuersitates, quæ scilicet rectè sunt, per hanc actionem peti possunt, sicut grex, equitium, armentam, & similia: veruntamen ad hoc vt grex vendicetur, non oportet, quod singula capita condicantur per hanc actionem.

a *Di vniuersitate*] scilicet querelæ, & pet. here. quæ est vniuersalis, vt sup. de pet. hær. l. item uidendum, § fin. & l. seq. Azo. Sed certè per querelam non petitur vniuersitas, sed testamentum rumpi, vt sup. de inoff. test. l. Papinianus, in fi. Dic ergo, vel hic plurale pro singulari poni, ut supra de pet. here l. diuus. in fi. vel quod de pet. heredi recta & utili dicat, de qua etiam vtili posuit duos tit. proxi. duobus titulis.

b *Proposuit*] si habes prætor, vel subaudias, dic approbando, vt supra si pars here. pet. l. 1. 1. respon. si non habes, dic iurisconsultus u. l Senatus.

c *Animalibus*] quæ per se mouentia dicuntur, ut infra de uerbo. signi. l mouentium.

d *Non petuntur.*] quia rei vendicatio datur ei, qui dominus est de iure gentium, vel ciuili, vt infra eodem. l. in rem. sed istæ liberæ personæ sunt, & non sunt in alicuius dominio ergo non datur actio in rem, nisi adiecta causa, ut subijcit. Accur.

e *Prætoria.*] scilicet erunt petendi, & dic præiudicijs, idest, præiudicialibus exceptionib. veluti si ageret filius contra patrem, & pater obiiceret, agere non potes, quia meus filius es: & sic in modum exceptionis semper opponi debent, secundum Ira. Sed hæc glo. nulla est, quæ hic loquitur. cum filius petitur, non cum in modum exceptionis repellitur. Tu ergo dic, præiudiciis, idest præiudicialibus in rem actionibus vt Instit. de actio. §. præiudiciales. Et dicuntur ideo præiudicales actiones, & exceptiones, quia prius de eis cognoscitur, quam de alia principali quæstione pronuncietur. Sed certè hac ratione quælibet exceptio diceretur præiudicialis, quia semper prius cognoscitur de ea, quàm de principali quæstione pronuncietur, sed sententia in principali quæstione fertur, ut C. de ordin. cogn. l 1. 2. & 3. & l. cũ status. Dicuntur ergo præiudiciales, quia sic præiudicant vt interim aliæ quæstiones differantur, donec de hac iudicetur, differantur dico quãtum ad definitionem, ideſt cognitionem, non quantum ad litem contestatam, nam & in causa liberali hoc fit, vt sup. de lib. cau l. ordinata.

f *Nisi fortè.*] excipit ab eo quod dixi, non posse vendicari. Azo.

g *Adiecta causa.*] de iure Romano, vt subijcit. Sed nonne hoc in sequenti uetum, si quid ita repetitur vt superfluum? Respon. non, quia primo sub dubio, postea indubitanter respon. Azo.

h *Petit filium suum.*] sibi exhibendum ab aliquo. Azo.

i *Vel in potestate.*] sua esse dicat, cum filius contradicat, & fit à semetipso. Azo.

K *Romano*] quo filii sunt in nostra potestate, vt Insti. de patr. potest. § ius autem.

l *Vindicare posse.*] patrem filium suum. Azo. Sic etiam potest Abbas monachum suum adiecta causa de iure canonico: sic & prælatus clericum suum adiecta causa. Item potestas ciuem suum, vt infra ad municip. l. de iure. primo respõ. Idem de colonis Palestinis, ut C. de col. pa. l. 1. lib. 11. Idem de colonis Illyricanis, vt C. de colleg. illyr. l. 1. & de colonis Imperatoris, siue patrimonialibus, vel fisci-

Marginal notes:

† Vindicatione. Fl. cuius formulã explicant Cic. in oratio. pro Murena. & Gell. lib. 20. c. 9.

1 † Fl. vindicatione, & infra vbique.

2 † Fl. quæ de tum. proposita sunt.

* Propria hic est in iurisc. vt ait Sene. li. 2. natur q. 8.

* Vide Innoc. in c. certificari, extra de sepult. vbi glossæ § ei seq. & l seq explicat.

† 3 Fl. desunt si vt.

K *Præstari*] pretium eius.

l *Vtique*] pro certe, & autem, pro sed, quasi dicat dixi in duobus casibus propter interitum teneri possessorem prædictum, scilicet quando distraxit, & quando a tali casu præcauisset, & propter eos esse sententiam necessariam: sed certe, & propter alia est necessaria, vbi subijcit. & sic loquitur eodem casu. Quid tamẽ si de interitu non tenetur, quia nullus illorũ casuũ erat. nunquid erit sententia necessaria? dicas, q sic, de eodem possessore. Ita qd ẽt de eo, qui habuit iustã causam litigandi: an sit semper sňia necessaria pp hæc, quæ hic dñr? Res. forte sic, vt & ita in tribus casibus possit hic loqui, vt hic, & infra de re indi. l. si homo. & infra iu. sol. l. si seru⁹. licet quo ad interitum sit secus, vt dictũ est. Sed cui est hęc sňia necessaria? Res. tam actori, quã reo, actori pp fructus, & partus. reo propter stipulationẽ de euictione cõmittendam ꝯ suum venditorem, quę non committeretur, nisi per sententiam euinceretur, vt hic. & supra de neg. gest. at qui. §. cum me absente. Sed opp. fructus, & partus veniunt off. iu. & quasi accessiones sunt, ergo, &c. vt C. de posi. l. 4. Sol. hic erat lis contest. vnde officium iam corroboratum est, vt remanet ante sententiam, licet ter interdicat. & sic soluitur, inf. eod. l. fin. autem. §. si homo. Et quod ibi dicit, petitus, dic extraiudicium simplici conuentione. Item quid si actor homine mortuo nolit pro se ferri sententiam: immo remittit actionem? Respond. reus postulabit ferri, licet actor absit, quia in suũ fauorem inductum est. Vel dic, quod venditor necesse habet: probare seruum suum fuisse, vt venit C. de assertol. l. fin. secundum Azo. Item ad id, quod dicit, sententiam dandam homine mortuo, & sic de euic. agi, est contra infra de euic. l. si seruus, & C. de euic. l. si tibi. Sol. hic extabat res tempore lit. cont. vnde merito ad fructus, & ad alia tenetur, scilicet ob rem, vel pretium in casibus quibus dixi ad alia teneri, sicut quasi tunc esset lata sententia. Item ad id quod dicit, non committi stipulationem euictionis nisi lata sententia, est contra. inf. de act. emp. l. emptorem in prin. Sol. vt ibi. Sed qualiter formabitur sententia eo casu, quo casu possessor non tenetur de interitu, vt euictionis stipulatio committatur? Respond. quia cognoui seruum esse petentis: ideo te condemno in fructu & partu, & peculio, Sed quid si hæc non sint, & ita propter euictionem tantum est ferenda? Respon. quidam non iudicari quomodo enim iudicaretur? Alij quod sic condemno te in rem, sed tamen exceptionem habet damnatus vel dic, absoluo condemnaturum, nisi res interijsset. & sic causa absolutionis ponenda est, ut infra de iu. fisci, l. 2. §. senatus in fin. Vel dic, vt infra de exced. rei iud. l. si a te. §. 1.

m *Stipulationem.*] vbi est interposita. idem & si non est. Accursius.

n *Non enim.*] Respon. ei quod posset obijci: imò necessaria est sententia propter æstimationẽ rei præstandã actori, sed non est ita. Non enim bon. fi. poss. tenetur de casu aliquo modo, siue etiam durauit bon. fi. siue non: dummodo iustam causam habeat litigandi, quo casu loquitur hic, sed ma. fi. ab initio indistincte, vt C. quod met. causa. l. 1. & supra quod met. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus, & infra ad exhib. de eo §. si post. & plene dixi. supra l. proxi. in fi. Vel dic, æstimationem præstari in casib. prędictis. non enim &c.

¶ Si seruus petitus, vel aliud animal demortuum g sit sine dolo malo, & culpa possessoris, pretium non esse præstandum plerique aiunt. h 2† Sed est verius, si forte distracturus erit petitor, si accepisset moram i passo debere præstari. K nam si ei restituisset, distraxisset: & pretium locratur esset.

2† Alias, plerisq; placuit.

Paulus li. 21. ad edictum.

L X X V I.

V Tique l autem etiam mortuo homine necessaria est sententia, propter fructus, & partus, & stipulationem m de euictione: non enim n post lit. contestatam vtique & fatum 3 † possessor præstare debet.

3† F. factum,

Pretium.

a *Perierit.*] quia nauis ad hoc paratur, vt nauiget, vt inf. de vsufr. l. arboribus, § nauis.
b *Commiserit.*] & nisi tẽpore periculoso, vt ĩ. eo. l. qui petitorio, in fi. Et no. hic arg. contra eos, qui imperitos eligunt pro peritis, siue magistris, siue medicis, siue aduocatis. sic & ĩ. de ædil. edic. l. quod si nolit, §. si mancipium.

Non est in culpa, si quis vtatur re ad eum usum, ad quem est destinata. Bar.

¶ Culpa non intelligitur, si nauem petitam tempore congruo 1† nauigationis * trans mare misit, licet ea perierit: a nisi ǁ minus idoneis hominibus eam commiserit.

1† Flo. de. fl. ..... * Quod nam tempus sit nauigationum pulchre hoc Bud. ex Veget. li. 4. c. 39.

Ista lex legitur duob. modis in gl. secundum primã lect. breuiter hoc intendit: Possessor tenetur de facto eius cui vendidit: sicut de suo facto. h. d. secundum aliam lect. hoc intendit: Re perempta in subsidium tenetur possessor actione neg. gest. ad p̃tiũ ei⁹; licet nõ habuerit titulũ lucratiuum, si ei contra perimentem potest esse consultum. Bar.

Vlpianus] CASVS. Seruũ Meuiũ a te emi: & eundẽ Titio vẽdidi. Titius eũ iter fecit: teneor vero dño ad pretiũ: quia videor eum interfecisse.
¶ *Idem.*] Si petã à te rem, & in mora fueris: non solũ fructus, sed & fructuũ fructus vsque ad tps rei iudi. restituendi sunt. Si vero erat seruus meus quẽ possidebas: & aliquis verberauit eum: & ita habeas actio. l. Aquil. § verberatorẽ: illam act. mihi cedere debes: sed de cessione actionis est verum, si tu seruũ illum cœperis vsucapere: & post acceptũ iudiciũ vsucap. compleuisti.
¶ *Quod si dolo.*] Emi seruũ quem tu dolo malo distraxisti: quia videbas, ꝙ uolebam eum vendicare, & aliquis eũ interfecit: in electione mea erit, vtrũ velim cedi mihi act. ab emptore, aut habere pretium serui ab eo, qui dolo desijt possidere seruum lite pend. vsucaptum. Sed quid si petitor serui per aliquod tẽpus fructus percepit: deinde peruenit ad te, & illud incepit vendicare: illi fructus percepti non erunt restituẽdi. Et ratio est, q̃a bona fides non patitur, ꝙ bis idem exigatur, vt infra, de reg. iur. l. bonæ fides.
c *Peteret.*] põt dici, ꝙ petitus erat, & lis conteste. vnde teneatur pp occisionem alterius: quia illius factũ interpretor esse meũ, vnde teneor, vt ĩ. de verb. obl. l. si seruum, §. 1. Et dic teneri ad iustum serui pretium vtili in rem: quia dolo desijt possidere. Vel dic, ꝙ non erat petitus, & ꝙ dicit, peteret, expone, idest petere vellet. sic, & infra. de verb. oblig. stipulatus sum. Et dic, quod teneor ad pretiũ acceptum, licet meo nomine uendiderim: quia res est per emptã, unde in subsidium agitur neg. gest. vt C. eod. l. mater. & de reb. alie. non alien. l. 1. in fi. & infra depos. l. 1. §. fi. & ĩ. de reb. cred. l. si eum. & su. de neg. gest. l. fi. Sed nonne est iniquum me teneri ad pretium in secundo casu act. neg. gest. cum non habuit rem ex causa lucratiua: imo emi? Respon. non hoc casu: quia ceditur mihi act. l. Aquil. a domino contra occidẽtem. Sed qualiter agam l. Aquil. ex iure cesso, cum de euict. tenear, ut ĩ. de euict. l. vendicantẽ? Resp. propter delictũ suum forte hoc obijcere non potest

Vlpianus lib. 25. ad edictum.

LEX XVII.

IVlianus lib. 7. 2† Digest. scribit: si hominem, qui Mæuij erat, emero a Titio: deinde, cũ eum Meuius a me peteret, c eundem uendidero, eumque emptor occiderit, æquum esse me pretium Mæuio restituere.

2† Lib. 6.

¶ Idem Iulia. eodem lib. scribit, si moram fecerit in homine reddendo possessor, & homo mortuus sit, etiam 3† fructuũ rõnem vsq; ad rei iudicatæ d tempus spectandam esse.

3† Fl. ...

Re perempta tenetur possessor post moram ad fructus; & ad cæteras accessiones. Bart.

¶ Idem Iulianus e ait, non solum fructus, sed etiam omnem causam præstandam: & ideo & partus uenire in restitutionem, & 4† partuum fructus.

¶ Vsque adeo autem hæ 5† causæ ueniunt, ut Iulianus lib. 7. scribit, si per eum f seruum possessor acquisierit actionem legis Aquiliæ, g restituere cogendum.

4† Fl. etiam. 5† Fl. autem & causæ.

¶ Quod si dolo malo ipse possessor desierit possidere, & alius 6† hominem per iniuriã occiderit: aut pretium hominis, h aut actiones i suas præstare cogeretur: utrum eorum voluerit actor. Sed & fructus quos ab alio possessore percepit, k restituere eum oporteat. Lucrum. n. ex eo homine, qui in lite esse cœperit, facere non debet. Sed fructus eius temporis, quo 7† possessus est ab eo, l qui euicit, 8† restituere non debet. Sed quod dicit de actione legis Aquiliæ, procedit, si post litem contestatam m vsucepit possessor: quia plenum n ius incipit habere.

6† Fl. aliquis hominem iniuria occid. 7† Duar. qui tempore. 8† Flo. euicerit.

Si pendente iudicio ius actoris perimitur absque facto suo, ex facto rei peruenitur ad condemnationẽ, ac si peremptum non esset; & cautiones adinuicẽ præstabuntur. Bar.

Caius lib. 7. ad edic. prouin.

LEX XVIII.

SI post acceptum * iudiciũ possessor vsu hominem

[secun]dus emptor: sed prima positio casus planior est, & q. [s]ecundum casum conenit, timebant hoc, quia post lit. contest. indistinctè ad ipsum seruum tenetur, viuat vel non: nisi ex necessitate vendat, vt ĩ. e. l. item si verberatum, §. j. Sed certè, & hic ad seruum tenetur, i. ad eius veram æstimationem.
d *Indicatæ tempus*] certè imò postea: q̃a ea tẽporis intercapedo ad fructus non nocet, vt inf. de vsu. l. in fideicõmissi. §. 1. Rñ. ex officio iudex causæ principalis de illis non disquirit, cũ sunt ri tẽporis tractus, &c. vt inf. de vsu. l. j. & ita non veniunt, vt hic, sed de perceptis ante litem, & pendente lite disquirit, vt etiam percipiendi veniant: vt hic, & inf. eo. l. fructus. Et intellige quãdo dolus, vel culpa possessoris perit, vt post mortẽ eius omnes veniant fructus.
e *Idem Iulianus*] facit C. eo. l. certum. & ĩ. eod l. præterea, & ĩ. de peti. hæred. sed & si lege, in fine. & l. ꝙ si oues. & l. ancilla rum. & l. item uidendum, & l. post senatusconsultum, & l. Iulianus.
f *Si per eum seruum.*] iam eius factum vsucapione, ut postea dicit in fine.
g *Legis Aquiliæ.*] q̃a seruus ille fuit vulneratus: & ita domino facto per usucapionẽ actio fuit quæsita, ut infra ad leg. Aquiliam, item Mela, §. legis.
h *Pretium hominis.*] propter dolum.
i *Actiones*] in rem & Aquiliam.
k *Percepit.*] scilicet possessor.
l *Ab eo.*] s. uero domino.
m *Contestatam.*] & quomodo potuit, cũ cœpit esse malæ fidei? Respondeo superueniens mala fides non nocet usucap. ut C. de vsucap. transfor. l. j. §. hoc procul dubio.

* Bal. dicit istum tex. singul. ad hoc, q̃d licet vitium litigiosi obstet in iustis alienationibus: non tamen obstat cõfirmationi pendentis contest. Boicg.

n *Quia plenum.*] i. directum dominium, cum prius haberet utile secundum quosdam: quia Publicianam habebat, vt ĩ. de Public. l. j.

SI *post acceptum.*] CASVS. Emi rem a non domino, & bona fide inchoaui usucap. nec decrant mihi de usucap. nisi duo menses, cam uendicasti: sed lit. contest. usucap. compleui, unde ex quo dominus factus sum: si seruus erat, poteram eum manumittere, vel pignori obligare. Et ideo dicit Iurisconsultus, cauere debes tu possessor, quod nihil tale facias. Sed pone, quod erat dominus domus quam petij, & cum semel minabatur ruinam, cauisti de damno infec. postea petij a te, tunc cauere debeo de conseruando te indemnem. Et hæc ratio illius cautionis est. Vlpianus.

ceperit: 1† debet eum tradere: a eoque nomine de dolo b malo 1† cauere. periculum est enim ne vel 2† eum pignorauerit, uel manumiserit.

Vlpian.lib. 16. ad edictũ.

LEX XIX.

IPsi quoque reo cauendum esse Labeo dicit, 4† ijs rebus recte c præstari: si forte fundi d nomine damni infecti cauerit. 5†

Quicquid seruus petitus lucratus est, vel ex eo natum est, venit in restõne. Bart.

Caius lib 7. ad edic. prouin.

LEX XX.

PRæterea restituere debet possessor, & q̃ post acceptum iudicium per eum non ex re sua e acquisiuit: in quo hæreditates quoq; 6† & legata, quæ per eum seruum obuenerunt, continentur. Nec enim sufficit corpus ipsum restitui, sed opus est, ut & causa rei restituatur, idest ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore quo iudicium accipiebatur, restitutus illi homo fuisset. f Itaque & 7† partus ancillæ restitui debet: quamuis postea editus sit, quam matrem eius (post acceptum s. iudicium) possessor usuceperit. quo casu etiam de partu, sicut de matre, & traditio, & cautio de dolo necessaria est. g

Re perempta, vel perdita post lit. contest non tenetur possessor si dolus, vel culpa ei imputari non possit. Bar.

Paulus lib. 21. ad edictum.

LEX XXI.

SI a bonæ fidei possessore fugerit seruus, h requiremus, an talis fuerit, ut & custodiri debuerit. i tam si integræ opinionis videbatur, ut non debuerit custodiri, absoluendus est possessor; ut tamen si interim 8† eum vsuceperit 9† actionib. suis cedat petitori: & fructus eius tpis quo possedit, k præstet.

1† Fl. cepit.
2† Fl. dolo cauere.
3† Fl. vel deest.
4† Alias, pro his rebus.
5† cauit.
6† Fl. hæreditates quoque, legataque.
7† Fl. ancill.
8† Interea.
9† Fl. susceparat.

a Tradere.] sed qualiter post acceptum iudicium vsucapione completa dabitur priori domino rei uendi. cũ dominus esse desierit; Respon. s̃m B. eam durare actionem, licet corruptam post vsucap. quæ enim erat directa, nunc est utilis. Eandem. n. dicor hab. re filiam, licet hodie sit corrupta, cũ fuerit virgo. Sic & dr̃ noxalis actio directa, & directa noxalis, ut Inst. de nox. §. omnis auté. Et sic dr̃ emptori dari actionem utilem, quam habet post ea directã, cum cessa est. B mirabilia hic respondit. Dixit. n. spãle esse hoc casu, ut nõ dño detur actio contra dominũ, quod est falsum, ut ei, qui neque directo, neq; utiliter est dñs, detur rei vend. contra dominũ. ei uero qui utiliter est dñs, sæpe contra directa dño datur, ut inf. si ager vectig vel emphyt l. j. & ℨ. de acq. rer. do. l. qua ratione, §. sed non ut. & ita fit hic. Item quomodo desijt esse dominus, cum omnis actio perpetuet lit contest. vt C. de præscript 30. ann. l. fin. Resp. s̃m P. rei uend. non perpetuatur lit. cont. & est in ea speciale, ut infra, si ser. uend. l. sicut, §. plane si non vtendo. Sed certe contra eum facit: sed M. dixit, quod hoc erat olim, ut non perpetuaretur, ut hic, & infra pro emp. l. 2. §. fin. Sed hodie contra. C. de anna. except. l. ut perfectius. Tu autem dicas; quod quatuor sunt speciales casus in l. ut perfectius. in quibus vsucapio interrũpitur, alias non interrũpitur vsucapio, etiam hodie: sed vendicatio perpetuatur. Sed quare non interrumpitur, cum præscriptio interrumpatur, ut C. eo. l. more? Respon. quia rerum mobilium possessio vilis est, & abiecta, ut ℨ. de ac. poss. l. si rem. Hinc etiam est, quod minus tempus statuitur in usucapione earum.

b De dolo.] & culpa post lit. conte. ut ℨ. eo. l. si autem, §. si homo. Azo. Sed ad quid hæc cautio fit. nam nec alienatio tenuit, uel manumissio rei litigiosæ, vt C. de litig. l. 2. & fin. nec obligatio, ut ℨ. quæ res pign. oblig. possunt, l. j. §. eam. Responderi potest: præstari cautionem ꝓpter sumptus literis & alia: nõ quia ob illam dominiũ possit amittere actor. Vel dic, potuit alienare & obligare, aut lite contest. utilem hypoth. & rei uend. vtilem, id est, Public. cedendo, ut ℨ. de pignor. l. si ab eo. Sed hoc non videtur valere: quia illæ actiones vero domino non præiudicarẽt, vt ℨ. de publi. l. pen. & fin. nisi forte adiuuet prædictam solutionem confirmatio obligationis facta propter dominium quæsitum, ut ℨ. de pign. act. l. rem alienam: quia per lit. contest. non tollitur, ut in Auth. de litig. §. ad hoc auté. & ita est, cautio necessaria, ut hic & ℨ. de pigno. act. l. creditor, & ℨ. l. præterea, in fi. & argu ℨ. si usufru. peta. l. penul. §. penul. & ℨ. de pet. hæred. l. illud, in fine.

c IPsi quoque. Recte.] i. ne quod periculum, uel damnũ stipulator sentiat, ut ℨ. de uerb. sig. l. aliud, §. hęc verba. Et no. q superior lex loquitur in re mobili: hæc in immobili. Item illa de cautione præstãda a possessore petitori: hæc e contra. Dic ergo, ipsi quoque, s. bonæ fidei possessori, ut patet ex superiori: at malæ fidei sibi imputet.

d Fundi.] s. vrbani, vel etiã rustici, ut ℨ. de dam. infe. l. eũ emptor, § si agri. & de uer. sig. l. fundi, in pr in & non dico præscribi post lit. contest. quia interrumpitur vsucapio, ut & ℨ. l. proxi. not. nec etiam dicit hic præscribi. alij dicunt, præscribi per seruum vsucaptum.

PRæterea.] CASVS. Retento eodem casu, ut in l. præcedenti. A te seruum meum vendico, si lucrum acquirit, oportet te restituere, nisi de re tua, & opera sua aliquid acquisiuit, vel si hæres fuerit institutus, vel legatum ei fuerit relictum, cum non sufficit si tantum seruus restituatur: sed cum omni causa videlicet ueniet in restitutionem, quantum habiturus esset petitor si tempore litis contesta. ei restitutus esset. idem in ancilla petita, &c.

e Ex re sua] cum hic fuerit malæ fidei lit. contesta, uidetur, quod nec ex re, nec ex opera sua sibi quærat, ut C. eo. l. prima, in fine. quæ est contra. Solu. loquitur hic in bonæ fidei possess. qui remansit bonæ fidei possess. lit. contesta. vnde retinet quæsita ex re, sut audi, uel ex opera, quæ est ex re, ut ℨ. de acquir. rerũ domin. l. qui bonæ fidei, in princ. Vel hic loquitur de eo, qui fuit ab initio bonæ fidei possess. ibi de eo qui malæ fidei semper. Vel melius loquitur hic in bonæ fidei, sicut præcedentia, & sequentia declarant. Vnde etiam ex opera quæritur sibi, illa tamen restituit omnia sicut in fructib. P. vero hic multas absurditates dixit, s. quod loquatur hæc lex in malæ fidei possess. & talis seruus quærit ex re possidentis de æquitate, ut hic, sed non ex opera simpli. i. Quod non placet, s primum: quia simul hæc recidunt, ut ℨ. de acquir. rerum dominio, l. quæsitum. Item quare diceretur post acceptum iudicium, cum ita ante & post teneretur. Et quod dicit de hæreditate, & legato, procedit nisi contemplatione possessoris instituatur, ut infra, de vulgar. substitu. l. sed si plures, §. in arrogato & infra, de acquir. hæred. l. aditio. Sed quomodo obuenit hæreditas, cum nõ potuerit eius iussu adire eam, ut infra de acquiren. hæred. l. si quis mihi bona, in principio? Respondeo hic loquitur in bonæ fidei possess. qui habet titulum, & sic habet public. & iste potest bene iubere adire hæreditatem.

f Homo fuisset.] vt infra, de uerborum significationibus, l. restituere. & infra, de regulis iuris, l. in condemnatione, §. primo, & ℨ. de petitio. hæredit. l. illud, in princip. & l. ancillam.

g Necessaria est.] ut ℨ. eo. l. si post. Accur.

SI a bona.] CASVS. A te seruum meum petij: lite contest. fugit, an liberetis, quæritur. Distinguendum, si consueuit fugere, & ita erat custodiendus, aut non. Secundo casu absoluendus erit, cum non erit custodiendus. Sed si pendente iudicio illum vsuceperas, cedas actio. Si vero non susceperas, cessio non est facienda, nec cauebis de eo persequendo: sed teneris eum restituere si ad te peruenit. Si erat custodiendus: in culpa eras, quod eum dimisisti. Viuianus.

h Fugerit seruus.] post lit. contest. Accur.

i Debuerit.] ut ℨ. commoda. l. argentum, & l. in rebus, in princ. & facit l. si ut certo, §. custodiam. & ℨ. de noxal. l. non solum.

k Possedit.] post lit. contest. Accur.

a *De persequenda.*] sed de restituen la sic: ut infra l. prox. & infra ad exhib. l. Celsus. §. idem scribit. & infra de cond. cau. da. l. si pecuniam. §. item. & infra de leg. 1. l. cum res: l. sed si culpa. Sed emptor qui redhibitoria agit, quare cauet etiam de persequendo: ut infra de ędil. edi. l. redhibere, §. si. quæ est cōtra. Solut. quia rehabuit pretium: hic autem nihil rehabuit possessor. vel dic ut ibi not. Item speciale est in odium inferentis metum, ut ipse caueat de persequendo: ut supra qđ me causa. l. si cum ex. §. quod si homo. Accur.

b *Comminus.*] idest, cito, uel per manus persequi.

c *Potest.*] ex quolibet possidente. Acc.

d *Vsucapiat.*] nisi pro libero se gerat: uel ab alio possideatur: ut infra de acq. poss. l. 1. §. per seruum. & l. 3. §. si seruus.

e *SI uero*] alias incipit lex. alias non. Accur.

f *Damnari.*] Sed nō ne licuit ei abuti re quam suam putabat: ut supra de pet. hære. si quid possessor. §. sicut? Respon. ante litem contestatam, si fugerit, non potest ei imputari aliqua culpa: sed de dolo tantum tenetur: ut infra eodem, l. sin autem. §. si homo. & l. si homo. & l. culpa. sed post litis contest. tenetur de culpa. & ita accipe hic, & infra de euictio l. si seruus uenditus §. idem Iulianus. sic & ↄ. de præcar. l. quæsitum. §. ‖ seruitute vsus. Accursius.

Quod si nondum eum vsucepit, absoluendum eum sine cautionibus, ut nihil caueat petitori de persequenda [a] ea re. Comminus [b] enim 1† petitor eam rem persequi potest: [c] quamuis interim dum in fuga sit, vsucapiat. [d] nec iniquum id esse Pomponius libro 39. 2† ad edictum scribit.

Pomp. lib. 39. ad edictum.

LEX XXII.

SI vero [e] 3† custodiendus fuerit etiam ipsius nomine damnari [f] debebit: ut tamen ‖ usu eam non cœperit, [g] actor ei actionib. suis [h] cedat.

¶ Iulianus autem ait: in ijs casibus ubi propter fugam serui possessor absoluitur, etsi non cogitur cauere de persequenda re, tamen cauere debet 4† possessor, si rem nactus fuerit, ut eam restituat, [i] Idque Pomp. lib. 14. 5† uariarum 6† lectionum probat: quod verius est.

Vlpianus lib. 15. ad edict.

LEX XXIII.

QVod si dolo possessoris fugerit, damnandum eum quasi possideret. [k]

Paulus lib. 11. ad edict.

LEX XXIIII.

IN rem actio [l] competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquisiuit.

Res quæ in nullius bonis sunt, uendicari non possunt. Bar.

¶ Loca sacra, item religiosa, quasi nostra, [m] in rem actione peti non possunt. [n]

¶ Si quis rei suæ alienam rem ita adiecerit, [o] vt pars eius fieret: veluti si quis statuæ [p] suæ brachium aut pedem alienū adiecerit, aut scypho ansam, [q] vel fundum, vel candelabro sigillum, aut mensæ pedem, dominium eius totius rei [r] eum 7† effici: vereque statuam suam dicturum, & scyphum, plerique recte dicunt.

1† *Alias, nihilominus ... persequi possit. ... fortè ... gendum com... Duar.*
2† *Alias lib. 36. Dig.*
3† *Fl. est §.*
4† *Fl. debere possessorem.*
5† *Lib. 34.*
6† *Alias, de... uariarū.*
7† *F. deest, eū.*

rerum diuis. l. 1. §. quod autem. & ideo ut nostra non petimus: sed actione in factum: ut infra eodem. l. quæ religiosis, & infra de mortuo infe. l. 2. Sed contra Cod. de sacrosanc. ecclesi. l. sancimus, ubi dicit, quod si sancta vasa uel alienentur, uel obligentur, per episcopos & œconomos uendicantur, Soluc. secundum quosdam, ibi in mobilibus: hic in immobilibus. vel hic non uendicantur a priuatis, sed ab œconomis, & sic nomine ecclesiæ. Vel ibi dat utilem: hic negat directam. Vel ibi vendicat, adiecta causa, de iure canonico: vt supra eodem, l. 1. Item ius pat. petitur condictione ex iure canonico: uel ex legem nam & lex hoc concedit, ut in Authen. de sanctiss. episco. §. si quis autem. col. 9.

n *Non possunt.*] sed interdici potest: ut infra de mor. infer. l. prima, in princ. Item in factum, ut corpus tollatur illatum ab eo qui nō habet ius, ut infra de relig. l. 2. §. prætor. Accur.

o *Adiecerit.*] bona uel mala fid. sed si dominus pedis alienæ statuæ adiecit, tūc si mala fi. donare uidet: ut Inst. de rerū diuisio. §. ex diuerso. Itē loquitur hic, quando factū facto argento iungitur, & fit eius pars ubi aute infectū infecto, qui libet sue partis dominus permanet. ut infra de aquiren. rerum domin. l. quicquid primo respon. æqua lis uel inæqualis, possit, uel non possit. Et dic, permanet, ut neutra alteri cedat: sic tamen commune si non potest separari: ut ↄ. eodem, l. qui gregem. §. fin. & ↄ. de acq. rerum domi. in dicta l. quicquid primo. resp. Sed ubi factum facto, ita quod neutrum alteri ceditur pars: dic quod minus maiori cedit. si neutra, maior cedit pretiosiori, si autem nullum pretiosius, tunc nullum alteri & sic quilibet tunc suum vendicat citra fidei distinctionē, vt l. quicquid. §. fi. & si potest separari, alias fit commune, ut ↄ. eo. l. si frumentum. Si aūt materiæ tuæ infectæ alienam factam vel infectam adiunxeris, quacunque fide, quocunque modo, quæ aliena fuerit, prioris dñi manet, nec fit cōtra, qñ [illegible] pōt separari, ut d. l. quicquid. 2. rñ. Si tuæ factæ alienā infectam, totum tuum erit. Sed si applumbaueris bona fide, & prior dñs manet dñs, & ad exhib. agit, si mala fide, vtili rei uen. Si uero bo. fi. ferruminaueris; in factum teneris, quia in perpetuum recessit a domino dominium. si mala fi. dñs manet qui fuit, licet totum fit tuum, & colliguntur prædicta ex hac l. & d. l. quicquid.

p *Statuæ.*] erat ergo statua species per se ēt sine adiūcto.

q *Ansam.*] i. manubrium, quod cum manibus tenetur. & & dr̄ ansa proprie p. ollæ. unde Ouid. Tortilis a digitis excidit ansa meis. & Virgil. in Bucol. Et grauis attrita pendebat cantarus ansa.

r *Totius rei.*] etiam si per applumbaturam hæc adiecta sunt, ut ↄ. de acquir. rer. do. l. quicquid. 2. respon. Sed qūo tunc est totius dominus? sic ergo non vendicaretur, sicut in ferruminatis dicitur. ↄ. eo §. item quæcumque. at certū est ea inter se differre, ut ibidem dicitur. Dic ergo, totius. i. cuiusdam corporis totalis. totale enim corpus est statua, quæ alteri rei non accedit, non autem cuiuslibet eius partis, quando per applumbaturam. Accur.

g *Non ceperit.*] & sic ei actio non dabitur suo nomine. Accursius.

h *Cedat.*] nisi dolo fecit, quo minus possideret, ut ↄ. eo. l. is qui dolo.

i *Restituat.*] Imo nec de hoc. ut uidetur, ut ↄ. depos. l. si sine dolo. quæ est contra. Solu. hic erat iam lis contestata, dum conuertit se in fugam. Vel illud in deposito. Vel ibi depositarius omnino habere desierat; hic autem possessionem retinebat omnino, nisi pro libero &c. ut modo notaui. Accur.

k *QVod si dolo. Possideret.*] & in litem iurari potest, ut infra eodem, qui restituere, & actio ei non ceditur. ut infra eod. is qui. & infra de noxa. si bonæ fidei posses.

l *IN rem actio*] directa, stricte enim hic dicitur in rem? ut nec reales. s. hypothecarias uel utiles in rem comprehendat & dic, quod dominia acquiruntur iure gentium multis modis, ut Insti. de rerum diuisio. §. singulorum. usque ad titu. de vsucapione. Ciuili autem, ut per vsucapionem, ut Institu. de usucap. in si. primo responso. non per præscriptionem, secundum Ioan. licet M. dixerit quod sic. & est pro utroque. C. de præscrip. triginta annorum. l. si quis emptionis, circa princip. Sed oppone de muliere quæ habet dominium, ut C. de iure dotium. l. in rebus. nec tamen agit. ut C. eodem, doce. Sol. habet obfuscatum, secundum M. uel dic, non hebet ullos modos, ibi no. nisi quo ad hoc, ut inde sustentetur: quo etiam respectu possidet. ut C. qui potio. in pign. hab. l. assiduis. circa princip.

m *Quasi nostra.*] Nam nullius in bonis sunt: ut supra de

Pars cedit toto; & liquidum cedit arido, si ei vniatur. Bar.

¶ Sed & id quod in charta a mea scribitur, aut in tabula mea 1 † pingitur, statim meũ fit: licet de pictura quidam contra senserĩt, propter pretiũ picturæ: sed ei necesse est b ie rei cedere 2 † id q̃d sine illa esse non potest.

Qui vendicat totum, repellitur exceptione; nisi restituatur pretium partis adiunctæ. Bar.

¶ In omnibus c igitur istis casibus, 3 † in quibus mea res p̃ præualentiam d alienam rem trahit, e meamq; efficit, si eã rem vendicem, per exceptionem doli mali 4 † cogar pretium eius, quod accessit, dare.

Ea quæ vni corpori vniuntur, compositione durante uendicari non possunt; nec ea dissoluta si per ferruminationem sunt vnita; secus si per applumbaturam. Sed actione in factum primo domino cõsulitur: sed in vnione, qua ex separatis corporibus consistunt, quilibet suæ rei dominus remanet. Bartolus.

¶ Item quæcumque alijs iuncta, siue adiecta cessionis loco cedunt, ea quamdiu cohærent, dñs vẽdicare non põt: sed ad exhibendum agere p̃t vt separẽtur: h & tũc vendicentur. f. excepto eo q̃d Cassius de ferruminatione scribit. Dicit. n. si statuæ suæ ferruminatione iniunctum 5 † brachium sit, unitate id 6 † maioris partis cõsumi: & quod semel alienum factum i 7 † sit, & si inde abruptũ sit, redire ad priorem dñm non posse. k Non idem est 8 † in eo quod applumbatum sit: quia ferruminatio per eandem materiam l facit confusionẽ: plumbatura vero 9 † non idem efficit. ideoque in omnibus m his casib in quib. neque ad exhibendũ, neq; in rem locũ hẽt, in factũ n actio necessaria est. At in ijs corporibus 10 † quæ ex distantib. capitib. essent, cõstat singulas partes retinere suam p̃priam spẽm: ut singuli hoĩes, o & singulæ oues: ideoq; posse me gregẽ vẽdicare, quãuis aries tuus sit immixtus, p sed & te arietẽ vẽdicare posse. Quod nõ idẽ in cohærentibus corporibus eueniet: 11 † Nam si statuæ meæ brachiũ q alienæ r statuæ addideris, non posse dici brachium ...

a *Quod in charta.*] vel membrana.

b *Sed ei necesse est*] Et ita tam scriptura, quam pictura cedit, ut uidetur: sed contra in pictura: ut infra de acq. rer. domin. qua ratione. §. sed non ut literæ, & Instit. de rer. diuis. § si quis in aliena. Sol. hæc corrigitur per illas, secundum Azo. uel secũdũ Io. hic nõ respõdet nisi in charta & in scriptura, cũ dicit: sed necesse, &c. Tertij, ut P. distinguunt, an tabula sit pretiosior pictura: ut cessio fiat pretiosiori: & hoc ex illo uerbo, propter pretium, quod hic ẽ: & ex eo quod reperitur Inst. de rer. diuis. §. si quis in aliena. ibi, uilissimæ tabulæ. Vnde de homine picto, & bono colore: nõ autem traheret alias pictura tabulam, quicunque primarũ teneas, in diem recidit. Vel idem utrobique, quando pictor mala fide pinxit, hodie autem semper est pretiosior scriptura quam charta: & ideo pictura semper trahit ad se chartam.

c *In omnibus.*] f. talib. uel plurale pro singulari casu, ut sic ad picturam non referatur, secundum Io. uel dic, ut statua & charta secundum Azo.

d *Per præualentiam.*] partis, uel etiã pretij, ut infra de acq. rer. dom. l. quicquid. §. fi. & not. supra, §. prox. In gemma autem annulo iniuncta distingue, quid eius causa ornandi adiungatur. de usucapionibus, l. rerum mixtura, in §. quid ergo. & dixi infra ad exhiben. l. gemma. & infra de auro, & argen. lega. l. & si non sint. §. perueniatur.

e *Trahit.*] maioris partis, quod puto in rebus factis, quibus adiungitur quid factum, uel infectum: cæterum massam massæ, & maiorem ualde pretio, & quantitate non puto accedere confusione: ideoque remanet quilibet dominus pro parte sua, siue ponas communicari, siue non. Quid ergo si meam factam tuæ factæ a ... quod sit pars alterius nulla maiore altera: & sic fecit ... m speciem: & ita quod iure specificationis non petam neutra cedit alteri, etiam si altera sit ualde maioris pretii: quis ergo erit dominus speciei? Dic utrumque pro indiuiso, & pro rata, si fuit adiunctio facta ferruminatione. sed si per applumbaturam, nemo intelligitur dominus speciei: * sed nec communis est pro diuiso, ut de grege diximus supra: sed si par. sed Ioan. dicit ratione maioris pretij alterum alteri cedere, ut supra in notula sua scriptum est, quod non placet. sed responde illi legi, ut infra de acquir. rer. dom. l. quicquid.

f *Dare*] Ita tamen ad uendicandum totum admittat, si scriptor, uel qui pedem statuæ adiecit, bonam fidẽ habebat: ut j. de acq. rerum dom. in l. qua ratione. §. sed non & l. adeo §. ex diuerso. Vnde si bona fides defuerit, est denegetur exceptio, ut dictis legibus, multo magis denegabitur actio in f. sũ, de quo loquitur in prox. § in fi. Acc.

g *Vendicem.*] hoc in applumbatis. Item in tex. ... & in institut. Instit. de rerum diui. § si tamen. Et no. quod dominus manet prior: sed si mala fide adiunxi, uendicat, quod est adiunctum. Accur.

h *Separentur*] sic & infra ad exhib. l. in hac actione. §. est autem & l. tigni. §. j.

i *Factum*] per adiunctionem factam bonæ fidei: si autem malæ fidei, puto quod prior remaneat dominus, licet totale corpus tuum sit, ut supra in glos. bona, uel mala, &c. Accur.

k *Non posse.*] sic arbor quæ coaluit, etiã abrupta non redditur, ut infra de acquiren. rerũ dominio l. sed & si, §. arbor. Sic seruus pœnæ damnatus, licet restitutus in integrũ, non redditur domino, ut infra de pœn. aut damnũ, pœn. respon.

l *Materiam*] vt ferrum ferro, mediante ferro, argentũ mediã te argento: & sic in similibus. Quodcunq; autem istorum defuerit, erit applumbatura, ut his euidenter dicitur: ideo forte sic dicta, quia per plumbũ plerumq; fit, & de his adiunctionibus dic, ut dixi supra eadẽ lege. §. si quis rei suæ. An autem bona fides est necessaria in his ferruminatis, uel similibus. & puto in his ita dicendum, secundum Azonem, ut si proprietati meæ aliena p̃prietas iure ferruminationis cedit, siue p̃pter factum meum, siue propter factum alterius, me bonam fidem habere non est necessariũ. At econtra, si is, cuius est, suo facto cedit: sic nec alias donasse uideatur ut j. de acquirendo rerum dominio, l. adeo. § ex diuerso. & l qua ratione. § literæ. versic. sed non ut literæ. Si uero propter factum alienum, nõ ei cuius est, non remittitur ab eo bona fides, cum ipse nihil faciat. Ideoq; sicut hic dicitur, pretium rei suę petet ab eo cui cessit. Quod autem in ferruminato dixi, intellige in sato & plantato. Si uero non rei, sed personæ fieret accessio: qui specifico, bona fides est necessaria, ut j. de acq. rer. domin. l. adeo. §. cum quis.

m *In omnibus.*] idest in hoc casu de ferruminatis. Vel dic, in omnibus his & similibus ut satis, & plantatis, & naturali alimento alitis & specificatis secundum nos. licet M. contra, qui utilem in rem dabat, & in sacris & in religiosis locis, ut supra eodem. §. loca. sed habet locum in factum.

n *In factum.*] quæ in uarijs articulis iuris locum habet, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. sancimus. & infra de donationibus inter uirum, & vxorem, l. si mulier ex pecunia, § finali & l. sequen. & infra de action. & obligatio l. prima, in princ.

o *Singuli homines.*] in choro, uel in familia seruorum.

p *Immixtus.*] ut & j. l. 2. §. fi. & l. a. in fi.

q *Brachium.*] quo ad hoc, ut uendices adiunctum, sed vere es dominus, & ad exhibendum agis, & uendicas postea, ut supra eod. §. item quæcũque. Vel loquitur hic, quãdo per ferruminationem.

r *Alienæ*] idest, non meæ, ac si diceret, tuæ.

1 † Fla. decis. mea.
2 † Fl. cedi ... fine.
3 † Fla. decis. casibus.
4 † Alias de eff. mali.
5 † Iunctũ F.
6 † Flo. decis. id.
7 † Alias, de est factum.
8 † Flo. decis. est.
9 † Flor. decis. vero.
10 † alias, at in ijs. quæ ex distantib. corporib. essent.
11 † Fl. eueniet.

* Ferruminationis, & plumbaturæ materiã ponit Bal. in l. vxori quis legauit. de au. & arg. le.

Vm

a *Vno spiritu.*] idest vna elementatione.
b *Continetur.*] vt & j. de vsucap. l. rerum mixtura: & inf. de auro, & arg. leg. l. statuam. Accur.
c *Sciens.*] quo casu non aget vt estimatur: sed vt pretium peteret iurando in litem: quia dolo desijt possidere: vt infra, de tig. iniun. l. j. in fi. & infra, de sol. l. qui res, in fi. secundum Ioan.
d *Descendit.*] vt j. de tig. iniunc. l. j. in prin. & ad exhiben. l. gemma, in fi. & j. de acq. rerum domin. l. adeo, §. cũ in suo. Sed numquid etiã bonæ fidei possessor tenetur in duplum? Quidam dixerunt in simplum tantum, arg. infra, de donat. inter virũ, & vxo. l. de eo. Itẽ no. quòd aliud in pictore, vt j. eod. §. sed & id. Item nota, quòd cõtra hũc malæ fidei possessorẽ quinque competunt actiones, scilicet rei vendi. item ad exhib. item de tigno iniuncto. item códictio furtiua: & actio furti. Itẽ duę primę dant, quasi desierit dolo possidere: aliæ non. Item prima, & secũda, & quarta: quia rei persecutoriæ sunt, inuicem vna per aliã tollitur. Idẽ in tertia quantum ad simplum vnũ, quod rei persecutionẽ continet. Quinta verò, scilicet furti, nullam persecutoriam tollit, sed tantum pęnã: sed actio de tigno iniuncto, in eo quod pœnam continet, actioni furti detrahit: aliæ verò non, quia rem persequuntur. Item nunquid is qui non iniunxit, sed tantum iniunctum habet, tenetur? Respon. ita, arg. inf. de ijs, qui deiec. vel effud. l. si verò, §. positum. & de flumi. l. j. §. fin. Item an faber? Respon. non: sed ille qui fieri fecit, vt arg. inf. de vi, & vi arm. l. j. §. deiecisse. Item solet quæri, an idem sit in villa, scilicet rure facta, quod in ædificio in ciuitate; argum. quòd non, vt j. ne quid in loco publ. l. fin. Sed contra puto, propter huius l. generalia verba, vt Inst. de rerum diuis. §. cum in suo, vers. quod ideo prouisum. & infra, de verb. signi. l. vrbana, secundum Azo. Item, quid si timore pœnæ dupli vel tx eximere is, qui iniunxit? Respond. non est audiẽdus, quia non sui fauore est hoc statutum, sed propter publicam vtilitatem: & hoc in mala fide iniungente: Bonæ fidei verò iniunctor auditur, secundum quosdam. Sed contra videtur, j. de leg. j. l. cæsera, §. si duobus.

chium tuũ esse: quia tota statua vno spiritu [a] continet. [b]

Continua sic: supra dixit de ijs corporib. q̃ consistunt vno spiritu, & una elemẽtatione: itẽ de corporib. separatis: nunc verò de ijs, quæ consistunt ex diuersis elemẽtationib. & corporibus coniunctis. & h. d. Tignum alienum ædib. iniunctum, non potest vendicari, nec peti quod separetur; sed actione de tigno iniuncto erit agendum. B.

¶ Tignum alienum ædib. iunctum nec vendicari potest pp legem 12 tabularum: nec eo nomine ad exhibendum agi: nisi aduersus eum, qui sciens [c] alienum suis ædibus iunxit: sed est actio antiqua, De tigno iniuncto, in duplũ: quæ ex lege 12. tab. descendit. [d]

Cæmenta cũ domo vnita, dominus cęmentorũ vendicare non potest; secus ea dissoluta, etiam tempore præscriptionis cõpleto. B.

¶ Item si quis ex alienis cæmentis in solo suo ædificauerit, domum quidem vendicare poterit: cęmenta [e] autem resoluta prior dominus vendicabit: etiã si post tempus vsucapionis dissolutum sit ædificium, [f] quam 1† à bonę fidei emptore possessum est. 2† Nec. n. singula cæmenta vsucapiuntur: etsi [g] domus per temporis spatiũ nostra fiat. [h]

Consultius est agere possessorio, quàm petitorio B.

Caius lib. 7. ad edic. prouin.

LEX XXV.

IS qui destinauit rem petere, animaduertere debet, [i] an aliquo interdicto possit nãcisci possessionem: [K] quia longe commodius est ipsum possidere, & aduersarium ad onera petitoris compellere, quàm alio possidente petere. [l]

Gl. summat istam l. cum seq. & principio seq. & ideo glo. sit pro summario, ideo nota eam. Bart.

Vlpianus libro 70. ad edict.

LEX XXVI.

IS qui se obtulit rei defensioni sine causa, cum non

1† Fl. possessũ. 2† Fl. sic.

e *Cæmenta*] quæ nec per se possidentur, vt inf. de acquir. possess. l. qui vniuersas. & ideo vendicantur eis dissolutis: vt hic, & C. eod. l. 2.
f *Ædificium.*] hoc, nisi iam esset duplum consecutus per actionem de tigno iniuncto, vt Inst. de rerum diuis. §. cum in suo. Item hac vera, etiam si per triginta ann. tignum bonæ fidei impositum mansit in domo, secus si mala fide, quia præscripsit. Sed cur mala fide est melioris conditionis, cum esse non debeat, vt ĩ. de petit. hæred. l. si à patre, §. si prędo? Respondeo, quia ubi mala fide iniunxit, etiam durante ædificio vendicare potui; quod si non feci, merito mihi negligenti obsta. exceptio. quod dici non potest cum bona fide iniunxit; vnde non imputatur, ut C. de ann. except. l. j. in fine.
g *Etsi*] idest, quamuis.

a Ang. hic & Ioan. de Imo. & D. Alex. in l. de pupillo, §. nunciatione, & no. op. nũ. inf. glo. istã q̃ singul. exclamant, ad hoc, q̃ faber uel operarius excusatur, si laborat in re aliena, q̃ producentis est, ex quo facit de mandato eius, de quo p̃ pr̃atos Do ctoribus ibi ... limitant ... istud, de qua limitatione uide (rogo) Alex. ubi ... q̃ ... ce datio ista sunt menti tenẽda, quia quotidiana. Bolog.

h *Fiat.*] i. quasi nostra, cum verum dominium secundum nos non quæritur per præscriptionem, licet M. contra.
i *Is qui Debet.*] Consilium est, vt supra, de transact. l. pa 60. Accursius.
K *Possessionem.*] vel recuperandæ possessionis, vel retinendæ, vel adipiscendæ. & facit Inst. de inter. § retinendæ, & § commodum. & infra, de acq. possess. l. exitus, & l. naturaliter, §. nihil. & ff. vi & vi arm. l. cum fundum, in fi. Idem et ciuili actione eam consequi potest: quod fit quandoque, vt dixi supra, de condi. indeb. l. indebiti, § j in princ.
l *Petere.*] & ideo magna contentio est de ea, vt infra vti possid. l j § huius autem.

Is qui se obtulit.] CASVS. Si rem meam possidebas, & Titius obtulit se liti, dicens se possedisse, & eum conueniam: & lit. contest. inuentus est non possedisse: an sit condẽnandus, quæritur. Et dicitur, quòd sic. Si verò ante lit. contest. Titius pœniteat, & dicit se nõ possidere: absoluendus erit. Sed pone, cũ credebam, q̃ Titius possideret, & volui ab eo vendicare: & Seius dicat se possidere, nõ Titium: hic non erit pœnitentiæ locus, sed Seius est cõdemnandus. Ex prædictis ergo apparet, q̃ hãc act. possessor patitur. vnde si quis tempore lit. contest. & rei indic. possedit, erit condemnandus.

¶ *Si homo*] Seruum meum bo. fid. possedit quis, deteriorem eum fecit, lite non contestata decessit. unde non tenetur per hanc actionem, neque ad pretium, neque ad damnum, sed lege Aquil. agere potest.

¶ *Sed & si.*] Possedisti seruum meum mala fide, uel bona, antequàm fecimus lit. contest. desijsti eum possidere, & dolo malo, perinde condemnandus es, ac si possideres; & cum sit in uniuersali iudicio, ut debeat dolus præteritus uenire in iudicio; nunquid ergo sic dicendum est, ut ueniat in speciali in rem act. Et dicitur quòd sic.

¶ *Si per.*] Filius meus, uel seruus rem tuam possedit; & ita ego per eum, absens fuit tempore latę sententię, dandum erit mihi tempus, intra quod ducam seruum, uel filium; & cauebo conuenienter de re restituenda.

¶ *In re*] Iste §. continuatur in l. seq. usque ad l. fructus. & de eadem materia tractat, scilicet qualiter possessor possit recipere sumptus, quos fecit in re possessa. Et dicit, q̃ illos percipiet, antequam rem restituat. & ad hoc multa ponit exemplã. Primum est tale. Fundum tuum possedi, sumptus feci; uel domum, si petas, refundes mihi impensas; alioquin repellam te per exceptionem doli mali. idẽ est, & si constante matrimonio maritus dederit uxori fundum; quia non ualet donatio si matrimonium dissoluatur; & si mulier repetat dotem, excipiet maritus, q̃ tibi non reddet, donec fundus quem dedit, ei restituatur. Idem si possess. ædificauit in area petitoris, scilicet quod potest objicere exceptio. nisi reddat sumptus, nisi patiatur petitor eum tollere ędificium.

¶ *Sed &.*] Possedi seruum tuum, instruxi eum in aliqua arte, quęritur, an idem sit quod in superiori casu.

possideret, a nec dolo fecisset quo minus possideret, si actor ignoret, non est absoluendus: b vt Marcellus ait: quæ sr ja vera est. sed hoc post litem contestatam. Cæterum ante iudicium acceptum non decipit c actorē, qui se negat possidere: cum verè non possideat: 1 † nec videtur se liti obtulisse, qui discessit. d

Paul. lib. 2. ad Plautium.

LEX XXVII.

NAm si actor scit, tunc is non ab alio, sed à se decipit; e & ideo reus absoluit.

Idem lib. 21. ad edictum.

LEX XXVIII.

SI autē 2 † cum à Titio petere vellem, aliquis dixerit se possidere, & ideo liti sese 3 † obtulerit: & hoc ipsum in re agenda, testatione f 4 † probauero: omnimodo g condemnandus est.

Non sufficit quem tempore litis contest. possidere, si ante sententiam absque culpa possidere desinit. Itē sufficit si possidet tempore sententiæ, licet ante non possederit. Bart.

¶ Possidere * autē aliquis debet vtique, & litis contestatæ tēpore, & quo res iudicatur. h Quod si litis contestatæ 5 † tempore possedit, cum autem res iudicatur, sine dolo malo i amisit possessionem, k absoluendus est k possessor. Item si litis contestatæ tempore nō possedit, quo autem tempore 6 † iudicatur, possidet, probanda est Proculi sententia; vt omnimodo condemnetur. Ergo & fructuum nomine, ex quo cœpit possidere, 7 † damnabitur.

Casus superueniens excusat possessorem à præcedente culpa. Bart.

¶ Si homo petitus l dolo possessoris deterior factus sit, deinde sine culpa eius ex alia causa mortuus m sit, æstimatio non fiet eius quo 8 † deteriorē eum fecerit: 9 † quia nihil interest petitoris: n sed hoc, 10 † quantum ad in rem actionem: legis autem Aquiliæ actio durat. o

Qui dolo desiit possidere, vt possessor conuenitur. B.

¶ Sed & is, qui ante litem contestatā dolo desijt rem possidere, tenetur in rem actione. Idque ex Senatusconsulto colligi potest, quo cautum est (vt diximus) vt dolus præteritus in hæreditatis petitionem veniat. Cum n in hæreditatis petitionem 11 † (quæ & ipsa in rem est) dolus præteritus p fertur: 12 † non est absurdum per consequentias, & in speciali in rem actione dolum præteritum deduci. q

Dicitur quod non, quia ars ab homine tolli non potest, vnde ita demum rep. tam sumptus, si plus propter talē artem vendidisti: vel si tibi denunciaui anteq̄ eum instituisti, vt non peteres: quia in casu isto obstabit tibi do. ma. except. Sed quid si aliquid percepi ex operis serui, nunquid debeo illud restituere? dicitur quod sic nec refert si fuerit seruus magnus vel paruus. si vero magnus, quoniam eum instruxi, fructus operarū debent computari in sumptibus quos feci. si autem mecum stetit per xv. an. post quam sciuit artificiū, impensas repetere nō potero: compensando lucrum perceptū ex eo artificio cum impensis factis in eo instituendo. h. d. vsque ad l. fructus. Viuia.

a *Possideret.*] asserens se possidere. sed quid si egi contra non possidentem: nec quæsitum fuit, an possideret nec ipse dixit, an debeat damnari? Respon. non, vt ff. de excep. rei iudic. l. si à te. § j. secundū secūdam casus positionem.

b *Absoluendus.*] imò damnandus, vt hic, & ff. si vsufr. pe. l. si in fi. nec liberatur possessor: vt sup. de pet. hæred. l. nec vllam, §. fi. Et vt plenè videas, distingue, cū quis se offert petitioni: si quidē actor scit eū non possidere, nec ante lit. contest. nec post, pōt aliquid actor imputare reo, quia ipse à seipso decipitur, vt ff. de pet. hæred. qui se liti. & inf. l. proxi. si verò ignoret, si quidē reus vsque ad lit. inchoatam persistat in contradictione: tenet omnimodo, vt hic subijcit. si verò velit ante litē pœnitere, distingue, verū à certa persona, puta à Titio volebam petere, vt tunc & ante litem contest. non liceat ei pœnitere, vt infra eo l. sin autem, in princ. an incertus erā à quo peterem, quia ignorabam rei possessorem, & fortè de eo quærebam, vt tunc liceat pœnitere, vt hic dicitur.

c *Decipit.*] fingit hæc lex eum non decipi, si tamen contra probetur, vt quia alius interim vsucepit, tenetur, vt supra, de dolo, l. pen.

d *Qui discessit.*] ante lit. contest. vt infra rem rat. hab. l. amplius & sic no. ante lit. contest. licere pœnitere, non post, vt hic, & infra sol. matr. l. si cum dotem, §. eo autem tpe. & supra, de iurisd. omn. iud. l. si conuenerit, & ff. de sol. l. stipulatus, in fi. infra, de noxal. l. electio. §. neque, & C. de fideiuss. l. liberum.

e NAm si actor. *Decipitur.*] dolus autem volenti non infertur, vt C. de tra. fac. l. cum donationis. Item nō debuit certiorari, & vt ff. de act. emp. l. j. in fi. Accur.

f SInantem *Testatione*] per testes.

g SOmnimodo.] idest, non distincto sciuerit an ignorauerit actor, secundum quosdam: immo distas sit lit. contest. vel non, vt in distinctione notaui. Accur.

h *Iudicatur.*] hoc verū si à primo incipias, vel à tempore lit. contest. vt statim patet: secus si à secūdo, quia illud sufficit.

i *Dolo malo.*] & culpa q̄ venit lit. contest. vt ff. eo. l. si homo, & l. si culpa, & l. si i rē. & facit ff. de pet. her. l. si quo.

k *Absoluendus est.*] contra, ff. de pos. l. j. §. si in rem. Sol. illa est actio personalis, hæc est realis. vel verius dic, quod ibi prius dolū cōmiserat alienando. Item hę, quę hic dicuntur, intellige cū distinctione q̄ fecimus ff. eo. l. item si verberatum, in fi.

l *Si homo petitus*] extra iudicium.

m *Mortuus*] ante litē contest. & sic non est contra ff. eo. l. vtique. ADDITIO. Intelligas hic hominē petitum ante litem contesta. vel fortè extra iudicium: secus si lis esset cōtest. & sic officiū iudicis esset corroboratum, vt in d. l. vtique. &c. undū Bar.

n *Petitoris*] nunc, si nō fuisset hominem deteriorauimus: & si deterioratus nō fuisset, similiter mortuus esset. & ideo cū rei vēd. locū si habeat: nec iudicis officiū sup. damno, subducta principali actione, locum hēre pōt: vt C. de pos. l. 4. Nec ob. quod dicit ff. eo. l. vtique quę est ff. hic enim n̄ erat lis cōtest. & quod dicit, petitus, expone simplici conuētione extra iudiciū quæsitus: alioquin cū li. cont. semel sibi vēdicasset locū: officiū iud. nihilominus etiā re perdita exerceret: & hoc quantū ad rei vend. quę p̄sens respicit tps: quia tñ legis Aquiliæ actio oculos à tergo habet. & r. vo respicit: ideireo cōpetit: quia & si non interfit, interfuit tñ hominem sanū fuisse: ar. ff. de act. & obl. quęcunque. & ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. § resp. & ar. ff. de ser. uo cor. l. dolus. §. fi. Alij dicunt, quod hic erat lis cōtest. sed habebat causam litigandi reus; & hac rōne cessat officium, cū non teneatur de interitu; vt sup. de pet. hæred. l. illud.

o *Durat.*] vt æstimationem damni præstet.

p *Præteritus*] idest, ante lit. contest. commissus, vt supra, de pet. hæred. l. sed & si. §. si ante.

q *Deduci*] & sic pro possessore habetur, vt hic, & inf. de no. l. si ho. si. & ff. ne quid in lo. pub. l. j. §. hoc aūt interdictum. Sed certè hæc similitudo non vř bona, sive rō. Multæ. n. sunt inter eas dr̄iæ: sicut diximus s. de pet. hęre. l. plane. & l. itē veniūt. §. fructus. Itē hęc est stricti iuris, illa bo. fid. vt C. de pet hęr. l. fi. in fi. Itē hæc p̄ re una singulari, illa p̄ uniuersitate, vt s. e. l. j. in prin. Itē illa datur p̄ ctra possidentem, illa nequaquam, nisi in casibus, ut ff. de pete hær. l. regulariter, & l. pro hęrede, & l. nec ullā, §. oibus. & C. de pet. hęr. l. si post. in fi. Item hæc est in rem, illa mixta; unde & personalia debita in ea ueniunt. Item pretia restituuntur C. de pet. hęr. l. hęreditas, & ff. de pet. hęre. l. etiā. §. hūc. & l. j. si in diem. § sed & is. Azo. Item ibi fit malæ fidei

1 † Fl. possidebat.
2 † Fl. sin autē. & vide quod dicit Inn. in rubri. de re iu. di. quod multū faciūt ad hāc l.
3 † Fl. se.
4 † alias, attestatione.
* Concor cum hoc § gl. super verbo, tēpore. in med. i. uer. sed si medio tēpore, in c. dudum, extra, de elect.
5 † Fl. contestationis.
6 † Fl. desit tempore.
7 † Condemnabitur.
8 † Fl. quod.
9 † Fl. fecerit.
10 † Fl. hoc.
11 † Fl. petitione.
12 † aliàs, infertur.

fidei sola denunciatione, hic non, vt supra, de pet. hered. l. item veniunt, § petitam. Accur.

a *Et is.*] s. filius vel seruus per quē possidebat pf, vel dñs.

b *Vel tempus.*] vel pro, & nam vtrumque faciendum est, vt infra ad exhibend. l. Celsus, §. fin.

c *Restituenda.*] fertur ergo sententia condēnatoria: sed non adstringitur, vt hic dicitur, & Inst. de offi. iudi. circa princ. Accur.

1 † Flor. aut per seruum.

d *Si possessor.*] bonæ fidei qui factus est malæ fidei tempore quo fecit sumptus. In isto enim quædam media via seruatur inter bonæ fidei semper: vel male fidei semper. vel loquitur hic in bonæ fidei semper. in casu qui ponitur ī. eo. l. in fundo. §. finge pauperē. in mala fide non. quia non repetit: vel si alicubi repetit, hoc est per officium iudi. non exceptione doli, vt not. infra eod. l. in fundo. & supra, de petitio hæred. l. planè.

2 † Fla. reddendum.

e *Contestatam.*] post ea. n. ipse prædo est, & ea ratio ēē in eo q in prædone. Vel ideo dicit, ante lit. contest. quia illi veniunt per exceptionē doli, post verò per offic. iudi. vt ī. de ædil. edic. l. ædiles. §. item si vendum.

f *Sumptibus.*] si ratio fructuum & hic deficiat, ex quibus debent expensæ deduci, vt ī. famil. ercisc. fundus qui. & infra eo. l. emptor, & l. sumptus.

3 † Flor. in rem petitam.

g *Pecuniam.*] cū esset vtilius forte q̄ noxæ dare, vt ī. de pet. hære. vtiles. & concordat huic respon. infra, de noxal. l. bonæ fidei.

4 † Flor. de eis, in.

h *Aedificauit.*] vt Inst. de re. diuis. §. certe. & infra, de pignor. act. l. si seruos.

i *Aedificium.*] tunc. n. non præstabuntur impensæ, & hoc si vendicans nec rem venditurus, nec impensas facturus erat, nec erat diues: alioquin contra, ut inf. e. l. in fundo, & l. nisi venalem. & hoc prout in eo qui semper fuit bo. fi. intellexi §. sed secundum hoc nonne idem est in seruo, ut in d. l. nisi? Hæc autem lex aliud in seruo dicit, ut if. subijcit statim. Dic ergo non idem: quia quando diues erat nec habebat venalem, nec erat expensurus, non reddit petitor impensas in seruo, sed secus in area si autem intelligas alio modo, ut dixi ī. in eo qui a princ. fuit bo. fid. sed quando ædificauit, erat ma. fid. planum est. & idem in area uxori donata, ut sul il. ic. sed non idem in seruo, ut infra eo. l. ul. ait, si in aliena, & infra l. proxi. sed tunc male stat, ante lit. contest. sed subaudi, post ma. fi. tamen.

* aream, locum in vrbe sine ædificio, notat Iurisc. in l. fundi. §. locus. de verbo. sign. & area. significat solum, cui ædificium impo. nitur, et quod depositis ædibus manet l. seruitutes. §. si sublatum, de ser. vrba. & l. qui res, §. aream, de solut. & l. domo, de pign. act.

* insulæ erāt ædificia, quæ proprio ambitu constabāt. et vide Tac. lib. 15.

k *Diruatur.*] inducebatur. n. olim dotis retentio ob res vxori donatas a viro. & sic iudex cognoscit nunc super hoc: & ita de dote, ut C. de rei ux. act. l. actio. §. taceat. & ad hoc infra, de don. inter uir. & vxo. l. sed si vir. §. si vir vxori.

l *Sed si puerum.*] scilicet seruum. Accur.

Si persona per quam quis possidet, absens sit, vel datur dilatio, vel præstatur cautio de re restituenda. B.

¶ Si per filiū aut 1 † seruū pf vel dñs possideat, & is a sine culpa patris dñive rei vendicandę 2 † tpe absit, vel tps b dandum, vel cauendum est de possessione restituenda. c

Supra in l. in rē. dixit, cui detur hæc actio. sed ī l. is q destinauit, cum l. seq. dicit contra quē detur: hic incipit dicere & tractare quod sit officiū iudicis in ijs, quę emergunt in rei vend. Et primo loquitur de sumptib. vsque ad l. fructus. & hoc intendit: Bonæ fidei possessor sumptus per doli exceptionem recuperat. Item expensas factas in ædificando de nouo recuperat, nisi actor deductionem sibi concedat Bart.

¶ In re petita 3 † si possessor d ante litem contest. e sumptus fecit, per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, si perseueret actor petere rem suam, non redditis sumptibus. f ¶ Idem est ēt si in 4 † noxali iudicio seruum defendit, & damnatus præstitit pecuniam: g aut in area, * quæ fuit petitoris, per errorem insulam * ædificauit: h nisi tamen paratus sit petitor pati tollere eum ædificiū. i Quod& in area vxori donata per iudicē, qui de dote 5 † cognoscit, faciēdū dixerūt. k

Expensæ ad rei vtilitatem factæ, que deductionem nō patiuntur, recuperantur a possessore in tribus casibus hic expressis: alias secus. B.

¶ Sed si puerum l meū cū possideres, erudisses, non idē obseruandū m Proculus existimat: quia neque carere seruo meo debeam: nec pt remediū idem adhiberi, quod in area diximus. n

Caius lib. 7. ad edi. prouin.

LEX XXIX.

FOrtè φ pictorem aut librarium o 6 † docueris, dr non aliter iudicis officio æstimationem haberi posse.

Pomp. lib. 21. ad Q. Mut.

LEX XXX.

NIsi venalem p eum q habeas, & plus pretij 7 † cōsecuturus sis pp artificium.

Caius li. 7. ad edi. prouin.

LEX XXXI.

AVt si ante r denunciatū sit actori, vt impensam solueret: s & eo dissimulante, t opposita u 8 † sit doli mali exceptio. x

Paulus lib. 21. ad edictū.

LEX XXXII.

CAeterū y cum de fructibus serui petiti quæritur, non tm̄ pubertas eius spectanda est: quia etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt. z Improbè tn̄ * desiderabit petitor fructus æstimari, qui ex artificio eius percipi

m *Obseruandum.*] No. nō posse retineri vel deduci, pp rōnē quæ sequitur: nisi in duob. casibus, quorū unus est ī. in l. nisi. & alius in l. aut si ante. & sic est ɔ̄ ī. de except. do. l. apud Celsum, §. si minor. vbi donatarius pueri obijcit doli excep. minori donanti seruulū, & nūc repetēti pro alimētis & alijs sumptib. indistinctè. Sol. ibi causā habuerat à vendicāte. Idem ɔ̄ C. de infantib. expo. l. j. vbi similiter indistinctè hmōi sumptus seruant doli exceptione. Sol. fauorabilior est eius cā qui expositū educat, q̄ alterius bo. fid. poss. Vel dic, expensas in alēdo indistinctè restitui, si nō fuerit vsus ei operis: sed expensæ q̄ fiūt in docēdo, restituūtur in duob. casib. tm̄, ut hic dicit: licet hos casus parificare videatur in l. ɔ̄ria. Vel hic in infante, cuius aliqua potuit esse opera: ibi non potuit. arg. ī. de don. int. vir. & vxo. l. si id qđ, §. si quid. Ac. urs

5 † alias ?

n *Diximus.*] ut s. abradat, cū scientia auferri nō possit. vñ oporteret φ totū retineret: qđ esset absurdū, ut hic, & ī. de verb. sig. l. impensę, §. itē doctrinā.

6 † Alias librariū esse.

o *FOrtè. Aut librarium.*] i. scriptorē litterarū, vt ī. de re. in. l. si librarius, & C. de uet. iu. enu. l. ult. §. pe.

7 † Flor. habeas eum pretio.

p *NIsi venalem.*] i. eum qui erat à dño vendendus, vel venalis propositus. & tunc, quia ex artificio factus est dñs locupletior, tenet, vt inf. eo. l. in fundo, §. fin. & ī. de impen. l. φ si he. & ī. de pig. act. l. si seruos. Illud aūt non refert, habeat possessor vel non habeat venalem, sm̄ Azo. sed Ioan. ait hic esse personarum mutationem de reo ad actorē, quod in idem redit. Acc.

8 † Flor. posita.

q *Eum.*] vel similis sit æquitas, vt ī. eod. l. in fundo.

* Concord. auc. de confis. cum M. Ferr. cū glo. super verbo, industriā.

r *AVt si ante.*] s. iudicium, uel antequam impenderet, denūciauit actori, s. ut peteret seruum, si putet esse suum: aut si non petat, sciat φ soluet expensas postea factas & facit C. si alte. res pign. data sit, l. si probaueris.

s *Solueret.*] faciendam post denunciationem.

t *Dissimulante.*] s. seruum suum esse.

u *Opposita sit.*] scilicet postea.

x *Exceptio.*] pro sumptibus postea factis.

y *CAeterum.*] prædicta uera sunt cum agitur de impensis serui petiti, i. in seruū petitum factis a bo. fidei possess. Sed hic quæritur de fructibus serui petiti: quod est cum agitur contra malæ fidei possess. nam bo. fidei possessor non tenetur, nisi extent, ut C. eod. l. certum. & hic dicit, possessorem de his teneri, scilicet de fructibus perceptis & percipiendis.

z *Possunt.*] ut infra, de lib. cau. l. ult. nisi sit infans, ut inf. de oper. seru. l. si. §. si minor. Accur.

Poteritanto

a *Potuerunt.*] non ergo tenetur hic malæ fidei possess. de fructibus eius artificij, in quo fecit instrui seruum, quos fructus non percepit, sed percipere potuit, vt hic, & argu. C. de aliis. & pa. l. ea. §. similiter. quid si percepisset? puto quod teneretur, sicut & tenetur pro fructibus sua culpa non perceptis: deducta tamen impensa in omnibus, vt ℨ. de ope. ser. l. antepen. Accur.

b *QVod si artificem fecerit.*] scilicet possessor.

c *Artificium.*] idest artem didicit.

d *Impensæ*] sint equales ad fructus, vel non, quia lex compensat, non homo. Sed quid si nihil percepit? Respon. nocet possessori, vt ꞩ. cod. l. si autem, in fi.

e *Compensari.*] cum fructib. perceptis ante 25. ann. eo quia præsumit lex eos tantos esse, vt bene inde satisferi possit possessori pro expensis in arte discenda factis, & sic fructus perceptos post 25. an. restituet petitori possessor deductis cibarijs prioris temporis. Sed cum faciamus loqui hic in malæ fidei poss. nonne videt velle donare ut amittat, vt Instit. de rerum diuis. §. ex diuerso? Respond. plene dices ℨ. cod. l. in fundo.

1 † *Alias, quod si.*

2 † *Post quam tum annum legit Cuiac. l. 9. obseruat. cap. 38.*

3 † *Floren. pensari.*

potuerunt: a quod artificium sumptib. possessoris didicit.

Modestinus libro 8. differ.

LEX XXXIII.

QVod si 1 † artificem fecerit, b post 25. annû 2 † eius, qui artificium c consecutus est, impensæ[d] factæ poterunt compensari. e 3 †

Possessor tenetur ad fructus perceptos, & qui pcipi potuerũt; et ideo cũ desinũt posse pcipi absq; sui culpa, abinde desinunt deberi; cũ cœperint posse percipi absq. sui culpa, abinde incipiunt deberi. h. d. cũ l. seq et prin. l. seq. Et diuiditur. Primo ponit in genere. Secundo ponit vnam illationem quando fructus desierunt posse pcipi culpa possessoris. Tertio ponit vnã aliam illationem, quando cœperunt non posse percipi. Quarto ponit vnã aliam illationẽ quando desierũt posse percipi facto petitoris. Secunda ibi, Et ideo. Tertia ibi, hac ratione. Quarta in princ. legis, Ex diuerso. Bar.

Paulus lib. 21. ad edictum.

FRuctus.] CASVS. Lex ista loquitur in malæ fidei possess. Dicit ergo: possedisti rem meam mala fi. omnes fructus quos percepisti, vel quos ego percepissem restituere teneris. Itẽ de hoc ponit exemplũ quando dicebas te habere solidum dominium: & ita dicebas, quod habebas tam proprietatem quam vsumfructum, petebam a te proprietatem, & durauit lis vsque ad biennium, & fructus percepisti, secundo anno iussus fuisti fructus primi restituere alij, non restitues: quia illos iure percepisti. Idem est in casu conuerso, scilicet cum ad te non pertinuit nec vsusfructus. nec proprietas, tantum fundum possedisti, dum lis contestaretur: legaui tibi vsumfructum, deinde obtinui, adita hęreditate habenda est ratio fructuum perceptorum ante litis contestat. sed quo ad post perceptos non, quia iuste perceperas illos, & vsusfructus ad te pertinuit: vbi cum possessio fundi nec ad te, nec ad me pertinuit, si petiero & obtinui, & pronunciabit iudex fundum mihi esse restituendum: dicitur quod idem debet facere de fructibus, quod quo iure obtineo in fundo, eodem modo obtinere debeo in fructibus.

f *Non modo.*] pro solummodo.

g *Potuerunt.*] a domino, vt ℨ. eod. l. si nauis, §. fi. nam in malæ fidei, & sine titulo loquitur lex ista. Item ideo dixit, honeste, quia inhoneste percipiendi nõ æstimantur, vt hic. Sed si percepti essent, sic, ut ℨ. de petit. hæred. l. ancillarũ, in fine. Accursius.

h *Culpa.*] quæ a quolibet possessore lit. contest. præstatur, vt hic, & ℨ. eod. l. si homo, & l. si in rem.

i *Iudicandæ.*] idest ex tempore moræ. Vel dic vsque ad sententiam, non post: vt diximus supra eod. l. iulianus scribit, si hominem.

k *Hac ratione.*] quia verum est perceptos fructus restituis & eos qui percipi honeste a domino potuerunt ut hic.

l *Petierit.*] proprietatem.

m *Habebitur.*] Hoc verum, si agitur contra fructuarium, vel aliquem, qui ab eo habet causam, secus si contra extraneum prorsus. Nam tunc & prius ratio fructuum habetur, quia illi seruitutem non debeo, vt si seruit. vend. l. loci. §. competit. & infra, si vsusfru. pe. l. vlt. §. quod si forte. Azo. Vel forte secus, cum percipiendi a domino. & facit infra, de vsur. l. videamus. Accur.

LEX XXXIIII.

FRuctus non modo[f] percepti, sed & qui percipi honeste potuerunt, g æstimandi sunt. ¶ Et ideo si dolo 4 † aut culpa[h] possessoris res petita perierit, veriorem putat Pomp. Trebatij opinionem, putantis eo vsque fructuum rationem habendam, quousque haberetur, si non perijsset, idest, ad rei iudicandæ i tempus. quod & Iuliano placet. ¶ Hac rõne[k] si unde proprietatis dñs petierit, l & inter moras vsusfructus amissus sit, ex eo tpe, quo ad proprietatem vsusfructus reuersus est, rõ fructuum habebitur. m 5 †

Iulianus lib. 6. Digestorum.

LEX XXXV.

IDem est & si per alluuionẽ pars fundo accesserit.

Paulus lib. 21. ad edictum.

LEX XXXVI.

ET ex 6 † diuerso, si petitor[n] lite contest. vsumfructum legauerit, o ex eo tempore, ex quo discessit a proprietate, p fructuum rationem non habendam, q quidam recte putant.

Si actor declaratur dominus etiam per errorem, debet condemnari reus in fructibus. h. d. Bart.

n *ET ex diuerso Petitor.*] s. proprietatis plenæ.

o *Legauerit.*] s. ei a quo petebat. Nam si extraneo, etiam fructuũ, ex quo discessit a proprietate, habebitur ratio. Accur.

p *Proprietate.*] scilicet vsusfr. & hoc a tempore aditę hereditatis euenit. & facit inf. sol. matr. l. si marito, §. fin. & ℨ. si vsusfru. pet. l. vlt. §. si post.

q *Non habendam.*] etiam perceptorum. Sed videtur etiam quod vltra habeatur ratio, scilicet donec satisfdetur. Nam ante satisdationem fructuarius non facit fructus suos, vt est arg. infra, de vsufru. leg. l. vxori, in princ. Quod satis potest dici, & quia fructuũ facta est mentio, distingue. Fructuum alij naturales, vt poma, & similia: alij industriales, vt segetes, quæ industria hominis quæruntur. Itẽ alij percepti, alij percipiendi. & percepti dicuntur a bo. fid. poss. quocũque modo a solo separati: a fructuario in horreis demũ reconditi, vt ℨ. quib. mod. vsusfr. amit. l. si vsufructuarius. Item percipiendi dicuntur duobus modis, uel quia immaturi, uel quia dominus eos percepisset. Item poss. ssorũ alij cum tit. alij sine tit. Dic ergo quod naturales fructus nullus possessor etiam bo. fi. facit suos, ut ℨ. de usu. l. fructus. & licet uideatur, quod omnes faciat suos bo. fidei poss. ut ℨ. de acquir. rer. dom. l. bo. fid. tamen dic omnes, siue a se, siue ab alio suo nomine perceptos, ut ℨ. de usur. l. qui scit, § præterea. si igitur hi extant, uendicabuntur, alias non tenetur possessor, cum nec possideat, nec dolo possidere desijt, nisi in eam rem consumpserit, in quam tantundem de suo soluere tenebatur, tunc enim condictione sine causa tenetur, ut ℨ. si cer. pet. l. si & me. In industrialibus dic, quod quilibet bonæ fidei poss. siue cum tit. siue sine tit. facit suos, secundum omnes, licet hoc ultimum scilicet, sine tit. nulla l. inueniatur expressum, sed omnes loquuntur de eo, qui cum tit. ut Instit. de rer. diuis. §. si quis a non domino & de usu l. qui scit, §. in alieno. & de acqui. rerũ dom. l. bo. fid. Sed satis exprimit d. l. fructus, de usur. Item infra quib. mod. ususfruc. amitt. si usufructuarius. & infra fi. regundo. l. 4. §. sed ante. licet autem faciat suos, tamen si extant, iudi. offic. non rei uend. quia percipientis sunt, tenetur restituere, ut C. eod. l. certum, §. bo. fid. De consumptis autem nullo modo tenetur, ut Instit. de offic. iudi. §. si autem bo. fid. Porrę nec ad pretium. quia lucrifacit pro cultura & cura, ut infra fin. regun. l. 4. §. post litem.

4 † *Sine dubio, an sit legendum vide Cuiac. lib. 9. obseruat. cap. 34.*

5 † *Plur. habetur.*

6 † *Alias in-cipe ex diuerso.*

& In-

¶Vbi autem alienum [a] fundum petij, & iudex sententia declarauit [b] meum esse, debet ē de fructibus possessorem 1† condemnare eodem. n. errore [c] & de fructibus condemnaturum. 2† non dēt 3† .n. lucro possessoris 4† cedere fructus, cum victus [d] sit: alioquin (vt Martianus 5† ait) nec rem arbitrabitur iudex mihi restitui. [e] & quare habeat, ꝯ non esset habiturus possessor, si statim [f] mihi possessionē restituisset.

Ei qui soluit litis æstimationem, cum posset restituere rem, petitor de euictione cauere non tenetur. B.

¶Petitor possessori de euictione cauere non cogitur [g] eius 6† rei nomine, cuius æstimationem accepit: sibi. n. possessor imputare debet, qui rem non restituit. [h] ¶Eorum quoque, q̄ sine interitu [i] diuidi nō p̄nt, partē [k] petere posse cōstat.

Ante lit. contest. debet interrogari reus, utrum possideat, uel dolo desierit possidere. Bart.

Caius lib 7 ad edict. prouin.

LEX XXXVII.

QVi petitorio [l] iudicio vtitur, [m] ne frustra experiatur, requirere debet, [n] an is, cum quo instituit 7† actionem, possessor sit, vel dolo [o] desierit possidere.

Si res perijt culpa possessoris eius nomine condemnabitur. Bart.

¶Qui in rem conuenitur, etiā culpæ [p] nomine condemnatur. Culpæ autem reus est possessor, qui 8† per insidiosa loca seruum misit [q] si is perijt: & qui seruum a se petitum, in arena esse concessit, si 9† is mortuus est. sed & qui seruū 10† fugitiuum a se petitum non custodit, si is fugit: [r] & qui nauem a se petitam, aduerso tempore nauigatum [s] misit, si ea naufragio perempta est.

Qui ab initio fuit bo. fi. & ex post facto malæ fidei fiat, quod ædificauit, potest tollere, non autem expensas potest per doli exceptionem retinere. Bart.

Vlpia. lib. 16. 11† ad edictū.

LEX XXXVIII.

IVlianus [t] li 7 12† Digest. scribit: Si in aliena area ædificassem, cuius bonæ fidei quidē emptor fui, 13† eo aūt tpe ædificaui, quo iā sciebam alienā: videamus, an nihil mihi exceptio prosit: [u] nisi forte quis dicat prodesse [x] de dāno soli cito. Puto autem huic exceptionem non prodesse. ne-

1† Al possessor condēnare.
2† alias condēnatum.
3† Fl debere.
4† alias possessori.
5† Mauritianus.
6† Flor. desiderius.
7† Flor. instituat & infra desijt possid.
8† alias, & q per.
9† Fl. & in.
10† Fl dec̄ seruum.
11† Li. 17.
12† Fl. li. 8.
13† Fl fui, vero eo tempore.

& Insti. de rer diuis. §. si quis a non domino. Sed quando quod sit bonæ fidei, exigitur: Respon. in initio, ut infra de usur. l. qui scit. § præterea. Nec obstat infra de acqui. rerum domi. l. bo fi. §. in contrarium. quia ibi opponendo, non ponendo dicit. Et dic quod etiam a tempore lit. contesta. facit fructus suos: licet a tempore litis contest. demum, non controuersiæ motæ, ut in hæreditate petitione fructus restituere teneatur: ut C. eodem, l. certum. §. post litem, & supra eodem l. præterea. Si vero sit malæ fid. quidem sine titu. de consumptis condic. sine caus. & offi. iudic. post lit. contest. de extantibus rei vendi. non eadem qua tenetur ad rem principalem, sed alia, vt C. de condict. ex le. mala. De percipiendis autem tenetur offic. iudic. idest, quos verus possessor percipere potuisset: ut infra eo l. l. si nauis §. si & Inst. de offi iudic. §. etsi. uers. illorū autem. percipi dico honeste, aliàs non veniunt percipiendi, ut supra eo. l. fructus. Si tamē essent percepti, uenirent, ut supra de petit. hær. l. si possessor. Si uero cum titu. de consumptis tenetur condic. sine causa, de extantibus rei vēd. a percipiendis autem propter tit. excusatur, ut C. eodem. l. si fundum. Nisi in quatuor casibus, quos no. supra quod met. cau. l. sed & partus.

a *Vbi autem alienum.* idest non possessoris, nec etiam meum, sed falsis allegationibus fuit iudex deceptus.

b *Declarauit.*] non cōstituit, ut infra si ser. uen. l. sicuti. §. Sed si quæratur.

c *Errore.*] quo de fundo condemnauit: sed hoc fiat statim. idest eodem die, non post, ut C. de fruc. & lit. expen. l. terminato. & infra de re iud. l. Paulus res non rescindere. & cum iudicis officio petuntur, quia post lit. contest. percepti sunt, qui valde, &c. ut infra de ædil. edic. l. ædiles. §. it in sciēdum. Percepti autem ante petuntur iure actionis: vnde illi possent peti quandocunque post sententiam. Sed an hoc casu, quādo per errorem de re principali? Respon. sic uidetur per legem istam.

d *Victus sit.*] Nam euidenter, &c. ut infra de excep. rei iud. l. euidenter.

e *Restitui.*] s. plenè, ut infra comm. l. 2 §. si reddita. non enim sufficit corpus restitui, nisi & causa restituatur, ut supra eodem, l. præterea. & verbum, restituere, plenam habet significationem, ut infra de usur. l. videamus. §. in Fauiana.

f *Statim*] lite contest. Azo.

g *Non cogitur.*] sed nunquid tenetur ei de euic. licet non cogatur cauere? Respon. sic, ut arg. infra pro emp. l. 5. & re. amo. l. si propter res. Alij contra, ut argu. C. de transac. l. si pro fundo. sed hic non est transac. Item concord. infra de condict. fur. l. si seruus. §. cauere. & infra rerum amot. l. idemque. & infra famil. erciscun. l. si pignori. Sed contra infra de donat. inter vir. & vxo. l. si donatæ. ubi dicit, maritum vendicantem rem quam donauerat vxori, cauere de euic. licet litis æstimationem consequatur. Sol. ibi, ab eo causam habuerat, ut ibi dicit.

h *Rem non restituit.*] cum potest. aliàs seruatur quod est infra eodē, l. hæc si res. sed licet nō caueatur, tamen ceduntur actiones, nisi dolo desijt possidere: ut j. eo. l. si culpa: & l. is qui.

i *Sine interitu.*] vt æqui & similium.

K *Partem.*] scilicet pro indiuis. & sic non obs. supra eodem, l. Pomp. in fi. & facit supra si pars. hær. pet. l. non possumus.

l QVi petitorio. idest, actione in rem, ut infra de actio. & oblig. l. actio in personam.

m *Vtitur.*] idest, uti vult, & sic ante lit. contest. per offic. iud. ut infra de interrog. actio. l. qui seruum, §. qui in iure. secundum Azo. Alij dicunt, ut H. post lit. contestaficti interrogationē. ex eo quod dicit, petitorio, quasi dicat, iam petierit. & ex eo quod dicit, vtitur. ad hoc facit infra de pigno. l. si fundus. parag. i. in uendicatione. sed primam teneas. si tamen obligatus sit, etiam postea fieri potest.

n *Debet.*] consilium est.

o *Vel dolo.*] nam tunc pro possessore habetur: ut hic, & infra de exceptio. rei iud. si rē. & infra de regu. iur. l. parem. & infra ne quid in loco publico l. 2 § hoc interdictū. & infra de noxa. l. electio. §. 1. Accur.

p *Etiam culpæ.*] non solum propter fructus, & propter hoc quod dicit culpæ, dic post lit. contesta. ut infra eodem, l. si homo.

q *Misit.*] vt infra loca. l. item quæritur, §. si quis seruum. Idemque si neglexerit ipsum ut infirmum, ut infra de act. & oblig. l. si seruum. j respon.

r *Fugit.*] vt infra de condictione causa data. l. si pecuniam. § penultimo, & supra eodem. si a bonæ fidei. & l. si vero.

s *Nauigatum.*] secus si non aduerso, vt supra eodem, l. vtique. §. fina. & infra de vsufruc. l. arboribus. §. nauis. & infra loc. item quæritur. §. si magister nauis. & est aduersum ab Octobri vsque ad Aprilem: ut C. de naufrag. l. 3. in fine.

IVlianus.] CASVS. Possedi aream tuam bona fide ab initio. Deinde sum factus malæ fidei possess. & tunc feci expensas in area illa, an expensas petere possim, quæritur. Et dicitur quod non: sed abradere potero.

t *Iulianus.*] aliàs incipit, si in aliena. & aliàs si in area, & alias Iulianus.

u *Prosit.*] videtur quod non, nisi, &c.

x *Prodesse.*] scilicet exceptionem mihi de damno sollicito. Accursius.

Alienum.

a *Alienam*]esse ædificium. Azo.
b *Tolleres*] qui fuit & durauit bonæ fid. omnes seruant per exceptionem:nisi in casibus,ut infra l.prox.si semper malæ fid.videtur donare,ut Instit.de rer. diuis.§. ex diuerso. & inf.de acq.rer.dom.l.adeo.§.ex diuerso.& inf.de condi. indeb.l.si in area , in fin.si autem a principio bo. fi. & post cœpit esse malæ fi.eligitur quædam media via,ut hic. Nec obst. infra de vsur. qui scie. §.bonæ fidei, quia illud quo ad fructus , hic quo ad sumptum. Item nec obst. C. de vsucapio.transfor.l.1. §.nihilominus.quia illud quo ad usucapio. quod bon. fid. præsumitur durare.

IN *fundo*]CASVS. Emi fundum a nõ dño bo.fi.in eo expensas feci utiles, quia seminaui,tu petisti, & obtinuisti, iudex debet considerare qualiter debeam sumptus reddere:quia si tu dominus eadem omnia facturus eras,tunc eos mihi restitues vel si non eras facturus propter inopiam, in casu isto permittetur mihi tollere sine læsione prioris status,quæ impendi:si tantum velis soluere quantum valerent illę res,si essent abrasæ, & ego velim tollere, non sum audiendus.in fi.ponit casum,in quo tu necesse haberes soluere has impensas,puta si eundem fundum eras vẽditurus. Viuianus.

2† Fl. non debuit iam alienam rebus.

enim debuit iam in alienam a 2†aream certus ædificium ponere : sed hoc ei concedendũ est,ut sine dispendio dñi areæ tollat b ædificiũ quod posuit.

Lex ista diuiditur. Primò ponit dictum in genere. Secundò ponit vnum casum, in quo æquitas suggerit deductionem expensarum. Tertiò ponit vnum casum, in quo æquitas suggerit expensas deduci. Quartò ponit aliũ casum, ĩ quo æquitas suggerit expensas non deduci. Secunda ibi, Finge.n. Tertia ibi, Finge pauperem. Quarta ibi, Finge eam.& hoc intẽdit. Possessor recuperat expensas a domino, si dominus erat facturus, vel rẽ distracturus, non aliter, si hac re esse cariturus. Bar.

Celsus lib. 3. Digestorum.

LEX XXXIX.

IN fundo alieno,quem imprudens c emeras, si ædificasti,aut conseuisti,d 2† deinde euincitur:e bonus iudex variè ex p̃sonis causisq; cõstituet. f Finge & dominum eadem facturum fuisse,reddet g 3 † impensas, vt fundum recipiat, eo vsq; h duntaxat , quo pretiosior factus est,4†(etsi i plus p̃tij K 5† fundo accessit,solum quod impensum est. l) Finge pauperem, cui 6† si redde 7† id cogatur, laribus sepulchrisque 8† auitis carendum sit. m 9† Sufficiet 10† tibi permitti tollere 11 †ex his reb. n q̃ possis:dũ ita, ne deterior sit fundus, quam si initio non foret ædificatum.

¶Constituimus 12† vero, ut si paratus sit 13 † dominus tantum dare, quantum habiturus eẽt 14†possessor his reb. ablatis, 15 † fiat ei potestas.o Neque .n. 16† malitiis indulgendum p est:si tectorium* putà qd̃ induxerit, 17† picturasq; corradere velit: 18 †nihil laturus, q nisi ut officiat 19†¶ Finge eã esse personam Dñi, quæ receptum fundum mox venditura sit, r nisi reddat , quantum prima parte s reddi oportere diximus, eo deducto t 20†condemnandus est. 21†

c *Imprudens.*]i.ignorans alienum. Accursius.
d *Conseuisti.*]idest seminasti:& intelligas in utroque utiliter.& non necessario:& alias est conseuisti , idest seminasti:& alias conseruisti,idest plantasti,& secundum primũ casum non habet locum inferior distinctio , cum propter fructus fiat,& sic indistincte repeteretur , ut in distinctione,sed in plantatis habet locum inferior distinctio.
e *Euincitur.*]scilicet a vero domino.
f *Constituet*]s.an expensæ in totum sint reddendæ , an in parte,vel in nihil. Et no.quod non definit hæc lex procerto,sed iudici committit,vt inf. de usur.l.mora, in princ.& infra de testib.l.testium.§. 1.& infra de impen.l.quod dicitur. & quod dicit, ex personis. s. considerando sit dominus pauper,vel diues vt inf.ea.l.§.finge pauperem,&c. Itẽ quod dicit,ex causis,vt quia erat dominus facturus,vel nõ ut infra prox.respon.vel erat rem uenditurus,uel non,ut infra eo finge eam esse personam,&c.
g *Reddet.*]s tunc. Azo.
h *Eo vsque*]reddat dico eo,&c.
i *Etsi.*]idest quamuis. Azo.
k *Pretij*]quam ualet impensa:si ergo impensa est.10.melioratio 15,sola 10 repetuntur. Item si 10.impensa,& melioratio 5.sola 5 repetuntur,vt supra proxi.& hoc dicit hic. & arg.infra de in rem verso.si fundum. & sic no. non esse eandem rationem contrariorum:ut infra de aqu.plu. arcẽ. l.1.§.sicut.sed argum.contra C.de solut.l.penul.i.sed quid si diues est dominus,& utiles factæ sunt expensę , nec erat dominus facturus? Respon.exceptione eum repellendum, secundum Azo.nisi soluat expensam.
l *Impensum est*]scilicet recipiat.
m *Carendum sit.*]necessitate sibi iniuncta , ut careat lati-

1 Soluit.B. q̃ hq; contrariorũ est eadem rõ.& tũc procedit l.pe.C.e.qñque non est eadem ratio: ei tũc procede hæc lex.

bus auitis idest eis rebus , quas non est verisimile, quod propter aliquid alienaret:ut infra de pign.actio.si seruos. Accursius
n *Rebus.*]quas imposuisti. Azo
o *Potestas.*]eo.s.casu quo dictum est permitti eum tollere: nam in primo casu vbi dominus eadẽ erat facturus , hoc locum non habet.
p *Indulgendum.*] vt exemplum hic subiicit:& infra sol.matri. l.a. in princ.& inf. de aqua quot.& æsti.l.1. illud in fi. §. & infra de ser.ti.si cui.ibi,per medias. &c.l.quoties. j.resp. & arg. infra de adm tuto.si sine hære de.§.interposito,in fi. Sed arg. contra, infra de iure dot. cũ in fundo. §. ipsius quoque. & infra quæ in fraud. cred.l.si.§.si.
ADDITIO. Dic q̃ si qualibet earum legũ petenti prodest in aliquo:nam in l. cum in fundo.prodest ei , qua alteri parat commodũ:& sic hẽt creditor beneficium illius , ut l.sed & si lege §.consuluit.de pet hær. licet non proderit pro defensione alteri : hic vero nemini p̃derat, sed in l si.de iis,quę in fraud.cred. etiam sibi proderat, qui sequebatur medicamen fraudis sibi factæ, ea ratione qua quilibet iniuriatus petit medicamen suæ iniuriç , hic vero nulla erat iniuria. Sed in dictis ll. exigebatur obligatio ex contractu,vel ex delicto:hic uero loquitur in iis, quæ iudicis officio expediuntur,quod officium cessat æquitate cessante,vt l.quod Ephesi.infra de eo quod cer. loco. secundum Barto.
q *Nihil laturus.*]vel quasi ,nec alia de causa nisi hac,scilicet ut officiat.
r *Venditura sit.* scilicet secundum. Azo.
s *Prima parte.*]idest in eo casu,quando dominus erat facturus,ut supra ead.l.§.finge enim dominum .
t *Deducto.*] quod est impensum. Azo debet enim interloqui & admonere ante sententiam actorem , ut restituat impensam,quod si nolit, debet eum condemnare,ut condemno,ut restituas fundum,restitutis tibi impensis . Vel sic,condemno illum ut restituat impensas. Et quia de impensis hic competuntur dicitur,dic quod impensarum tria genera sunt,necessariæ,utiles,& uoluptariæ , quod dic per exempla,ut infra de uerborum signifi.l.impensarum. Itẽ aliæ pro fructibus,quæ tribus modis fiunt,ut supra de pet, hæred.si a patre §.fina. Aliæ gratia rerum.ut infra de impen.in reb.do fac.l.3.§.nos . De impensis ergo fructuum dicas semper ex fructibus educi.nam nullus, &c. ut infra famil.ercisun.fundus qui.& infra solu.matrim.fructus, Si vero gratia rerum,hoc est ad perpetuam rei utilitatem,aut de nouo faciendo,aut de reficiendo:nam hę inter se differunt,ut infra de itin.actuque priua.l.3. §. penult. si de nouo faciendo,& ex bo.fid.habet exceptionem , non actionem,secundum Ioan.ut infra de condi.indeb.si in area.in fi.& infra de exce.do.Paulus.licet M.etiam actionem dederit hic,s.quando in faciendo , & habet exceptionem , tamen iudex varie ex personis causisq; constituet, ut hac l. & hoc quãdo fuit semper bo.fid.si aũt esse cœpit ma. fidei,
eligitur

2† Fl. consevisti. & vide Cuiac.lib.11. obseruatio.
3† Fl reddat impensam.
4† Inclusa in nonnullis desunt.
5† Plus pretio fundo.
6† Fl. qui.
7† Fl reddere
8† Fl. deest ẽ.
9† Fl habeat.
10† Fl. sufficit.
11† Fl. tollere.
12† Fl constituimus.
13† Est.
14† Fl est.
15† alias oblatis.
16† Fl. deest, enim.
* Tectorium erat incrustatio quædam , & quasi integumentũ parietis aut columnarum vi de Vitru.li 7. & hic Celsus loquitur de illinimento, q anferri non potest.
17† Fl. induxeris.
18† Fl. velis
19† Fl officias
20† Fl. ra.
21† Fl est.

elligitur media via, ut i.l. prox. Si autem semper ma. fid. donasse vr, vt Inst. de rer. diu. §. ex diuerso. nullũ. n. sibi obligare uoluit, ut j. cõm. diuid. l. in hoc iudicio. licet & hic dederit M. actionem utilem neg. gest. per l. sole neg. gest. si pupilli, § sed & si quis ita. & C. eod. t. a. Sed certe ibi loquitur in vno casu quando possessor ex aliena materia ædificauit, & id quod postea excipit, si non dolo malo &c. q. d. verum est, quia materia ad pristinum dñm redit, nisi dñs, i. nisi possessor hic malæ fi. ex sua propria ędificauit materia. Si vero in reficiendo: si quidem à bo. fi. poss. aut necessario, uel utiliter: & tunc hẽt doli exceptionẽ i totũ, aut voluptariè, & tunc pmittit ei auferre sine læsione prioris status rei, eo addito, vt si tñ percepit ex fructibus quantũ fecit sumptus, fiat hincinde compẽsatio. Et est bene notandũ, ut hic, & j. e. l. sumptus. alias m. bo. fi. pos iem p facit fructus suos, sed hic ñ petat sumptus, cogitur cõpensare. sic in casu est. j. eo. l. emptor. Et sic est idem hucusque quod est in faciendo. quod aũt de uoluptarijs dixi, verum est, nisi dñs sit paratus &c. ut s. hac l. Si uerò sit malæ fi. necessarias impensas in reficiendo officio iud. sibi consequatur, non per exceptionẽ doli. Et caue tibi, quia hic iudicis officiũ nõ habet locum nisi cũ ipse qui ma. fidei est, possidet: postea uerò utiles sine læsione prioris status rei põt auferre, ut C. eo. l. domũ. Voluptarias quidam dicunt, & eum posse auferre. Alij dicunt quod perdit, quod & verius est. Accur.

1†Lib. 17. & inf. Iulia. lib. 11.

* [In hunc locum. uid. Ce. Phil. 9. & Nonn. in 3. Verrin.

Qui ædificat in alieno ex causa conductionis, transfert dominium ædificij in dominum soli. Bart.

Vlpianus lib 16. 1† ad edic.

L. E X X L.

REdemptores, [a] * quod suis cęmentis ædificant, statim cęmenta faciunt eorum [b] in quorum solo ædificant.

Creditor qui habet ius pignoris quod excluditur, ius vendendi non hẽt. Ba.

¶ Iulianus rectè scribit lib. 7. ffforum: mulierem quæ intercedens fundum pignori dedit quis à creditore distractum, posse in rem actione petere.

Caius lib. 7. ad edi. prouin.

L E X X L I.

QVia nullum pignus creditor vẽdidisse videtur. [c]

Existente conditione pacti addictionis in diem, emptor ipso iure desinit esse dominus, & ideo non poterit vendicare Bart.

Vlpianus lib. 16. ad edict.

L E X X L II.

SI quis hac lege emerit, [d] vt si alius meliorem cõditionem attulerit, recedatur [e] ab emptione, post allatã [f] conditionem, iam non potest in rem actione uti. [g]

¶ Sed 2 † si cui in diem addictus sit fundus, antequam 3 † addictio facta sit, vti in rem actione potest: post eam 4 † non poterit.

Qui emit ab eo qui habet potestatem à domino, habet actionem in rem. B.

¶ Si seruus mihi vel filiusfa. fundum [h] vẽdidit & tradidit, habens liberam peculij administrationem, vti in rẽ actione 5 † potero. Sed & si domini voluntate [i] domini rem tradat, idem erit dicendum: quẽadmodum & 6 † cum procurator voluntate domini vendidit & tradidit, in rem actionem mihi præstabit. [k] 7 †

Paulus li. 21. 8 † ad edic.

L E X XLIII.

SI in rem actum sit, [l] quis hæres possessoris, si non possideat, absoluat, [m] tamen si quid ex persona defuncti commissum sit, [n] omnimodo in condemnationem 9 † veniet. [o] subscriere ait.

Lapides sepulchrorum sunt religiosi: & ideo si sũt exempti, non poterunt vendicari: & ideo actione in factum domino succurritur, sicut si religiosi non essent. Bart.

Idem libro 37. 10 † ad edict.

L E X X L IIII.

QVæ religiosis adhærẽt, [p] religiosa sunt, & idcirco nec lapides inædificati, [q] postquam remoti sunt, [r] uendicari possunt. [s]

2† Sed & si Duar.

3† Addictio. Fl.] de addictionis, & adiectionis differẽtia, vide Ant. Aug. li. 1. c. 30

a REdemptores] qui domos alienas vel opus sua materia ædificandũ conducũt, vt dñt Bon. ad summam.

b Faciunt eorum.] no. ergo ex causa locationis dñium transire. & hoc est speciale. sic & j. loc. in naue. sed regulariter contra, ut infra eo. non solet, & hæc erat huius l. dubitatio. ADDITIO. Solue sm Bart & dic, quod hic non transit dominiũ ex contractu locationis, sed quia ædificium cedit solo.

c Via. Videtur.] propter Velleiani auxilium contra quod factum est: vnde non ualet, ut C. de legibus & const. l. nõ dubium.

d SI quis Emerit.] item mobilem, vt differat à casu sequ.

e Recedatur.] quoquo tempore. Azo.

f Post allatam.] & admissam. Accur.

g Vti.] scilicet emptor nec interdicto quod ui aut clam, vt j. quod ui aut clam, l. is qui in puteum, §. Aristo. & pignus dissoluitur, ut inf. quib. mod. pig. vel hy. sol. l. si ter. & sic etiam quo ad Falcidiam computatur in bonis uenditoris, ut infra ad leg. Falcid. l. statuliber. Sed quomodo fit dominus venditor sine traditione, vt C. de pact. l. traditionibus, quæ est contra? Solu. speciale in pacto l. commissoriæ, & addictionis in diem, vt sine traditione dominium transferatur, ut hic, & C. de pact. inter emp. & vend. l. commissoriæ, & j. de in diem addi. l. ubi. alias l. si ex duobus, §. sed Marcellus. Accur.

h Fundum] peculiarem. Accur.

i Voluntate.] s. expressa. nam & supra habuerat, sed tacitã, vel dic, quod in non peculiari dicit.

k Præstabit.] aliàs præstitit, & aliàs præstauit, ut Insti. de rer. diui. §. nihil. Item accessio possessionis datur, ut j. de acq. pos. l. si seruus. Sed contra j. mand. l. antepe. §. fin. vbi non transfert dominium procurator. Sol. ibi ma. fi. ar. inf. pro emp. qui fundũ, §. si tutor. Vel forte ibi non habuit liberam, licet generalem habuit. Prima placet.

l SI in rem.] CASVS. Petebam a te fundum, lit. conte. fructus dolo malo alienasti, decessisti quæritur an hæres tuus propter dolum à te commissum teneatur? Dicitur quod sic, ex quo lis erat cõtest. non ante. Viuia.

l Actum sit.] cum defuncto & lis contest.

m Absoluatur.] s. alias nisi esset lis contesta. & etiam nunc si non dolo, ut s. eo. si autẽ, §. possidere.

n Commissum sit.] quia mala fide percepit fructus: de quo fuit defunctus damnandus: vel quia dolo desij: possidere post lit. contest. ut infra eo. l. cum autem Accursi[us]

o Veniet.] hoc propter lit. cõtest. cum defuncto alias non ueniret in condemnationem proposita rei uend quia cũ ista fructus ueniãt offic. iud. & rei uend. non potest contra hæredem intentari nisi possideat: ergo nec officium potest exerceri: sed hic corroboratum est. sed & si possideat, & conuenitur rei vend. non tamen de eo quod testator circa rem commisit, condemnabitur quia hoc commissum in contractu vel quasi non fuit nisi lis conte. cum defuncto fuisset. Quod si non possideat quando lis non fuit cõtest. cum defuncto, quia defunctus ante lit. contest. dolo desijt possidere: in factum actione tenetur, ut restituat, quatenus ex ea re locupletior est, ut inf. eo. tit. l. cum autem. Accur.

4† Possunt Duar.

5† Alibi, actionem.

6† Et dicit, ut

7† Al præstabitur. & alij legunt: præstauit.

8† Lib. 26.

9† Et damnationem.

10† Lib. 39.

QVæ religiosis.] CASVS. Habebam monumentum, cui ædificando lapides meos adiunxi. amouisti lapides, an possim vendicare, quæritur. Et dicitur quòd non: quia religiosi sunt & sic in nullius dominio. sed recuperabo per act. in fac. quod si alienos inuito domino adiunxit, secus erit, quia vendicabit dominus a notos. Viuianus.

p Adhærent.] veluti lapides monumentis. Secus si proxima sunt, nam illa profana sunt, ut C. de religio. si sepulchrum, §. profan.

q In ædificati.] s. mei, & à me, & in sepulchro meo.

r Remoti sunt.] ab alio forte. Accur.

s Possunt] s. a me quasi m. l, sed quasi religiosi forte sic, vt j. eo. l. in rem, §. 1.

Fecerit.

a *Fecerit.*]idest, remouerit. Azo.
b *Aliena.*]scilicet, lapides. Azo.
c *Alibi.*]non in eodem monumento: alias de eodem monumento viderentur, sicut & multa sunt ædium, licet affixa non sint: sed tamen & idem ibi, ut hic statim subiicit.

¶Per 1 † in factum autem actionem 2 † petitori extra ordinem subuenitur: ut is, qui hoc fecerit, a 3 † restituere eos compellatur.

¶Sed & 4 † si alieni, b sine voluntate domini inædificati fuerint, & nondum destructo 5 † monumento in hoc detracti 6 † erunt, vt alibi, c imponerentur, poterũt à domino d vendicari. Quod si in hoc detracti 7 † erunt, ut reponerentur, e similiter dominum repetere f eos posse constat.

Caius li. 28. 8 † ad edi. pu.

LEX XLV.

FRuctus pendentes, pars fundi g esse 9 † videntur.

Bonæ fidei poss. ante lit. contest. tenetur de dolo, malæ fidei de culpa, bonæ fidei post litem contesta. tenetur etiam de culpa. Bartol.

Vlpia. lib. 68. ad edi. prouin.

LEX XLVI.

SI homo sit, qui post conuentionem h restituitur, si quidem à bonæ fidei i possessore, puto cauere eum 10 † de dolo solo debere: cæteros K autem & 11 † de culpa l sua; inter quos erit & bonæ fidei possessor post litem contestatam. m

In soluentem litis æstimationem transit dominium rei præsentis; uel postea ad præsentiam uenientis. h. d. cum l. seq. Bart.

Paulus lib. 10. ad Sabinum.

LEX XLVII.

EIus n rei, quæ per in rem actionem petita, tãti æstimata est, quanti in litem actor iurauerit, dominium statim ad possessorem o pertinet. p transegisse q enim cum eo, & decidisse uideor 12 † eo pretio, quod ipse constituit. r

Idem lib. 17. ad Plautium.

LEX XLVIII.

HAec, si 13 † res præsens sit: s si verò 14 † absẽs, t tunc, cum possessionem eius possessor nactus sit ex voluntate u actoris: & ideo non est alienum, x non aliter litem æstimari à iudice, quàm si cauerit y actor quod per se non fiat, possessionem eius rei nõ traditum 15 † iri.

Bonæ fidei poss. doli exceptione expensas recuperat, nisi computentur cum fructibus. Bart.

Papinianus lib. 2. Respon.

LEX XLIX.

SVmptus in prediũ q̃d alienum z esse apparuit, à bonæ fidei possessore facti, neque ab eo q. prediũ donauit, a

1 † *Flor. desst, per.*
2 † *Fl actione.*
3 † *Restituere eos possit, compellatur.*
4 † *Fl sed si.*
5 † *Al. finito. Fl functo forte facto, vel structo.*
6 † *Alias, defacti.*
7 † *Al. difacti utroque.*
8 † *Lib. 29.*
9 † *Flor. dest, esse.*
10 † *Fl. cauendum esse de.*
11 † *Fl. cæteros autem.*

d *A domino.*] contra cuius voluntatem nõ potuerunt fieri religiosi.
e *Reponerentur.*]scilicet, ibidem.
f *Repetere.*] fortè in factũ actione, vt s. j. respõ. Vel dic, in rẽ act.

FRuctus. CASVS. Si fundum meũ à te petebam, & obtinui, cum fructibus mihi restitues Viu.
g *Pars fundi.*] & sic eadem vendicatione ueniunt pp unitatẽ, vt hic, & j. de actio. emp. l. Iulianus. §. si fructibus & j. de leg. cum filius, §. domin., & de furt. l. si seruus communis, §. locaui.

SI homo.] CASVS. Seruum meũ possedisti bo. fid. ante lit. contesta. peto, cauere debes de dolo tantũ, post lit. contesta. uero de dolo. & culpa.
h *Post conuentionem.*] in iudicio factam, nõ tamen erat facta cõtestatio: nec ẽt facta fuit: sed res restituta ante, & ideo cauet de solo dolo commisso ex die conuentionis vsq; ad restitutio ẽ. Sed qualiter bo. fid. poss. dolo quid facere potuit? Respon. loquitur de eo qui [illegible]d. habuit ab initio, sed post ante li. contest. scire cępit rẽ ad alium pertinere. Azo. aliter. n. nec dolum committere potuit, lite verò contest. cauet ẽt de culpa. Si verò ẽt ante cõuentionem prædictam quid faceret dolo vel culpa, nulla per off. iud. fieret cautio, sed pp dol. q̃ oponeret actio, s̃m quosdam, vt j e. l. non solum. Sed ego c̃. s̃m Azo. nã ẽt de præcedenti dolo debet cauere, vt suprà eo. l. si post. Potest etiã hæc l. intelligi ut loquatur post lit. contest. nam tũc cauet tantum de dolo nomine eius temporis, quo ante lit. contesta. possedit, sed ratione eius quo post, etiam de culpa.
i *Bona fidei.*]inspecto principio. Azo.
K *Cæteros*]i. malæ fidei possessores.
l *De culpa.*]i q̃ in animo non corrupit eum instruendo in malitia. Nam & si ante lit. contest. corruperit in corpore, potest nominatim implorare iudicis officium ut restituat ẽt sine cautione, vt s. eo. l. non solum. hoc ergo fit ut plenè restituatur res, vel ibi liquebat de damno, hic non.
m *Post lit. contest.*]ut & j. fin. reg. l. 4. §. post litem. oẽs. n. in hoc possessores post lit. conte. pares sunt, vt hic, & arg. s. de pet. hær. sed. & si lege, §. si ante. & de hoc dixi s eo. l. nõ solum. Azo. Item secundum quosdam etiam post controuersiam moram: quod non puto, ut in prin. huius legis.

EIus rei.] CASVS. Possedisti rem meam: petebam eam a te: videlicet seruum meum quem possedisti: tu condemnatus vt restitueres, noluisti restituere. & in eius æstimatione condemnatus es, de cętero dñs eris illius serui: hęc sunt vera si petitus sit præsens. Si verò sit absens, tunc q̃ñ nactus sit possess. non aliter refunditur ei litis siue rei æstimatio, quàm si cauerit possessori de eo restituendo.
n *Eius.*]alias huius rei.
o *Possessorem*]scilicet me.
p *Pertinet.*]si eius erat qui accepit æstimationem, ut hic, & j depos. l. si fideiussor, & infrà commo. l. 3 §. 1. aliàs Publiciana mihi datur, ut j. tit. 1. l. sed si res, §. j.
q *Transegisse.*]i. recessisse à lite; & non tamẽ de reb. dub. Et ita impropriè ponit. sed & si esset transactio: adhuc tamen non esset bona ratio, cũ etiã ex transactione remanens res penes possessorem, nõ fiat eius, nisi erat res transigentis vt C. de transact. l. si pro fundo, in fi.

ADDITIO. Dic secundũ Bar. q̃ ex causa trãsactionis trãferẽ dominium rei quę apud transigentẽ remanet, si hoc esset actum quod oẽ ius actoris transferatur in possessorem: & possessor illo pacto esset contentus, vt hic est casus: & vide eundẽ Bart. in l. 1. infrà pro empt. & d. l. si pro fundo.

r *Constituit.*]p iusiur. in litem, ut dixi mõ. nã litis æsti. &c. vt j. pro empt. l. 3. & j. re. amo l. si p p, in princ.
s HAec si res præsens sit.] imò idẽ & si nõ sit p̃sens, ut Inst. de re. diu. §. nihil. & j. si cer. peta. l. certi cond. §. si. q̃ aũt s. Solu. dic præsens, i. apud reũ: quia possidet, vel restituendi habet facultatẽ: non aũt exigas q̃ sit ibi in præsentia, ut in cõtrariũ. Sed & hoc puto verũ si petitor non ignoret eum possidere, aliàs videtur decipi, & esset occasio cuilibet rapiendi rem ab inuito, vt infrà eod. l. nec quasi.

12 † *Alias ei debet me.*
13 † *Al. hæc si.*
14 † *Flo si absens.*
15 † *Fl tradi. tu iri. Vide Ant. August. 1. c. 2.*

t *Si absens*]idest, si non est in potestate rei. tunc, scilicet fit dominus, &c.
u *Ex voluntate.*]quod semper præsumitur, cum litis æstimationem habeat, vt s. l. proxi. dixi.
x *Alienum.*]idest, absonum vel absurdum. Accur.
y *Cauerit.*]imò videtur non caueri huic contumaci, ut j. eod. l. is qui. quæ est contra. Solu. ibi de alia cautione dicit quàm hic. Vel hic de contumace: ibi de eo qui dolo desijt possidere. Itẽ contra suprà eo. l. ex diuerso, §. petitor. Sed & ibi de alia cautione dicit quàm hic. Item contra infra de furt. l. ei qui §. primo. vbi dicit furem debere reddere rem, si eam adipiscatur: licet litis æstimationem offerat. Sed in odium eius hoc fit. præterea & ibi redditur æstimatio, vel remittitur condictio furtiua.

SVmptus.] CASVS. Dedi tibi fundum quem credebam meam esse. & tu similiter credebas: fecisti sumptus: verus dominus petiit & obtinuit, à quo sumptus petere possis? Et resp q̃ nec à me qui donaui, nec a vero domino iure act. sed iure excep. retinere potes admissa compensatione fructuum perceptorum & sumptuum.
z *Alienum.*]idest, non donantis.
a *Donauit.*]huic bonæ fidei possessori.

Ad-

a *A domino.*] qui euicit iure meo, secundum M. vel dic in te * actionis sed excep. sic, vt subijcit.

* Vi. Cuiac. lib. 10. obseru. 14.

b *Opposita.*] ei qui euicit. Accur.

c *Contestatam.*] maximè idem si post, ut no. inf. e. emptor.

d *Excedant.*] scilicet sumptus. Accur.

neque a domino a peti possunt, tamen[a] exceptione doli opposita,[b] 1 † per officium iud. æquitatis rõne seruantur, scilicet 2 † si fructuũ ante litẽ 3 † conte.[c] perceptorũ sũmã excedãt:[d] etenim admissa cõpensatione[e] superfluum sumptum meliore prædio facto dominus restituere cogitur.

Hæc lex est breuis; & ponit duo, ex quibus consistit domus scilicet ex solo, & ex superficie. Bart.

Celsus lib. 18. Digestorum.

LEX L.

SOlum * partem esse ædiũ[f] existimo: nec alioqui[g] subiacere, vti[h] mare nauibus. ¶ Meum esse 4 † quod ex re mea superest[i] cuius vendicandi ius habeo.

Ex solo titulo absq. traditione non quæritur dominium, nec ius vendicandi. Bartolus.

Callistr. lib. 2. edi. monitorii.

LEX LI.

SI ager ex emptionis causa ad aliquem pertineat,[k] nõ rectè hac actione agi poterit ante quam traditus sit ager, tuncque possessio amissa sit.[l] ¶ Sed hæres de eo qd hæreditati obuenit, rectè aget[m] etiam si 5 † possessionem eius adhuc non habuerit.

Si iudicium reale transfertur in hæredẽ post lit. cõtest. venit dolus et culpa defuncti et hæredis; sed ante lit. contest. de dolo defuncti nõ tenetur, nisi quatenus ẽ factus locupletior. h. d. de hoc plene vidistis sup. e. l. si in rem. & ibi gl. Bar.

e *Compensatione.*] hinc inde pro rata portione, ut C. de euic. l. si super emp. Et sic no. hoc casu bonæ fidei pos. fructus non lucrari, ut sup. eo. l. ꝙ si artificẽ & eo. l. ẽptor.

1 † Flo. opposita.

2 † Alias, deest scilicet.

3 † Alias, a lite.

SOlum.] CASVS. Si aliqs petat domũ, an videatur petere solum, quæritur. Et res. ꝙ sic, qa solũ est pars domus, aliud. n. est in naui, q̃ sita est in mari, q̃a nec mare ẽ pars nauis: nec econuerso.

Meum] bouẽ meũ possedisti, interfecisti, & excoriasti, carnes consumpsisti, corium & cornua vendicare potero. Viuianus.

f *Aedium.*] dialectici dicunt ex trib. domũ constare. s. fundo, pariete, & tecto, nos ex duob. s. solo & supficie, ut hic, & infra de vsucap. l. eum qui.

* Seruius in 9. Aenei. solũ esse scribit ꝙ quodcumque rei subiacet: vnde nauium solũ mare, aer auium, stellarum cœlum, ex quo ab Ouid. dictum est in transf. Astra tenent cœleste solum.

g *Nec alioquin.*] i. & non alio modo subiacere. Accur.

h *Vti.*] i. sicut alio mõ subiacet mare nauibus: nã solũ ut pars, nõ ita i aqua & naui, vt vnũ faciant simul iuncta.

4 † Est. Duar.

i *Superest.*] vt coriũ ex boue. Et no. hic ar. ut inf. de exhib. l. de eo. § si quis, & de relig. & sump. fun. l. 2. § j. Sed ꝯ. j. de le. 2. l. mortuo boue. in prin. vbi dicit, coriũ mortui bouis non esse legatarij. Solu. ibi non erat bos legantis, vnde legatarius nõ erat dñs. Vel dic, qd erat dominus legans, sed mortuus est bos ante diem legati cedentem: quia conditionale erat, ut C. de cad. tol. §. sin autem.

5 † Alias, & si.

SI ager.] CASVS. Si fundũ mihi vendidisti, nunquid statim vendic. te poterit, quæritur. Et dr̃ ꝙ nõ, nisi mihi traditus sit. Et intelligas, nisi in vltima voluntate: quia rei suum dominia quæ in vltima voluntate relinquuntur sine traditione transferuntur. Viuia.

k *Pertineat.*] hoc verbum late patet, ut infra de ver. sig. l. verbum pertinere.

l *Amissa sit.*] cum est traditus, ut infra de ac. emp. l. Quintus. & C. eo. l. pen.

8 † *Fl. percepit.*
* *In hunc locũ vide Cusac li. 10. obser. c. 6.*

g *Adiuuari.*] Sed qualiter adiuuabitur ꝯ dñm; & quod auxilium contra extraneum habebit; cum præstita æstimatione nunquam habuit possessionem postea? aliter enim, uel rei uend. uel Publicianam habere non potest; vt sup. eo. hæc si res. & j tit. j. l. traditionem. Resp. secundum Azo. utilẽ in rem. Nam & ius actoris emisse uidetur dando litis æstimationem, ut s. eo. l. eius rei. Vnde tanquam emptor habet utilem in rẽ, ut C. de hæred. uend. l. fi. Alij, ut Rom. dicunt, q hoc auxilium, & adiutorium est actio ex empto, quam intentabit contra eum, qui litis æstimationem accepit, ut actionem cedat, s. utilem in rem, qua cessa intentabitur contra quemlibet etiam contra dñm q cessit. Est enim (ut dixi) litis æstimatio similis emptioni, ut inf. pro emp. l. liti. Tertij dicũt hoc auxilium, & adiutorium esse actionem Publicianam. Nã & anteq̃ præstitisset litis æstimationem, habeat eam contra alium; nunc autem p p uigorem rei iudic. potius eam habet etiam contra dñm; licet contra eum ante nõ daretur. Et sic erit hic casus quo Publiciana contra dñm datur secundum eos: ut in similibus. ut j eo. l. si à Titio. & dices j titu. j. l. penul. Quarto dic secundum M. q hæc res erat præsens, cum soluit æstimationem: & ita uidetur tradita. Et pone, q non erat dominus qui uendicabat: alioquin statim fuisset factus dominus, ut s. eo. l. eius. sed prima opin. uerior est.

h *Nec facilè.*] quia quandoque debet audiri ratione causæ, ut in re commodato, & locato: non autem hic, in quibus rem retinet, reddendo æstimationem, ut infra de condi. sine cau. l. 2. & inf. commod. l. in commodato. § fi. & l. si ut certo. § fin. secundum quosdam. Sed non placet, secundum illos tamen in illis, quia in his illis debeat cedi actio; & sic dominium est electus. Sed hoc speciale, vt ex causa, ut quia malæ fidei possessor est, ne pœnitens audiatur. Sic & contra furem quis auditur, vt j. de furt. l. ei qui.

i *Iudicati.*] id est condemnati. Accursius.

CVm in rem.] CASVS. Petij rem meam à te: obtinui, non solum venient fructus, quos percepisti tu fructuarius, sed etiam quos percipere potuisti, vt flores, fœnum, & similia, quasi dicat, omnis vtilitas veniet. Vin.

K *Non fructui.*] idest in quibus vsus, non vsusfructus constitui potest: vt in ijs, quæ solo vsu consumuntur, vt Institu. de vsufruc. §. constituuntur. & j. de vsufru. ear. rer. quæ vsu consum. l. j. & 2. Sed hoc non placet: quia in his rebus põt esse & sol' vsus, qbus & vsusfructus; & econtra; vt j. de vsu & hab. l. j. Dic ergo, id est eorum, quæ quis haberet hoc ipso, q esset vsuarius, licet vsufructuari' nõ esset, quę sunt multa: vt Inst. de vsu, & hab. § 1. 2. & 3. vel dic de vasis, & similibus, in quibus vsus, nõ vsusfructus est; vt inf. de vsur. l. 3. §. fin. & l. videamus.

9 † *Lib. 20.*
10 † *Aliàs deest nomine.*
11 † *Fl. Regularum.*

l *Fructus*] idest vtilitatem, quæcumque illa sit.

EMptor.] CASVS. Obligaui tibi fundum pro decẽ, quem vendidisti Titio; si petam fundum à Titio, an repellet me p exceptionem, nisi restituam id, pro quo fundus fuit obligatus, id est sortem, & vsuras? Et dicitur q sic; nisi tantum percepisset ex fructibus.

12 † *Fl. possessori.*
13 † *Aliàs à lite cõtestata.*

¶ *Ancilla.*] Filiam meam copulaui alicui in matrimonium, dedi ei ancillam, non ut haberet in dotem, sed in peculium, decessi, nunquid ancilla erit hæreditaria? Dicitur q sic. Sed pone, q nolui in testamento, q filia esset hæres, & sic in cæteris bonis eam exhæredaui: dicitur, q ancilla erit filiæ. Accursius.

m *A non domino.*] puta à creditore, qui non habuit ius uendendi, ut j. de legat. 2. l. si. §. quatuor. Vel secundo, qñ mala fide emit colludens in pretio creditore uendente ex pacto, uel ex lege; quo ẽt casu opponitur exceptio doli mali, uel in factũ, ut hic, & C. si uend. pignor. l. j. in fi. Si autẽ habuit ius uendendi, & bona fide emit, fieret emptor dñs, & non teneretur actione in rem, de qua hic dicit, ut Insti. quib. alien. licet. §. j. Vel dic tertio, q à non creditore emit pro decem. Item creditori soluit, cui hoc prædium erat obligatum pro quindecim, retinet ergo prædium pro his quindecim, non autem pro decem, quia illa in utilitatem domini non venerunt, & sic loquitur lex, quæ est contra. C. de rei uend. l. mater. & C. de furt. l. in eundem, & facit ad hanc j. de pignor. actio l. si creditor.

ADDITIO. Solue secundum Bart. & dic, q in legibus in contrarium allegatis pretium non erat conuersum in utilitatem domini, hic sic. & de hoc uide plenè per eundem Bart. in l. 2. de quadrien. præscrip. & j. de præscrip. triginta ann. l. j.

n *Medij.*] medium est postquam soluit, usquequo conuenit r.

o *Superfluum.*] id est illud, quod excedit fructus perceptos; & hoc si minus, &c. unde & si totidem sunt, in totum fit compensatio; sicut enim fructus aliàs cum impensis compensantur, ut supra eod. l. sumptus, in princip.

hoc merito compensantur hic fructus cum usuris: & hoc est quod subiicit, nam eos &c. ut ff. de minor. l. minor vigintiquinque annis. § prædia. Vsuras autem nouas uocat, quas petit emptor ratione temporis post solutionem currentis, non ergo dicit de iis, quas emptor soluit creditori. Et sic not. quod ad usuram solutam, uel sortem non sit compensatio. Dicit ergo nouas respectu veterum, quas hic debitor dudum creditori soluit, uel soluere debuit, secundum Azo. quæ repetuntur ut sors, nõ tamen faciunt aliam usuram, licet sors soluta faciat, ut ff. qui potio. in pig. hab. l. si prior. § sciendum. secundum Azo. & id tẽporis quo hoc currũt, dicitur medium tempus. Sed quare fructª tantum ante lit. conte. Respon. immo & post perceptionem. Sed de primis ideo dicit, quia magis dubitabatur: posteriores n. valde ad officium iudicis pertinent, ut ff. de edil. edi. l. ædiles. § item sciendum. Sed quid si pendente conditione legati hæres alienet, & postea dudum extitit cõditio, factæ sunt expensæ a bonæ fidei emptore, ideo opponit doli exceptionem, & ergo compenso fructus quos conditione pendente percepit, an possum? Respõ. non, quia illo tpe mei non erãt, nec res, nec eos petere poteram. ut C. de cadu. tollen. § fi. autem Accur.

1† Ancilla q̃ non est in dote, &c.

2† Alias, dotis, filiæ.

f Bal. in l. in insulam. § fructus. ff. so. mat. dicit istam gl. forte sin & ord. ad hoc prepositum, quod licet fructus percepti ex re aliena recõpẽsetur cum expensis, & sumptib. d. § fructus. cũ ibi n. plene, & ubique tñ secus est in sumptib. factis in re propria restõni subiecta. Bo.

3† Fl. vendicamus.

ceptis fuerit: nam eos a usuris nouis duntaxat compensari, sumptuum in prædium factorum exemplo, equum est.

Verba enunciatiue prolata per modum causæ, dispositionem inducunt iure exceptionis. Bar.

¶ Ancillam 1† quæ nõ in dotem data, sed in peculiũ filiæ 2† concessa est, peculio filiæ non legato, mancipium hereditariũ esse cõuenit.[b] Si tamẽ pater, dotis ac peculii contemplatione filiam exhæredauit, & ea ratione reddita[c] nihil ei testamento reliquit, aut eo minus[d] legauit, filiam defensio tuebitur voluntatis.[e]

Res quæ subiacet restitutioni, potest a domino interim vendicari.

Paulus libro 2. Quæstionum*

LEX LXVI.

Non ideo minus recte quid nostrum esse vendicam[f], 3† qđ abire a nobis dñium speratur, si condõ legati, vel libertatis extiterit.

Pecunia in re empta inuenta, si est thesaurus, redditur emptori, si pecunia, reddetur venditori. Bart

a Eos] i. fructus. & & sic no. hic casum, in quo bonæ fidei possessor non lucratur fructus. & not. supra eodem, l. sumptus, & regulariter econtra, ut ff. finium reg. l. 4. § penult.

b [Cõuenit.] iure communi.

c Reddita] a parte. Accursius.

d Eo minus.] i. propter id, scilicet quod dotem ei legauerat & peculium, noluit eam hæredem esse, & hoc expressit, ut hic, & ff. de hære. instit. l. qui uolebat.

e Voluntatis] scilicet expressæ, & hoc scilicet per exceptionem, non autem per actionem, secundum H. Nec est contra, infra de legat. 2. l. Titia. § Caius. quia exceptionem, non actionem competere intelligendum est. Accursius.

Non ideo.] CASVS. Instituto me hærede, & quibusdam seruis libertate relicta sub conditione, uel aliqua legata erant eis sub conditione relicta: serui, vel res ab aliquo possidentur, an eosdem vendicare possim, quæritur. Et dicitur quod sic. Viuianus.

f Vendicamus.] scilicet nos hæredes, a quibus est relicta libertas seruorum, uel etiam fundus sub conditione, ut infra de condict. furt. l. si seruus. & infra ad Syllan. l. 1. § serui. & famil. ercisc. l. & post. § res. uel pone exemplum, ut infra de noxalib. l. si quis seruum. uel ut infra de regul. iur. l. plerunque, in fine tit. sed argu. contra, infra de vsufr. si fur.

g A Tutore. l.] i. faber inuenit pecuniam in hac domo sub terra. Accursius

h Fuerunt.] s. hi nummi, nam si thesauri fuissent, non crederem habere dominium, & ideo pro dimidia inuentoris, pro alia dimidia domini soli fiunt, ut ff. de acquirendo rerum dominio, l. nunquam. § thesaurus. & Institu. de rerum diuisio. § thesauros.

Scæuola li. 3. 4† Responsorũ.

LEX LXVII.

A Tutore pupilli domũ mercatus, ad eius refectionem fabrũ induxisti: 5† is[g] pecuniam inuenit: quæritur, ad quem pertineat? Respondi: si non thesauri 6† fuerunt, [h] sed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus eius eam esse, cuius fuerat.

A condemnato in rei vendic. potest res auferri manu militari, si res possidetur vel cõtra dolosum iurari in litem: alias fiet executio in uera æstimatione, seu aduersarij interesse, & prædicta sunt generaliter uera in omnibus actionibus.

Vlpian. li. 51. ad edictum.

LEX LXVIII.

Qui restituere * iussus,[i] iudici non paret, contẽdens[k] 7† se non posse restituere: si 8† quidem habeat rẽ,[l] manu militari[m] officio iudicis ab eo possessio transfertur:[n] & fructuũ duntaxat,[o] omnisque causæ[p] nomine condemnatio[q] fit.

Qui restituere.] CASVS. Rem quam petebam a te, iussu iudicis uolebas restituere, si post petere est, debet auferri a te manu militari, & si dolo desiisti possidere, iurabo in litem: si vero non possides, nec dolo desiisti possidere, condemnaris ad interesse, & ista obtinẽt quacunq; actione agatur. Viuia.

i Iussit.] per sententiam primam ut rem petitam restituat: non tñ dicit, dẽat hoc sibi iuberi, vel non: sed dicens l fi. huius legis.

k Contendens.] s. per mendacium, ut ff. de re iudi. l. debitoribus. in princ. Sed si vere, non tenetur, nisi dolo, uel culpa possidere desijt: sed & si possideret, & implorat tempus ad restitutionem, debet hẽre, ut Instit. de offi. iud. § 1.

l Habeat rem.] in propatulo, ut appareat.

m Manu militari.] a vel adiectiuũ, & est vna pars, vel dic, quod sũt duæ partes. Acc.

n Transfertur.] immo manus, uel executio militaris debet cessare in negotiis priuatorum, ut C. de offic. mil. iudi. l. 2. quæ est contra. Solu. illud generale, hoc speciale. Vel illud locum habet, quando aliud superest: ut quia per executores rem redditurus argum. Cod. de iis, qui latro. uel crim. reos occup. l. fin. Vel, quod est verius, 3 hic de manu militari dicit, hoc est de ipsis executoribus, quod potest fieri, non autem de militibus, ut in l. contraria, nisi in subsidium, ut Cod. de iis, qui latro in dicta l. fin. quo etiam casu potest hic loqui ut dixi, uel quod ibi dicit, hoc sonat, ut magister militum non habeat iurisdictionem inter priuatos, quod est ueritas. Et est simile, ut præcise sit præstandum, ut infra de liber. cau. l. duobus. & C. de fideicommiss. libert. l. fin. & infra ne uis fiat ei, qui in possess. miss. l. fina. in princ. & supra, de petit. hæred. l. si possessor. § penult. ibi, sed & si qui dem &c.

ADDITIO. Dic rationem secundum Bal. l. hic? quia vbicunque æquitas dictat, quod reus præcise teneatur, tunc compellitur precise. sed in reali hoc dictat æquitas, vt infra eodem, l. nec quasi: ergo, &c. secundum Pet in bocard.

o Duntaxat.] non alterius rei, non enim excludit rem ipsam, vel dic, quod excludit solum iuramentum in litem: nam cum res auferetur manu militari, non iuratur in litem, nisi petitor eligat illam uiam, & hanc dimittat, uel dic, aliud malum amodo non habebit, cum eligatur manus militaris.

p Causa.] i. utilitatis, ut ff. eo. l. præterea.

q Condemnatio.] i. executio condemnationis factæ de fructibus, & causa: uel dic fructuum post sententiam.

4† Lib. 1.

5† Induxit. Fa.

6† Flor. Thesauri de cuius distinctionis orthographia vide An. Augustinum l. 2. c. 6. nam ge Institutis vestra fuit hec scriptura. Thesaurum latini veteres secũdum Græcos sine h proferebant. ut ait Dom. in Enn. Terent. Ate l. 4. de verb. vbi de hac voce, & Gel. li. 2. c. 3.

a Regulariter quis non tenetur posse ad factum sed dãdo interesse liberatur: ad hoc multa iura possunt adduci, tamen ubi quis per sententiam tenetur tradere, ad illud pot cogi precise. Bal. in l. 1. C. col. ver. se i pone de distione. C. de sen. quæ pro eo quod interest profe. ad hoc alleg. istum tex per singu. & dicit menti tenendum. Bo.

7† Fl. contendens non posse.

8† Alias, & quidem si.

a Bos. tex. cum hac gl. iñ. tex in c. principes a. q. 6. con or. tex. & ibi gl. in c. petiti. 11. q. 3. est ex præsum in l. si quis miss fiis ff. ne uis fiat ei qui in pos. miss. l. 3 istã tenet Bar. hic.

¶Si vero non potest restituere, & 1† dolo fecit quo minus possit is, quantum aduersarius in litem sine ulla taxa[a]tione in infinitum iurauerit, damnandus est. Si uero nec potest restituere, nec dolo [b] fecit, quo minus possit, non pluris quã quanti 2† res est, [c] id est quanti aduersarii interfuit, condẽnãdus est [d] ¶Hæc sñia generalis [est, & 3† ad oĩa] siue interdicta, siue actiones in rem, siue in personam sint, ex quibus arbitratu iudicis quid restituitur, [f] locum habet.

Ei qui dolo desiit possidere, non cauetur: nec actiones cedũtur, nec Publiciana datur. Itẽ põt petitor omisso iuramẽto ĩ litẽ petere veram æstimationẽ. B.

Paulus li. 13. ad Sabinum 4†

LEX LXIX.

IS qui [g] dolo fecit quo minus possideret: hoc quoq; nomine punit. q actor cauere ei non dẽt [h] actiones, [i] quas eius noĩe habeat, se ei pstaturũ.

Pomp. li. 28 5† ad Sabinum.

LEX LXX.

NEc quasi Publicianam [k] quidem actionem ei dandam placuit: ne in potestate cuiusque sit, per rapinam ab inuito domino rem iniusto [l] 6† pretio comparare.

Paulus lib. 6 7† ad edictum.

LEX LXXI.

QVod si possessor quidẽ dolo fecit, actor vero iurare non vult, sed quanti res, aduersarium condemnari malit, [m] 8† mos ei gerendus est.

Publiciana competit contra dominum, quando possessor & petitor habuerunt causam ab eodem, vel possessor a petitore B.

Vlpianus lib. 19. 9† ad edic.

LEX LXXII.

SI a Titio [n] fundum emeris Sempronij, & tibi traditus sit pretio soluto, [o] deinde Titius Sempronio hæres extiterit, & eundem alij vendiderit, & tradiderit, æquius est, ut tu potior [p] sis. Nam & si ipse venditor eam rem a te peteret, exceptione eum submoueres. Sed & si ipse possideret, & tu peteres, [q]

a *Ulla taxatione.*] a lege facta: fit tamen a iudice, ut supra de dolo. l. arbitrio §. 1. & ĩ. de in lit. iurã. l. videamus. §. penult. & ĩ. ad exhib. l. 3. §. 2 quæ sunt contra.

ADDITIO. Solue & dic, q taxatio nõn fit a lege, ut hic: sed a iudice sic ut in contrario, secundum Bar.

b *Nec dolo*] sed culpa, ut s. eo. l. a quo, in fin. & s. de pet hær. & non tñ § immo Alioquin non teneretur; ut ĩ mã. l. si procuratorem § fi. & ĩ. sol. ma. l. Mæuia. Azo & s. eo. l. sin aũt. § 1. Accur.

c *Quãtires est.*] Hoc casu & superiori aliud peritu., & aliud in cõdemnationem deducitur, q dic, ut ĩ. si cer. pet. l. vinum. Ac.

d *Condemnandus est.*] in primo ergo casu, cum possidet, quatuor sunt mihi prodita auxilia: rei ablatio, in litem iuratio, interesse præstatio, & rei vera æstimatio. In scdo, qñ dolo desijt possidere, tria ultima præter primum locum habent scdm eũ. Qd est uerũ, si extat: alias non iurat in litem, ut s. de pet hær. l. si possessor. §. fin. & l. seq. Vel dic. ibi in pet. hær. vbi secus. Si uero non dolo desijt possidere, sed culpa, duo tñ vltima. Si nec dolo, nec culpa, nullum. & hñt locum hæc auxilia tunc tñ. & semper tunc, qñ q est meũ, peto, scdm R. & Ir. & Bulg. & sic intelligunt, q statim sequitur. hæc sñia &c. s. q prædicta auxilia locum habeãt. Sed hoc est falsum scdm Io. qa ẽt in donatione, & pmissione ubi peto, q non est, nec fuit meum, locũ hñt, pter iusiurandum in litem, ut Insti. de don. §. aliæ. Dicit ergo Io. hanc l loqui, cũ iudex possit eũ restituere; licet iniuriose quãq; puta cũ reus põt se liberare pstito interesse, sicut in re uendita contingit, ut ĩ. de act. em. l. 1. Non ergo dicit, qñ iubere dẽat: sed cum iubeat, licet iniuste. & scdm H. hæc verba, q sequuntur, hæc sñia &c. dic. i de re manu militari auferenda: non de iureiur. in litẽ. nã alias vbicunq; ex obligatione quis tenetur dare, ad rẽ dẽt damnari, ut ĩ. de uerb. obl. l. ubi aũt. §. fin. non tñ iuratur in litem, nisi act o sit arbitraria, uel bon. fid. ut ĩ de in litem iuran. l. in actionibus. A simili si est condemnatus dare. uel tradere precise, manu militari cogatur, ad hoc, non tamen in litem iuretur. Et secundum hoc intellige de interdictis, ut infra ne uis fiat. l. pe. Tertij dñt, q hæc gñalitas quæ subijcit, ad arbitrias tñ restringitur. Sed quare poneret de interdictis cum nulla inueniantur arbitraria? ideoq; hoc non placet. Illud aũt uerũ est, q quatuor auxilia in arbitrarijs tantum locum habent, secundum Azo. & in bonæ fidei.

e *Sententia.*] q prædicta quatuor auxilia locum habeant, scdm Bulg. & alios, qui dicunt, quando peto meũ: uel id est quod manu militari offic. iudic. auferatur, scdm Ioann. qui in omnibus intelligitur, ex quo est iussum. Vel secundum tertios, qui ad arbitrarias restringunt, dico ut prius.

f *Restituitur*] idest restitui iubetur. Sed quæritur, an sententia de re restituenda sit definitiua, uel interlocutoria. & vr interlocutoria, primo, quia in arbitrarijs duæ feruntur sententiæ, ambæ non possunt esse definitiuæ, sed sola vltima. Item non inuenitur q ab ea appelletur, quod est proprium interlocutoriæ, ut ĩ. de appe. recip. l. 2. Et e vr definitiua: nam per eam deciditur lis tota, & finis controuersiæ principali imponitur: ergo est difinitiua, ut ĩ de re iudic l. 1. Item principalis quæstio est de restituẽda re: ergo sententia de ea dicta est definitiua. Item mandatur executioni per manum militarem, ergo est definitiua sententia. Solu dico, q est definitiua: & quod auferat postea res manu militari, est executio, non sñia. Qd patet ex eo, qa si alicui est delegata cã restõnis rei, data illa sententia, finit eius officium, & remittit ad ordinarium executio ista, ut in Auth. de exhib. §. si uero. Quod aũt obijcitur, q non reperit, q ab huiõi sñia appellet, respon. nec reperitur, q ab ea non appelletur.

IS q[ui].] CASVS. Si rem quã a te petere uolebam, dolo desijsti possidere, iurabo in litẽ si uolo, nec tibi debeo cedere ac. sed si iura, uel æstimationem sum consecutus nũquid habebo Publicianam? Et dĩ q non. Viuir.

g *Is qui dolo.*] secus si culpa, ut ĩ. e. si culpa. Accur.

h *Non debet.*] ut arg. s. eo. l. ex diuerso. §. petitor. sed s. eod. l. hæc si res. Solu ut ibi. Itẽ scdm ĩ. de re iud. l. in depositi. Sed ibi in bo. fi. hic stricti iuris. Item ibi habuit cãm ab actore, hic non: pro quo est ĩ. de don. inter vir. & vxo. l. si donante. Item hic in eo in quo deliquit, debet puniri, s. circa possessionem: ibi autẽ in possessione deliquit, quam dolo desijt possidere, non tñ debet puniri in actione ex contractu qua agit, ut ei fiat cessio, in qua non deliquit, immo bona fide contraxit.

i *Actiones.*] s. in rem. Accur.

k NEc quasi Publicianam.] id est utilem in rem.

l *Iniusto.*] iustum, uel iniustum sit, habetur pro iniusto, ut hic, & infra, rer. amor. l. non enim. & l. ideoque. Accursius.

m QVod si possessor Mos ei gerendus est] hæc uerba dixit Pla. se non intelligere: sed tu dic, id est consuetudo iudiciorum ita se habet ut audiatur, ut infra. de proba. l. circa, in fi. Accur.

SI a Titio] CASVS. Titius uendidit mihi fundum Sempronij, quem dicebat ad se pertinere: decessit Sempronius Titio herede instituto: Titius eundem alij vendidit, quis nostrum potior est? Dicitur quod ego: si vero fundum a me petat hæres, repellam eum excep. si uero ad Titium peruenit fundus, potero ab eo petere. & si excipiat, quod a non domino emerim, potero replicare de dolo, cum ab eo emptum habuero. Viuianus.

n SI a Titio.] non domino.

o *Pretio soluto.*] maxime, ut ĩ. tit. e. l. de pretio. Vel dic specialiter, quia scdm dñm datur, sicut & quando directam in rem intenderet, ut C. eo. l. quoties. uel ideo quia loco pignoris, &c. ĩ. de act. emp. l. Iulianus § offerri. uel ideo quia res venditæ, &c. ut §. venditæ. Instit. de rer. diuis. & sic propter venditorem dicit hic de pretio soluto.

p *Ut tu potior.*] s. prior emptor.

q *Peteres.*] per Publicianam, ut infra de excep. rei vend. l. 3. pen. & infra de exceptio. do. l. apud Celsum. §. si a Titio.

1† Fl. si quidem dolo.

2† Alias quã res est.

3† Alias, inclusa desunt.

4† Fl. ad edictum.

5† Fl. li. 19.

Istud dictum gl. dicit Bal. hic valde no. q venditor liberaret præstando interesse, q intellige verũ, nisi lit. lata sententia definitiuæ sup traditione r.s., nam tũc perdit beneficium soluẽdi interesse, ergo omnis sententia habet precise obliga[tionem] e[t]q[ue] ...

6† Fl. iusto & ... & ... infra ... amor.

7† Fl. li. 13 ad Sabinum.

8† Fl. malunt

9† Fl. lib. 16

& sic no. ex superueniente dominio confirmari alienationem, ut hic: & infra de usucap l.cum vir. & in Auth. de non eglig. secūdo.nubent § hoc quoq; prospeximus,col.j. Item pignus,ut ℑ qui pot. in pign.habe.l.creditor.§.cum ea causa. Sed arg.contra,infra iudicatum sol.si ante.

ADDITIO. Dic, ꝙ ibi loquitur in iure personali: hic in iure reali,qđ facilius acquiritur sic, quia facilius confirmatur, ut Cod. per quas perso.nob. aqui l.j ẽm Bar.

a *Replicatione.*] scilicet rei uendica. & sic poteris eum cogere, ut in te transferat dominium: Non enim dico,quod etiam,si tu possideas, ꝙ efficiaris statim dñs,cum venditor factus est dñs: nisi iterum tradatur postea possess. argu. ℑ. de actio.emp l.si quis alienam. licet sit arg. contra, ℑ. si cer.pet.l. proinde. & C. de sec. nupt. auhen. sed & si quis. Et hoc, qđ non transeat dominium, dico maxime ea ratione, quia dominus in hoc non consenserit, neque dominium trāsferre voluit Et no. ꝙ hic est casus,i quo Publiciana datur contra dominum.

b IN *speciali actione.*] id est in rei uen. sed in personali secus quandoque.ut ℑ.de interrog.actio.l.qui interrogatus.

c *Eius sit.*] ratione dominij, sed pro qua parte possideat, sit, ut ℑ.de interrog. actio.l. qui seruum. §.in iure.

d *Munus.*] idest onus, probare, scilicet dominium, &c.vt C. de eden. l. qui accusare.

e SVperficiario. In rem actionem.] s. vtilem, si modo pensionem soluat: non alias quo ad dominium,ut ℑ.de pig act.l.tutor,§.fi.& ℑ. de op. no.nun.l. in prouinciali.§ pen & ℑ si ager vectig vel emph l j..itē & Publicianam si a non dño hēt,ut ℑ tit.j.l cum sponsus. §.in vectigalibus. Item hoc si non ad modicum tempus cōduxit,ut ℑ.de superficie.l j.§.quod autem ait.

1† *Hac l. Fl. inc. Idest, & vox superficiario, ad finem l superioris ponitur: p. cedit q. epigraphem huius l.*

2† *Fl. incipit lex, prætor cuius epigraphe est. Vlpia.lib. 16 ad Edictū.*

3† *Fl.lib 7. a. liasl.lib.17.*

aduersus exceptionem dominij,replicatione a vtereris.

Conuentus rei vend. non cogitur respondere,sit dominus in totū, vel pro parte.Bar.

¶ Idem lib. 17. ad edictum.

LEX LXXIII.

IN speciali actione [b] non cogitur possessor dicere, pro qua parte eius sit: [c] hoc enim petitoris munus [d] est, non possessoris: quod & in Publiciana obseruatur.

Superficiario competit vtilis actio in rem.Ba.

¶ Paulus lib. 12. ad edictum.

LEX LXXIV.

SVperficiario, 1† id est,qui in alieno solo superficiem ita habet, ut certam pensionem præstet: prætor 2† causa cognita in rem actionem [e] pollicetur.

Quod iuris est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem. Ba.

¶ Caius li.6. 3† ad edi prou.

LEX LXXV.

QVæ de tota re vendicanda dicta [f] sunt,eadem & de parte intelligenda sunt: officioq; iudicis continetur, pro modo partis ea quoq; restitui iubere, quæ simul cum ipsa parte restitui debent.

QVa de tota.] CASVS. Satis planus est.

¶ *Incerta*] Quoties quis hēt iustam causam petendi, incertus tñ quantum petat,incertam partem petere potest. verbi gratia,aliquis reliquit mihi in testamento,quasi totam hæreditatem exhauriens, adeo ꝙ locus est Falci. cum incertum sit quod debeat detrahi de suo mihi relicto,unde per consequens incertus sum quid petere debeā. Dicitur,ꝙ incertam partem potero uendicare. Viu.

f *Dicta sunt.*] ut si totus sit fundus petitus,restituātur fructus percepti & percipiendi: idem est si pars petatur. Et no.argu. quod iuris est in toto quo ad totum,idem est in parte quo ad partem, ut ℑ. pro derelict.l.an pars.& plene dixi ℑ.de usuf.l qui scit,in prin.

g *Datur.*] sic enim dicam in libello,vēdico tantam partē huius rei,quantam Falcid.mihi permittit: non autem dicam,vendico partem incertam. Iudex tamen, licet prædicto modo petam, ut prius dixi, sua sententia debet facere certum, ut Inst.de actio.§.curare. vel si non pōt, debet iubere totum solui, ut legatarius promittat reddere, qđ acceperit plus q̃ licuit,ut ℑ. si cui plus q̃ per legem Falc.l.j. Azo.u.l incerta sñia dabitur ẽm libertum,ut Insti.de act. §.curare. Aliud aūt puto in parte incerta hæreditatis petita, vt iudex non teneatur facere certum: sed possit pronunciare incertum, quia iudicium est uniuersale, vt sup. si par.hær.pet. l.j.in § H. Item opp. incerta pars uendicatur, ut hic: ergo incerta pars possidetur, cum possessio parit actionem in rem, ut C.de alie. iud l.j Sed hoc falsum est, ut ℑ. de acquir.possess l. 3. §. incertæ, quæ est ℑ. Respon. hic est fallacia ẽm accidens, nam non ualet hoc argu.in certa vendicatur: ergo incerta possidetur. Ioan.

Admittitur incertæ partis uendicatio, si ex parte actoris est iusta causa ignorantiæ.Bar.

¶ Incertæ partis vendicatio datur, [g] si iusta causa interueniat. Iusta aūt causa esse potest, si forte legi Falcidiæ locus sit in testamento propter incertam detractionem ex legatis: quæ vix apud iudicem examinatur. [h] Iustam enim habet ignorantiam legatarius, cui homo [i] legatus est, si hęsitet, 4† quotam partem vendicare debeat: itaque talis [k] 5† dabitur actio:eadem & de ceteris [l] rebus intelligimus 6†

Si venditor, vel donator rem cōducit ab eo cui dedit, ipsa conductio trāsfert possessorem quam habet, & etiam dominium. Bar.

¶ Vlpianus li.duodecimo 7† ad edictum.

LEX LXXVI.

QVædam mulier fundū ita non marito [m] donauit per epistolam: 8† & eundem fundum ab eo conduxit: [n] dixi 9† posse defendi, in rem ei [o] cōpetere actionē, quasi per ipsam acquisierit possessionem, [p] veluti per colonam. Proponebatur, quod ēt in eo agro, q. donabatur,

h *Examinatur.*] vt uerum videatur,ut infra comm.diuid.l.si non. §.1.& facit infra ad leg. Falci qui fundum.§ si cui. Sed certe imo vř, quod semper sit certum quantum debet detrahi: q̃a de singulis quanta.Respon.verum est, cum nihil remansit penes hæredem, nam vbi aliquid remansit, incertum est, quantū debeat detrahi de singulis: quia illud qđ remansit, dēt computari in quartam, & sic qñque quinta, qñque de una de singulis detrahitur, ut ℑ. ad leg. Falcid. in ratione, in prin. Item si velit totum soluere, accepta cautione, pōt: non tñ compellitur, ẽm H. quia illud tunc fit, qñ est dubium,an habeat Falcidia locum in testamento: at hic constabit, quod aliquid erat defalcandum,sed dubium est quantum.

i *Cui homo*] argu.contra Pla. qui dixit,non in singulis defalcandum: sed in vna re hæredem eligere, & pro hoc ℑ. ad leg.Falcid.l.Plautius.& l.Paulus

K *Talis*] id est taliter.pro incerta,s.parte.

l *De cæteris*] s. rebus non solum in homine, sed idem in cæteris causis iustis, quibus interuenientibus incertæ partis vendicatio datur, ut infra comm. diuidun. l. & si non omnes.§.1.hoc idem vbicumque iusta ignorantia interuenit,ut ℑ.deposi.l j.§.si quis argentum.& arg. ℑ.de fur.l. in actione.

QVædam mulier.] CASVS. Mihi quædam mulier misit epistolam,in qua significauit,ꝙ dabat mihi fundum, & illum fundum a me conduxit, an per epistolam mihi sit acquisitum dominium,quatenus fundum vēdicare possim,quæritur? Et respond quod sic.

m *Non marito.*] nam marito non posset,ut ℑ.de donatio.inter uir.& vxor.l.j.

n *Conduxit.*] per eandem epistolam, quod fieri potest, ut Insti.de oblig.ex consensu.§ j.

o *Ei.*] donatario.

p *Possessionem.*] quod enim suo nomine quis possidet,

4† *Flo. de est si hæsitet.*

5† *Alias talis.*

6† *Fl. intelligemus.*

7† *Fl. Li.17.*

8† *Flo. epistolam.*

9† *Flo. deest, dixi.*

potest & alienatio nomine possidere, ut infra de acquir. poss. quod meo. nec est prohibitum sic mutare possessionis causam, scilicet facere de aliqua nullam, ut in dicta l. quod meo.

a *Fuisset.*] si is qui donationem accepit, erat in possessione: quod non est necesse. Alij dicunt, fuisset scilicet maritus, vel mulier. Sed prima uerior, & hoc ignorante muliere, secundũ quosdam. Tu dic ea non ignorante, ut arg. C. de donatio. l. quisquis.

b *Sufficiebat.*] Hoc in venditione non sufficit ut infra de contrahen. emptio. quod vendidi. Sed sumitur hic argu. q; si tu emeris rem aliquam, & postea in eius possessione reperiaris, præsumitur te habere possessionem ex causa emptionis, ut infra pro socio. l. merito. & C. de acquir. possess. l. j. Accursius.

1† Fl. mutaretur.

2† Fl possideres.

fuisset, a cum epistola ei mitteretur: 1† quæ res sufficiebat [b] ad traditam possessionem, licet conductio non interuenisset.

Fructus efficiuntur bonæ fidei possess. eoipso quod a solo sunt separati. Bart.

¶ Labeo lib. 4. πιθανῶν a Paulo epitomatorum.

LEX LXXVII.

SI eius [c] fundi quem alienum possidebas, 2† fructum non coegisti: nihil ei[*] fundi fructuum nomine [e] dare oportet. [d] Paulus notat. 3† Imo 4† quæritur, si 5† huius fructus idcirco factus est, quod is eum suo nomine [e] perceperit. Perceptionem fructus 6† accipere debemus, non tantum si perfecte 7† sint collecti, [f] sed et cepti 8† ita percipi, ut terra continere [g] se fructus desierint: veluti si oliuæ, vel 9† vuæ collectæ 10† sunt: nondum autem vinum vel oleũ ab aliquo factum sit: statim enim ipse accepisse fructum existimandus est.

Fructus debentur vsq; ad id tempus, quo desierint posse percipi. Bar.

SI eius.] CASVS. Fundum meum possedisti, nullos fructus percepisti: & cum petebam: quæritur, utrũ teneatis ad fructus, cum eosnon perceperis? Et respond. quod non, quomodo autem dicantur fructus percepti, dicitur in textu.

3† Flo. dest. notat.

4† A tex. est lex, & alias §.

5† Flo. dest. si.

6† Fructum.

7† Fl. perfecti.

8† Alias sed etiam ita percepti, ut terrá continere.

9† Flo. dest. vel.

10† Fl. lecta.

c *Si eius.*] potest duobus modis intelligi; primo ut dicas, si, pro quamuis, & non collegisti, id est in horreis non recondidisti: a solo tamen separasti, & perceperis, id est a solo separaueris: & quod dixit, Paulus notat, scilicet reprobando, quia non distinxerat, ut inf. ad legem Rhodiam, de iac. l. finali. Et secundum hoc dices non teneri rei uendicat. sed officio iudicis, de quo hic non dicit. Secundo sic, ut non collegerit aliquo modo, & quod dicit, factus est, id est fieri potuit: nam si non potuit, ut quia erat malæ fidei, tenetur de percipiendis, ut supra eodem. l. si Nauis §. finali. & secundum hoc Paulus approbat addendo: & hic secundus planus est: uel tertio Paulus reprehendit, quia supra dixit possessorem teneri si collegerit, id est in horreis recondiderit: sed certe, imo si a solo tantum sint separati per se, uel per alium.

d *Oportet.*] si bonæ fidei est: ac si dicat, de percipiendis non teneris, & hoc subiicit, Paulus &c. secundum secundam expositionem.

e *Nomine*] scilicet bonæ fidei, nam bonæ fidei non tenetur de percipiendis secundum secundam, & tertiam expositionem.

f *Collecti.*] scilicet tantum: hoc est in horreis reconditi: sed etiam, &c.

g *Continere.*] scilicet inuicem, & sic non bonæ fidei possessori dominium fructuũ statim, quod a solo separati sunt, ut h. &, & inf. de acquir. rerum do. l. bonæ fidei. in prin. & infra de usufr. l. qui scit. § præterea. idem in colono, qui nummis colit, ut infra de usuris. l. si a pers. §. primo secus in fructuario, ut infra quibus modis usus fruct. amitt. l. si vsusfructus.[*]

* Percipere fruct[*] item, cogere quid sit, notat Cuiacius. l. 11. obs. cap. 39.

SI hominem.] CASVS. Seruum meum a te uendicabam: lit. contesta. decessit, quod percepisti ex operis eius, restituere debes; nisi diu ante lit. contest. incœpisset infirmari, & ita operæ suæ malæ fuerint, tunc pro operis illius temporis nihil præstabis.

¶ Idem li. 6. πιθανῶν a Paulo epitomatorum.

LEX LXXVIII.

SI hominem a me [h] petieris, & is post litem contestatam mortuus sit: fructus, [i] quoad is vixerit, æstimari oportet. Paulus notat: 11† ita id verum esse puto, si non prius is homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operæ eius inutiles factæ [k] sunt: nam ne si vixisset quidem in ea valetudine, fructus eius temporis nomine æstimari conueniret.

Qui negat se possidere, non potest conueniri actione; sed si conuincitur de mendacio, transfertur possessio in actorem, hoc dicit. Bart.

¶ Furius Anthinus 12† li. 1. ad edictum.

LEX LXXIX.

IN rem actionem pati nõ compellimur: quia licet alicui dicere se non possidere: ita tamen, 13† ut si possit aduersarius conuincere, rem ab aduersario possideri, transferat ad se possessionem per iudicem: [m] licet suam esse non probauerit. 14†

h *A me.*] bonæ fidei possess. qui non etiam in mora, & sic interitu speciei sui liberatu, alias de fructibus teneor, ut supra eod. Iulianus lib. 6. Digestorum. §. 1. & l. fructus. Vel dic, ibi moram inducere periculum rei: in fructibus autem erit, quod hic dicit: quod non placet, ut dicta l. Iulianus li. 6. Digestorum. & l. fructus. Vel ibi culpa, uel dolo possessoris perijt: hic non. ideoq; ibi in re tenetur, & in fructibus vsque ad sententiam: hic in re, & si non re, existente propter moram, non tamen in fructu.

11† Fl. dest. notat. alias Paulus.

i *Fructus.*] percepti, & percipiendi post lit. contesta. ex quo fuit ma. fid. & sic etiam homine mortuo durauit officium, ut supra eo. l. utique. §. pro præterito tempore.

k *Facta.*] tunc enim non ueniunt fructus, ut j. de condictio. l. penul. in fi.

12† Flor. Anthianus.

I *In rem.*] CASVS. Quilibet de leui poterit te liberare ab in rem actio. quia negando se possidere liberatur: sed si postea appareat eum possidere, in petitorem transferenda est possessio, quamquam non probauerit de intentione sua.

13† Fl dest. autem.

14† Flor. ad probauerit.

l *Non possidere.*] quando de hoc a iudice interrogatur, ut supra eod. officiu. & l. qui petitorio. Non tamen hoc dicendo perdit possessionem, quia uoluntatem amittendi non habuit. Accursius.

m *Per iudicem*] id est per officium iudicis, uel condictionem ex lege ista. Et sic ponitur in translatione possessionis propter mendacium ut in Authen. de trien. & semis. §. illud. collat. 3. infra, & sic quod cum eo, qui in aliena potest. l. sed si ex parte. §. primo. idem in petitione hæreditatis, si probauero ipsum possidere pro hærede, uel pro possessore, cum ipse negauerit: uel si habeat pretium hæreditatis, mittar in possessionem bonorum eius, secundum Ioann. Sed non debet conueniri insolidum, ut infra de interrog. actio. de ætate § qui tacuit? Azo respon. illud in personali: hic autem quando fuit sciens: ignorans autem non punitur, ut Cod. de furtis, l. finali. Item hoc quod aget nunc qui prius possidebat, ut in authent. prædicta, de trien. & semis §. illud col. 3. Item hoc verum nisi fateatur: ita quod actor in probando non grauetur, ut infra de iureiurando. l. eum qui. ut delato sacramento petitori. Item quid si incontinenti dicat, hodie constet, &c. forte idem ad instar aliorum possessorum, ut j. de Carbon. edi. l. 3. § causæ cum in se transferat omnis. De hoc tamen dic, ut C. qui pot. in pign. hab. authen. item si possessor.

¶ DE PVBLICIANA IN REM ACTIONE.

Nūc de bona fidei possessoribus, quibus, immissa possessione, datur publiciana in rē actio, a Publicio pratore, primum in edicto proposita, fictitia actio, sicut possessoria hæreditatis petitio, qua sic breuiter desinitur. Publiciana actio est vtilis, siue pratoria vendicatio, qua omissa possessione datur ei qui a non domino rem traditam ex iusta causa acquirēdi dominij bona fide accepit, interdum vsucepit. Cuiac.

* Vi. Constā. Herman. lib. 2. epitom. c.4.

TITVLVS II.

De publiciana in * rem actione.

Iurisconsultus primò ponit edictū: postea exponit illud. h. d. loco summarij. B.

Vlpian. libro 16. ad edictum.

LEX PRIMA.

Ait prætor: a Si quis id, quod traditur b ex iusta causa c à nō domino, d 1 † & nondum vsucaptum e petet, iudicium f dabo Meritò prætor ait, nondum vsucaptum: nam si vsucaptum est, habet ciuilem actionem, g nec desiderat honorariam. h

1 † Fl. non à domino.

Ex quacunque causa iusta transfertur possessio, competit Publiciana, hoc dicit, vsque ad l. eum qui.

¶ Sed cur traditionis duntaxat, & vsucapionis fecit mentionem, i cum sanè 2 † multæ sunt iuris partes, k quib. dominium quis nancisceretur, l vtputa legatum. m

2 † Flo. satis multa.

¶ Paulus libro 21. aliàs 19. ad edictum.

LEX II.

Vel donationes causa mortis factæ: n nam & hic 3 † amissa possessione o competit Publiciana; quia ad exemplum legatorum capiuntur. p

3 † Fl. desest. & hac.

Vlpia. lib. 16. ad edictum.

LEX III.

Svnt 4 † & aliæ pleræq; q ait prætor: r Qui ex iusta causa s petet. Qui igitur iustam causam traditionis habet, vtitur Publiciana. Et non solū bonæ fidei emptori competit Publiciana, sed & alijs: vtputa ei, cui dotis nomine tradita res est, nec dum vsucapta. Est enim iustissima causa, siue æstimata res in dotem data sit, t siue non. Item si res ex causa iudicati tradita sit. u

4 † Aliàs ir capit. Et ait

a *Ait prætor.* s. Publicius, vt Insti. de actio. §. aliæ, in fi. §.

b *Id quod traditur.*] id est traditum est. sic oritur, id est ortus est. sic C. de episc. & cle. nulli. §. si autem persona. Et hoc siue corporalis res sit, siue incorporalis, vt infra eo. l. si ego. §. si de vsufruct.

c *Ex iusta causa.*] & vtroque habente animum transferēdi dominium, aliàs enim non competeret hæc actio, vt infra eodem l. quæcunque. §. 1. Azo. & infra de actio. & obliga. l. in omnibus. Accur.

d *A non domino.*] quid autem si dubito, fuerit dominus actor meus, vel non? Respond. proponere Publicianam tutius est, vt credam eum non dominum, nisi aliud appareat: nam facilius probabo, cum sufficiat dicere me emisse à non domino: nec enim habeo necesse probare illum non fuisse dominum, vt C. de probat. l. actor, in fi. & si reus probet venditorem fuisse dominum, & sic actor succumbat: proponat post directam rei vend. Nec enim obstabit ei rei iudic. excep. vt infra de euictio. l. minor. §. si seruus. Vtramque autem proponere simul non possum, quia sunt contrariæ: cum una domino, alia non domino detur: vt hic, & C. si seruus extero. l. 1. & infra de regul. iur. l. nemo ex his § quoties, & infra comm diuid. l. communi diuidundo. §. item si duo sunt, in fi. Sed quidam dicunt, venditorem meum præsumi dominum, & per consequens me, & sic dicunt me debere in dubio eligere rei vendic. directam: & pro eis C. de probat. l. 2. Sed nos contra: vt in eo. tit. l. cum res. & arg. infra de pigno. l. & quæ nondū sunt. §. quod dicitur. Accursius.

e *Vsucaptum.*] vel præscriptum.

f *Iudicium.*] scilicet actionem Publicianam: aliàs autem ex edicto prætoris datur in factum, vbi specificata non fuit, vt supra nau. caup. stab. l. idem, §. ait prætor. & quod dicit, dabo, scilicet contra alium, non contra dominum: nisi in casibus, vt infra eo. l. pen. dices.

g *Actionem.*] scilicet directam in rem, si erat res mobilis: si immobilis, vtilem secundum nos. sed secundum M. in vtroque casu directam. Accur.

h *Honorariam*] id est prætoriam: vt Instit. de iure natur. gent. & ciuil. §. prætorum. immo & si vellet, non potest eam intendere, vt ex edicto prætoris apparet: nam non domino tantum datur Publiciana.

i *Mentionem.*] de vsucap. dixit, expresse: de traditione tacite: nam eo ipso, quod dicit, à non domino traditione facta non transferri dominium, per consequens dedit intelligere, quòd facta à domino transferret dominium, vt infra de acquiren. rerum domin. l. traditio. Et ad hanc quæstionem non respondet: sed respondebis tu infra prox. l. sunt & aliæ.

k *Partes.*] id est causæ in partibus iuris designatæ. Azo.

l *Nancisceretur.*] de iure ciuili, & sine possessione: vt statim dices infra. l. prox. Accur.

m *Legatum*] vt & infra quemadm. seruit. amitt. l. si partem. §. si per fundum. Acc.

n *Vel. Mortis causa facta.*] scilicet à domino: si autem à non domino, non acquiritur dominium: sed habet locū Publiciana, traditione facta, & hoc dicit, nam &c. Vel etiam dic, non tradita possessione dari Publicianam, vt detur directa vendicatio, si esset dominus donator, vt infra eo. l. cum sponsus. §. is cui. Vel quòd ibi dicit, habet locum quando pro illa re testator habebat Publicianam. Accursius.

o *Possessione.*] rei mortis causa donatæ.

p *Capiuntur.*] i. accipiuntur donationes causa mortis, vt C. de dona. cau. mor. l. fi. nisi in casib. quos not. Instit. de dona. §. 1. Accur.

q *Svnt & aliæ pleræque.*] s. causæ quib. acquiritur dominium sine possessione: vt hæredis institutionis: vt infra de acquir. possess. l. cum hæredes. Et bonorum possessionis, vt infra de bon. poss. l. 1. & per Trebell. restitutionis: vt infra ad Trebell. l. facta. Item arrogationis, vt Instit. de acquir per arg. §. 1. Item causa libertatum conseruandarum addictionis: vt Instit. de eo cui lib. cau. bon. addi. §. 1. & aliæ etiam sunt, vt dixi supra tit. 1. si Ager. Ideoque in omnibus his casib. dominium acquiritur sine traditione, & vsucapione: & sic cessat Publiciana, si modo à domino habeat causam: alias competit Publiciana, licet traditio non interuenerit, vt infra eodem l. cum sponsus. §. is cui possunt etiam, & aliæ notari causæ, ex quibus transfertur dominium etiam sine traditione, & sic Publiciana datur, si habeat causam a non domino, etiam sine traditione, vt infra eod. l. si ego. §. si partus. & §. idem ait ædilibus. & l. si seruus meus. Quare ergo hoc fecit prætor? Responderi potest, quod ideo fecit, vt poneret exemplum: non vt alium denotaret in his, in quibus est eadem æquitas: vt arg. supra de petit. hæredit. l. item veniunt. § ait senatus. & infra ad leg. Aquil. l. ita vulneratus, in fi. & ff. de iur. & facti ign. l. regula. §. & licet & infra de dam. infec. l. damni. §. quod dictum. Vel dixit hoc, quia illis modis frequentius accidit acquiri dominium: vt C. de pact. l. traditionibus. Vel dic, quod verbum traditionis, omnia complectitur. interuenit enim in ijs, quod pro traditione habetur, veluti aditio hæreditatis. Vel dic secundum Ie. satis fuit ponere hoc generale, scilicet ex iusta causa, quæ omnes tit. quibus res naturaliter transfertur, complectitur.

r *Ait prætor.*] scilicet in edicto supra posito.

s *Ex iusta causa.*] id est titulo, vt Institu. de actio. §. aliæ. Accursius.

t *Data sit.*] à non domino.

u *Tradita sit.*] hoc casu etiam contra dominum datur Publicia. si tamen à domino tradita sit: quoniam non transit dominium, & si sit dñs condemnatus: quia non vt suam,

se] vt eius, cui restituit, reddit, vt infra de condi. ob caus. l. 3. §. subtilius. Secundum hoc ergo si non erat dominus qui tradidit, non præstitit iustam causam vsucapiẽdi, nam si sit dominus, vt dictum est, & tñ non transfert dominiũ, ergo nec Publiciana locum habet, si non sit dñs. Secundũ hoc ergo in domino condemnato intelligitur. Vel dic secundo, ꝙ habet Public. licet cõdemnatus nõ fuerit dñs: non tamen vsucapit, sicut haberet si emisset rem pupilli vel fisci. Nec ob. ꝙ dicitur infra de acqui. poss. Põpon. §. si iussu. & inf. de vsucapio. l. non solum. §. mihi. in quib. vsucapit. quia in illis non actione in rem, sed personali res petebatur. Vnde in l. illa, nõ solum. intelligẽdum est ꝙ dr̃: si mihi Titius, a quo petere volebã, personali actione tenebatur: puta ex empto: vnde iure subiungitur de actione ex stipulatu: sed ẽm primam non dñs fuit cõdemnatus. Vel dic, ꝙ vsucapit: & Public. locũ hẽt, licet dñs sit qui tradidit: non tñ transfertur hoc casu dñium, vt dictum est. Idem de eo qui emit à pupillo, vel furioso, vt ĩ pro emp. l. 2. §. si à pupillo. & §. si à furioso. Et huic lecturæ est arg. vt præ dicta l. Põpon. refert.

1† Dissoluẽdo.

2† Rei ex causa.

3† Lib. 22.

Paulus li. 22. aliàs 16. ad edi.

LEX IIII.

Vel 1 † soluendi causa. [a]

Vlpianus li. 16. ad edictũ.

LEX V.

Vel 2 † ex causa noxæ deditionis: [b] siue vera, siue falsa sit causa.

Pau. li. 16. aliàs 19. ad edi.

LEX VI.

Item si seruum ex causa noxali, quia non defendebatur iussu prætoris, duxero, [c] & amisero possessionem, competit mihi Publiciana. [d]

Vlpianus li. 16. ad edictũ.

LEX VII.

Sed & si res adiudicata sit, [e] Publiciana actio cõpetit. ¶ Si lis [f] æstimata fuerit, similis est venditioni: & ait [g] Iulianus li. 7. 3 † Digestorum, si obtulerit reus æstimationẽ litis, Publicianã competere. [h]

Titulus putatiuus inducit vsucapiendi conditionem: & per consequens Publicianam. Bart.

Alij dicunt, ꝙ videtur verum, ꝙ si res erat possessoris qui condemnabitur, & ex causa iudicati restituit, transfert dominium, licet non tanquam suam restituat; & facit hoc rei iud. authoritas, vt ar. ĩ. de reb. cor. l. 3. §. item quæri potest. & secundum hoc dices hic, ꝙ à non dño fuit tradita. Et hanc approbo. Alij distinguunt, verum plenariè fuit de causa cognitum: vt tũc transferatur dominium, & erat tradens dñs per authoritatem rei iudicatæ; vel si non dominus, cõpetit Public. aut summatim: vt tunc tñ præstetur iusta cã vsucapiendi, & præstat argu. ĩ. de re iudic. l. a diuo. §. si super. Vel dic secundum alias, ꝙ si res ex causa iudicati sit tradita iussu iudicis, & ex secundo decreto. s. primo captis pignoribus ex cã iudicati: deinde ex secundo decreto addictis: tunc habet locum Publiciana; arg. inf. de dam. infe. l. damni. §. pe. & secundum istos duos loquitur in personali hæc lex; vel intellige, quãdo egi personali ad quantitatem, & fui missus in possessionem: vt C. de exec. rei iudic. l. ordo. & emptore non inuento datur mihi in solutum; si à possessione cadam, reuocem per Publicianam.

a *Vel soluendi causa.*] Puta alia re pro debito; vt infra pro soc. l. 1.

b *Vel ex causa Deditionis*] etiam contra dominum; vt infra de noxal. l. & generaliter.

c *Item si. Duxero*] ꝙ facere possum secundo decreto interueniente, vt supra si ex noxa. cau. aga. l. 1. §. fin. aliter enim nec dominium, nec possessio quæri videtur; vt infra de dam. infec. l. si finita § Iulianus. & § si autem, vel verius, hic non exigitur secundum decretum. Azo.

d *Publiciana*] sic & in domo tradita ex causa damni infecti; vt infra de dam. infec. l. damni. § pen. Accur.

e *Sed & si res adiudicata sit.*] in actione communi diuidundo, vel famil. ercisc. facta traditione. Alioquin datur actio in factum, vel condictio ex lege; vt infra eod. l. traditionẽ. & ĩ. de vsura. l. si per errorẽ & C. de arb. l. ne in arbitris. § sed & si ipsi. Hoc enim tenuit verũ, adiudicata. s. ꝙ loquatur de iudicio diuisorio, vt Instit. iud. §. eadem. §. quod si cõmodè. & §. si finium. & per hoc differt ab eo, quod dixi supra eo. l. 3. in fi.

f *Si lis æstimata fuerit.*] a iudice: vt supra tit. 1. l. eius, & infra commod. l. si vt certo. §. j. & infra pro empt. litis. & ĩ. depos. l. si fideiussor. & infra rer. amot. l. si propter. & ĩ. ad Trebellia. l. facta. §. 1.

g *Et ait.*] subaudi: & ideo &c.

h *Competere.*] si præsens erat: vel habita possessione. s. postea, & amissa, vt in dicta. Accur.

Marcellus libro 17. aliàs 16. Digestorum scribit.

LEX VIII.

Evm 4† qui [i] à furioso, ignorans eum furere, emit, posse vsucapere: ergo [k] & Publicianam habebit.

4† Fl. est §. in incip. Marcellus li. 17. Digest. scribit, eum qui.

Titulus lucratiuus inducit Publicianam. Bart.

¶ Sed & si quis ex lucratiuis causis rem acceperit, [l] habet Publicianam: quæ etiam aduersus donatorem competit: est enim iustus possessor, [m] & petitor, [n] qui ex liberalitate 5 † accepit. ¶ Si à minore [o] quis emerit, ignorans [p] eum minorem esse, habet Publicianam. Sed & si permutatio facta sit, eadem actio competit. ¶ Publiciana [q] actio ad instar proprietatis, non ad instar [r] possessionis respicit.

5 † Fl. qui liberalitate.

Re tradita ex iureiurando, cõpetit Publiciana. B.

¶ Si petenti mihi rem, iusiurandum detuleris, [s] egoque iurauero rem meam esse, competit [t] mihi Publiciana; sed

i *Evm qui.*] Aliàs l. & aliàs §.

k *Ergo*] locus à cõiter accidentibus: quęcunque enim res vsucapitur, eadem & Publiciana peti potest: vt hic. Fallit tamen hoc argumentum antecedente destructo: nam quædam sunt, quæ non vsucapiuntur: & tamen Publiciana competit: vt infra eo. l. cum sponsus. § in vectigalibus. Sed videtur Publicianam actionem non dari, vt infra pro emp. l. 2. §. si à furioso. quæ est contra. Sol. hic de æquitate: vel hic res, quę furiosi non erat, tradita est, scilicet cuius bonæ fidei poss. fuit: ibi verò res furiosi erat: sed hoc non valet: vt infra de reb. cor. l. magis. § 1. Dic ergo, quòd hic dicit dari actionem contra extraneum; ibi dicit non dari contra ipsum furiosum; vt arg. C. de prædijs min. l. & si is.

l *Rem acceperit.*] à non domino.

m *Possessor.*] id est si possidet.

n *Petitor.*] si non possidet.

o *Si à minore*] etiam pupillo. Accur.

p *Ignorans.*] aliter si in iure errauit; vt infra de vsucapio. pro empt. l. 2. §. si pupillo. Accursius.

q *Publiciana.*] etiam si curatorem habeat, & etiam si res sit immobilis: non tamen vsucapi potest si pupilli est; vt infra eodem, l. cum sponsus. §. si res. quæ est contra. Solu. vt ibi.

Ordo scripturæ designat ordinem voluntatis,& ordinem processus.hoc dicit, de consecr.distin.2. cap.in Christo pater.& ordinem charitatis,de lib.& posth. l. Gallus. §. quidam rectè Bart.

l *Vsumfructum.*]Pone casum,ꝙ mihi, & alij fundi proprietas fuit legata: egi ad meam partem actione in rem, vel ex testamento, & amisi: postea repudiat collegatarius meus,non accrescit mihi.Item pone vsumfruc. mihi & alii relictum: petii partem meam.& amisi: postea confructuarius cadit à sua parte,hoc casu mihi accrescit,& rationem diuersitatis dicit.Accur.

m *Portio.*]coniungit in casu,sed distinguit in rñsione.Acc.

n *Accreuit.*]altero collegatario repudiante.

o *Exceptionem.*]vF,ꝙ nõ debeat obstare,cum sit aliud corpus,quod idem esse oportet,ut ĩ.de excep.rei iudi.l. cum quæritur,& l.seq Respõ exceptio rei iudic. obstat quoties per sequens iudicium infringitur,quod est statutum in primo,ut ĩ de iureiur.l.duobus,§.exceptio.& de excep.l.fundi Titiani.sic enim primum est pro veritate habendum, ergo uerum est illam partem non esse istius,quia sic iudicatum est:sed alia non,nisi quia sua alia sit,peti posset,iure sacrescendi:ergo quia repellitur à primo, repellatur ab alio,& hoc probatur iure alluuionis,vt & supra de pub. l.si ego,§ item ait ædibus.& hoc siue fuit absolutus,quia non probaui meum,siue quia ipse probauit suum,secus autem in aliis,quæ non accrescerent,etiam si ex eadem causa ago,puta partem fundi petij,& succubui, aliam partẽ ex eadem causa postea peto,non obst. exceptio, quia alia res est,nec unam partem alteri accreuisse dici potest,ut infra,de except.rei iudic.l.cum quæritur,& l.seq.

p *In fructu.*]idest in vsufruc.accrescendo.

q *Fundi.*]coniunctim legati

r *Alluuio.*] quæ sequitur ius fundi, ut infra,de legat,1.l. quod in rerum,§.si quis post,& supra de publ. l.si ego. §. idem ait ædibus,& idem in insula,ut infra, de except. rei iudic.l.egi.§ si Accur.

s *Personæ.*] non rei,ut infra,de except.rei iudi.l. & an eadem,§.qui cum partem. Sed nonne si petat vsumfructum qui accreuit,sic dicet.ideo peto,quia mihi accreuit, & sic interro-

1† Al. vnas. Duas.
2† Al percipietur.
3† Al.tempora.
r vide Ang. in princ. Institu.de ser. eundẽ in §. æque de act. instit. Ia.in d.§.æquè.

4† Vsusfruct.
* Habes hic tex no & sin. q l est legata re mortuo viuo testatore extinguatur legatũ,et remane.penes hæredem.l.1.§.pro secundo,C.de cadu.tol per Bar.in l.si pure de leg.1.in si adimit a,nisi proprietas venit,et alteri vsusfructus legatur,quia tunc vsusfructus consolidatur cum proprietate.Bolo.
5† Al partis.
6† Al partis.
7† Fructus.

interrogabitur qualiter sibi accreuit, & cogetur ex consequentia quadam dicere, quia mihi, & illi fuit relictus, & sic quia tam contra sententiam primam ueniet, obijcietur exceptio rei iudicatæ: non ergo hæc est bona ratio: quia personæ, &c. Respond. si ideo succubuit in prima sententia, quia non vtendo, vel capitis diminutione amiserat, constabit eũ fuisse legatum, & eũ fuisse fructuarium, & sic loquitur hic, & infra titu. 1. l. interdum. Si autem ideo succubuit, quia non fuit legatus: tunc idem est, quod in legato proprietatis, cum res iudicata pro veritate accipiatur, ut supra de regul. iuris. l. res. & infra de iureiuran. l. sed si possessori. §. item si iurauero. & infra de excep. rei iud. l. si cũ ar. §. penult.

* Concor. tex. in c. licet. 16. q. 5. & tex. ne iter facit in argu. pro illo tex. in d. c. unica gl. quæ habet, quod ubi feudatarij nõ possunt concordare in regimen feudi Rex debet facere, quod alternis annis regant per gl. sing. in d. c. Bolog.

1 † Fl. prius, et recitus Duar.

2 † Ph. de. ll. lego.

3 † Fl. sibi.

Q Voties.] CASVS. Testator legauit vsumfructum fundi Titio & Mæuio ut alter vno anno, alter altero utatur: quæritur, quis habebit primum annum? Et respon. quod primo nominatus, & secundum secundo nominatus. Quid si ambo sint nominati? Et respond. neuter vtetur, nisi consentiat qui primo habeat. Sed pone, ut in princ. l. huius casum, quod Titius, qui est alter ex fructuarijs, emit pro decem proprietatem, & fortè tenuit suis annis, interim habebit proprietatem plenam, & sic non vsumfructum formalem: & Mæuius suis annis habebit usumfructum. Item quid si decem annos Titius alienauit nudam proprietatem? Respond. Titius habebit suis annis, ut quilibet ante quam proprietatem emeret, & hoc probat per simile. Nam pone quod quidam legauit mihi vsumfructum sub conditione, si nauis ex Asia venerit: interim emi proprietatem rei: & tenui per decem ann. puta, & tunc alienaui: & postea nauis uenit: habeo quidem vsumfructum, nec obest, quod medio tempore proprietatem habui.

¶ Si colono.] Titius locauit fundum suum in quinquennium: elapso post anno vsumfructum eiusdem fundi legauit eidem colono: quæritur ad quid valeat legatum, cum & sine hoc colonus habebat, & fruebatur? Et respon. ad tria. Nam petet vsumfructum ex testamento. Item à mercedibus erit liberandus. Item expensas, quas fecit gratia rei, recuperabit.

¶ Vniuersorum.] Legauit mihi testator vsumfr. omnium suorum bonorum, domus vna ex his bonis fuit combusta, quæritur, an in ea extinguatur vsusfr. Et distingue, aut sic dixit, omnium bonorum: & tunc remanet usufr. areæ, quia area de bonis est. Aut dixit, illius domus & illius, & sic extinguitur vsusfr. in area. Viuia.

a Dici prius.] id est primo. Azo.

b Deinde.] in secundo anno. & sic no. ordinem scripturæ seruandum. & sic infra de fideicommissa. libert. l. generaliter. §. si quis ergo. & qui & à quibus, si quis habens, & in Auth. de hæred. & Falcid. §. si vero nullus, collat. 1. & infra de hered. instit. l. qui soluendo. Sed argu. contra, infra de leg. 1. l. cum pater. §. si dertuæ. & inf. de pec. leg. l. quidam, & infra de solut. l. non tam.

† Et concor. c. cum dilecta. cum gl. 2. extra de rescrip.

Iulianus li. 35. Digestorũ.

LEX XLI.

Q Voties * duobus vsusfructus legatur, ita ut alternis annis utantur, fruantur: si quidem ita legatus fuerit, Titio & Mæuio: potest dici, prius, a 1 † Titio, deinde b Mæuio legatum datum. Si uerò duo eiusdem nominis fuerint, & ita scriptum fuerit, Titijs usumfructum alternis annis do, lego: 2 † nisi consenserint uter eorum prior utatur, inuicem se, 3 † impedient. c Quod si Titius eo anno quo frueretur proprietatem accepisset, d interim legatum non habebit: e sed ad Mæuium alternis f annis usufructus pertinebit: & si Titius proprietatem alienasset, habebit g eum usumfructum, quia & si sub conditione usufructus mihi legatus fuerit, & interim proprietatem ab hærede accepero, pendente autem conditione eandem alienauero, ad legatum admittar. h

¶ Si colono tuo usumfructum fundi legaueris, usumfructum uendicabit: i & cum hærede tuo aget ex conducto: & consequetur, ut neque mercedes præstet: & impensas, quas in culturam K fecerit, 4 † recipiat. Vniuersorum bonorum, an singularum rerum usufructus legetur, hactenus interesse puto: quod si ædes incensæ fuerint, usufructus ædium specialiter legatus peti nõ potest. Bonorum autem usufructu legato, areæ usufructus peti poterit: quoniam qui l bonorum suorum usumfructum legat, nõ solum eorum, quæ in specie sunt, 5 † sed & substantiæ m omnis usumfructum legare uidetur: in substantia autem bonorum etiam area est.

Hæres tenetur de mora, & tarditate aditionis. Bartol.

Idem libro 1. ad Vrseium. Ferocem.

LEX XLII.

S I usufructus legatus est, & 6 † hæres scriptus ob hoc tardius adierit, 7 † ut tardius ad legatũ perueniretur:

c Impedient.] ut & infra quibus modis ususfruct. amit. l. 2. §. 1. & infra de seruit. rustic. præd. l. statuere, vnde forte forte interuenient, ut supra de iud. l. si cum ameo, & Inst. de leg. §. optionis. Vel versus sic, iudicem interuenire, vt consentiant, ut infra de legat. 1. huiusmodi. §. fin. 1. & supra eo. l. si cui, §. denique, & infra de æ dilit. e. sic. quod si nolit. §. si plures, & Institu. de satisd. §. penult. Accursius.

d Accepisset.] scilicet ab hærede, fortè titulo emptionis. Accursius.

e Non habebit.] scilicet ut non habeat formalem vsumfructũ, sed causalem, ut infra quib. modis vsusfruc. amit. l. 2. in prin. Sed videtur habere formalem, ut infra de usufruct. accresc. l. inde Neratius. § non solũ. & l. antepen. & hic. Sol. & ibi est causalis, licet habeat naturam formalis.

f Alternis.] scilicet illis, in quibus ad eum redire debebat, si non extincta esset pars Titij cõsolidatione. Sed videtur, quod omni anno quasi iure accrescendi altero amittente, ut infra titu. 1. l. 4. §. non solum. & l. pen. Sed dic, quod hic non sunt coniuncti, immo separati sibi sic.

g Habebit.] id est retinebit, ut hic, & infra eo. l. dominus. 2. respon. & infra quib. mo. vsusfru. amit. l. si duobus, circa princ.

h Admittar.] conditione existente, ut infra de verb. obl. l. si rem meam, hæc autem conditio inefficax uidetur, ut infra de adimen. lega. l. cũ in annos, & l. si in singulos.

i Vendicabit.] per actionem ex testa. nemo et ex conducto consequetur impensas: utraque autem actione consequetur, ut non præstet mercedem, ut hic, & infra loca. l. si quis domum, § fi. & l. sequen. & l. si in lege § fi. & sic no. hic mirabile, quod agitur actione ex contractu ad eum rescindendum, scilicet ad remissionem mercedis, sicut contingit alias infra de act. emp. l. ex empto. §. si quis virginem. & infra de contrah. emp. l. sed Celsus, § si fundus.

K In culturam.] quia & eas testator legauerat, ut dicunt, quod non placet, quia hoc est diuinare. Dic ergo, quod fecit expensas gratia rei, non fructuum præsentis anni, quia tunc cum fructibus compensarentur, nam pro colendo potest quis facere expensas gratia rei, ut infra de impens. l. tertia, § nos igitur, & ideo petuntur etiam à fructuario, ut infra eodem, l. si extraneo. §. fi. & l. quod si heres, multo magis ergo à colono, qui agit contra hæredem ut reficiat, ut infra loca. l. ex conducto. 1. respon. Accursius.

l Quoniam qui.] No. ergo quod refert quid ex æquipollentibus fiat, vt & Instit. de inut. stipul. § quoties. Sed arg. cõtra, infra de admin. tut. l. si duo.

m Substantiæ.] præsentis & futuræ, fortè, ut C. quæ res pig. oblig. poss. l. fi. Azo. Sed arg. contra, infra de auro, & argen. legat. l. si ita.

S I usufructus.] C A S V S. Hæredem instituisti, & mihi legasti usumfruct. hæres tuus tardius adiuit hered. quam deberet, ad hoc ut tardius hæreret usu fru. tenetur tuus hæres mihi ad meum interesse.

¶ Vsusfructus.]

4 † Fl. fecerit.

5 † Legat.

6 † Sed hæres. Fer.

7 † Fl. adgt.

hoc quoque [a] præstabitur, [b] ut Sabino placuit.

Non dicitur vsusfructus pertinere desiisse, si quod loco vsusfructus æstimatur, percipitur: quæ æstimatio loco rei cum suis quantitatibus (alias qualitatibus) subrogatur. Bald.

¶ Vsusfructus serui mihi legatus est, isque cum ego uti frui desiissem, liber esse iussus est: [c] deinde ego ab hærede æstimationem legati [d] tuli, nihilomagis eum liberum [e] fore Sabinus respondit. Namque uideri me uti frui homine, pro quo aliquam rem [f] habeam, conditionem autem libertatis eius eandem manere, ita ut mortis meæ, aut capitis diminutionis interuentu liber futurus sit. [g] 1 †

Africanus lib. 5. Quæstio.

LEX XLIII.

QVi usumfructum areæ legauerat, insulam ibi ædificauit, ea uiuo eo decidit, uel deusta est, usumfructum deberi existimaui. [g] 2 † Contra autem non idem iuris esse, si insulæ usufructu legato, area [h] deinde insula facta sit. [i] * Idemque esse, [K] & si scyphorum usufructus legatus sit, deinde massa facta, [l] & iterum scyphi. Licet enim pristina qualitas [m] scyphorum restituta sit, non tamen illos esse, quorum usufructus legatus sit. [n]

Vsusfructus exceptio finitur cum persona excipientis: nisi tacitè, vel expressè sit actum, quod exceptio transeat ad hæredē. Bald.

¶ Stipulatus sum de Titio fundum Cornelianum, detracto usufructu. Titius decessit; quæsitum est, quid mihi hæredē eius præstare oporteat? Respōdi, referre qua mēte usufruct⁹ exceptus sit. Nam si quidem hoc actū est, ut in cuiuslibet [o] psona usufructus constitueretur, solā proprietatē hæredem

¶ *Vsusfructus.*] Testator legauit mihi vsumfructum hæred serui & eidem libertatem reliquit, cum finitus fuerit vsusfructus, egi contra hæredem: & quia non dedit seruum condemnatus est in vsufru. æstima. quæritur, an sit statim liber? Et respon. quod non: sed tunc demum, quando finiret vsusfructus, si non seruum mihi vēdidit, & morte sua, & capit. dimi. fiet liber. Viuia.

a *Hoc quoque.*] scilicet damnum, quod habet fructuarius.

b *Præstabitur.*] scilicet legatario, ut infra eo. l. quæsitum, & l. si hæres. Sed quid si moram non fecerit: sed ante aditam hæreditatē fructus immaturos percepit? R. sp. ex dolo, uel ex testamento tenetur, ut fructus etiam immaturos potest percipere, ut inf. de vsufru. lega. l. penult. & inf. eo. l. si absente. Accur.

c *Iussus est.*] scilicet in testameto. Acc.

d *Legati.*] scilicet vsusfructus, quem non reddam, ut statim dices.

e *Liberum.*] uidebatur enim, quod statim quasi iam finito vsufructu perueniret ad libertatem, tamen non est ita.

¶ Fl. esset.

f *Aliquam rem.*] vt infra eo l. qa. Sed nūqd æstimatio legati vsusfruct. tunc restitueret? similis quæstio sit C. de fideicōmiss. libert. l. si. Et uidetur restituenda, ut in rebus, q̄ usu ipso consumuntur, dicitur, ut Insti. eodem. §. constituitur, in fine. §. & infra de usufruct. earum rerum, quæ vsu cōsumuntur. l. hoc senatusconsult. §. si pecuniæ. Puto tamen contra, quia non serui, sed fructuum, uel utilitatis facta est æstimatio, secundum Azo.

QVi usumfructum] CASVS. Tria dicit. Primò legauit mihi areæ usumfructum, deinde facta est ibi domus, & hæc domus cecidit. Dicitur, q̄d debetur areæ vsusfructus. Sed econtra testator mihi legauit usumfructū domus suæ, postea cecidit domus, & facta est area, non dabitur usufructus. Tertiò dicit, quod si testator legauit mihi scyphos, & hi in massam redacti postea refecti sunt, non dabitur usufructus.

¶ *Stipulatus.*] Tria dicit. Titius promisit mihi fundum detracto usufructu pro se Titio: & antequam solueret, decessit, ago contra hæredem, ipse vult soluere detracto usufructu, sed nolo plenè tradi. quid iuris sit? Et dic, quod aut detraxit pro se & hære suis Titius & nudam propriet. dabit hæres, aut pro se tantum, quod pro se præsumitur, & plenè tradit hæres. Secundò probat prædicta per simile: & adducit similia duo. Primum est. Titius testamentum fecit, & hæredem instituit. & legauit fundum Mæuio deducto usufruct. hæres Titii priusquā ageret Mæuius, decessit relicto hærede. an hæres istius hære. tradet propric, nudam an plenam? Et respon. quod plenam tradet, quia multo minus dubitatur in superiori casu. Secundum est, ut &c. Ecce testator legauit mihi nudam proprietatem fundi sub conditione, si nauis ex Asia uenerit, antequam eam pet, amextitit conditio, & dicit, quod plenam proprietatē amodo petam.

¶ *Vsusfructus.*] Duobus modis pone. Primò, testator legauit mihi vsum. fruc. serui, post moram hæredis decessit seruus, antequam traderetur. Dic, quod petam æstimatio. vsusfruct. scilicet vsque in diem mortis serui. Item si ego decessi tuam hæres meus petet æstimat. vsusfruct. vsque in diem meæ mortis a die mortis serui. Secundò ponit, si testator legauit vsumfruct. seruo meo: seruus decessit post moram hæredis: & dicit, quod æstimabitur vsusfructus à die moræ vsq; in diē mortis. Idem si ego dominus decedam: nam cum vsusfructus morte sit finitus, à die moræ usque in diem mortis meæ præstabitur hæredi meo æstimatio vsusfructus. Vi.

2 † Existimaui. Fl. Duar.

g *Existimaui.*] s. ego Africanus.

h *Area.*] scilicet postea facta sit. Et not. quod ideo dicit area, quia si non vsque ad aream deposita essent tigna, eadem domus diceretur, ut infra de de verb. oblig. l. inter stipulantem, §. sacrā. & infra de solutio. l. qui res. §. aream.

* Rei enim mutatione interit vsusfructus l. repet. §. rei. infra quib. mo. vsusfru. a mi. Duar.

i *Facta sit*] Cur non est idem iuris? Resp. quia area eiusdem naturæ dici potest, quæ fuit legata: solum enim immobile, & quasi immutabile est: sed in insula, uel domo est contra, quia certa forma distinguitur, & substantiam capit: forma autem perempta res interiisse videtur, vt infra ad exhibendum, l. Iulianus, §. sed & si quis, & infra de auro, & argen. lega. l. Seia. De nouo igitur domus constructa, nō vetus in perpetuum extincta uidetur reparari, solum autem non speciali forma, sed in primæuo statu semper relinquitur Azo. & hoc in legato vsusfructus. Si autem proprietas esset legata, indistinctè liberatur, nisi expressè testator mutasset uoluntatem, vt infra de legat. 3. l. si chorus, §. penul. & de lega. primo, l. seruum filii, §. Procula. & §. si areæ, & sic non obstat infra de except. rei iudic. l. & an eadem. §. idem corpus, & infra de seruit. urba. præd. l. seruitutes, §. si sublatum.

K *Idemque esse*] s. quod supra proxi. respon. Azo.

l *Massa facta*] s. fuerit. Azo.

m *Qualitas*] non omnino tamen. Azo.

n *Legatus sit.*] Si verò usufructus massæ relictus esset, deinde scyphi ex ea facti in massam redacti fuerit, debetur vsusfructus, secundum Azo. Patet ergo ex prædictis, quod non potest dici eadem insula, quæ destructa postea restituitur, etiam si eo animo diruerentur, ut postea reficeretur, licet in naui sit aliud, quàm in domo, uel massa, ut infra de verborum obligationibus, l. inter stipulantem, § sacrā. & §. nauis, & infra de solut. l. qui res. § aream, fortè quia non adeo in suum statum domus, vel scyphus reduci potest sicut nauis: utpote cum tabularum de facili possit fieri, etiam ab imperitu, aliquo dempto, vel etiam adiuncto, eadem repositio, non autem tignorum, & trabium in pristina loca sic fieri potest eadem restitutio, propter materiæ aptitudinem & leuigationem, quæ non sit in tignis domus, vt in tabulis nauis: quia ergo non uidetur remanere idem status, vel eadem positio in domo, vt in naui, alia domus esse censetur, ut argumen. infra de solut. l. cum quis, & l. qui res. §. aream, super eo, quod dicit de seruo manumisso, quia alius uidetur post statum mutatū. Accursius.

o *In cuiuslibet.*] s. sui hæredis. Accur.

Transmitteri.]

a *Promissori.*] quod semper præsumitur, nisi contra probetur, vt infra, de verborum obligationibus, l. si ita stipulatus fuero, §. penult. in fine, & infra, de vsufru. legat. Sempronius Attalus.

b *Debiturum.*] habes hic, quod sit morte finitur actio pro vsufructu competens, sicut vsusfructus iam constitutus, vt j argu. supra si quis caut. l. si eum. §. qui iniuriarũ.

1 † *Alias, debiturum, & infra.*

c *Minus.*] quam in superiori casu.

d *Eius hæres.*] scilicet hæredis.

e *Legatus sit.*] scilicet fundus, deducto, scilicet vsufructu.

2 † *Apparere. Flor.*

3 † *Alias hæres eius a quo.*

f *Vsusfructus serui.*] si habes vsusfructus serui Titio, &c. sicut est litera Pis. planus est casus: & nil est cōtra, & secundum hoc legem eam: si vero habes seruo Titij: tunc est contra, C. eo. l. fi. sed dices hanc corrigi. In quiaut eam hec secundum antiqua tempora, vt infr. quib. mod. vsusfru. amit. l. si seruos. Vel hic contemplatione serui, ibi domini. Prima verior est.

4 † *Alias similis legatũ.*

* *Ad intel. lect. huius text. vide Alc. in l. 2. §. & harum. num. 45. de verb. oblig.*

g *Æstimetur.*] vt, inf. l. proxi. & facit infra si vsusfruct peta. l. vti frui. §. fin. & l. repeti. § 1. Accursius.

QVæsitum est.] CASVS. Duo sunt, & plani sunt: quia si stipuler a te vsumfructum in decem annos, vel operas Stichi, & stet per te, debes mihi æstimationem præteriti temporis, nec liberaris, si patiaris me vti per aliud quinquennium. Viuianus.

5 † *Flo. esse. vel fi.*

6 † *Fl. decessit. Tam.*

h *Vsumfructum.*] serui alicuius.

7 † *Flo. præstaretur.*

i *Per te.*] scilicet promissorem. Azo. Dubitatio autem legis erat, quod nondum decennium cucurrerat. Vel dic, quod erat dubitatio: quia volebat ille pati per aliud quinquennium, vt sic integrum decennium habeat fructuarius, quod non potest, immo æstimationem præteriti temporis præstabit, vt hic, & infra de vsufruc. lega. l. si vsusfructus mihi. & infra eodem defuncta, & l. quod si hæres. & l. cuiuscunque, in princip. & supra l. proxi. §. fin.

8 † *Flo. transierit.*

debiturum. 1 † Sin autem id actum sit, vt promissori a duntaxat vsusfructus reciperetur, plenam proprietatem hæredē eius debiturum. b

¶ Hoc ita se habere manifestius in causa legatorum apparet. 2 † Etenim si hæres, 3 † a quo detracto vsufructu proprietas legata sit, priusquam ex testamēto ageretur, decesserit, minus c dubitandum est, quin eius d hæres plenam proprietatem sit debiturus. Idemque & si sub conditione similiter 4 † legatus e sit, & pendente conditione hæres decessit.

In legato vsusfructus post mortem succedit obligatio ad interesse, hoc dicit, cum l. seq. Bart.

¶ Vsusfructus* serui f Titio legatus est: & cum per hæredē staret, quo minus præstaretur, seruus mortuus est. Aliud dici non posse ait, quam in id obligatum esse hæredem quanti legatarij intersit, moram factā non esse, vt scilicet ex eo tempore in diem, in quo seruus sit mortuus, vsusfructus æstimetur. g Cui illud quoque consequens sit, 5 † vt si Titius ipse moriatur, similiter ex eo tēpore, quod mora Titio 6 † facta sit, in diem mortis æstimatio vsusfructus hæredi eius præstetur. 7 †

Idem lib. 7. Quæstionum.

LEX XLIIII.

QVæsitum est, si cum in annos decem proximos vsumfructum h de te dari stipulatus essem, per te i steterit, quo minus dares, & quinquennium transit, 8 † quid iuris sit? Item si Stichi decē annorum proximorum operas de te k dari stipulatus sim, & similiter quinquennium præterijt? Respondi, eius temporis vsumfructum, & operas l rectè peti: quod per te factum 9 † esse, quo minus darentur.

Martianus lib. 3. Instit.

LEX XLV.

NOn vtitur vsufructuarius, si nec ipse vtatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, uel qui conduxit, vel cui donatus m est, vel qui negocium eius gessit. n 10 † Planè illud interest, quod, si vendidero vsumfructum, etiā si emptor nō utatur, o videor usumfructum retinere.

Caius libro 7. ad edictum Prouinciale.

LEX XLVI.

QVia qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur, p fruitur.

Martianus lib. 3. Instit.

LEX XLVII.

QVod si donauero, non alias retineo, nisi 11 † ille utatur.

Idem eodem lib. alias 7.

LEX XLVIII.

STatuæ, & imaginis q usumfructum posse relinqui magis est; quia & ipsæ habent aliquam 12 † vtilitatem, si quo loco opportuno ponantur.

¶ Licet prædia quædam talia sint, vt magis in ea impendamus, quam de illis acquiramus, r tamen vsusfructus eorum relinqui pōt.

K *De te.*] scilicet promissore. Accur.

l *Et operas.*] idest æstimationem earum. Accur.

NOn vtitur] CASVS. Qui vsufructu per decennium non vtitur, amittit. Vnde idem esse videtur siue ipse, siue alius pro eo vtatur: puta quia emit ab eo, vel ex donatione accepit, aut gestor negotio. eius. Secundo dicit, quod si vendidit, licet non vtatur re: tunc non perdit non vtendo fructuarius quia vtendo pretio, re vti videtur: sed secus si donatarius non vtatur. Viuianus.

m *Donatus est.*] scilicet vsusfructus.

n *Gessit.*] alioquin si aliquis istorum vtitur, ipse vti videtur, & hic subiicit: & supra eodem, l. arboribus, §. vsusfructuarius.

o *Vtatur.*] ita tamē si nullus alius vtatur vel si utatur, vtitur nomine emptoris, & meo verè, uel interpretatiuè: alioquin non videor vti: & sic amitto nō utendo, ut j. quib. mod. vsusfru. amittit. Pomponius, quæ est contra: nã ibi non vtebatur aliquis meo nomine verè, vel interpretatiuè Itē no. hic, quod quædam ad emptorem transeunt, quæ ad hæredem non transeunt, ut vsusfru. formasis, sic & inf. de legat. 2. l. peto. §. prædium. Quis. n. ignorat magnam esse differentiam inter successorē iuris, & rei? Vel hic non ius, sed commoditas. Accur.

9 † *Flo. transactum est.*

10 † *Gerit. Flor.*

p *Quia qui Vtitur.*] sic ergo pretiū loco rei succedit, ut & infra de pecul. sed & si quis seruum, & l. seq. & supra eo. l. si vsusfructus legatus, §. fin. & infra de usum. diuid. item. §. 1. to fi. & dixi supra de peti. hære. l. si & rem.

STatua.] CASVS. Habeo statuam ita pulchrā, quod quilibet videns dat mihi vnum nummum: quæritur, an possim eius vsumfructum legare. Et dicit, quod sic.

11 † *Alias nisi ille.*

¶ *Licet.*] Planum est. Dicit enim, quod si habeo prædia sterilia, horum prædiorū sterilium possum vsumfructum legare. Viuianus.

12 † *Alias, deest, aliquā.*

q *Statuæ, & imaginis.*] pro eodem ponas. Vel dic, statua, idest figura hominis: imago sola pictura. & dicit Pia. in vultu Luc. vbi bestiales homines ponunt nummos, quod est falsum, quia res religiosa est: vnde non potest in ea constitui vsusfructus. Sed dic, quod loquitur de statuis illis, quæ erigebantur in honorem alicuius priuati vel ciuitatis: de quibus dicitur infra, de acquiren. rer. dom. l. statuas, & infra, de priuil. credit. Titius, & C. de statu. & ima. Sed quis fructus ex his percipitur? Respon. quod quilibet daret nummum, ut possit videre, ut fit de Leone, qui est Florentiæ.

r *Acquiramus.*] de quibus loquitur in Auth. de non alie. §. penult. Intellige tamen, quod aliquando aliquid in de percipi

percipi potest, alias non potest esse vsufructus in eis, vt supra prox. respon. & infra eod. l. si infantis. Accur.

S*Ialys.*] CASVS. Testator legauit mihi vsumf. cuinsdam fundi, & Titio vsum in eodem. habeo ego totum vsumf. detracto vsu, licet vsum hēat Titius & ego simul.

Florentinus lib. 11. *Insti.*

LEX XLIX.

SI alij vsus, alij fructus eiusdem rei legetur, id percipiet fructuarius, quod vsuario a supererit; nec minus 1 † & ipse fruēdi causa, & vsum b habebit.

¶Rerum, an æstimationis vsus fructus tibi legetur, interest. Nam si quidem rerum c vsusfructus 2 † legetur, d deducto eo, e quod tibi præterea legatum est, ex 3 † reliquis bonis vsumfructum feres. Sin autem æstimationis vsusfructus 4 † legatus est, id quoque æstimabitur, f quod præterea tibi legatum est. Nam sępius g idem legando non ampliat testator legatum. h Re autem legata, etiam æstimationem eius legando, ampliare legatum possumus. i

Vlpianus lib.7.Regularū.

LEX L.

ETiam k partis bonorum vsusfructus legari pōt. Si tamen non sit specialiter facta partis * mentio, dimidia pars bonorum continetur. l

Neratius lib. 7. Membra.

LEX LI.

VSufructuarius nouum m tectorium * parietibus, qui rudes n fuissent, in ponere non potest: quia tametsi meliorem excolendo o ædificium, domini causam facturus esset, non tamen id iure 5 † suo facere potest; aliudque est tueri, quod accepit, p 6 † aliud 7 † nouum facere.

Pone aliter hunc casum, vt not. in gl. ma. ibi, vel pone. & sic duobus modis pone casum huius legis.

a *Vsuario.*] i. vsui.

b *Et vsum.*] i. cōmoditatem vsus, ut fruatur. i. vendat, vel faciat quod velit: nam cui reliquit fructum, ei & vsum. i. commoditatem vsus legat, ut ĵ. de vsu, & habi. l. seruum, §. vsusfruct. Vel pone casum in eo qui reliquit vsum tm̄ cuius hæres legauit alij fructum: nam qđ superesit vsuario, cum eius sit præcipua causa, habebit fructuarius: sic ponitur ĵ de usu, & habit l. per seruū. §. fin. Azo. & s̄m hunc casum supponit ipse pro vsuario, & quod dicit fruendi: dicas, ꝙ ipse de vsu suo frui potest, sicut fructuarius ex fruct. Sed s̄m primū casum expones, ipse s. fructuarius.

c *Rerum.*] Quidā fecit testam̄, & usumfructū oium rerū suarum dimisit Titio, & eidē fundi plenam proprietatē. Vel dicit, ꝙ æstimeri res suæ, & usufru æstimationis det, & similiter eidē fundū legauit. inter hos casus differētiā ēe dicit.

d *Legetur.*] soium. Ac.

e *Deducto eo.*] quia res sua nemini seruit, ut ĵ. de seruit. urban. præd. l. in re.

f *Æstimabitur.*] Et sic quasi bis habebit eandem rem. s. proprietatem plenam, & usus æstimationis eiusdem. sed arg. contra, infra, de verb. obli. l. qui bis. sed hoc, quia noluit testator, ut subiicit.

g *Nam sæpius.*] redit ad primum casum, & probat per genus, & idem in secundo. Accur.

h *Legatum.*] sed in prædicto casu idem sæpius legari videtur, scilicet usufructus etiam eius, cui plenam proprietatem legauit. Accur.

i *Possumus.*] ut & infra de leg. 1. l. plane §. 1.

k E*Tiam.*] alias incipit lex, & alias, §.

l *Continetur.*] ut infra, de verb. sign. l. recte. § fi. & l. nomen filiarum §. portionis, & infra, de interrog. actio. de ætate, §. si interrogatus.

V*Sufructuarius.*] CASVS. Legasti mihi usumfructum usufitani domus, quæ coperta non erat, sed erat vndique fabricata: nunquid ego fructuarius possum eam cooperire? Et respon. quod non. Viui.

m *Usufructuarius nouum.*] uetus enim reficere potest, ut supra eo. l. hactenus. Accur.

n *Qui rudes.*] idest noui, super quibus tectum * nondū impositum fuerat, ut infra eod. l. usufructuarius.

o *Excolendo.*] idest ædificando, ut enim arare, & seminare est cultura rusticorum prædiorū, ita ædificare, uel reficere est cultura urbanorum. Azo.

1 † *Alias, de est, &.*

2 † *Flo. deest vsusfructus.*

3 † *Alias, de est ex.*

4 † *Alias, deest vsusfructus.*

* *Partis appellatione dimidia continetur, concor. gl. in clem. 1. suo per verba, aut earum parte, de so compet. vbi vide conc.*

* *De tectorijs, Vitruui lib. 7. de architec.*

* Tectum.] Tectoriū, ꝙ non bene intellexit hic Accur. qu d sit, explicāt, Zoanet. explicat. c. 24. & Cuiac. li. 1. obser. cap. 16.

p *Quod accepit.*] reficiendo, non faciendo, vt ĵ eo. l. si cuius §. sed si ædium. nec perficiendo, vt ĵ. eod. l. vsufructuarius, & facit ĵ. de itin. actuque priua. l. 3. §. pen. ult. Accur.

S*Icut.*] CASVS. Sicut vsufructua. debet alere seruum, in quo habet vsumfructum, ita impendia valetudinis ad fructuarium pertinent.

Caius li. 14. *alias* 7. *ad edi. Prouinciale.*

LEX LII.

SIcut impendia cibariorum in seruum, cuius vsusfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia, ad eum respicere, natura q manifestum est.

Etiam proprietati, quæ & conseruatur de iure speciali, consolidatur vsusfructus formalis.

Paulus lib. 18 ad Plautium.

LEX LIII.

SI extraneo scripto hærede, 8 † & emancipato filio r 9 † præterito, matri defuncti deducto usufructu proprietas legata sit, petita contra tabulas bonorum possessione, plena proprietas s pietatis respectu matri præstanda est. ¶ Si testator iusserit, vt hæres reficeret t insulam, cuius vsumfructum legauit, potest fructuarius ex testamento agere, ut hæres reficiat. 10 †

q *Natura.*] idest naturali ratione, maximè si est modica, ut infra commod. l. in rebus, § possunt & ĵ. de donat. inter ui. & uxo. si id quod, §. 1. & supra eo. l. sed & si quid in hoc. §. mancipiorum. Accursius.

S*I extraneo.*] CASVS. Paterfamil. extraneum instituit, emancipatū præterijt matri suæ legauit nudam proprietatē fundi, egit emancipatus per contratab. & obtinuit, & sic habuit hæte. quæritur de legato matris Et dicit, ꝙ mater debet habere nudā ꝓprietatē, ac si nō esset ex illo edicto, de legatis pſtandis. Itē, qa hæres qui succubuit, reputatur ut mortuus: ergo accrescit ususfr. proprietatis & sic ist conf hēt plenā proprietatem.

¶ *Si testator.*] Plana sunt cum ll seq. usque ad §. syluam.

¶ *Syluam.*] Habeo usumfructum in syl. ua, uel oliueto: incido syluā immaturam vel colligo oliuas immaturas, meus est fructus: nec teneor ego, uel hæres meus proprietario. Idem si habeo usumfructum prati. Viuian.

r *Emancipato filio.*] Si enim esset in potestate & esset præteritus, ipso iure non ualeret testamentum, ut Insti. de exhære. d. liber. in princip. nec haberet locum hoc responsum: sed in casu nostro huius legis bene ualet testamentum: sed potest rumpi per contra tabulas. Accur.

s *Proprietas.*] ex illo edicto, ĵ. de leg. præstan. l. 1. Sed quid est, quod dicit plenam proprietatem præstandam? nam ex illo edicto id solum, quod est relictum, conseruatur ei: sed sola proprietas est relicta? Respon. piè agitur per illud edictum cum ea tantum in nuda proprietate: nam alij non daretur nisi matri & similibus, ut in d. l. ĵ. de legat. præstan. l. 1. sed id, quod ususfructus consolidatur proprietati, est de iure communi, eo scilicet decedente, cui ususfructus est relictus, ut supra eo. qui usumfructum, §. stipulatus. uel alias amittente usumfructum, hic autem per contra tabu. bonor. possess. aut ipso iure, aut quantum ad commodum hæres institutus perdit. unde ex necessitate fit consolidatio, ut ĵ. eo. sub conditione. Hodie autem nec in proprietate per illud edictum piè fit cum matre: cum iure communi ex causa præteritionis, uel exhæredationis rupto testamento ualeant legata, ut C. de liber. præter. authen. ex causa.

t *Reficeret.*] si uerò testator non iusserit, non cogitur hæres: si tamen refecerit, pati debet fructuarium uti, ut supra eod. l. hactenus. §. sed si hæres, & facit infra si seruend. l. sed & si fortè, §. etiam. Accur.

5 † *Idest facultate, & authoritate Budæ.*

6 † *Flo. accepisset.*

7 † *Flor. nouum faceret. Græca figura elegantissimè videtur dictum, vt in l. 1. supra de conse.*

8 † *Flor. deest, hærede:*

9 † *Flo. deest filio, ha dictiones, hærede, et filio, explicandi gratia margini adiecta in contextum irrepsiterunt. Duar.*

10 † *Flo. reficiat.*

Quod

a QVòd si hæres. Morte eius.] s. fructuarij: & sic agit ratione præteriti interesse, non futuri, vt s. eo. quæsitum, & l. qui vsumfructum, in fi. & infra sol. matr. vsufr. & j. si vsusfr. pe. l. vti. §. fin.

b SI absente. Negocium eius.] scilicet fructuarij: & hoc, cũ erat talis refectio, quæ ad fructuarium spectabat: & tamen proprietario nõ erat nocium, immo profutura: & sic est arg. quòd licet sibi prospicere, & tamen agit, vt hic. Sed arg. contra, infra qui pot. in pig. hab. si potior. §. sciendum. & facit C. eo l. 13.

c Reficere.] idest impensas refectionis restituere, vt infra eo. l. cum fructuarius. Sed aliter, si facto suo, vel suorum res deterior sit facta, vt infra eod. l. sed cũ fructuarius. Accursius.

d Syluam cæduam.] id est cedi cõsuetam. Accursius.

e Constat] Sed videtur, quod non faciat fructus suos, cum nõ bene sint maturi, vt supra eo. l. sylua, in fi. & l. seq. sed hic intererat sua immaturam syluam cedere, cum fortè magis valeant nunc intẽpestiuę cęsæ, quàm si maturæ: vt accidit in perticis vinearũ. quod patet, propter id quod de oliuis subijcit. Sed in contrario non intererat fructuarij cædere immaturam syluam: vnde non potest nisi ad suum vsum cedere, vt in pręalleg. l. ex sylua. in fine.

f Immaturè lecta.] † quę plus fert fructus, quàm matura, vt in- s a, de vsufruc. lega. § penult. Azo. In omnibus autem his erat dubitatio: quia videtur collectis oleis, quòd postea mortuo fructuario proprietarius possit illum vendicare, sicut si fuisset ibi. Sed cõtra est, & facit s. eo l. item si fundi, § fin. & l seq.

1† Aliàs, li. 7

2† Fl. prospexeret.

* Sylua cædua dicitur, quæ in hoc habetur, vt cædatur, vel excisa rursus ex stirpibus, aut radicib. renascitur. l. sylua cædua, ff. de ver. sig.

3† Fl. immatura

4† Fl. immaturum.

† Nota ex glo iuncto tex. qualiter oliua, quæ non matura colligitur, maiorem fructum fert, quàm oliua matura.

* Quadrans est pars assis quarta, id est tres vnciæ, Vt infra Meciano interprete in distributione assis, in principio, hãc notata fuisse att. et vide Bud. in l. de Asse.

5† Aliàs partem.

6† Fl. deest, habebis.

Pomponius lib. 5 aliàs 9. ex Plautio.

LEX LIIII.

QVòd si hæres hoc non fecisset, & ob id fructuarius frui non potuisset, hæres etiam fructuarij eo nomine habebit actionem, quãti fructuarij interfuisset, non cessasse hęredem, licet vsusfr. morte eius a interijsset.

Paulus lib. 9. 1† Quæst. ad Plautium.

LEX LV.

SI absente fructuario hæres quasi negocium eius b gerens reficiat, negociorum gestorum actionem aduersus fructuarium habet, tametsi sibi in futurum hæres prospexerit. 2† Sed si paratus sit recedere ab vsufructu fructuarius, non est cogendus reficere: c sed actione negociorum gestorum liberatur.

¶ Syluam cæduam, d * etiam si intempestiuè cæsa sit, in fructu esse constat: e sicut oliua immaturè 3† lecta, f item fœnum immaturè 4† cęsum, in fructu est.

Pomponius lib. 5. aliàs 7. ad Plautium.

LEX LVI.

SI mihi & tibi à Sempronio & Mutio hæredib. vsusfruc. legatus sit, ego in partem Sempronij quadrantem, * in partem Mutij alterum quadrantem g habebo: tu item in vtriusque parte 5† eorũ quadrantes partes habebis. 6†

Nota, quòd legatarius, cui imminet restitutio, recuperat expensam ab eo cui tenetur restituere. Bald.

SI mihi.] CASVS. Testator instituit duos hæredes, & vsumfructum fundi certi legauit mihi, & Titio: quæritur, an singuli à singulis petent? Et dicit, quòd quilibet, & à quolibet: & sic ego mediam, quæ est quarta, petam ab vno, & mediam ab alio: & sic habeo dimidiam vsusfruc. & idem facit Titius. Viuianus.

g Quadrantem.] & sic habeo dimidiam totius vsusfructus, sicut debeo habere: & tu facis idem, & subijcit, argumen. s. si pars hæred. pet. l. j. §. quinimmo. hoc tamen intellige saluo iure Falcidiæ hæredi, vt supra eod. l. omnium. Accursius.

TItius.] CASVS. Titius fecit testamentum, hæredem instituit, & Mæuio cuidam fundum legauit, & rogauit hunc Mæuium, vt medietatem vsusfructus daret Titiæ amicæ suæ. Mæuius iste ædificauit quandam domunculam necessariam ad fructus colligendos, nunc petit Titia medietatem istius vsusfruct. Mæuius dicit, quod ipsa soluat medias expensas istius domunculæ factæ ad colligendos fructus: quæritur quid iuris? Et respond. quòd Titia compelletur soluere expensas pro parte sua. Viuianus.

h Ædificauit.] id est reædificauit, quod a parte fructuarij erat onus, vt infra eodem, cum fructuarius. Accursius.

i Restituere] dimidiũ vsusfructus quam debet Mæuio. Accur.

K Habéretur] Sed & si dedisset, agit negociorum gestor. vt supra eod. si absente, in princ. vel condicet ipsam possessionem, vt infra, de condi. indeb. l. qui exceptionem, §. si pars. sic est in legato proprietatis, vt infra, de leg. j. domus, & l. sequen. & facit infra, de nox. l. si ex duobus, §. fin. Nec ob. C. de rei vendi. si quis sciens. quia ibi suo nomine, hic nomine eius, ad quẽ peruenire sperabatur. & facit infra, de vsufruc. leg. l. generali, §. Lucius. Accur.

Paulus libro 3. ad Vitellium.

LEX LVII.

TItius Mæuio fundũ Tusculanum reliquit, eiusque fideicommisit, vt eiusdẽ fundi partis dimidiæ vsumfru. Titiæ præstaret. Męuius villam vetustate corruptam, necessariam cogendis & conseruandis fructibus ædificauit; h quæsitũ est, an sumptus partem pro portione vsusfructus Titia agnoscere debeat? Respondit Scæuola: si prius, quàm vsusfr. præstaretur, necessario ædificasset, non aliter 7† cogendum restituere, i quàm 8† si eius sumptus ratio haberetur. k

7† Fl. alias

8† Fl. deest, si.

Modestinus lib. 9. Differ.

LEX LVIII.

TItio, cum morietur, vsusfr. inutiliter legari intelligitur: in id tempus, videlicet collatus, quo à persona sua 9† discedere incipit. l

9† Fl. deest, sua.

Idẽ li. 9 10† Regularum.

10† aliàs, li. 8

LEX LIX.

VSufructu * relicto, si tributa eius rei præstentur, ea vsufructuarium præstare debere dubium non est: m nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse, probetur hæc 11† quoque ab hærede dari.

* Concord. cũ hac l. glo. i. in c. quãuis, p. medi. i. ver. & si tibi legatus. extra de elect.

11† alias, hoc.

Iabolenus li. 2. ἐπιστολῶν.

LEX LX.

SI cui insulæ vsusfr. legatus est, quamdiu quælibet n portio eius insulæ remanet, totius soli vsumfruc. retinet.

TItio.] CASVS. Tibi legaui vsũ fruct. fundi cum morieris, an valeat legatum, quæritur? Et respon. quòd non, quia in id tempus legatus est, à quo extinguitur. Viuianus.

l Incipit.] Nota ergo, quòd nõ potest quis incipere ab eo casu, in quo debet finiri. sic & infra, de vsufr. leg. l. 5. & C. de dona. ante nuptias. l. quod sponsæ. & infra, de iure dot. in pr. & l. si pater mulieris, in fi. & j. de manumiss. testa. libertas in princ. & infra. de condit. & demonstr. l. hæres, §. quamuis, & C. eod. l. ambiguitatem.

m VSufructu Non est.] vt supra tit. j. l. pendẽtes, §. pen. & §. fin. & l. 7 § fin. & seq. Accursius.

SI cui.] CASVS. Legatus est vsusfructus insulę mihi, sed postea cecidit pro parte, & pro parte non, an retineam vsumfructum totius insulæ: quæritur? Et respond. quòd sic. Viuianus.

n Qualibet portio] per partem ergo retinetur vsusfructus totius: sic & C. de agric. & cens. l. cum scimus, §. fin. secus autem si prorsus fuit destructa, & ad aream redacta, vt & s. eo. qui vsumfructum. & j. quib. mod. vsusfr. amit. l. repeti. § 2. & Instit. eod. §. fin & j. de seru. rust. præd. l. seruitutes, §. si sublatum. & argum. j. de contrah. emp. l. domum, § 1. & §. si verò quantacunque.

SVb conditione.] CASVS. Testator legauit Titio vsumfructum, si nauis venerit ex Asia vsque ad annum, medio tempore hæres vendidit fundum deducto vsufructu. Et respon. quòd si conditio existat, dabitur legatario: & si postea amittatur, vadit ad proprietarium, vel emptorem: si autem deficit, pertinet ad hæredem: nisi gratia legatarij excipiatur: tunc enim deficiente conditione sequitur proprietariū statim, & non hæredem. Viuianus.

a *Detracto vsufructu.* & hoc facit dubitationem.

b *Interierit vsusfructus.*] morte fructuarij, vel capitis diminutione, vel alio modo.

c *Reuertatur.*] vt inf. de euictio. l. fundum cuius, in princ.

d *Spectandum.*] s. primo. Azo.

e *Si apparuerit.*] vt quia tempore venditionis dixit: ego non deduco vsumfructum pro me: quia mihi non volo, sed pro legatario.

f *Legati.*] vsusfructus.

g *Exceptum esse.*] non pro se hærede. Acc.

h *Conditio.*] nā si extitisset conditio vsusfruc. legati, & periret postea vsusfruct⁹, vel morte vsufruc. vel alio modo, tunc vsusfructus iret ad proprietatem, vt ff. pro. sic. & hic consolidatur vsusfruc. cum proprietate. Accursius.

i *Debeat.*] si ideo, vt nō ad emptorem, sed ad se spectaret, etiam si conditio deficeret, ipse habebit. Quid ergo præsumemus in dubio? Respondeo, quòd sui causa tantum exceperit, vt argumen. infra, de statu libe. l. q. pecuniā. & vt dixi s. eo. l. qui vsusfructu. §. stipulatus. Accursius.

1† Fl. interijt.
2† Aliàs, deest te.
3† Duar. legatariū in vsusfructus.
4† Debere ait
* Singularis est hæc lex. Rom. sing. 258.
5† Fl. vsus.
6† Aliàs, si.

Idem lib. 3. ἐπιστολῶν.

LEX LXI.

SVb conditione vsusfructus fundi à te hærede Titio legatus est: tu fundum mihi vendidisti, & tradidisti, detracto vsufructu: a quæro, si non extiterit conditio, aut extiterit, & interierit 1 † vsusfructus, b ad quem pertineat? Respondit, intelligo te 2 † de vsufructu quærere qui legatus est: itaq; si conditio eius legati extiterit, dubium non est, quin ad legatarium 3 † vsusfructus pertineat: & si aliquo casu ab eo amissus fuerit, ad proprietatem fundi reuertatur. c Quòd si conditio non extiterit, vsusfructus ad hæredem pertinebit: ita, vt in eius persona omnia eadem seruentur, quæ ad amittendū vsumfructum pertinent, & seruari solent. Cæterum in eiusmodi venditione spectandum d id erit, quod inter ementem, vendentemq; conuenerit: vt si apparuerit e legati f causa eum vsumfructum exceptum esse, g etiam si conditio h non extiterit, restitui à venditore emptori 4 † debeat. i

Pomp. li. 26. ad Q. Mutiū.

LEX LXII.

SI infantis k * vsusfructus 5 † tantummodo l legatus sit, etiam si nullus interim sit m vsusfructus, cum 6 † tamen infantis ætatem excesserit, esse incipit.

Vsusfructus relictus ciuitati durat centum annis. Baldus.

SI infantis.] CASVS. In seruo tuo minore septem annis vsumfructum legasti, an valeat legatum, quæritur? Et respon. quòd sic. Videbatur quòd non, cum vsusfructus eius nullus sit, sed tamen poterit esse, quia crescet: & sic valebit vsusfructus. Viuianus.

k *Si infantis.*] id est minoris septem annis, vt C. de iure delib. l. infanti.

l *Tantummodo.*] verba sunt Iurisconsulti, non testatoris: alias enim finiretur post infantiam statim, vt infra, de alimen. leg. l. Mela & sic prorsus esset inutilis, quod esse non debet, vt sup. eod. statuæ, 1. respon. licet § eiusdem legis sit contra: sed solue ut ibi, & hoc manifestè litera sequens probat. Accursius.

m *Interim sit.*] vt infra, de oper. seru. l. fi. § 1. & supra eo. arboribus, §. de illo.

AN vsusfructus.] CASVS. Si municipio vsusfruc. legetur, an actio municipibus detur? Et respond. quòd si non, cum extingui non poterat morte, vel capitis diminutione. Item talis vsusfructus durat vsque ad centum ann. non vltra, vt hic, & ff. de vsufruc.

¶ *Per fideicommissum.*] Testator legauit vsumfruc. libertis suis quatuor, vt inde alerentur, alter eorū postea decedit, eius pars non accessit libertis, sed ad hæredes redit. Viuianus.

Caius lib. 17. 7 † ad edictum Prouinciale.

LEX LXIII.

AN vsusfructus 8 † nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est: periculum.n. esse videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte, neque 9 † facilè n capitis diminutione periturus est. * Qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente o vsufructu. Sed tamen placuit dādam esse actionem. Vnde sequens dubitatio est: quousque tuendi essent in eo vsufructu municipes? Et placuit centum annis 10 † tuendos esse municipes: quia is finis vitæ longæui p hominis est. *

n *Neque facilè.*] potest tamē quandoque sic perire, vt ff. q. bus mod. vsusfruc. amitt. si vsusfruc. & ideo dicit, facilè. Accur.

o *Abscedente.*] i. remoto à proprietate.

p *Longæui hominis.*] vt C. de sacros. eccl. l. fin. § j. & in Auth. vt Ecclesia Romana, §. 2. coll. 2. an idem ius sit in ecclesia, si ei relinquatur vsusfruct⁹? Respō. sic, quia paria sunt, vt C. de sacros. ecclesi. l. fi. in prin. Sic ergo centū annis durat vsusfr. vt hic, & ff. de vsufr. leg. l. si vsusfructus municipibus. Sed contra, ff. ad leg. Falc. l. hæreditatum, § fi. vbi dicit 30. ann. durare. Solu. ab initio statuuntur 30. anni sed si vsque tunc capitis diminutionē passa non sit, tunc in centum annos extenditur. Accursius.

7† Aliàs, li. 7
8† Supple sui, siō reliili, vt docet infra gem.
9† Fl. non.
* Extat nūc, & alterū est plū apud Do nē li. 54. vbi Aug. Ceriss. et Claud. Rio dius sicut firmus refert Comar.
10† annis.
* De spatijs vita longissimus. Plin. li. 7 c. 48.

Querela inofficiosi testamenti, sicut rescindit legatū: ita restituit in integrū ius primæuum, quod erat à legato confusum. Bald.

Papin. libro 7. Responsorum.

LEX LXIIII.

DOminus fructuario prædium, q quod ei per vsumfructum se ruebat, legauit: r idque prædium aliquandiu possessum legatarius restituere filio, qui causam inofficiosi testamenti rectè pertulerat, coactus est: mansisse vsusfructus 11 † ius integrū, ex postfacto apparuit. s

¶ Per fideicommissum fructu prædiorum ob alimenta libertis relicto, partium emolumentum ex persona vita decedentium, ad dominum proprietatis recurrit. t

q DOminus fructuario. Prædium.] id est proprietatem. Accursius.

r *Legauit.*] in testamento, in quo exhæredauit filium, vt patet infra.

s *Apparuit.*] quia tunc perinde est, ac si non esset aliquid legatum, vt ff. de inoffi. testa. l. eum, §. fin. & arg. ff. ex nona cau. l. 2. in fi. Sed contra, ff. quib. mod. vsusfru. amitt. s. tibi. vbi dicit, si emit fructuarius conditione pendente legatæ proprietatis alij, quòd ea existente totum perdat. Sol. hic tantum de facto fuit facta consolidatio, cum testamentum non valeat fictione iuris, unde vsusfructus extingui non potest: ibi de iure, & de facto, quia tenuit emptio. Item ibi ex sua propria uoluntate habuit emendo: hic non sic; Item contra, infra, de except. rei iudic. euidenter. Sed hoc non nocet filio quia & prius erat ille fructuarius.

11 † Fl. fructus.

t *Recurrit.*] & sic non est locus iuri accrescendi inter eos, vt hic, & infra, de alim. & cib. leg. l. 3. §. debebit. & argum. infra quemadm. seru. amitt. l. aquam, §. fin. Sed contra, infra titu. j. l. j. & l. int. rdum. Sol. hic testator cauit, vt non haberet locum ibi non. Vel hic separatim, ibi coniunctim legauit, secundum P. arg. infra titu. j. l. j. §. j. Vel hic non fuit vsusfructus, sed præstatio ex eo fundo, ut not. supra eod. l. si quis ita, & probatur hoc infra, de usu, & habi. l. si habita-

habitatio §. sed si sic. Vel dic uerius, quod hic uerus erat usufructus, nec tamen ius accrescendi est inter eos, quia ob alimenta fuit tantum relictus. Si ergo conliberti alimenta habeant, nihil est unde quærantur, licet accrescat proprietati: quia illa uerba, ob alimenta, taxationis loco ponuntur, ut infra de tri.ui. & oleo le.l.cũ certus. alias autẽ est ius accrescendi, ut in legibus cõtrariis. Itẽ obiicitur, q si quid ẽ superfluum, ad libertos pertinet, ut infra ad ali.le.l.4. Sed dic. q prædia fuerunt ibi relicta in pleno dominio. Accur.

D *Efũcta.*] CASVS Testator legauit Titio usumf. uineæ, & ciuitati Bonon. nudam pprietatem. Titia locauit uineã pro certa mercede soluenda singulis annis nomine Titiæ, postea decessit in mense Decembris, & sic ante terminũ soluẽdi: sed post collectas vuas: quæritur, cui pensio præstãda erit? Respõ. q hæredi fructuariæ sua die erit soluenda.

¶ *Sempronio.*] Si legasti septimã partem ex reditu fructuũ oleris & porri ex tali fũdo, q̃ritur, an sit usus fru.? Et respõ. q non, sed legatum: & ego legatũ habeo, si usufructus nõ est relict.ᵃ in annis singulis, & dic quotannis, idest singulis annis, ut legitur infra de an.leg. l.legatis. §. uini. Viu.

Fructus percepti pertinent ad hæredem fructuarij, non inspecta quota parte anni vixerat fructuarius. Bart.

Scæuola lib. 3. Responsorũ.

LEX LXV.

DEfuncta fructuaria mẽse Decembri, iam omnibus fructib. qui in his agris nascerentur, 1† mense Octobri per colonos sublatis, quæsitum est utrum pensio hæredi fructuariæ solui deberet, quamuis fructuaria ante Calendas Martias, quib. pensiones inferri debẽant, decessit: audiui debeat 2† inter hæredem fructuariæ & rempublicam, cui proprietas legata est? Respondi, rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariæ vero hæredem sua die (secũdum ea, quę proponerentur) integram pensionem 3† percepturum. ᵇ

¶ Sempronio do, lego, ex redactu 4† fructuum oleris & porrinæ, quæ habeo in agro Ferrariorum, partem sextam. Quæritur, an his verbis vsusfructus legatus videatur? Respondi, non vsumfructum, ᶜ sed ex eo, quod redactum esset, partem legatam.

¶ Item quæsitum est, si usufructus nõ esset, an quotannis ᵈ partem sextam redactam legauerit? Rñdi, quotannis videri relictũ, ᵉ nisi contrariũ specialiter ab hǣde probetur. 5†

Paulus. li. 3. Sententiarũ.

LEX LXVI.

r *Acquiramus.*] de quibus loquitur in Auth. de non alie. §. penult. Intellige tamen, quod aliquando aliquid in de percipi

percipi potest, alias non potest esse usufructus in eis, ut supra prox. respon. & infra eod. l. si infantis. Accur.

Si alij.] CASVS. Testator legauit mihi usumf. cuiusdam fundi, & Titio usum in eodem. habeo ego totum usumf. detracto usu, licet usum habeat Titius & ego simul. Pone aliter hunc casum, ut not. in gl. ma. ibi, vel pone. & sic duobus modis pone casum huius legis.

a *Vsuario.*] i. usui.

b *Et usum.*] i. commoditatem usus, ut fruatur. i. vendat, vel faciat quod velit: nam cui reliquit fructum, ei & usum. i. commoditatem usus legat, ut ĩ. de usu, & habi. l. seruum, §. usufruct. Vel pone casum in eo qui reliquit usum tñ cuius hæres legauit alij fructum: nam qđ supererit usuario, cum eius sit præcipua causa, habebit fructuarius: sic ponitur ĩ de usu, & habit. l. per seruũ. §. fin. Azo. & ſm hunc casum supponit ipse pro usuario, & quod dicit fruendi: dicas, ꝙ ipse de usu suo frui potest, sicut fructuarius ex fruct. Sed ſm primũ casum expones, ipse s. fructuarius.

c *Rerum.*] Quidã fecit testam. & usumfructũ omnium rerũ suarum dimisit Titio, & eidẽ fundi plenam proprietatẽ. Vel dicit, ꝙ æstimet i res suæ, & usus fru. æstimationis det, & similiter eidẽ fundi legauit, itẽ hos casus differentiæ dicit.

d *Legetur.*] s. omnium. Ac.

e *Deducto eo.*] quia res sua nemini seruit, ut ĩ. de seruit. urban. præd. l in re.

1 † *Alias, de est. &c.*

2 † *Flo. deest usufructus*

3 † *Alias, de est ex.*

4 † *Alias, de est usufructus.*

* *Partis appellatione dimidia continetur, concor. gl. in elem. i. suo per verbo, aut earum parte, de so ...*

* *De tectorijs, Vitruui lib. 7. de architec.*

Florentinus lib. 11. Insti.

LEX XLIX.

Si alij usus, alij fructus eiusdem rei legetur, id percipiet fructuarius, quod usuario a supererit; nec minus 1 † & ipse fruẽdi causa, & usum b habebit.

¶ Rerum, an æstimationis usus fructus tibi legetur, interest. Nam si quidem rerum c usufructus 2 † legetur, d deducto eo, e quod tibi præterea legatum est, ex 3 † reliquis bonis usumfructum feres. Sin autem æstimationis ususfructus 4 † legatus est, id quoque æstimabitur, f quod præterea tibi legatum est. Nam sæpius g idem legando non ampliat testator legatum. h Re autem legata, etiam æstimationem eius legando, ampliare legatum possumus. i

Vlpianus lib. 7. Regularũ.

LEX L.

Etiam k partis bonorum usufructus legari põt. Si tamen non sit specialiter facta partis * mentio, dimidia pars bonorum continetur. l

Neratius lib. 7. Membra.

LEX LI.

Vsufructuarius nouum m tectorium * parietibus, qui rudes n fuissent, in ponere non potest: quia tametsi meliorem excolendo o ædificium, domini causam facturus esset, non tamen id iure 5 † suo facere potest; aliudque est tueri, quod accepit, p 6 † aliud 7 † nouum facere.

Caius li. 14. alias 7. ad edi. Prouinciale.

LEX LII.

Sicut impendia cibariorum in seruum, cuius usufructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia, ad eum respicere, natura q manifestum est.

Etiam proprietati, quæ & conseruatur de iure speciali, consolidatur usufructus formalis.

Paulus lib. 18 ad Plautium.

LEX LIII.

Si extraneo scripto hærede, 8 † & emancipato filio r 9 † præterito, matri defuncti deducto usufructu proprietas legata sit, petita contra tabulas bonorum possessione, plena proprietas s præstanda est ¶ Si testator iusserit, vt hæres reficeret t insulam, cuius usumfructum legauit, potest fructuarius ex testamento agere, ut hæres reficiat. 10 †

p *Quod accepit.*] reficiendo, non faciendo, ut ĩ eo. l. si cuius §. sed si ædium. nec perficiendo, ut ĩ. eod. l. usufructuarius. & facit ĩ. de itinere actuque priua. l. 3. §. penult. Accur.

Sicut.] CASVS. Sicut usufructuar. debet alere seruum, in quo habet usumfructum, ita impendia valetudinis ad fructuarium pertinent.

q *Natura.*] idest naturali ratione, maximẽ si est modica, ut infra commod. l. in rebus, § possunt & ĩ. de donat. inter ui. & uxo. si id quod, §. j. & supra eo. l. sed & si quid in hoc. §. mancipiorum. Accursius.

Si extraneo.] CASVS. Paterfamil. extraneum instituit, emancipatũ præterijt matri suæ legauit nudam proprietatẽ fundi, egit emancipatus per contratab. & obtinuit, & sic habuit hæreditatem. quæritur de legato matris. Et dicit, ꝙ mater debet habere nudã proprietatẽ, ac si nõ esset ex illo edicto, de legatis præstandis. Itẽ, quia hæres qui succubuit, reputatur ut mortuus: ergo accrescit ususfr. proprietati & sic tenet habere plenã proprietatem.

¶ *Si testator.*] Plana sunt cum ll seq. usque ad §. ylvam.

¶ *Syluam.*] Habeo usumfructum in syluam, uel oliueto: incido syluã immaturam vel colligo oliuas immaturas, meus est fructus: nec teneor ego, uel hæres meus proprietario. Idem si habeo usumfructum prati. Viuian.

r *Emancipato filio.*] Si enim esset in potestate & esset præteritus, ipso iure non ualeret testamentum, ut Instit. de exhær. liber. ... nec haberet locum hoc responsum: sed in casu nostro huius legis bene ualet testamentum: sed potest rumpi per contra tabulas. Accur.

5 † *Idest facultate, & authoritate Bulc.*

6 † *Flo. accepisset.*

7 † *Flor. aut nouum facere. Græca figura elegantissime videtur dictum, ut in l. 1. supra de consti.*

8 † *Flor. deest hæredes*

9 † *Flo. deest filio, hæ dictiones, hærede, et filio, explicandi gratia margini adiecta in context ... irrepsirunt. Duar.*

10 † *Flo. reficiat.*

f *Æstimabitur.*] Et sic quasi bis habebit eandem rem. s. proprietatem plenam, & usus æstimationis eiusdem. sed arg. contra, infra, de verb. obli. l. qui bis. sed hoc, quia noluit testator, ut subijcit.

g *Nam sæpius.*] redit ad primum casum, & probat per genus, & idem in secundo. Accur.

h *Legatum.*] sed in prædicto casu idem sæpius legari videtur, scilicet usus fructus etiam eius, cui plenam proprietatem legauit. Accur.

i *Possumus.*] ut & infra de leg. 1. l. plane §. 1.

k *Etiam.*] alias incipit lex, & alias §.

l *Continetur.*] ut infra, de verb. signi. recte. § si. & l. nomen filiarum §. portionis, & infra, de interrog. actio. de ætate, §. si interrogatus.

Vsufructuarius.] CASVS. Legasti mihi usumfructum cuiusdam domus, quæ coopeita non erat, sed erat undique fabricata: nunquid ego fructuarius possum eam cooperire? Et respon. quod non. Viui.

m *Vsufructuarius nouum.*] uetus enim reficere potest, ut supra eo. l. hactenus. Accur.

n *Qui rudes.*] idest noui, super quibus tectum * nondũ impositum fuerat, ut infra eo. l. usufructuarius.

o *Excolendo.*] idest ædificando, ut enim arare, & seminare est cultura rusticorum prædiorũ, ita ædificare, uel reficere est cultura urbanorum. Azo.

* *Tectum.*] Tectoriũ, ꝙ non bene intellexit hic Accur. quod sit, explicãt Zoanet. explicat. c. 24. & Cuiac. li. 1. obser. cap. 16.

s *Proprietas.*] ex illo edicto, ĩ. de leg. præstan. l. 1. Sed quid est, quod dicit, plenam proprietatem præstandam? nam ex illo edicto id solum, quod est relictum, conseruatur ei: sed sola proprietas est relicta? Respon. piẽ agitur per illud edictum cum eis tantum in nuda proprietate: nam alij non datur nisi matri & similibus, ut in d. l. ĩ. de legat. præstan. l. sed id, quod ususfructus consolidatur proprietati, est de iure communi, eo scilicet decedente, cui ususfructus est relictus, ut supra eo. qui usu fructum, §. stipulatus. uel alias amittente usumfructum, hic autem per contra tabulas bonor. possess. aut ipso iure, aut quantum ad commodum hæres institutus perdit. unde ex necessitate fit consolidatio, ut ĩ. eo. sub conditione. Hodie autem nec in proprietate per illud edictum piẽ fit cum matre: cum iure communi ex causa præteritionis, uel exhæredationis rupto testamento ualeant legata, ut C. de liber. præter. authen. ex causa.

t *Reficeret.*] si uerò testator non iusserit, non cogitur hæres: si erit tamen refecerit, pati debet fructuarium uti, ut supra eod. l. hactenus. §. sed si hæres, & facit infra si serui. l. sed & si forte, §. etiam. Accur.

Quod

a Q*Vòd si hæres. Morte eius.*] s. fructuarij: & sic agit ratione præteriti interesse, non futuri, vt ꝫ eo. quæsitum, & l. qui vsumfructum, in fi. & infra sol. matr. vsusfr. & ꝟ. si vsusfr pe. l. vti. §. fin.

b S*I absente. Negocium eius.*] scilicet fructuarij: & hoc, cū erat talis refectio, quæ ad fructuarium spectabat: & tamen proprietario nō erat nociua, immo profutura: & sic est arg. quòd licet sibi prospicere, & tamen agit, vt hic. Sed arg. contra, infra qui pot. in pig. hab. l. si potior. §. sciendum. & facit C. eo l. 13.

Pomponius lib. 5 aliàs 9. ex Plautio.

LEX LIIII.

QVòd si hæres hoc non fecisset, & ob id fructuarius frui non potuisset, hæres etiam fructuarij eo nomine habebit actionem, quāti fructuarij interfuisset, non cessisse hæredem, licet vsufr. morte eius a interijsset.

Paulus lib. 9. 1† Quæst. ad Plautium.

LEX LV.

SI absente fructuario hæres quasi negocium eius b gerens reficiat, negociorum gestorum actionem aduersus fructuarium habet, tametsi sibi in futurum hæres prospexerit. 2† Sed si paratus sit recedere ab vsufructu fructuarius, non est cogendus reficere: c sed actione negociorum gestorum liberatur.

¶ Syluam cæduam, d * etiam si intempestiuè cæsa sit, in fructu esse constat: e sicut oliua immaturè 3 † lecta, f item fœnum immaturè 4† cęsum, in fructu est.

Pomponius lib. 5. aliàs 7. ad Plautium.

LEX LVI.

SI mihi & tibi à Sempronio & Mutio hæredib. vsusfruc. legatus sit, ego in partem Sempronij quadrantem, * in partem Mutij alterum quadrantem g habebo: tu item in vtriusque parte 5† eorū quadrantes partes habebis. 6†

Nota, q legatarius, cui imminet restitutio, recuperat expensam ab eo cui tenetur restituere. Bald.

Paulus libro 3. ad Vitellium.

LEX LVII.

TItius Mæuio fundū Tusculanum reliquit, eiusque fideicommisit, vt eiusdē fundi partis dimidiæ vsumfru. Titiæ præstaret. Mæuius villam vetustate corruptam, necessariam cogendis & conseruandis fructibus ædificauit: h quæsitū est, an sumptus partem pro portione vsusfructus Titia agnoscere debeat? Respondit Scæuola: si prius, quàm vsusfr. præstaretur, necessario ædificasset, non aliter 7† cogendum restituere, i quàm 8 † si eius sumptus ratio haberetur. k

Modestinus lib. 9. Differ.

LEX LVIII.

TItio, cum morietur, vsusfr. inutiliter legari intelligitur: in id tempus, videlicet collatus, quo à persona sua 9† discedere incipit. l

Idē li. 9 10† Regularum.

LEX LIX.

VSufructu * relicto, si tributa eius rei præstentur, ea vsufructuarium præstare debere dubium non est: m nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse, probetur hæc 11 † quoque ab hærede dari.

Iabolenus li. 2. ἐπιστολῶν.

LEX LX.

SI cui insulæ vsusfr. legatus est, quamdiu quælibet n portio eius insulæ remanet, totius soli vsumfruc. retinet.

c *Refictre.*] idest impensas refectionis restituere, vt infra eo. l. cum fructuarius. Sed aliter, si facto suo, vel suorum res deterior sit facta, vt infra eod. l. sed cū fructuarius. Accursius.

d *Syluam caduam.*] id est cedi cōsuetam. Accursius.

e *Constat*] Sed videtur, quod non faciat fructus suos, cum nō bene sint maturi, vt supra eo. l. sylua, in fi. & l. seq. sed hic interest sua immaturam syluam cædere, cum fortè magis valeant nunc intēpestiuę cęsæ, quàm si maturæ: vt accidit in perticis vineatū. quod patet, propter id quod de oliua subij it. Sed in contrario non interest fructuarij cædere immaturam syluam: vnde non potest nisi ad suum vsum cedere, vt in pręalleg l. ex sylua. in fine.

f *Immaturè lecta.*] i quę plus fert fructus, quàm matura, vt infra, de vsufruc. lega. penult. Azo. In omnibus autem his erat dubitatio: quia videtur collectis oleis, q postea mortuo fructuario proprietarius possit illum vendicare, sicut si fuisset ibi. Sed cōtra est, & facit ꝫ eo l. item si fundi, § fin. & l seq.

h *Ædificauit.*]id est reædificauit, quod a parte fructuarij erat onus, vt infra eodem, cum fructuarius. Accursius.

i *Restituere*]dimidiā vsusfructus quam debet Mæuio. Accur.

K *Haberetur*]Sed & si dedisset, agit negociorum gestor. vt supra eod. si absente, in princ vel condicet ipsam possessionem, vt infra, de condi. indeb. l. qui exceptionem, §. si pars. sic est in legato proprietatis, vt infra, de leg. j. domus, & l. sequen. & facit infra, de nox. l. si ex duobus, §. fin. Nec ob C. de rei vendi. si quis sciens. quia ibi suo nomine, hic nomine eius, ad quē peruenire sperabatur. & facit infra, de vsufruc. leg. l. generali, §. Lucius. Accur.

T*Itio.*] CASVS. Tibi legaui usufruct. fundi cum morieris, an valeat legatum, quæritur? Et respon quòd non, quia in id tempus legatus est, à quo extinguitur. Viuianus.

l *Incipit.*]Nota ergo, quòd nō potest quis incipere ab eo casu, in quo debet finiri. sic & infra, de vsufr. leg l. 5. & C. de dona. ante nuptias. l quod sponsæ. & inf. a. de iure dot. in princ. & l. si pater mulieris, in fi. & ꝟ de manumiss. te sta. libertas in princ. & infra. de cond. t. & demonstr. l. hæres. § quamuis, & C. eod. l. ambiguitatem.

rogauit hunc Mæuium, vt medietatem vsusfructus daret Titiæ amicæ suæ. Mæuius iste ædificauit quandam domunculam necessariam ad fructus colligendos, nunc petit Titia medietatem istius vsusfruct. Mæuius dicit, quod ipsa soluat medias expensas istius domunculæ factæ ad colligendos fructus: quæritur quid iuris? Et respond. quòd Titia compellitur soluere expensas pro parte sua. Viuianus.

S*I mihi.*] CASVS. Testator instituit duos hæredes, & vsumfructum fundi certi legauit mihi, & Titio: quæritur, an singuli à singulis petent? Et dicit, quòd quilibet, & à quolibet: & sic ego mediam, quæ est quarta, petam ab vno, & mediam ab alio: & sic habeo dimidiam vsusfruc. & idem facit Titius. Viuianus.

g *Quadrantem*] & sic habeo dimidiam totius vsusfructus, sicut debeo habere: & tu facis idem, & subijcit, argumen ꝫ. si pars hæred, pet. l j §. quinimmo. hoc tamen intellige saluo iure Falcidiæ hæredi, vt supra eod. l. omnium. Accursius.

T*Itius.*] CASVS. Titius fecit testamentum, hæredem instituit, & Mæuio cuidam fundum legauit, &

m V*Susfructu. Non est.*]vt supra tit. j. si pendētes, §. pen. & §. fin. & l. 7 § fin. & seq. Accursius.

S*I cui.*] CASVS. Legatus est vsusfructus insulę mihi, sed postea cecidit pro parte, & pro parte non, an retineam vsumfructum totius insulæ: quæritur? Et respond. quòd sic. Viuianus.

n *Quælibet portio*] per partem ergo retinetur vsusfructus totius: sic & C. de agri. & cens. l. cum scimus, §. fin. secus autem si prorsus fuit destructa, & ad aream redacta, vt & ꝫ. eo. qui vsumfructum. & ꝟ. quib. mod. vsusfr. amit. l. repetita § 2. & Inst. eod §. fin & ꝟ. de seru rust præd. l. seruitutes, §. si sublato. & argum. ꝟ. de contrah. emp. l. domum, § 1. & §. si verò quantacunque.

1† *Aliàs, l. 7*

2† *Fl. prospicerit.*

* *Sylua cædua dicitur, quæ in hoc habetur, vt cædatur, vel ex cæsa rursus ex stirpibus, aut radicib. renascitur. l. sylua cædua. ff. de ver. sig.*

3† *Fl. immatura*

4† *Fl. immaturum.*

i Nota ex glo iuncto tex. qualiter oliua, q non matura colligitur, maiorem fructum fert, q oliua matura.

* *Quadrans est pars assis quarta, ad est tres vnciæ, Vt Iusso Metiano interprete in distributione assis, in principio hæc nota fuisse aut. et vide Buda. in li. de Asse.*

5† *Aliàs par tem.*

6† *Fl. deest, habebis.*

7 † *Fl. aliàs*

8† *Fl. deest, si.*

9 † *Fl. deest, sua.*

10† *aliàs li.* 8

* *Concord. cū hac lege textu e græca, post medi. i ver. & si tibi legatus. extra. de elect.*

11 † *aliàs, hoc.*

Sub conditione.] CASVS. Testator legauit Titio vsumfructum, si nauis venerit ex Asia vsque ad annum, medio tempore hæres vendidit fundum deducto vsufructu. Et respon. quòd si conditio existat, dabitur legatario: & si postea amittatur, vadit ad proprietarium, vel emptorem: si autem deficit, pertinet ad hæredem: nisi gratia legatarij excipiatur: tunc enim deficiente conditione sequitur proprietariũ statim, & non hæredem. Viuianus.

a *Detracto vsufructu.* & hoc facit dubitationem.

b *Interierit vsusfructus.*] morte fructuarij, vel capitis diminutione, vel alio modo.

c *Reuertatur.*] vt inf. de euictio. l. fundum cuius, in princ.

d *Spectandum.*] s. primo. Azo.

e *Si apparuerit.*] vt ea tempore venditionis dixit: ego non deduco vsumfructum pro me quia mihi nolo, sed pro legatario.

f *Legati.*] vsusfructus.

g *Exceptum esse.*] nec pro se hærede. Acc.

h *Conditio.*] nã si extitisset conditio vsusfruc. legati, & periret postea vsusfruct., vel morte vsufruc. vel alio modo, tunc vsusfructus iret ad proprietatem, vt s. prox. fic. & hic consolidatur vsusfruc. cum proprietate. Accursius.

i *Debeat.*] si ideo, vt nõ ad emptorem, sed ad se spectaret, etiam si conditio deficeret, ipse habebit. Quid ergo præsumemus in dubio? Respondeo, quòd sui causa tantum exceperit, vt argumen. infra, de statu libe. l. q. pecuniã. & vt dixi s. eo. l. qui vsusfructus, §. stipulatus. Accursius.

1† Fl. Interijt.

2† Aliàs, deest te.

3† Duor. legatariũ is vsusfructus.

4† Debere sit

* Singularis est hæc lex. Rom. sing. 158.

5† Fl. vsus.

6† Aliàs, si.

Idem lib. 3. ἐπιστολῶν.

L E X L X I.

SVb conditione vsusfructus fundi à te hærede Titio legatus est: tu fundum mihi vendidisti & tradidisti, detracto vsufructu: a quæro, si non extiterit conditio, aut extiterit, & interierit 1 † vsusfructus, b ad quem pertineat? Respondit, intelligo te 2 † de vsufructu quærere qui legatus est: itaq; si conditio eius legati extiterit, dubium non est, quin ad legatarium 3 † vsusfructus pertineat: & si aliquo casu ab eo amissus fuerit, ad proprietatem fundi reuertatur. c Quòd si conditio non extiterit, vsusfructus ad hæredem pertinebit: ita, vt in eius persona omnia eadem seruentur, quæ ad amittendũ vsumfructum pertinent, & seruari solent. Cæterum in eiusmodi venditione spectandum d id erit, quod inter ementem, vendentemq; conuenerit: vt si apparuerit e legati f causa eum vsumfructum exceptum esse, g etiam si conditio h non extiterit, restitui à venditore emptori 4 † debeat. i

Pomp. li. 26. ad Q. Mutiũ.

L E X L X I I.

SI infantis k * vsusfructus 5 † tantummodo l legatus sit, etiam si nullus interim sit m vsusfructus, cum 6 † tamen infantis ætatem excesserit, esse incipit.

Vsusfructus relictus ciuitati durat centum annis. Baldus.

SI infantis.] CASVS. In seruo tuo minore septem ann. vsumfructum legasti, an valeat legatum, quæritur? Et respon. quòd sic. Videbatur quòd non, cum vsusfructus eius nullus sit, sed tamen poterit esse, quia crescet & sic valebit vsusfructus. Viuianus.

k *Si infantis.*] id est minoris septem annis, vt C. de iure delib. l. si infanti.

l *Tantummodo.*] verba sunt Iurisconsulti, non testatoris: aliàs enim finiretur post infantiam statim, vt infra, de ali menta leg. l. Mela & sic prorsus esset inutilis, quod esse non debet, vt sup. eod. statue, l. respon. licet § eiusdem legis sit contra: sed solue ut ibi, & hoc manifestè litera sequens probat. Accursius.

m *Interim sit.*] vt infra, de oper. seru. l. si. § 2. & supra eo. arboribus, §. de illo.

AN vsusfructus.] CASVS. Si municipio vsusfruc. legetur, an actio municipibus detur? Et respond. quòd non, cum extingui non poterit morte, vel capitis diminutione. Item talis vsusfructus durat vsque ad centum ann. non vltra, vt hic, & j. de vsufruc.

¶ *Per fideicommissum.*] Testator legauit vsumfruc. libertis quatuor, vt inde alerentur, alter eorũ postea decedit, eius pars non accrescit libertis, sed ad hæredes redit. Viuianus.

Caius lib. 17. 7 † ad edictum Prouinciale.

L E X L X I I I.

AN vsusfructus 8 † nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est: periculum enim esse videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte, neque 9 † facilè n capitis diminutione periturus o est. * Qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente o vsufructu. Sed tamen placuit dãdam esse actionem. Vnde sequens dubitatio est: quousque tuendi essent in eo vsufructu municipes? Et placuit centum annis 10 † tuendos esse municipes: quia is finis vitæ longæui p hominis est. *

Querela inofficiosi testamenti, sicut rescindit legatũ: ita restituit in integrũ ius primæuum, quod erat à legato confusum. Bald.

Papin. libro 7. Responsorum.

L E X L X I I I I.

DOminus fructuario prædium, q quod ei per vsumfructum seruiebat, legauit: r idque prædium aliquan diu possessum legatarius restituere filio, qui causam inofficiosi testamenti rectè pertulerat, coactus est: mansisse vsusfructus 11 † ius integrũ, ex postfacto apparuit. s

¶ Per fideicommissum fructu prædiorum ob alimenta libertis relicto, partium emolumentum ex persona vita decedentium, ad dominum proprietatis recurrit. t

n *Neque facilè.*] potest tamẽ quandoque sic perire, vt j. quibus mod. vsusfruc. amitt. l. vsusfruc. & ideo dicit, facilè. Accur.

o *Abscedente.*] i. remoto à proprietate.

p *Longæui hominis.*] vt C. de sacros. eccl. l. fin. § j. & in Auth. vt Ecclesia Romana, §. 1. coll. 2. an idem ius sit in ecclesia, si ei relinquatur vsusfruct.? Respõ. sic, quia paria sunt, vt C. de sacros. eccles. l. fi. in prin. Sic ergo centũ annis durat vsusfr. vt hic, & j. de vsufr. leg. l. si vsusfructus municipibus. Sed contra, j. ad leg. Falc. l. hæreditatum, § si. vbi dicit 30. ann. durare. Solu. ab initio statuuntur 30. anni sed si vsque tunc capitis diminutio passa non sit, tunc in centum annos extenditur. Accursius.

q *Dominus fructuario. Prædium.*] id est proprietatem. Accursius.

r *Legauit.*] in testamento, in quo exhæredauit filium, vt patet infra.

s *Apparuit.*] quia tunc perinde est, ac si non esset aliquid legatum, vt s. de inoffi. testa. l. cum, §. fin. & arg. s. si ex noxa. cau. l. 2. in fi. Sed contra, j quib. mod. vsusfru. amitt. l. si. ibi. vbi dicitur, si emit fructuarius conditione pendente legatæ proprietatis alij, quòd ea existente totum perdat. Sol. hic tantum de facto fuit facta consolidatio, cum testamentum non ualeat fictione iuris, unde vsusfructus extingui non potest: ibi de iure, & de facto, quia tenuit emptio. Item ibi ex sua propria uoluntate habuit emendatio: hic non sic; Item contra, infra, de except. rei iudic. euidenter. Sed hoc non nocet filio quia & prius erat ille fructuarius.

t *Recurrit.*] & sic non est locus iuri accrescendi inter eos, vt hic, & infra, de alim. & cib. leg. l. 3. §. debebit. & argum. infra quemadm. seru. amitt. l. aquam, §. fin. Sed contra, infra titu. j. l. j. & l. interdum. Sol. hic testator cauit, vt non haberet locum: ibi non. Vel hic separatum, ibi coniunctim legauit, secundum P. arg. infra titu. j. l. j. §. j. Vel hic non fuit vsusfructus, sed præstatio ex eo fundo, ut not. supra eod. l. si quis ita, & probatur hoc infra, de usu, & habit. l. si habitatio.

7† Aliàs, lib. 7

11† Supple, possessio relicta, vt docet insertum.

9† Fl. tam.

* Extat vtrũ. & alterũ vel plũ apud Donẽ li. 54. vbi Aug. Carus. et Claud. Rõ dus fecit similis. refert Cornar.

10† annis.

* De spatio vitæ longissimis. Plin. li. 7 c. 48.

12† Fl. fructus.

habitatio §. sed si sic. Vel dic uerius, quod hic uerus erat usufructus, nec tamen ius accrescendi est inter eos, quia ob alimenta fuit tantum relictus. Si ergo conliberti alimenta habeant, nihil est unde quærantur, licet accrescat proprietati quia illa uerba, ob alimenta, taxationis loco ponuntur, ut infra de tri. ui. & oleo le. l. cū certus. alias autē est ius accrescendi, ut in legibus cōtrarijs. Itē obijcitur, q si quid ē superfluum, ad libertos pertinet, ut infra ad ali. le. l. 4. Sed dic. q prædia fuerunt ibi relicta in pleno dominio. Accur.

Fructus percepti pertinent ad hæredem fructuarij, non inspecta quota parte anni vixerat fructuarius. Bart.

Scæuola lib. 3. Responsorū.

LEX LXV.

DEfuncta fructuaria mēse Decembri, iam omnibus fructib. qui in his agris nascerentur, 1† mense Octobri per colonos sublatis, quesitum est utrum pensio hæredi fructuariæ solui deberet, quamuis fructuaria ante Calendas Martias, quib. pensiones inferri debeant, dece esserit: audiui debeat 2† inter hæredem fructuariæ & rempublicam, cui proprietas legata est? Respondi, rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariæ vero hæredem sua die (secūdum ea, quæ proponerentur) integram pensionem 3† percepturum. b

¶ Sempronio do, lego, ex redactu 4† fructuum oleris & porrinæ, quæ habeo in agro Ferrariorum, partem sextam. Quæritur, an his verbis vsusfructus legatus videatur? Respondi, non vsumfructum, c sed ex eo, quod redactum esset, partem legatam.

¶ Item quæsitum est, si vsusfructus nō esset, an quotannis d partem sextam redactam legauerit? Rñdi, quotannis uideri relictū, e nisi contrariū specialiter ab hrēde probetur. 5†

Paulus. li. 3. Sententiarū.

LEX LXVI.

ARbores vi tempestatis, non culpa fructuarij euersas, ab eo substitui non placet. f ¶ Quicquid in fundo nascitur, 6† quicquid inde g percipitur ad fructuarium pertinet: pensiones quoque iam ante locationem agrorum, si ipsæ quoque specialiter comprehensæ g sint. Sed & 7† ad exemplum uenditionis, h (nisi fuerint specialiter exceptæ i 8† potest vsufructuarius conductorem k repellere.

¶ Cesę arundinis, uel pali cōpendium l, si in eo 9† fundo uectigal esse consueuit, l ad fructuarium pertinet.

Idem lib. 5. Sententiarū.

LEX LXVII.

CViuscunque fundi m fructuarius 10† prohibitus, n

DEfuncta.] CASUS Testator legauit Titio usumf. uineæ, & ciuitati Bononiæ nudam pprietatem. Titia locauit uineā pro certa mercede soluenda singulis annis nomine Titiæ, postea decessit in mense Decembris, & sic ante terminū soluēdi: sed post collectas vuas: quæritur, cui pensio præstāda erit? Respō. q hæredi fructuariæ sua die erit soluenda.

1† Pl. nascebantur.

2† Alias debeat.

¶ *Sempronio.*] Si legasti septimā partem ex reditu fructuū oleris & porri ex tali fūdo, q̄ritur, an sit usus fru.? Et respō. q non, sed legatum: & ego legatū habeo, si usufructus nō est relict⁹ in annis singulis, & dic quotannis, idest singulis annis, ut legitur infra de an. leg. l. legatis. §. uini. Viu.

3† Recepturum.

4† Reditu.

a *Defuncta fructuaria.*] hæc fructuaria locauerat per colonos, & pactum fecit, quod Calendis Martij reportarentur fructus, uel pensio a colonis, hæc mortua est post collectos fructus sed ante diem quo solui sibi debuit. Accur.

b *Percepturum.*] & sic pro ultimo anno habet omnes fructus, licet nondum transierit totus, ut infra de annu. lega. l. a nobis. secus in fructibus dotis, ut infra solu. matrim. l. diuortio. sed hoc ideo: quia iam collecti erant. Item nota hic pro fructibus præteritis hæredes agere, ut supra eod. l. quæsitum. & l. qui vsumfructum. §. fins. & l. si operas. & infra si ususfr. peta. l. utique. §. fin. Item contra, infra de iure, fis. l. fin. Sed ibi alius est casus: loquitur enim ibi in emptore, ad quem fundus peruenit. Item no. argum. quod pēsiones in fine anni sunt soluendæ, argum. contra, infra cōmunia prædior l. uenditor, in fi. hic autem ex conuentione fuit. Item no. argumen. ad fructus feudorum, si moritur vasallus, & non, transmittit ad hæredem, quis mulier est, quod distingui debeat, an sint percepti, uel non. Sed de consuetudine est, ut reddat in Calendis Martij, ut in consuetudine feudorum, in tit. hic finitur lex, deinde consue. re. incip. cap. si uasallus.

c *Non vsumfructum.*] facit infra de ann. leg. l. Caius Seius prædia. & l annua & de vsufr. leg. l cum ita. & l. fundi Trebatiani, & l. patrimonii. Sed contra, supra eod. l. si quis ita Sol. plene ut ubi.

d *Quotannis.*] id est singulis annis. Azo.

e *Relictum.*] No. donec uiuit, singulis annis uideri in dubio relictum, non pro uno anno tantum, ut infra de alim. leg. l. Mela, in princ. & arg. infra de usu. & habi. l. si habitatio §. vtrum autem. Accur.

ARbores.] CASUS. Si habeo usumfructum in fundo, & arbores cadant tempestate, non culpa mea, an teneat alias submittere, quæritur; Et respon. quod non. Item si habeo usumfructum in fundo, & emolumentū ad me pertinet. Item si testator locauit fundum, postea; mihi fundi illius usum legauit, an uideatur mihi pēsio acquisita? Et respōd. q sic. Itē quæritur, an ego vsuf. possim expellere colonum? Et rñ. q sic, ad exemplū illius qui emit rē locatā: sicut emptor, cui traditur possessio, potest expellere colonū de fundo, ita fructuarius cu ipsiones soluuntur.

5† Pl. approbetur.

¶ *Casa.*] Testator legauit mihi vsumfructū fūdi, ex quo in arūdine, uel alio trahunt fructus, & etiā illi census soluebantur de tali fructu. Dicit ad fructuarium pertinere: nam & onus pertinet. Viuianus.

6† Dnas. nascitur, vel quicquid.

f *Non placet.*] quia euersa nō pertinēt ad fructuarium, nisi ut dicitur supra eo. l. arboribus, in prin. sed secus in demortuis, ut §. eo. l. agri Item facit §. eo. l. item si fundi. in fi.

7† Pl. dest, &.

g *Comprehensa.*] sint subaudi, ad fructuarium pertinebunt.

8† Alias. fuerit specialiter exceptum.

9† Duar. eo quoque fundi. & coniunge l. si via de aqua quo. & asti.

h *Venditionis.*] in qua constat, quod potest emptor colonum repellere, ut not. infra de actio. emp. l. Iulianus, §. si fructibus. & C. lo. l. emptorē. & facit in. de ptrah. emp. l si cum uenderes.

10† Pl. vsufructuarius.

i *Excepta.*] per hoc, quod dicit, & patet, quod loquitur eodem casu: siue ergo sint comprehensæ, siue nil dictum, potest deiici colonus, secus si excipit, quia tunc non potest deijci. Accur.

k *Conductorem.*] facit supra eo. l. si pendentes. §. fi. contra, Sol ut ibi. Accursius.

l *Consueuit.*] duobus mo lis intellige, uel quod fundus debeat alii fundo vectigal de talibus, uel quod alius ei: nā in utroque casu pertinet ad fructuarium: primo, ut inde soluat; secundo, ut sibi accipiat, ut argum. infra de annu. le. l. Caius Seius.

CViuscumque.] CASUS. Habebam usumfructum in fundo, aliquis me deiecit: pone, quod ego, qui sui deiectus, non potui habere usumfruc. unde interim perit ususfruc. an mihi de præceptis fructibus medio tempore, antequam finiretur ususf. actio competat. Et rñd. quod sic.

¶ *Si fundus.*] Testator legauit mihi usumfruct. fundi, hæres cui nuda proprietas remansit, tradit mihi, postea cecidi a poss. ff. & Titius quidam possidet. Dicit, quod intendam confessoriam contra eum. Secundo dicit pone, quod etiam hæres agat rei uend. contra Titium tenentem. & tunc, aut uterque confitetur me fructuarium, & hæres, & ille possessor: & similiter debet mihi restitui, & cauebit possessor de non petendo a me. Aut ambo diffitentur: & tunc differtur restitutio mihi facienda, donec probem de iure meo: sed possessor cauet mihi de restituendis fructibus medii temporis si obtineo. Viuianus.

m *Cuiuscumque fundi.*] vrbani, vel rustici.

n *Prohibitus.*] id est non admissus, cum intrare vellet, ut differat a sequenti.

aut deiectus, a de restitutione omnium rerum b simul occupatarum agit.c

¶ Sed & si medio d tpe alio 1† casu interciderit e vsusfructus: æque de perceptis f antea g fructibus vtilis actio h tribuitur.

Etiam contra ciuiliter possidentem uendicatio potest intentari. Bar.

¶ Si fundus, cuius vsusfructus petitur, a domino non possideatur, actio redditur. i Et iō si de fundi proprietate inter duos qō sit, fructuarius nihilominus in possessione esse debet: k satisque ei a possessore l cauendum 2† est. ꝙ non sit prohibiturus frui eu, cui usufructus relictus est, quamdiu de iure suo m probetur. 3† Sed si ipsi vsufructuario qō moueatur interim vsusfructus ei differtur. n 4† Sed caueri debet 5† de restituendo eo ꝙ ex his fructib. percepturus est, uel si satis nō detur, ipse frui permittitur.

Onus reale euitatur ab eo qui vult rem remittere, secus in onere personali, hoc dicit cum l. seq. Bartolus.

Neratius lib. 2. 6† Respon.

LEX LXVIII.

VSufructuarius nouum riuum o 7† parietibus non potest imponere. ¶ Aedificium inchoatum fructuarium 8† consummare non posse p placet: etiam si eo loco aliter uti non possit. q Sed nec 9† eius quidem vsusfructum r esse: nisi in constituendo uel legando vsufructu hoc specialiter adiectum sit, ut utrumque ei liceat.

Triphonius li. 7. 10† Dis.

LEX LXIX.

VSufructuarium venari in saltib vel montibus possessionis, probe dicitur s nec aprum aut ceruum quem ceperit, proprium domini capit: sed fructus aut iure ciuili, u aut gentium x suos facit.

¶ Si in 11† viuarijs y inclusę feræ, in ea possessione custodiebantur qñ vsusfructus cœpit: nū exercere eas fructuarius possit, occidere non possit? 12† alias si quas initio z incluserit operis suis, uel 13† se metipsæ inciderint, de lapsæve fuerint, hæ fructuarij iuris sint? Commodissime tñ (ne per singula anima ia facultatis fructuarii propter discretionem a difficilem b ius incertum sit) sufficit eundem numerum c per singula queque 14† genera ferarum, finito vsufructu, domino proprietatis assignare, qui fuit cępti vsusfructus tpe.

a *Aut deiectus.*] cum esset in possessione.

b *Omnium rerum.*] etiam mobilium occasione immobilium: ut infra de ui & ui ar. l. j. §. si fundus, & §. recissime. Accursius.

c *Agit.* utili interdicto vnde ui.

d *Si medio.*] antequā recuperarentur interdicto, unde ui.

e *Interciderit.*] si em interciderit non utendo agam cōtra expulsorem: ut si dominus eū mihi iterum constituat: si non condemnetur ad interesse; sed si capit. dimi. u. l simili modo, agā pro fructib. tantū, non pro vsufr. ut]. de ui, & ui ar. l. si plur. s. & l. si fundo, & hic Azo.

f *De perceptis.*] etiam percipiendis, ut C. vn de ui, si possessione

g *Antea*] quam perierat.

h *Actio.*] in factum, loco unde ui.

i *Redditur.*] pro usufru. & dic ad intelligētiam huius § quod vsusfructus cōstitutus & traditus peti potest confessoria ab omni possidente, siue sit dominus, uel non: ut infra, si ususfr. pet l. uti frui. § utrum. Si ergo non dominus possideat, & dominus uerus rei uē. proponat: fructuarius quoque contra eundē possessorem intendat confessoriam: aut possessor & is qui agit rei uen. confitetur usumfr. deberi: & tunc sine cōtradictione restituitur usufr. & cauetur a fructuario, ut hic, & arg.]. si serui, ue. harum, aut differtur uterque, idest qui agit rei uen. & possessor: & tunc differtur restitutio vsusf. cauetur tamen fructuario de restitutione fructuum, forte generali clausulas ut supra de iud. l. in omnibus Azo.

k *Esse debet.*] scilicet naturaliter, ut infra de acqui. pos. l. naturaliter.

l *Possessore*] sciuiliter, qui etiam rei uend. conuenitur. ut hic habes. Vel dic eum possidere: sed fructuarius debet esse quia debet ei restitui.

m *De iure suo.*] s. conuenti, & eius qui intentat rei uen. nā postquam probauit agens rei uen. se esse dominum, non est opus tenere stipulationem in persona possidentis, cum ipse uelut extraneus censeatur, non autem dicit de iure suo, s. fructuarii: quia de usufruc. non erat in hoc casu quæstio: sed statim ponitur.

n *Differtur.*] donec probet se usumfructum habere. non ergo erat in possessione, tunc enim remanet in possessione ut frueretur. ut]. de aqua quotid. & æsti. l. pen.

V*Sufructuarius*] CASVS. Legauit mihi testator usufructum domo, dicit quod non possum mutare stillicidium. Secundo, legauit mihi ædificii usumf. inchoati, non perfecti. Dicit quod non possum perficere: quia sic mutaretur res: si perficeretur imperfectum.

o *Nouum riuum.*] stillicidii, scilicet, uel dic proprie quod deriuat aquam per fundum alterius. Accur.

p *Non posse.*] non ergo inspicitur quod dominus erat facturus: Et sic est argu. contra infra de pign. ac. l. si seruos, & l. uel uniuersorum.

q *Non possit.*] imo videntur omnia accedere usufructui, sine quibus esse non potest: ut arg. contra supra de iu. om. iudi. l. 2. & infra si usufruct. pe. l. j. §. j. quæ ē contra. So. hoc idē quia hic mutat forma rei: unde non potest: licet aliter uti non possit: ut supra eod l. si eius. §. item eum, sed ibi non mutatur. Item contra inf eo. l. arear. So. ut ibi.

r *Vsumfructum.*] quo ad commodum, cum aliter uti non possit, nihilominus tamen habet ipsum ius: ut supra eo. l. arboribus. §. de illo, & l. statuę. §. licet, & l. si infantis. loquitur quia quando que inde traheret commodum forte, ad custodiendum oues ibi intus sed certe nec ipso iure habet usumf. hic enim loquitur, cū inchoatum ędificium a fructuario consummatum est: alioquin inutilis esset repetitio, ut statim dixerit, in imperfecto cōmodū utendi non haberet fructuariū, ius ipsū tamen habet: sed hic est forma mutata, & extinctus vsusfructus, nisi testator consummaret: & in consummato vsumf. concessit, secundum Azo.

s *Liceat.*] ut habeat vsumfructū, & liceat ei consummare ædificium, & facit ad § s. e l. usufructus. Acc.

V*Sufructuarium*] CASVS. Si habeo vsumf. in fundo possū uenari in illo fundo.

¶ *Si in uiuarijs.*] Aliquis legauit mihi usumfr. viuarij quæritur utrum animalia quæ sunt in eo, possim uenari & comedere: Et uidetur quod non: sed potero cum illis ludere: sed quicquid dictum sit, soluit tamē quod ego usumfr. possim capere de illis bestiis, & uti: dum tamen eundem numerum restituam in eo uiuario domino proprietat. qui fuit eo tempore quo cępi uti.

t *Dicitur.*] Si fructus talium possessionum in uenatione consistant, ut]. de usur. l. uenationem.

u *Ciuili*] vsusfructus, ratione quam habet.

x *Gentium.*] quo cauetur ut qui ceperit, fiat dominus occupatione: ut inst. de re di. §. feræ. Accur.

y *Sim viuarijs.*] locus muro, uel aqua, uel sepe circūdatus, vbi feræ sunt inclusa,* ut in lacu Perusino: ut hic colligit.

z *Initio.*] quia prius ibi non fuerant.

a *Discretionem.*] Nec enim possunt dignosci ista quæ nouiter inciderunt, a ueteribus.

b *Difficilem.*] sic ergo rōne difficilis discretionis aliquid fit quod alias non fieret: ut]. de condi. indeb. l. si pęne. §. 1 &]. si cer. pęta. nam & si fur. §. fi. &]. eo. item si fundi, § sed si insula. Accur.

c *Numerum.*] Debeat ergo ea numerari. Accur.

1† Alias, absque.

2† Alias Adūnum.

3† Fl. probet.

4† Fasseritur, alias, ei differt.

5† Flo. decst, debet.

6† Alias li. 8.

7† Contr. l. r. obseruat. c. 36 emendat. testorium. arg. l. usufructuarius sup. eo. & mais hoc accipe possidendi genere, ut l. fructuarius §. ille ... & l. foramen inf. de seru. urb.

9† Alias, usufructuarius non potest.

6† Flo. nec.

10† alias.

11† Fl. deesse...

12† alias, nō exercere eas fructuarius pt non occidere alias, &c.

13† vel possit metipsæ.

14† Fl. quæque.

a Inclusæ] Col. li. 8. ca. 3. uocat viuaria cubilia pecudum silverium, in quibus nemorib. clausis custodiūtur. Pli. lib. 8. c. 25. Ami. Mar. lib. 31. Viuaria etiā piscium dicit Sen. l. 14. epistol. & viuaria murenarū ostrearum cochlearū dicit idē Plin. lib. 9. c. 54 & sequ. vide Gel. li. 2. cap. 20.

Quod

* Facit ad hunc. l. cecum onera. cum gl. super verbo, extenuassent. extra, de pignore.

a Quod nostrum. Ad alios] ut hoc casu & in creditore, ut ỹ. de acquir. rerum do. n. non nouũ. & ar. ỹ. de acqui poss. l. inter. lum. sed regulariter e cõtra, ut ỹ. de acq. rer. do. n. l. traditio. & ſ. de iurisd. om. iudic. en u qui. § fi. & C. de heret. l. omnes uetitæ, & Co. de iure dot. l. fin. r. respon. & ỹ. ad Maced. l. filium, & sup. de off. procon. l. obseruare, §. fin.

b Vsumfructum] nõ formalem, sed causalem.

2† Alias. li. 50.

Cum fructuarius] CASVS. Cũ l se q. Vsufructus est mihi relictus in domo, quę diruitur: sed non culpa mea, an sim absoluendus, si uolo relinquere usumfructum? Et respondeo, quod sic. Sed si culpa mea diruatur, cum illam reficere debeo, non possum relinquere usumfructum.

2† Alias, relinquere.

3† Flo. desi, &c.

¶ Non magis] vsumfructu fundi mihi relinquisti, vel domus, an hæres, cuius est proprietas, cogatur reficere, quando testator reliquit corruptam uetustate? Et respon. quod non, sicut nõ tenetur heres reficere, nõ magis quam si alteri extraneo foret proprietas relicta. Viuianus.

c Absolui] vt enim serui pro noxa dimittuntur, ita & ædificia dimitti possũt, ut hic; & ỹ. de dam. infec. l. prætor, §. hoc edicto, & ſ. de rei uẽd. l. pen. & ỹ. de ædil edi. l. qd si nolit, in prin. & de aqua plu. arcen. l. is cum quo, in fi. l. & ỹ. ne quid in loco pub. l. 1. 8 §. hoc interdicto non is tenetur, in fi. §. & supra eo l. 1. si absente, 2. respon.

4† Alias, 57.

5† Duar. cũ vsufructuar.

d Sed cum fructuarius. S eorumq.] vt emptorum, ut infra, de ædil edic. l. ędiles, in prin c.

6† Fl. suor. r.

e Testator] nisi hoc præcipiat, ut sup. eod. l. si extraneo, §. fina. secus in locatore, qui debet reficere, ut infra l. loca. l. ex conducto, in princ.

7† Alias, 17.

* In hunc locum Cic. li. 1. de finib. bonor. & malorum & contra l. 14. inf. de usur. l. 34. infra ad leg. Falcid.

f Vsufructuario Fecit.] hoc habes ſ. eod. l. uocum. §. fi. & ỹ. ad l. Aquil. item Mela, §. fi. & l. seq. &

Paul. lib. sing. de iure sing.

LEX LXX.

Quod nostrum non est, * transferrimus ad alios: a veluti is qui fundum habet, quamquam vsumfructum nõ habeat, tamen vsumfructum b cedere potest.

Si vsufructuarius vult cedere usufructui, non tenetur ad onera propter vsumfructum incumbentia. Bar.

Vlp. lib. 51. 1† ad edictum.

LEX LXXI.

Cum fructuarius paratus est vsumfructum derelinquere, 2† non est cogendus domum reficere, in quib. casibus & 3† vsufructuario hoc onus incumbit.

¶ Sed & post acceptum contra eum iudicium parato fructuario derelinquere vsumfructum, dicendum est absolui c eum debere a iudice.

Pompon li. 5. ex Plautio.

LEX LXXII.

Sed cum fructuarius debeat, quod suo suorumq; d facto deterius factum sit, reficere, non est absoluendus, licet vsumfructum paratus sit derelinquere. Debet enim omne, quod diligens paterfamilias in sua domo facit, & ipse facere.

¶ Non magis hæres reficere debet, quod vetustate iam deterius factum reliquisset testator, quam si proprietatem alicui testator e legasset.

Pau. li. 16. 4† ad edictũ.

LEX LXXIII.

Vsufructuario 5† non solum legis Aquiliæ actio competere potest: sed & serui corrupti, & iniuriarum si seruum torquendo deteriorem fecit. f 6†

Iulianus lib. 1. ex Minic.

LEX LXXIV.

Cui vsusfructus legatus est, etiã inuito hærede eũ extraneo vendere potest.

Vlp. li. 18. 7† ad edictum.

LEX LXXV.

Vetus * fuit quæstio, an partus ad fructuarium pertineret. Sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo h locum non habere: neque enim in fructu hominis homo esse potest: i hac ratione nec usumfructum in eo fructuarius habebit. Quid tamẽ si fuerit etiam partus vsusfructus k relictus, an habeat in eo usumfructum? & cum possit partus legari, poterit & vsusfructus eius.

¶ Fetus tamen pecorum Sabinus & Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere. Plane si gregis, uel armenti sit vsusfructus legatus debebit ex natis 8† gregem supplere, id est locum capitum defunctorum.

Pomp. lib. 5. ad Sabinum.

LEX LXXVI.

Vel inutilium l alia submittere, ut post substituta m fiant n propria fructuarij: ne lucro ea res cedat domino. Et sicut substituta statim domini fiunt, ita priora quoque ex natura fructus desinunt eius esse. Nã alioquin, quod nascitur, fructuarii est; & cum substituitur, 9† desinit eius esse.

Vl. li. 18. 10† ad Sabinũ.

LEX LXXVII.

Quid ergo si non faciat, o nec suppleat? teneri q eum proprietario Caius Cassius scribit lib. 8. 11† iuris ciuilis. Interim tamen quamdiu submittantur, 12† & suppleantur capita, quæ demortua sunt, cuius sit fetus, quæritur. Et Iulianus lib. 35. Digestorum scribit, pendere r eorum dominium, ut si submittantur, 13† sint proprietarij: si non submittantur, vsufructuarij. 14† quę sententia uera est: secundum quæ, si decesserit fetus, erit periculo 15† fructuarij, non proprietarij, & necesse habebit alios fœtus submittere. Vnde Caius Cassius libro octauo, scribit, carnem fœtus demortui ad fructuarium pertinere.

¶ Sed quod dicitur, debere eum submittere, toties verum est, quoties gregis vel armenti vel equitij, id est vniuersitatis vsusfructus legatus est: cæterum si singulorum capitum, nihil supplebit.

¶ Item si forte eo tempore, quo fetus editi sunt,

infra, de iniur. l. sed si unus, §. si seruus, & l. item apud, §. item liberum, & §. si usumfructum, & ỹ. de ser. corrup. l. si quis seruum communem, §. si in seruo. Accur.

g Cui vsusfructus. Potest.] iur Insti. de usu, & habit. secus in emphiteuta, ut C. de iure emph. l. fi. § j. Accur.

Vetus.] CASVS. Plana est. Dicit enim, quod partus ancillæ non sunt fructuarij, nec habet in eo, vsumfructum, nisi testator leget vsumfructum. Quod subijcit, planum est.

8† Fl. adgue t u.

¶ Fetus.] sic continua: licet partus ancillæ fructuarii non fiant, nec etiã vsumfructũ in eo habeat, nisi specialiter ei relictus sit fętus, tamen partus pecorum fiunt ipsius fructuarij. Vin.

h In eo.] s. partu. Accursius.

i Esse potest.] ut & ỹ. de usur. l. in pecudum, & Instit. de rerum di uis. §. in pecudum.

k Vsusfructus.] Sic ergo expressa prosunt. Sed arg. contra, ỹ. de cond. & demõs. l. nonnunquam Accur.

9† Fl. substitut.

l Vel inutilium.] ut quod sup. eod. agri. Accur.

10† Alias 17.

m Substituta.] s. capta a fructuario.

n Fiant.] s. illa, in quorum locum alia substituta sunt.

o Quid ergo Non. faciat] supple, ut est nec suppleat, &c Accur.

11† Fl. li. 10.

p Suppleat.] antequẽ consummatur Accur.

12† Fl. summittantur. Duar.

q Teneri.] vel cautione, quia boni uiri arbitratu se vsurum promittat, vel actione in factum, si cautio non est interposita, ut ỹ. de præscrip uerbo l. partis.

13† Fl. duar. summittantur. Submittere, est propagare de fœtibus nata suppone... Qui autem ... submittenda ... lumel lib. 5. de re rust.

r Pendere] sic ſ. eo. l. si fur, in fi. Accur.

Nihil

14† Fl. fructuarij.

15† Periculum, Fl.

Coniunctio realis inducit ius accrescendi. Bald.

¶Denique apud Iulianum libro 35. Digestorum quæritur: si communi seruo vsusfructus sit relictus, & vtrique dño acquisitus: an altero repudiante, vel amittente vsumfructū, alter totum habeat? & putat ad alterum * pertinere: & licet dominis vsusfructus non æquis partibus, sed pro dominicis, acquiratur, tamen persona eius, non dominorum inspecta, ad alterum ex dominis a pertinere, non proprietati b accedere.

Coniunctus coniunctione legali, præfertur coniuncto tantum, quantū ad ius accrescēdi in vsufructu. Bal.

¶Item ait: & si communi seruo, & separatim Titio c usus fructus legatus sit, amissum ab altero ex socijs d usumfructum, non ad Titium, sed ad suum 1† socium pertinere debere, quasi solum coniunctū: quæ sententia uera est. e Nam quamdiu, uel unus utitur, potest dici usumfructum in suo statu esse.

Coniunctus re & uerbis, præfertur coniuncto re tantum. Bartolus.

¶Idē est f * si duobus coniunctim, g & alteri separatim h usus fructus esset relictus.

Coniunctio realis inducit ius accrescendi in vsufructu & proprietate. Item durat vsusfructus etiam post eum acquisitum. Bar.

¶Interdum tamē & si nō sint cōiuncti, i tamen usus fructus legatus alteri accrescit: ut puta si mihi fundi separatim totius, & ibi similiter k fuerit usus fructus relictus. Nam ut Celsus li. 18. 2† Digest & Iulianus lib. 35. scribunt, 3† concursu l partes habemus: quod & in proprietate contingeret. Nam altero repudiante, alter totum fundum haberet. Sed in usufructu hoc plus est: quia & constitutus & postea amissus, nihilominus ius accrescendi admittit: m omnes enim authores apud Plautium de hoc consenserunt: & ut Celsus, & Iulianus eleganter aiunt, usus fructus quotidie cōstituitur, n & legatur: non (ut proprietas) eo solo tempore quo vendicatur. Cum primum 4† itaq; non inueniet alter eum, qui sibi o concurrat, solus utetur in totum. Nec refert, p coniunctim, q an separatim r relinquatur.

men contra, arg. pro eis hic ceterū &c. & l. inde Neratius. §. respon. & l. pen. vbi vř tunc tm̄ concedere, qn̄ insolidum fuit acquisitus: sed per partes concursu s. inditur. Vel distingue, an in certa parte pro diuiso assignata cuique constituatur vsusfructus, an pro indiuiso, vt in primo casu nō sit locus iuri accrescēdi: in secundo sic: & est ratio: quia in primo non sunt re, vel verbis, vel re, & verbis coniuncti, sicut est in consimilib⁹, quod dic, vt inf. de leg. 2. l. si duobus. & l. idem si apud. §. 1.

a *Ex dominis.*] quibus pro dominicis partibus quæritur. Azo.

b *Non proprietati.*] immo vř non accrescere, sed ad hæredem, siue proprietarium redire, vt ī. de leg. 2. l. & Proculo. quę est cōtra. Sol. ibi recitat quorundam opinionem. s. Proculi, & patris, nō assertiue dicit: ideo seruatur, qđ hic dixit assertiuè Vlpi. secundū quosdā. Alia ꝙ illa posterior corrigat istā; vel illa de rigore, hæc de æquitate. Tu dic ſm lo. ꝙ ibi in legato proprietatis relicto seruo cōi loquitur; hic in legato vsusfr. quod sicut facilius accrescit, ita facilius ius coniunctionis recipiat, vt arg. ī. ea. l. §. interdum.

c *Titio.*] qui re tantū coniunctus est.

c *Vel de dolo tenebitur.*] in nullo casu uidetur uerum quod hic de actione de dolo dicitur: aut enim iam cœperat usufructus: & tunc cessat de dolo: quia tunc locum habet interdictum, Quod vi aut clam, ut infra quod ui aut clā. l. denique. in princ. & argu. infra ad legem Aqui. Item Mela. § fi. & l. sequen. & arg. sup. de dolo. l. & eleganter. §. si seruum. aut nōdum cœperat, quia hæreditas nondum erat adita, & tunc similiter datur interdictū, Quod vi aut clam. Itē ex testamento, ut sup. de dolo. l. & eleganter §. item si seruum. & inf. de au. & arg. le. si imaginem. Itē pro nihilo poneret, extinguit: nam ex eo uidetur quia iam cœperat. Ad hoc respond. quatuor modis. Primo, ut dicas de dolo, i. ex testamento nomine doli. Secundo, quia hęc vel illa datur, quia illa ex testamēto. Tertio dic quod competat de dolo siue cœperit usufru. siue non: nam & si cœperat, cessat Aquil. quia ædificio non fit res deterior, ut infra ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. Viuiz. & §. sed & si, & §. si sa. ctum. & §. sed & si puerum. & §. rupisse. Eadem ratione nec interdictum datur, ut infra quod vi aut clam, si alius, §. si quis aceruum. Nec obstat quod de annulo submerso, & de similibus dicitur: ibi enim quod meum est, contrectatur: & res quæ mea est, mihi abest. hic nihil meum contrectatur. Item & alia ratione potest cessare interdictum, si ponas ædificantem nec fuisse prohibitum, nec suspicatum fuisse se posse prohiberi, puta si bene credebat fructuarium ignorare vsumfructum sibi relictum, & ideo eo sciente & patiente ædificabat. Item non cœperat usus fruct. multo minus dabitur aliqua prædictarum, & tunc pones uerbum (extinguitur) improprie, ut infra vsufruct. quemadmodum caue. l. 3. § desinere & hoc nisi in testatoris area sit relictus. Quarto, ut loquatur in duobus casibus, idest quando hæres ædifi. auit in insula testatoris, cuius usufructus relictus erat: tunc datur actio ex testamento. Item interdictum, si prohibitus fecit, vel si se prohiberi suspicatus est, & cœpit esse postea fructuarij vsufruct. aliàs actio ex testamento tantum locum haberet. Itē etiam in alio, quando alienæ areæ usufruct. legatus est: & ille extraneus dolo malo, ut usufru. deberi non posse ædificauit: tunc enim hæres nullo modo tenetur, quia in culpa non est: & liberatus est quasi morte rei: quare & contra extraneum unicum superest actionis de dolo auxiliū. Quod autem sequitur, nisi sublato, &c. non ideo dicitur, ut interdictum, etiam si usufru. tempore non perit non cōpetat: sed ob hoc, ut etiam tunc competere dicatur, nisi vsusfru. restituatur. Accur.

d Nisi sublato ædificio. Transacto.] Alioquin fieret restitutio ipso iure, ut infra quemadmo. seruit. amitt. l. si locus. Azo. Sed quomodo competere potest uel de dolo, vel interdictum: cum una biennio, altera anno tollatur, vt usufruct. decem ann. & hic dicit, finito usufructu dari interdictum? Respond. loquitur secundum leges istas, quādo finiebatur usufructus anno uel biennio continuo & annus interdicti erat utilis. Accursius.

1† *Fl. dissol.* [illegible]

sic positum,ª rem mutari; & ita 1† vsumfructum extingui constat.[b] Planè si proprietarius hoc fecit, ex testamēto, vel de dolo tenebitur.[c]

Pomp. lib. 5. ad Sabinum.
LEX VI.

Sed & interdictum, Quod ui aut clam, usufructuario competit.

Iulianus lib. 36. Digest.
LEX VII.

Nisi sub lato ædificio vsumfructum areæ mihi cesserit, tempore l. quod vsusfructus perit, transacto.[d]

Licet mutetur forma in accessorio, non extinguitur in principali. Bal.

Vlp. lib. 17. 2† ad Sabinum.
LEX VIII.

Fundi usufructu legato,[e] si uilla[f] * diruta sit, vsusfructus non extinguitur: 3† quia uilla fundi accessio est: non magis quam si arbores deciderint.

2† *Al. lib. 18.*

* *Villam (Columel. li. 1. c. 6.) diuidit in vrbanam, rusticam, & fructuariam & Var. li. 4. ling. Latin. dictam ait quia fructus conuehebant & idem li. 1. c. 1. de re rusti. & de villa urbana, ut l. videamus §. inter. infra locati.*

3† *Extinguatur.*

Paulus lib. 3. ad Sabinū.
LEX IX.

Sed & eo quoque solo in quo fuit uilla, uti frui potest.

Vlpianus libro 17. 4† ad Sabinum.
LEX X.

Quid tamen si fundus, uillæ accessio fuit?[h] videamus ne etiam fundi vsusfructus extinguatur, & idem dicendum est, ut non extinguatur. Non tantum si ædes ad aream redactæ[i] sint, vsusfructus extinguitur, uerum etiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Planè si per partes reficiat, licet omnis noua facta sit, aliud[k] erit nobis dicendum.

¶ Agri uel loci usufru. legatus 5† si fuerit inundatus,[l] vt stagnum * iam sit, aut palus: proculdubio[m] extinguetur.

¶ Sed & si stagni vsusfructus legetur, & exaruerit sic, ut ager sit factus, mutata re, vsusfructus extinguitur. Non tamen, si arui 6† vsusfructus legetur, & ibi vites 7† sint positæ, uel contra, puto extingui.[n] Certè[o] syluæ vsufructu legato, si (sylua excisa) illic sationes fuerint factæ, sine dubio vsusfructus extinguitur.

4† *Al. li. 18.*

Fundi.] CASVS. Titius legauit vsumfructum fundi, in quo est uilla: si villa decidat, manet vsusfructus areæ in loco ubi fuit uilla: & hoc siue uilla fuit accessio fundi, siue econtra fundum fuit accessio, ut hortus: tamen hoc est si uillæ & fundi relictus fuit vsusfructus. Viuianus.

e *Legato.*] & per consequens villæ quę in eo est. Accur.

f *Villa.*] mala ratio, ut infra l. quid tamen. in principio & ideo subaudi, maxime. Accur.

g Sed & eo. Textu.] supra eodem, repeti. §. rei mutatione. contra. Solut. hic habet usumfructum in solo, ubi est villa, non quia uillæ, sed quia fundi totius, quasi cuiusdam uniuersitatis: nam idem est ubi omnium bonorum est vsusfructus relictus, ut supra de vsufructu l. quoties. §. finali. Accursius.

5† *alias vsufructu legato.*
* *stagnum. Vl. pia. in l. 1. §. 3. §. ut in flum. pub. quid sit, unde sit, ponit Var. li. 4. ling. Lat.*
6† *Al. areæ. Fl. tamen melius congruit superioribus, & inferioribus. Duar.*
7† *Fl. vineæ.*

Quid tamen.] CASVS. Si domus diruat, cuius vsusfructus legatur, extinguitur usufructus. Cætera plana sunt vsque ad §. in nauis. Si legas mihi vsumfructum nauis, & per partes refecta sit, usufructus non extinguitur: secus econtra est, quia tunc extinguitur vsusfruc. quod in domo locum habet.

¶ *Quadriga.*] Si in quadriga tua quæ quatuor equis dicebatur, mihi usumfructum legaueris, & unus equus decesserit: quæritur an extinguatur usufructus in residuis tribus equis. Et disting. aut equorum aut quadrigæ relinquitur usufructus, primo casu remanet in residuis: secundo casu non remanet usufru. & continua l. sequ. cum ista. Viuianus.

h *Accessio fuit.*] eodem casu repete quo uillæ & fundi legauit usumfructum, ut supra eo, l. fundi. & est fundus accessio ut si gratia operis quod in uilla agebat, habuit fundum. econtra si gratia fructuum fundi habuit uillam, ut infra de auro & argento legat. l. & si non sint §. perueniamus.

i *Redacta sint*] & nullæ aliæ sunt refectæ.

K. *Aliud.*] ut non extinguatur: nam quamdiu pars etiam minima superest, etiam in destructa habet usumfructū, ut supra de usufruc. l. si cui insulæ.

l *Inundatus.*] ante mortem, uel post mortem testatoris.

m *Proculdubio.*] ut infra eo. l. si ager.

n *Puto extingui.*] hoc ideo forte, quia etiam vinea durante, sationes ibi fiunt: unde quasi non sit forma mutata, non perit usufr. quasi magis in solo sit usufructus quęsitus ut infra de seru. rusti. præd. l. certo, in sylua autem non fiunt sationes, unde si fuit cæsa, & fiant sationes, rei mutatione extinguitur usufr. vt hic subijcit.

o *Certè.*] uel aduerbium, uel nomen.

Dissolutum.]

a *Dissolutum.*] idest dissolutio ornamenti. Accur.
b *Dissoluta.*] tota simul. Accur.
c *Tabulis.*] mutato consilio nam si ea mēte, vt reficiat, dissoluta sit, rursus composita eadem esse incipit: quæ distinctio in domo non admittitur, vt ꝟ. de verb. obl. l. inter stipulantem, §. at naui s. quæ est ꝟ & ꝟ. de sol. l. qui res, §. areā.
d *Nisi alius.*] scilicet equus. sic & in legato proprietatis, ar. ꝟ. de legat. 2. l. peculium, §. quadri pæ. Accur.

Si cui balinei.] CASVS. Si status rei cuius vsumf. testator legauit, mutatus sit, extinguitur vsusfr. de quo subiicit duo dicta, in quibus extinguitur vsusfr. Viuia.
e *Histrionis.*] & hoc cum nomen artificii in legando expressit: puta lego seruū meū histrionem: & postea ad aliud artificiū trāsferit seruus: vt quia lecticarius fiat: * secus si ad aliud transferit officiū, seu ministeriū, quod non sit artificium, vt si fiat cocus, quia tunc extinguitur, ut ꝟ. de lega. 3. l. legatis, §. si ex officio. Item secus si proprium nomen esset expressū in legāda proprietate: licet in vsufructu hoc non distinguatur. ar gu. ꝟ. de ca. dimi. l. tutelas, §. respon. & ꝟ. de ali. & cib. leg. l. Mela. Sed arg. contra, ꝟ. de vsu, & hab. l. cæterū, §. mulieri. Accur.
f *Ministerium.*] idest artificium.
g *Extinctum.*] id est non incipit si nondū ceperat, vel si ceperat extinguitur.

h *Si vsufructuarius.*] quæritur, si vsufructuarius fecit messem, i. secauit segetē, & adhuc non est in horreo recondita vel coacta, i. batuta: cuius sit? & dicit Labeo, quod est hæredis fructuarii, & idem in olea & vua collecta, licet fiādum coacta, vt inde sint fructus extracti: sed aliud est si adhuc tenetur in terra spica, vel vua in vinea: quia tunc est proprietarii: Item aliud est in ea oliua uel fructu qui per se cecidit: quia est proprietarii. Sed Iulianus corrigēs dicit, quod non sunt fructuarii, vel hæredis eius, nisi in horreo sint reconditi, in bonæ fidei autem possessore efficiuntur eius eo ipso quod a solo sint separati, secundum omnes, Labeonem scilicet & Iulianum. Vel dic secundo, quod facit differentiam inter fructuarium & bonæ fidei possessorē: quia fructuarij sūt statim quod a solo sunt separati, vel a se, vel ab alio nomine suo, sed bo. fid. possess. a quocumque separentur, & cuiuscumque nomine.
i *Stipulam.*] i. blādi sectam siue messem.
k *Labeo ait.*] & male. Azo.
l *Fructumque percipi.*] dicit Labeo.
m *Verum est.*] i. sicut est verum sēm Labeonem sita & hoc est verum, quod subiicit sēm eundē: corrigitur tñ primū per Iulianum. Item no. quod hic est similitudo per contrarium vel expone secundo, vt sonare vř, sēm Ioā. & Azo. quod fructuarii sūt statim vt suo nomine a solo separati sunt: sed in bonæ fid. possess. non requiritur suo vel alieno nomine percipiantur. Azo.
n *Seruād.*] Labo.
o *Decidit.*] hoc nō est hēdis fructuarii.
p *Perceperit.*] nō autē si ab alio pcipiantur, non noie fructuarii, vel per se ceciderint, & sic pdicta nō corrigit, s. n. Io. & Azo. vt hic, & ꝟ. de vsur. l. qui scit, §. in alieno, & §. pterea. s. n. secundum casum. sed secundum primū, percepit, & in horreo recondidit.
q *Sunt.*] a quocūque vel cuiuscūque nomine, secundū secundū casum, vel etiam secundum primum.

r *Excepta Morte.*] quibus duobus modis in totum tollitur vsusfructus, vt ꝟ. eodem, l. 3. §. fin. & C. de vsufruc. l. corruptionem, in fine.
s *Reliqua causa.*] vt non vtēdo, & rei mutatione.
t *Pro parte.*] vt infra en. l. placet. Accur.

Interdū.] CASVS. Si cui vsusfr. serui legetur quādiu manumittatur: eo manumisso extinguit vsusfructus. Viuianus.
u *Interdum.*] hodie semper ad libertatē proprietarius perducet, vt C. cōia de mā. l. 1. §. sed fructuar. non vt ibi dicitur.
x *Perducet.*] scilicet seruum in quo habet proprietatē, & alius vsumfruc.

¶ Si massæ * usufructus legetur, & ex ea uasa sint facta, uel contra, Cassius apud Vrseiū scribit interire usumfructum: quam sententiam puto ueram. Proinde & ornamentum dissolutum, a aut transfiguratum extinguit usumfructum.

¶ In nauis quoque usufr. legato 1 † Sabinus scribit, si quidem per partes refecta sit, usumfructum non interire. Sin aut dissoluta b sit, licet iisdem tabulis, c nulla præterea adiecta restaurata sit: usumfructum extingui; 2 † quam sententiam puto ueriorem. Nam & si domus diruta (fuerit, & 3 † ex iisdem cæmentis lignisque) fuerit restituta, usufructus extinguitur.

¶ Quadrigæ usufr. legato, si unus ex equis decesserit, an extinguat usufructus, quæritur. Et 4 † ego puto multū interesse, equorum, an quadrigæ usufructus sit legatus. Nā si equorum, superent in residuis: si quadrigæ, non remanebit: * quoniam quadriga esse desijt.

Paulus lib. 3. ad Sabinū.

LEX XI.

Nisi alius d ante diem legati cedentem substitutus sit.

Mutato ministerio ex quo depēdet effectus, intelligitur res mutata. Bald.

Vlp. lib. 17. 5 † ad Sabinum.

LEX XII.

Si cui balinei * vsusfr. legatus sit, & testator habitationem ex 6 † hoc fecerit uel si tabernæ, & diætam * fecerit, dicendum est usumfructum extinctum. Proinde & si histrionis e reliquerit usumfructum, & eum ad aliud ministerium f transtulerit, extinctum g esse usumfructum dicendum erit.

Lex ista legitur duob. modis: secūdum primam lec. breuiter h. d. Fructus efficiūtur fructuarij, cū ab eo sint in horreo recōditi bonæ fid. possessoris, eo ipso quod sunt a solo separati. h. d. secundum primam lecturam. secundum aliam lecturam, hoc dicit. Vsufructuarius facit fructus suos, si suo nomine a solo separentur: sed bonæ fidei poss. a quocumque a terra separentur. h. d. secundum istam lecturam Iulianus non corrigit Labeonem, immo declarat: & istam puto veram: quia immo Iurisconsultus approbat dictum Labeonis ibi, Sed vt verum &c. Bar.

Paulus lib. 3. ad Sabinum.

LEX XIII.

Si vsufructuarius h y † messem fecit, & decessit, stipulam i * quæ in messe 8 † iacet, hæredis eius esse Labeo ait: k spicam autem 9 † quæ terra teneatur, dñi fundi esse: fructumque percipi l spica, aut fœno cæso, aut uua ademta, aut excussa olea quamuis nondum tritum frumentum, aut oleum factū, uel vindemia coacta sit. Sed ut uerum m est quod de olea excussa scribit, n ita aliter obseruandum de ea olea quæ per se decidit. o Iulianus ait, fructuarij fructus tunc fieri, cum eos perceperit: p bonæ fidei autem possessoris, mox quam a solo separati sunt. q

Pompo. lib. 3. ad Sabinū.

LEX XIIII.

Excepta capitis diminutione uel morte, r reliquæ causæ, s uel pro parte t interitum usufructus 10 † recipiunt.

Vlpianus lib. 18. ad Sabi.

LEX XV.

Interdum u proprietarius ad libertatem perducet x si fortè usufructus fuerit tamdiu legatus, quamdiu

* *Massa hic eadem materia auri, argenti, aeris ve significat. & concor. l. si Quis nauri, §. quis massam, inf. de furt. cum & in alio sin su accipiatur alibi. Cassiod. & Greg. vt apud Prat in Lexi in ver. Massa.*
1 † *Flor. deest, legato.*
2 † *Flor. extinctum.*
* Lecticarii serui dicebā tur qui lecticā gestabāt. Se nec. lib. epist. 29. Tertull. in lib. ad vxor.
3 † *Flo. inclusa histoniis [] desunt.*
4 † *Flor. deest, &.*
* *Remanebit.*] *hoc ea vine dicit, qa quadriga ex corpore & pro terra. quatuor equis tradi solito, & p numero quatuor equorū dici scire debemus, inf. de verb. oblig.*
5 † *Alias lib. 18.*
* *Balneum & balinea differunt, quia aliud priuatū aliud publicum. Varro de lin. Lat. li. 8. Iuris. tamen p misceri accipiunt.*
6 † *Flo. deest, ex.*
* *Diæta quid sit, admodum habes sup. ad l. equissimū, §. sed si vendiderit, super ver. diætas, supra de vsufrut.*

7 † *Flo. fructuarius.*
* *Lud. Ro. singul. 549. dicit istum text. probare, quod appellatione fructus venit palea: sed dic quod tex. non loquitur aliquo pacto de palea: nec si bene inspicietur hoc probabit Bal. Ad. noster hoc non probet vt voluit. Bologn. in memoriis in terpr. hic. tamen p Lud. Ro. ego addo eo tex. hos probante, quod si subtiliter videatur, in l. fin. §. fin. C. de locat. & aq. quem tex. alleg. Bapt. de Castello. in addit. Lud. Roman. vbi supra.*
8 † *Alias, quæ de messe, iacet.*
9 † *Flor. deest, autem.*
10 † *Flor. perimunt.*

Manu-

a *Manumittatur.*] a proprietario. Accursius.

S*I sub conditione* [CASUS. Reliquisti vsumfruct. sub conditione, si nauis ex Asia venerit: vsusfru. interim est apud hæredem: & idem hæres alij legare poterit, quod si conditio mea extiterit, vsusfru. illius cui hæres legauit, extinguitur, & ad me conditio redibit: & si ego usumfruct. amittam, non redibit ad illum cui hæres tuus legauit. Viuianus.

b *Finiatur.*] quia ius quod habebat, & non plus, uidetur legasse, vt infra, de leg. i. l. si domus, §. penult.

c *Amisero.*] postquam habuero. Accur.

d *Ad legatarium.*] sed ad proprietatē. Ac.

e *Non contingit.*] vt & arg. ff. de bo. pos. l. sed cū patrono, in pri. & ff. de tribu procuratoris, §. si plures, & §. sed si duas sed ar. ff. ff. de re milit. l. si certarum, §. Iulianus, & §. quod si alterutra.

S*I tibi.*] CASUS. Testator vsumfr. mihi purè legauit: Titio autē proprietatē nudam sub conditione, si nauis ex Asia venerit. conditione pendente ego fundū emi ab hærede, & sic per consolidationem amisi vsumfructū formalem: extitit postea conditio, plena proprietas ad eum transibit, licet fuerit nuda legata. Viuianus.

f *Acquisieris.*] emendo ab hærede.

g *Neque interest.*] nō est differentia te ipso tione, prædictæ: vel in prædicta respōsione distinctio: sed cōtra supra, de vsufruc. dominus fructuario. Sol. ibi amisit proprietatem ex causa quæ fingit nondum proprietatem quæsiuisse, hic non ita. Azo. vl solue ut ibi. Accur.

h *Amisisti.*] per consolidationē, si dominiū mutaretur. Acc.

S*I seruo*] CASUS. Decessisti relicto hærede, tu tamen habuisti seruum, antequam tuus hæres adiret hære. illi ... o ser uo relictus fuit vsusfru. an hæredi tuo acquiratur? Et respō. quod si ... & valet legatū, cum hæres adibit: quia dies non cedit ante aditam hæreditatem. Viuianus.

i *Adita.*] scilicet hæredem.

k *Mutato.*] quod fieret, scilicet, interiret, si hæreditati, quæ domina est t. quæreretur, & per eam hæredi futuro: vt inf. ad l. Aquil. l. huic a respō. & inf. si quis testamēto se fuss. l. j. §. 1. hic autem non cedit nisi hæreditate adita, ut hic, & ff. quando dies ususfr. leg. ced. l. j. §. hac ratione. & infra quando dies leg. ced. l. cum ita §. fi. & ff. de stipul. ser uo. l. vsusfruct. vnde non nocet dominij mutatio de hærede in hæredem.

l *Dominio.*] scilicet serui.

manumittatur. a nam incipiē te proprietario manumittere, extinguetur vsusfructus.

Ex testamento diuersorū non est locus iuri accrescē di. quam l. no. quia est vna de regulis in materia iuris accrescendi. Bartolus.

Idem lib. 5. Disputationum.

LEX XVI.

SI sub conditione mihi legatus sit vsusfructus, medioque tempore sit penes hæredem, potest hæres vsumfructum alii legare quæ res facit, vt si cōditio extiterit mei legati, vsusfru. ab hærede relictus finiatur. b Quod si ego vsumfructum amisero, c non reuerteretur 1 † ad legatarium, d cui ab hærede purè legatus fuerat; quia ex diuersis testamentis ius coniunctionis non contingit. e

Consolidatio voluntaria perimit vsumfructum, nec postea reuiuiscit. Bartolus.

Iulianus lib. 35. Digestorū.

LEX XVII.

SI tibi fundi vsusfructus purè, * proprietas autem sub conditione Titio legata fuerit, & 2 † pendente conditione dñium proprietatis acquisieris, f deinde conditio extiterit, pleno iure fundum Titius habebit. neque interest, g quod detracto vsufructu proprietas legata sit. Tu 3 † enim dum proprietatem acquisieris, 4 † ius omne legati vsusfructus amisisti. h

Pōpo. li. 5. alias 3. ad Sab.

LEX XVIII.

SI seruo hæreditario ante aditam hæreditatem legatus vsusfructus fuisset, magis placet adita hæreditate cum vsumfructum ad te i transire: nec interire quasi mutato k dominio: l quia nec dies ante cesserit, quam tu hæres extiteris.

Caius li. 7. ad edi. prouin.

LEX XIX.

NEque vsusfructus, m neque iter, actusve n dñij mutatione amittitur.

Vsu partis retinetur ius totius a sciente: secus ab ignorante. Bart.

Paulus lib. 15. ad Plautium.

LEX XX.

IS qui vsumfructum habet, si tm̄ vtatur, quia existimet se vsum tm̄ habere, an vsumfr. retineat? Et si quidē sciens se vsumfructum habere, tantum vti velit, nihilominus & frui videtur. o si vero ignoret, puto eum amittere fructum. p non. n. ex eo quod habet, vtitur: sed ex eo quod putauit se habere.

Modestinus lib. 3. Differ.

LEX XXI.

SI ususfructus ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur, 5 † ciuitas esse desinit, ut passa est Carthago: q ideoque quasi morte desinit habere usumfructum.

Vxor retinet possessionē per maritum, & maritus per uxorem; & idem per reliquam familiam. Bartolus.

Pompon. lib. 6. ad Q. Mut.

LEX XXII.

SI mulieri usus domus legatus sit, & illa trans mare profecta sit, r & 6 † constituto tempore ad amittendum usum absuerit, maritus uerò domo usus fuerit, retinet nihilominus usum 7 † quemadmodum si familiam suam relictus alicuius rei ususfructus, per maritū retinet usum, si absens fuerit. Item retinet per familiam, idem econtra: quia uir retinet per vxorem: quia magis uidetur uir uti per uxorem, quam uxor per uirum. Viuia.

r *Profecta sit.*] non relicta familia, in domo, & per hoc differt a casu se.

N*Eq; vsusfructus.*] CASUS. Si habeo in fundo tuo usumfr. serui, personalē vel realem, eum non perdo, licet tu alienes proprietatem fundi.

m *Neq; vsusfructus.* vt sup. de vsufr. l. locum. §. proprietarius.

n *Actusve.*] vt ff. de serui. rust. præd. l. uia. §. si fundus. Accur.

I*S qui vsumfructū.*] CASUS. Si habeo vsumfruct. in fundo tuo, & tantum utor aut facio sciens, aut ignorans primo casu retineo usumfru. nec amitto. Secūdo casu amitto vsumfr. Viui.

o *Videtur.*] quia ius suū facit durare: ut arg. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. l. sicut, §. non videtur. & inf. quemad. ser. amit. l. 2 & l. si illicidij, §. fin.

p *Fructum.*] sed an habeat usum, uidetur quod non. nā si errādo ... quæreretur: quod est ... non debetur ff. de viuca l. si fundū, & l. si fure, §. j. Quare dicas durare usumfr. licet non duret quantum ad commodum ususfruct. ut hic dicit, sed usus. Itē no. hic, errorem nocere. sic & ff. de acceptilat. & per iusiurādum, §. si quis usumfru. & ff. de reb. dub. l. qui habebat, & ff. de acquir. hære. l. is qui putat. & de test. l. qui a latronibus, & ff. quemadm. seruitus amitta. l. si quis alia aqua, & l. fin. Accur.

S*I vsusfructus.*] CASUS. Si legetur vsusfr. ciuitati, & in eā inducat aratrum? an vsusfr. amittatur. Et respon. quod sic Vin. q *Carthago.*] & Troia. Idē forte si eo proposito inde discedāt homines ne eo reuertantur, ut ff. de coll. l. o l. pen. j. ā nisi cōsilio ex seipsis ciuitatē cōstituat. quia tūc est eadem vt ciuitas.

S*I mulieri.*] CASUS. Mulier cui

1 † *Floren. Dimaret reuertatur.*

* *Considerabat proprietatem, vt est qd separatū ab ipso vsufructu. l. si dominus nuda proprietatis. sup. de vsufructu. Considera tur, & secundo, vt est qd separatum a possessione, l. naturaliter § nihil com. ff. de acqui. poss. & l. incert. C. de interdic. Consideratur & tertio, vt non sit quid separatum ab ipso domino, l. 2. §. quadam ff. de interdi. vltimo consideratur, vt est quid separatum ab ipso domino l. si pr cura ... ff de acq. rerum dom.*

2 † *Flor. de est, &.*

3 † *Flo desit tu.*

4 † *Flor. ad quira.*

5 † *alias, in ea ducatur. & Quo cuertendis olim urbib aratrū inducetur, pulchrè Cornus Rhodig. lib. 14. c. 5. et Cic. Philip. ... vt vexillum tolleret, & aratrum circumduceret.*

6 † *alias prefecta constituto.*

7 † *Flo. retinetur nihilominus vsus.*

Relic-

a *Reliquiſſet.*] per quã retinetur ſeruitus, vt ꝭ. quemadm. ſer.amit. l.vſu retinetur.
b *Eaq;*. ſcilicet mulier.
c *Vxorem.*] quæ ſecum poteſt vti, vt ꝭ. de vſu & hab.cete-rum. §.mulier. Accurſius.

domi 1† reliquiſſet, a eaq; b peregrinaretur. Et hoc magis dicendum eſt, ſi vxorem c in domo reliquerit maritus, cum ipſi marito vſus domus legatus ſit.

Idem lib. 26. ad Q. Mut.

L E X XXIII.

SI ager, cuius vſufructus noſter ſit, flumine, vel mari inundatus fuerit, amittitur d vſusfructus, cum ipſa etiam proprietas eo caſu amittatur. Ac ne piſcando quidem retinere poterimus vſumfructũ: ſed quemadmodum ſi eodẽ e impetu receſſerit f 2 † aqua quo venit, reſtituitur proprietas; ita & vſumfructum reſtituendum eſſe 3 † dicendũ eſt.

Iabolenus lib. 3. ex Poſteriorum Labeonis.

L E X XXIIII.

CVm vſumfructum horti haberem, flumen hortum occupauit, deinde ab eo receſſit, ius quoque vſusfructus mihi 4 † reſtitutum g eſſe Labeoni videtur: quia id ſolũ h perpetuo eiuſdem iuris manſiſſet. Sed 5 † ita id verum puto, ſi flumen inundatione hortum occupauit Nam ſi alueo mutato inde manare cœperit, amitti vſumfructũ exiſtimo: cum is locus aluei publicus eſſe cœperit, nec in priſtinum ſtatum reſtitui poſſit. i 6 † Idem iuris in itinere & 7 † actu cuſtodiendum eſſe ait Labeo, de quib. k reb. ego idem quod in vſufructu ſentio.

¶ Labeo ait; 8 † Nec ſi ſumma terra l ſublata ex fundo meo, & alia regeſta m eſſet, ideirco meum ſolum eſſe deſinit, non magis, quàm ſtercorato agro.

1† Flo. in do-mus. & idem infra.

SI ager.] CASVS. Habeo vſumfructum in agro. flumen cum impetu inundat agrum. vtrum vſumfruc.amittam? & diſtinguitur. Nam in prima parte flumẽ fecit alueum: in ſecunda nõ. Idem dicit lex ſequens vſq; ad l.placet. ꝭ. eo. Viuianus.

d *Amittitur*] vt Inſt. de rer.diuiſ. §.alia ſane, quæ eſt ꝭ Sol hic mandauit vt alueum ſibi faceret, vt ſ. eod. l.quid tñ. §.agri. & ꝭ. de acq.rer.do.l.ergo. §.alluuio. poſſeſſionem autem conſtat amitti, vt inf.de acq. poſſ. l. qui vniuerſas. §.item ꝙ à mari.

2† Fl. diceſſerit.

e *Si eodem.*] id eſt, ſimili impetu. & hoc de æquitate. Vel hic mutat caſum, quãdo eodem: & ſic non fecit alueum: ſed ſup. non eodem. & ita ibi eſſet ſecus. Et dic, reuertitur quatenus de facto exiuit. Et ſecundum hoc non eſt contra. inf.de acqui. rer. dom. l. adeo. §. inſula.in fi.

3† Fl. deeſt, eſſe & dũ hic infra eſt Labolenus legis Labeonis.

f *Receſſerit.*] mutat ergo caſum: quia ſupra fecit alueum, hic non: & ſic non ob. ꝭ. de acq.rer.do.l.adeo. §.inſula.in fi. Vel eodem.id eſt, ſimili impetu. & hoc de æquitate. Accur.

4† Fl. deeſt, mihi.

5† Flo. deeſt, ſed.

g CVm vſumfructum. Reſtitutum.] quatenus de facto receſſit: verè autẽ non fuit amiſſus: vt puto hoc primo caſu.

6† Fl poſſit.

7† Alias atinere actuq;.

h *Id ſolum.*] id eſt, illa terra.

i *Reſtitui poſſit*] De ſtricto iure: ſecus de æquitate, vt ꝭ. de acq. rer.do.l adeo §.inſula. & §. quod ſi poſt. & ꝭ. quemadmo.ſer. amit.l. ſi locus.

8† Fl. deeſt, ait.

k *De quibus*] id eſt, de itinere, & actu quo ad rigorem iuris: ſed de æquitate ſimiliter ſecus: vt infra de itin. actuq; priua.l. j. §. ſi quis vel. Accurſius.

l *Summa terra*] id eſt, ſupereminens.
m *Regeſta eſſet.*] id eſt, alia terra repoſita.
n *Lacet.*] ſupra eo.l.excepta Accur.
o SI ager. Reſtituetur.] nam & res habent poſtliminium, vt ꝭ de c. & poſt lim.reuer. l.poſtliminium. §.reſpon. Accur.

SI ſeruus.] CASVS. Vſusfruct. cuiuſdam ſerui meus erat, proprietas autem tua. ille ſeruus mihi damnum dedit, & tu dediſti eum pro noxa, confunditur vſusfru. & ita tu liberaris, quòd non teneris mihi in alio. Viuian.
p *Liberabitur.*] proprietarius à præſtatione vſusfructus.

Pompo.lib.11.ex varijs lectionibus.

L E X XXV.

PLacet, n uel certæ partis, uel pro indiuiſo uſufructum non utendo amitti.

Paul.lib 1.ad Neratium.

L E X XXVI.

SI ager ab hoſtib. occupatus, ſeruusve captus, liberatus fuerit, iure poſtliminij reſtituetur o uſusfructus.

Idem lib. 1. Mannalium.

L E X XXVII.

SI ſeruus, in quo uſusfructus alienus eſt, noxæ dedatur à domino proprietatis uſufructuario, liberabitur, p confuſa ſeruitute, proprietatis comparatione.

Idẽ li.15.aliàs,13.ad Plau.

L E X XXVIII.

SI uſusfructus alternis annis legetur, conſtat 9 † non poſſe non utendo eum amitti: q quia plura ſunt legata.

Per colonum ſuo nomine poſſidentem nõ retinet fructuarius poſſeſſionẽ, licet uſumfructum locauerit, et annuã receperit penſionẽ: ſed per colonum coloni bene retinet poſſeſsionẽ. Bal.

Vlpian.lib.18.10† ad Sabin.

L E X XXIX.

POmponius quærit: Si fundum r à me s proprietarius conduxerit, cumq; fundum uendiderit Seio, uſufructu non deducto, an uſumfructum per emptorẽ retineam? & ait: licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen uſumfructum amitti: t quia nõ meo noĩe, ſed ſuo fruitus eſt emptor: teneri plane mihi ex locato proprietarium, q̃ri mea interfuit id factum non eſſe, u q̃q̃ ſi à me conductum

SI vſusfructus.] CASVS. Titius legauit mihi vſumfr. alternis annis, & ſi tot ſunt legata, quot ſũt anni illius in vſufru.nõ poſſum perdere iuris præſumptione non vtendo. Viu.
q *Amitti.*] vſusfr.tñ vniuſcuiuſq; anni decennio inter pñtes, 20.inter abſentes tollitur, ex quo competere cœpit: quia oĩs obligatio quæ recipit dationem, per ſingulos annos põt tolli, ex quo cõpetere cœpit, vt C.de pſcri. 30. ann.l.cum notiſſimi. §. in his. ſm Ioã. & Azo.vt ibi dixi.

POmponius] CASVS. Ego fructuarius locaui in quenquennium ius percipiendi fructus pprietario: proprietarius verò alij plenam proprietatem vendidit, an amittam vſumfr. Rñd.ꝙ ſic Sed quid, ego locaui proprietario, & ipſe locauit: an perdam non vtendo? dicit ꝙ non: imò retineo ius ſi non vtor: ſed ſi locauit alij ſuo noĩe, quia conductor non fruitur nomine meo, ſecus eſt: nam hoc caſu amitto vſũfruc.neq; retineo: ſed ſi ego vendidi proprietario vſumfruct. vſq; in quinquenniũ: & ipſe proprietarius alij ſimpliciter vendat: perdo, non vtẽdo vſumfr. quia nõ meo noĩe fruitur emptor.

9† Flo. deeſt, conſtat.

10† aliàs, 17.

¶ *Idem Pomponius.*] Teſtator legauit mihi vſumfruct. fundi: & rogauit me vt Titio reſtituam. quamuis ceſſet Titius petere, non perdit Titius vſumfruc. non vtente me legatario. Viuia.
r *Si fundum.*] fundi vſumfruct. Accur.
s *A me.*] vſufructuario. Accur.
t *Amitti.*] imò ꝯ. vt C.de pſcri. 30. ann.l. malæ q́ eſt ꝯ. Sol. hic alius penſionem ſoluit, & alius tenet: & ego fructuarius poſſidere deſij, tradente proprietario emptori, vt ꝭ. de acq. poſſeſſ.l.3.§ quod ſi ſeruus ſed repeto per condictionem ex lege, ut C.de acq.poſſeſſ l.fi. Azo.
u *Non eſſe.*] forte quia locaui ad tempus vſumfru.quo finito reuerti ad me vſusfruct.debebat: alioquin amiſſionis non uideor pati incommodum. Accur.

a *Locauerit*] etiam suo nomine, vt ꝟ. de acq. possess. l. qui v iuertas § fin. quia frui videor per istum interpretatiue.
b *Suo nomine.*] cum à me non conduxisset.
c *Fruitur*] vere, vel interpretatiue, vt s. proxi. respon.
d *Vsumfructum.*] i. facultatem fructuum percipiendorũ.
e *Amitti.*] sed quid nocet mihi amissio: cũ iam vendideram? Rñd. vendideram ad tpˢ perceptionẽ fructuum, vel vendideram pro 10. singulis annis: sed forte remanet personalis.
f *Idem Pomponius.*] aliàs §. idẽ Pompo. & aliàs l. si legatum. & facit ꝟ. si vsusfruc. peta. l. qui vsumfructum. & s. eod. l. si legatum. Accur.
g *Per te.*] i. tuo nomine, vt tu nõ amittas: an verò per me, & mihi noceam.
h *Allumẽ.*] ex testõ. & dic, id est efficacẽ.
i *Habiturum.*] nec obest tibi ꝙ ego possedi.

1 † Fl. alicui alij.

2 † fine, an loqu Duar.

3 † Aliàs per te.

vsumfructum quis 1 † alij locauerit, a retinetur vsusfructus. Sed si proprietarius eum locasset suo nomine, b dicendum amitti: non enim meo nomine fruitur c colonus. Sed si emptum a me vsumfructum d proprietarius vendidisset, an 2 † amitterẽ vsumfructum, quærendum est. Et puto amitti, e qm & hic non ut à me empto fruitur fundi emptor. ¶ Idem Pomponius f quærit; Si legatũ mihi vsumfructum rogatus sim tibi restituere, an per te g 3 † frui videar, nec amittatur vsusfructus? & ait dubitare se de hac quæstione: sed est verius (quod Marcellus notat) nihil hanc rem fideicommissario nocere: suo enim nomine vtilem actionem h eum habiturũ. i

Caius lib. 7. ad edi. prouin.

LEX XXX.

CAro & corium mortui pecoris in fructu non est: quia mortuo eo extinguitur vsusfructus.

Pomp. li. 3. 4 † ad Q. Mut.

LEX XXXI.

CVm gregis vsusfructus legatus est, & eousque numerus peruenit gregis, ut grex non intelligatur, k perit l vsusfructus.

C*Aro*] CASVS. Si habeo vsumfructum in boue, & moritur bos, ad me non pertinet caro & corium Viuian.

C*Vm gregis.*] CASVS. Si habeo vsumfructum in grege: si perit grex, ita ꝙ nõ remanerent nisi v. oues: perijt vsusfruct. Viuian.

K *Intelligatur.*] Puta ad pauciores quã x. vt inf. de abigeis l. oues. Accursius.

l *Perit.*] aliter si singulorũ esset relictus vsusfructus, vt arg. s. e. l. quid tñ. §. fin. Item aliter in legato proprietatis, vt ꝟ. de leg. j. l. si grege. & Inst. de lega. §. si grex. Item nisi & si domus sit mihi legata, & ad aream peruenerit, nihilominus debetur legatum proprietatis: licet vsusfructus extinguatur, vt argum s de rei vend. l. solum § j. & infra de sol. l. qui res. §. aream. & sup. eod. l. repeti. §. rei mutatione. Accursius.

4 † Aliàs li. 4.

TITVLVS V.

De vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, vel minuuntur.

Quædam sunt res, in quibus non cadit vsusfructus distinctus à proprietate; quia vsu consumuntur; & ideo tunc nõ interponitur cautio de vtẽdo salua rerum substantia; quia est impossibile, sed de æstimatione restituẽda: & transfertur dominium. h. d. vsque ad §. si pecunia. in l. hoc Senatuscons. B.

DE VSVFRVCTV earum rerum &c.

Id est quasi, vt infra eod. l. ij & Instit. de vsufruct. §. constituitur [illegible] vero [illegible] nullam esse rem, quæ non cadat in vsusf [illegible] legatum, vel stipulationẽ, vt l. vsusfructus. ad leg. Falcid. [illegible] ex S. C. [illegible] cautionis etiam earum abusus [illegible] quarum vsusfruct. constituitur.

m S*Enatus*] cuius nomen non habemus. Accur.
n *Quo*] Author loquitur. Accur.
o *Vsusfructus.*] idest, quasi, vt ꝟ. l. prox. vers. n. esse non potest, naturali, vel simili ratione vt Insti. de vsu. fruc. §. constituitur, & facit inf. ad leg. Fal. vsusfruct.

Vlp. li. 18. aliàs 17. ad Sab.

LEX PRIMA.

SEnatus m censuit, ut omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, vsusfructus legari possit. Quo n Senatusconsulto inductum videtur, vt & 5 † earum rerum quæ vsu tolluntur uel minuuntur, possit vsusfructus o legari.

Caius lib. 7. ad edi. prouin.

LEX II.

SEd de pecunia recte caueri p oportet his, à quibus eius pecuniæ vsusfructus legatus erit. Quo Senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniæ usufructus proprius 6 † esset.

Nota ꝙ id quod negat lex, natura non audet: ad hoc allegatur hęc lex. Bal.

¶ (Nec. n. naturalis q ratio authoritate * Senatusconsulti 7 † mutari potuit) sed remedio introducto cœpit quasi vsusfructus haberi.

Vlpia. li. 18. ad Sabinum.

LEX III.

POstquam 8 † omnium rerũ usufructus legari poterit, r an & nominum? s * Nerua negauit: sed est uerius (quod Proculus & Cassius existimant) posse legari. Idem tamen Nerua ipsi quoque debitori posse 9 † usumfructum legari scribit: & remittendas ei 10 † usuras.

Paulus li. 1. ad Neratiũ.

LEX IIII.

ERgo cautio s etiam ab hoc t exigenda erit.

Vlpia. li. 18. ad Sabinum.

LEX V.

HOc Senatusconsultũ u non solum ad eũ pertinet, qui pecuniæ usumfructum, uel cæterarum x rerum [...]

p S*Ed de pecunia.* Caueri] impropriè, ponitur enim ꝓ satisdatione, vt C. de verb. sign. l. 3. & C. de vsufructu. l. j. & ꝟ. eo. l. tribus.
q *Naturalis.*] vel ciuilis, vt Instit. de vsufru. §. constituitur. & hoc expone, vt ibi. Accursius.

P*Ostquam.*] CASVS. Dictũ est ꝟ. eo. in l. j. ꝙ omnium rerũ põt vsusf legari. sed nunquid & nominũ? vt ecce Titius hẽt debitorẽ: an possit mihi Titius illius nois vsumfru. legare. Et rñ ꝙ sic. & Nerua dicit ꝙ nõ: sed male dixit: imo plus dico quia etiam ipsi debitori potest legare, & vsuras ei remittere: sed satisfare debet ille debitor cui est legatus vsusfructus.
r *Poterit.*] vt & s. de vsufr. l. omnium. Ac.
s E*Rgo cautio*] id est satisdatio. sic C. de procu. l. j.
t *Ab hoc.*] scilicet debitore. Accur.

H*Oc Senatusconsultum.*] CASVS. Si legas mihi usumfructum in aliena pecunia, an ualeat tale legatum, quæritur. & respond. ꝙ sic.
¶ *Si pecunia.*] Titius legauit mihi usũfr. pecuniæ, hæres mihi dedit, oblitus exigere cautionem de restituendo, põt hæres scilicet postea, usufr. durante, petere cautionem per condictionẽ certi. Item finito usufruct. petet ipsam pecuniam condictione certi generali, quæ est si aliquis leget mihi usumfructum pecuniæ siue usum: idẽ est ut debeam satisda re de tanta pecunia restituẽda, si moriar, uel capite minuar: & debeo satisdare de tanta pecunia restituenda: siue iam sit data, siue postea detur: & hoc dicit hic, & infra eod. l. si tibi. Viuianus.

u *Hoc Senatusconsultum.*] quo permittitur constitui quasi vsusfruct. in rebus quæ vsu consumuntur. Accur.
x *Cæterarum.*] quæ vsu consumuntur. Accur.

5 † Fl. eorũ. &c.

6 † Fl. proprius.

* Hãc sententiam late explicat Cicero lib. 2. de legib.
7 † Senatus cõmutari.

8 † Fl. postq. &.

* No ꝙ pater dicitur habere & in nibus filij vsumfr. uel. quia est legitimus administrator, & not. in l. 1. C. de bo. mat. secundum B.
9 † Flo. debitori posse.
10 † aliàs usuras.

Habuit.

a *Habuit.*] in suo dominio.
b *Cautio*] id est non fuit præstita.
c *Posse condici.*] amplius,& rei vend.datur,si non sit præstita cautio in his rebus in quibus uere vsusf. est. ut infra vsufr. quemad. ca. l. § ususfructus nomine. secus in his, quarum dñium fuit translatum, quia hoc agitur, non sic agitur & aliis: Item quod dicit, condictionem dari, hoc est uerum, si in aliquo tempore fuit dominus ille qui uult condicere cautionem, alias non datur ei condictio: sed actione in factum ei consuletur ad ipsam quantitatem, ut infra ad exhib. l. Iulianus. §. si tibi decem, & fortè ad cautionem eadem actio locum habet, ut infra de præscri. uer. l. partis: Item ei quod dico dari condictionem, est contra. infra de leg. 2. l. pe. §. fratre. Solut. hic interest agentis præstari cautionem, ut cuilibet patet, ibi nullum est interesse hæredis, cum ipse sit liberatus se me præstando. Item facit inf. de condict. indeb. sed & si. §. fina. Accur.

1 † Fl. &c.

* Abusus est proprie malus vsum signi ficat: hic tamē pro consumptione vel denominatione rei per vsum facta sumitur. Bar.] & hic adde l. sed si possessore. §. 1. versic. sed si. ff. de iurtrun.

a † Fl. desit, est.

b † Fl. absumptione.

c † Fl. Sed.

5 † Flo. probat.

d *Condici.*] per actionem in factum, aut in certi. ut inf. de præscr. uer. l. partis. quæ est contra. sed solue ut ibi. item certi condictione, ut infra si certum peta. l. si quis certum. & l. certi condictio. in princ.

e *Idem continere.*] nec plus, nec minus: hoc autem facit qualitas ipsius rei, ut infra eod. l. quoniam § 2. Idem in sylua, ut infra de usu & hab. l. diuus. Accur.

f *Si tibi.*] CASVS. Tria dicit. Primum, Titius legauit tibi decem millia in plena proprietate, & mihi usumfruc. eorundem: habeo dimidiū vsusfructu aliam dimidiam cum proprietate. Secundo, idem in fundo. § Si Titius legauit tibi plenam proprietatem fundi, mihi vsumfruct. eiusdem fundi: nam ego dimidium ususfructus habeo, tu aliam dimidiam habes, sed tamē cum proprietate. Tertio modo, testator legauit mihi & Titio vsumfru 10. millium, diuiditur inter vtrosque: & uno nostrum

6 † alias decē millia.

7 † alias decē millia.

8 † Restitui nostra passim in Pandect. Flo. legitur, pro restitutu vs. ehsa sylla ba. Anton. Aug. lib. 2. emend. c. 2.

tum, quas habuit, a legauerit, verū ēt 2 † si fuerint alienæ.

Cautio omissa condicitur per condictionem incerti. Bal.

¶ Si pecuniæ sit vsusfructus legatus, uel aliarum rerum q̃ in abusu* consistunt, nec cautio b interueniat, uidendum est 2 † finito vsufructu, an pecunia, quæ data sit, uel cæteræ res, quæ in consumptione 3 † sunt, condici possint. Et 4 † si quidem adhuc constante usufructu cautionem quis uelit condicere, dici potest commissam cautionem posse c condici incerti condictione; sed finito vsufructu ipsam quantitatem Sabinus putat posse condici. d quam sententiam. & Celsus lib. 18. Digestorum scribit. 5 † quæ mihi non inarguta uidetur.

¶ Quæ in vsufructu pecuniæ diximus, uel cæterarum rerū quæ sunt in abusu, eadē & in vsu dicenda sunt. Nam idem continere e vsum pecuniæ & usumfructum & Iulianus scribit, & Pomponius lib. 8. de stipulationibus.

Legatarius vsusfructus pecuniæ cauet legatario proprietatis eiusdē pecuniæ: & de sua manu habet percipere, sicut in vero vsufructu: & fructuarij debēt cauere sibi adinuicem propter alios super ius accrescendi. Bal.

Iulianus lib. 35. Digestorum.

LEX VI.

Si tibi 10. millia 6 † legata fuerint, f mihi eorundē x. millium vsusfructus, fiēt quidem tua tota x. millia; 7 † sed mihi 5. millia numerari debebunt: ita ut tibi caueam tempore mortis meæ, aut capitis diminutionis restituturum. 8 † Nam & si fundus tibi legatus fuisset, mihi eiusdē fundi ususfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem; g sed partem h cum vsufructu, partem sine vsufru-

ctu, & non hæredi, sed tibi cauerem boni uiri arbitratu.

¶ Sed & 9 † si duobus eorundem x. millium 10 † ususfructus legatus i fuerit, q nq; millia 11 † accipient: & inuicem k 12 † hæredi satisdabunt.

Caius lib. 7. ad editum Prouinciale.

LEX VII.

Si tibi 13 † vini, olei, frumēti vsusfructus legatus fuerit, 14 † proprietas ad legatarium debet transferri: & ab eo cautio desideranda est, ut qñcunque 15 † is mortuus, aut capite minutus sit, eiusdem qualitatis l res restituatur: aut æstimatis rebus, certæ pecuniæ nomine cauendum est; quod & cōmodius est. Idē, &. de cæteris quoq; reb. quæ vsu cōsumūtur, 16 † intelligem*

Quando plures hæredes sunt grauati in præstando vsumfructum pecuniæ, & etiam cauendo pro legatario, duo versantur in legato, scilicet datio pecuniæ, & factum, id est cautio: & pro legatario debet hæres vnus cauere alteri, & alter alteri, & legatarius etiā cogitur promittere tanquam principalis persona: & si finito vsufructu fideiubens soluat, non repetit, quia ex necessitate fideiussit, & legatū istud quantum ad secundum caput de fideiubēdo, videtur appositum fauore legatarij, non fauore hæredum. Bal.

Pap. lib. 17. 17 † Quæstionū.

LEX VIII.

Tribus m hæredib. n institutis, vsumfructum 15. milium Titio legauit, & duos ex hæredib. iussit pro legatario satisdare. Placebat o utile esse cautionis quoque legatum: p nec refragari Senatusconsulto, 18 † q a cautio q

deficiente redit ad alterum, non ad hæredem: & ideo et nos & hæredem caue nus de restituendo tantum in morte, uel capit. dimin.

f *Legata fuerint.*] in plena proprietate. Accur.

g *Proprietatem.*] vt & supra de usufructu accrescen. l. idem Neratius §. non solum.

h *Sed partem.*] Etiam si testator eius animi fuerit, ut vellet te habere proprietatem nudam, quia interdum plus ualet quod scribitur, quam quod agitur, ut j. de usufru. le. l. si alij.

i *Legatus*] ab hærede.

k *Et inuicem.*] scilicet vnusquisque alteri de tanta pecunia restituenda, si morieris, aut capite minueris, propter ius accrescendi quod est inter eos: & est hic aliud quam in usufructu uero: quia ibi proprietario cauetur, non socio, quia res extat, quam uendicare posset per confessoriam, petendo in ea seruitutem: hic non. Alii exponunt sic: inuicem, idest, vterque simul satisdare hæredi debet. Sed duplex copula, & illius uerbi significatio, scilicet inuicem eis repugnat.

l *Si tibi vini.*] CASVS. Legasti mihi usumfru. in uino frumento, uel oleo: hæres quidem tuus debet in me transferre proprietatem. & ego satisdabo de toto restituendo: uel eius æstimatione. Viuia.

l *Qualitatis.*] s. ita vinum bonū ut tunc est; ut j. si cer. pet. l. cum quid.

m *Tribus*] primo, secundo, & tertio.

n *Hæredibus.*] silicet vnu uquemque eorum apud alterum qui est satisdatione similiter oneratus: & tertio qui non est oneratus. Accur.

o *Placebat.*] rñ. o primæ quæstionis.

p *Legatum.*] quo ex oneratus fuit legatarius.

q *Quia cautio non impediretur.*] sit. n. ab hærede: vult enim Senatusconsul. cautionem quodammodo esse loco nudæ proprietatis penes hæredem, ut supra eo dem, l. 2. in fine, & consensulem.

11 a Institu.

9 † Flo. deest, &.

10 † alias decem millium.

11 † deest, millia.

12 † Fl. & hæredi.

13 † Fl. deest, tibi.

14 † Fl. eius.

15 † Fl. quandoque pro, quandocunque mul tis in locis legitur. An. Au. l. 1. c. 7.

16 † Fl. accipitur.

17 † alias l. 7.

18 † Fl. Senatusconsulto.

Instit. de vsufruct. §. constituitur. Accur.

a *Legatum.*] solut. secundæ quæstionis, & quod subijcit, veluti certi, id est vsusfructus, qui est certus, ut hic. Sed cõtra, infra de verbo oblig. l. vbi autem non §. fundi. Sed hic dr̃ certum quantum ad rem ex qua præstatur: ibi incertũ quantum ad utilitatem. Vnde dic, aliter in legato vsusfructus quantitatis, ut hic: aliter speciei, ut ibi, quæ quidem accipiẽtis non fit. Vel dic, est certum, ut hic dicit, respectu incertioris, ut facti.

non impediretur: & esse alterum legatum, a ueluti certi, alterum incerti. Vsusfructus itaque nomine partem pecuniæ petendam b ab eo, qui satis accepit a cohærede: incertique c cum eodem agẽdum, si satis non dedisset. Eum uero, qui satis præstitit, ac propter moram cohæredis non satis accepit, neque vsusfructus 1† nomine interim teneri propter senatusconsultum, neque actione incerti, quia cohæredi satisdedit. Illud etiam nobis placet, legatarium cogendum promittere. d Finito autem vsufructu, si cohæredes ex causa fideiussoria conuenirentur, eos mandati e non acturos. f Non enim suscepisse mandatum, g sed uoluntati paruisse h denique cautionis legato liberatos. i De illo nec diu tractandum fuit secundum legatum, id est, cautionis, non hæredum uideri, k sed eius cui pecuniæ vsusfructus relictus est: cuique testator prospicere l 2† voluit, & cuius interesse credidit fideiussores non suo periculo quærere.

Paulus li. 1. ad Neratiũ.

LEX IX.

IN stipulatione de reddendo usufructu pecuniæ, m duo soli casus n interponuntur, mortis, & capitis diminutionis.

b *Petendam.*] s. actione ex testamento. Accur.

c *Incertiq.*] i. actione ex testamento ob satisfactionem, quæ incertum dicitur continere, ob id, quod in facto consistit: nam agitur ad interesse ex eo, quod primo est incertum, certificatur tamen postea, ut inf. de verbo. oblig. l. ubi autem non apparet. §. qui id quod. & l. quoties quis. Azo. & facit j. de act. empt. l. si hæres, in fi.

1† *P. fusser.*

d *Promittere.*] hæredibus scilicet, qui pro se satisdederunt de restituenda pecunia: non autem satisdabit, cum sit pro eo satisdatum. Ita.

e *Mandati.*] contra legatarium. Accur.

f *Non acturos.*] sed an potest agi negotiorum gestorum? videtur, quod sic, quia utiliter gestum esse negocium legatarij. non potest, ut sup. de negotijs gest. l. Pomponius. & l. j. §. si opponatur: immo suũ negotium gessit se liberando, sicut in duobus reis promittendi dicitur, ut infra ad Velle. l. vir vxori, in fin. Respon. hic secus est, quia ibi vterque principalis est debitor: hic vero est unus debitor, alter fideiussor. Vel, quod verius est, non agit actione negotiorum gestorum, quia ex uoluntate defuncti tenebatur satisdare, & per consequentiam soluere, ut infra de condit. indeb. l. in debitum. non ergo se liberauit ab actione ex testamento. licet satisdedit.

2† *alias, prospicere.*

g *Mandatum*] gratis enim fit, quod iure mãdati quis exequitur, ut j. de leg. 3. l. vnam ex familia Titioi, non enim facultas, &c. Accur.

h *Paruisse.*] s. ex necessitate. Accur.

i *Liberatos.*] quasi dicat, non possunt agere propter idem factum, propter quod sunt liberati, hoc tamen fallit, ut infra de solut. l. cum numerationibus. & infra ad leg. Falcid. l. si pupillus. sed illud ideo, quia non potest esse emptio, quin alter alteri obligetur: fideiussio est, etiam si mandatum agitur, arg. pro hoc, infra de donationibus inter uirum & vxorem, l. si uir vxori. Institut. de obligatio. quasi. contract. in fine tituli. & infra mandati.

l. si remunerandi. §. si passus.

k *Videri.*] scilicet contemplatione relictum. Accursius.

l *Prospicere.*] alias prospicere, & alias proficere. & facit infra de leg. 3. l. fideicommissum. §. interdum. Accur.

Vlpianus lib. 79. ad edic.

LEX X.

QVoniam pecuniæ vsus aliter amitti non potest, quam his casibus.

¶ Si vsus tantum pecuniæ legatus sit, (quia in hac specie vsus appellatione, etiam fructum contineri o magis accipiendum est) stipulatio ista erit interponenda. Et quidam aiunt, non ante hanc interponi stipulationem, quam data fuerit pecunia: ego autem puto, siue antea, siue postea p ea pecunia data sit, tenere stipulationem.

Idem lib. 18. ad Sabinum.

LEX XI.

SI lanæ alicui legatus sit vsusfructus, uel odorum, vel aromatum, nullus videtur usufructus in illis iure constitutus, sed ad senatusconsultum erit descendendum, quod de cautione eorum loquitur.

Mar. lib. 3. 3† Instit.

LEX XII.

CVm pecunia erat relicta Titio, ita vt post mortem legatarii ad Mæuium rediret, quamquam adscriptum sit, 4† ut usum eius Titius haberet, proprietatem q tamen ei legatam esse, 5† etiam vsus 6† mentione facta, quia erat restituenda ab eo pecunia post mortem eius, diui Verus & Antoninus rescripserunt.

IN *stipulatione.*] CASVS. Legasti mihi vsumfructum pecuniæ, satisdare debeo in duobus casibus, si moriar, uel capite minuar, alias non teneor satisdare & hoc d. cum princi. l. seq. quæ continuatur cum ista Vlpianus.

m *Pecuniæ.*] alicui priuato relicta, ut hic, & j. usufru. quemad. cau. l. si vsusfructus nomine. § fin. si uero ciuitati relinquatur, tunc, vnus interponitur, s. quasi mortis, ut j. quibus mod. usufr. amit. l. si usufructus ciuitati nam non utendo, scilicet pecunia, nullus amittit, etiam priuatus, quia hẽt, quod est relictum, ut C. de præscri. 30. ann. l. . . . le. Accur.

n *Casus.*] nisi testator ad tempus legasset, uel ad tempus esset constitutus, ut j. famil. erciscun. & ponto §. . . .

o QVoniam contineri.] Idem est in leg. . . . usufr. sylua, ut inf. de vsu, & habita. l. diuus Acc.

3† *alias ff.*

p *Siue postea.*] quod est generale in omni fideiussore, ut Insti. de fideiuss. §. fideiussor. Accur.

SI *lana.*] CASVS. Relictus est mihi vsusfructus lanæ vel aliorum quæ vsu cõsumuntur, licet uideatur vsusfr. relictus, tñ satisdare debeo, cum talia usu consumantur. Viuianus.

4† *In quibusdam exẽ. legitur, quamquam non adscriptum sit, ut vsum eius Titius haberet, proprietatem ei legatum esse usũfructum, quia restituenda erat pecunia. &c.*

5† *Flo. deest, esse.*

6† *Flor. & vsus mentionem factam.*

CVm *pecunia.*] CASVS. Testator legauit Titio decem his uerbis, Titio decem do, lego, uel relinquo, ut post mortem Titij dentur Mæuio: quæritur, an dominium, uel proprietas dictorum decem sit Titii? Dicit, quod sic, cum debeat Mæuio dari post mortem Titii, & ita ad hæredem nunquam debet redire.

Hic ponit differentiam inter seruitutem luminũ, & ne luminibus officiatur. Bart.

Paulus libro secundo Institu.

LEX III.

Luminum in 3 † seruitute constituta, id acquisitum vr, vt uicinus lumina nostra 4 † excipiat. f Cum autem seruitus imponitur ne luminib. officiatur, hoc maximè adepti uidemur, 5 † ne ius sit uicino inuitis g nobis altius ædificare; atque ita minuere lumina nostrorum ædificiorũ.

3 † Fl. deest, l.

4 † Alias, uti mus.

5 † Aliàs, adeptũ videmur) & de hoc vide inf. l. 15.

Qui non consentit, uidetur contradicere. Bar.

Vlpian. lib. 17. ad edictum.

LEX IIII.

Inuitum h autem in seruitutib. i accipere debemus non solum 6 † qui contradicit, k sed & 7 † qui non consentit. Idem Pomponius lib. 40. & 8 † infantem & furiosũ inuitos rectè dici ait. Non enim ad factum, l sed ad ius seruitutis hæc verba m referunt.

6 † Fl. deest. si lum. & vide Ant. August. li. 2. c. 1.

7 † Flo. sed eũ qui non

8 † Al. deest, &.

Libertas seruitutis vrbanæ non præscribitur, si dominus prædij dominantis solummodo non vtatur: sed requiritur factum præscribẽtis, scilicet ꝙ domus altius eleuetur, vel foramina obturentur. Bart.

Caius lib. 7. ad edic. Prouinc.

LEX V.

Hæc autem iura similiter ut rusticorum quoq; prædiorum, certo tpe non vtẽdo percunt: n nisi ꝙ hæc dissimilitudo est, ꝙ non oĩmodo 9 † pereunt non vtendo: sed ita, si uicinus simul libertatem vsucapiat: ueluti si ædes tuæ ædib. meis seruiant, ne altius tollantur, ne luminibus o

9 † Al. oĩno.

a *Vrbanorũ prædiorũ.* Prædiũ vrbanũ dicitur esse omne ædificium vbicunque positum, inf. communia præd. l. 1.

b *Tollendi*] vel ambo pro uno, uel dic pro diuersis pont & secundũ hoc tollendi, ut prospectui officiatur.

c *Et officiendi*] Quare seruitutes vrbanæ ponuntur in affirmatiua, & negatiua, vt hic: & ita altius tollendi dr seruitus, cũ magis sit libertas, ut inf. eo. l. cuius, sed seruitutes rusticæ tantum in affirmatiua, ut iter, actus, & similes, ut ĩ. titu. 1. l. 1. Rñ fm Io. ideo, quia vrbi ç non admittuntur, nisi quis libertatẽ vsucapiat. sicut. n in seruitute quærenda est necessarium factum vtentis, & bona fides, vt ĩ quemadm. seruit. amit. l. seruitutes. Ita in libertate præscribẽda, vt ĩ eo. l. hoc autem: Et huius similitudinis ratione libertas seruitus appellatur, & hoc illa ratione, quia vr seruire ille qui hucusque habuit seruitutem eo ipso ꝙ amictit. Sed hęc secunda solu. non sufficit: qa idẽ est in rustico. Et secũdum hoc non est verè seruitus altius tollendi: maximè cũ hoc non inuenimus 2 in rusticis, si non licere ite agere esse seruitutem. Vel dic planius, quia hic dicit ꝙ sit seruitus altius tollendi, & stillicidium non auertendi: sed iura, s. libertatis, ut ĩ. eo. l. cũ eo & l. cuius. prout ergo refertur ad seruitutes, propriè ponit iura, ut Insti. de reb. cor. & incor. §. fi. sed ad libertates, dr ius libertatis sic uerbũ, simel, positũ ppriè & impropriè ponit, ut ĩ. de offi. procon. & le. l. 11. Vel tertio 3 dic, ꝙ altius tollendi, & officiendi luminibus, est seruitus, qa licet noceat lumini, tñ in aliis expedit mihi, vt qa plures hoies veniebant ad me, & faciebam expensas plures. Itẽ de stillicidio nõ auertendo põt poni exemplũ in cisterna cũ ex tuo tecto repleri dẽt, & modo uis auertere: licet quidã dicãt ꝙ impropriè idem dñt & in rusticis.

2 Approbat per Ang.

3 Istã tenẽt Bart. Ange. Pau. & Flo.

d *Aream*] arg. ꝙ seruitus denominatur à prędio cui debetur: nam area rusticum prædium est.

e *Vicini*] hæc est vera seruitus.

L *Vminum*] CASVS. Facit hæc lex dñã inter has duas seruitutes, admittis mihi dare lumina, & pmittis nõ nocere luminibus meis? Nam primo casu satis est si quoquo modo per fenestram tuæ domus, vel alio modo das mihi lumen sufficiens. Secundo nil debes facere quo minus habeam totum lumen quod ex cœlo habere possum.

f *Excipiat.*] scilicet quoquo modo, i. vt differat à casu sequenti. Et dic excipiat, idest recipiat: sic vt ad nos possit venire etiam per foramina, vel quocunque modo, & ita minus est dare seruitutem luminum, & plus non nocere luminibus Accur.

g *Inuitis.*] simile inf. de aqu. plu arcen. l. in concedendo.

I *Nuitum*] CASVS. Dr hic, ꝙ si habeo seruitutem per domũ alicuius eo nesciente & nolente mihi constituere seruitutem, ille dr inuitus, nisi expsse consentiat. Secundo apparet ex his, ꝙ furiosi & infantes consentire non possunt, nec seruitutem concedere, ut dictum est.

h *Inuitum.*] in aliquo fortè edicto continebatur, vel 50. 12. tabu. ꝙ nemo constituat seruitutem inuitus.

i *In seruitutibus*] constituendis. Nam licet vadã per pdiũ tuum, vel aquã proiiciam in tuo te sciente, non statim est seruitus 4 nisi pscribã: uel econtra, s. amittẽdis. nã licet altius tollas me sciente, non statim est libera. & ad hoc accedit lex sequens: sed ad primum lex præcedens.

4 Sed hoc est quasi possessio actus introducentis seruitutem. Ang. & Pau.

k *Contradicit.*] s. inf. Et sic no. q s dr inuitus eo ipso quod non consentit expressim quod dic ut supra de procu. l. filius, §. inuitus.

l *Ad factum.*] i. consensum suum qualem qualem interponant: sed uerum exigimus 5 hic consensum qui in eis non est: & factum vocat cõditionem, tius verò seruitutis ipsum consensum quo seruitus cõstituitur. q. d. si non cõsentit expressim, uidetur inuitus.

5 Ista gl. est sin. fm P. ad hoc, ꝙ quotiescunq; in actu requirit consensus requiritur ꝙ sit uerus, & validus & sequitur Bald. Ang. & Flo.

m *Hæc verba*] i. hoc verbum, inuitus, & sic plurale pro singulari. sic supra de peti. hær. l. illius, & §. fi. Acc.

H *Æc aũt iura*] CASVS. Primo ponit regulã, ꝙ tã vrbanæ q̃ rusticæ seruitutes non vsu amittunt. Scdo ꝙ plus est necesse in amissione vrbanæ q̃ rusticæ: quia in rustica sufficit me nõ uti, & in vrbana ãt, & me nõ uti, & te possidentẽ uti libertate. Et de hoc ponit duo exẽpla. Primũ, qa si debes mihi seruitutẽ ne ædes tuas altius tollas: ne luminib. meis noceas: licet ego fenestras meas a parte domus tuæ obstructas habeo per longũ tps; & sic nõ sum vsus seruitute, tñ nõ amitto seruitutẽ, nisi tu ædes, q̃ mihi seruitutẽ debẽt, altius eleuaueris. Scdo ponit exẽplum, ut in textu ibi tẽ si tigni; & clarũ est, & bene dicit, altius exaltatũ habueris in tuo, nã secus si arborẽ posuisses; nam non ideo videris uti libertate propter motum natural. m arboris.

n *Non vtẽdo pereunt.*] s. vrbicæ, s. seruitutes.

o *Ne luminibus.*] potest dici ꝙ exemplificat de seruitute, reddendo

reddendo causam quare sit constituta, nam cui debetur seruitus ne luminibus officiatur, ei debetur ne altius tollatur vt sup. eo. l. luminum §. cum autem.

1 Hec rō nō est bona, qm̄ & in seruitutib. rusticis aliqñ requirit sumptus. l. si inter supra tit. & maximè in seruitute aqueductus, sed alia rō est bona, q̄a seruitutes vrbanę sunt nobiliores rusticis, & ideo difficilius p̄ duntur ita Ba. hic post Ma. Svil.

2† Fl. fixas

3† Fl. debent.

3† Fl. suum.

a *Tuas.*] Ratio diuersitatis est quia in vsu seruitutis vrbanæ sumptus præcedit, quod in rustica secus, & ideo difficilius contra primam præscribitur.

b *Habueris.*] Et sic no. quod in præscribenda libertate necessarium est factum vtentis, ut hic, & sup. quemad. ser. amit. l. si quis alias. §. fi. Accur.

c *Obturaueris.*] Sed quid si quædam foramina habuit ... Vr. fauore libertatis in totum amitti, ut argu. ff. de reg. iu. l. inter pares. Alia rōne vr. q̄ p parte obstructi ... ut infra ... cum ius nos §. fi.

meorum ædium officiatur: & ego per statutum tempus fenestras meas præfixas 1† habuero, uel obstruxero: ita demum ius meum amitto, si tu per hoc tempus ædes tuas altius sublatas habueris: b alioqui si nihil noui feceris, retineo seruitutem. Item, si tigni immissi ædes tuæ seruiture m debeant, 2† & ego exemero tignum, ita demum amittitur meum, si tu foramen, vnde exemptum est tignum, obturaueris, c & per constitutum tēpus ita habueris, alioquin si nihil noui feceris, integrum ius meum 3† permanet.

Licet arbor altius extollatur, non præscribitur libertas contra seruitutem altius non tollendi. Bart.

Pomponius lib. 16. ad Quintum Mutium.

LEX VI.

QVod autem d ædificio 4† meo me posse consequi, ut libertatem vsucaperē, dicitur e idem me non consecuturum, si arborem in 5† eodem loco sitam habuissem, Mutius ait & rectè: f quia nō ita in suo statu, & loco manet arbor, quemadmodum paries, propter motum naturalem g arboris.

Vnus ex socijs non potest communem parietem destruere causa respiciendi. Bartol.

Caius lib. 7 ad edic. prouinc.

LEX VII.

PArietem, qui naturali h ratione communis est, i alterutri vicinorum demoliendi cum & reficiendi k ius non est: quia nō solus dominus est.

d *Quod autem*] hoc iungitur cum superiori, & mutat personas.

e *Dicitur*] vt supra l. prox. §. pen.

f *Et rectè*] Hoc vbi est constituta seruitus altius non tollēdi, secus si esset de prospectu. Et est ratio, quia contra primam seruitutē nihil facit, cōtra secundā sit, vt inf. e. l. ædificia.

4† Alias, ex ædificio.

5† Flor. deest, in.

ADDITIO. Dic, q̄ hic loquitur quando seruitus erat altius nō tollendi, quo casu ponendo arborem nil fit contra illam seruitutem, ibi fuit constituta seruitus ne prospectui officiatur: quo casu fit contra talem seruitutem, secundū Bar.

g *Naturalem*] immo naturaliter stat, sed ex accidenti vi ventorū illud fit. Respon. ideo dicit, quia arbor est eius naturę, ut facile possit moueri vi uentorum, sed paries non.

P *Arietem.*] CASVS. Si communis paries est inter me, & te, vt puta inter domum tuam, & meam est paries communis qui vtramque domum separat, si uis eum destruere, uel reficere, non potes. Viuia.

h *Naturali*] iure naturali, quod ius gentium appellatur, vt instit. de rerum diui. § singulorum.

i *Communis est.*] Sed contra infra communi diui. l. si ædes. Sol. vt ibi.

k *Reficiendi*] ius seruitutis. Accur.

C *Vm eo*] CASVS. Si habeo domū, possum eam exaltare vsque ad cælum, si non debeo alii seruitutem. Viu.

l *Actio.*] vt inf. eo. l. cuius, & C. eod. altius. Sed contra. C. eo l. fi. Solu. speciale ibi in arce propter fructus. Item contra infra si ipso iure. Solu. ibi speciale in hærede: quia ipse concessisse uidetur alteram, ne fiat inutilem concessionem, ... sicut inter uiuos si alteram vendo, fauore vltimæ uoluntatis. Accur.

Potest quis obscurare domum vicini, si seruitus constituta non fuerit. Bar.

Vlpianus lib. 5. ad edictum.

LEX VIII.

CVm eo, qui tollendo 6† obscurat vicini ædes, quibus non seruiat, nulla competit actio. l 7†

Primò ponit quatuor q̄stiones. Secundò respondet ad primam. Tertiò responsionem extendit ad extraneam quæstionem. Quartò ratiocinatur circa præsentem materiam, ex quo colligitur solutio quartæ quæstionis. Quintò responsionē factam ad primā limitat, & declarat. Secunda ibi, Marcellus respondit. Tertia ibi, Idē dicendū. Quarta ibi, Non autem. Quinta ibi. Sed ita. Et breuiter hoc intendit: Hæres non potest in domo, quæ sibi remanet, ædificare, ita quod vsus ædium legatarum totaliter perimatur, secus si aliter incommodè. Bart.

Marcellus lib. 4. Digestorum.

LEX IX.

BInas m 8† ędes habeo: alteras tibi lego: hēs alteras ædes altius tollit, & luminibus tuis officit, nunquid n 9† cum illo agere potes? Et an interesse putes 10† suas ædes altius tollat, o an hereditarias? sed 11† & de illo quęro, an p alienas æues accessum hęres ad eā rem, quę legatur, præstare dēt, sicut solet q̄ri, p cum vsusfructus loci legatus est, ad quem locum accedi, nisi per

B *Inas.*] CASVS. Habeo domos duas: vnam tibi lego, primo, quæritur an hęres meus possit exaltare retentam, vt auferat lumen legatę. Secūdo si hęres suam uelit exaltare, an possis prohibere. Tertio, an per retentam debeat hæres præstare viam ad legatā: quia lumen nō habeat. quærit. Vr. cū legat. viusfr. q̄ sit dandum ei. Ad primā respon. q̄ potest hæres exaltare retentam, & auferre lumina legatæ. Item si vni leget vsumfr. alteri proprietat. ... dictum alterius lumini ... Primum, vsufr. legato datur iter, ... debetur. Hoc non obstat: quia vsusfr. sine itinere nil ualet, sed domus sine lumine valet, du tamen aliqd luminis relinquatur.

m *Binas*] alias incipit Caius, & alias binas ædes. Et no. quod tres facit quæstiones, sed primæ tantum respō. ibi, Marcellus, &c.

n *Nunquid*] id est an.

o *Tollat.*] & utique nihil Azo.

p *Quæri*] & soluit, s. quæ ... ut infra ead. l. §. non autem. Sed ... istæ quæstioni ... Tu dicas non debere præstari accessum, ut infra titu. primo, l. uia. in fin. 3 vbi dicitur, si vicini patiantur ... nuit, quod qui consti... tur fundi tenetur dare accessum, nisi dicatur, ut infra, de cōtra. empt. l. in uendendo, in princip. Item pro hoc contra. infra ibi, non autem, &c. sed secus in usufru. 4 vel alia seruitute relicta. Vel etiam inter uiuos concessa, quam sequuntur, & alia sine quibus ipsa esse non potest, ut infra ead. l. §. non autem, & infra de contrahen. empt. l. qui fundum § ... & supra si vsusfru. pe. l. 1. §. vsusfru. & est ratio diuersitatis, ut dixi supra de vsufruct. l. sed si quid. §. proprietatis, in iulu. contrariis ibi signati.

ADDITIO. Dic, quod ista ratio non obstat: quia procedit in contractibus, & non in vltimis voluntatibus, secundum Bart.

6† Alias, non tollendo.

7† Et vtitur iure suo & cōtra ... Vuiterana, cum glo. super verbo, interiam, ... de eleo.

8† Fl. Gauius Marcello Vicinas ædes, alias Scaurus Marc. S. Binas.

9† Fl. quid.

10† Al. putes.

11† Fl. deest, sed.

2 Dic, imò p l. si fundū, §. qui fundū ff. de le. 1. & ff. si ser. vēd. & testatrix concor. l. f. ff. e. sm Bar. Bal. & Flo. hic.

3 Ibi loquitur in contractu distrahionis.

4 Imò idē in vsufru. legato, & proprietate.

a *Marcellus respondit.*]s. primæ quæstioni.
b *Ædium*]s. eundem quod iam distinguet.
c *Legauerit.*] vt altera exaltetur, & alterius lumina obscuret.
d *Non autem.*] quidam dicebant deberi lumen ad instar itineris vsufru. legato, quibus nunc respon.

alienum non potest: Marcellus respondit: a Qui binas ædes habebat, si alteras legauit, non dubium est, quin hæres aliàs 1† possit altius tollendo obscurare lumina legatarum ædium. b

¶Idem dicendum est, si alteri ædes, alteri aliarum 2† ædium vsumfructũ legauerit. c

¶Non autem d semper 3† simile est itineris argumentum, e quia sine accessu nullus 4† est fructus legatario: 5† habitare 6† autem potest etiam ædibus obscuratis. f Cæterum g vsufructu loci legato, etiam accessus h dandus est: quia & haustu aquæ 7† relicto, iter quoque ad hauriẽdum præstaretur. i

¶Sed ita K officere luminibus, & obscurare legatas ædes conceditur, ut non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quantum sufficit habitantibus in vsus diurni moderationem. l 8†

Non potest quis ædificare contra formam statutam, ne luminibus vicini officiat. Bar.

Vlpianus lib. 1. de offi. cons.

LEX X.

QVi luminibus vicinorũ officere, aliudve quid facere contra commodum eorum uolet, 9† sciat se formã ac statum m antiquatum ædificiorum custodire debere.

Si dubium est de mensura, recurritur ad arbitriũ. Bart.

¶Si inter n te, & vicinum tuũ non conuenit, ad quam altitudinem extolli ædificia, quæ facere instituisti, oporteat, arbitrum accipere poteris.*

Plantatio arborum non est contra seruitutem altius non tollendi, sed est cõtra seruitutem, ne officiatur prospectui. Bart.

Iauolenus lib. 10. ex Cassio.

LEX XI.

AEdificia, quæ seruitutẽ patiuntur, o ne quid altius tollatur, viridaria 10† superior eam altitudinem habere possunt: p at si de prospectu est, eaque obstatura sunt, non possunt. q

Non licet supra, vel iuxta parietem communem aliquid facere, propter qđ deterioraretur paries. Bartol.

Proculus lib. 2. epistol.

LEX XII.

QVidam liberius 11† nomine, qui habet post horrea mea insulã, r balneariã s 12† fecit * secundum parietẽ cõem. Non licet t autem tubulos habere admotos u ad parietẽ x cõem, sicuti nec parietem 13† quoq; suum super parietem cõem. De tubulis eo amplius hoc iuris y est, quia 14† per eos flãma torretur z 15† paries. Qua de re uolo a cum Ibero loquaris, * ne rem illici ã faciat. Proculus respondit: b Nec Iberum de ea 16† re dubitare puto, quod rem non permissam faciat, tubulos secundum parietem communem c extruendo.

Parietem communem licet incrustare, et pingere, non tamen ex hoc tempore demolitionis plus estimabitur. Bart.

¶Parietem communem incrustare * licet, secũdũ Capitonis sñiam, sicut licet mihi 17 † pretiosissimas picturas habere in pariete communi. Cæterũ si demolitus sit vicinus, d

e *Argumentum.*]u esi cut semper præstatur iter vsufruc. legato, ita & præstet lumen. Accur.
f *Obscuratis*]ut supra de vsufruc. l. si is qui binas.
g *Cæterum*]i. certè.
h *Accessus*]i. iter, sicut in uia testatoris forma seruabatur, ut infra de vsufru. leg. l. damnas. §. 1.
i *Præstaretur.*]ut ᵱ. ti. 1 l. 3. §. qui habet.
K *Sed ita.*] redit ad primum.
l *Moderationem.*] vt neque minimum, neque valde parum, sed congruenter, & moderato modo ad sufficiẽtiam tantum habeant, inspecta etiam legatarii dignitate, ut supra de usu, & habit. l. plenum. § præter. sicut in seruo in genere legato, qui mediocris dandus est, ut infra de legat. 1. l. legato generaliter: Sed nonne videtur, quod in totum potest obscurare, ut supra l. prox. Solut. ut il. 1. Accur.

QVi luminibus. CASVS. Vol bis domum tuã tollere; potes quidem tuam, dummodo serues antiquum statum, & formam.
m *Formam ac statum* potest poni 1 in ea ciuitate, quæ habet statutum, ut vltra certũ modũ ædificia non extollantur, ut Florentiæ, ut C. de ædi pri. l. 1. Alii ponunt 2 in ea seruitute, quæ est acquisita ex tempore, cuius non extat memoria, ut inf. de aqua pluu. arc. l. 1. in fi. & l. 2. in prin. & C. eo. l. si manifestè. Sed nonne seruitus altius non tollẽdi habet perpetuã causam? Certe sic: ergo 10. ann. præscribitur, ut dixi supra tit. 1. seruitutes. Et sic hæc positio non valet: decennium tñ incipit currere ab eo tempore, quo vicinus cepit ædificare, & tu prohibuisti iure huius seruitutis, non prius, vt intra quemad. seruit. amit. l. fi. Vel dic ter tio, formam, ac statum, id est formalem st. tum, qui est seruitus, quia ante diruptionem seruitutem debebat, alioquin si per mille millia annorum in areola mea, quæ iuxta tuũ palatium fuit, non ædificaui: non tamen possum prohiberi, ut C. eo. l. altius, & sup. eod. l. cum 10.

n *Similiter.*]Pone casum, vt infra eo. l. si domus.

A *Edificia.*]CASVS. Plana est, quia facit dñiam inter seruitutẽ altius non tollẽdi, & seruitutem prospectus.
o *Patiuntur.*]s. hanc, ne quid, &c.
p *Possunt.*]quia cum dr, ne quid altius tollatur, de ædificio dictum vr, ut sup. l. quod autem.
q *Non possunt.*] extolli etiam viridaria.

QVidam]CASVS. Iuxta parietem nobis cõmunem balnearias stufas construxisti, ex quarũ vapore paries cõmunis incendebatur, non debes hoc facere, sicut nec facere etiam posses si uelles supra illũ parietem communem ædificare, vel ponere tuum parietem, & si facias, conueniã te inde, ante tamen loqui debeo.
¶ *Parietem.*] Habeo parietem cõmunem, illum pingere bene potero. Secũdo, si vis destruere, & melius reficere, & caues mihi de damno infecto, damnum parietis, & rerũ amissarum veniet in stipulatione, non autẽ pretiositas parietis, & picturam, vel incrustationem.
r *Insulam*]s. distinctã ab horreis meis, communi meo, & suo pariete.
s *Balneariam*]s. illam insulam.
t *Non licet.*]nunc incipit respondere in persona Proculi.
u *Admotos*]id est adiunctos. Et sunt tubuli vasa quædam lapidea inhærentia parieti, p quæ ignis transit ad superiora, uel i balneum immittitur.
x *Ad parietem*] aliis ad parietem, aliis per parietem, id est supra parietem, ut inf. eo. tit. l. sed si inter me. in fi. & inf. eo. l. fistulam, §. iusta. Vel dic, § id est nimis propè, quia intra duos pedes, vel vnum, ut ᵱ fin. l. fi.
y *Hoc iuris*]s. quod eis habere non licet.
z *Torretur*] id est incenditur.
a *Volo.*] dixit Proculus.
b *Respondit.*]id est dixit prædicta.

c *Communem.*] id est iuxta: secus autem in scalis, ut infra eod. fistul. m. §. fina. Et not. ex hac l. magnam humilitatem iurisc. onsult. ubi dicit, qua de re uolo, &c. sic C. de ser. l. fi. Accur.

d *Demolitus sit vicinus.*] s. communem parietem. Et ideo cauit mihi de damno infecto, quia in rebus meis propriis damnum timebam, & domibus meis propriis pictis, nam propter damnum, quod contingeret, uel daretur in pariete

1† Al. deest, alias.
2† L. si alteri ædes, alteri aliarum, qs no sit scinsa sũt. 6. 5. Sed quidam illa delet, ne repugnet l. § hac vŏne. & l. 1. §. item Nerua sup de vsufr. Sed alter hac defi. nas posset lectione retenta cent. vi Cu iac. inc. obser. 7. & li 11. c 11. & vit. adiun in. Fl. deest.
3† Al. deest, semper.
4† Fl. nullũ.
5† Fl. legatarũ.
6† Al. habitari.
7† Flor. deest, aqua.
8† Fl. moderatione.
1 Et bene B. Pau. & Fl.
9† Fl. vellet.
2 Et male P. & Flor.
* Poteritis qa consule dabatur. l. vi. de in dul. sub diuer. fi. ac cond. & dom. n.
3 illi gl. in omnibus sequitur Part & Flor. cui concur gl. in l. 1. C. eo.

10† Fl. viridia sup.
11† Fl. Hiberus, & infra vbique.
12† Fl. Balnearia.
* Balneariã facere siue exercere i balneũ vibus habere paratũ: eadem forma qua dicimus argentariam exercere, qua in re fœde labitur Accur. Et ad le. quod hic iurisc. Balnearia in eo si gnif. appellat, quo & Ge. li. 3. natu. quæst. & lib. de tranquil. vitæ.
a Græcè βαλανεῖον dicitur Iul. Pollux Onomast. lib. 10. c. 17.
13† Fl. ne parietem quidẽ suum.
14† Fl. Quia.
15† Al. inflãmaretur paries.
* De ista loquutione vide Duar. lib. 2. disp. c. 8.
16† Fl. pro ea re.
4 Tubuli, seu tubicanales sunt fictiles variis vsibus accommodati Bud. hic.
5 Istam approbant. B. & Fl.
* Incrustare quid sit, vide Vitru. lib. 7.
17† Al. deest mihi.

ariete communi, vel domo communi culpa soc j, agitur communi diuidundo, & ideo non potest ag ex stipulatione, vt infra, de dam infec. l. si aedibus, & l in pariete. Et vt plenè videas, no. quia aut timetur damnum de communi pariete, & tunc non cauetur, vt d. l. si aedibus. Aut propter damnum in rebus aliis futurum, & tunc aut unus aedificat, & tunc cauetur, vt hic, & infra, de damno infec. l. inter quos. & l. in communi, & l. seq. Aut ambo fo ii, & tunc, aut ambo vltra modum, aut vnus tantum. Primo casu non committit cautio etiam interposita, vt ĩ de dam infe. l. ex dãno. §. quoties. In secundo sic, ut in predic. ti. l. inter quos. Aut nullus vltra modum, & tunc non cauetur, sed si cautum fuerit, committitur vt in eod. tit. l. dãni. §. cũ parietem. & hoc etiam casu potest hic loqui. Vel dic secundo, uicinus nõ socius. qui cauet uicinis quibuslibet, non sociis tantum, & cum commissa est stipulatio, agit qui pinxit non ad aestimationem picturatum. ad quod ĩ. de damno infe. l. ex damni. §. fin. & secundum hunc modum non habent locũ glo. hic positae.

a *Agatur*] hoc ita si culpa reficientium, non suo vitio a corruit, alias contra, ut ĩ. de dam. infec. l. nam & si nõ sit. licet alias in aedificiis cõis parietis tale damnum in hac stipulatione veniat, vt infra, de dam infe. l. fluminum §. praeterea.

b *Vulgaria*] idest quae vulgo habẽtur sine incrustatione, vel pictura, vt infra, de damno infec. l. ex damni, §. respon. hoc in proprijs meis rebus, nõ in ipso pariete, vt mõ dati.

c *Tectoria*] non picturas Accur.

d *IMperatores Posse*] contra. C. eo l. si. § fi. Sol. ibi speciale propter aream.

e *A vicina*] vt si est publica, ad 15. pedes: si priuata, ad 10. pedes, vt C. de aedif priu. l. si cui. & l. Maeniana. Aliàs autem nouum opus nunciabitur, ut infra, de oper no nunc. l 1. § nunciatio. Accur.

INter.] CASVS Plana est. Differentiam facit inter prospectus seru. & illam, ne luminibus officiatur. Et potest intelligi hoc, quod dicit de prospectu, duobus modis. Vno, quod debeatur seruitus prospectus generalis, & sic habet plus seruitus prospectus, quia põt ille cui debet cœlũ & terrã uidere. Vel dic alio modo ut in gl. Accur hic posita, scilicet quando ad certum locum praedicta seruitus debetur.

¶ *Si seruitus*] Si mihi debebatur seruitus, ne luminibus officiatur, & aliquis ibi aedificat, puta in area, quae mihi seruitutem praedictam debebat, possum illi aedificanti nouum opus nunciare, si mihi nocet. Viuia.

f *Quod*] idest, quia, Accur.

g *Habet.*] s hoc ne quid, &c. & not. quod plus est in prohibendo, & non habendo sibi. Qui enim lumen habet, id habet ut cœlum videat. Qui autem prospectum claritatem dici per cœlum directo nõ habet, sed fenestra, aut foramine; unde cum minus habeat, minus offendi debet. Et hac ratione pauper plus habet, quam diues, quia ei seruari debet: & secundum hoc prospectus erat ad certum locum, ut infra l. proxi. Potest & aliter intelligi, quod generalis mihi debetur prospectus, & tunc haec glo. non est bona, & lectura legis est plana, & inferioris similiter.

& ex stipulatu actione damni infecti agatur, [a] non pluris, quam vulgaria [b] tectoria [c] aestimari debent, quod obseruari, & in incrustatione oportet.

Quis potest in suo liberè aedificare, si seruitus non impediat, & lex seruetur. Bartolus.

Papyrius Iustus lib. 1. Const.

LEX XIII.

IMperatores 1 † Verus, & Antoninus Augusti rescripserunt, in ea area, quae nulli seruitutem 2 † debet, posse [d] dominum, vel alium voluntate eius aedificare, intermisso legitimo spacio a vicina [e] insula.

Ponit differentiam inter seruitutes, ne prospectui officiatur, & ne luminibus officiatur. Et legitur glos. duob. modis: vno modo, ne officiatur prospectui simpliciter, & ista mihi plus placet. Bart.

Vlpian. lib. 29. ad Sabinum.

LEX XIIII.

INter seruitutes, ne luminibus officiatur, & Ne prospectus 3 † offendatur; aliud & aliud obseruatur, quod [f] in prospectu plus quis habet, [g] ne quid 4 † ei officiatur ad gratiorem 5 † prospectũ, & liberũ: in luminibus [h] autem, 6 † ne lumina cuiusquã obscuriora fiãt. Quodcunque igitur faciat ad luminis impedimentũ [i] prohiberi põt, si seruitus debeatur, [k] opus quoque 7 † nouũ ei nũciari [l] potest, si modo sic faciat, vt lumini noceat.

Paulus li. 5. Epitomarum Alphe. dig.

LEX XV.

LVmen, * idest, [m] vt cœli videatur. 8 † & interest inter lumen, & prospectum: nam prospectus etiã ex inferioribus [m] locis est: lumen ex inferiori loco esse non põt.

Arbor quae impedit videri cęlum, contra seruitutẽ luminis habetur, secus si impediat venire solẽ, nisi multum impediat, depressio autem aedificij, vel arboris regulariter non est cõtra seruitutẽ luminũ. B.

Vlpian. lib. 29. ad Sabinum.

LEX XVI.

SI arborem ponat, ut lumini officiat, aequè dicendum erit, contra impositam

h *In luminibus.*] idest in seruitute illa, ne luminibus, &c. Accursius.

i *Impedimentum.*] quo minus cœlum videã, vt infra, l. proxi. & l. si arborem, in prin.

k *Debeatur.*] s. in eo loco, in quo aedificat.

l *Nunciare.*] Sed vr, quod pro seruitute nunciari non possit ab eo cui seruitus debetur, siue sit personalis, ut vsusfructus, & vsus, vt ĩ. de oper. no. nun. l 1. § fi. siue realis, ut in eo. tit. l. qui viam. quae sunt contra. Sol. in vrbanis praediis potest denũciari cuicunque, vt hic, in rusticis non, vt in l. illa, qui viã. nam & hic dicit domino nunciari, ac in vsufruc. distingue, extraneo potest, non domino. Sed haec solutio que falsa est, per l. infra fam. ercis. in hoc iudicio, vbi dr, quod in vtrique potest nunciari. Dic ergo, vicino posse denunciari, dño proprietatis non, sed in vsufru. aliud. Nam si vsusfru. deterior fiat, petere vsumfru. debebit, ut infra, de ope. no. nũc. l. 1 & infr. de remiss. l. 1. in fi. l. & loã. vsufructuarius ergo nulli nunciat, quia cum procuratorio nomine nunciat, proprietarius est nunciare. Si verò debeatur seruitus praediaiis, domino non nunciatur, tũ quia suo iure & in suo facit. tum etiam quia personali actione mihi tenetur, quia non est liberatus semel praestando patientiam, quod auxilium contra extraneum non habet. Huic tamen solutioni videtur contra, inf. de ope. no nunc. l. de pupillo §. lictus, nam ibi ẽt proprietario posse nunciari innuitur: sed hoc est falsum, sed ibi de alijs dicit Accursius.

LVmen.] CASVS. Seruitus luminis ex cœlo debet, sed seruitus prospectus debet mihi ex inferiori parte. Vi.

m *Idest.*] duae partes sunt. q. d ea potestas est, quam quis habet ex seruitute luminis, ut cęlum, &c. Et quandoque sufficit, si sine Sole videat, quandoque Sol. ex necessitate praestatur, ut inf eodẽ si arborem. § respon.

m *Inferioribus locis*] inferiora loca vocat omnia quae lisi ite quae inferiora sunt cœlo. quae non praeueniunt oculos in videndo cœlum, siue desuper, siue ex latere, & ideo si per fenestras, vel per quemaliam modum prospicias, cum cœlum non uideas, nõ diceris habere lumẽ, licet oĩs diei claritas ex sole, & per hoc ex cœlo proueniat, potest tñ dici te habere prospectum, qui unq; enim hẽt lumen, hẽt prospectum, sed non econtra. Magis autem videntur vt excedẽtia, & excessa, cum lumini nihil debeat opponi, sed prospectus sic, dummodo possit prospici, & econtra prospectus desuper, & infra, sed lumen tantum ex cœlo.

SI arborem] CASVS. Quatuor dicit vsque ad §. haec lex. Vendidi tibi domum, & dixi, ut stillicidia, vel seruitutes stillicidiorum tibi necessariae nunc sunt, ita remaneant,

1 † Flo. sic. Imp. Antoninus, & Verus Augusti. mec dubiũ, quin hac vera sit lectio, cũ huius leg. auctor scripserit libro XV. de diuer. frat quorum hic alter fuit. Cor.

2 † Vt. an degere possis quae luminũ seruitutẽ debet. Cuiac li. 4. obseruat. c. 4.

* Naturali. Aug.

3 † Flor. prospectui.

4 † Alias, ne quid s ei.

5 † Alias, officiatur contra gratiorem.

6 † Duae in luminibus autem non officere pene lumina.

7 † Flo. quisquis.

* Vide in hanc legem Frã. Dua lib. 1. c. 33. Disput.

8 † Flor. uideatur.

ne tantum aperui, vtrum deberet domus vendita, vel debeatur ei. Et dic interpretandum pactum contra venditorem, vt domui venditæ debeatur seruitus, non verò ipsa debeat; idem de alijs seruitutibus, secundum Placentinum Viuianus.

seruitutem eum facere: 1 nã & arbor efficit quo minus cælum 1 † videri possit. Si tan é id quod ponitur, lumen quidem non a † impediat, Solẽ autem auferat: si quidem eo loci, quo gratum erat eum non esse: potest dici nihil b contra seruitutem fieri. 3 † Sin verò in heliocamino c, vel solario: * dicendum erit, quia vmbrã facit in loco, 4 † cui Sol fuit necessarius, * contra seruitutem impositam fieri. Per contrarium, si deponat ædificium, vel arboris ramos: quo facto, locus opacus quondam, cœpit Solis esse plenus, non facit contra seruitutem: hanc enim debuit, ne luminibus officiat, nunc verò 5 † non luminib. efficit, sed plus æquo d lumen 6 † facit: attendum dici potest eum quoque, qui tollit ædificium, vel ceprimit, e luminibus efficere; si forte κατὰ ἀνάκλασιν 7 † vel prefluxa 8 quodam lumen in eas ædes deuoluatur.

Pactio obscura interpretatur contra proferentem hoc dicit. Bar.

¶ Hæc lex * traditionis, h stillicidia vti nunc sunt, vt ita sint. hoc significat, impositam vicinis necessitatem stillicidiorum excipiendorum: non illuc, vt etiam emptor stillicidia suscipiat ædificiorum vicinorum: hoc igitur pollicetur i venditor: sibi quidem stillicidiorum seruitutem deberi, se autem nulli debere. Quæ de stillicidio * scripta sunt, etiam in cæteris seruitutibus accipienda sunt.

a *Facere.*] hoc quando debetur seruitus, ne luminibus officiatur. Secus si altius nõ tollendi tantum sit seruitus, quia tunc arborem habere potest, vt supra eo. l. ędificia. & l. quod autem.

b *Potest dici nihil.*] cautè dicit nihil, quia sufficiens remanet: impedit tamen, quia facit vmbram, ut statim dicit, unde distingue, nocet. ut ibi, uel non, ut hic.

c *Heliocamino.*] 1 Helios Græcè, Latinè dicitur Sol & est locus in quo patefiant illas moratur ad Solem &c.

d *Æquo.*] quod plus est, vt j. de re in lite iuran. l. antepen ult. & j. de verb. oblig. l. vbi autem. § primo, & infra quemad. seruitu. amitt. l. hæc autem & si seruit. vendic. l. si eo loco. § si.

e *Tollit.*] idest remouet in totum.

f *Reprimit.*] in parte.

g *Refluxa.*] ex repercussione, vñ illud: Refulsit Sol. in clypeos aureos, & replẽduntur montes ab eis.

h *Hæc lex traditionis.*] idest hæc pactio i traditione apposita.

i *Pollicetur.*] vero obscuro eloquio, & sic ad sui periculum obscure loquitur, ut inf. de contr. hent. empt. l. cum in lege. & C. de promiss. l. si in fi. & infra, de euic. l. q. libertatis. §. 1. Sed quo seruitus rei uenditæ debebitur, nisi nominatim actum sit, ut inf. de euic. l. q. libertatis. in fi. & inf. de contrahen. empt. l. in vendendo. & sp. & hoc agi uel in prædictum uenditoris, ut teneatur ad interesse, si non debeatur istæ seruitutes. Et dic hic intelligi sic est. Si autem non debentur, nunquam debebuntur pro actione istorum verborum, vt j. com. præd. l. quicquid. & j. de euic. l. q. libertatis. §. pe. Accur.

Si fistulas.] CASVS. Concessi tibi talem seruitutem, vt liceret tibi per meum parietem quem frangebam, ponere fistulas, ut inde aquam ad tuam domum duceres, & sic debebam tibi seruitutem in recipiendo fistulas, si propter hoc passus sum damnum, agam actione in factũ, vel stipulor de damno infecto pro damno futuro. Viuia.

k *Ædibus meis.*] seruientibus.

l *In factum.*] licet enim debeam tibi seruitutem fistulæ recipiendæ uinc læsione, tamen ex culpa tua v eueniente, vti debes, alias teneris actione in factum subsidiaria legis Aquiliæ, cum detur damnum de non corpore in corpus, ipsa scilicet gestione fistularum, vt hic, & Instit. ad leg. Aquil. §. fin. & infra loca. & conduc. l. qui domum, in fin. contra nam ibi, negat Aquil. vbi possum stipulari de damno infecto. Sed non vñ pro eodem, vel simili damno actioni in factum concurrere cũ stipulatione dãni infec. licet hoc innuit hic, cum actio in factum culpam exerceat, ut Inst. ad leg. Aquil. § iniuria. Stipulatio uerò uitium naturale, non per culpam factum, ut infra de dam. infec. l. fluminum, §. pręterea si furni quæ est contra. ad si huius respõ. & hoc est verum. Et ita hic dicit diuersis casibus dari actionem in factum, & interponi stipulationem damni infecti. Item vitium naturale non præstatur ab eo cui seruitus debetur, ut infra tit. 1. l. si mihi, § seruitus, & sic hæc stipulatio sola non habet locum? Respon non est ita, nam illud naturale damnum non præstatur ab eo, cui seruitus debetur, qđ non contingit propter vitium rei, sed extrinsecus, vt in d. l. si mihi. ponitur exemplũ. Sed tu damnum, qđ contingit propter rei vitium, & debilitatem ex defectu naturæ contingentem præstatur per cautionem damni infecti, & eodem casu confiteor non concurrere actionem in factum, eam ut illa detur, oportet culpam in committente admitti, ut supra de viu fruct. l. si cuius. §. denique.

m *Damni.*] ante damnum: nam ante præstatur, sed & negatoria agere possum, si seruitutẽ non debeo, vt infra si seruit. vend. l. fistulas.

si in contrarium nihil nominatim actum est.

Damnum quod datur ex fistulis, venit in actione in factum, & in cautione damni infecti hoc dicit. et legitur ista lex duobus modis. Primo, quod fistulæ essent applicatæ ædibus meis iure seruitutis: & hoc prosequitur prima gl. magna. Secundo, quod nulla seruitus debeatur, & hoc prosequitur glo. vltima. Bartolus.

Pompo. lib. 10 ad Sabinum.

LEX XVII.

Si fistulæ, per quas aquam ducis, 8 † ædibus meis k applicatæ dãnum mihi dẽt, in factum l actio mihi competit: & 9 † damni m infecti stipulari a te potero.

Ista est lex notabilis, et quotidiana: & breuiter hoc intendit; In pariete communi nõ licet aliquid facere, vel ei aliquid adhibere, per quod paries corrumpatur, & quod subducto pariete stare non posset. Hoc dicit tota lex.

Paulus lib. 6 ad Sabinum.

LEX XVIII.

Fistulam iũctam n parieti communi, quæ aut ex castello, * aut ex cœlo aquam capit, non iure haberi Proculus ait: sed nõ posse prohiberi vicinũ, quo minus balneum habeat sub pariete communem quamuis humorẽ capiat paries: o non magis, quam

Fistulam.] CASVS. Si parietem cõmunem habueris, iuxta illum fistulas, idest instrumenta, per quæ aquæ ducantur, iure habere non potes. Sed an balneũ posses habere, iuxta parietem communem quæritur. Et dicit Paulus, quod sic, nec potes prohiberi, sicut nec prohiberis id in tuo facere. Sed Neratius distinguit, aut nocet, aut non; si nocet, potes prohiberi: si non nocet, non potes prohiberi. Viuia.

n *Fistulam iunctam.*] quasi vnitam, vt ipse paries corrũpatur. Alias ut i. ita ead. l. fi. Et dic, qđ castellum est receptaculum, quod aqua publicam suscipit, vt infra de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. antepen.

o *Paries.*] imo vñ qđ sic, vt infra si ser. vend. l. si quã. in § fin.

1 † Fl. cœli.
2 † Fl. nihil.
3 † Fl. facere.
* Solarium hoc in loco est, quo locus ad Solem dimetantur vetusto umbram facientem, vel pinnula, quem gnomonem vocamus.
4 † Fl. locum.
* Exempli gratia, ut est in ipsis... illud exēplũ ponit Philosopho. Pone in § prædiorum. Instit. de seru. rustic. præd.
* Heliocaminus ad uerbum dicitur solaris fornax. Est aũt solar uaporarium in aprico loco situm, ad calorem Solis excipiendũ: Ecci hic.
5 † Fl. at si, verò.
6 † Fl. lumen.
7 † Idest per repercussionẽ, seu refractionem luminis, aut reuerberationem. Vide Auten.
Arg. lib. 4. cap. 16. Alc. li. 2. Parerg. legit. κατὰ ἀνάκλασιν.
* Concord. tex. in l. veteribus. supra de pac.
* Stillicidiũ quid & unde, docet Seruius, Georg. et Var. lib. 4. de lin. lat.
8 † Fl. ducam.
9 † Fl. sed &.
* Castellum aquæ conceptaculum dicitur, ... missarum, qđ locis opportunis sit ut si aqua ex fonte solis ardoribus fuerint, aut venas sitiens terra cõsumpserit, nihilominus de receptaculis hoc est castellis, vel perfali ... Budæ in l. fun. dot. Labeo generaliter inferi de act. empt. vbi per multa exclusicit ... pedis quà ... prosunt ... perpetrunt.

§. fin. Sol. vt ibi, quia ibi in alieno: hic in suo.

a *In cubiculo.*] id est camera, quam habet iuxta communem parietem.

b *Tepidarij.*] id est balnei: quia in eo sæpe est aqua tepida.] & sic Iurisconsultus Tepidarium, & balneum pro eo ponit. Similiter Vitruuius libro quinto, cap. decimo. vbi de balneorum dispositionibus loquitur, primo tepidarium pro ipsa balnei cella ponit, mox pro vase alieno, in quo aqua calefit.

c *Ex figulino.*] idest, lateribus non coctis, & lutosa materia.

d *Retineatur.*] scilicet camera.

e *Maneat.*] Non ergo debet ei incumbere. vt sup eo. l. quidam Iberus. & l. inter.

f *Scalas.*] quia scilicet sine læsione habetur in pariete contingenti, alias nulla esset ratio: quia & si fistula * remoueri potest, non tamen iure habetur: vt supra ea. l. in princip. Sic ergo not. quod aliquid facio in re communi inuito socio, quod mihi prodest, alij non nocet. Sed quid si ambo volumus ponere scalas in turrim communis? Respondeo, quod alteri nocet, potest prohiberi, vt infr. communi diuidundo, lege, Sabinus. Accursius.

S *Eruitutes*] CASVS. Vrbana seruitus potest retineri per possessionem. Et de hoc ponit duo exempla: in quib. si habeo immissum tignum in murum tuum, retineo seruitutem.

¶ *Si domo.*] Dicit quod ille, cui seruitus est concessa, potest facere riuos, & fossas, per quos vel quas vtatur iure. si aliter vti non poterat, vt supra eodem, lege seruitutes.

1† Fl. quam si vel in triclinio.

2† aliàs & idem.

3† Fl. hæc.

*Fistulas di ctas indescri bit Isid. lib. 19. ca. 10. qd aquas emittere, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν. qd mittere est. harū differētias osti tuit Frontin. li. de aque duct. formas ponēt, Vitr. li. 8. c. 7. Pa. lib. 9. c. 18.

4† Fl. & ex sue- tudinem.

*Mænianum locus est proie ctus ex pro pe dente: quo in disp. cllarent, qual à Mænio suisse nomen est, vnde Latin ff. de verb. sign. in l. malum Proie cta ea qua sunt in aqua prona bantur, ve nō qua cumque sint, cui simile sunt mœniana & suggrundia, et ve re aliqd habent vbi conquiescat immissa, nō proie cta vocantur, veluti tigna, trabes q imitantur.

5† Fl. aliquid vtor. & si. ahas, aliquid est quo vtor.

si in 1 † triclinio suo, vel in cubiculo a aquam effunderet Sed Neratius ait, si talis sit vsus tepidarij, b vt assiduum humorem habeat, & id 2 † noceat vicino: posse eum prohiberi.

¶ Iuxta communem parietem cameram ex figulino c opere factam, si ita retineatur, d vt etiam sublato pariete maneat, e si modo non impediat refectionem communis parietis, iure haberi licet.

¶ Scalas f posse me ad parietem communem habere, Sabinus rectè scribit: quia remoueri hæ 3 † possunt.

In seruitutibus tigni, uel stillicidij immittendi, immissione facta dicitur quis habere continuam possessionem. Bart.

Idem libro decimoquinto ad Sabinum.

LEX XIX.

SEruitutes quæ in superficie consistunt, possessione retinentur. Nam si fortè ex ædibus meis in ædes tuas tignum immissum habuero, hoc vt immissum habeam, per causam tigni possideo, habendi consuetudine. g 4 † Idem eueniet, & si mœnianum h * in tuum immissum habuero: aut stillicidium in tuum proiecero: quia in tuo aliquo i 5 † vtor, & sic quasi facto quodam possideo. K

Licet alicui facere id, si nè quo seruitute vti non potest. Bart.

¶ Si domo mea altior area tua esset, l tuque mihi per aream tuam in domum meã ire agere concessisses, 6 † nec ex plano m aditus ad domum meam per aream tuam esset, vel gradus, n vel cliuos o propius ianuam meam iure facere possum: dum ne quid vltra, quam quod necessarium esset 7 † itineris causa, demoliar.

Quantum ad iura seruitutum realium, ædificium destructum, & restitutum idem videtur: secus quo ad personales seruitutes. Bartolus.

¶ Si sublatum sit ædificium, p ex quo stillicidium cadit, vt in 8 † eadem specie & qualitate reponatur, vtilitas exigit, vt idem intelligatur. q nam alioquin (si quis 9 † strictius interpretetur) r aliud est, quod sequenti loco ponitur: & ideo sublato ædificio vsusfructus interit, s quamuis area pars t sit ædificij.

¶ Si seruitus stillicidij imposita sit, non licet domino seruientis areæ ibi ædificare, u vbi casitare 10 † cœpisset stillicidium.

Dominus domus dominantis non potest facere id, per quod conditio seruitutis fiat deterior, sed melior. Bart.

vel quocunq; alio modo domus tua recipiat stillicidium domus meæ, possum domum meam exaltare: deprimere autem non possum, & est ratio in litera. Item possum facere retro stillicidium, id est possum retrotrahere stillicidium, idest quod cadat tantum ante: sed facere stillicidium plus alte non possum. & est ratio in litera. Viuianus.

g *Consuetudine.*] scilicet ac, vt immissum habeam, quod est supra.

h *Mænianum.*] immissum dicitur, quo in alia parte quiescit: mœnianum non, vt infra de verborum significatio. l. malum. §. primo. & inf. eodem. l. hoc quod.

i *Aliquo.*] id est in partibus quibusdam.

k *Possideo.*] idem & in seruitute stillicidij, & alijs, vt infra, si seruitus vendicetur, l. & si forte. §. Sciendum. Accursius.

l *Esset*] ut si domus in inferiori: area superiori parte montis esset. Azo.

m *Ex plano*] idest per viam planam, & sic tempore aquæ lubrica erat via.

n *Gradus*] scilicet lapideos longos.

o *Cliuos*] fossas terrestres per gyrum. * Et sic not. quod potest operari id, sine quo seruitus esse non valet, vt hic, & supra titulo primo, l. si iter. & infra de itin. actuque priua. l. 3. & infra titulo primo, l. Quintus. Secus si sine eo potest uti, vt infra de aqua plu. arcenda lege secunda in principio, vt hic subijcit.

p *Si sublatum sit ædificium.*] dominans.

q *Intelligatur.*] propter vtilitatem intelligitur idem, quod nō est idem, sed mutatum, vel auctum, vel diminutum, ut hic. & infra de exceptione rei iudicatæ, l. & an eadem. §. idem. & supra de iudicijs. l. proponebatur.

6† Fl. ex solito.

7† Fl. necessarium est.

8† Fl deest. in.

9† Fl. si quid.

*per gyrum nō bene intellexit Accurs. Cliui n. Festo sūt loca ardua, prout & in l. si ex plagis. §. in cliuo. ad l. Aq. qd placuit & Alex. Genial. dier. li. 2. c. 18

10† Fl. casitare. ex duplici, ff & m. x cas sitauerit.

¶ *Si sublatum.*] Si tu debes mihi seruitutem stillicidij recipiendi ex domo mea, & ista domus diruatur: refici debet eadem qualitate & specie, aliàs esset aliud ædificium.

¶ *Si seruitus.*] Area tua debet recipere stillicidium domus meæ, si vis ædificare in illa area, non potes. Hoc est verum si non posset propter ædificium hic stillicidiū cadere: aliàs potes ædificare vsq; ad tectum domus meæ, & hoc cum §. si infra eo.

¶ *Si area.*] Si domus tua recipiat domus meæ stillicidium, non possum mutare tectum meum, scilicet, si est ex tegulis facere ipsum ex tabulis. & est ratio: quia lentius cadit aqua ex tegulis, quàm ex tabulis.

¶ *Stillicidium.*] Siue ex testamento, vel stipulatione,

r *Interpretetur.*] scilicet aliquis.

s *Vsusfructus interit.*] in eo constitutus, vt supra quibus modis vsusfructus amittitur. l. repetitio. §. rei mutatione.

t *Quamuis area pars.*] & quidem maxima, vt infra de solu. qui res. §. aream. in fine. §. sed non est ita in reali seruitute, quæ restituitur, vt hic, & infra eod. l. si testamento. & l. cum. & infra si seruit. ven. l. & si forte. § etiam. & sic æquitas non trahitur ad equinum: quare.

u, *Ibi ædificare.*] scilicet vt non recipiatur stillicidium: alioquin est contra finem huius legis.

a *Casitauerit.*] id est frequenter ceciderit.
b *Non potest.*] si ex ea materia grauatus casitauerit.
c *Stillicidium.*] id est seruitus stillicidij: vel, id est domus cui debetur seruitus stillicidij.
d *Quoquo modo.*] inter viuos, vel in vltima voluntate. Accursius.

mum videor lumen constituisse, & oratio generalis omnia comprehendit. Viuianus.
q *Lumina.*] Domus habebat duas fenestras administrantes lumen intus ad quas habet seruitutem ex domo vicina de lumine Accursius.

¶ Si antea ex tegula casitauerit a 1 † stillicidium, postea ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest. b ¶ Stillicidium c quoquo modo d acquisitum sit, altius tolli potest: leuior n. fit eo pacto 2 † seruitus: cũ quod ex alto cadit, leuius 3 † cadat & interdũ e directum, nec perueniat ad locum seruientem. Inferius demitti non potest, f quia fit grauior seruitus, i. pro stillicidio flumen. g Ea 4 † de causa h retro duci quoque 5 † potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere: produci non potest, ne alio loco cadat stillicidium, quàm in quo imposita 6 † seruitus est. Lenius facere poterimus, acrius non. Et omnino faciendum est, meliorem vicini conditionem fieri posse, deteriorẽ ñ posse, nisi aliquid noĩatim in 7 † seruitute imponenda immutatum fuerit.

Dominus domus seu prædij debentis recipere stillicidium, potest ibi ædificare: dummodo stillicidium, seu seruitutem debitam non impediat. Bart.

¶ Qui in area, in qua stillicidium cadit, ædificat; vsque ad eum locum perducere ædificium potest, vnde stillicidium cadit recte. 8 † Sed si in ædificio cadit stillicidium, supra ædificare ei conceditur: i dũ tamen stillicidium recte 9 † recipiatur.

Quando vni competunt plura iura, vno sublato, aliud illæsum remanet. h.d. Vel sic: Quando vni competunt plura iura, si vnum remittit, alind remittere non dicitur. Bart.

Pompo. lib. 33. ad Sabinum.

LEX XX.

SI domus* tua ædificijs meis vtrãq; seruitutẽ deberet, K & 10 † ne altius tolleres, l & vt stillicidiũ ędificiorũ meorum reciperet, 11 † & tibi concessero m ius esse inuito me altius tollere n ædificia tua: quod ad stillicidium meũ attinet, sic statui debebit: vt si altius sublatis ædificijs tuis stillicidia mea cadere in ea nõ possint, ea ratione altius tibi ædificare non liceat: si non impediatur stillicidia mea, liceat tibi altius tollere.

Seruitus, ne luminib. officiatur, porrigitur ad lumina præsentia, vel ad futura si est actũ: & in dubio indefinita locutio æquipollet vniuersali. Bart.

Iulia. libro 1. ex Minutio. 12 †

LEX XXI.

QVi ædificium habet seruitutem vicino imponere potest: ut non solum de his ei 13 † luminibus o quæ in præsentia sunt, 14 † sed ẽt de ijs q̃ postea p fuerint, caueat.

Pomp lib. 33. ad Sabinũ.

LEX XXII.

SI seruitus imposita fuerit, lumina q quæ nunc sunt, vt ita sint: 15 † de futuris luminibus nihil r caueri vr. Quod si ita sit cautũ, ne luminib. s officiatur, quia 16 † ambigua est scriptura, vtrũ ne ijs luminib. officiatur, quæ nũc sunt: an etiam ijs, quæ postea quoque fuerint: humanius est, verbo generali omne lumen significari, siue quod in præsenti, siue quod post tempus conuentionis contigerit.

Aedificio futuro potest seruitus imponi & acquiri. Bartolus.

¶ Futuro * quoque ædificio quod nondũ est, vel imponi t vel acquiri u seruitus potest.

Paulus lib. 15. ad Sabinũ.

LEX XXIII.

CVius ædificium iure superius x est, ei ius 17 † est in infinitum supra suum ædificium imponere: y dummodo 18 † inferiora ædificia non grauiore seruitute oneret, z quam pati debent, 19 †

e *Interdum*] quasi dicat nõ semper. Azo.
f *Non potest.*] illud ædificium, cui debetur seruitus, non potest demitti inferius. Azo.
g *Flumen.*] rectius enim cadit. Accursius.
h *Ea de causa.*] id est eadem ratio: Nam qua ex causa potest tolli altius, quia leuior est seruitus: eadem potest retrotrahi, vt subijcit. Et qua ratione non potest deprimi, quia sic fit grauior, eadem non potest produci vltra, vt subijcit. Accursius.
i *Et conceditur.*] vt supra ea. l. §. si seruitus. contra. Solu. vt ibi.

K SI *domus. Deberet*] & ne &c.
l *Tolleretur.*] propter lumen.
m *Concessero.*] remittendo. Accur.
n *Tollere.*] quia sic remisit, vt hic, & inf. quemadm. ser. amit. l. stillicidij. & infra tit. j l. si mihi. Sed quid est contra, si remisi seruitutẽ stillicidij non recipiendi? resp. 1 & illam altius non tollendi videor remisisse: nam non potest non recipere, nisi altius tollat vt arg. sup. de iurisd. om. iud. l. ij.

o QVi *ædificium. Luminibus.*] id est fenestris, vnde lumen venit.
p *Quæ postea.*] vt de fenestris factis, vel faciendis. Vel dic etiã futuro ædificio, vt j. l. prox §. fin.

SI *seruitus.*] CASVS. Si ex vna parte domus meæ erãt fenestræ, quæ tuæ domui debent seruire: si ex altera parte faciam fenestras, non videor de his cauisse, si ita dictum fuit, vt lumina vti nunc sunt, ita sint: si autem dixit, ne luminibus officiatur: omne lumen significatur, & præsens, & futurum: & sic ad totam do-

r *Nihil.*] Imo videtur, vt infra eodem. l. cum. Sol vt ibi. Itẽ nor. hic contra generalitatem: quia specialia generalibus nõ insunt, vt infra de leg. iij. l. vxorem §. codicillis. & §. felicissimo. & §. legauerat. in fin. & C. ad Velle. l. iubemus. & infra de auro & argen. lega. l. cum aurum. & de contrah. emptio. l. in lege. & infra de verborum o ligat. l. si stipulatus. §. cum stipulamur. & infra de lega. ij. l. cum pater. §. dulcissimis. econtra pro generalitate facit inf. proxi. respon. ibi, & humanius, est, &c. vt supra de in ius voc. l. quique. §. parentes. & inf. de libe & posthu. l. placet. & C. quę res pigno. oblig pos. l. fin. & C. de here. vend. l. fin. & de leg. iij l. cũ hoc legatum. primo respon. & l. quęsitum §. prædia. Solu. hoc est regulare, vt stetur generalitati: & si quandoque est contra, illud speciale ẽ, a ut j. de reg. iu. l. semper. Acc.
s *Luminibus.*] nec est dictũ, quæ nunc sunt, vt ita sint. Accur.
t *Imponi.*] vt seruiat.
u *Vel acquiri*] vt seruiatur ei: non ut fit seruitus, vt inf. cõia pdio. l. 1. sed ut quis obligetur noĩe seruitutis, vt inf. de verborũ oblig. l. existimo. & j. si serui: vẽdi. & j. ti. j. l. Labeo. Acc.

CVius.] CASVS. Dom⁹ mea erat. possum domũ meã quantumcunque velle altius tollere, dũmodo, si tua domus meæ seruiat, non grauetur in plus. Viuianus.
x *Superius.*] puta versus ripã, vt s e. l. seruitutes. §. si domos.
y *Imponere.*] vt sup. eo. l. cum eo. & l. Imperatores. Acc.
z *Oneret.*] vt s̃. eo. l. seruitute. §. stillicidiũ. & j. de acq. plu. arcen. l. j §. item sciendum. Accursius.

1 † Fl. casitauerit, vt sup.
2 † alias, facto.
3 † Fl. lenius cad. & interdũ rectum.
4 † Fl. eadem causa.
5 † Flo. dest, quoque.
6 † Flo. posita sit.
7 † Flo. dest, in.
1 Approbat Bar. Ang. P. & Flor.
8 † Dum cadit recte. Sed & si.
9 † alias deest recte.
* No. bene hãc l. & ad eã ad. de l. si hæres. inst. de cõdi. et de. & istud quod dicit lex venit limitandũ nisi vnum vni necessario dependeat ab altero. l. q̃m. § Lucius inf. de test. m. secundũ Alex. hic ad Bar.
10 † Fl. dest, &.
11 † Flo. reciperet.
12 † Fl. Minicio.
13 † Fl. dest, ei.
14 † Fl. etiam.
15 † Fl. sunt.
a idem P.
16 † Fl. dest, quia.
* Facit ad q̃ne de qua per Bar. tã decis. nẽ q̃ remissione de cuius §. nostri intellec. vnde gl. in non ad dissoluendũ ext. de sponsa.
17 † Flo. eius est in infinitum.
18 † Flo. dum inferiora.
19 † alias debeant.

Hoc quod.] CASVS. Dictum est ȝ. l. j. quod licet immittere tignũ in domũ vicini, i. seruitutem tigni immittendi. Hoc dicit esse uerum, quando habeo domum, ex qua immitto in uicini domum: alias si domum non habeo, sed immitto in alienum ædificium, & cedit solo, non est seruitus.

f *Altere poss.*] vt C. eod. l. parietem. Acc.

g *Prohibere.*] iure s. seruitutis, ut subijcit, nulli enim &c. sed iudicio societatis uel communi diuidundo sic, ut subijcit. & ȝ. communi diuidundo, l. Sabinus, & ȝ. si seruitus vendic. l. an unus.

¶ *Si ex tribus.*] Tu habebas domum ex superiori parte: ego in medio domum meam habebam: Titius autem habebat inferius: ego autem constitui seruitutem ad domum tuam: & inter meam & domum Titii est paries communis: Titius vult altius tollere illum parietem communem, an possit, quæritur. Et respondetur q sic, licet ego dominus medietatẽ ædium non possim altius tollere: nec ego teneor prohibere illum Titium. Viuianus.

a *Hoc quod dictum.*] supra eo. l. 2. & l. seruitutes, in principio. Accur.

b *Aliter.*] i. cessante iure immittendi, secundum Ir. Vel dic, i. si non ex tuo in alienum, sed cum non habeas ædificium, in alieno immittis. nam cedit domui in qua immittitur, ut C. de rei vendicat. l. si inferiorem. Accur.

c *Paries.*] siue dicas parietem communẽ pro diuiso, & tunc quidem non dubitatur 1 q potest ædificare inferior dominus. si pro indiuiso, 2 non debet teneri prohibere: quia natura earum seruitutũ est ea, ut patiatur, non vt aliquid faciat, ut ȝ. tit. 1. quoties, §. 1. Vel dicas, communis, id est melius erat, cum esset inferioris tantum. Accur.

d *Inferiores.*] Opponitur. paries iste est pars domus seruientis: & illa seruit: ergo paries. Respondei non potuit imponi 3 ab uno dominorum. Sed tunc opponitur: ergo dominus etiam seruientis potest ibi ædificare. Respondeo nequaquam, 4 vt ȝ. tit. 1. per fundum. Item opponitur: ergo pro parte constituitur: quod non potest, ut supra ti tu. 1. pro parte, in fine. sed dic hic certa: 5 vt l. ad certam, ȝ de seruitut.

Coniunge l. 2. de aqu. pluu. arcen. Dinar.

2† *alias, habiturum.*

3† *In vetustis legitur, in rem communem.*

1 Est vera & est not. sm Ang.

2 Ista est secunda lectura, quam dicit ueram & no. Ang.

3 Imo per quidam cõsequẽtiam, ex quo totã domũ suam constitue- rat seruire. Ang.

4 Approbatur per Ang.

5 Ista expositio non est necessa- ria. Ang.

Seruitus tigni immittendi potest deberi ei, qui non habet ædificium. Bart.

Pompon. lib. 33 ad Sabin.

LEX XXIIII.

HOc* q̃d dictum a est de immissis, locum hẽt ex ædificio alio in aliud. aliter b enim supra alienum ædificiũ superius habere nemo potest.

Seruitus quæ tibi debetur a domo vicina, non impedit dominum alterius domus ædificare supra parietem communem. Bart.

¶ Si ex tribus ædibus in loco impari positis, ædes mediæ superioribus ædibus seruiat, inferiores aũt nulli seruiant, & paries c cõis qui sit inter ædes inferiores d & medias, altius a dño inferiorũ ædiũ sublatus sit, iure eum altius habiturum 1† Sabinus ait.

In re communi non põt quis aliquid facere uel p hibere iure seruitutis: sed ei per cõi diuidundo iudicium succurritur. Bart.

Paulus lib. 13. ad Sabinum.

LEX XXV.

IN 2† re cõi nemo dominorum iure seruitutis, neq; facere quicquam inuito e altero potest: f neque prohibere g quo minus alter faciat. 3† nulli enim res sua seruit. h Itaque propter immensas cõtentiones i plerunque res ad diuisionem peruenit: sed & 4† per communi diuidundo actionem consequitur socius, quo minus opus fiat: k aut ut id opus, quod fecit, tollat;* si modo toti l societati prodest, id 5† opus tolli.

Pro eo quod fit ex ædibus proprijs in communes, vel econuerso, potest agi negatoria. Bart.

Pompon. lib. 33. ad Sabin.

LEX XXVI.

SEd si 6† inter te & me communes sint Titianæ ædes, & ex his aliquid non iure in alias ædes meas proprias immissum sit, nempe te cum mihi agere licebit 7† m aut rem perdere.* Idem fiet si ex tuis propriis (ædibus in 8† communes meas & tuas) ædes quid similiter esset proiectum. Mihi enim soli tecum est actio.

h Seruit.] ut ȝ. si vsusfr. peta. l. uti frui.

i *Contentiones.*] quas excitat communio: vt ȝ. de legat. 2. cum pater, § dulcissimis & ȝ. de reb. cor. l. qui neque, in fi.

k *Fiat.*] vt infra, de no. ope. nunc. l. in pro uinciali, §. 1. nisi in casibus in quibus prohibere non potest, vt dices ȝ. communi diuid. l. Sabinus.

l *Toti.*] sic quod omnibus, non quod vni tantũ expedit, ut hic, & infra pro socio, l. actione, §. Labeo. & in Auth. de non alien. §. quia vere simile, iu si. collat. 2. Item ad in qd dicit, opus tolli, est contra infra communi diuidun. l. Sabinus, circa fin. ibi, sed & si in communi &c. sed illa secundum hanc, uel forte & hic eo absente, ut ibi. 6. Accur.

SEd si inter.] CASVS. Hæc lex cõtinuatur cum superiori, & casus est talis. Ego & tu habebamus domum cõmunem, & ex illa domo communi proiicis tignũ super domum meã: agam contra te negatoria, ut tollatur: & idem est, si ex domo tua proiicitur aliquid supra domum communem, quod agam, ut remoueas.

3† *alias, alteri si ant.*

4† *Flo. destit. &c.*

* *Ad quod tamen non cogatur, si cũ prohibere poterat socius, vnc præterea si. l. Sabinus, com. diuid. l. R.*

5† *Flo. dest. id.*

6† *alias, Sed & si. & ad intellec. huius l. uide Ioã. Crot. in l. 1. §. nunciatio. de ope. no nun. nu. 24 & ibid. in Rubrum 40.*

7† *Fl. licet.*

* *Aut rem perdere.] dic, id opus demoliri ac diruere. l. quemadmodum, §. 2. ad leg. Aquil. in qua significatione, perdere, a Cor. usurpatur, &c.*

8† *Flo. ijs non in inclusa desunt, c. 7.*

6 Eo pãte P. & Fl.

¶ *Si in area.*] Habeo tecum aream communem, quæ debet seruitutem Mæuio altius non tollendi. Duplici ex causa eleuari non potest. Vna, quia seruitus est imposita, etiã si a Mæuio tibi concederetur. Alia, quia ego prohibere possum, & licet seruitus remittatur, tamen aliud impedimẽtum subest. Viuianus.

m *Agere licebit.*] per negatoriam actionem, aut scilicet perdam ius prohibendi per prædictam actionem, id est libertatem. Nam acquiritur seruitus rei communis etiã per vnum tantum de socijs, scilicet tempore, 7 vt hic: non autem alio modo, ut infra tit. 1. l. si vnus. Est tamen arg. contra, quia plus uidetur posse fieri per conuentionem, quam per tempus, ut infra quemad. seru. amit. l. nam satis, §. sed si is fundus, ibi, possunt tamen &c. Sed ibi in perdenda, 8 hic in acquirenda. Vel dic 9 perdere, id est destruere, & sua authoritate, ut infra de lege. Aquil. quemadmodum, §. 2. Sed quod dicitur hic, me agere negatoria pro re propria contra socium rei communis, est contra ȝ. finium regundorum, l. sed & loci, §. si commune. Sol. ut ibi. Et est ratio (vt dicunt) quod præscriptio per usum inducitur, nõ per pactum: quia per præscriptionem non quærit persona, sed lex: sic & retinetur sine persona si aqua inflat per se, ut ȝ. quemadmodum serui. amitt. l. qui fundum. Vel si quocunque vadat, ut l. denique, in eod. tit. Sed hæc ratio non uidetur bona: 10 quia lex non quærit sine facto hominis possidentis & præscribentis, ut infra eod. l. si ædes, §. libertas. Item & illæ quemadm. ser. amitt. in retinenda dicunt, quod est facilius: aliam ergo rationem quære. Sed dices

7 Istam lecturã sequitur Bar. A. P. & Flo.

8 Hanc solutionem sequitur Bar.

9 Ista est secunda lectura ad textum q̃ satisfacit. Bar.

10 Imo Ba.

In re.] CASVS. Habeo tecum domum communem: tu uis supra eleuare, quasi in hoc ti i seruiat res communis, quæritur an possis altius tollere. Respondetur non potes ipso iure. idem econtra: nec ego te prohibere ædificare eo iure quasi in hoc seruiat mihi res communis, ut alter me inuito non superædificet: sed alio iure idem prohibere possum, communi s. licet diuidundo, & pro socio, vt non fiat, & factum tollatur. sed si communi expedit, possum, & etiam diuidere. Et coniunge l. seq. quæ plana est. Viuianus.

e *Inuito.*] quia dicam in hoc mihi rem seruire: sed neque prohibere, scilicet per confessoriam, sed per negatoriam sic, ut ȝ. si ser. vend. l. an vnus. Sed opponitur, quod in multis casibus notatis infra commi diuid. l. Sabinus. socius facit inuito socio. sed dic, non iure seruitutis. Item nota quod commune est, meum est. sic infra, de legat. 1. l. seruo electione, §. fin.

dices per l. ÿ. de usucap. l. j. & pro suo, l. fin. & Institut. de vsucap. in prin.

a *Concessum.*] Cui debebatur seruitus ne domus communis tolleretur. Accur.

FOramen.] CASVS. Concessisti mihi tale ius vt in tuo pariete esset foramen quoddam, per quod traheretur aqua vel lauandum familiã domus meæ: quæritur, an sit aquæ ductus. & quæratur tempore? Et respon. refert manu fit, & sic nec flumen est, nec aquæductus, nec tempore quæritur. an naturaliter fiat, ut quando pluit, & tunc quia naturaliter immittitur, licet non continue, habet quasi perpetuã causam, & tunc est proprie seruitus. Secundo dicit, quod omnes seruientes debent habere perpetuã causam: quod non potest esse ex lacu vel stagno: & ideo non potest seruitus aquæductus in eis concedi. Tertio dicit, quod stillicidii seruitus ita demum proprie est seruitus, & tempore quæritur, si naturaliter recipitur, non si manu per canales, uel aliud stillicidium immittitur. Quarto refert & ad primum casum, ut si quidem damnum inferri timeatur rei seruienti, ut parieti, in quo est foramen: habeat locum stipulatio damni infecti. hoc dicit. cum l. seq. Viui.

1† Vl quod. 2† Fl. in iure.

Inuito socio non potest quis ædificare in re communi, licet sibi permittatur a domino prædij seruientis. Bart.

¶ Si in area communi ædificare uelis, socius prohibendi ius habet: quamuis tu ædificãdi ius habeas a uicino concessum: quia 1† inuito socio in re 2† communi non habes ius ædificandi.

Seruitus quæ non habet causam continuam, nõ potest acquiri tempore: & causam continuam non habet omnis seruitus, ad cuius vsum factum hominis requiritur: & damnum quod ex seruitute non iure debita contingit, uenit actione damni infecti. h. d. Diuide, Primo ponit dictum. Secundo illud limitat. Tertio illud probat ꝑ rationem. Quarto ponit tres illationes. Secũda ibi, Hoc ita. Tertia ibi, Neque enim. Quarta ibi, Et ideo. Bart.

Paulus lib. 5. ad Sabinum.

b *Foramen*] per quod mittebatur aqua ex fonte vicini in pauimentum quibusdam temporibus.

c *Pariete.*] seruiente.

d *Conclauis*] est locus qui multis clauibus firmatur: maxime inter duas domos, ut ÿ. de damno infec. l. quod conclauε. * scd triclinij est, ut infra commo. l. si ut certo, § si de me.

* Conclaue. In edicto ꝑtoris dicitur locus strictior dom⁹. l. j. ff. [illegible] are insp. vn. de Teren. in Eunucho Dum apparatur, virgo in conclaui sedet.

e *Pauimenti*] dominantis. Accur.

f *Flumen.*] Flumen uocat lignum excauatum in quo colligitur aqua pluuialis, uel alia, naturalis tamen, quæ semper fluat.

g *Esse*] & sic non est seruitus, ut ÿ. proxi.

h *Verum est.*] quod tempore non quæratur. Accur.

i *Fit.*] vt immissio aquæ per prædictum foramen, alias fere omnis seruitus non haberet perpetuã causam, cum omnes manu fiãt. unde melius dixisset quod manu fiat, id est vsus, cuius seruitus manu exercetur.

k *Assidue*] & sic dr̃ de aqua quotidiana, quæ quotidie duci põt, licet quotidie non ducatur, ut ÿ. de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. quotidiana, & §. quod autem scriptum est. Acc.*

* l. j. infra quemadmo. seru. amitt. & ÿ. de fun. dot.

l *Perpetuo*] & ideo tempore acquiritur, sicut aquæductus: tamen non alias nisi continue ducatur aqua, acquiritur tẽpore, quia & si naturaliter aqua deriuetur, tamen sæpe euenit quod per manu factum rivo [illegible] ducas. porro si continue plueret, continuo de stillicidio caderet. unde aquæductus potest habere & non habere continuationem: sed stillicidium semper habet quasi perpetuum propter aptitudinem.

m *Perpetuas.*] uel quasi, ut in stillicidio, ut in fine huius l. & hoc ad hoc ut possint præscribi, ut dixi supra, de seruit. seruitutes.

n *Debent.*] ad hoc ut possint tempore quæri: & ad hoc ut vere possit dici seruitus, ut ÿ. l. prox. Sed tamen id solũ nõ sufficit: imo oportet ꝙ cõtinue ea fit vsus, vt in aquæductu dixi modo: saluo eo qđ dr̃ de stillicidio uel aliter, oẽs hñt debẽt perpetuas causas ad hoc vt ꝑpetuo eas habeãt, ex quo cõstitutæ sunt, licet perpetuo his nõ vtatur. vnde neque in lacu, neque in stagno sic concedi potest, ut perpetuo fit: quia interdum, imo sæpe exarescunt, unde ipso iure extinguitur seruitus: licet restituatur in pristinum statum, in statu tempore locus vel stagnũ sit restitutũ. Et ẽm hoc iter habet perpetuã causã. uel aliter, ut possit concedi, perpetuam causã & continuã habere debet. Vnde nec in lacum, nec stagnum potest concedi: quia interdum exarescunt, & sæpe. Sed tñ interim dum exstat, ꝓhiberi non debet. secundũ hoc etiam de itinere dicitur, quod habet perpetuam causam: sed non ẽm primam expositionem. Sed nonne & domus sæpe diruitur? non ergo in ea seruitus constitui potest. Respon. non sic sæpe, vt lacus & stagnum.

* ad intell. huius l. vide Io. Longouall. in lamperiũ, num. 112. de iurisdic. omnium iudi.] & consule l. fr. seruitutes, de seruitut. Dum.

* Causas. mn. scit continuationis, exponit Cuia. obs. ordo. 18 cap. 3. Concilium qđ sit.

3† alias l. 30. ad Q. Mutium.

4† Fl. damnum.

LEX XXVII.

FOramen b * in imo pariete c conclauis d vel triclinij, quod esset proluendi pauimenti e causa, id neq; flumen f esse, g neque tempore acquiri placuit. hoc ita verum est, h si in eum locum nihil ex cœlo aquæ veniat. neque enim perpetuam causam habet qđ manu fit: i at qđ ex cœlo cadit, & si non assidue k fit, ex naturali tamen causa fit, & ideo perpetuo l fieri existimatur.

¶ Omnes autem seruitutes ꝓdiorum perpetuas m causas n habere debent: n & ideo neque ex lacu, o neq; ex stagno p concedi aquæ ductus põt.

¶ Stillicidii quoque immittendi naturalis & perpetua causa q esse debet. r

Pompon. lib. 33. 3† ad Sab.

LEX XXVIII.

SI quid igitur s ex eo foramine, ex quo seruitus non consistit, t damni 4† uicinus u sensisset: x dicendum est, damni infecti stipulationem locum habere.

Si ad aliquod prædium seruiens incipiat pertinere insolidum, seruitus extinguitur, secus si ꝑ parte. B.

o *Lacum*] lacus est ꝙ perpetuã habet aquã, non tamen exinde est eundem. Accur.

p *Stagno.*] quod temporalem: quia tempore pluuiæ colligitur, ut infra ut in flum. publ. l. 1. § lacus, & § stagnum. Sed licet seruitus aquæductus non possit ex lacu fieri, tamen seruitus nauigii sic, ut ÿ. de serui. rust. præd. l. via § 1. Sed quæ est ratio? Resp. secundum Io. quia quandoque nauigium currit, quandoque non [illegible] aquæductus continuo, uel fluere nã debet [illegible]. Tu dic ꝙ per nauigium nõ minuitur aqua, sed per aquæductum sic.

q *Causa*] ut possit pr̃ sibi, nõ autẽ si manu aqua [illegible].

r *Debet.*] quia nec in manu consistit usus eius, & perpetuo paratum est ad suscipiendum aquam, & ideo potest præscri. Accur.

s *SI quid igitur.*] illatio superioris legis.

t *Consistit.*] maxime. nam & idem si consistat, ut [illegible] Accur.

u *Vicinus.*] q. [illegible] debere seruitutem ex pariete [illegible]

x *Sensisset.*] [illegible] dic etiam re, & tunc si stipulatio est interposita damni infecti, agit ex ea: alias agit in factum de damno dato, ut ÿ. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum, § si furnum. Quidam tamen dicunt ex stipulatione agi quasi de fuit interposita: sed si finita fuit dies eius dum secundo non cauetur, esse utili, a si esset interposita stipulatio, ut ÿ. de da. infec. l. si finita, in princ.

SI quis.] CASVS. Ædes tuæ meis seruiebant: emi illas tuas ædes, & sic extincta est seruitus: si eas postea alij vendo, liberæ uendi videntur, nisi seruitutem imponerem.

¶ *Si partem.*] Hunc casum dic, ut ÿ. de seru. ut pomiũ, § seruitutes

a *Seruitus.*] ut]. communia prædio. l. qui quid.
b *Retinetur.*] ut] tit. j. l. vnus ex in pr. ac seruit. l. ut pomum. § si prædium. Accur.
c *In alterutris.*] s. in dominanti, uel seruienti.
d *Non interrumpit.*] s. hæc personalis seruitus.
e *Seruitutem.*] s. prædialem.

q *Statutum*] ad usucapiendam seruitutis libertatem. quę est x. uel xx. annorum, ut dices infra quemadmodum ser. amitt. l. hæc.
r *Interpellata*] naturali interruptione, ut]. de vsucap l. naturaliter.

S *I testamento.*] CASVS. Hæredē meū damnaui, ne domus tuæ luminibus officeret, si hæres destruxit illam domū, ex qua debebatur seruitus, & postea reficere uelit: competit tibi utilis actio, ut hæredem prohibeas altius reædificare. Viuia.

f *Ædificium.*] in quo seruitus legata erat, & aliud nouum sustulit, ut infra colligitur.

g *Legatario*] cui seruitus legata erat.

h *Vtilis*] non directa: quia non est illud ædificium cui seruitus imposita est, secundum Azo. ut s. eod. l. seruitutes. § si sublatum.

i *Ædificium.*] scilicet nouum.

S *I ædes.*] Casus planus est usque ad §. libertas. Si debeo seruitutem altius nō tollendi, præscribo libertatem, si teneam exaltatam illam domum seruientē. Sed pone quod incepi possidere ut liberā, & postea cecidi a possessione, interrupta est usucapio: sed is ad quē post deuenit, usucapit libertatem si legitimo tēpore possedit. Viuianus.

k *Vsucapiam.*] ignoraui seruitutē ad aliū pertinere, & sic bonam fidem habui, ut]. quemadmo. ser. amitt. l. si. Vel si sciui, non tñ ui aut clam, uel p̄cario: sed quod permisit precario, reuocabit qñ volet, ut inf. cōia præd. l. pe. Et sic nota hic, quod sine titulo apto præscribitur libertas, ut dixi supra tit. r. l. seruitutes.

l *Vna seruitus*] quod si esset, non posset aduersus alterum tantum vsucapi libertas. Itē.

Paulus lib. 25. alias 15. ad Sabinum.

LEX XXIX

SI quis ædes, quæ suis ædibus seruirent, cum emisset, traditas sibi accepit, confusa, sublataque seruitus a est: & si rursus vendere vult, nominatim imponēda seruitus est: aliequin liberæ veneunt. 1† ¶ Si partem prædii nactus sim, quod mihi, aut cui ego seruiebam, 2† non confundi seruitutem placet: quia pro parte 3† seruitus retinetur. b Itaque si prædia mea prædiis tuis seruiant, & tu tuorū partem mihi, & ego meorum partem tibi tradidero, manebit seruitus.

¶ Item vsusfructus in alterutris c prædiis acquisitus non interrumpit d 4† seruitutē. e

Domus destructa potest vsque ad statum pristinū restaurari, non obstante seruitute ne luminibus officiatur.

Idem lib. 45. alias 48. ad edi.

LEX XXX.

SI testamēto damnatus hęres ne officeret vicini luminibus seruitutem que præstaret, deposuit ædificium, f concedenda erit legatario g actio utilis, h qua prohibeatur hæres, si postea extollere supra priorem modum ædificium i conabitur.

Potest aduersus vnum præscribi libertas, aduersus alium non, ex eadem ædificatione. Bar.

Iulianus lib. 7 Digestorum.

LEX XXXI.

SI ædes meæ * seruiant ædibus Lucii Titij & ædibus Publii Mæuii, ne altius ædificare mihi liceat, & a Titio precario petierim, ut altius tollerem, atq; ita per constitutum tempus ædificatū habuero, libertatem aduersus Publium Męuium usucapiam. k non n. seruitus l Titio & Męuio debebatur, sed duæ m argumentum rei n præbet, quod si alter ex his seruitutem mihi remisisset, o ab eo solo liberarer: alterius 5† nihilominus seruitutem deberem.

Nisi prædia urbana possideantur continue, eorum libertas non pręscribitur. Bar.

¶ Libertas seruitutis vsucapitur, si ædes possideantur. p Quare si is qui altius ædificatum habebat, ante statutum q tempus ædes possidere desijt, interpellata r usucapio est: is autem qui easdē ædes postea possidere cœperit, integro s statuto tempore libertatem vsucapiet. Natura n. seruitutum t ea est, ut possideri nō possint: u sed intelligatur possessionem earum habere, qui ædes possidet. x

Nihil hoc seculō potest esse perpetuum, nisi per surrogationem. Bar.

Paul. li. 5 epito Alphæni Dig.

LEX XXXII.

EVm debere columnam restituere, quæ onus uicinarum ædium ferat, 6† cuius essent ædes quæ seruirent: non eum qui uellet y imponere: nam cum in lege ædium ita scriptum esset. Paries oneri ferundo uti nunc est, ita sit: satis aperte significari, in perpetuum parietē z

s *Integro*] hoc si non habuit causam a priore uel habet, alius in medio posse...: alias coniunguntur tempora, ut Insti. de vsuc. § inter &]. de usu. p. mp. l. ij. § pe.
t *Seruitutum.*] mel. ... libertatum.
u *Possint.*] ab eo qui debet.
x *Possidet*] altius ædificatas, qui præscribit, & occidit alterius seruitutem præscribendo, sicut & in re corporali * qui possidet, præscribit, & occidit dominum alterius: & sic possidendo seruitutem acquirit libertatem.

E *Vm*] CASVS. Ille qui debet seruitutem oneris ferendi super murū suum, ille sibi columnam suam debet reficere, & non ille cui debetur seruitus, siue sic ita dictū, uti nunc sunt, ita sint, vel alio modo, & hoc dicit hac l.

y *Vellet*] aliter est, cum quis ex uoluntate sibi aliunt seruitutem: tunc enim aduersarius non tenetur, ut infra de aqu. pluuia arcen. l. r §. fina. uel hic speciale.

z *Parietem.*] id est hunc ... sed uidetur quod de præsenti tantum intelligatur, ut supra eodem, l. si seruitus. in principio, quæ est contra. Sol. hic non possit intelligi de præsenti columna tantum, quæ in conuentionem deuenerat, unde etiam de futura uidetur cautum: sed ibi etiam de præsenti lumine tantum oportet intelligi. Item videtur, quod sufficiat semel posuisse, licet desinat, ut arg. inf. loc. l. mutuus & inf. de poll. l. r in fin. Sed

m *Duæ.*] hic nota quod usucapio prodest, & non prodest: sic conditio est conditio & non conditio, ut] de manu. test. l. si ita scriptum & s. te ... l. vsuf.
n *Argumentum rei.*] quod non una seruitus sit, sed duæ. Vel dic, quod aduersus Mæuium usucapiam est tñ huic dicto argum. s.] quemadmo. ser. amit. l. nam satis. § sed si fundus ibi possunt tamen &c.
o *Remisisset.*] per pactum.
p *Possideantur.*] tanquam liberæ. Acc.

]. ut lega. uel fideicom. l. r. § si is. &]. de l. g. 3 l. fidei com missa. § si decem. quæ sunt contra. Sol. hic fuit actum ut uti nunc est, in perpetuum esset. Et sic expresse exigitur, ut alius semper reponatur si præcedens deficiat. Item non. quod hoc est speciale in seruitute oneris ferendi, ut ille cuius præ... seruit, ... ut]. si seruit. uen. & si forte §. et & l. sicut, §. ... contra s. de seru. quoties §. seruitutum. Item contra s. eo l. si arborem. § ult. sed hic non est ambiguitas. 2

Margin notes:
1† Fl. gemini.
2† Fl. seruiā.
3† alias, per partem.
4† Alias non interrumpit.
5† Fl. altero. * Specialle in hac seruitute l. 6. §. et si ser. uen. l.
* De huius l. intellectu uide per Bar. in l. 1. de seruit. & aq. in pe. co lum.
6† Fl. ferebat.
a Alias incerti.

a *Aeternus.*] id est sempiternus: nam æternum dicitur qđ semper fuit, & est: ut Deus: sempiternum dicitur qđ incepit, & non desinet: ut anima: & angelus, & hæc seruitus. *
b *Eiusdem modi.*] id est, hæc uel similis duabus.
c *Cauisset.*] his uerbis quæ sequũtur: ubi minus dubii est.

* *seruitus*] cum Iurisc. seipsum declaret, poterat Acc. melius dicere, æternus esset, i. i. idoneus ad usũ seruitutis. in xta l. j §. hoc interdictum ff. de fonte. & ut ibi perpetuo maneat l. 17 §. Labeo. ff. de act. emp.
1† *Fl. deest.*
2† *aliter qua.*

d *Et qui duas.*] nisi simul tradat ei dẽ uel diuersis. ut ĵ. communia præd. l. si quis duas. §. duas aũt.
e *Tradendo.*] sed quõ potest apponi in traditione, cum ipsa traditione sit dñs adhuc qui ea tradit? Rñ. p nimiam uincitatem quæ hẽt pactum cum amissione dñij, iam, amisso dominio factum vř. Conferri. n. vř pactũ in id tps quo desinit esse domus sua, ut ĵ. ti. l. fundus. in fi. Azo. & facit ĵ. communia prædio. l. si quis duas j respon. ADDITIO. Dic sm Bar. hic, q istud debet intelligi qñ fuit facta traditio ex magno interuallo, uel uſ ipsum pactum in traditione ipsa repetitũ, ut l. item quia in fi. ſ. de pact.

* *nec dici debet ei res sua seruire l. 26. sup. eo. cum tradendo alteram, eius dominium a se alienet. l. si quis duas com. præd.*
3† *Alias, incerti.*

f *Sibinarum*] CASVS. si duas habui ædes: & unam vẽdidi, cui imposui seruitutem: & cum tradidi, nihil dixi, agetur ex uendito ut imponatur seruitus, uel condictione incerti.
f *Ex uendito*] ut inf. de act. empt. l. si tibi liberum & argu. ſ. de pac. l. item quia conuentiones.
g *Incertum*] i. per condictionem incerti, quæ est proprium nomen actionis, ut no. ĵ. de condi. inde. l. sed & si me putem. §. fin.

Binas] CASVS. Duas domos habebam, una tñ contignatione cõtextas: vnam vni legaui: aliam alii. Dicit: si contignatio diuisa est p partes, est cuiuscunque, quatenus, s. domus cuiuscumque extenditur: & hoc siue vtrique pure, alteri sub conditione legata est. Ideas si inter viuos concessi, nec potest agere unus contra alium ut remoueat. Viuianus

4† *Fl. Placet.*
5† *Fl. sunt.*

h *Legauit*] puta unam uni, alteram alteri.
i *Mag.*] quam contrarium.
k *Partes.*] pro diuiso etiam, prout regio cuiusque domus extenditur, ut ĵ. pro soc. l. p.. & ĵ. cõi diui. l. arbor. & ĵ de acqu. rer. do. l. pro regione. Sed contra. ſ. de rei uen. l. Pomponius. in fi. Solũ dicit de re mobili, ut equo & asino, & similibus quę diuidi cõmode non pñt, ut Insti. de off. iud.

esse dr. nõ. n. hoc his uerbis dicitur, 1† ut in perpetuum idem paries æternus a esset, (qđ ne fieri quidem posset) sed ut eiusdem modi b paries in perpetuum esset, qui 2† onus sustineret: quemadmodum si quis alicui cauisset, c ut seruitutem præberet, quæ suum onus sustineret: si ea res quæ seruiret & tuum onus ferret, perijsset, alia in locum eius dari debeat.

Rei suæ non potest quis seruitutẽ imponere, nisi in actu quo alteri tradidit. h. d. cum l. seq. Bar.

Iulianus lib. 2 ex Minicio,

LEX XXXIII.

Et qui duas d areas habet, alteram tradendo, e seruã alteri efficere potest. *

Martianus lib. 3. ad Reg.

LEX XXXIIII.

Si binarum ædium dominus dixisset, eas, quas uenderet, seruas fore, sed in traditione non fecisset mentionẽ seruitutis, uel ex uendito f agere potest, uel incertum g 3† condicere, ut seruitus imponatur.

Si ædes legantur, uel venduntur, videtur actum vt cõtignationes uti stant, ita stent. Bart.

Papinianus lib. 7 Quæstio.

LEX XXXV.

Binas quis ędes habebat, una contignatione tectas: utrasq; diuersis legauit. h Dixi, quia magis i placet, 4† posse duorum tignũ esse, ita ut certæ partes k cuiusque sunt 5† contignationis, ex regione cuiusq; dñi tigna fore: nec ullam inuicem habituros actionem, ius non esse immissum habere, nec interest pu-

re utrisque, an sub conditione alteri ædes legatæ sunt.

Paulus l. 2. Questionũ. 6†

LEX XXXVI.

Idemque esse & si duobus ædes cesserint. l

Aedificia quæ inuicẽ non videntur, non possunt inuicem seruire. Bar.

Iulianus li. 7. Digestorum. 7†

LEX XXXVII.

Si ædes meæ a tuis edibus tantum distent, ut prospici non possint, aut medius mõs earum conspectum auferat, seruitus imponi non potest. m

Paulus lib. 1. Manualium.

LEX XXXVIII.

Nemo enim propriis ædificiis seruitutẽ imponere potest, nisi & is qui cedit, & is cui ceditur, in conspectu habeant ea ædificia, ita ut officere alterum alteri possit.

In pariete communi non potest quis fenestras facere nisi fuerit concessum. Bar.

Idem lib. 3. Responsorum.

LEX XXXIX.

Eos qui ius immittendi luminis non habuerunt: aperto pariete communi, * nullo iure fenestras amisisse n rñdi.

Si res legatur ad vitam, in dubio non uidetur imposita ei seruitus, licet duret facultas eundi. Bar.

Sceuola li. j Responsorum.

LEX XL.

Olympico habitationem & horreum, quod in ea domo erat, quoad uiueret, o legauit: p iuxta eandem domum hortus & cœnaculum, quod Olympico legatum nõ est, q fuere. ad hortum autem & cœnaculum semper per

§. q. s. commode. hic in aliis, puta tigno. Vel melius non est contra: nam hic nõ dicit qđ possit pro parte possideri, imo nullus possidet, ut ĵ. de usuc. l. eum qui. & de acqui. pos. l. q. uniuersas. in prin. Sed demũ eo rupto possidet, s. p indiuiso: ut ĵ. pro soc. l. pe. Sed dic hic pro parte dñium quæri, quarundam enim rerum dominium quærimus, quarum nequimus quærere possessionem, ut ĵ. de acq pos. l j. §. sed & cum. ĵ. de aqu. rer. dom. l. homo liber. §. quicqnid. ADDITIO. Pro declaratione istius glo. dic sm Bar. q tignũ donec cohæret domui, non censetur mobilis, sed immobilis: & ideo potest esse cõis pro indiuiso, scilicet cuiusque pro regione sua: sed si fuerit exemptum a domo, esset communis pro diuiso, ut l. arbor. in fi. ĵ. communi diuid.

6† *Fl. Iulianus lib. 7. Digest.*
7† *Fl. Paulus 2. quæst.*

l *Idem Cesserint*] scilicet inter uiuos.
m *Si ædes. Non potest.*] imo vř ĵ. ĵ. cõia prædio. l. si quis duas. in prin. Solu ut ibi. & facit huic ĵ. si ser. uend. & ideo.

Eos qui] CASVS. Habeo tecum parietem communem, quem aperis, ut lumen intret ad domũ tuam propriam quã ibi iuxta habes. Dicitur hic q nõ potes.
n *Immisisse.*] immittere lumen tibi: aut a me transfusum ad te, aut ex aduersa parte ad me trãsfundẽdũ, & neutrũ fieri põt. & si d. hæc l. Ir. & sic duob. modis põt poni. & pone plane exẽplũ, ut ſ. eo. l. sed si inter me, j. respon.

* *ut Harmenop. lib. tit. 31. Cuiac. obseru. lib. 1 c. 31.*

Olympico] CASVS. talis est Legaui tibi habitationẽ cuiusdã domus per quam ibam ad hortũ meũ: hæres meus vult per illã domũ, quã tibi legaui, ad prædictũ hortũ ire, sicut ego ibã, quæritur, an possit. Et tñ q bene põt, eo tñ tempore quo tibi nihil noceat.

¶ *Lumen.*] Ianuæ domus meæ aperiebant versus uiã, ut liquebat uidere in domum Matthei Rhegin. quæritur utrũ uicinus habeat ĵ me actionem, cum nullum ex hoc incõmodũ patiatur. Et rñ. q nõ habet: nec ego ei tenebor. hoc patet. Viuo

o *Quod uiueret.*] s. Olympicus.
p *Legauit.*] scilicet Testator.
q *Legatum non est*] s. expressim q. non erat hortus eis domo emptus, vel ad vsum dom. alias tacite sequitur legatũ domus, ut ĵ. de leg. j. §. eius. & preta si. & l. cui sues. Acc.

ADDI.

domum, cuius habitatio relicta erat, aditus fuit. quæsitum est, an Olympicus aditū præstare deberet? R. fidi, seruitutē quidem non esse, [a] sed hæredem transire per domū ad ea quæ cōmemorata sunt, posse, [b] dum ne 1 † noceat legatario.

Potest qs aperire ianuā versus viā, quatenus se extendit stillicidij rigor. Bar.

¶ Lucius * Titius aperto pariete domus suæ, quatenus stillicidij rigor, [c] & tignorum proiectus 2 † competebat, ianuam in publico * aperuit. [d] quæro, cum neque luminibus Publij Mæuij [e] * vicini, neque itineri 3 † officeret, neq; stillicidium in vicini 4 † domum caderet, an aliquam actionem Publius Mæuius vicinus ad prohibendum haberet? Respondi secundum ea quæ proponerentur, nullam [f] habere.

TITVLVS III.

De seruitutibus rusticorum prædiorum.

Iurisconsultus nominat hic seruitutes rusticorum prædiorū: inter quas gl. dicit, q̄ sunt quædam seruitutes nominatæ: quædam innominatæ. Primò ponit nominatas. Secundò innominatas. Secunda ibi, In prædijs. & hoc facit usque ad l. item, §. qui habet, infra eod. vers. traditio.

Vlpian lib. ij. Institutionum.

LEX PRIMA.

SEruitutes rusticorum prædiorum sunt hæ: iter, actus, via, aquæductus.

¶ Iter est ius eundi [g] ambulandi hoīs, 5 † non ēt iumentū agendi, [h] vel vehiculū. ¶ Actus est ius agendi, vel iumentum, vel vehiculum. Itaque qui iter [i] habet, actum non habet: qui actum habet, iter 6 † habet; eoque vti potest & sine iumento. [k]

¶ Via est ius eundi, & agendi, & ambulandi: nam iter & actum in 7 † se via cōtinet. [l]

¶ Aquæductus * est ius aquæ ducendę 8 † per fundū alienū.

¶ In p̄dijs [m] 9 † rusticis cōputanda ēt sunt [n] hæc; 10 † aquę haustus, pecoris [o] ad aquam appulsus, ius pascendi, calcis coquendæ, [p] arenæ fodiendæ.

¶ Traditio planè & [p] patientia [q] seruitutum inducet officium prætoris.

Neratius li. 4. Regularū.

LEX II.

RVsticorum etiā 11 † prędiorū seruitutes sunt, licere altius [r] tollere, & offi-

ADDITIO. Intellige istam gl. q̄ testator expresserat q̄ hortus non veniret, vel separatim emerat, secundum Bar.

a *Non esse.*] q̄ esse non potest: cum dominus remansit hęres, & res sua nemini seruit, vt sup. eo. l. in re communi, & ī. si vsusf. peta. l. vti frui. Aliter ergo si proprietas esset legata, vt infra si seruit. vend. l. testatrix, j. rñ. quæ est contra. & infra, de vsufruct. lega. l. damnas, §. j. Accur.

ADDITIO. Ideo hic non videtur seruitus imposita, sed facultas eundi: quia prædia non erant relicta perpetuo: aliàs haberet locum quod dictum est in l. binas, supra eo. Bart.

b *Posse.*] forma n. patrisfa. seruanda est, vt j. de legat. j. l. si fundum, §. qui fundum, & l. seruum, §. fin. de vsufru. leg. l. damnas esto, §. esto. Accur.

c *Rigor.*] idest rectitudo. à rego, gis: vel dicit a rigo, vel die à rigo, vt ponatur p̄ deguttatione aquæ. Azo.

d *Aperuit.*] extra domum, vt faciunt omnes Veronenses. Acc.

e *Mæuij.*] maximè ī. eod. l. cum eo. Azo.

f *Nullam.*] negatoriam de seruitute: sed neque interdictum vt tollat: cum neque suæ priuatæ, neque vtilitati publicæ noceat, & sibi prodest, neque in via publica factum est, vt infra ne quid in loco publ. l. ij. §. merito. Accur.

DE SERVITVtibus rusticorum prædiorum.

Dixit de vrbanis seruitutibus in specie: nūc de rusticis eodem modo] supple. m per Cuiac in suis paratitlis ad hunc titulum.

SEruitutes.] CASVS. Quatuor sunt principales seruitutes, & sunt nominatæ, & eas ponit in princip. huius l. & postea ponit de vnaquaque, & sic sunt & aliæ seruitutes rusticæ innominatæ, & v. icili. et quas ponit in § in prædijs.

¶ *Traditio*] Constituisti mihi seruitutem itineris, qualiter inducar in possessionem? Respon. offic. iudicis, i. q̄ præcipiat præstari, mihi faciendo præstari cautionem de præstando in futurum. Viuianus.

g *Ius eundi.*] solus: sed ambulandi cum alio. Vel dic, eundi planè, ambulandi currendo, & hoc scilicet in omnibus prædictis seruitutibus, siue pedes, siue eques, vt j. eod. qui sella, in princ. & l. iter. Accur.

h *Agendi.*] id est ducendi ad manus, vel ante se.

i *Iter.*] eo ipso, & hoc quantū ad cōmoditatē, non quantum ad seruitutē, vt j. si seru. vend. loci. §. j. nam si essent duæ seruitutes, constituto actu, posset vna adēpta altera remanere, vt ī. tit. j. si ædes, in prin. quod lex negat. nā adem pro itinere nihil amittit, vt j. de adim. leg. l. j. quę est ȝ.

k *Iumento.*] supra, de serui. l. si tam.

l *Via continet.*] inspectis his definitionibus nihil plus repetitur in via quàm in actu: sed certè plus est, vt patet j. eo. l. qui sella, j. respon. & §. qui viam. Item si vię latitudo non fuerit designata, designatur per legem: sed actus non, vt j. eo. l. viæ, & l. certo, §. latitudo.

m *In prædijs.*] id est seruitutibus rusticis prædiorum.

n *Computanda etiam sunt.*] supradictę sunt noiatę: hę posuit innoiatæ dici, & hēs de his j. e. l. ergo. §. Neratius. Sed q̄rit, quare hæ & superiores dñr p̄diorū? Rñ. quia cōstituunt ius in re q̄ debet seruitutem, sm Placen. sed hęc rō nō est bona: q̄a & vsufructuarius habet ius in re: vtpote cū ȝ quem libet possi. lētē agat, vt s. si vsusf. pet. l. vlt. §. vtrū. non tñ est prædialis: sed personalis: vt s. de serui. l. j. Alij dicūt ideo, q̄a tantū in p̄dijs cōstituūtur: sicut ipsum denotat nomē, quod pro immobili re accipitur, vt j. de verb. sig. l. qō est. & tñ habenti vicinum prędiū cōstituuntur. licet ergo cōmoditas p̄sonæ quæratur, prædij tñ dicitur: vnde & potius ius prædij q̄ personæ consideratur, vt s. de neg. gest. qui aliena, §. vno & j. eod. l. via, §. si fundus. Itē quia fundo, vltra quàm ei opus sit, constitui nō possunt, vt j. eo. l. ergo, §. Neratius.

o *Pecoris.*] hoc si prædio debeatur. aliàs contra, sup. de vsufr. l. si quis binas.

p *Et.*] pro id est. Ac.

q *Patientia.*] quæ fieri dēt, vt s. de vsuf. l. 3 §. dare. & de public. l. si ego, & j s. de s. ru. l. quoties, §. si. hęc q̄dem patientia prętā da inducit officiū prętoris petente eo cui debetur, ad hæc duo; vt nunc, & in futurum præstetur patientia, & etiā fiat cautio ne desit illa patientia, vt infra si seru. vend. l. egi. & s. de serui. l pen. Et ex hoc reperis plerūque seruitutem dici debere, licet iam sit tradita, vt Inst. eod. §. ideo autem. sed in corporalibus rebus officium iudicis non prospicit in futurum, vt j. de vsu. l. j. §. j. & j. de ædil. edic. l. ædiles, § itē sciendum. Vel inducit officium, si vendicetur ab eo cui est constituta, vt absoluatur. Vel dic, traditio inducit officium prætoris inducentis vti poss. si inquietetur, vt supra de serui. l. pen. vel conuerte hanc literam, id est officium prætoris inducit traditionem & patientiam. Accur.

RVsticorum.] CASVS. Dixit supra l. proxi. multas esse seruitutes rusticorum prędiorum. hic addit Iurisc. tres seruitutes quę sunt rusticę.

¶ *Aquæductus*] Seruitus haustus, & aquęductus potest pluribus concedi, si sufficere possit. Viuianus.

r *Altius.*] domūculā gratia fructuū paratam: arg. j. quib. mod. pig. tac. ɔ̄hitur, l. hoc iure, §. stabula. Sed nonne licet eam mihi altius tollere inuito vicini agri, seu p̄dij dño, vt s. tit. j. l. Imperatores. & l. cum eo. q̄ si est, nulla est impositio seruitutis, vt s. ti. j. l. si ędes, & l. nemo? Rñ. hic esse

1 † Fl. noceat.

* Vide in hūc §. Francisc. Dua. lib. 1. c. 32. disputatio.

2 † Fl. protectus.

* Vi Cuiac. obseru. lib. 13. cap. 29.

3 † Dum etiam vicini officer.

4 † Fl. stillicidiū ne vicini domu cadat, an aliquam.

5 † Fl. hominis.

6 † Fl. & iter habet etiam sine iumento.

7 † Fl. &.

* De aquæductu, vid. Var. lib. 8. cap. 7.

8 † Fl. aquam ducendi.

9 † Flo. dest. prædijs.

10 † Fl. dest. etiā, & hæc.

* Inquantum iste tex. meminit de seruitute calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, de ea prætica, & varie lectu differē a ab alijs, vide p̄ Bar. in l. si prius, in 3. op. pos. prima partis, & vers. nunc inf.

11 † Fl. dest. etiam.

secus, propter vtilitatem segetum vicini agri, ne pereant: ideoq; licet vrbano, non tñ sic rustico prædio possunt offi cere, vt arg. C. eo. l. fi. in fi. Vel dic, q prius debuerat seruitutẽ, vt not. s. tit. j l. j. Vel dic, q in alieno iure seruitutis submitto. Sed nõne est seruitus vrbana? Respõde hoc fieri pro prędio rustico: quia prætorium vel villa, vt s. de vsu & habit. l. plenum.

cere prætorio 1 † vicini, vel cloacam a hĩc licere per vicini domum b vel prętoriũ: vel protectum c habere licere.

¶ Aqueductus vel 2 † haustus aquæ per eundem locum vt ducatur, ẽt pluribus concedi põt, d potest 3 † ẽt vt diuersis dieb. e vel horis ducatur.

¶ Si aquæductus, vel haustus aquæ sufficiens est, potest etiã pluribus per eundem locum concedi, vt & eisdem diebus f vel horis ducatur.

Vlpian. li. 17. ad edictum.

LEX III.

Item sic possunt seruitutes imponi, vt & boues, p quos fundus colitur, in vicino agro pascantur quã seruitutem imponi posse Neratius li. 2. mẽbranarum scribit. Idem Neratius etiam, vt fructus in vicini villa cogantur, coactique hẽbeantur: & vt 4 † pedamenta ad vineam ex vicini prędio sumantur, constitui posse scribit. Eodem libro ait, vicino, cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, g posse te cedere, 5 † ius esse ei terram, rudus, saxa in fundum tuum 6 † iacere, positaq; 7 † habere: & vt lapides prouoluantur, ibique positi habeantur, indeque exportentur.

Cui cõceditur aliquid, uidetur concedi id sine quo illud esse nõ põt, & si non valet expressũ, non valet tacitũ. h. d. notabiliter. B.

a (Cloacam.) * ad quã coloni agri mei pp necessitatẽ sui corporis accedãt: qd agro meo expedit: ideoq; dicitur rustica seruitus, vt infra l. prox. §. idem ait. Accursius.

b Domum.] quam habet ibi vicinus gratia fructuũ. vel dic, causa habitandi: & sic dicitur vrbanũ prædium seruire rustico.

c Protectũ.] i. in agro vicini, vt ibi recipiantur coloni agri mei.

d Concedi potest.] non tamen pro parte, sed insolidũ quilibet dicitur habere, vt supra de seruitutib. l. viç. & si non conueniant de vtendo, vtile redditur interdictũ, vt j. de aqua quot. & æsti. l. Lucio. Accur.

e Diebus.] s. simul, vt infra, de aqua quotidia. & æsti. l. Lucio. Et idem de itinere, vt ibidem dicit.

f Eisdem diebus.] simul, vt not. s. prox. §. Accursius.

Item.] CASVS. Si concedas mihi vt bos per quẽ fundus meus colitur, pascatur in suo fundo: valet seruitus rustica, & constitui potest. Item potest constitui seruitus, vt fructus reponantur in domuncula agri tui. Item potest cõstitui seruitus, vt liceat mihi proijcere lapides in fundum tuum ex fundo meo. Viuianus.

g Immineant.] i. sint iuxta tuum agrum ex parte superiori.

h Ad hauriendum.] sed quid si iui per aliam viã ad hauriendũ per x. annos, non per constitutam, an vtrumque sit permissum? Resp. si haustus est accessorius itineri, quod esse potest, vt hic subijcit. sic. si econtra, non, vt ar. C. si pẽ den. app. l. 3. si autem vtrumque principaliter, retinetur iter etiam per haustum, vt inf. subijcit: siue hauriendi, &c. vt argum. C. de agric. & censi. l. cum satis, §. fin. lib. 11.

i Aditum.] non tamen seruitutem. Et sic huiusmodi accessione dixi s. de seruit. vrb. præd. l. binas.

K Agere.] quia expressum est inualidũ, neq; valet tacitũ, ut j. de don. inter vir. & uxo. l. si sponsus, §. si maritus. & j. de bon. auth. iud. poss. l. cũ unus & C. si pend. app. l. si in- sed arg. s. inf. de leg. 2. l. si fideiussor. & j. quib. m. o. l. pig. vel hyp. sol. l. j. §. j. & inf. de hered. inst. l. quæ filio. Accu.

l Pecoris pascendi (consistat.)] puta prætorium habeo, ex quo aliud ... mihi fructum percipere ... ut ... pecora mea, iaceant, recipiantur, &

reducant: acquiro seruitutẽ in alieno agro, ut in eo pascãt pecora agri mei: cũ ager meus non ferat herbam ... ius sufficiẽter, tenet seruitutis acquisitio, & est prædialis: q ob utilitatem agri mei est imposita: q aliter percipi non potest, ut s. eo l. 3 § idẽ ait. Idem tñ esset si aliter perc. ipi posset, ut colligitur ex illo uerbo, maximè, uel impinguabũt agrum meum. Acc.

¶ Qui habet * haustum, iter quoque habere vr̃ ad hauriendum. h Et (vt ait Neratius lib 3 membranarum) siue ei ius hauriendi, & adeundi concessum g † sit, vtrumq; habebit: siue tm̃ hauriendi, inesse & aditum: i siue tantum adeundi ad fontem, inesse & haustum: hæc de haustu ex 9 † fonte priuato. Ad flumen autem publicum idem Neratius, eodem lib scribit, nec debere cedi haustum non oportere: & si quis tantum haustum cesserit, nihil eum agere. K

Seruitus pecoris pascendi, & ad aquam appellendi, est prædialis, & potest finiri cum persona, si hoc est actum. Bart.

Papin. libro 2. Responsorum.

LEX IIII.

Pecoris pascendi l seruitus, 10 † item ad aquam appellendi (si prędij fructus maximè in pecore consistat l) prędij magis quàm personæ videtur. 11 † Si tamen testator personam demonstrauit, cui seruitutem præstari voluit, emptori, vel heredi eius 12 † non eadem m prestabitur seruitus.

Seruitus realis nõ potest imponi, nisi quatenus exigit vtilitas prædij dominantis. h. d. cum l. seq. Bar.

Vlpian. libro 16. ad edictum.

LEX V.

Ergo n * secundũ eum o & vendicari poterit.

m Non eadem.] di. q seruitus prædialis semper transit ad heredem & ad emptorẽ sui natura, ut j. eo. l. si mihi, §. fi. & l. uia, §. si fundus. & j. quemad. seru. amitt. l. uj. Et fallit hoc qñ in contrariũ expressè fuit dictũ, ut hic. itẽ ex affectione personæ cui relinquitur, ut filia, ut j. de seru. leg. l. pr. 2 Item, qñ his uerbis testator dixit: lego ... uel usũ talis rustica, uel urbanæ seruitutis, ut j. de usufr. leg. l. j. His casibus, licet sui natura transeãt, tamen per exceptionem defenditur dñs proprietat. quo minus patiatur. Sed qualis seruitus erit his casib⁹, cũ non transeat quo ad effectum? Respõ. quidam, personalis, ut j. de alim. & cib. leg. l. Mela, quidã, in fi. & de lib. leg. l. non solum, §. tale. sed potius dicas prędialem, cũ ipso iure transeat, licet exceptione repellat agentis, ut ar. j. eo. l. si mihi, §. fi. alias nisi esset seruitus, non posset uendicari: quòd tamen dicitur infra l. proxi. Nec obstat illa l. Mela, quia dicit nõ personalem, & hic dicit prædialẽ est. Item, quid si illi cui tales seruitutes conceduntur, cuiusdam habeat prętiũ? Adhuc dicunt Re. & alij, quòd est seruitus personalis: sed potius dicam esse ius personale, non seruitutem, ut sup. de seruit. ... ne pomum ... sicut si decem mihi stipuler, & sic agam ex contr. ... si patientia non præstatur. Accu.

Ergo.] CASVS. Primo dicit non posse esse ser. rusticã, nisi prædium habeatur in proximo. Secũdo dicit, q ad necessitatẽ tantum: non q superfluat aliquid, vt hoc exemplo. Habeo seruitutem in uicino prædio, ut ex fornace, quæ est ibi, habeam uasa, non ad necessitatem agri, nõ est seruitus rustica, sed est magis usufructus. Item in seruitute palorum cædendorum ex uicina sylua, ut si uendendi est usus tuo. sed si ad uineam colẽdam, est rustica seruitus. Item si habeo ius pascẽdi pecoris, uel appellẽdi ad aquã, potest mihi concedi ut habeam tugurium in quo me recipiam propter hyemem in eodem fundo. Viuianus.

n Ergo.] quia potest constitui seruitus etiam personæ certo, &c.

o Secundum eum.] scilicet Paulum.

In alieno]

1 † alias, pdio ... de prætorio vide not. sup. ad l. 12. de usu & hab.

2 † Fl. iter.

* Cloacã a cõluẽdo dictã Festus putat li. 3. uide Cassiodo. li. 3. uariar. ad Argol. Alex. Genial. li. 3. c. 4. & locus etiã j. tit. de cloacis.

3 † alias, deest, potest.

1 Protecta (inquit Budæus) partes domus sunt prominẽtes: qualia sunt mæniana, & podia, pensilia; unde aspectus est nobis in uicos & plateas.

4 † Fl. & pedamenta.

5 † alias, concedere.

6 † Fl. deest, in fundum tuum.

7 † Fl. deest, que.

* Concord. l. 3 sup. de iurisd. omn. iud. & not. l. 3 ... ex illo ... concess. antecedẽti concedi tur accessorium ad illud, de quo vide per Bar. plenè in l. quamuis, de fideicom. C.

g † al. cessum.

9 † l. & fonte.

a Adde aliũ ... l. Lucius ... exclamatio ... gul. Franc. Cremen. suis sing. 60. ... aliũ adde in l. si fuisset ... §. 1. ff. de uer. oblig.

10 † Fl. seruitute.

11 † Fl. uidetur.

12 † Fl. deest eius.

* Inscriptio mouet hanc l. esse coniũg. cũ l. 3. sup. et sensus sit ... ad publicum flumẽ cessum p esse vendicari.

a In alieno.] vt sit seruitus prædialis, erit tamen ius hominis, vt supra proxi. notatur. Accursius.
b Habeat.] scilicet ille cui constituitur.
c Opus sit.] & non plus, vt infra eodem, l. ex meo. & l. qui duo prædia. Accursius.
d Veluti. Figlinas.] id est, fornacesa figulo sic dicta. Azo.
e Haberet.] sum ius seruiens.
f Eius fundi.] cui seruitur.
g In quibusdam.] prouinciis, vel locis.
h Exercerentur.] & post est mihi cõstitutum ius, vt habeam illas figlinas uenales.
i Vsusfructus.] id est vtilitas quædã fruendi: non tamen est vsusfructus, quia sic haberet omnem fructum rei, quem hic non habet: non est etiam prædialis: quia uler. necessitate prædij. Item nec personalis ususfructus, ut dixi: sed dicitur utilitas fruendi, ut dixi: quod ideo dicitur, quia magis est ei substantialis quam prædialis seruitus: sed tamen personale ius est, ut not. in l. pecoris, supra.
k Item longè recedit.] id est distat, scilicet quando ad necessitatem tãtum agri mei: hoc facit: nam hæc est prædialis seruitus, sed ususfructus personalis, ut supra, de seruit. l. pen. Sed si facto ad vendendum & alibi portandum: tunc non recedit ab vsufruct. sed est vsusfruc. vt supra proxi. responso. ut ibi not. Sed quidã dicunt has personales seruitutes. Et sic eum tum eos dic. longe recedit ab vsufructu, scilicet magis quam seruitus rustica. Accur.
l Ædificandi.] ad claudendum & muniendum ab aquis.
m In fundo est.] scilicet ad necessitatem. Accur.
n Item sylua.] scilicet ius longe recedit ab vsufruc.

¶ Neratius li. 7 ex 1 † Plautio ait, nec haustum, nec appulsũ pecoris, nec cretæ eximendæ, calcisque coquendæ ius posse in alieno a esse, nisi fundum vicinum habeat. b & hoc Proculum & Attilicinum existimasse ait: Sed & 2 † ipse adijcit, vt maximè calcis coquendæ & cretæ eximendæ seruitus constitui possit: non vltrà posse, quam quatenus ad eum ipsum fundum opus sit. c

Paul. lib. 15. ad Plautium.

LEX VI.

S I de communi.] CASVS. Ego & Titius habebamus fundum communem, cui seruitus debebatur ex prædio vicini: egi pro seruitute, & succubui, si quidem mea culpa, non nocet Titio: an dolo, & non nocet similiter: quia de dolo tenetur ei ad omne damnum. Viuianus.

h *Damno.*] propter culpam agentis: & victoria prodest, & amisso nocet etiam alijs, vt s. eo. l. loci. §. si fundus. & de aqua plu. arc. l. 1. § Cassius.

i *De dolo.*] s. ꝯ socium, nam ꝯ aduersarium ꝑiudicat sñia, vt ĩ. de aq. plu. ar. l. 1. § Cassius. nisi in subsidium, vt arg. s. de eo per quem fac. erit l. fi. Et ꝙ dicit de dolo: dic. i. communi diuid. noĩe doli, vt d. §. Cassius. & ĩ. fam. erc. l. & puto. §. sed si dolo. Alij dñt neg. gest. noĩe doli, vt s. de neg. gest. l. qui aliena. §. vno & ĩ. cõi diuid. l. arbor. §. si cunctæ. Alij dñt, eum qui egit hic, alterius procur. fuisse. nam eo existente non soluendo, agitur ꝯ aduersarium de dolo, vt s. de do. l. & eleganter. §. pen. Vel dic fm R. dari ꝯ victorem actionem de dolo, id est replicationem, intentata actione prima. hæc placet. Accur.

TEstatrix.] CASVS. Mulier habebat domos, & fundum, per quem consueuit ire ad domũ: habeo legatum directum, vel fideic. fundi. & si domus remansit heredi, poterit hæres seruitutem in fundo retinere, vt ad eas vadat per eundem.

¶ *Plures*] Cuiusdam villæ hoĩes à quodã magnate ius sibi seruitutis tale emerunt, vt liceat singulis de villa pascere in nemore magnatis bestias suas: postea aliqs de villa vendidit omnes possessiones quas hẽbat in villa, vel sibi legauerat: q̃ritur an ius comitaẽ emptores & legatarios? Et dicit ꝙ sic, siue sit actum, siue non actum in contrarium. Viuianus.

k *Testatrix fundo.*] s. quem solebat ire ad casas. Irn.

l *Eumq.*] s. fundum.

m *Aut si ex fideicommissi*] s. ergo directo, hic per fideicom fuit relictus. præterea & s. vẽdi. aueat viam hic petit nunc.

n *Debere*] ad vtrumque rñ. et, & facit ĩ. de leg. j. l. seruũ. §. fi. Sic est arg ꝯ s. de ser. rustic præd. l. 6. Solu. ibi nõ legauerat fundi proprietatem, sed in eo seruitutem: vnde nõ potest dici habere seruitutem alij rei eiusdem domini. Accursius.

o *Plures ex municipibus.*] vt quia illi qui præerant municipibus, scilicet consules, vel similes.

p *Haberent.*] scilicet singuli de vniuersitate, vt hęc seruitus debeatur prædijs.

q *Transire.*] transit ergo siue sit dictum, siue in contrariũ non sit dictum. ut hic: & infra de act. emp. l. creditor. §. fi. & de contrahẽ. emp. l. in vendendo. §. j. & supra de vsufru. l. si pendentes. § fi. & C. de rel. l. si sepul. hrum. §. pro fana. & supra eo l. 2. in fi. & l. 3. & de ser. rustic. præd. l. via. §. si fundus. Accursius.

r *Legatario.*] sed quale est hoc ius? nam aut est seruitus

* Bar. hic in hoc nona võ bãt l pro dif. soli: pro eius intel. agem tia vide Bal. in auth. et q. C. de bõ auth. iudic. pos. in ver. q̃ro quali ter si at in pos. in seruitutib in 7. col. i ver. q̃ro de intelle. hu l. i. cuius.

1 † alias, vt.

2 † Fl. p. sunde. re.

3 † abãs restituisset.

4 † Fl. quo.

5 † Fl. deest, restituisset.

6 † Fl. cessit h re.

7 † Fl. deest, quoque.

8 † Fl. scripsit.

9 † Aliàs, eumque.

10 † Dua. eũ.

11 † Flo. Respondit.

12 † Fl. debere.

13 † Fl. prædia, distilla sua.

14 † alias, respondit ... legatario ...

prædialis: aut personalis. prædialis non: quia saltus iste erat municipum, & sic res sua ei seruire nō poterat, eadem ratione nec personalis, vt supra si vsusfruct. pet. l. vti frui. non ergo aliquod ius debet sequi emptorem? Respond. duobus modis. Primò, quia saltus municipum licet sit municipum, non tamē est cuiuslibet de municipio, vt i liberto vniuersitatis dicit: vnde singulis de municipio poterat debere seruitutem: arg. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege §. qui manumitti t. & ff. de qō. l. j. § seruum. Vel dic secundo, saltum non fuisse etiam municipum: sed ius pascendi in saltu. Et qđ dicit saltum communem, dic, id est ius pascendi in saltu, arg. ff. de seruit. rusticorum prædiorū l. qui de lo.

S Si qua.] CASVS. Concessisti vt aquā initio quærerem, & postea ducerem, quæritur, an teneat concessio? Et ait qđ sic: sed Paulus, & alij ḡ.

a Si qua aqua] alias incipit lex, & alias non.

b Constitui nō potest.] hoc dicit Labeo: sed sibi vř esse ḡrius, vt ff. de ser. rust. præd. l. Labeo. quæ est ff H. Sol. hoc intelligitur, si vt statim valeat, & sic seruitus: in futuro aūt esse poterit, vt ibi: & hic subijcit, & ff de ser vrb pred. l. si seruitus. § fi. & ideo minus bene à Paulo reprehenditur.

1† Aliàs, est aqua ductus.

2† Fl. non est lex, sed continuatiua legis.

3† Dua. amittuntur.

Potest agi, vt aqua inueniatur, & inuenta ducatur. Bartolus.

Labeo, libro 2. Pithanon, à Pau. epitomatorum.

LEX XXI.

SI qua aqua a nondum apparet, eius 1 † iter ductus constitui non potest. b

Paulus.

LEX XXII.

IMò 2† puto idcirco id falsum esse, quia cedi potest, vt aquam quæreres, sed & inuentum ducere liceat.

QVEMADMODUM seruitutes amittantur.

Nunc de modo amittendi seruitutes, quæ confusione tantum intereunt, id est acquisitione dominij vtriusque prædij, & non vtendo, sicut i fin. [...]

4† Fl. deest, vel.

TITVLVS VI.

Quemadmodum seruitutes amittantur. 3 †

Ratione dominij confunditur seruitus. Bald.

LEX PRIMA.

SEruitutes prædiorum confunduntur, si idē c vtriusque prædij dominus esse cœperit.

Propter vsum partis quo ad commoditatem tota seruitus retinetur. Bart.

Paulus libro 21. ad edictum.

LEX II.

QVi iter d & actum habet, si statuto tempore tantum ierit e non perijsse actum, sed manere Sabinus, Cassius & 4 † Octauenus

spond. quòd non, quia qui actum habet, iter habere videtur quo ad commoditatem. Viuian.

d Qui iter] quo ad commoditatem: nam statim qui habet actum, & itineris commoditatem, vt Insti. de ser. § j.

e Iere.] tenens se actum habere, alias periret, vt sup. quib. mod. vsusfru. amit. l. is qui vtum fructum.

aiunt: nam ire quoque per se eum posse, qui actum hēt. 5†

Caius li. 7. ad edic. prouin.

LEX III.

IVra prædiorum f morte & capitis diminutione non perire vulgò traditum est.

Paulus li. 17. ad edictum.

LEX IIII.

ITer sepulchro debitū, non vtendo nunq̄ amittitur. g

Seruitus retinetur per quemcunque retinentem nomine fundi. Bart.

Idem lib 12 6 † ad edictum.

LEX V.

SEruitus, h & per socium, & fructuarium, & bonæ fidei i possessorē nobis retinet.

Si vna est via indiuisibilis, tunc, vel tota amittitur, vel tota retinetur: sed si de vna fiant duæ, potest vna amitti, & alia retineri, & econtra. Bart.

Celsus libro 5. Digestorum.

LEX VI.

NAm satis est fundi nomine k itū esse. Si via, q̄ nobis per vicini fundum debebatur, vsus fuero, tu autem constituto tempore cessaueris, l an ius tuum amiseris? m Et econtrario, si vicinus, cui via per nostrum fundum debebatur, per meam partem ierit, egerit, tuam partem ingressus non fuerit, an partem tuam liberauerit? n Celsus 7† rńdit. o 8† Si diui-

IVra.] CASVS. Licet moriatur, vel capite minuatur dñs prædij dominantis: non ideo extinguitur seruitus rustici, vel vrbani prædij. Item si quis non vtat itinere ad s. pulchrum, nō ideo extinguitur seruitus illa. Viuian.

f Iura prædiorum.] scilicet rusticorum, & vrbanorum. & facit sup. de ser. rust. præd. l. pecoris. Accur.

g Iter. Amittitur.] specialis, sicut & in via publi. quæ similiter non perit vtēdo. vt inf. de via publi. l. viam. sed per pactum fit, vt supra de ser. l. seruitutes. §. j. Accursius.

SEruitus.] CASVS. Si mihi seruitus debebatur: quicunq; vtitur, non amittitur seruitus: sed retinetur. Sed opponitur ad l. istam ff. eo. l. vlt. Sol. illa loquitur quo ad seruitutem acquirendam, vel quo ad retinendam. Vel dic quòd i illa se vrdum istam intelligitur. Viuian.

h Per socium.] vt ff. eo. l. aqui § si plurium. & ff. de vsufru. l. arborib. §. vsusfru.

i Bonæ fidei.] sed & malæ fid. vt infra eo. l. penult.

k NAm satis. Nomine.] opponitur. ff. l. fi. Sol. ibi in acquirendo: hic in retinendo.

l Tempore cessaueris.] x. vel xx. ann. Accur.

m Amiseris.] & certè non, vt supra l. prox. & hoc si indiuisus erat fundus, cui seruitus debebatur: alioquin secus, vt inf. su. ij it, ibi, si diuisus, &c.

5† Fl. hæres.

6† Fl. [...]

Ipse tenet. est arg. secundum Bal. hic, quod si vnus coheredum vel vniuersitatis [...] esse in quasi pos.

7† aliàs deest Celsus.

8† aliàs, respondit.

SEruitutes.] CASVS. Quidam Titius cœpit esse dominus illius fundi cui seruitus debebatur, & ei seruientis. quæritur an seruitutes confundantur, & extinguantur? Et respō. quòd sic confunduntur, id est confusione quadam amittuntur. Viuian.

c Si idem] qui deberat alij seruitutem, vel econtra cui debebatur. Vel tertius quidam cœpit esse vtriusque prædij dominus, seruientis, scilicet, & eius cui seruitur, & hoc siue simul, siue separatim: dummodo insolidum, secus si pro parte, quia tunc non extinguitur seruitus, vt supra de seruit. l. vt pomum § j. Item contra supra de seruit. rustic. prædio. l. tria. Vel ibi non amittitur, sed in medio tantum retinetur. Accursius.

QVi iter.] CASVS. Habebam iter quantum ad commoditatem, quod est intelligendum, nō quo l haberem actum [...] tantum. quæritur si x. ann. vsus fuit itinere [...] actum? Et re-

n Liberauerit.] hanc quæstionem soluit ff ibi. sed si is fundus, &c.

o Respondit.] prosequitur primam quæstionem, quando seruitus debetur fundo plurium. Et vt totum §. planè intelligas, dic, quod via debetur quandoque ab vno plurib. quandoque a pluribus vni. Si ab vno plurib. aut hi plures diuiserunt, aut non: si non, vna seruitus est vni prædio plurium debita: & aut tota amitti, si nullus fuerit vsus: aut tota retinetur, si omnes fuerint vsi, uel etiam si unus solus, ut supra l. prox. in princip. huius ff. Si autem diuiserunt. quæ erat seruitus vna ab initio, spargitur in duas, vt supra de seruitutib. rusticorum prędior. l. via constituī, & quæcumque. Nec poterit quæri qui prius unam, nunc autem plures dēt seruitutes: quia in alio releuatur: nam ante diuisionē et [...] unum sociū, ut diximus, seruitus retinebatur: nam

turnon aũt post diuisionem. sed vnusquisq; sibi vsurpat. & deperdit, vt hic. cũ aũt a pluribus uni debetur: si quidem plures non diuiserunt, una seruitus est. & aut tota amittit, si in nullo est usus: aut tota retinebat, ut s. l. prox. Si aũt diuiserunt, aut uia erat cõstituta p certũ locum, aut ita habebat seruitutem vbicunque uellet, & quacunque uellet mutare, ꝑ posset. Si per certum locũ cẽbat via, & diuisio fundi facta est: aut hæc diuisio facta est per longitudinem viæ, aut p latitudinẽ: p longitudinem fit, qñ totius lõgitudinis viæ vnusquisq; sociorum partem hẽt a principio viæ usque ad finem: per latitudinem, qñ vnus solus solidam uiam hẽt vsq; ad certum terminum æqualiter, uel inæqualiter positum, & alter ab eo termino vsq; ad finẽ, sic fit diuisio per longitudinẽ, ut s. & p latitudinem ita. Alij vero dñt cõtrium. fieri p latitudinẽ, qñ ipsa longitudo diuidit. Itẽ p latitudinẽ qñ latitudo. Si illa uia per lõgitudine (sicut diximus) diuisa fuerit: aut tñ est spatii in cuiuslibet prædio ꝙ sufficit ad uiam, aut non. Primo casu duæ erunt seruitutes: perinde: ac si in duob. fũdis cõstitutæ essent ab initio. Scdo casu vna tñ remanebit. Si uero vero p latitudinem, una remanet seruitus. Rõ diuersitatis, quarẽ hic dicat unam superiori casu dicanẽ duç, in prõptu est: q a ubi p latitudinẽ diuisa est, in certa parte õ, prima eẽt fundo cui seruitus debet, non põt esse seruitus nisi esset in sequenti: nã in tutis ptijs, & c. ut s. de ser. rust. pd. l. q sel la. in fi. iõq; cũ vũ ius sine altero esse nõ possit: metico ia vnu corpus & aia creant. Vbi vero p longitudinẽ est facta diuisio, nullũ mediũ ſpaciũ impedit seruitutẽ: & in vna parte põt seruitus cõsistere, ẽt si nõ cõstat in altera. iõq; merito duæ appellat. pñt. Cũ uero cõstituta est seruitus, ut per quãlibet partẽ fundi viã hẽet, & ut ẽt mutet, nõ facta diuisiõe, eũdo p vnã partẽ, retinet seruitute in oib. alijs partib. fũdi. Cũ uero facta fuit diuisio, pinde obseruat ac si a duob. fundis duç seruitutes eẽnt cõstitutæ: iõ pt altera ammitti, tp altera vsurpari. Nec lugeat rusticus cui seruit debeat, ꝙ facto dñorũ sit cõdõ sua facta deterior: cũ pri⁹. i. añ diuisionẽ, una pte vtẽdo, toti⁹ fundi retineret seruitutẽ: q a hoc cõmodũ ei obuẽit, ut nũc duas hẽat vias, & earũ cõmoditatẽ.

sus est fundus a inter socios regionibus, qd ad seruitutem attinet, quæ ei fundo debebatur, perinde est, atque si ab initio duob. fundis debita b sit: & sibi quisque dominorum vsurpat c seruitutem, & 1† sibi non vtendo deperdit: nec amplius d in ea re causæ eorum fundorum 2† miscentur: e nec fit 3† iniuria f ei, cuius fundus seruit: g qui fit 4† eo melior: h quoniam alter dominorum vtendo, sibi, non toti fundo proficit. i Sed si is k fundus, qui seruierit, ita diuisus l est, * pusillum dubitationis ea res habet. Nam, si certus ac finitus uiæ locus m est, tunc si per longitudinem eius, n fundus diuisus est, eadem nomina seruanda erunt quasi in 5† initio constituendæ eius seruitutis similiter hi duo o fundi p fuissent.

¶ Si uero per latitudinem q viæ fundus diuisus est, (nec multum r refert, æqualiter id factũ sit, an inæqualiter) tunc manet idem ius seruitutis qd fundo indiuiso fuerat: nec aut vsu detineri, aut non utendo deperire, nisi tota s via poterit: nec si forte inciderit t ut semita, quæ per alterum duntaxat fundum erit, 6† vteretur: idcirco alter fundus u liberabitur: qaoniam unum atque eo. modo x indiuiduum viæ ius est. Possunt tamen y alterutrum fundum liberare, si modo hoc specialiter conuenit,

¶ Certe z si is, cui seruitus debebatur, alterum ex ea diuisione fundum redemerit, nõ iõ minus ea re a fundi alterius seruitus permanebit.

¶ Nec uideo quid absurdi 7† consecuturum sit eam sententiam, fundo altero manente seruo: si modo b & ab initio potuit angustior constitui via, quam lege c finita est: & adhuc id loci superest in eo fundo, cui remissa seruitus non est, ut sufficiat uiæ. d qd si minus loci superest, quam viæ sufficiat, vterque fundus liberabitur: alter pp redemptionem: alter quia per eum locũ, qui superest, via cõstitui nõ pt.

¶ Ceterum f si ita constitutum est ius viæ, ut per quamlibet partem fundi ire agere liceat: idque 8† velit g subinde mutare: nihil prohibet. 9†

a *Fundus.*] primo dominans. Acc.

b *Debita.*] primo erat una: modo sunt duæ, siue a duobus diuersis debentur, siue ab eodem, ut s. de ser. rust. præd. l. 2. §. pen. & de ser. l. viæ.

c *Vsurpat.*] i. per vsum retinet, ut j. de usuc. l. 2. Azo. sic & alias vnus tenet & alter repudiat, ut in hæredibus unius legatarij, ut j. de leg. 1. l. legatarius.

d *Nec amplius.*] i. ex tempore diuisionis.

e *Miscentur*] i. non coniunguntur ut per unam partem retineatur, & in alia seruitus, ita ut fiebat ante diuisionem.

f *Iniuria.*] i. deterior conditio.

g *Seruit.*] quod uidetur quia duas debet seruitutes.

h *Melior.*] non dicas iniuria, sed id quod nomine iniuriæ inclusit, scilicet conditio.

i *Proficit.*] s. post diuisionem: quod non esset ante diuisionem, ut s. l. prox. & hac ea l. in prin. §. 1.

k *Sed si is.*] nunc secundæ quæstioni respondet.

l *Ita diuisus*] vt diximus in dominante. Acc.

m *Locus.*] i. locus ita determinatus est, ut mutari non possit inuitis dominis prædii seruientis.

n *Eius*] s. uiæ.

o *Duo*] non tñ sequitur: ergo duæ sint uiæ, ut s. de ser. rust. pd. vna est: sed oportet ad hoc, ut duæ sint uiæ, ꝙ utrũq; pdiũ sit proximũ ei cui seruitus debetur, & ꝙ tñ spatium vtriusq; ex diuisione cedat, ꝙ sufficiat ad uiã, ut j. ea. l. §. certe. Azo. & sic cõiungitur illa lra cum ista vsque illuc, cæterum &c.

p *Fundi.*] ex quibus debetur seruitus.

q *Per latitudinem.*] quia uia diuiditur.

r *Nec multum.*] interpositio est.

s *Nisi tota*] Sed tota & amitti, & detineri potest.

t *Inciderit*] i. contigerit. Accur.

u *Alter fundus*] per quem non iuit.

x *Eodem modo.*] sicut & ante diuisionem.

y *Possunt tamen*] s. alter ex ijs q dent seruitutem, & cui debet. Sic Azo. Et sic no. hic ꝙ aliquid est ꝙ nõ põt tpe acqri: põt tñ per cõuentionem remitti, sic eõ. C. de agric. & censi. l. quemadmodum li 11. & j. de diuer. & temp. præscr. l. longe. & C. de ser. fug. l. j. etiam in eo quod non utatur longissima præscriptione, sed alienatione sic, ut C. de pla. l. in fuga & s. de seruitu. vrba præd. l. sed si inter me. Argum § in eo tit. l. si ædes.

z *Certe.*] hoc quod subiicit, melius refertur ad præcedentem casum, ubi s. per longitudinem viæ fit diuisio, secundum Io. alij ad alium. Accur.

a *Ea re*] i. per eam rem.

b *Si modo.*] si i. quia, uel melius proprie, si exponas lege, idest pacto. Azo.

c *Lege*] i. pacto, ut j. deposi. l. 1. §. si cõueniat. uere minor: q a hic sic fuit magna cõstituta, ꝙ ex ea fiunt duæ. Quod autem dicit, quod minor potuit constitui: verum est, dummodo uehiculum in se ire possit: alioquin iter erit, nõ via, vt s. de seruit. rustic prædio. l. via constitui. Vel dic l. 12. tabul. ut s de seruit. rustic. præd. l. viæ.

d *Sufficiat via.*] quæ est octo pedum in porrectum, & 16. in anfractum, ut s de ser. præd. l. uiæ.

e *Liberabitur.*] quantum ad commodum uiæ. in eo autem quod superest, an habeat iter, si potest ire vel agere? Resp. videtur quod non, ut s. quib. mod. usufru. amitt. l. is qui. Sed respon. aliud in seruitute rerum, ut supra titu. 3. l. si eo. § finali.

f *Ceterum.*] quasi dicat, hoc quod dixi s uerum est, quando uia erat certa constituta, & diuisio fundi per longitudinem: & in residuo non superest spatium sufficiens ad uiam, cæterum &c. Azo.

g *Idque uelit*] alias uelit, & alias si velit & subaudi & constitutum sit, vt si uelit &c. & quod subijcit, nihil prohibet quo minus mutet sicut & mutat ubi nisi non fuit data expresse potestas ut statim subiicit.

1† Flo. deest, &.
2† Flo. deest eundorum.
3† Flo. nec fit ulla iniuria.
4† Fl. seruit. tamen si quo melior. alias, in hoc quoque melior.
* Vi Cuia li. 14. obseruationum. 11.
5† Fl. quasi ini tio.
6† alias, in ea Flo. erit, vtetur.
7† Fl. absurde.
8† alias, si certe, uel subinde mutare; aut si ita diuisus sit, &c. Flo. 11. uel subinde.
9† alias, deest, nihil prohibet.

a *Atqui*.] i. sed si ita &c. Sed ꝫ. s. de ser. l. si cui. ubi dicit quotidie non posse mutare qn̄ simpliciter est constituta. Sol. hic de rigore ſm Or. Vel s. simpliciter via fuit ꝯcessa: hic aūt qn̄ fuit dictum, ut per quālibet partē possit ire, licet non fuerit dictum hoc a. rñ. ꝙ possit mutare. Sunt ergo tres casus: q aut simpliciter cōstituitur. & tunc non pōt mutare, ut ibi. Aut est dictum, ut ꝑ quamlibet partem possit ire, & ꝙ possit mutare. Item quando solū fuit dictum post ꝯſtōnē, ut possit per partē quamlibet ire, ut hic.

vna, & uno t pe. Itē ꝙ hic dicit, vnam ꝓſcriptionē sufficere, est secus in vsufr. vt s. quib. mo. vsufr. amit. l. j. §. vsque. Sed illud ideo. q̄ pōt constitui ex t pe, & ad tps. & sic sūt plures vsusf. vt s. de usur. l. 4 aliæ seruitutes non ut s. de seru. l. seruitutes. & iō quasi pura sit, cōtinua currit ꝓſcriptio.

At qui a si ita diuisus est fundus, b vt ꝑ quamlibet eius partem æque iri 1† atque agi possit: tunc perinde obseruabimus, atque si ab initio duobus fundis duæ seruitutes iniunctæ fuissent, ut altera retineri, altera non utendo possit deperire. c Nec me fallit, d alieno 2† facto ius alterius immutatum iri: e quoniam ante satius fuerat, per alteram partem f fundi ire agere, ut idem ius ei in alteram partē 3† fundi retineatur. Contra, g illud comodum accessisse ei, cui uidebatur, quod per duas pariter h vias ire agere possit, pedes octonos 4† in porrectum, senosque denos in anfractum.

Seruitus quæ non habet quotidianum vsum, amittitur tempore constituto duplicato. Bar.

Paulus lib. 13. ad Plautium

LEX VII.

SI sic,* constituta sit aqua, vt vel æstate tantum ducatur, vel uno mense, queritur, quemadmodum non vtendo amittatur; quia non est continuum tempus, quo, cum vti non potest, nō fit vsus. Itaque & si i alternis annis, vel mensibus quis aquam habeat, duplicato constituto k tempore amittitur. Idem & de itinere custoditur. Si vero alternis diebus, aut die l tantum, 5† aut nocte tantum, statuto legibus tempore amittitur: qa vna seruitus est. m Nam & si alternis horis, vel vna hora quotidie n seruitutem habeat, Seruius scribit perdere eum, non vtendo seruitutem: quia id, quod habet, quotidianum sit.

Qui permittit ædificari in loco seruiente, ius seruitutis amittit. Bar.

Idem lib. 15. ad Plautium.

LEX VIII.

SI stillicidii immitendi ius habeam in aream tuam, & permisero ius tibi in ea area ædificandi, stillicidii immittendi ius amitto: * & similiter si per tuum fundum via mihi debeatur: & permisero o tibi in eo loco, per quem mihi via debetur, aliquid facere, amitto ius p viæ.

Per vsum partis loci seruientis, uel ad partem loci, dominantis tota seruitus retinetur, hoc dicit, cum lege sequenti.

IS qui partem itineris it, q totum ius vsurpare r videtur.

Iabolenus l. 3 ex Plautio.

LEX IX.

SI in partem agri f 6† aqua influxit, etiam si non ad vltima loca peruenit, omnibus tamen partibus vsurpatur. 7†

In diuiduis retinet quis per socium, quod per se nō potest Bart.

Paulus li. 15. ad Plautium.

LEX X.

SI communem fundum ego & pupillus haberemus,

b *Fundus*. i. supple. ille, qui seruitutem debet talem, ut per quālibet &c. alias & si ꝑ quamlibet.

c *Deperire*] nec distinguitur à Celio, ꝑ longitudinem, uel latitudinem distinguatur ager hoc casu.

d *Fallit*.] quia illud scio: non autem deceptus vt &c. vt inf. de act. emp. l. a. in fi.

e *Immutatum iri*.] non enim in deterius mutatur ius eius cui debetur seruitus: quod videbatur: quoniam ante &c.

f *Per alteram partē*] nam in hoc magis quam in illo non potuit retineri: est ergo melius in vtroq; uel vtraque parte retineri quam in nulla, vt arguit. int. de fideicom. liber. l. generaliter. Accursius.

g *Contra*.] i. contra illud incommodū hoc commodum ꝯtingit ꝓpsꝯstatur. Vel contra, i. econtrario Accur.

h *Pariter*.] id est simul, ꝙ non poterat ante diuisionem: & hoc ex vi pacti, ut possit mutari. Accur.

SI *sic*.] CASVS. Concessisti mihi vt ex fundo tuo liceat mihi aquam æstate ducere, uel uno mense tantum anni: quæritur quanto tpe perdā non vtendo? Et dicit duplicato, ut ꝑ 10. ann. 20. ponanī inter pñtes, & ꝑ 20. ann. 40 ponanē inter absentes: secus est si modicū est interuallū puta si alternis dieb. uel horis, tunc non duplicatur, sed 10. ann inter pñtes & 20. inter absentes sufficiant. Viuia.

i *Et si*] ex hac culpa, & colligo sic tondere ad quem præmissam, sicut ad similis statim rñdet, ut f tps duplicetur.

k *Constituto*] i. vicennio inter pñtes, & absentes quoque, vt hic: & C. eo. l. fi. nam nulla ꝑter hypothecariā extendit ad 40. ann ſm loa. alii in vtroq; casu dñt duplicari tēpus.

l *Die*] quasi diceret non recte.

m *Vna seruitus est*.] melior esset rō, quia in tāntulla breuior habet, vt e muta e ꝯ gentra fuit petentes, q̄ tñ ubi sūt longiora interualla, ut coniungere tamen una seruitus est, ut hic, & ꝫ de usufr. le. l. in vsufr. Sed ꝫ s. si le aq. plu. arc. l. si prius in principio, & altera est seruitus aquæ æstiuæ, & alia hyematis. Sol. a diuersæ fuerant concessiones; hic

Nec distinguo, an ille, cui debetur via, sciuerit vel nesciuerit istam sibi debitam, vel non, ut ꝫ. eod. l. si partē §. j. vnde patet, ꝙ amittitur, et si non possit alicui imputari negligentia: licet de æquitate forte per restōnem subueniatur, vt s. de seruitutibus rusticorum præd. l. & Attilicinus. Item hoc in rusticis seruitutibus. In vrbanis aūt non sufficit me nō vsum sed te præstare impedimentum, ut s. de seruit. rusti. præd. l. hoc autem. Acc.

n *Hora quoti die*.] Sed quid si in septimana? Respon. potius idem quod in mense, quam in die, quia odia restringēda sūt vt infra de liber. & posthum l. cum quidam.

SI *stillicidij*.] CASVS. Ius stillicidii recipiendi in area tua, vel ius eundi per fundum tuum mihi permisisti, si ædificas in area, uel in fundo me uolente & permittente, seruitutem amitto tacite, & remittere, uideor: secus est si parte itineris vtor, quia totum ius retineo. Viuianus.

o *Permisero*.] animo donandi, ut s. com munia prædio. l. si precario.

p *Amitto ius*.] sola concessione. Sed contra s. de seruitu. vrba norum præd. si domus. Solu. ut ibi. Accur.

q *It*] id est, uadit.

r *Vsurpare*.] id est retinet: hoc autem verum si unus est dominus vię, idem si plures pro indiuiso: secus pro diuiso distinguitur, ut s. eod. l. nam satis. §. sed si fundus.

SI *in partem*. CASVS. Acquisiui totali fundo meo seruitutem aquæductus, quamuis in aliqua parte agri fluxit illa aqua, nihilominus aliis partibus, quibus seruitus debebatur, retinetur ius aquæ ducendæ.

f *Sin partem agri*.] non diuisi: alioquin ꝫ s. nam satis.

t *Vsurpatur*.] i. vsu retinetur: & hoc quo ad seruitutem, vel quo ad possessionem, ut hic: & s. l. prox. in fi. & arg. ꝫ. de acqui poss. l. 3. §. non aut. in quo ad possessionem iudicium, quod pro seruitute datur, ut ꝫ. de iti. actuque priui. l. §. 1. in alterius quæ est contra.

SI *communem*] CASVS. Ego & pupillus hēmus fundū communem nōm utitur ho. ꝑ ætatem nō perdit non vtendo, & per eū & e ꝯs auxil non perdam non vtendo.

&c

1† Fl. iri.

2† Al. alio.

3† Fl. in altera parte.

4† Fl. bis q; octones in porrectum. & bis senos in anfractum.

* De ipsa seruitutis ꝓscriptione te remitto ad ea q̄ plene uoluit Ioan. in c. de ꝓ. scri. & comū. ge. l. §. porro. de aq. pl. arc.

5† Fl. tantum.

* Per actū cōtrarium uidetur quis eā sibi deserere, secundum Bal. hic q refert Inno. ad hoc alleg. istum tex. in c. super hoc de renunc. ad q f concor. & facit tex. in c. cum M. Ferr. extra de constit.

6† Fl. ins. A. quasi in partem aquagi influxit.

7† Fl. V. surpatur.

¶ *Si is.*] Aliquis forte constituit talem seruitutem, ut liceret ei ducere aquā tm̄ in nocte, ille vsus fuit per xān. in die, non in nocte: amittit seruitutem. Viuianus.

a *Vterque.*] id est, neuter. Azo.

b *Et ego.*] quia indiuiduum est: id eoque aut tota retinet, aut tota amittitur, ut hic: & ī. de ser. rusti. præd. l. vna. Pars. n. pupilli est insusc. ap. vt ī. de acq. re. do. l. bo. §. Itē. no. hic, φ nō possum p me, possim per aliū. ut inf. quæ res pign. obli. poss. l. Aristo. Acc.

c *Interdiu.*] i. in die.

d *Seruitutem.*] nec si hi tge ḡuit seruitutem diurnā: q̄a non hēt perpetuā causā: sed vt qd̄ nec amittat, ut ī. de aq. quotid. & æsti. l. cū cōstet. §. iter duos. Sed aliud in uno, ut hic: aliud i plurib. quorū q̄libet vtit p alio eius volūtate: nā ille vt uti, cū pro eo alius utatur, vt in ar. ī. co. l. vsu.

e *Nec ulla.*] vt ī. eo. l. si quis alia. si autē illa eadem, tunc retinet, ut ī. l. proxi. Accursius.

S I is cui.] CASVS. Certo modo habebam seruitutis actum per agrū tuū: puta biga: sed decennio vsus fui quadriga, an perdā non utendo: quia decennio nō fui usus biga? Et dicit qd̄ nō: quia fui usus plus, nō alia seruitute: & addit similia.

¶ *Heres.*] Decessisti, & me hæredē instituisti, & tuum fundum sub conditione legasti, an possum illi fundo sub conditione legato seruitutē imponere, quærit. Et rñ. φ nō, quin extinguatur conditione adueniente: secus est contra: q̄a bene possū seruitutē illi acquirere fundo sub conditione legato: & conditione existente sequitur legatum. Vi.

f *Certo genere.*] puta biga, uel trigam: * & hoc pertinet ad modū cōstituēdæ seruitutis, ut ī. de seruit. l. 3. § modū. & § fin.

g *Seruitutē.*] rñ. sic, ut ī l. prox. Acc.

h *Magisq; hic.*] qui amplius quam licuerit oneris uexit.

i *Quam.*] No. ergo, φ cum fit plus quam fieri debet, uidetur et ipsum fieri φ est faciendum vt hic, & ī. de re iu. l. si se. §. sed & si pigno. & ī. de sta. ho. l. non sunt liberi. & ī. de ser. urb. præd. l. si arborem. § per contrarium, & ī. de aq. quot. & æsti. l. j. § item quæritur. & l. cum constet. Sed ag. ī. ī. mand. l. diligenter. in prin.

1† *Fl. decsit, vsus est.*

2† *Fl. is cui.*

3† *Fl. fuerat.*

4† *Fl. esset.*

* Triga dicitur currus qui a tribus equis trahitur, l. ædiles. ff. de ædil. edi. hinc, Trigarium, curule certamen. Pli. lib. 37. ca. 13.

licet uterque a non vteretur, tamen propter pupillum, & ego b viam retineo.

Qui utitur alio tempore quam quo sibi debetur seruitus, seruitutem non vtendo amittit. Bar.

¶ Si is, qui aquā nocturnam habet, interdiu c per constitutum ad amissionem tp̄s vsus fuerit, amisit nocturnam seruitutem, d qua vsus non est. Idem est in eo qui certis horis aquæ ductum habens, aliis vsus fuit, nec ulla e parte earum horarum vsus est. 1†

Qui utitur seruitute plus debito, seruitutem retinet. Bart.

Marcellus lib. 4. Digestorum.

LEX XI.

S I is, 2† cui via, uel actus debebatur, ut uehiculi certo gñe f uteretur, alio genere fuerit 3† usus, uideamus ne miserit seruitutem, g & alia sit eius conditio, qui amplius oneris, quam licuit, uexerit, magisque h hic plus, quam i aliud egisse uideatur: sicuti si latiore itinere usus sit, 4† aut si plura iumenta egerit, quam licuit: aut aquæ immiscuerit aliam. Ideoque in omnibus istis quæstionibus k seruitus quidem non amittitur: quam pactum est, in seruitute habere.

Resoluti iure concedentis, resoluitur ius seruitutis concesse ab eo. Bar.

¶ Heres, cum legatus esset fundus sub conditione, imposuit ei seruitutes, l extinguetur, m si legati conditio exstitit. Videamus, an acquisitæ sequantur legatarium: & magis dicendum est, ut sequantur.

k *Quoddamodo.*] quib. plus facit, non aliud. Accur.

l *Imposuit ei seruitutes.*] nam & alienare & obligare potest iure ueteri, ut ī. de de pig. l. grege. §. j. & ī. de fideicō. li. l. generaliter. in fi.

m *Extinguetur.*] quasi olim facto dño legatario, ut ī. de peri. & cōmo. rei ven. l. q̄ si pendēte. & facit ī. de cond. & demō. l. si fundum a te.

Seruitus retinetur per quemcunque vtentem: & etiam per aquam naturalem currentem. Bar.

Celsus lib. 23. Digestorum.

LEX XII.

Q Vi fundum * alienum bona fide emit, si 5† itinere, quod ei fundo debetur, usus est, retinet n 6† id ius itineris: o idque n 7† & si precario, aut ui deiecto domino possidet: fundus enim qualiterqualiter 8† se hñs, p si ita in suo habitu q possessus est, ius eius non deperit. 9† Nec refert, iuste necne 10† possidet, qui talem eum possidet. Quare fortius, & si aqua per riuū sua sponte profluxit, 11† ius aquæ ducendæ retinetur. r quod & Sabino recte placuit, ut apud Neratium li. 4. membranarum scriptum est.

Medius locus non seruiens seruitutem interpellat, non extinguit: & ideo ante finitum tempus præscriptionis potest restaurari. Bar.

Marcellus lib. 17 Digestorū.

LEX XIII.

S I quis ex fundo, cui s uiā uicinus deberet, uendidisset locum proximum seruienti fundo, non imposita seruitute, t & intra legitimum tempus, quo seruitutes pereunt, rursus eum locum aquisisset, habiturus est seruitutem, quā uicinus debuisset. u

Si fundo flumine occupato alluuione seruitus extinguatur, seruitus restituitur. Bar.

Iabolen. li. 10. 12† ex Cassio.

LEX XIIII.

S I locus, x per quem uia, aut iter, aut actus debebatur

Q Vi fundum.] Casus. Possideo fundū aliēantem, & vtor seruitute, non q̄dem perditur nō utendo, siue sim dñs fundi dominantis, siue bona fi. pos. siue malafid. posnam & si erat seruitus aquæ, ut influat per se, semper retinetur. Viuianus.

n *Retinet.*] per bon. poss. istum, ut sup. eodem, l. seruitus. nā & per ma. fi. j. retinetur, ut subiicit, & inf. eodem, l. penultima. Accur.

o *Idque.*] s. uerum est, ut retineatur.

p *Se habens.*] id est, qualitercumq; possideatur, uel qualitercumque sit ei constituta s. ruit. Azo. uel, idest qualitate seruitutis habens se qualem, nam seruitus facit fundum qualem.

q *In suo habitu.*] id est sua habitudine ad est seruitutis qualitate.

r *Retinetur.*] vt infra de qua quotid. & æstiua. l. j. §. quæsitum. Accur.

S I quis.] CASVS. Vendidi vnū iugerum de fundo meo quod erat proximum seruienti, & non imposui ei iugero seruitutem, certe non possum vti seruitute q̄n medium quod non seruit, impediat seruitutem: sed si rem iterum emi antequā labatur decennium: reuertitur seruitus in pristinum statum.

s *Cui.*] s fundo.

t *Seruitute.*] Ei parti quam uendidit Azo. & sic non potuit uti interim seruitutē, ut ī. de seruitutib. vrbanorum prædiorum, l. qui sella. §. fi. & de ser uit. rusticorum prædiorum, l. uia. §. fin. Accur.

u *Debuisset.*] Essauit enim seruitus non fuit extincta, ut ī. de seruitutib. rust. præd. l. tria. & ī. ti. j. & si forte, circa prin. Sed quid si post tempus? Respon. non restituitur: quia sua culpa: alias secus, ut ī. l. proxi.

x *S I locus. Restituitur.*] ipso iure, & supra quib. mod. vsusfruct. amitt. l. cum vsumfructum. & l. si ager cuius. Azo.

* *Ad intellectum illius l. vide Bar. in l. cū seruus. in fin inf. de verb. ob. & qd̄ no. per eūdem in l. j. §. si tibi fundū inf. de tit. a sin prin.*

5† *Fl. decsit fi.*

6† *Fl. retinetur.*

7† *Fl. & & inf. qua liter se habens ita cū in fo.*

8† *Fl. qualiter alias qualitercunque, sed rectius est Flo. Duar.*

9† *Flo. nō deperit.*

10† *alias nec ire possit, quo.*

11† *Flo perfluxit.*

12† *Iauol. li. Duar.*

a *Cogendus est.*] s. ille accreuit, & hoc per restitutionem in integrum, ut s. de ser. rust. præd. l. & Attilicinus. in fin. & j. de itin. actuq; priua. l. j. §. si quis.

b *Præstare debet.*] cuilibet de populo, ut in fossatis huius ciuitatis fit, scdm Azo. Sed an dato pretio a fisco? Videtur q sic, ut C. de ser. qui pro præmio li. ac. l. 2. § tñ obseruaretur.

est hic, quia dominus proprietatis præscripserat sibi libertatem, secundum Azo. Item illud ab initio: hic postea, ut supra de usufructu accrescen. l. prima, in fi. ibi, non ut proprietas, &c.

i *Patris*] respectu aliarum, sed tamen integre remanent.

S *I cum.*] CASVS. Quatuor erant prædia cōtinua quatuor dñorum, quorum vnum erat meum: per alia tria seruitutem eundi ad meum vltimum habebam: emi mediū illorum triū: & sic seruitus medii est extincta, qritur an impediar in aliis quę non emi, quo minus nó habeam. Et rñ qd non est extincta seruitus. Videbatur ꝫ quia medium prædium, q non seruit, impedit seruitutem ꝫ. de seru. vrb. præd. qui sella §. fin. & ꝫ. communia præd. l. in tradendis. Sed uerius videtur id quod non est, vt dixit Viuianus.

c *Si cum seruitus.*] quatuor pone prędia, tria aliena, & ultimū meū, cui debetur seruitus, & ego emi mediū de tribus: licet nō seruiat iure seruitutis, tñ seruitutem nō impedit & facit supra de ser. rust. pręd. tria & j. de aqu. plu. ar. l. si prius §. si.

A *Quā.*] CASVS. Tres eramus qui habebamus aquā ex fundo vicini, & quilibet ad suum predium trahebat, quæritur, an si unus non utatur aliis vtentib. retineat seruitutem? Et rñ. q non, sed bene amittit nō utendo. Sed cui accrescit: nunquid alijs sociis vtentib. accrescit? Et rñdet q nō: sed accrescit dño prędii seruientis. Viuia.

d *Per eundem riuū.*] id est in principio aquæ. Accur.

e *Proprio riuo*] s. ex quo ducebat aquam.

f *Vsurpatum esse.*] id est vsu retentum esse.

g *Riuum*] i. si quis eorum qui per eundem riuum &c.

h *Ius aquæ*] ... debebatur & facit j. de bo. lib. l. cū liberto. arg. ꝫ. Sed nūquid habet locum ius accrescendi inter, eos quibus idem aquæductus est relictus? Respon. esse ius accrescendi, quia in C. de cadu. tollen. generaliter dicitur, in §. vbi autem. esse ius accrescendi inter collegatarios: & aliud hic, & ꝫ. de ser. vrb. pręd. l. l. hæc autem iura. secus in rusticis, ubi sufficit solum quod non utatur, ut s. eo. l. si locus. Accursius.

tur, impetu fluminis occupatus est f & intra tps, qd ad admittendam 1† seruitutem sufficit, alluuione facta restitutus est: seruitus quoque in pristinum statum restituitur. Quod si id tps præterierit, ut seruitus amittatur, renouare eam cogendus est. b

¶ Cum via publica, uel fluminis impetu, uel priuata amissa est, uicinus proximus viam præstare debet.

Redemptione vnius ex fundis seruientibus non extiguitur seruitus debita per alios Bar.

Idem lib. 2. ἐπιστολῶν.

LEX XV.

SI cum seruitus c mihi per plures fundos deberetur, medium fundū acquisiui, manere seruiturē puto: quia toties confunditur seruitus, quoties uti ea is, ad quem pertinet, nō pōt. medio aūt fundo aquisito, pōt consistere, ut per primū & vltimū iter debeatur.

Si per eundem riuum aqua ad plura predia ducitur, plures seruitutes sunt: & potest vna amitti, altera remanente, & qd unus perdit, alteri non accrescit. Bar.

Proculus lib. 1. ἐπιστολῶν.

LEX XVI.

AQuam, quæ oriebatur in fundo uicini, plures per eundem riuum d iure ducere soliti sunt, ita ut suo quisque die a capite duceret: primo per eundem riuum, cumq; cōmunem: deinde ut quisq; inferior erat, suo quisq; pprio riuo: e 2† unus statuto tpe quo seruitus amittit, non duxit. existimo eum ius ducendæ aq amisisse, nec per cęteros, qui duxerūt, eius ius usurpatum esse: f proprium. n. cuiusque eorū ius fuit: neq; p alium vsurpari potuit. Quod si plurimi fundo iter aquæ debitum esset per unum eorum omnibus ijs, inter quos is fundus communis fuisset, vsurpari potuisset.

¶ Item si quis eorum, quibus aquæductus seruitus debebatur, & per eundem riuum g aquam ducebant, ius aquæ h ducendæ non ducendo eam amiserit, 3† nihil iuris eo nomine cęteris, qui riuo utebantur, accreuit: idque cōmodum eius est, per cuius fundū id iter aquæ est, 4† quod non vtendo pro parte vnius amissum est: a libertate eiu huius partis i seruitutis fruitur.

Qui perdit principale, perdit accessorium.

Pomp. lib. 11. ex variis lectio.

LEX XVII.

LAbeo ait. Si is q haustū hēt, per tps, quo seruitus amittitur, ierit k 5† ad fontem, nec aquam hauserit, iter quoque cum amisisse.

Paulus li. 15. ad Sabinū.

LEX XVIII.

SI quis alia aqua l vsus fuerit quam de qua in seruitute imponenda actum est, seruitus amittitur.

Tempus negligentiæ authoris coniungitur cum negligentia successoris. B.

¶ Tempus quo non est vsus præcedens fundi dñs, cui seruitus debebatur, 6† imputatur ei, q in eius locū successit. m

Non præscribitur libertas in vrbanis seruitutib. nisi factum domini prædij seruientis interuenerit. B.

¶ Si cū ius haberes immittēdi, vicin. statuto tpe ędificatū non habuerit, ideoq; nec tu immittere potueris, 7† nō ideo magis seruitutem amittes, quia non potest videri vsucepisse vicinus tuus libertatem ædium suarum, qui ius tuum non interpellauit. n *

L *Abeo.*] CASVS. Concessisti ius hauriendi aquam in fundo tuo, & ea vsus non sui tanto tempore, quanto seruitus amittitur, nunquid & iter videor amisisse. Et respon. quod sic.

k *Ierit.*] alias est, non ierit: & alias, non est, non: & tunc dic, quod iuit tantum, sed aquam non hausit.

S *I quis*] CASVS. Mihi concessisti ius aquæductus, & non illa, sed alia vsus sum, an videar seruitutem amisisse? Et rñde sic.

¶ *Tempus*] Concessisti seruitutem fundo meo per fundum tuum, sicut per quinque annos quod vsus non sui ea seruitute: & intra illud tempus vendidi & ille emptor stetit per alios quinque quod non fuit usus ea. quæritur an obsit eidē tempus quo vsus non fui. Et respon. quod sic: quia computatur illud quinquennium cum illo alio quinquennio, & sic seruitutem amittit emptor.

¶ *Si cum*] Titius seruitutem tigni immittendi in parietem suum mihi constituit, & sicut per tempus quod non immisi: quia non potui: quia ille non ædificauit: an videor amisisse seruitutem, & ille eam vsucepisse, quæritur. Et respon. quod non. Viuianus.

l *Aqua*] vt supra eodem, l. si communem. §. primo. & facit infra de aqua quotidiana & æstiua l. j. §. illud autem. Accursius.

m *Successit.*] ut Institu. de usucap. §. inter emptorem. Accursius.

n *Interpellauit.*] scilicet ædificando, hoc enim est necesse in vrbanis seruitutib. ut

1† Fl. amittendam.

2† Dixerit & unus.

3† Fl. amissum.

4† Fl. deesset.

5† Haloand. ierit, q.d. nullus esset dubitationi. Ant. August. li. 4. cap. 17. circa prine.

6† Fl. deleatur.

7† Fl. poteris.

* interpellare hic accipitur pro interrumpere, ut & sup. de ser. l. seruitute prædiorum.

Si partem.

S *I partem*]CASVS. Titius cõcessit seruitutem per fundum suum meo: & partem mei fundi dominantis suã dam fundo qui mihi seruitutem debet, vendidi eo pacto vt mihi aquam ducerem ad meum fundum per partem ei venditam post de fundo Titij. Ideo per statutum tempus a lege q riuum non feci, & ita aquã nõ duxi. quæritur an amittere videar seruitutem per partẽ venditã ei? Resp. q non: & hæc vera sunt quãdo nondum riuum feceram: sed si fecissẽ, & eo vsus non essem: tũc bene amisissem. Vel potes ita de plano ponere hic casũ: quia vendidi prædiũ eo pacto, vt seruiret meo prædio, retentã dist. ut supra in proxi. alio casu.

¶ *Si per fundum.*] Titius aliquem hæredem instituit, & mihi ignoranti seruitutem viæ legauit, adita hæreditate per hæred. Ideo per statutũ tempus q non fui vsus via: an amittam seruitutem? Et resp. q bene amitto. Secũdo dicit, pone q intra illud tempus vẽdidi meum fundum cui erat legata via: & hoc ignorabam: & emptor vsus fuit reliquo tempore via, an ad emptorem via pertinet, quæritur? Et respon. q sic. Vi.

a *Si partem*] scilicet venditam.

b *Quia nullum*] bona ratio: non enim desinit quod nõ fuit, vt sup. quib. modis vsusfr. amit. l. 1. § fi. & i. de seruitutibus rusticorum præd. l. itinere. Sed arg. contra infra de cond. & demon. l. si quis ita.

c *Ius.*] id est actio personalis ex vendito: quæ tanto tempore, scilicet decem, vel viginti annorum nõ tollitur, sed xx. tantum, C. de constitu. pecu. l. 2. § primo. Sed videtur etiam personalẽ actionem perire sicut seruitus, vt C. de vsufru. l. corruptionem. quæ est contra. Sol. ibi loquitur quando iam cœperat seruitus vsusfru. hic non.

d *Non vtendo*] sed restitueris in integrum, vt s. de seruit. rustic. præd. l. 1. & Attilicinus. Accursius.

e *Cœperat.*] sic ergo legatum ignoranti acquiritur, vt hic: & C. quando dies leg. ced. l. fi. & infra de actio. & obliga. l. ti a furioso §. itemque. & infra de lega. 2. l. cum pater. § surdo, & inf. de testa. l. filiusfamilias. in fi. & l. qui in domini. Item no. dominium in legatis etiam sine possessione quæri, vt inf. de fur. l. a Titio. & infra de pec. l. sed & si damnum § 1. & dixi supra de rei vend. l. si ager. Accur.

V *Su retinetur*] CASVS. Per fundum Titij mihi seruitus est relicta, vnde, siue ego cui seruitus debetur, vadam, siue alius meo nomine, vel mei occasione vadat, retineo seruitutem. Et multas personas enumerat, per quas seruitus potest retineri, vt patet in l. seq. vsq; ad l. fi. quæ continuatur cum ista. Viuianus.

Actio personalis pro seruitute non tollitur tempore, quo amittitur seruitus constituta. Item sola promissione inter viuos seruitus non constituitur, sed legato sic, aditione secuta: nec potest repudiari si ad alium transitum fecerit. Bartolus.

Pomponius lib. 33. ad Sabin.

LEX XIX.

SI partem a fundi vendendo, lege cauerim, vt per eam partem in reliquum fundum meum aquam ducerem, & statutum tempus intercesserit, antequam riuum facerem, nihil iuris amitto: quia nullum b iter aquæ fuit: sed manet mihi ius c integrum: quod si fecissem iter, nec vsus essem, amittam.

¶ Si per fundum meum viam tibi legauero, & adita mea hæreditate, per constitutum tempus ad amittendam seruitutem, ignoraueris eam tibi legatam esse, amittes, via 1 † non vtendo: d quod si intra id 2 † tempus, antequam scires 3 † tibi legatam seruitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, si reliquo tempore ea vsus fuerit, scilicet quia tua esse cœperat, e vt iam nec ius repudiandi 4 † legatum tibi possit contingere, cum ad te fundus non pertineat.

1† aliàs illã.

2† aliàs, intra idẽ alias, q si intra tẽpus.

3† Fl. nescires

4† aliàs, recuperandi.

Per quemcunque nomine fundi utentem seruitus retinetur. Bart.

Scæuola libro 1. Regularum.

LEX XX.

VSu retinetur seruitus, cum ipse, cui debetur, vtitur: quive in possessione eius nomine 5 † est: f aut mercenarius, aut hospes, 6 † aut amicus, vel medicus: g qui ad visitandum dominum venit: vel colonus, vel fructuarius. h

5† Fl. in possessionẽ eius est.

6† Fl. hospes aut, medicus qui ad visit.

Paulus li. 5. Sententiarũ.

LEX XXI.

FRuctuarius 7 † licet suo nomine. i

7† Frustra hic repeti videtur dictio, Fructuarius in nõnullis exemp. Licet suo nomine, lex est integra.

Scæuola li. 1. Regularum.

LEX XXII.

DEnique quicunq; quasi debita via vsus fuerit.

Paulus li. 5. Sententiarũ.

LEX XXIII.

SIue ad fundum k nostrum facit, vel ex fundo. l

Scæuola li. 1. Regularum.

LEX XXIIII.

LIcet malæ fidei possessor sit, retinebitur seruitus.

In præscribenda seruitute, requiritur quod bona fide quis vtatur iure seruitutis. Bartolus.

Paulus libro 5. Sententiarum.

LEX XXV.

SEruitute vsus non videtur, nisi is qui suo iure vti se crediderit; m ideoque si quis pro via publica, uel pro alterius seruitute vsus sit, nec interdictum, n nec actio vtilis o 8 † competit.

8† Fl. vtiliter a Con... bu fa... si qs dicitur... si serui ue... no p gl... Go tex. in ... 1. §. hæc ... dicta de aq. quoti. & æsti.

f *Nomine est.*] vt de vsufructu dicitur, vt s. quib. mod. vsufru. amit. l. si mulieri. & i. de itine. actuque pri. l. j. §. is cuius. & §. penul.

g *Medicus.*] aliàs amicus] & lege vt in tex. cũ apostil nu 6.

h *Fructuarius.*] scilicet retinet.

i F*Ructuarius Suo nomine.*] s. vtat rõne iuris qd habet.

k S*Iue ad fundũ.*] secundo. Azo.

l *Ex fundo.*] s. recedendo. Ioan.

S*Eruitute*] CASVS. Si vsus fui uia per fundum Titij ad meum per decẽ, vel 20. ann. an præscripserim seruitutem, quæritur? Et distinguitur, an vtebar, vt mihi debita: & tunc præscribo: an non, vt debita, sed quia credens viam publicã: & tũc non præscribo. Viuian.

m *Crediderit.*] inspiciẽ ergo opinio vtentis. sic & i. q vi aut clã. l. si opus 6. si iussero. & de aqua quot. & æstiua, l. j. §. Arist. & i. pro emp. l. 2. § Celsus. Et qd dicit, suo iure, i. debito fundo. & sic est plana. Vel dic, suo iure, i. q competat vtenti: & tunc restringes vtroque casu quantum ad acquirendam seruitutem. Retineri autem potest etiam si ille qui vtitur, non vtatur nomine eius cui competit, sed suo, vt quia sit socius, vel fructuarius, vel similes, qui suo nomine vtuntur: & bo. fi. pos. vt s. eo. l. seruitus. & l. nam satis. in princ. & sup. prox. l. vsu. cũ seq. ad eam autem quærendam bona fides est necessaria, vt dictũ est. & habes i. de iti. act. pri. l. j. §. pen. a in fi. vbi de vsuc. ser. dicit. Et econtra præscribenti libertatem bona fides est necessaria: tum ex eo q dicitur in vsuc. rerum corporalium, vt Insti. de vsuc. § nouissimè. in fi. quib. æquiparantur hæc incorporalia, vt C. de præscr. lon. temp. l. fi. in fi. tum ex eo q expressè s. cõia præd. l. si precario. § cæterum. Item facit pro hoc, q bona fides sit necessaria. C. de præsc. lon. temp. quæ pro li. l. j. & 2. Item facit bene i. de itine. actuq; pri. l. j. § si qs aũt. Et hoc in pscriptione libertatis vrbanæ seruitutis. in præscribenda autem libertate seruitutis rusticæ forte aliud est: qa in ea non exigitur, vt qs aliquid fa. it, vt s. de ser. vrb. præd. l. hæc autem iura.

n *Nec interdictum*] vt inf. de iti. actuque priu. l. fi. Accur.

o *Vtilis.*] id est efficax.

SI QVADRVPES PAVPERIEM fecisse dicatur.

Dictum est de actione in rem, sequitur de iis, quæ naturā rei dium mutantur, licet sint personales. Sed quia de pauperie est antiquior q. a exti. duodecim tabu. vt infra eo. in prin. ideo de ea dicit prius, vt Inst. de rer. diuis. §. singulorum. non autem hic de maleficiis generaliter tractabit: quia specialiter ponitur liber de eis infra de pri uat. delic. Actur.] supple. vt per Cuia. in paratit. ad hunc titulum.

DIGESTORVM,

SEV PANDECTARVM,

Liber IX:

TITVLVS I.

Si * quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Actio de pauperie competit, si animal nocuit, non culpa hominis, & contra naturā sui generis: sed si culpa hominis, habet locū actio legis Aquiliæ; sed si secundū naturalē feritatem sine culpa hominis, omnis actio cessat. h.d. vsque ad §. cum arietes. B.

Vlpianus lib. 18. ad edictum.

LEX PRIMA.

SI quadrupes pauperiem fecisse dicatur, a 1 † actio [b] ex lege duodecim tabularum descendit: quæ lex voluit, aut dari, 2 † quod nocuit, id est, id animal, quod noxiam commisit: aut æstimationem noxiæ offerri. [c] 3 † Noxia autem 4 † est ipsum delictum. [d] Quæ actio ad omnes quadrupedes pertinet.

¶ Ait 5 † prætor: Pauperiem fecisse. Pauperies est damnum sine iniuria [e] facientis datum: nec enim dici 6 † potest animal iniuriam 7 † fecisse, quod sensu caret. [f] Itaque (vt Seruius scribit) tunc hæc actio locum habet, cum commota feritate [g] nocuit quadrupes: puta si equus calcitrosus [h] calce percusserit: aut bos cornu petere

* Harmenop. l. 6 ti. 1. tom. 3. & 4.

S *I quadrupes.*] CASVS. Equus tuus dedit mihi damnum, quia seruum meū percussit. equū, vel eius æstimationem præstare debes. Secundò dicit, quòd noxia est ipsum delictum, vnde versus.

Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

Tertiò dicit, quòd hæc actio, quæ est in factum, aduersus quadrupedes pertinet, si damnum dederunt.

¶ *Ait prætor.*] Primò vult exponere quid sit pauperies. Secundò dicit, quod ad hoc, quòd detur hæc actio directa de pauperie, oportet, quod tria interueniant, scilicet vt sit quadrupes, & quod fecerit contra naturam sui generis, & quòd hominis culpa non interueniat: si autem hominis culpa interueniat, cessat hæc actio: sed mutum ille actio in factum, siue Aquil. tenetur. qualiter hominis culpa fiat, ponit exempla, de quibus vide vt in littera. Postea exponit quid sit pauperies: & dicit quod est damnum datum sine culpa facientis: * nec enim animal irrationale committit culpā: & ponit exemplū. quid autem si culpa in homine deprehenditur, vt quia per loca aspera ducebat mulos, vel nimis onerauit? & dicit, quod non agitur ex hoc edicto, sed habet locum Aquil. Simile exemplum ponit de cane, & est culpa in homine, siue infirmus fuerit, siue per eum locum ducere non debuit, siue instigauit. Et aliud exemplum addit, vbi est, vt in homine qui equum instigauit: sed si suus equus meum concitauit, & ita percussit bouem meum, & ita damnum mihi dedit, quis teneatur, quæritur? Et respon. quod Titius. i. dominus illius bestiæ, quæ aliam concitauit.

2 † Fl. dicere.

* *Facientis.*] concor. Paul. li. 1. Sen. tit. 15. Festus li. 14. qui pauperiē dānū esse diffinit, quod quadrupes facit.

¶ *Siue.*] Titius bouem habebat, mihi damnum dedit, cuius est bos, mihi tenetur hac act. siue ille bos mihi damnum directo dedit sua propria persona, siue tetigit aliqd, & id quod tetigit, damnum dedit, vt ecce, si bos plaustrum euertit, & aliquod damnum dedit, &c.

1 No. quod ubi unus est interfectus ab uno de trib. si dubitetur a quo, ratione dubitationis oés debent euadere. cõtra in c. nõ ẽ dimem*. xiij. q. ij. tex. in c. sacris. extra de sepul. uide q̃d no. in c. nolite. xj. q. iij.

a *Plures percusserint.*] Sed quid 1 si vnus, & non apparet quis? Respon. nullus: arg. ṡ. de pœnis. l. abs. item. tol. tanctius enim, &c.

b *Cuius ictu.*] ictus enim cuiuslibet contemplari oportet: vt ṡ. ad legem Corn. de sica. l. si. lr.

c *Tenetur.*] alij autẽ tenent, vt de vulnerato, vt ṡ. prox. §., Accu.

d *Iulianus ait.*] in solidum, in q cst notandum. sicut & in actio. arbo. fur. cæ. & ut ṡ. ar. fur. cæ. l. si plures, & in act. q met. cau. vt sup. quod met. cau. l. si cum exceptione, § si. & in actio. fur. vt C. de condic. fur. l. 1. Sed contra videtur, scilicet in dubio neminem teneri, vt inf. eod. l. scientiam. §. cũ stramenta. quæ est cõtra. Sol. ibi quando plures inter se damnum dederunt: hic quando alij.

e *Pœna.*] bona ratio, quod non liberet vnus alium: vt hic, & sup. ne quis eum qui in ius vo. l. si. & supra de iurisdictio. om. iud. l. si quis id. §. fin. & l. seq. & ṡ. de lib. ca. l. vtiq; & ṡ. si quis test. lib. esse ius. l. j. §. fin. Sed contra videtur. q vno soluente alij liberentur. Azo. vt sup. de eo per quẽ fac. erit. l. j. § si plures. quæ est contra. vbi de plurib. qui dolo fecerunt quo minus in iudicium quis veniat, dicit. Sol. ibi prosequitur & agitur ad interesse: & ideo cæteri liberãtur, cum amplius actoris non intersit: hic prosequitur pęnam. nam hæc actio est pęnalis, tã in duplo, quod per inficiationem crescit, quam ex eo quod crescit ex repetitione facta retro: vt inf. eo §. his autẽ verbis. & in tali pœna intellige hic, quod vnus alium non liberat. de simplo autem sic, vt in condictione furtiua, vt C. de condi. fur. l. 1. multo magis hic, sicut & argumentatur inf. eo. l. illud. Sic ergo etiam non ob. quod est infra eo. l. si vulnerauerit, quæ est cõtra: vbi Io. ait actio per hanc tollitur, & econtra. nec ob inf. cõmo. l. vnde quæritur. in fi. q est contra. Nam quantum ad pœnam vnus alterum non liberat. sed in eo, q est rei persecutio, sic. præterea in l. illa loca. vnus fuerat qui damnum dederat. Item contra. ṡ. si fami. fur. fec. di. l. j. in fi. Sol. ibi familia pro vno habetur: vnde tanquam vnus nomine dominus tenetur: ut inf. e. illud. Item contra. ṡ. de act. & obl. l. qui seruum. §. si vbi eundem commodatarium commodati & l. Aquil. conueniri dicit: & alteram tolli per alteram. Sol. ibi damnũ erat ab vno datum. & ideo simplo præstito releuatur a pœna. qa simplum præstitit hic alius: & ideo præstito simplo, & pęna nihilominus alius tenetur, vel hic tantum pœna pręstita fuit. Item contra inf. eo. tit. l. & quidem in solidum. Sol. ibi non est pœna respectu accipientis.

f *Non teneri.*] infra eo. l. item vulneratus. § j. contra. Sol. vt ibi.

g *Si plures.*] de hoc dixi plene ṡ. § sed si plures. Accur.

h *Aliquem morderet.*] quia suo corpore damnum dedisse videtur. & facit supra tit. 1. l. 1. §. sed & si. Sed contra. sup. de dolo. l. & eleganter. & si quadrupes. Sol. vt ibi.

i *Tenuit.*] dum mordebat, vel cum immisit telat. Accur.

k *Hero.*] hoc est domino, ut infra eo. l. ob id. & ab hero dicitur hæres. i. dominus. vt insti. de hær. qua. & diff. § item extraneus & quod hic dicit dari, domino scilicet directa: utilis autem etiam non domino: vt infra eadem lege, § fin.

l *Datum esset.*] a quodam tertio. Accur.

m *Restituturum.*] alias enim non admittitur ad redhibitoriam, vt infra de ædil. edic. l. cum autem. §. si & l. seq.

n *Alicui.*] habenti in eo titulum.

o *Ei.*] scilicet possessori.

p *Aquiliæ.*] pro eo quod seruus est vulneratus. Azo.

q *In factum.*] vt infra eodem, l. si dominus. quæ pro... operas quas bo. fi. poss. amisit, datur, ut argu. inf. de ædil. edic. l. iustissime. § si. Sed contra aduersus bo. fi. poss. datur directa domino, vt sup. de peti. hære. l. si a patre. §. si poss. stor. & infra eo. l. si eo. Quid autem si hic poss. stor. nõ habet an ei dabitur? Respon. non videtur. vt argu. inf. de reli. l. ij. §. 1. & de ser. cor. l. j. §. 1. Accursius.

r *Non posse.*] aliter de pauperie, de qua agitur, si intersit commodatarii: ut supra si quadru. pau. fe. di. l. ij. Alij dicunt, quod hic agit si intersit argu. dictæ legis. Sed hæc lex expresse est contra eos.

s *Vtile.*] vt supra de vsufr. locum. § fin etiam si dominus fecerit damnum ut inf. l. prox. & supra de dolo, arbitrio. § si dominus. & inf. de vi & vi ar. l. si plures. § deiectum. Sed contra inf. arbo. fur. cæ. l. cedere § is cuius vbi simpliciter fructuario actio denegatur. sed ibi de directa intelligitur: vtilis autẽ actio dabitur, ut hic. & inf. de aqua plu. arc. l. si usufr. Accur.

SEd & si] CASVS. Dominus proprietatis interfecit seruum, in quo habeo usumfr. an mihi danda sit actio contra dominum? Et respon. quod sic in factum, ad exemplum l. Aquil. s. pro parte mea, i. pro eo, quod habeo in seruo. & non solum damnum meum debet obseruari: sed etiam in usufr. futuri temporis. Viuianus.

t *Danda est.*] vtilis scilicet ad exemplum directæ.

u *Pro portione.*] i. non habita æstimatione proprietatis. Acc.

x *Meus.*] quamuis etiam prius ualuisset usumfr. in seruo,

Sed

* Si sunt liberi serui, si cuius seruus, ut l. illud q̃ suum inf. eo.

1 † Flo. velemus.

2 † Alias. examinauerit.

3 † Flo. deest, sed.

4 † Flo. quia tenuit.

* Vt in fusH ad l. §. super ver. &.

5 † Flo. inclusa desunt.

6 † Fl. sed si.

7 † Dnar. in factum, actio erit.) id est vtilis, quia nondum est dominus effectus.

8 † Flo. tractat.

Sed cur in infantem non fit æstimatio retro ante natiuitatem, vt inf. eo. l. inde Neratius § si infans? Respond. q a ibi nulla in id tempus posset fieri æstimatio.

immature collecto, vt infra eod. l. si seruum. §. si olicam. nam habetur ratio futuri commodi, etiam in seruo instituto hærede, qui occiditur ab alio, vt infra eod. inde Neratius in princ. Item in opera etiam videtur idem, quod agatur ex futura opera: vt sup. tit. 1. ex hac.

L*iber.*] CASVS. vsque ad l. si dominus, sic ponitur, Homini libero manus incisa est, an ei directa Aquil. competat? Et resp. q non: sed vtilis sic.

Vlpia. lib. 18. ad edictum.

LEX XIII.

Liber homo suo nomine vtilem Aquiliæ habet actionem: a directam enim non habet, quoniam * dominus membrorum suorũ nõ b 1 † videtur. Fugitiui c autẽ nomine dominus habet actionem. 2 † Iulianus scribit, si homo liber bona fide mihi seruiat, ipsum lege Aquilia mihi teneri. d

¶ Si seruus hæreditarius occidatur, quæritur quis Aquilia agat, cum dominus nullus sit huius serui. Et ait Celsus, legem e domino damna salua esse voluisse: dominus f ergo hæres habebitur, qua re adita hæreditate hæres poterit experiri.

¶ Si seruus legatus post aditã hæreditatem sit occisus, competere legis Aquiliæ actionẽ legatario, 3 † si modo post mortem serui agnouit legatum: quod si repudiauit, consequens esse ait Iulianus dicere, hæredi competere.

Paulus libro 22 ad edict.

LEX XIIII.

SEd si ipse g hæres eum occiderit, dicendum 4 † est dandam in eum legatario actionem.

Vlpia. lib. 18. ad edictum.

LEX XV.

HVic scripturæ consequens est dicere, vt si ante aditam hæreditatem occidatur legatus h seruus, apud hæredem remaneat Aquiliæ actio per hæreditatem ei acquisita. i 5 † Quod si vulneratus sit ante aditam hæreditatem, in hæreditatem quidẽ actio remansit: sed cedere k eam 6 † legatario hæredem oportet. ¶ Si seruus * vulneratus mortiferè, l postea ruina, uel naufragio, vel alio ictu maturius m perijt: 7 † non quasi de occiso agi posse, sed quasi de vulnerato. sed si manumissus, uel alienatus ex vulnere perijt, de 8 † occiso agi posse, & 9 † Iulianus ait. Hæc ita tam variè, quia verum est eum 10 † a te occisum tunc, n cum eum vulnerabas, quod mortuo eo demũ apparuit. at 11 † in superiore non est passa ruina apparere, an sit occisus. ¶ Sed si vulneratum mortifere, liberum & hęrẽdẽ esse iusserit, o 12 † deinde decesserit, p hęrẽdem eius q agere Aquil. non posse. r

Martianus li. 4. regularũ.

LEX XVI.

QVia in eum casum s res peruenit, a quo incipere non potest.

compet. Et resp. q non: sed vtilis sic.

¶ *Fugitiui.*] Seruus meus fugit a me ad te, & tu eum possidebas: quidam illum seruum vulnerauit, an mihi, vel tibi detur actio, quæritur? Et respõ. quod mihi.

¶ *Si homo.*] Possidebam aliquem bona fide, & ipse mihi damnum dedit in re mea. quæritur an mihi Aquil. competat? Et respon. q sic. Sed pone, Titius decessit: hæredem instituit: hæreditas nondum adita erat. seruus qui erat in hæred. vulneratus fuit, cui competit Aquil.? Et respon. quod hæreditati, cum vicem domini sustineat: postea hæredi adita hæreditate: sed ante non: cum non sit dominus nisi adita hæreditate.

¶ *Si seruus.*] In testamento tuo seruum tuum mihi legasti, post aditam hæreditatem fuit occisus, an mihi competat actio leg. Aquil.? Et rñ. q sic, si volo eum habere. Secundo dicit, q si repudiauit legatum an hæredi detur? Et rñ. quod sic. Tertio dicit, quod si hæres occidit, an mihi legatario cõtra hæredem detur actio? Et rñ. q sic. Quarto dicit, q si mortuus fuit ante aditam hæreditatem an competat hæredi? Et rñ. q sic. Quinto dicit, quod si vulneratus fuit ante aditã hæreditatem an hæredi tantum competat? Et respon. quod hæredi: sed hæres debet eam cedere mihi legatario.

¶ *Si seruus vulneratus.*] Seruum meum vulnerasti: q postea ruina, vel naufragio perijt, de vulnerato, non de occiso teneris: sed si illum seruũ quem vulnerasti, vel alienaui, vel manumisi: & postea periit ex tali vulnere: quæritur an mihi de occiso actio cõpetat? Resp. quod sic. Secus superiori casu: quia propter ruinam non potui scire, an sit occisus ab illo qui vulnerauit, an a ruina.

¶ *Sed si vulneratum.*] Seruum meum mortifere vulnerasti: ipsum institui, & hæredem, & liberum: & me mortuo fuit hæres, & liber, quæritur an possit agere pro damno sui ipsius? Et dicit, quod non: nec etiam hæres liberti: quia si liber esset vulneratus, non agetur: nec modo agitur, licet seruus erat cum fuit vulneratus: quia est liber cum agere vult: & sic deuenit in eum casum, &c. Viuianus.

a *Habet actionem.*] vt supra eo. l. quia actione. § si quis in colluctatione. Sed an agetur hic ob futuras operas? Respondeo non, secundum quosdam, vt arg. infra eod. l. quem admodum. §. idem. Labeo. sed hoc cessat in fructu

b *Non.*] quia liber homo non recipit æstimationem, vt infra de his qui deie. l. j. §. sed cum homo. Accursius.

c *Fugitiui.*] de fugitiuo ideo statim supponit, quia videbatur ipsum posse agere quasi liber sit, ut infra de ædil. edict. l. qui sit. §. idem recte ait.

d *Teneri.*] tamẽ non de leui culpa, ut infra de acqui. re. do. l. liber homo.

e *Legem.*] scilicet Aquiliam. Accursius.

f *Dominus.*] id est pro domino.

g SEd si ipse.] facit supra de dolo. lege, & eleganter. §. item si. Accur.

h HVic scriptura. Legatus.] & sic nondum erat legatarij, vt d. l. de dolo. & de leg. j. l. si seruus legatus. §. cũ homo, & ideo nec actio ei competere potest, & hæres liberatus est, si sine dolo suo hoc faciat.

i *Acquisita.*] & sic cum lucro hæredis moritur, ut infra de leg. 1. filiusfamil. in fin.

k *Sed cedere.*] in superiori casu nõ quia interitu speciei sit liberatus, nisi hæres occidat, ut infra de leg. 1. l. quid ergo. §. si hæres. tunc enim distinguitur: merentem vel non: vt ibi dicit. hic aũt tenetur, quia vulneratum præstare debet quem hẽt.

l *Mortifere.*] vt putabatur, non tamen erat certum. & sic non est contra. infra eodem, lege, ita vulneratus.

m *Maturius.*] quam ex priore vulnere moriturus putabatur. Azo.

n *Tunc cum eum.*] sic postea factum retrotrahitur: vt infra eodem, l. ait. § 2. & inf. de sol. l. qui res. §. 1. & infra de dam. infect. l. damni. §. Sabinus.

o *Iusserit.*] s. dominus.

p *Decesserit.*] scilicet dominus. uel dic, scilicet vulneratus.

q *Hæredem eius.*] si libertum ipsum. Vel dic hæredem liberti, vt infra eo. l. nam sicut. §. si dominus. & tunc dic, decesserit. s. vulneratus. Accur.

r *Non posse.*] ad æstimationem forte. aget tamen ob impensas & operas. vt diximus, sup. eo. l. qua actione. §. si quis in colluctatione.

s QVia in eum casum.] m[illegible]rario secundum quosdam, quia non est generalis, ut infra de act. & obl. l. quæcunque. & erit sensus: venit quidem in eum casum: quia decessit vulneratus: qui si vulneraretur hodie,

* Concor. text. inc. si non licet, 22 q. 5. & hanc sententiã latè explicat August. li. 1. de ciuit. Dei & lib. 19. c. 6.

1 † Flo. nemo.

2 † Flo. de eis, actionem.

3 † Flo. si non post mortem serui, &c.

4 † Flo. dicendum.

5 † Adde, ad quæsitam.

6 † Flor. eam.

* Dion hic Bald. quod Odof. molestè [illegible] nostro morte fere dum esset potestas Florentiæ q a decapitari fecit vulneratum, antequã ipse vulneratus esset mortuus. & debuisset ipse de homicidio puniri. arg. huius legis: & ita fuisset, nisi quia postea dux venit Florentiam, q eũ liberauit.

7 † Flor. perierit, de occiso agi non posse.

8 † Fl. quasi de occiso.

9 † Flor. de eo, &.

10 † Flor. de eo, eum.

11 † Fl. dees, at.

12 † Flor. insseris.

die, post mortẽ tunc agi non possit. Vel dic, ꝙ si liber occideret, vel vulneraret, sicut hic fuit, post vulnera hæres eius non agit, sm lo & ambæ secundũ secundã positionẽ casus, vel secũdũ primã positionẽ optima est rõ. & sic sensus, vt diximus: q̃a liber sui æstimationẽ petere non possit. Est.n. impossibile, ꝙ quis seruus, vel liber aliquo casu, vel tpe, vel mõ possit petere æstimationẽ sui ipsius. & sic non reprobat hęc rõ p̃ l. illam, quæ. unque. q̃a seruo meo vulnerato, & manumisso, licèt tũc nõ posset incipere mihi competere actio p̃mi statu inspecto, nõ est tñ impossibile: quia posset redigi in meã seruitutẽ iterũ. & sic ibi loquit in l. q̃cuq; & sic ibi hoc decesserit, s. dñs. Posset & alia rõ assignari, si hæc dicat insufficiẽs: q̃a fit absurdũ, ꝙ aliquis interpetat æstimationẽ, vt ĩ eo. l. nam sicut, ꝗ si dñs seruum. & ita hic subauditur maximè. Itẽ not. hic arg. ꝙ est hic expressum, vt ĩ. de f rui l. pro parte. & ĩ. de reg. iur. l. in ambiguis, §. 1. Sed arg. ꝫ, Inst. d. l. g §. eõrio. & ĩ. de contr. pecun. l. item illi, §. quod l ad jectur Acc.

* Vl. Aut. Aug. libro 3. emend. c. 1.

Vlpianus lib. 18. ad edict.

LEX XVII.

SI dominus seruum suum occiderit, bonæ fidei possessori, a vel ei, qui pignori accepit, in factũ actione tenebitur. b * ¶ Si coniunctim duob. legetur Stichus, & alter eorum occisum c repudiauerit, puto coniunctum solum posse Aquilia agere: quia retro accreuisse d dñium ei vr.

Paulus lib. 10. ad Sabi.

LEX XVIII.

SEd & si is, qui pignori seruum accepit, occiderit eũ, vel vulnerauerit, lege Aquilia & pignoratitia conueniri potest: sed alterutra contentus esse debebit actor.

Vlp. lib. 18. ad Sab. 1 †

LEX XIX.

SEd & si cõem seruum occiderit quis, lege Aquilia teneri eum Celsus e ait. idem est, & si vulnerauerit.

1† Fl. ad edictum.

Idẽ li 18. ad edictum. 2 †

LEX XX.

SCilicet pro ea parte p̃ qua dominus est, qui agit.

2† Lib. 42 ad Sabinum.

Idem lib. 18. ad edictum.

LEX XXI.

AIt lex: Quanti 3 † in eo anno plurimi fuit. f 4 † quæ clausula æstimationem habet g damni, quod datum est. Annus autem retrorsum computatur, ex quo quis occisus est. Quòd si mortiferè fuerit vulneratus, h & postea post longum interuallũ mortuus sit: inde annum numerabimus secundum Iulianum, ex quo vulneratus est: licèt Celsus contra scribat. i ¶ Sed vtrum corpus eius solũ æstimamus, quanti fuerit, cũ occideretur: an potius quanti interfuit k nostra, non esse occisum? & hoc iure vtimur, vt eius quod interest l fiat æstimatio.

3† Dua. quanti is homo i eo. 4† Fl. fuisset.

Paulus li. 22 ad edictum.

LEX XXII.

PRoinde m si seruum occidisti, quem sub pœna tradendum promisi, vtilitas n venit in hoc iudicium. Item causæ corpori cohærentes ęstimantur: o veluti 5 † si quis ex comœdis, aut symphoniacis, aut gemellis, 6 † aut quadriga, aut ex pari mularum vnum, vel vnã occiderit. non solum enim perempti corporis æstimatio facienda est: sed & eius p̃ ratio haberi debet, quo q cętera corpora depretiata sunt.

5 † Fl. deest, veluti
6 † Tinmelicis] & ῦ a pud Suidam sũt q̃ p̃secãte arte exercẽt. est enim. θυμέλη loc⁹ editior vbi actores saltabãt. Iulius Poll. li. 4. vide not. ad l. Athletas sin. de ys qui not. infam.

Vlpianus lib. 18. ad edict.

LEX XXIII.

INde 7 † Neratius scribit, *

7 † alias. vnde.

* Nõ tãtũ p̃ sẽt lucrũ. sed ẽt futurũ dãnũ hic æstimatur at in tota lege Falcid. p̃sẽs tatũ æstimatio spectatur. lege 63. ad leg. Falc.

Casus: Si dominus.] CASVS. Ex causa donationis, quia tibi fuit donatus, vel quia tibi fuit obligatus, & sic iusto titulo seruũ meũ possidebas. illũ ego interfeci; an tibi tenear? Et respon. ꝙ sic in factum actio.

¶ Si coniunctim] Mihi & tibi Stichum legauit aliquis: Titius interfecit: tu repudiasti, mihi insolidum Aquil. competit.

a Possessori.] qui habet titulum. Accursius.

b Tenebitur] s. ad interesse, & sic non meruit occidi, vt ĩ. de pig. l. seruum. & ĩ. eo. tit. l. item Mela, §. si in co. in fi. secus si meruit, vt ĩ. e. l. qui occidit. Itẽ in actione furti, vt competat creditori, vt ĩ. de fur. l. itaque, §. sed & si res. Ac.

c Occisum.] s. Stichum. Azo. post aditam hæreditatem, vt sup. eod. l. liber homo, §. vlt. Accur.

d Accreuisse.] vt & ĩ. eo. l. Titio. & l. nam sicut. sed certè imò magis non decreuisset, vt C. de cadu. toll. §. pen. Ac.

SEd & si.] CASVS. Creditor occidens seruum sibi obligatum, tenetur Aquil & pignoratitia. Item socius tenetur pro parte socij sui.

e Celsus.] vt ĩ. eod. l. si seruus seruum, §. 1. & ĩ. pro socio, l. sed si ex furtiua causa, §. 1. & ĩ. comm. diuid. l. & si non. §. venit. Sed argum. contr. ĩ. de iniur. l. item apud Labeonem, §. si communem. sed ibi in iniuria dicit. Accur.

AIt lex] CASVS. In primo suo capite loquitur l. Aql. quid teneatur occidens dare: & dicit, ꝙ tenetur dare quanti plurimi fuit in anno retro: computatur autem annus à tempore, vel die occisionis, vel vulneris.

¶ Sed vtrum.] Et fit æstimatio, ꝙ nostra interest, & de hoc ponit exemplum. Ecce vendidi seruum: & promisi illum sub pęna 20. tradere: & anteq̃ traderẽ, mortuus fuit: certè æstimantur corporis cohęrentia, vt puta vnũ ex comœdis meis, qui simul cantabãt, & vnus sine alio cantare nesciebat, occidisti: an non solum illius occisi, sed etiam alterius facienda sit æstimatio, quæritur? Et rñ. ꝙ sic. Viuianus.

f Fuit.] tantũ dare domino damnas esto, vt ĩ. eo. l. ij. Ac.

g Habet.] id est continet.

h Vulneratus] q̃a tũc fingit occisus, vt ĩ. e. l. huic, §. si seruus. ibi, hoc ita tam variè &c.

i Scribat.] sed malè. Azo.

k Interfuit.] s. tempore occisionis.

l Quod interest.] t p̃ quo occidit, vel intra annũ, vt ĩ. eod. l. pen.

m PRoinde.] Sed an stipulatori hęc actio cedit, s. Aqlia, & cedẽdo liberetur? Vr ꝙ sic, vt ĩ. e. huic. Sed illa de vulnerato tm̃ loquit: sed seruo occiso ante aditã hęreditatẽ si cedit, vt ibidẽ dr: q̃a hęres liberat interitu rei: & sic hic. Sed q̃d si post ea occidat seruus hæredis legatus, ñ testatoris: an cedit actio? Nihil ita dicit: puto tñ ꝙ non: quia interitu speciei est liberatus, secus si vulneratus tm̃: quia tunc cedet, sicut & in re vendita cõtingit, vt ĩ. de actio. emp. Iulianus, § si fructibus. & facit ad hanc l. ĩ. de furt. infitiando, §. si tibi. & de verb. obl. liber homo, §. fin. & ĩ. de ser. export. seruus.

n Vtilitas.] quæ mihi deficit ex eo, q̃d seruum nõ possũ soluere, & ideo ad pœnã teneor. & dic, ꝙ fuit occisus post morã: sed ab anno citra nõ fuerat in mora, vt euitet oppositio; quod non videat habere locũ, quod hic dicit, aut est in mora, aut non: si est in mora tempore occisionis, non cadit in pœnam: ideo quia iam occiderat post moram: nec liberari poterat dando seruum: quia in mora fuit: si non fuit in mora, interitu speciei liberatus videtur. Accur.

o Æstimantur.] vt statim subjicit exempla, si quis &c.

p Sed & eius. s. cui⁹ seru⁹ est occis⁹. vel ẽ neutri dictiõ ei⁹.

q Quo] i. inquantum. & facit in hoc ꝙ habetur ratio deteriorationis aliorum. ĩ. de ędil. edic. l. ędiles aiunt, §. si. & l. seq. & Inst. eo. §. item si quis. Sed contra, ĩ. ad leg. Fal. l. pretia. & ĩ. eod. l. si seruus. vbi non ex affectione fit æstimatio. Sol nec hic fit. sed dicit haberi rationem eius.

INde Neratius. CASVS Hęc lex ex superiorib. pẽdet, & pone, seruum meum Titius instituit aliquis eũ & interfecit anteq̃ per eum hæred. acquirerem, i. ante aditã hered. Dr hic, ꝙ corporis sui, & hæred. acquirendæ fit ęstimatio.

¶ Iulianus ait.] Stichum seruum meũ institui hęredem, & liberum: quod si hæres non esset, Titium vel Mæuiũ sobstitui. Titius erat mihi agnatus proximus: & si nõ fecissẽ testamentum, Titius mihi ab intestato succederet, & anteq̃ decederẽ, quidã occidit dñm Stichi. tãnẽ ego decessi, quæritur an substitutus, vel legitimus possit agere? Dicit, ꝙ non pro æstimatione hæred. & hoc, quia eam habent: sed certè, nec pro pretio serui: quia est potius proficuum quàm damnũ substituto, vel legitimo de morte Sti. hi.

¶ *Idem Iulianus.*] Institutus fui, si Stichum seruum meum manumitterem, & antequam manumisissem, occisus fuit. Distinguitur, aut post mortem testatoris, & tunc non solum corporis, sed etiam hæred. sit æstimatio: si ante, tantum corporis.

f *Quæ.*] scilicet actio Aquil. vel quæ hæreditas, vt ĩ. eod. §. quod si viuo.

g *Vera est.*] iure ergo communi habebit institutus, vel legitimus, non per Aquiliam.

h *Pretij.*] scilicet serui.

¶ *Idem Iulia.*] Seruo meo pictori pollicẽ præscidisti: intra annũ, & antequã finiretur annus, fuit occisus. Dicitur hic, quòd æstimatur pro eo tpe, qui fuit pretiosior.

¶ *Sed & si.*] Si seruus meus negotia mea gessit, & malè, & antequam subijcerem eũ quæstionibus, fuit occisus: dicitur hic, quòd non solũ corpus serui æstimatur, sed etiam interesse serui venit, quod habeo ex eo, quòd non potuit scire participes fraudis. Cætera sunt plana vsque ad §. si dolo.

¶ *Si dolo.*] Non solũ l. Aquil. punitur, sed etiam l. Corn. agere possũ pro seruo meo dolo occiso, vt hic, & Instit. eod. §. liberi.

¶ *Hac actio.*] Si occidisti seruum, & confiteris, teneris: & iudex ammodo nõ inquiret vtrum debeat condẽnare, vel absoluere: sed examinabit quantum seruus valebat.

¶ *Si quis hominem.*] Audiui rumores, quòd Titius occiderat vnũ seruum meum, veni, & conueni Titium Aquil. & cõfessus est se occidisse. tandem offert seruum: quæritur, an teneat Aquil. Et dicit quòd nõ in hoc, quòd sit ab aliquo occisus: non. n. omnimodo cõdemnandus est, sed oportet eum esse occisum ab aliquo. Secundo dicit, idem in vulnerato. Tertio dicit in mortuo sua morte, quem Titius fuit cõfessus occidisse, non tenetur.

1† Vl. solum.
2† Vl. videremus.

si seruus hæres institutus a occisus sit, etiam hæreditatis æstimationem b venire. c

¶ Iul. ait: Si seruus liber & hæres esse iussus, occisus fuerit, d neque substitutum, neque legitimũ e actione legis Aql. hæreditatis æstimationẽ consecuturum, quę f seruo competere non potuit. quæ sententia vera est. g Pretij igitur solummodo fieri æstimationem: quia hoc interesse solũmodo 1 † substituti videatur. 2 † Ego autem puto nec pretij h fieri æstimationem: quia si hæres esset, & liber i esset.

Conditio potestatiua quando impeditur per factum hominis, non habetur pro impleta: secus si impediretur per factum naturæ. Bald.

¶ Idem Iulianus scribit: Si institutus fuero sub conditione, si Stichum manumisero: & Stichus sit occisus post mortem testatoris: in æstimatione k etiam hæreditatis pretium me consecuturum. Propter occisionem enim defecit l conditio. Quod si viuo testatore occisus sit, hæreditatis æstimationem cessare: quia retrorsum, m quanti plurimi fuit, inspicitur.

¶ Idem Iulianus scribit, æstimationem hominis occisi ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit. Et ideo si pretioso pictori pollex fuerit præscisus, & intra annum, quo prescinderetur, fuerit occisus, posse 3 † Aquilia agi: eoque pretio æstimandum, quanti fuit prius, quàm artem cum pollice amisisset.

¶ Sed & si seruus, qui magnas fraudes in meis rationib. cõmiserat, fuerat occisus; de quo quæstionem habere destinaueram, vt fraudum participes eruerentur: n rectissimè Labeo scribit, tanti æstimandum, quanti mea intererat, fraudes serui per eum commissas detegi: non quanti noxa o ipsius serui valeat.

¶ Sed & si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit: pretium id æstimabitur, quanti 4 † valeret prius, quàm mores mutaret.

¶ In summa, omnia commoda, quæ intra annum, quo interfectus est, pretiosiorem seruum facerent, hæc accedere ad æstimationem eius dicendum est.

¶ Si infans sit occisus nondum anniculus, verius est sufficere hanc actionem, vt æstimatio referatur ad id tempus, quo intra annum vixit. p

¶ Hanc actionem & hæredi, cæterisque successoribus dari constat: q sed in hæredẽ, vel 5† cæteros hæc actio non dabitur, cum sit pœnalis, nisi fortè ex damno r locupletior hæres factus sit.

¶ Si dolo seruus occisus sit, & lege Cornelia s agere dñm posse constat: & si lege Aqui

i *Liber.*] maius suũ damnũ esset, non esse occisũ, quia si viuus esset, liber, & hæres esset. & sic hoc casu, nec legitimi, nec substituti interest: secus si in partem tantum sit hæres, vt ĩ. eo. l. nã sicut, in fi. Accur.

K *In æstimatione.*] s. damni, vt ĩ. de cond. furt. l. 3.

l *Defecit conditio.*] quid si occisor solu ndo non fuerit, an habeatur pro impleta? arg. quòd sic. supra, de eo per quem fac. erit. l. fi. 1. respon. Azo.

m *Quia retrorsum.*] & quia mihi non videtur quæsitum, vel amissum, quod ex alieno pendet arbitrio. posset enim testator mutare voluntatem, sm Azo. secus aũt si naturaliter mortuus esset, cũ per eum non stetisset, quo minus conditio impleretur: quia habebit hæreditatem: non tamen ab interfectore, vt ĩ. de cond. instit. l. quæ sub cõditione, §. quoties. quę est cõtra ad hoc, & superius responsũ: secus tamen est, quãdo mihi est relictũ, & alij imposita est condi. ita scilicet, lego tibi centum si tibi nupserit filia, aut illi. tunc enim morte interueniente nihil cõsequor: secus si stet per factũ suũ: vt quia nolit, vt C. de condi. inser. l. legatum. & de insti. sub condi. fa. l. j. secundum Ioan.

n *Eruerentur.*] id est indicarentur. Accur.

o *Noxa.*] i. ipse seruus, qui est noxa. sed hoc si velim cõsequi,

3† Vl. posse cũ Aquilia agere pretioq.
4† Vl. quanti.
5† aliàs cæteros successores.

¶ *Si procurator.*] Titium ad ius vocaui. Seius procurator Titij confessus est Titium occidisse. certè ex hac confessione non fit præiudicium domino per procuratorem. Idem in tutore vel curatore: quia ipsi sunt, qui tenentur, si modo constat seruum per aliquem occisum. Postea addit, ex quo confiterur quis se occidisse, iudex non quærit quis occiderit, nec super hoc probationes exiguntur: sed bene inquirit quantum valebat. Viuianus.

a *Institutus.*] ab extraneo.

b *Æstimationem*] nam ipsam hæreditatem iure communi habet.

c *Venire.*] vt Inst. eo. §. illud. & ĩ. de furt. l. si quis vxori, §. si seruus. & ĩ. ad exhib. l. sed & si. in princ. Accur.

d *Fuerit.*] sin vita domini, aliàs statim esset hæres, & liber, & cessaret substitutus, & legitimi testatoris, vel dic quòd sit sub conditione institutus.

e *Legitimum.*] scilicet testatoris.

nonne probabo, & alios fraudem participasse? sed si hoc est, quare non agam contra illos, qui fraudem participarunt? Respon. licet probem quosdam fraudem participasset non tamen conuenio eos, qui decesserunt: & seruus mihi eos indicasset antequàm decederet, vt ĩ. de eden. l. argentarius, § fin. secundum Azo.

p *Vixit.*] supra eod. l. sed si proprietatis. argum. contra. Solue vt ibi.

q *Dari constat.*] nisi in casibus, vt ĩ. ead. l. §. j. & ĩ. eod. l. nam sicut, §. n dominus.

r *Ex damno.*] vt puta bouem occidisti, & eius carnes hæres tuus comedit.

s *Lege Cornelia.*] s. de sicarijs. Et sic not. etiam pro seruo habere locum l. Corn. de sica. vt hic, & Inst. eo. § liberum. & ĩ. ad leg. Corn. de sica. l. j. §. j. & ĩ. de præscr. verb. l. qui seruum dandum, § j. Item not. non tolli criminalem per ciuilem, vt hic subijcit, & C. quando ciuic. præ. crim. l. j. & si est

contra.inf.de pub.iud.l.interdum. Sol.interim dum vna agitur, altera non intenditur, ut in l.contraria, & ʒ.vi bo.rap.ij.§.hoc edicto.eo autem finito sic, ut hic dicitur.

a *In duplum.*] quia autem duplatur? Respon.quicquid erat simplandum, ut ʒ.eo.l.ait.in fi.& ʒ.quod met.cau.fi cum §. quadruplabitur. & infra de ser. cor. l. in hoc.& inf.de lib.cau. l.non tamen. Sed ar. contra. ʒ. de fur.l.in actione fur.j.res. Dic, ut ibi. Itē nūquid pœnitere potest reus? Resp. quod sic usque ad lit. conte. ut ʒ. de noxa. l.electio §. neque in plus. item no. hic ex mēdacio quem puniri in plus, ut ʒ. de in rem vers. l. cum qui. in prin & C.eo.l.contra negantem: & de condi.inde. l.ea quæ. & ʒ ψ cum eo.l. sed & si ex.§. interdum. & in auth. de trien. & se. §.si quis aūt. & §. illud quoque. col. 3. & ʒ de interr.act l.de ætate. § si cum esset. Itē an idem in actione in factū, uel vtili Aquil. ut infitians teneatur in duplum? Respon. sic, vt C. e.l. pe.& in auth. de triē. & §. studium, co.3.

b *Confiteatur.*] s. in iudicio:alias non ualet:quod dic, ut ʒ.de inter.actio.l.j.in fin. Accur.

c *Confessus.*] quasi sit cōfessio contra naturam, uel impossibilis, vale nō ualet, ut hic, & ʒ. de inter.act.l.cō fessionibus & l.si is.

d *Confessoriam actionē.* idest actum confessi, vel confessio ipsa remittit actori hoc ius, ut non cogatur probare eum conuentum occidisse:cogitur probare eum occisum a quocumque: si alter probet eum uiuum, alias satis erit si confitetur occisum, & a se, ut hic. & ita actio ponitur pro actu, ut in auth.de non alie.§.si minus.col.2.& ʒ.de.do.inter uir. & uxo.l.3.§.si. Aliter autem accipitur actio cōfessoria in seruitutib. ut ʒ. si ser. uen.l.2.in prin. Vel dic, quod actio cōfessoria dicitur actio legis Aquiliæ:quæ datur in confitentem ex confessione sua.illa enim actio remittit actori, i.confitenti & agenti:nunc etiam probanti hominem uiuum esse. Et ita soli probanti, ut sic qui agit Aquilia, non habeat necesse probare eum occidisse qui confessus est, & quod dicit hoc solum, i. hoc casu tantū quo probare paratus est hominē uiuum. Sed an idem sit in contractibus, ut ita demū obligetur si alius contraxit. Item an idem in legato:ut sit necesse probare ab aliquo relictum, quod quis confessus est se debere illo probante se non contraxisse, uel legatū nō esse? M.sic, arg.huius §.& ʒ.de interro. act.l.confessionibus. Sed Bul.& Io. dicunt aliud in istis quam in l. Aquil. ut C.de non nu. pecu.auth.cōtra qui propriam, ibi enim a nullo erat debitum: quia erat solutum, & tamen crescit pœna per inficiationem: sicut & in casibus propositis datur ex confessione, ut non possit probare contrarium. & sic non est opus ab alio probari debitum. & facit pro eis ʒ.de confess. l. 3. Item si ex hac actione sit solutum, uel ex alia, quæ crescit per inficiationem:dicit lex non repeti, ut C.de condi.inde.l.ea quæ.& Inst.de oblig. ex quasi contrac.§.si quod non potest repeti:licet soluens non dederit damnum:dummodo ab aliquo sit datum ut hic in confessione.dicitur. Sed quid est, quod non repetitur? Respon. secundum M.illud, quod erat duplandum, ut si erat damnum decem, & ea soluit, non possit repetere: sed si erat damnum decem, & soluerit quindecim ignorans, repetit quinque: quia ista quinque non erant duplanda. Sed Ioan. dicit nil etiam hoc casu repeti, cum duæ dictæ leges dicāt simpliciter, soluta ex causa, quæ crescit per inficiationem, nō posse repeti. Item an liberet occidens? Dic ut infra de interrog. actio. l. quin seruum.

e *A quocunque.*] cum quo tamen per occisionem erat actio. ut infra de interr. actio. l.confessionibus. Et ideo si a furioso occisum confitear me occidisse, nō teneor, sm Ioan. licet sit argum. contra, ex hac l. Quid ego si seru⁹ meus occidit seruum suum, & tu confiteris etiam in iudicio te occidisse? Respon. te teneri, nisi possis probare contrariū, quia licet seruus meus nō sit mihi ciuiliter obligatus: est tamē naturaliter. Item no. hic, non audiri probantem contra confessionem suā erroneam, argu. C.de iu. & fac. ignor. l.error. Sol. hic speciale, vt & alia multa. Acc.

f *Hoc apertius circa.*] quæ dicta est, in eo qui viuit, quem confiteor me occidisse. Accur.

g *Proinde mortuus.*] ergo nō omnis mortuus est occisus: sed quilibet occisus est mortuus, ut hic, & instit.eod.§ præterea si ine. Azo.

h *Quivis alius.*] vt defensor sine mandato.

i *Confiteatur.*] falso. Quid autem si uerum? Respon. datur in dominum utilis, ex confessione, nisi sit procurator sine mandato.

K *Absentem.*] s. dominum vel pupillum, adultum, uel furiosum: nam tunc dabitur in cons. tut.uel cura.uel procur. vt hic:non autem fit præiudicium defenso, ut ʒ. de interr. actio.l.si defensor.& ʒ de confess.l.certum.§. sed an nisi mandatum fuerit specialiter de confitendo, uel ratum habitum, ut ʒ.de interrog.actio.l.qui seruum.

l *Non rei iudicandæ.*] idest ut iudicet damnum sit datum, uel non cum præcedenti probatione, nullæ enim, &c.

m *Sed æstimandæ.*] idest ut æstimet damnum datum quātum sit. Quid enim si ille qui agit, malit probare damnū datum, & magni litem facit: reus uero fatetur se occidisse, & paratus est soluere æstimationem: Certe de hoc cognoscit, ut infra l.proxim. Vel dic magni, id est pro magno onere habet litigare, & probare: certe non auditur, ex quo alius confitetur. An autem sententia sit danda in confessum criminali causa? Constat quod sic, ut infra de custo.reor.l.si confessus.& C.de pœn.l.qui sententiam. In ciuili autem non, sm quosdam, ut hic, & infra de confess. l. 1. uel dic etiam in ciuili confessum damnandum, ut ʒ.de confess.l.Iulianus. & quod hic dicit, non dari rei iudicatæ: intelligi, ut dixi cum præcedenti probatione, & cognitione: nec enim est opus, cum reus sit confessus,

---

...lia egerit, præiudicium 1† non debere fieri Corneliæ.

¶ Hæc actio aduersus confitentem competit in simplū: aduersus negantem in duplum.a

¶ Si quis hominem viuum falsō confiteatur b occidisse, & postea paratus sit ostendere hominem viuum esse, Iulianus scribit cessare Aquiliam: quamuis confessus c sit se occidisse. hoc enim solum remittere actori confessoriā d actionem, ne necesse habeat docere eum occidisse: cæterum occisum esse hominem a quocumque e oportet.

Paulus lib.22.ad edictū.

LEX XXIV.

HOc apertius est circa f vulneratum hominem. nam si confessus sit vulnerasse, nec sit vulneratus: æstimationem cuius vulneris faciemus? vel ad quod tempus recuremus.

Vlpianus li.18.ad edictū.

LEX XXV.

PRoinde si occisus quidē non sit, mortuus g autem sit: magis est, ut non teneatur de 2† mortuo, l3 3† fessus sit.

Falsa confessio procuratoris super crimine, non afficit dominum. Bald.

¶ Si procurator * aut tutor, aut curator, aut quis alius h confiteatur i absentem k vulnerasse, confessoria in eos vtilis actio danda est.

Quando quis confiteatur de plano crimen, potest sibi ciuiliter fieri præceptum, nec est opus diffinitiua: & si confitetur dānum, sed est contentio de quantitate damni, hæc sola quantitas erit discutienda. Baldus.

¶ Notandum est, 4† quod in hac actione, quæ aduersus confitentem datur, iudex non rei iudicandæ, l sed æstimandæ m datur. nam nullæ sunt partes iudicis in confitentes.

Paulus l.22.ad edictum.

LEX XXVI.

PVta enim, quod qui conuenitur, fateatur se occidisse: & paratus sit æstimationē soluere: & aduersarius magni litem æstimet. 5†

Vbi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. Baldus.

1† Fl. præiudicium Corneliæ fieri non debet.

2† Flor. in.

3† Confessus fit.

* Lud. Rom. singul. 31. meminit de isto tex. & eum ibi exclamat singul. de eius vero mente vide hic in marg. per. Bal.

4† Flo descr. est.

5† Æstimat. Duar.

tamen datur rei iudicatæ, idest ut pronunciet damnum datum esse, & declaret eius æstimationem. Vel dic, non datur iudex rei iudicandæ, cum sine libello simpliciter ad instantiam actoris iudice interrogante reus confitetur se damnum dedisse, ut sup. de iudit. l. si debitori. cum autem solenniter inchoatur, & solenniter est per sententiam finienda.

SI seruus seruum.] CASUS. hic est planus.

¶ *Item si seruus, &c.* est clarus: quia litis æstimatio pro parte solui pōt, noxæ autem pro parte non pōt dari seruus occidens, sed solidum datur pro noxia. & est simile §. si serui vend. l. loci. §. si fundus.

¶ *Serui*] Seruus meus seruū Titio occidit teneor eum dare pro noxia, aut damnū emendare. Sed si possidebā eum bo. fid. & det dānum, an teneat Aquil. ut illū dem pro noxia uel emendem dānum? Et respon. quod non; text huius legis planus est usq; ad §. Si fornacarius.

¶ *Si fornacarius*] Locaui fundum alicui in quo erat fornax: & sic cum fornace locaui, conductor apposuit seruum, qui ignem immisit fornaci & custodiam reliquit: ita quod fornax combusta est quæritur an dominus teneatur. Et dicit, quod sic, ex locato, & quia fuit negligens in eligendis ministris, tenetur. Sed si duo fuerunt conductores, & unus immiserit ignem: & alius negligenter custodiuit uidetur neuter teneri: sed tenetur qui obdormiuit: ut ipso casu l. dominus serui nomine. Itē eum negligenter custodiuit: ut ipso casu non obstante teneatur etiam qui negligenter custodiuit.

1† *Fl. sciit.*

2† *Fl. aliorū.*

Vlpianus lib. 17 ad Edictum.

LEX XXVII.

SI seruus seruum alienum surripuerit, & occiderit, & Iulianus, & Celsus scribunt, & furti, & dāni a iniuriæ actionem competere.

¶ Si seruus communis, idest meus, & tuus, seruum meum occiderit, legi Aquiliæ locus est b aduersus te, si tua uoluntate fecit. & ita Proculum existimasse Vrseius refert. Qđ si non uoluntate tua fecerit, 1† cessare noxalem actionem: ne sit in potestate c serui, ut tibi soli seruiat d quod puto uerum esse.

Nota quod licet actio intentata sit diuidua, tamen beneficium domini pro noxa est indiuiduum: & non potest fieri nisi cuilibet insolidum. quandocunque ergo principale est diuisibile, & accessorium est diuisibile. Bald.

¶ Item si seruus communis meus & tuus sit occisus a seruo Titii, Celsus scribit alterutrum 2† ex dominis agentem, aut litis æstimationem cōsecuturum pro parte, aut noxæ dedi ei insolidum oportere: quia hæc res e diuisionem non recipit.

Ex delicto serui obligatur dominus, non ille qui iam possidet. Bal.

¶ Serui autem occidentis nomine dominus tenetur: is vero, cui bona fide seruit, non tenetur. f ¶ Sed an is, qui seruum in fuga habet, nomine eius teneatur Aquiliæ actione, quæritur. & ait Iulianus teneri: g & verissimum est: cum 3† & Marcellus consentiat.

¶ Huius legis secundum quidem caput 4† in desuetudinem abiit. ¶ Tertio autem capite, ait eadem lex Aquilia, h Ceterarum rerum præter hominem, & pecudē occisam, 5† si quis i alteri damnum fecerit 6† quam usserit, fregerit, ruperit iniuria: k quanti ea res erit in diebus 30. proximis, l tantum æs domino dare dānas esto. Si quis igitur non occiderit hominem, uel pecudem, sed usserit, 7† fregerit, ruperit, sine dubio ex his uerbis legis agendum erit. Proinde si facem m in seruo meo obieceris, & eū adusseris, n teneberis o mihi. Itē si arbustum meum, vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebo.

Quando factum excedit voluntatem, tenetur quis de toto facto, non inspecto proposito voluntatis. Bald.

¶ Si, quis insulā meā uoluerit exurere, & ignis ad uicini insulā peruenerit, Aquilia tenebitur etiam uicino: nō minus etiam inquilinis p tenebit ob res eorū exustas.

¶ Si fornacarius q 8† seruus

nam furti propter damnū, sed certe non adijcitur, ut illa actio augeatur: datur tamen alia, ut hic dicitur. Acc.

b *Locus est*] etiam tuo nomine: ex quo tua voluntate fecit.

c *Ne sit in potestate.*] mala ratio, ut institu. de nox. §. si in summa. & ff. de ui & vi. arm. l. 1. §. quod igitur adijcitur. nam nonne idem si agitur communi diui. ideo alia ratio est redden da, scilicet quia ipse alij tenetur noxali: vnde agere nō debet, vt infra de nox. l. cum seruus. & C. de fur. l. apud antiquos. iudicium ergo communi diui. intenditur, ut infra de noxa. d. l. cum seruus communis alteri, & arbitrio iudicis continetur, vt aut præstes damnum, aut partem cedas, ut infra ut fur. l. si seruus communis. Item nec nascitur ex facto, sed propter factum: nam ex quasi contractu oritur communi diui. actio non ex maleficio. Et sic nota, quod parum prodest non dari noxalem. Item no. quod aliqui referunt hoc, ne sit, &c. ad primum casum quando tua uoluntate fecit.

d *Seruiat.*] vel ne seruiat. Acc.

e *Res.*] i. noxæ deditio, ut inf. eo. tit. §. si seruus communis. & facit supra si ser. ven. l. loci corpus §. si fundus.

f *Non tenetur.*] Contra. inf. de noxali. l. non solum. Solu. hic non possidebat cum conueniebatur, licet tempore delicti possidebat. ibi possidebat. vel speciale est in l. Aquilia. Et est ratio, quia nō domino, itē & contra dominū directa non dat, sed utilis: pro prima solutione est C. de fur. l. pen.

3† *Cui & Marc. consentit.*

4† *Fl. capitulum.*

5† *Fl. occisos.*

6† *Fl. fuxit, qđ usserit. Duo quia vsserit.*

7† *Fl. vserit.*

8† *Fl. fornicarius seruus, monet Bud. hoc loco, idem est qui pistor servus, vel pistor.*

¶ *Si furnum*] Planus est usque ad §. Si calicem.

¶ *Si calicem.*] Si calicem meum, qui refectione egebat, tibi artifici ad reficiendum dedi, & eum fregeris aut imperitia tua, & teneberis Aquil. si aūt nō tua imperitia, sed vitio calicis, non teneris. Idem si recepisti eo pacto, ut non tenereris. Cætera plana sunt usque ad § item.

¶ *Item si usseri.*] Dolium vel aliquod aliud uas habebam plenum uino, in quo uase uolui circulum ponere vel ad sui reparationem, & ad faciendum dedi hoc cuidam: qui imperite faciens fecit uinū effundi, tenetur mihi in factum. Lex seq. est clara. Vuianus.

a *Et damni.*] nec una per alteram tollitur: cum sint delicta diuersa, ut infra de priua. delic. l. nunquam. secus si ex vno facto vel delicto competant plures, quia tunc tolluntur, nisi in id quod excedit, ut infra loca. l. si vulnerauerit. & infra de actio. & obligatio. l. qui seruum. in fin. & infra, pro soc. sed si ex furtiua quæ sunt contra. Item est contra infra de fur. l. sed & si potuit ubi dicit non adijcit ad poenam furti propter damnū...

g *Tenetur.*] cum ei erat facile apprehendere: alias non, ut ff. de noxa. l. si seruus. §. j. & l. quoties. § in potestate [tenetur tamen ut caueat, ut ff. ad exhi. l. Celsus. § fi. Acc.

h *Aquilia.*] nomine damni subaudi cæterarum, &c. & sup ff. scilicet dabitur.

i *Si quis*] Hic incipiunt verba legis. Accur.

k *Iniuria.*] id est culpa, ut §. eod. l. sed & si quemcumque. §. iniuriam.

l *Proximis*] scilicet retro, ut insti. eo. §. cæterum. & hæc uerba, si quis alteri, &c. sunt uerba legis, & quod subiicit, si quis igitur, &c. sunt verba Vlpi.

m *Si facem*] scilicet ardentem.

n *Adusseris.*] non tamen est occisus: tunc enim ex primo capite agetur.

o *Teneberis.*] s. hoc capite.

p *Inquilinis.*] s. vicinorum. Acc.

q *Si fornicarius.*] a fornace hoc dicitur, alias dicit a fornice id est a lupanario, uel a fornice i. arcu lapideo construendo, qui dicitur fornix, & profertur in plurali, pē. correpta.

Solent

a *Coloni*] qui totalem fundum conduxit in quo esset fornax.
b *Praestare.*] scilicet aestimationem, ut infra ead. l. §. Proculus. Accur.
c *Fuerit.*]& hoc quando idem immisit ignem, & custodiuit dormiendo.

cum ibi interuenerit postea culpa furnarij: uel ibi tantum culpa furnarij: hic uitio furni tantum vel hic expresse de facto seruorum.
o *Locato*] suo nomine, cum non praeuiderit ignem, & sic fuerit in culpa.

1† Fl fuerit.
2† Fl immisse eys fuit.
3† Fl. quid ergo est.
4† Fl. custodijt.
5† Fl. in eo.
6† F. rem eq.
7† Euagetur. Duar.

coloni a ad fornacem obdormisset, & villa fuisset 1† exusta, Neratius scribit ex locato conuentum praestare b debere, si negligens in eligendis ministris 2† fuerit. c Ceterum d si alius ignem subiecerit fornaci, alius negligenter custodierit, an tenebitur, qui subiecit? e nam qui custodijt, nihil fecit: f qui recte ignem subiecit, non peccauit. g Quid ergo? 3† puto vtilem actionem competere tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, h quam in eum, qui negligenter custodiuit. i 4† Nec quisquam dixerit eum, 5† qui obdormiuit rem 6† humanam & naturalem passum; cum deberet, vel ignem k extinguere, uel ita munire, ne euagaretur. 7†

Ratione damni facti occasione furni agitur in factum: & ratione furni petitur cautio damni infecti. Baldus.

¶ Si furnum l secundum parietem communem habeas 8† an damni iniuria tenearis? 9† Et ait Proculus agi non posse: quia nec cum eo, qui focum m haberet. & ideo aequius puto, in factum actionem dandam, scilicet si paries exustus sit. Si autem nondum mihi damnum dederis, sed ita ignem habeas, vt metuam ne mihi damnum des, damni infecti puto sufficere cautionem n

¶ Proculus ait, cum coloni serui villam exussissent, colonum, uel ex locato, o vel ex lege Aquilia teneri; p ita ut colonus q possit seruos 10† noxae dedere: & si uno iudicio res esset iudicata, altero amplius non agendum: sed haec ita, si culpa colonus careat. Caeterum si noxios r seruos habuisset; s 11† damni eum iniuria teneri, t qui 12† tales habuerit. Idem seruandum, & circa inquilinorum u insulae personas scribit, quae sententia habet rationem.

¶ Si cum apes meae ad tuas aduolassent, 13† tu eas exusseris, legis Aquiliae actionem competere Celsus ait.

No. quod corrumpens segetem seminando zizaniam, siue lolium, tenetur domino & colono. Baldus.

¶ Inquit lex, x ruperit. quod 14† verbum fere omnes veteres sic intellexerunt, corruperit. Et ideo Celsus quaerit, si lolium, aut auenam in segetem y alienam inieceris, quo eam tu inquinares; non solum, quod vi aut clam dominum posse agere, uel (si locatus fundus sit) colonum: z sed & in factum agendum. & si colonus eam exercuit, cauere eum debere, amplius non agi, scilicet ne dominus amplius inquietet. a nam b alia c quaedam species damni est, ipsum quid corrumpere & mutare, vt lex Aquilia locum habeat: alia, nulla ipsius d mutatione e applicare aliud, cuius molesta separatio sit. f

¶ Cum eo plane, qui vinum spurcauit, g * vel effudit, uel acetum fecit, vel alio modo vitiauit, agi posse h Aquilia Celsus ait, quia & 15† effusum, vel 16† acetum factum, corrupti appellatione continetur. Et non negat, fractum, & vstum contineri corrupti appellatione: sed non esse nouum, i vt lex specialiter quibusdam enumeratis generale subijciat verbum, quo specialia complectatur. quae sententia vera est.

¶ Rupisse autem 17† eum utique accipiemus, qui vulnerauerit: vel uirgis, uel loris, vel pugnis ceciderit, uel telo, uel quo alio sciderit 18† alicui

d *Ceterum*] pro sed.
e *Subiecit*] & bene.
f *Nihil fecit.*] vnde non tenetur Aquilia directa.
g *Non peccauit.*] unde non tenetur Aquilia directa, uel utili.
h *Obdormiuit.*] vt in primo casu.
i *Custodiuit*] vt in isto vltimo.
k *Vel ignem*] quasi dicat non tenetur propter obdormitionem: sed quia culpa praecessit, ut infra ead. l. § si ex plaustro. & argum. infra, de peri. & commo. rei uend. l. si vendita. alias nisi ex culpa diceres eum teneri, esset contra. supra, de vsufruc. l. si cuius, §. denique. Item no. hic naturae non parci, siue vitio naturali, ut in Authen. de restitut. & ea quae §. vnum ibi, porro, &c. Sed argumen. contra, infra, de damno infecto. l. fluminum, §. vitium. & C. de uete. iure enucle. l. ij. §. sed & si quid. Item nota unius factum non debere alios in periculum trahere, ut supra, de offi. pro praesi. l. illicitas, §. sicuti. Accur.
l *Si furnum.*] quia haec ratio non uidetur bona, quia potuit esse in culpa: quia non praeuiderat ignem: sed certe imo videtur bona, quia non suo corpore dedit damnum. secundum Ioann. nisi ponas quod fuit praesens adustioni. nam tunc directa: quia praesentia pro consensu habetur: ut infra, de furtis, l. Falsus, §. is qui. Accur.
m *Qui focum.*] s. agi posset, ut remoueat si non interfit: ut & supra si serui. uend. l. sicuti, §. fin. & §. pen. nisi sic habeat, ut quotidie flammescat paries, ut ff. de seruitut. urban. praed. l. quidam, & l. fistulas.
n *Cautionem.*] imo uidetur haec cautio cessare, ut infra, de dam. infecto, l. fluminum, §. praeterea. quae est contra. Sol. ibi nomine furni fuit cautum: hic nomine ignis prouenientis vitio furni: nec fuit culpa furnarij. vnde hic ualet, ibi non,

8† Fl. haberes.
9† Adijcit hoc loco quidam si damnum dederit.
10† Fl. seruum.
11† Flor. habuit.

p *Teneri.*] noxali.
q *Colonus.*] noxali conuentus, ita scilicet, quod noxalis detur.
r *Noxios.*] scilicet suos, ut dixi.
s *Habuisset.*] scilicet in ministerio, est enim haec culpa, ut Institut. de obligat. quae ex quasi ma. §. item. & infra loca. l. uideamus, circa principium. & l. qui insulam, §. qui multas. & sup. eadem l. §. si fornacarius. ibi, si negligens &c.
t *Teneri.*] scilicet sine noxae deditione.
u *Et circa inquilinorum.*] quibus locaui domum
x *Inquit lex.*] ut supra ea l. §. tertio autem capite,
y *Segetem.*] seminando, alias si iam collectis fructibus, cessat interdictum, vt infra, quod vi aut clam, l. si alius, §. notauimus.
z *Colonum.*] scilicet posse agere, quod ui aut clam nomine fructuum, ut infra quod vi aut clam, l. quamquam.
a *Inquietet.*] scilicet eum, qui damnum dedit. sic & ff. de iure dotium, l. cum pater dotem. bene autem dico in factum agere, & non Aquilia. nam pro, quia &c. secundum Ioan.
b *Nam.*] bene dico in factum, non Aquilia &c.
c *Alia*] scilicet species damni est.
d *Ipsius.*] s. rei.
e *Mutatione.*] s. interueniente.
f *Separatio fit.*] ut sic habeat locum in factum actio: ut dictum est. Accursius.
g *Spurcauit.*] spurcum dicit id quod ex ore porci cadit.
h *Agi posse.*]quia hic corpus ipsum corruptum est, ut ff. eod. §. item si quis. in superiori non ita. Accur.

12† Fl. cap.
13† alias, aduolassent.
14† Duae rupit. Rupisse verbum.
* Spurcum vinum dicetur, aut aqua mistum, aut igne calefactum, aut mistum antequam deferuescant. inde spurcare uinum, i. aqua infusa vitiare, vide Budaeum hic.
15† Fl etiam.
16 Fl &
17† Fl. deest autem.
18† Flor. ut scinderet.

i *Sed non esse nouum.*] sic uides Co. de sacrosanctis eccles. l. generali. Sed argumen. contra, ff. de verb. obligat. l. doli. Accursius.

corpus: vel tutorem fecerit: a sed ita demum si damnum iniuria datum est.

¶ Cæterum si nullo seruum pretio viliorem b deterioréve c fecerit, Aquilia cessat d iniuriarumque erit agendum duntaxat. Aquilia. n. eas ruptiones, e quæ damna dant, persequitur. Ergo 1† pretio quidem non sit deterior seruus factus, uerum sumptus in salutem eius, & sanitatem facti sunt, in hæc mihi uidebitur 2† damnum datum: atque ideo lege Aquilia agi posse. f

¶ Si quis uestimenta sciderit vel inquinauerit, Aquilia, quasi ruperit, tenetur.

¶ Sed & si quis milium, vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquiliæ actio. g

¶ Item si quis h frumento arenam, vel aliud immiscuerit, vt difficilis separõ sit, quasi de corrupto agi poterit.

No. in ver. quod si ad aliquem, quod punitur ille, qui dat opem mediate: non solum si immediate. Bald.

¶ Si quis de manu mihi nummos excusserit, Sabinus existimat damni iniuriæ esse actionem, i si ita perierint, ne ad aliquem peruenirent: puta si in flumen, vel in mare, vel in cloacam ceciderint. Quod si ad aliquem peruenerint 3† ope & 4† consilio, furti 5† agendum. k quod & antiquis placuit. l Idem etiam in factum dari posse actionem ait.

¶ Si mulier m pugno, vel equa ictu a te percussa eiecerit, n 6† Brutus ait Aquilia teneri quasi de rupto. 7†

¶ Sed 8† & si mulum plus iusto onerauerit, & aliquid membri ruperit: Aquil. locum fore.

¶ Si nauem uenalitiarum 9† mercium perforasset quis, Aquiliæ actionem esse, quasi ruperit, Iulianus 10† scribit.

Allegatur iste tex. quod aliud est damnum, aliud est furtum: damnum est cum rei corruptione, furtum est cum amotione. Bald.

¶ Si oliuam immaturam decerpserit, vel segetem desecuerit immaturam, uel vuas 11† crudas, Aquilia tenebitur. ¶ Quod si iam maturas, cessat Aquilia. Nulla enim iniuria est, cum tibi etiam impensas donauerit; r quæ in collectione 12† huiusmodi fructuum impenduntur. at 13† si collecta hæc intercepit, furti tenetur. Octauenus in vuis adijcit, nisi (inquit) in terram vuas proiecerit, ut effunderentur. s Idẽ 14† in sylua cædua scribit, ut si immaturam, 15† Aquilia: quod si maturam interceperit, furti teneri eum, & arborum furtim cæsarum. t Si salictum maturum ita, ne stirpes læderes, tuleris: cessare Aquiliam.

Nota, quod conuentio facit cessare actionem legis Aquiliæ sicut actionem ex contractu.

¶ Et si puerum quis castrauerit, & pretiosiorem fecerit, u Iulian. 16† scribit cessare x Aquiliam: sed iniuriarum y erit agendum, aut ex edicto ædilium, z aut in quadruplum a (ex lege 17† duodecim tabularum.

Nota, quod conuentio facit cessare actionem legis Aquiliæ sicut actionem ex contractu.

¶ Si calicem diatretum b faciendum c dederit, si quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur: si uero non imperitia fregit, sed rimas habebat uitiosas, sic 18† poterit esse excusatus; & ideo plerumque artifices conuenire solent, cum huiusmodi materiæ dantur, non periculo suo se facere, quæ d res ex locato tollit e actionem, & Aquiliæ.

a. *Tumorem fecerit.*] facit j. ad Syllan. l. j. §. occisorum.

b *Viliorem.*] quantum ad uires Accur.

c *Deteriorem.*] quantum ad uendendum. Accur.

d *Cessat.*] ut j. ead. l. §. Vlpianus. Accur.

e *Ruptiones.*] s. tantum.

f *Agi posse.*] ut j. eod. l scientiam, § j. & s. tit. j. l hæc actio. & j. tit. j. l. fin.

g *Actio*] utilis, nec. n. corpus est læsum.

h *Item si quis.*] facit s. ea. l. §. inquit. immo. ibi contra.

i *Actionem.*] l. Aqui. vtilem. & in factum nihilominus, ut hic subijcit, & s. de præscript. uerb. l. qui seruandarum, §. sed & si calicem. & instit. de oblig. quæ ex delic. §. interdum.

K *Agendum.*] s. erit, vel repete, Sabinus existimat, quod est s.

l *Placuit.*] vt j. de fur. si quis uxorem, in pr. & §. si quis.

m *Idem etiam.*] hoc refertur ad primum casum.

n *Si mulier.*] s. ilicet prægnans.

o *Eiecerit.*] scilicet partum.

p *Et si multum.*] sibi locatum. & facit infra loc. l qui insulam, §. qui mulas.

q *Aquilia tenebitur.*] idem si virginem immaturam stuprauerit, quod teneatur Aquilia, ut j. de iniur. l. si stuprũ, in fine. Sed cum oliua immatura plus reddat fructuum quam matura, ut j. de vsufr. leg. l. pen. quomodo agitur? Respon. quia nõ ita sanum, uel bonum fructum reddit. Item cuius temporis fiet æstimatio? Resp. idem quod in infante, ut sup. eod. l. Neratius. §. si infans. Imo etiam ad futurum, ut s. eo. l. liber homo.

r *Donauerit*] No. uideri quem donare, vt Inst. de rerum diui. §. ex diuerso. Sed cõtra, s. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis. Sol. ibi animo lucrandi hic animo damnum dandi tantum, vel ibi nomine dñi. hic suo. Item contra, j. fami. ercis. l. si fundus qui. & j. solut. matr. l. fructus. Sol. ibi quando erat in retentione: hic datem petere volebat, secundum Io. Item contra, C. de rei vendic. l. domum: sed ibi in expẽsis circa rẽ factis: hic circa fructus. Item ibi erat in retentione.

s *Vt effunderentur.*] & sic non tenetur furti. cũ animum iactandi non habuerit, j. eod. l. si quis te §. si. Accur.

t *Cæsarum.*] simili distinctione tenetur, & interdicto, quod ui aut clam, ut j. quod vi aut clam, l. si immaturam

u *Pretiosiorem fecerit.*] quod intelligo secundum diuersitatem locorum, ut in Appulia. sed in Italia minoris est pretii.

x *Cessare.*] vt argu. s. ea. l. § rupisse. Accur.

y *Sed iniuriarum.*] Sic ergo no. quod etiam bonum quis mihi faciendo facit mihi iniuriam, ut hic, quod est notandum. tenetur etiam iste l. Corn. de sicar. ut j. ad le. Corn. de sicar. l. 3. §. qui hominem. & l. 4. §. idem diuus. Item & hodie maior pœna imponitur, scilicet capitalis, ut C. de eunuchis, l. j & 2. Accur.

z *Ædilium.*] si quis talem vendat, nam est morbosus, ut infra, de ædil. ædicto, l. si autem. licet alia animalia non sint uitiosa propter hoc, ut j. de ædil. edicto, l. ædiles, §. enim.

a *In quadruplum ex lege xij. tabul.*] scilicet actione in factum, ut & sup. si quam, l. 1. in princ. & prompte dicas, hoc casu dari actionem in quadruplum, licet quidam dubitent. An autem vna prædictarum tollatur per aliam? Res. non ciuilis per criminalem, ut C. quando ci. ac. cri. præ. l. 1. Sed vna criminalis per aliam sic, ut infra, de ac. l. senatus. Itẽ vna ciuilis per aliam, nisi in id, quod excedit, vt infra ui bono. rap. l. 1. Accursius.

b *Si calicem diatretum.*] forsitan a loco, uel ideo diatretum, quia duas capit mensuras.

c *Faciendum.*] id est reficiẽdum: alioquin cur de facturis quæritur? Azo.

d *Quæ res.*] id est, quæ pactio.

e *Tollit.*] id est facit non incipere. sic & non obligatus dicitur

1† alias si.
2† Fl. uideri.
3† Fl. peruenirint.
4† F. deest, &c.
5† Flo. furtũ factum.
6† Alij egesserit, rectius tamen hic, est n. ac si diceret abortum fecerit, hoc enim uerè est ad immaturũ partum accõmodatum vnde Bud. ectitus partus pro abactos dicit.
7† alias, quasi ruperit. Duare. quasi rupto.
8† Flo. deest, sed.
9† alias venalium.
10† alias, Vlpianus idem.

o Eijcere, inquit Budæus, uerbum est ad immaturũ partum accommodatum, unde proiecti partus dicuntur abacti.

11† F. vitiis.
12† Collectionem Duar.
13† Sed D.
14† Fl. idem &.
15† Fl. Aquilia teneatur, quod si maturam interceperit.
16† alias, Vlpianus.
17† Flo. Duodecim desunt.
18† Fl. deest, sic.

a Diatretus calix tornatilis est & cælatus. Tretũ. n. & diatretum Græce, foratile, pertusum, tornatile, aut torno factum significat.

citur liberari, quandoque, impropriè scilicet, vt ℥. de ver. oblig. l. decem. Nos tamen quod semper à periculo contingenti vitio materiæ est excusatus. nisi contra dictum fuerit, vt infra, loca. l. item quæritur. §. si gemma. & l. si quis fundum. §. si quis vitulos. & l. fin. Accursius.

b † Extricatas margaritas hoc loco Vlp. eas intelligit, q ex rudi, & natiuo habitu arte gemmarij polite sunt. Bud. hic.

1 † Perfuss.

a *Extricatas.*] i. desertas, vel separatas ab inuicem. Accur.
b *Pertusis.*] i. perforatis.
c *Lege Aquilia.*] ex eo, quod dicit dari Aquiliam viro in vxorem, & idem dicitur, infra de dona. inter vir. & vxor. l. si mulier dolo. & infra eo. l. pe. collig. quod hæc actio non est famosa. nam si esset, non daretur in vxorem, vt C. re. am. l. diuortij. Sed cur datur constante matrimonio, vt hic dicit, cum sit pœnalis, vt C. rer. amot. l. 3. Rñ. hic dabitur in simplum tantum, vt infra de ser. corr. l. 6.
d *Fores.*] idem ostia siue portas.
e *Commendauerit.*] idest commodauerit alicui seruum cum mulo. Vel dic idest deposuit. s. seruum & mulum similiter, vt subijcit, vel dic plane, vt sonat.
f *Loro.*] id est freno siue chamo. Accur.
g *Præcipitaret.*] scilicet mulus.
h *Si pro perito.*] quod est, vbi ad mulum regendum seruum petij, & ipse eum mihi obtulit, vt & inf. lo. l. cum plures. §. seruum.
i *Imperitus*] scilicet seruus Azo.
k *Terrore.*] scilicet extranei.
l *Ex locato.*] idest ex conducto, vt supra posuit.
m *Actio*] vtilis, cū nō corpore dedit damnū vt instit. eodem. §. fi.
n *Actionem Aquiliæ.*] s. noxalem, vt seruus cui pollex est abscissus, detur pro noxa.
o *Item si uietori.*] s. vetus lectio est, tectori, id est artifici. Azo.
p *Lacum*] genus vasis, torcular forte erat.
q *Pertuderit.*] id est perforauerit.
r *In factum*] non enim vinum tetigit, sed causam effusionis præstitit, vnde non tenetur directa Aquilia, sed in factū, vt infra eo. l. qui occidit. §. p. nul. Accur.

2 † Confregerit, vel Fur.

3 † Nisam.

4 † Fit ductū, habent.

5 † Fi. ducti, &c.

6 † Fit &c.

7 † Dnar. competere etiam Aquiliæ.

8 † Tectori, a Victori legit Bud. pro eo, qd erat i Plo. tectori, & recte; qa victores cuparij sūt, q. vtilib. cupas farciunt, vinitūtq. vinilia āt sūt, q fic tēta sūt, vt cōmode flectant. Et est viere, vitire, & i flectere hæc illic.] Si āteā, tectori, &c, q tector est q tectoris facit, qui & albarius vē appellatur, vide l. 1. C. de excus. artif. lib 10. Cuiac. li. 10 obserua. ca. 9. legit, victo. ri.

Actio legis Aquiliæ redditur inter virum, & vxorem. Bald.

¶ Si cum maritus vxori margaritas extricatas ᵃ dedisset in vsum, 1 † eaq; inuito, vel inscio viro perforasset, vt pertusis ᵇ in linea vteretur, teneri eam lege Aquilia, ᶜ siue diuertit, siue nupta est adhuc.

¶ Si quis ædificij mei fores ᵈ 2 † refregerit, aut si ipsum ædificium diruerit, lege Aquilia tenetur.

¶ Si quis aquæductum meum diruerit, licet cæmenta mea sint, 3 † quæ diruta sunt, tamen quia terra mea non sit, qua aquam duco, melius est dicere, actionem vtilem dandam.

¶ Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri placet, si male composuerit lapides, & ideo lapsi sint.

¶ Si quis seruum conductum habens 4 † ad mulum regendum, commendauerit ᵉ ei mulum, & 5 † ille ad pollicem suū eū alligauerit loro, ᶠ & mulus eruperit sic, vt pollicē auelleret seruo, & se præcipitaret: ᵍ Mela scribit, si pro perito ʰ imperitus i locatus sit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum, vel debilitatum: sed si ictu, aut terrore ᵏ mulus turbatus sit, tūc dñm eius, id est muli, aut 6 † serui cū eo, qui turbauit, habiturum legis Aquiliæ actionē. Mihi autem vr & eo casu quo ex locato ˡ actiō ᵐ est, competere actionem 7 † Aquiliæ. ⁿ

¶ Item si 8 † uietori ᵒ locaueris lacum ᵖ vino plenum curandum, & ille eum pertuderit, ᵠ vt vinum sit effusum,

Labeo scribit in factum ʳ esse agendum.

Paulus li. 10. ad Sabinū.

LEX XXVIII.

Qui foueas vrsorum ceruorumque capiēdorum causa faciunt, si in itineribus fecerint, eoque aliquid deciderit, ˢ factumque sit deterius, lege Aquilia ᵗ obligati sunt. ᵘ at si in alijs locis vbi fieri solent, fecerint, 9 † nihil ˣ tenentur. Hæc tamen actio ex causa danda est: idest, si neque denunciatum ʸ est, neq; scierit, aut prouidere 10 † potuerit. Et multa huiusmodi deprehenduntur, quibus submouetur petitor, si euitare periculum potuerit. 11 †

Vlpia. li. 18. ad edictum.

LEX XXIX.

Quemadmodum si laqueos eo loci posuisses, quo ius ponendi non haberes, ᶻ & pecus vicini in eos 12 † incidisset.

Non possum mea authoritate tollere, quod supra meum pendet, sed quod in meo est. Bal.

¶ Si protectum ᵃ meum, quod supra domum tuam, & 13 † nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum dāni iniuria agere Proculus scribit. Debuisti enim 14 † mecū, ius mihi non esse protectum ita 15 † habere, agere. ᵃ Nec æquum 16 † est damnum me pati, recisis a te meis tignis. Aliud ᵇ est dicēdū ex rescripto Imperatoris Seueri, qui ei, per cuius domum traiectus erat aquæductus circa seruitutem, rescripsit suo iure posse cū intercidere: & merito: interest enim, quòd hic suo protexit, ᶜ ille in alieno fecit.

¶ Si nauis tua impacta ᵈ in

s *Qui foueas. Deciderit.*] puta bos.
t *Aquilia.*] vtili, vel in factum quia non suo corpore dedit damnum, vt instit. eo. §. fin.
u *Obligati sunt.*] sed & interdicto, quod vi aut clam, vt ℥. quod vi aut clam. l. si alius. § penul.
x *Nihil.*] idest non. Accur.
y *Denunciatum est.*] nam tunc cessat, vt infra eod. l. si prætator. Accursius.

Quemadmodum.] Casus vsque ad § si protectū. planus est.
¶ *Si protectum.*] Tigna mea extendi super domum tuam, an possis tua authoritate rescindere: & dic, sic in. quia aut protectum sustentatur domo mea, & non potes, sed cum iudice: si in tuo tantum sustentatur, tunc potes rescindere, & non teneris. hoc probatur exemplo.
¶ *Si nauis.*] Planus est. Si nautæ fuerunt in culpa, tenentur l. Aquil. alias non tenentur nautæ, neque dñs nauis. Item Labeo eandem distinctionem facit quā facit ℥. proxi. §. hic, & insequentib. §. vsque in fin. l. Viuianus.
z *Non haberes.*] s. teneris, nisi denunciaueris, vt & sup. l. proxima diximus.
a *Habere.*] agere s. negatoria. Et sic no. hic argumen. contra eos qui dicunt, negatoriā habere locum demū seruitute amissa, ut infra arb. fur. cæ. l. si. Cauebit tamen mihi inferiori hic destruēs, ut infra ad exh. l. thesaurus, & de glā. legen. l 1. Accurs.
b *Aliud est.*] i. diuersum est Azo.
c *Protexit.*] i. caput protectus est in suo qui immittebat, licet super alterius domum protēdatur, vt & ℥. vti pos. l. si duo. §. item videamus. & §. sed & si hic autem alius fecit in alieno. & ideo iure præcidi. tur etiam sua authoritate, vt hic, & ar C. de decur. l. generali. & ℥. de seruit. vrban. prædio. l. sed si inter me. nā nō debet quis in alienū sic quęrere, vel facere, vt & C. de me. & metal, lib. xj. l. quosdam. Sed contra de relig. l. ossa. in princ. vbi etiam de suo monumento non potest ossa mouere sine authoritate maioris ab alio illata. Solū specialē ibi fauore religionis, vt & infra eod. tit. l. sunt personæ.
d *Impacta.*] vt. n. pactum alterum alteri adstringit, ita & hic quoque altera ab altera tenebatur, uel id est impulsa, Accursius.

9 † P. fecerit.

10 † aliàs, prouidero.

11 † Fl potuerit.

12 † Laqueos Duar.

§. Ad intellec. huius text. vi de Ruin. in l. hoc edicto. §. nūciatio. n. 8. & 30. de ope. no. nun.

13 † Fl. direcl, &c.

14 † aliàs, debuisti n. mecum ius mihi nō esse protectum habere, agere, nec æquū esse damnū, &c.

15 † Fl. desp. ina.

16 † Esse damnum, &c.

a *Gubernaculum.*] id est instrumentum quo recte ducitur nauis.
b *A naue ducendo.*] aliàs a naue ducendo, idest remouendo, alias ad nauem ducendo, idest ante nauem, cum recto ire debeat.

meam scapham damnum mihi dedit, quæsitum est, quæ actio mihi competat? 1 † Et ait Proculus, si in potestate nautarum fuerit 2 † ne id accideret, & culpa eorum factũ sit, lege Aquilia cum nautis agendum, quia parui refert, 3 † nauem immittendo, aut gubernaculum a 4 † a naue ducendo, b an tua c manu damnum dederis: quia omnibus his modis per te damno afficior. Sed si fune rupto, aut cum a nullo regeretur, nauis incurrisset, cum domino agendum non esse. d

¶ Item Labeo e scribit: Si cum vi ventorum nauis impulsa esset in funes f anchorarum alterius, 5 † nautæ funus præcidissent, si nullo alio modo, nisi præcisis funibus, explicare se potuissent, 6 † nullam g actionem dandam. Idemque Labeo, & Proculus 7 † circa retia piscatorum, in quæ nauis 8 † inciderat, existimauerunt. Plane si culpa nautarum id factum sit, 9 † lege Aquilia agẽdum: sed vbi damni iniuria agitur, ob retia, non piscium, qui ideo capti non sunt, fieri æstimationem, h cum incertum fuerit, an caperentur. Idemque & in venatoribus, & aucupibus est probandum. i

¶ Si nauis alteram contra se venientem obruisset, k aut in gubernatorem, l aut in ductorem 10 † actionẽ competere damni iniuriæ Alphenus ait. Sed si tanta vis nauti facta sit, quæ temperari nõ potuerit, nullam in dominum m dandam actionem: si autem culpa nautarum id factum sit, puto Aquiliæ 11 † sufficere. n

¶ Si funem quis, quo religata nauis erat, præciderit, de naue quæ perijt, in factum erit agendum.

¶ Hac actione 12 † ex hoc legis capite de oĩbus animalibus læsis & occisis, 13 † quæ pecudes o nõ sũt, agendũ est, vt puta 14 † de cane. Sed & de apro, & leone, ceterisq; feris & auibus 15 † idẽ erit dicẽdũ.

Etiam magistratus tenetur de damno dato, nisi id fecerit iuridice suũ officiũ exequendo, præsertim contra rebellem seu resistẽtẽ sibi seu iurisdictioni. Bald.

¶ Magistratus municipales, si damnum iniuria dederint, possunt 16 † Aquilia teneri. Nã & cum pecudes aliquis p pignori cepisset, q & fame eas necasset, dum non patitur te eis cibaria afferre, 17 † in factum r actio danda est.

¶ Item si dum putat s se ex lege pignus capere, non ex lege ceperit, & res tritas corruptasque reddat, dicitur legẽ Aquiliam locum habere. Quod dicendum est, & si ex lege pignus ceperit. 18 †

¶ Si quid tamen magistratus aduersus resistentem violentius fecerit, nõ tenebitur Aquilia. Nam & si 19 † cũ pignori seruum cepisset, ille se suspenderit, nulla datur actio. t

Dicta in vno capite legis, intelliguntur tacite repetita in alio capite eiusdem legis. Bal.

¶ Hæc verba, Quanti in xx. diebus proximis fuit, etsi nõ habẽt 20 † verbũ, plurimi, sic tñ esse accipienda t constat.

Paulus lib. 22. ad edictũ.

LEX XXX.

QVi occidit u adulterũ deprehensum seruum alienum hac lege nõn tenebitur.

¶ Pignori x datus seruus si occisus sit, debitori actio competit: sed an & creditori dandã sit vtilis: quia possit 21 † interesse eius, qđ debitor soluendo non sit, aut qđ litem

c *An tua.*] mutatio personarum. Azo.
d *Non esse.*] vt infra de pub. l. fi. §. si propter. nam nec pro rebus inanimatis agitur noxaliter, vel l. Aquil. nisi in casu, vt inf. de dam. infec. l. prætor ait. §. hoc edictum.
e *Item Labeo*] supra posuit cum dominus nauis vim inferentis dedit damnum, hic cum dominus nauis in patientis.
f *Funes.*] s. nauis impulsæ.
g *Nullam actionem.*] vt ar. inf. eo. l. si quis fumo. §. fin. & inf. de aqua plu. arcen. l. j. §. de eo. ibi, quod si aliter, &c. & inf. de inc. l. quo naufragium. §. quod ait prætor. & inf. de præscrip. verb. l. qui seruandarum. & infra de bo. lib. l. qui cũ. §. si libertus. in fi. & inf. de aqua plu. arc. l. si in meo. Accursius.
h *Fieri æstimationem.*] imò videtur fieri quasi spei, vt & infra de act. emp. l. si iactum. quæ est contra: Solu. hæc actio stricti iuris est: illa bon. fid. & ideo patet latius in ea iudi. offi. Vel melius, hæc actio nõ datur nisi pro præterito damno, & idcirco nõ æstimatur futurum, infra de priua. deli. l. nunquã. § item quæsitum. Sed argu. contra. ne sup. eo. l. liber homo j respon. Azo.
i *Probandum.*] si instrumentum eorum, veluti indago fuerit ab aliquo incisum, nã non æstimatur. Accur.
k *Obruisset.*] s. culpa nautarum.
l *Gubernatorem.*] nihilominus, & in exercitorem, vt instit. de oblig. quæ ex quasi deli. §. item exercitor. Et dic, gubernatorem, qui scilicet ante vadit ducendo nauem.
m *In dominum.*] nec aliam. Et sic colligebatur a contrario, in dominum dari quando non fuit fortuitus casus.
n *Sufficit.*] vt sic in ex intentata non detur in factu⁊ contra exercitorem. Accur.

o *Pecudes.*] s. occisæ, sed si vulneratæ, agitur ex hoc tertio capite, vt sup. eod. l. si seruus seruum. §. si quis alteri. & §. rupisse & insti. eo. §. capite.
p *Aliquis*] scilicet magistratus.
q *Cepisset.*] non iure, & sciens, vt differt a sequentib. Accursius.
r *In factum*] & nihilominus vtilis Aquil. quia vtraque ex æquitate datur: vt C. eo. l. de pecoribus. & ĩ. vi bo. rap. l. ij. §. si publicanus & est simile ĩ. de noxa. l. sed & eo nomine. No. ergo ex hoc §. magistratus conueniri, vt sup. qđ met. cau. l. j. & ĩ. de peri. & cõ. rei vẽd. l. cũ q. sed si iure fecisset, nõ iniu. l. iniuriarũ § j. & ĩ. de dam. l. si finita §. si publice. nam qđ sunt arg. contra. Item cõtra inf. quod vi aut clam. l. si alias. §. est & alia. Solu. vt dices infra eo. l. si quis fumo. §. j. Accur.
s *Item si dum putat.*] non tenebitur, cum iure fecit, & sic non fuit in culpa, vt ĩ. de iniur. l. iniuriarum. §. j. Accur.
t *Accipienda.*] ex vi repetitionis, vt plene in insti. eo. §. denique.

u *Qui occidit.*] CASVS. Inueni servum alienum cum vxore mea iacentem, & eum interfeci, an teneor Aquil. quæritur? Et dic qđ non.
¶ *Pignori.*] Titius obligauit mihi pignori librũ suũ, in quo aliquis dedit dãnũ, quæritur an competat mihi Aquil. vel Titio? Resp. qđ debitori datur, qđ domino: sed certe mihi creditori datur in duobus casibus solũmodo, in quãtum est meum debitũ, in residuum debitori datur.
¶ *Si quis.*] Planus est.
¶ *In hac.*] Siue ab initio interueniat culpa, siue ex post facto, tenetur qui ignẽ immisit l. Aquil. aliàs non tenetur.
¶ *Si vulneratus.*] Planus est cũ l. seq. Vin.
u *Qui occidit.*] sicut pater pt quẽlibet occidere quem in opere veneris cum filia sua inuenerit, vt ijcumque vt inf. ad leg. Iul. de adul. l. patri. & l. seq. & l. quod ait. Maritus verò non omnẽ, nec vbique, vt eod. tit. l. Marito. in prin. & §. 1. aliàs autem punitur occidens, vt C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus. Azo.
x *Pignori.*] Casus est, Dedit aliquis damnum in re mihi obligatæ

1 † Fl. competeret.
2 † Fl. fuit.
3 † Fl. referet.
4 † Fl. seruaculũ aliàs scarulũ (uta. lib. 9. obser. c. 10. & aliàs, verriculum. Nom. senũen sa. Gel. li. 10. c. 5 remulcium.
5 † Fl. &.
6 † Fl. potuit.
7 † Fl. & circa.
8 † Dua. hic q manu piscatorũ inciderat, æstimauerũt.
9 † Fl. esse.
10 † Fl. data parem.
11 † aliàs Aquiliam.
12 † aliàs dedit, hac actione.
13 † Fl. desit. & occisis.
14 † Fl. puta ut.
15 † aliàs apibus.
16 † Fl. posse.
17 † aliàs, asferri.
18 † Fl. capit.
19 † Fl. deest. si.
20 † Fl. hic. & deest, verbũ. Supple. & Sabino placet. Dest in. 6. mutuaria vet ac me.
21 † Fl. possit.

obligata a Sempronio: an creditori uel debitori, uel vtrique competat Aquilia? debitori autem constat dari, quia domino, vt supra eodem. l. item Mela. § legis. sed & creditori datur in duobus casibus, scilicet si amisit personalem actionem. Item si debitor non sit soluendo. quibus duobus casibus solum inquantum est suum debitum, ei datur. in residuum si quid est, debitori datur.

a *Amiserit.*] per 30. ann. tacens: quia licet non possit vltra debitum petere, potest tamen per pignoris retentionem seruare: sed hoc non ualet, quia hæc præscriptio tempore harũ legum nõ erat: ideo pone in istis actionibus, quæ iure isto certo tempore finiebantur, ut redhibitoria, & quanto minoris, hypotheca vero in perpetuum.

b *Putauerit.*] scilicet melius.

c *Passurum.*] in eo, quod erat debitum. Accur.

d *Quantitatem.*] vt inf. de pig. act. l. si pignore.

e *Amiserit.*] scilicet creditor. Azo.

f *Vtilis.*] quia actio legis Aquiliæ, pro corruptis locũ habet hoc autẽ non videtur corruptum, cum eo vsu consumatur ad quem est inuentum, vt infra de præscrip. verbis. l. qui seruanda rum. in fine. Accursius.

g *Fecisse videtur.*] Not. hanc regulam, vt hic, & infra vi bonorum rapt. l. ante pe. §. si cum seruum, & supra eodem. l. si seruum. §. si quis insulam. in fi. & infra ad leg. Corneliam de sicar. l. nihil. & infra loca. l. videamus. §. fina. & l. qui domum. in fine argumen contra. infra de ser. corr. l. Neratius. §. sunt enim. &c. & supra eodem. l. qua actione. §. Celsus. Item not. quod generalitas restringitur cũ culpa alicuius in faciendo præcessit, propter quam damnum est secutum. Item not. ex hoc §. quod vbicumque habet locum actio, qd met. cau vel dolo & hæc videtur locũ habere: quia & illæ exigunt damnum, sicut ista. vt su. quod met. causa, illud. §. fina. &

1 † Flor. & quod sit amplius.

2 † Flo. dandam esse.

3 † Flo. capitulo.

4 † Fl. nā si dic ventosus.

* Concord. text in c. placet. 1. q. 1.

* Hic habemus text. optimum, & secundum mẽtẽ, & quando quis dicatur perire sua negligentia, siue culpa: dic, qd illud est secundum Bal. quando non permittit se curari, vel si concubuit cũ vxore, vel alia qua muliere: vel si noluit medicis obedire.

tempore amiserit: a quæritur. Sed hic iniquum est, & domino, & creditori eum teneri: nisi si quis putauerit b nullam in ea re debitorem iniuriam passurum, c cum prosit ei ad debiti quãtitatem, d & quod 1 † amplius consecutus sit ab eo: vel ab initio in id, quod amplius sit, quam in debito debitori dandam esse 2 † actionem. Et ideo in his casibus, in quibus creditori danda est actio propter inopiam debitoris, vel quod litem amiserit, e creditor quidem vsque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem, ut prosit hoc debitori. Ipsi aũt debitori in id, quod debitum excedit, competeret Aquiliæ actio.

¶ Si quis alienum vinum, uel frumentum consumpserit, nõ vĩ damnum iniuria dare: ideoque vtilis f danda est actio.

Nota quod ille, qui non prævidet quod prævidere debuit, est in culpa. Bald.

¶ In hac actione quæ ex hoc capite 3 † oritur, & dolus, & culpa punitur. Ideoque si qs in stipulam suam, vel spinam comburendæ eius cã ignem immiserit, & vlterius euagatus, & progressus ignis alienam segetem, vel vineam læserit, requiramus num imperitia eius aut negligentia id acciderit. Si quidem 4 † die ventoso id fecit, culpæ reus est, nam & qui * occasionem damni præstat, damnũ fecisse vr. g In eodem crimine est, & qui non obseruauit, ne ignis lõgius procederet. At si omnia, quæ oportuit, obseruauit, vel subita vis venti longius ignem produxit, caret culpa.

¶ Si vulneratus * fuerit seruus non mortifere, negligentia aũt perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso.

Nota clamãtem excusari & facit cõtra currentes equos: nam debẽt dicere, guarda, guarda. Bal.

Idem libro 10. ad Sabinum.

LEX XXXI.

SI putator h cum ex arbore ramum deiiceret, vel machinatius hominem prætereuntem occidit, 5 † ita tenetur, si is i in publicum decidat, nec ille proclamauerit, k 6 † ut casus eius euitari posset. Sed Mutius dixit, etiam si in priuato l idem accidisset, posse de culpa agi. Culpam autem esse, cum qd diligenter 7 † prouideri poterat, non esset prouisum: m aut tunc denunciatum esset, cum periculum euitari non posset. n Secundum quam rationem non multum refert 8 † per publicum, an per priuatum iter fiet: cum plerumque per priuata vulgo loca iter fiat. o Quod si nullum iter erit, dolum duntaxat præstare debet: ne immittat in eum, quem viderit transeuntem. Nam culpa ab eo exigẽda non est: cum diuinare non potuerit, p an per eum locũ aliquis transiturus sit.

Basus quos nectit paritas æquitatis, et idẽtitas rationis, non sunt quo ad iuris dispositionem separandi. Oldr.

Caius lib. 7. ad edic prouin.

LEX XXXII.

ILlud quæsitum est, * an quod procõsul in furto obseruat, quod a familia factum sit: id est, vt nõ in singulos q detur pœnæ persecutio, sed sufficiat 9 † id præstari, quod præstandũ foret, si id furtum vnus liber fecisset, r debeat & in actione damni iniuriæ s obseruari. Et 10 † magis vsũ est, idem esse obseruandũ: t & merito. Cũ.n. circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat, eaque rõ similiter in hac actione 11 † dãni iniuriæ interueniat, sequitur vt idẽ debeat æstimari, u 12 †

de dolo. l. cum quis. & hic: sed certè hic accipitur damnum pro destructione tantum: ibi autem largius: vnde non concurrit hæc cum illis semper. Accursius.

h S *Crescit.*] cum dolo præsumpto.

i S *I putator. Si is.*] scilicet ramus. Azo.

k *Proclamauerit.*] nõ impune immittitur denũciatio. vt hic, & institut. eodem. §. item. & infra mãda. inter, §. qui suscepit. & l. si fideiussor §. si cum debitor & supra eod. l. qui foueas. Ac.

l *Si in priuato.*] si per eum locum iter erat, vt infra dicitur.

m *Prouisum.*] sic & infra loca. l. si merces §. penul.

n *Non posset.*] sic & infra de euic. l. & si rem quàm. §. fi. in fi.

o *Vulgo localiter fiat.*] sic & infra titulo primo. l. 1. §. 2.

p *Non potuerit.*] nec debuerit, ut & infra manda. l. si fideiussor. §. si cum debitor. Accur.

I *Llud.*] CASVS. Siue collectio seruorũ tuorũ n det mihi damnum, siue faciant mihi furtum, liberaris dando tantum, quantum si vnus homo liber fecisset: quia in vtroque casu est eadem ratio: igitur & idẽ ius. Vi.

q *Singulos.*] id est nomine singulorum.

r *Fecisset.*] vt & inf. si fa. fur. fecisse dica. l. 1.

s *Damni iniuria.*] idest actione l. Aquiliæ.

t *Obseruandum.*] imò videtur quod non, ut sup. de iurisd. om. iud. l. si familiæ. quæ est contra Sol. ut ibi. Item contra infra de iniu. l. si plures. ubi plures iniuriæ censentur, vbi sunt plures in familia. Sed forte ibi loquitur, de seruis plurimũ. Vel potest dici, quamuis dicantur plures iniuriæ vna tamẽ fiat æstimatio, ut hic dicitur, secundum Azo. præterea ibi dicitur in actione iniuriarũ, in actione damni iniuriæ.

u *Æstimari.*] Not. quod vbi est eadẽ ratio, & idẽ ius, sic infra, de fonte. l. 1. §. interdum. & infra, de adult. l. postulauerit. §. 1õ. & arg. c. de eden. l. quidam. §. nummularios. & inst. qd cum eo. §. Igitur. ver.

5 † Flo. acciderit, & huc pertinet. c. Deutero. 19.

6 † Flo. clamauit.

7 † Flo. quod cum a diligẽte prouideri poterit.

8 † Alias fit fiert.

* Ille text. allegatur, qd vbi est eadẽ rõ, vel æquitas, sacra ... tur debet concor. text. in §. pari rõne. inst. qui. mod. ius pa. po. sol. text. in §. si igitur. inst. qd cum eo qui in alie.

9 † Flo. sufficeret. aliam sufficere.

10 † Flo. sed.

11 † Flor. in hanc actionem.

12 † Fl. æstimari.

ner.istas & sup.nau.cau l.natura.§.fi.inf.de bo.pos.ex testa.milit.l.1.circa princip. Sed arg.contra inf.de coll bo. si quis in fi.j.re spon. Item contra est, ubicumque inuenis, maximę in aliqua lege, denotat enim quod alia ratio in altera, tamen idem statuitur ius secundum. Azo.

a *Non dolo.*] furtum autem non fit sine dolo. Accur.

b *Deinde.*] idest ex interuallo. Accur.

c *Delicta.*] ut & infra de priua. deli. l. nunquam.§ j.

d *De occiso.*] No. quod propter continuationem vnum est delictum, licet plura vulnera: nam econtrario quandoque vnum est factum, & tamen plura delicta, vt furtū, rapina, dānum, iniuria, ut infra de priua. delic. l. nunquam §.j. & facit inf. de iniur. l. prætor.§.si plures.

e *SI seruum. Tuum.* mutat personas.

f *Fungi.*] i. æstimari faciendo æstimationem secundum eū locum ubi quis cogitur respondere. sunt enim uaria pretia rerum, vt infra de eo, quod certo lo. iō. & s. de ac. emp. l. rō. §. fi. & j. ad l. Fal. l. pretia rerum. & l. in le. Falcidia. & l. iij. §. fi.

1 † *Li. 2. ad Plautium.*

g *Redempturus esset*] quod ergo dicitur, res tōi valet quātum vēdi pōt, intellige cōiter, ut inf. de iur. fis. l. non intelligitur. §. diui fratres, &. infra ad l. Fal. l. iij. in prin. ad l. quærebatur. & inf. ad Trebel. l. 1. §. si hæres.

2 † *Flo. affectionem æstimandas.*

3 † *alias, magno pretio.*

4 † *Flo. valeret.*

h *Damnum.*] idest dāni æstimationem.

i *Tenemur.*] scilicet communiter. Et sic not. in l. Aquilia lucrum uenire. sic infr. ne quid in lo. pub. l. ij. §. merito. & inf. rē ra. habe. l. si commissa. & sup. eo. l. inde Neratius. in princip. Sed argumen. contra inf. de aqua plu ar. ē. l 1. §. sicut. & inf. quæ in fraudem creditorum. l. pattem & l. q autem, in princ & infra de fur. l. si in §. fi.

5 † *Flor. non locupletem.*

6 † *alias, plurimi.*

7 † *Flo. fuit.*

8 † *Flor. dictum.*

k *Cogimur*] vt impēsas vulnerato seruo. Accursius.

9 † *Flor. tenemur.*

l *Lege Aquilia.*] l. directa, vel utili, vt infra de presc. ver. l. quia. et hoc si æquitas suaderet actionē dari, alioquin contra, ut sup ra e. quemadmodum. §. sed & si tanta. Accur.

10 † *Flor. liberante.*

præsertim cum interdum leuior sit hæc causa delicti: ueluti si culpa, & non dolo a damnum det ur.

Quando plura delicta diuersis temporibus sunt facta, de quolibet venit imponenda pœna: sed quando fiunt eodem tempore, de vno punitur. Bart.

¶ Si idem eundem seruū uulnerauerit, postea deinde b et occiderit, tenebit & de uulnerato, & de occiso. Duo. n. sunt delicta c aliter atque si quis uno impetu plurib uulnerib. aliquem occiderit, tūc. n. vna erit actio de occiso. d

In actione legis Aquiliæ venit interesse cōe, non interesse affectionis; & pretia rerum non metimur ex singulari affectione, sed ex æstimatione communi. Bal.

Paulus libro 3. 1 † ad Sabin.

LEX XXXIII.

SI seruū meū occidisti, non affectionem æstimandam 2 † esse puto, ueluti si filium tuum e naturalē quis occiderit, quē tu magno 3 † emptū uelles: sed quāti oībus ualet. 4 † Sextus quoq; Pædius ait pretia rerū nō ex affectione, nec utilitate singulorū, sed cōiter fungi. f Itaq; eum, qui filiū naturalē possidet, nec 5 † locupletiorem esse, quod eum plurimo, 6 † si alius possideret, redempturus g esset: 7 † nec illū, qui filiū alienū possidet tātū habere, quāti eū patri uendere posset. In lege enim Aquilia dānū h cōsequimur: & amisisse dicimur, 8 † quod aut cōseq. potuimus, i aut erogare cogimur. k ¶ In dānis quæ lege Aquilia l non continētur, 9 † in factū datur actio.

Marcellus lib. 21. Digest.

LEX XXXIIII.

TItio & Seio Stichum legaui. deliberante 10 † Seio, cum Titius uendicasset legatum, Stichus occisus est, deinde Seius repudiauit legatum. Perinde Titius agere poterit, 11 † ac si ei soli legatus esset.

Ius accrescendi fingit retro, sicut aditio hæreditatis etiam super re perempta. Bal.

Vlpianus li. 18. ad Edictum.

LEX XXXV.

QVia retro accreuisse m dominium ei videtur. 12 †

Marcel. li. 21. Digest. 13 †

LEX XXXVI.

NAm sicut, repudiante legatario n legatum hæredis est actio, perinde ac si legatum 14 † non esset, o ita huius quoque 15 † actio est, acsi ei soli legatus esset.

Hæres non potest agere actione legis Aquiliæ pro testatore occiso, nam actio impossibilis testatori, est impossibilis hæredi. Bal.

¶ Si dominus seruum quem Titius mortifere uulnerauerat, liberum & hæredem esse iusserit, eique p postea Mæuius extiterit hæres, non habebit Mæuius cum Titio legis Aquiliæ actionem: scilicet secundum Sabini opinionem: qui putabat ad hæredē actionem non transmitti: quæ defuncto competere non potuisset. q 16 † Nam sane absurdum accideret, r 17 † ut hæres pretium quasi occisi consequeretur eius, cui 18 † hæres extitit. Quod si ex parte eum dominus hæredem cum libertate esse iusserit, cohæres eius mortuo eo aget lege Aquilia. s

Obedientia debita vel promissa excusat a delicto. Bal.

Iabolenus lib. 14. ex Cassio.

LEX XXXVII.

LIber homo si iussu alterius damnum iniuria 19 † dedit, actio legis Aquiliæ cū eo est, qui iussit, t si modo

m *QVia retro accreuisse.*] Idest non diminutum esse. Accursius.

n *NAm sicut repudiante legatario*] qui solus est. Ioan.

o *Non esset.*] repudiatum ergo legatum pro nō legato est, ut hic, & inf. si cert. peta. proinde. §. j. in fine. & sup. eodem. si dominus. §. primo. & infra de legat. 1. l. seruum filij. §. 1. in fine & l. si tibi homo. §. cum seruus, & l. legatarius. §. si legatum. Accur.

11 † *Fl. possit.*

p *Eique.*] scilicet seruo instituto: at nunc liberto. Accursius.

q *Competere non potuisset.*] quomodo enim viuens æstimationē sui, vt mortui peteret? & sic est iuris impossibilitas. Accursius.

r *Accideret.*] vt sup. e. l. huic. §. fi. & l. quia & facit infra, de his qui deie. uel effude. l. si vero. §. hæc autem actio. in fine.

12 † *Flo. ei videtur.*

13 † *aliàs ad edictum.*

s *Lege Aquilia.*] pro hereditaria portione qua hæres est, nec ob. s. e. l. inde Neratius quia ibi substitutus, hic cohæres.

14 † *Flor. legatus.*

15 † *Flo. de eo quoque.*

LIber homo.] CASVS. Libero homini iussi vt alicui damnū darer, si habeo ius imperandi, ego teneor: si non habui ius imperandi, ille homo tenetur qui fecit.

¶ *Si quadrupes.*] Hūc §. habuimus. supra tit. 1. l. 1. si post litt. Viuia.

t *Cum eo est qui iussit.*] & nihilominus cum eo qui paruit, secundum quosdam, vt infra. de actio. & obliga. l. seruus. sed secundum nos non tenetur obediens, ut infra, de regulis iuris l. ad ea. Et ut hoc plene uideas: quæro qualiter tenetur obediēs si habuit ius imperādi: cum secūdum hoc iure fiat, non iniuria: si in ca re imperandi ius habuerit, ut quia seruum alienū cū sua uxore inuenerit, ut supra l. 4 & l. qui occidit. aut si habuerit ius imperandi aliud, non hoc: vterque debet teneri: non solus qui iussit: cum ei in damno dando, sicut i piratica faciēda, parere non teneatur, ut d. l. infra, de actio. & obliga. l. seruus. nam cum seruus non tenetur dño in talibus parere: ergo nec eius magistratui, ut filius

16 † *Flo. potuisset.*

17 † *Flo. accideret.*

18 † *Flo. ejus.*

19 † *Flo. iussu alterius iniuria damnum dedit.*

alius patri, vt ℸ. de arbit. l. si cum dies §. in compromisso. vnde si paruit, magis q̃ seruus debet teneri. Rursus si ius imperandi non habet, cur non tenetur, ut ℸ quod ui aut clam, aut qui §. si quid. maximè cum al.às facturus nõ erat ut ℸ. de iniur. l. non solum, §. Proculus. Idem si aliàs facturus erat, quia nõ oportet eius malitiam augeri mandando, ut ℸ. de ser. cor. l. 1. §. pſuadere. & sic huius legis distinctio nulla esse vr. Sol. ad pdicta. hic pr, vel magistratus ius imperãdi aliàs habebat, nõ in ea re quã iussit fieri: obedienti autẽ ideo succurritur, quia nõ erat atrox delictũ. nec. n. occidere hominem, vel liberum, vel seruum alienũ iussit, uel furtum facere magnæ rei vel rapinam. Est. n. grauius delictũ rapina, q̃ damnum datum iniuria, cum ex ea quis criminaliter accusetur, item pecuniariter i quadrupl sit. Item ex furto in duplũ, vel quadruplum, sed ex damno ab initio in simplum tantum est actio. Item ex furto, uel rapina, vel iniuria non agitur, nisi dolus interce dat: hic, verò secus, ut sup. eod. l. illud. huius autem qui paruit, dolus non adfuit nec culpa, vnde non tenetur, ut hic & infra de regu. iur. l. non uidetur, §. qui iuſſu. & l. is damnum, & inf. quod vi aut clã, l. is qui in puteum, §. si tutoris. Item ex ptetio rei minus, vel maius videtur delictũ ut ℸ. de incen. rui. nau fra. l. Pædius, §. 1. & ien dum est ergo, quod quędam sunt in quibus omnino parere debet filius patri, vel seruus domino, vt ea in quibus nullum delictum versatur. alia sunt in quibus non cogitur parere filius, vel seruus, vel ciuis magistratui, si tamen pareant, excusantur, ut in actione l. Aquiliæ, & interdicto, quod vi aut clam. alia sunt in quibus omnino parere non debent, ut in atrocioribus, in quibus si pareant, vterque tenetur. Item quod subicit, quod si non habuit ius imperandi, quod tenetur, qui fecit, supple & nihilominus, qui iussit, ut ℸ. de iniur. l. non solum, §. proculus. & ℸ de aqua plu. arcen. l. si colonus, in fi. & ℸ. de dam. infe. l. damni, §. si mandato quæ sunt contra. & de reg. iur. l. ad ea. & l. non videtur, §. qui iussu.

8† alias, ad. sum.

ius imperandi habuit: quod si non habuit, 1 † cum eo agendum est, qui fecit.

In l. Aquilia venit intereſſe in rem, & casus superueniens post litem contestatam in re, quæ erat in facultate soluendi, non excusat debitorem. Bald.

¶ Si quadrupes, cuius nomine actio esset a cum domino g pauperiem fecisset, ab alio occisa est, & cum eo lege Aquilia agitur: b æstimatio non ad corpus c quadrupedis, sed ad causam d eius, e in quo f de pauperie actio est, referri debet: & tanti damnandus est is, qui occidit, iudicio legis Aquiliæ, quanti actoris interest noxæ potius deditione fungi, 2 † quam litis æstimatione. 3 †

2† Fl. de fung.

3 † alias, æstimationem præstaro.

Idem libro 8. ἐπιστολῶν.

LEX XXXVIII.

Si eo tempore quo tibi seruus meus, quem bona fide emisti, seruiebat, ipse a seruo g tuo vulneratus est, placuit omnimodo 4† me tecum rectè h lege Aquilia experiri.

4† alias omnino.

Pomponius libro 14. ad Quintum Mut.

LEX XXXIX.

Quintus Mutius scribit: Equa cum in alieno pa

a *Actio esset*]scilicet contestata Accur.
b *Agitur*.]à domino quadrupedis. & dic post litem contestatam super pauperie, fuit occisa, ut ℸ. tit. 1. l. 1. §. si post.
c *Ad corpus*.]scilicet tantum.
d *Ad causam*]id est ad utilitatem.
e *Eius*]pecudis.
f *In quo*]id est propter quod.

Si eo]CASVS. Si seruum meum quem bona fide possides, tuus proprius interficiat, an Aquil. mihi tenearis? Et respon. quod sic. Viuia.

g *A seruo*]quid si à te? Resp. vt ℸ. de rei vend. l. si hom.
h *Rectè*]secus in petitione hæreditatis, ut ℸ. de pet. hær. l. & si lege. § consuluit. & in ser. corr. ut ℸ. de ser. corr. l. 1. §. qui bona. Accur.

Quintus]CASVS. Si consulto equam meã prægnantẽ vt eiiceret pullum, coegisti, Aquil. mihi teneris. Viuia.

i *In cogendo*]i. dum cogeretur in quadam strictura.
K *Eiecit*.]scilicet illud, & abortum fecit.
l *Posse*]scilicet Aquilia directa, vt iussit §. cæterum. si autem non tetigit, tunc in factum, ut ℸ eo. l. si boues, & l. si.

sceretur, * in cogendo, i quo 5† prægnans erat, eiecit: K quærebat dominus eius, possetnè cum eo, qui coegisset. 6† lege Aquilia agere, quia equam eiiciendo 7† rupe rat? si percussisset, aut consultò vehementius egisset, uisum est agere posse. l

* Huc spectat Exod. c. 21. 25 Deut. c. 22.
5† alias, quod.
6† alias, egisset.
7† Fl. in ficiendo.

Quamuis.]CASVS. Si inuenias animal alterius in agro tuo, ipsum occidere non debes, sed expellere debes extra, uel denunciare domino, ut recipiat animal. Viuia.

m *Quamuis*.]alias incipit lex, quamuis 1 alias non, sed §. Pomponius quamuis &c.
n *Si suum*.] Non in re aliena debere quem facere, ut in sua, ut ℸ. de solut. l. 1.
o *Ceperit*.] id est passus fuerit.
p *Actiones*.]s. de pastu pecoris, ut & infra, de præscrip. uerb. l. qui ser uandarum. in fi.
q *Includit*.] animo celandi.
r *Abigere*.] id est deducere.

Idem lib. 4. ad edictum.

LEX XL.

Quamuis, m 8 † alienum pecus in agro suo quis deprehenderit, sic tamen 9† illud expellere debet, quomodo si suum n deprehendisset: quoniam si quid ex ea re damni ceperit, 10 † o habet proprias actiones. p Itaque qui pecus alienum in agro suo deprehenderit, non iure id includit: q nec agere illud aliter debet, quam (ut suprà diximus) quasi suum: sed uel abigere r debet sine damno, uel admonere dominum, vt suum recipiat.

8† Fl. est §. & in pr. Pomponius quamuis.
9† Fl. droit ſa men.
10† Fl. damnum cepit.

Paulus lib 4. ad edictum.

LEX XLI.

In lege ** Aquilia, si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerat, & interim testib. quoq; t

In lege.] CASVS. Titius debebat mihi centum sub conditione, si nauis ex Asia veniret, uel ad decennium, & hoc debitũ probare poteram per instrumentum, uenit Seius, & deleuit instrumentum, ita quod nõ potest legi, quæritur, an statim possim conuenire Titium l. Aquiliæ ad tantam pecuniam quanta per instrumentum probari poterat? Et dicit, quod si possum probare tria, duo s. plenè, unũ semiplenè: potero agere & uincere, sed exactio seu executio sententiæ differtur: & aut existet conditio primæ obligationis, & fiet executio, aut non existet conditio, & tunc non fiet executio. Tria prædicta sunt ob deletionem talis instrumenti, in quo sic continebatur. Item ob contractum primum qualiter fuit factus. Tertium, quod testes instrumenti per quos possum nunc probare contractum, timentur non superesse tempore quo speratur existere conditio, ut quia senes, uel regressuri, uel morituri. Sed hoc tertium probabit summatim.

** Ista l. est vel de sing. & habet tres lecturas secundũ Bar.

s *In lege*.]i. in actione legis Aquiliæ, secundum Azo.
t *Quoque*.] id est, quod pecunia sub conditione fuerit debita: quia promissioni interfuerunt, quasi dicat, non tantum probare possum deletionem, & quod ita erat ibi scriptum, sed etiam hoc, id est principale debitum, si enim ita esset ibi scriptum, & deletionem tantum possem probare, sine dubio non ageretur Aquilia, quia non sequitur, si ita probo deletum, & ita prius scriptum, quod ita fuerit debitum: quia quasi exemplum est, argumen. infra, de fide instrument. quicumque. & C. de eden. auth. si quis in aliquo documento. Sed contra, C. de probatio. si de possessione. sed ibi aduersario suscipiebat, & quia de ipsa promissione conditionali habebam testes, videbatur me non posse Aquilia agere. Sed contra est, si tamen præsumatur à iudice eos non esse futuros existente conditione, ut subiicit.

Qui.

a *Qui.*] i. quos verisimile est, quod non sint eo tempore: verbi gratia, si sint senes, vel aduenæ cito recessuri, ut infra ad Carb. l. 1. §. quæ & hoc summatim debet exponi: 1 & si non petatur calumniosè, condemnabitur reus. nam si ve risimile est, quod per testes tempore existentis conditionis posset probare, nō ageret. Illud autem summatim non probatur: sed plenè fit pecunia debita sub conditione eo chirographo, uel non. Et no. de summaria cognitione similium, ut dices infra ad exhibē. l. 3. §. sciendum est. regulariter autem contra: ut C. de iud. l. iudices.

ADDITIO. Dic secundum Bart. quod regulariter de omni casu plenariè cognoscitur. fallit in casibus in l. 3. §. hæredum, inf. ad exhib.

b *Debebo quidem vincere.*] immo videtur quod non, tribus rationibus. Prima, quia si tempore conditionis existentis iam superfint testes, non agam tunc Aquilia, quia probationes alias habeo: ut infra, de furt. l. qui tabulas, §. inde potest. & §. apo. ha. & supra de eden. l. argentarius, §. cum autem. & supra eodem l. qui occidit, §. 1. si autem nō superfint: nec tunc agam, quia potueram petere eos publicari ad æternam rei memoriam: ut in Authen. de testibus §. pen. coll. 7 & infra, de testib. l. curent. quæ sunt contra. unde non uideor pati damnum hac ratione. & si pendente conditione agam, similiter videor excludi, cum habeam aliud auxilium, quia possum petere publicari testes. Sed respond. quod hic loquitur, quando pendente conditione agitur Aquil. quod potest licet probationes alias habeat, si verisimile est, quod non superfint existente conditione: quod summatim iudex perpendet, habita cognitione: nec delictor poterit obicere agenti, quod non possint publicari testes propter delictum suum, ut dicitur infra eodem l. antepenul. & ibidem notaui. uel, hoc auxilium publicandi habet actor quod in suo extraordinario iure. Quidam tamen dicunt, quod nihilominus existente conditione aget Aquil. licet alias probationes habeat: mirus tamen consequitur agendo quia minus damnum est, quā si nullas alias haberet & quod dicitur in d. §. apo. ha. in fi. ibi, nihil mihi videtur interesse, ita exponunt, id est non videtur differentia esse si fint etiam aliæ probationes &c. Sed hoc non ualet, quia quare tunc differentur exactio? certè imò non differtur, ut & infra, de cond. furt. l. si seruus, §. quod si pendente. & infra de tabul. exhiben. l. lucum, §. condemnatio. Prima ergo uerior est, & sic exactio differatur, & est speciale, ne contradi ant duæ modo istæ leges. Secunda est ratio, quare non videat debere vincere: quia quomodo uincam, cum ante conditionem nihil agere, ut supra quando dies ususfruc. lega. ced. l. 1 in fine? Sed dic, agi hic propter præsens damnum, ut & statim dices in solutione contrarij. Item tertia est ratio, quod non uincā: quia iudicium non est de futuris, ut supra, de iudic. l. non quemadmodum, quæ est contra. Solut. hic præsens damnum, & præsens obligatio, & præsens actio est, & præsens causa, idest factum, & præsens sententia, sed non exactio, uel executio. Vel dic, quod est mirabile, & speciale, & nombile in Aquilia sunt & alia, ut pœna inficiationis, & solutum indebitum ex ea causa. Item quod ueniat culpa leuissima. Tertia positio: quidam tamen dicunt, quod hic inducuntur testes, ut publicentur, quod non placet Azo. quia sic se actor excluderet ab Aquilia, parando sibi alias perpetuas probationes, vt & modo notaui: sed ipsi dicunt non agi hic Aquil. lia, nec hoc hic dicitur. & quod dicit in fine condemnationis, & condemnatio scilicet faciendæ & faciendæ. & in princip. l. in l. Aquilia non dices, id est in actione, sed in tractatu Aquil. & est plena hæc lectura, & dicito uincere in eo quod peto. peto autem fieri probationem, & sic fertur interlocutoria super hoc. Ex prædictis patet tribus modis intelligi hanc legem, vt ex hac glo. colligitur. Accur.

c *Exactio*] Non mirabile, scilicet actionem in factum te iudic. ul tra quadrimestre, uel bimestre tempus extendi: aliàs contra, ut C. de vsur. rei iudic. l. 2 & infra de re iudic. l. debitoribus. & facit supra, de petitio. hære. l. quod si in diem. Accur.

d *Defecerit.*] s. conditio. Accur.

id probare possim, qui a testes 1 † possunt non esse eo tempore, quo conditio existat, 2 † & summatim re exposita, ad suspicionem iudicem adducam, debebo 3 † quidem vincere: [b] sed condemnationis exactio c tunc competet, cum debiti conditio extitit: 4 † quod si defecerit, d condemnatio nullas vires habebit.

Pro testamento deleto, non competit actio legis Aquiliæ testatori, sed hæredi, vel legatario. h. d. Bald.

Vlpianus lib. 41. ad Sabinum.

LEX XLII.

Si quis testamentum deleuerit, an damni iniuriæ actio competat, videamus. Et Marcel. lib. 5. Digest. dubitans negat competere. quemadmodum enim (inquit) æstimatio inibitur? e * Ego 5 † apud eum notaui, in testatore quidem hoc esse verum: quia quod eius interest, f æstimari non potest: verumtamen in hærede. vel legatariis diuersum: g quibus testamenta penè chirographa h sunt. Ibidem autem 6 † Marcellus scribit, chirographo deleto competere legis Aquiliæ actionem.

Secretarius tenetur ad interesse, si reuelat secretum. Baldus.

¶Sed & si quis tabulas testamenti apud se depositas deleuerit, i vel pluribus præsentibus legerit, vtilius est in factum, & iniuriarum agi, si iniuriæ faciendæ causa secreta iudiciorum publicauerit k 7 †

¶Interdum euenire Pomponius eleganter ait: ut quis tabulas delendo, furti non teneatur: sed tantum damni, l iniuriæ: vt puta si non animo furti faciendi, sed tantū damni dandi, deleuit. nam furti non tenebitur: cum facto m enim etiam animum furis furtum exigit.

Si quis testamentum. CASVS. Quidam deleuit testamentum alterius. Aquil. non tenetur quo ad testatorem: sed hæredes, & legatarij agere possunt Aquil. Cætera plana sunt vsque ad l. ad. Viuia.

e *Inibitur.*] aliàs habebitur, aliàs habetur. & aliàs inhibetur. Accur.

c *Ex legati*] ergo ex quasi contractu, ut Inst. de oblig. ex quasi contra. §. hæres. & dic, q testator 3 legauit rem alienam sciens.

3 Reprobatur per Bart. & Ias.

pro sua enim non datur condictio: qui habet rei uend. ut s. v suf. uc. quemad. ca. l. fi. & quemad. ser. amit. l. si partem, § 1. Vel dic quantitatem fuisse l. g. tam Accurs.

d *Ex lege Aquilia*] ergo ex maleficio. Sed nunquid cresciet per inficiationem? Respon. non, ut s. de pet. hær. l. item ueniunt, §. cum præ. ūmus. arg. contra, sup. si quis cau. l. si eum, § qui iniuriarum. Item nunquid erit temporalis cum redditur loco ædilitiarum? Re. p. sic, ut arg. dicti §. qui iniuriarum. ut & s. prox. no.

e *Senatusconsulto.*] i. Trebelliano.

f *Fiduciaria*] i. fideicommissaria & uult hic fideicommissarius agere contra 4 debitores hæreditarios Prætor enim ei, & in eum decernit utiles actiones, cui hæreditas restituitur, vt Instit. de fideic. hær. § restituta. si autem non esset restituta, non posset agere nisi in tribus casibus, ut C. ad Trebel. l. pen. §. fi.

4 Sequitur Bar. Bal. Pa. & Ias.

g *Siue alieno.*] vt defuncti. q. d. siue se obligauit, siue iure successionis teneatur. sic ponitur s. de his, qui not. infam. l. furti. §. si quis alieno. Accur.

5 Approbat per B. Paul. & Ias.

h *Coniunctim*] id est verbis interueniente re: 5 vt patet in societate quandoque, ut infra pro socio, l. 4. in princip. vnde re & verbis non posset contractus fieri. sic j. de act. & oblig. l. obligamur, § 3.

i *Nulla est.*] quia alteri stipulari nemo potest, ut Institut. de inutil. stipul. § si quis alij, & §. si quis alteri, nisi sua interesset: & tunc ipse agit non ille, cui stipulatus est, ut infra d. verb. oblig. l. liber homo, § fina. in casibus autem & alteri potest quis stipulari. quos not. Institut. de inutil. stipul. in d. §. si quis alii.

k *Et puto posse.*] Si. licet condicere ex prima obligatione. sed videtur prima obligatio per sequentem stipulationem nouata, ut infra, de nouatio. l. si ita fuero, §. fi. & l. seq. quæ sunt contra. Sed distingue, an egerint inter se contrahentes, vt ex numeratione actio non nasceretur: & tunc nulla nascitur, vt l. contraria, & infra eod. l. non omnis, in princip. aut est in dubio, & tunc si stipulatio sequens valet, nascitur ex numeratione actio: sed fingitur 6 nō nata, ut inf. de verbo. oblig. l. ita stipulatus, §. Chrysogonus. & l. contraria, & de actio. & obliga. obligationum fere, in fi. si uero non 7 valet, remanet actio prima, vt hic. Si uero stipulatio valet, & nomine suo est numeratum, & alterius stipulatum, præualet numeratio, ut inf. de stipul. ser. l. 1 §. 2. Item quid si pro parte tenuit, & pro parte non stipulatio, ut quia mihi, & alii sum stipulatus? Respond. 8 pro ea parte quæ tenet, fit nouatio, pro alia remanet prima actio ex numeratione secundum K ut infra, de vsuris, l. 3. § fin. Item not. hic arg. quod non uitiatur utile per inutile. * sic j. de uerb. oblig. l. 1 § pen. arg. contra, sup. de arbit. l. sparui § 1. & hæc omnia locum habent, hic & in sequent. responsis.

* ad intell. huius tex. videlac Nigr. in l. 1. §. si quis ita, nu. 81. de verb. oblig.

2† Fin. dict. puto

3† Fin id est.

6 Reprobatur ām Bar. & Ias.

4† Fl item.

7 Idem Bar. Pau. & Ias.

8 Idem Bar.

l *Stipulatus*] scillicet, quod eidem mutuaueram cum authoritate tutoris, ut subiicit. nam si stipulatus fuit a pupillo, quod alius debebat, prior iure nouationis tollitur, & posterior obligatio non potuit sortiri effectum, ut Inst. quibus modis toll. oblig. § præterea. quæ est contra: nisi 9 forte iustam causam pupillus habebit promittendi, quia forte pecuniam debet ei pro quo spopōdit: quo casu datur actio stipulatori in pupillum ad instar domini, ut s. de pact. in personam, §. qui pecuniam.

* Vtile, an per inutile vitietur. vide l. amplio rē, § si C. de appel. l. sancimus, C. de donat. iunc. gl. in ver. Superfluum. & limit. vide l. fi. C. qū pro uo, non est necesf.

m *Ex numeratione*] facta interueniente tutore, Ioan.

n *Nulla fit stipulatio*] ut Inst. de inut. stip. §. si impossibilis. & j. de act. & oblig. non solum.

o *Mox.*] cum iam interdictum est. Ioan.

p *Pupillo*] dic ergo, quod in pupillo dixi s. eod. §. & facit j. de uerb. oblig. l. si cui.

9 Sequitur B. B. Salic. Alc. & Ias. Paul. & Alii.

q *Quoniam*] bene dico se pæquiparari pupillo: quoniam in hoc alii comparatur. Accur.

Vtlud.

a *Velut tuos.*] sic dicendo, nomine Titij tibi mutuo: & ei reddes. vnde no. quod hæc duo pacta, uel primum tantũ plus valet, quàm stipulatio etiam incontinenti apposita, ut ĩ. ead. l. §. quoniã. quæ est contra alias quãque plus valet stipulatio quã pactum, etiam incontinenti vtroque apposito, vt C. de vsu. l. 3. & ĩ. de relig. l. quod si locus. & C de iudo. l. auia. & ĩ. de ser. ex por. l. seru' ea. Vel dic 1 quod hic nõ fuit pact': sed alieno noĩe dedit. Itẽ hoc intellige qñ sciebã meos nũmos, vt tunc breui manu quasi à te numerata pecunia cõdictio tibi quæratur, vt ĩ. e. l. singularia. nam si errarem, dñium non trãsferrẽ, vnde nõ esset mutuũ, vt ĩ. de acq. rer. dom. l. si procurator. & de cond. cau. da. l 3 § subtilius. Sed quid si nomine tuo mutuo, & incontinenti stipulor illud mihi reddi? Vĩ nouari prior obligatio, ut ĩ. de noua. l. cũ enim. Vel dic, 2 quod ibi loquitur cum suo nomine numerat, & sibi stipulatur: hic qñ alieno noĩe numerauit. vnde actionẽ quæ iam non poterit sibi incõtinẽti auferre, ut ĩ. de procur. l. procurator totorum, & l. mãdato. Cõtra, quid si mutuã pecuniã meo noĩe dedero, & incontinenti reddi alii pacifcor eandemẽ Rñd. hic non vĩ loqui, nisi cũ ipsa numeratio fit alterius nomine, & tã quam nũmi sint eius, cuius noĩe numerat. sic. o. dicit, velut tuos: & ita C. per quas per so. nob. acquir l. fi. sic ergo numeratio ex mutui causa vendicat sibi hanc prærogatiuã, ut ĩ. eo. l. singularia. non stipulatio, uel pactum incontinenti factũ, vt ĩ ea. l. §. quõ. Vel dic 3 plus operari pactum, quàm stipulationem, quia pactum suis, & mutui viribus nititur: stipulatio suis tm. Accur.

1 Idẽ Bart. Bal. & P.

2 Sequitur Bar. in secundo casu principali.

* *Scribentes hic colligũt quod procedit argumentũ à solitis. & ad hoc facit et secur. l. 2. § meritò infr. ne quid in loco pub. & in l. sufficit. inf. de rit. nupt. in l. certi C. de sud. text. in c. 1. de cler. non resid. extra.*

1 † *Fl. creditor meus. & futuro debitori.*

3 Non tenetur ẽm Bar. & Paul.

nem. h. d. *Diuiditur, quia primò ponit dictum. Secũdò probat illud per authoritatem Iuliani. Tertiò probat illud per argumentum à communiter accidentibus. Secunda ibi, Iulianus. Tertia ibi, Cum quotidie. Bart.*

¶Si nummos meos tuo nomine dedero velut tuos, a absẽ te, & ignorante, Aristo scribit, acquiri tibi condictionẽ. Iulianus quoq; de hoc interrogatus lib. 10. scribit, veram esse Aristonis sententiam: nec dubitari, quin si meam pecuniam tuo nomine uolũtate b tua dedero, tibi acquiratur obligatio, cum quotidie c * creditori mutuam pecuniam ab alio poscamus, vt nostro nomine creditor 1 † numeret futuro debitori nostro.

Pecunia debita ex causa depositi potest conuerti in causam mutui ex sola voluntate deponentis & depositarij, absque eo quod de loco moueatur, uel tangatur. & si fuit deposita, ut depositarius ea vtatur si volet: non prius fit mutuum, quam moueatur per depositarium. Hoc dicit cum l. seq.

¶Deposui d apud te decem: posteà permisi tibi vti. Nerua, & 2 † Proculus, etiam antequam moueantur, condicere, quasi mutua tibi hæc posse aiunt: & est verũ, ut & Marcello videtur. animo enim cœpisset 3 † possidere. e ergo transit ad eum periculum, qui mutuum rogauit: & poterit ei f condici. g

Idem lib. 2. ad edictum.

L E X X.

Quòd si ab initio cum deponerem, vti tibi (si voles) permisero: creditã non esse ante quã mota h sit: quoniam debitum i 4 † iri non est certum.

Pecunia redacta ex venditione rei meæ de partiũ voluntate, statim conuertitur, in causam mutui; & periculum rei traditæ ad vendendũ, vt pretio quis vtatur: pertinet ad tradẽtem, si eam venalem habebat: alias ad recipientem. Alexand.

Idem lib 23. 5 † ad edictum.

L E X XI.

Rogasti me, ut tibi pecuniam crederem: ego cum non haberem, lancem k tibi dedi, vel massam auri, vt eam venderes, & nummis vtereris. si vendideris, l puto pecuniam mutuã factam. m Quod si lancem, vel massam

f *Ei*] i. ab eo Accursius.

g *Condici*] s. certi condictione generali, & speciali.

h *Quòd si ab initio Mota*] cur non est mota statim cũ habuit voluntatem, vel propositum utendi, & mutuã habendi? Respon. 5 quia dictum erat in depositione, si uoles: quod verbum nimis est extensiuum. licet enim semel uelit, tamen potest mutare 6 propositum antequã moueat; & sic plerunque esset mutuum, & desineret. Aliud in uerbo, si volueris, ut infra de verb. obliga. l. si quis stipulatus. & secundũ hoc verbum hic positum, si uoles, exponitur, idest si voluntariè vsus fueris. sic supra de rer. diuis. l. fina. Et erit 7 differentia inter hunc, & superiorem casum: quia hic secuta fuit volũtas vtendi voluntatem dãtis: ibi autẽ præcessit. Alii autem faciũt differentiam tantum in verbo, si voles, ut siue à principio, siue postea dicatur, habeat locum hæc lex. secus si hoc uerbum non apponitur: quod nihil est. Accur.

i *Debitum.*] idest mutuum: quia nõ est certum, an vtatur, &c.

R *Ogasti me.*] CASVS. Eram amicus tuus, transactis nũdinis venisti ad me, & dixisti: certè malè negotiatus sũ in his nũdinis: & ideo non possum satisfacere creditoribus. rogo igitur te vt mihi centum scuta mutuo des. Ego respõdi tibi: certè ego sum in ea causa, qua tu es: quia etiam malas nũdinas habui, & pecunia careo: tamen ne credas me tibi nolle subuenire, habeo hic scutellam, vel scyphum. cætera dic, vt in textu.

5 *Iste sensus displicet P. Ale. & Ias.*

2 † *Fl. desẽ. &c.*

6 *Imò non põt mutare, quia qñ electio trahit se cum executionẽ: nõ admittitur variatio. P. Fulgos. & Ias.*

3 † *Fl. capit.*

7 *Hęc gl. ponit verũ intelllectũ ad hunc tex. secundũ Pau.*

4 † *Fl. debitũ. vel. Ant. Aug. l. 2. c. 2.*

5 † *Fl. lib. 26.*

b *Voluntate*] subaudi maximè: nam etiam me ignorante hoc facere posses, vt ĩ proxi. Sed quid si te ignorante tuo nomine mutuo, & ratum non habeas? Respon. mihi utilis datur, ut C. eo. si absentis. Accur.

c *Quotidie.*] i. frequenter. vnde nota pp frequẽtiam aliqd concedi. similis rõ est ĩ de preca. l. cũ quid, in fi. & l. seq. Ac.

d *Deposui*] tibi roganti, volentique uti. Ioan.

e *Possidere*] vnde ciuiliter possidet: & possessionem tenet corporalem: & ita dominium est translatum etiam sine traditione, vt Instit. de rer. diuis § interdum. vnde potest condici. Sed cõ. quia solo aĩo nemo incipit possidere, vt ĩ. de acq. pos. l quemadmodum. Sol. hic 4 erat res in conspectu, ut ĩ. de acq. poss quod meo, §. si per venditorem, & ĩ. de rei uend. l eius. & l. hęc si. nec obst. quod dĩ d. § Inst. de rer. diuis. quia ibi non ex solo contractu habet dñium emptor: sed ita demum si apprehendat, & venditor patiatur esse apud emptorem, ut ĩ de acq. re. dom. l. qua rone, § inter lũ. vel dic esse speciale hic: vbi licet non sit in conspectu, acquiritur tamen dominium: ut ĩ. eo l. singularia.

4 Dic, quod nõ requitur quod sit in conspectu: sed quod teneat, & habeat dñi voluntate. Bar. Alex. & Ias.

¶ *Si fugitiuus.*] Tria dicit. Et primum, quod seruus cui concessa est peculii administratio, mutuans pecuniam, facit eam accipientis: & contrahitur obligatio. Secundum est, si seruus fugitiuus, vel non fugitiuus mutuet pecuniam contra domini uoluntatem, non contrahit obligationem. vnde nummos vendicare possum si extent, vel si dolo factum fuerit quo minus extarent. Tertium est, quod si pecunia mutuata aliquo prædictorum casuum consumpta fuit: condictione tenebitur, qui mutuum recepit. Viuianus.

K *Lancem.*] id est argenteam scudellam. Adde quòd laux in legibus duodecim tab. erat vas escarium, dictumque à latitudine.

l *Si vendideris*] & nummos mutuos acceperis. alias 8 erit actio ex innominato contractu do, vt facias, vt ĩ. de præscrip. verb. l. rogasti, in princ. Acc.

m *Factam*] imò non, ideo magis est mutua, vt ĩ. mandati, l. qui negotium, §. his argumentum quæ est contra. prout est ibi, in litera nihilo magis. Sed ibi dederam 9 argentum vendendum, ut recepta inde pecunia mihi esse-tatur:

8 Id est, si non sit recepti pretium ex mẽte B.

9 Idẽ B. P. & Alex.

tatur: & ita postea sibi darem ex pecunia secundum arbitrium meum, hic non: sed statim esset mutua pecunia, ex pretio recepta.

tuator furere: seruus in rem domini vertit: creditori acquiritur condictio: & hoc cum pecuniam meam mutuauit idem est si alienam. Idem est in fure. quod si pecuniam surreptam mutuauit alteri, & consumpta est pecunia: mutuum reconciliatur. hoc dicit l. seq. vsque ad §. si alienos. qui planus est.

sine tua culpa [a] perdideris priusquam venderes: vtrum mihi, an tibi perierit, [b] quæstionis est. Mihi videtur Neruæ distinctio verissima, existimãtis, multum interesse, venalẽ habui hanc lancem uel massam, necne: vt si venalem habui, mihi perierit quemadmodum si alij [c] dedissem uendendam: quod si non fui hoc proposito, ut venderẽ, sed hæc causa fuit vendendi, vt tu vtereris, tibi eam periisse: & maxime si sine usuris credidi.[d]

¶ Si tibi decem dedero, 1† vt nouem debeas, Proculus rectè ait, non amplius ipso iure debere, quàm nouem. Sed si decem 2† dedero, ut undecim debeas, putat Proculus amplius quam decem condici non posse.[e]

Seruus mutuans pecuniam domini voluntate, acquirit certi condictionẽ domino: si autem cõtra uoluntatem domini pecuniã credat, non facit eam accipientis: sed extans uendicatur: aut pro dolo malo consumpta condicitur. Alexan. de Imola.

¶ Si fugitiuus [f] seruus nummos tibi crediderit: an condicere nummos 3† tibi dominus possit, quæritur. & quidẽ si seruus meus, cui concessa est peculii administratio, crediderit tibi, erit mutua. Fugitiuus autem, uel alius seruus contra uoluntatem domini credendo, [g] non facit accipientis. quid ergo? vendicari nummi possunt, si existant: 4† aut si dolo malo desinant [h] possideri, ad exhibendũ agi. Quod si sine dolo malo consumpsisti, [i] 5† condicere tibi potero.[k] 6†

Licet ab initio non trãsferatur dominium, tamen consumptione secuta recõciliatur mutuum: & tunc quæritur certi condictio numeranti; siue sciuerit, siue ignorauerit cõsumptionem. Alex. de Imol.

Pomponius lib. 6. ex Plautio.

LEX XII.

SI a furioso, * dum eum compotem mentis esse putares, pecuniam quasi mutuã acceperis, eaque in rem tuam uersa fuerit, condictionem [l]* furioso acquiri [m] Iulianus ait. Nã ex quibus [n] causis [o] ignorantibus [p] nobis actiones acquiruntur, ex iisdem etiam furioso acquiri. [q] Item si is, qui seruo crediderat, furere cœperit: deinde seruus in rem domini id uerterit: condici nomine furiosi posse [r] Et si alienam pecuniam credendi causa quis dederit, deinde furere cœperit. & consumpta sit ea pecunia: condictionem furioso acquiri.

Vlpianus li. 26. ad edictũ.

LEX XIII.

NAm & si fur nummos credendi animo dedit,

a *Culpa.*] lata leui, vel leuissima. Vel dic vt supra eodem, l. si quis nec causam. secundum Ioan. uel leuissima hic fuit secundum Azo.

4 Hæc opi. est de mente B. & eam sequuntur Pa. & Ias.

b *Perierit.*] quis vtriusque gratia contractus intercessit, ut inf commoda. l. si vt certo. §. nunc videndum. Accur.

c *Alij.*] qui non debet habere pecuniam mutuam, ut stationario. *

* Stationarius est qui portã in castro limitis custodit. Boe. d cust. clau. nu. 8.

d *Credidi.*] & hoc cũ tu me dominum rogasti. si uerò ego te rogassem, indistinctè meum esset periculum, ut infra de præscri. verb. l. si gratuitam. § 1.

e *Condici non posse.*] & est ratio: 2 quia quod est supra x. nec tanquam vsura peti potest: quia sine stipulatione non debetur, vt C. de usur. l. quamuis. nec re mutuum, quia supra decem de suo nihil est vlterius factum, ut supra de pact. l. si tibi decem, & C. de non num. pec. l. cum ultra: nec ut donatio. quia ex donatione olim non agebatur, nisi interueniret stipulatio. hodie contra. ut C. de dona. l. si quis argentum. §. pe. sed cum hoc pactum fuerit incontinenti appositũ, nonne nouam actionem parit, & ueterem informat? Respon. hic nõ odio vsurarum. Sed pone factum, puta, si tibi librum, deuenisse in pactum? Resp. nec tunc dabitur actio: quia in fraudem usurarum videtur adiectum, nec distinguitur consueuerit fœnerari, uel nõ. habet enim locũ hæc distinctio in aliis contractibus, non in mutuo, ut inf. de usu. qui semisses §. si. præterea decr. dicit: Quicquid accedit sorti, usura est. * Accur.

2 Sequit B. P. & Ias.

1† Dua. dederis sic, ut nouẽ.

2† Flo. deest, decem.

3† Flo. deest, nummos.

* Est. Ivi. in indi. Tract. Rub. vsura quid sit. ver. est quic. cũ ver. seq.

f *Si fugitiuus.*] dic quis si fugitiuus, ut inf de ædil. edic. quæsitum. respon. Accur.

g *Credendo.*] fugiens enim seruus statim amittit liberam administrationem ut inf. de pecu. l. libera. Accur.

h *Desinant*] s. possideri ab emptore.

i *Consumpsisti*] tu qui accepisti mutuum a seruo.

k *Potero.*] ut pote reconciliato mutuo consumptione, ut inf. l. proxi. & facit ad hunc §. inf. de act. & obl. l. serui. in fi. respon. & inf. de solu. l. fugitiuus. Accur.

SI a furioso.] CASVS. Accepi pecuniam mutuam ab aliquo furioso, quem credebam esse sanæ mentis ab initio non contrahitur mutuum. & ea pecunia consumpta reconciliatur mutuum, & acquiritur condictio furioso.

¶ Item.] Mutuaui pecuniam seruo alicuius: cœpi ego mu-

¶ Si seruus.] Si seruus communis det mutuo x. alicui, cuilibet domino competit condictio in quinque, & probat hoc per simile ibi, nam & si. Viuianus.

4† Fl. extãt.

5† Al. cõsumpti sunt.

7† Fl. condici tibi poterunt.

l *Condictionem.*] quæritur an hæc condictio ex consumptione nascatur, an ex numeratione? videtur quod ex numeratione, ut infra de fideiuss. l. si quis pro eo. § si nummos. ubi dicitur, in omnem enim causam acceptus uidetur, quæ ex ea numeratione nasci potest. Contra uidetur, quod non ex numeratione, quia numerationem pecuniæ non præcessit consensus, furiosus. n. erat. si ergo non daretur ex contractu, multo minus ex quasi contractu, vel maleficio, uel quasi: ergo nullo modo datur. Item ex consumptione non datur; quia non est modus connumeratus in iure, ut quis obligetur nisi præcedat consensus. ut infra eodem, non omnis. in princi. & in § si pupillus. Item nec potest dici furiosum videri consentire, quia ad suũ commodum spectat, quo agitur; quia hic expressus seu uerus, idest non tacitus consensus est necessarius, ut in locatio. ut infra locat. l. qui ad certum. Ioan. 3 respõ. dari utilem, scilicet specialem ex mutuo, scilicet furioso. cui prædictis rationibus consentire non ualet. dicam ergo 4 condictionem sine causa, vel certi generalem dari, ut infra eodem, lege, si & me. secundum Azo.

* Coniunge. l. si pupilli. de solutio.

* Condictionem. s. sine cã. l. i. & 2. de cõd. doc. sine cã. & l. si cũ seruum. inf. eo.

3 Cuius opinio hẽt locũ quãdo præcessit volũtas mutuãtis; quod nõ est i isto text. sm B. P. Ale. & Ias.

4 Istud tenetur sm p dictum.

m *Acquiri*] propter consumptionem.

n *Nam ex quibus*] à simili & exemplum sup. eo. l. certi cõdictio §. si nummos. Accur.

o *Causis.*] vt infra de action. & obligationibus, l. si a furioso. & Institut. de heredit. ab intestata. §. fin. autem.

p *Ignorantibus.*] ut si mutuo pecuniam alienam, quæ ignorante me consumitur. Accur.

q *Acquiri*] ratione consumptionis magis, quam consensus, ut hic, & infra eodem, lege, non omnis, §. si pupillus & infra de fideiusso. si quis pro eo. § si nummos. & inf. de iure dotium, l. pater filiæ.

r *Posse.*] condi. certi ex mutuo de in rem verso.

Nam

a *Nam & si fur Condictio.*] Ipsi furi. Ioannes.
b *Mutuo.*] proposito, vel destinatione, nam verè nō fiebat statim mutuum.
c *Dedi.*] scilicet ego, non fur vt differat a praecedenti casu. Accursius.
d *Consumpseris.*] sed tunc fit propter consumptionem, ut dixi §. lege prox. Sed quid si alienam pecuniam quam dedi mutuo, stipulatus sum mihi reddi, & dominus suam pecuniam vendicet antequam consumpta sit: an tenebitur mihi ille, cui eam numeraui? videtur quod doli exceptio 1 obstet mihi creditori: utpotè cum debitor eam domino teneatur restituere: propter quod generatur creditori praeiudicium. vnde illa sine culpa amissa per debitorem non tenetur: 2 vt inf. de stipul. ser. l. 1. secundo rñ. Item quid si dedi pecuniam alienam, neque uult eam consumere: qualiter à me conuenietur? videtur quod non certi cōdictione ex mutuo; arg. inf. eo l. non omnis. §. & cum pecunia. Item & condictio sine causa non datur: quia ex causa est apud eum, quae non est finita: nec datur respectu possessionis, quia ad certae pecuniae possessionem non est adstrictus. magis videt verum, 3 vt teneatur quasi consumpta pecunia quia per eum fit, ne consumatur, ut j. de cond. & de. l. iure ciuili. Si uero bona fide hoc faciat, ut quia est ei denunciatum à dño, ne consumat: secus est, ut hic subiicit.

* Vi. Cuia. li. 2. 3. obseruat. c. 18.
1† Al. quam si eos.
2† Fl. quaerit.
1 Approbat per P. Alex. & Ias.
3† Fl. per partem condico.
2 Idē B. B. P. & Ia. licet Aret. cōtra.
4† Al. seruo eos concessa.
5† Fl. quinū.
3 Sequit B. B. & P. Ias.

accipientis non facit: sed consumptis eis nascitur condictio. a Vnde Papinianus libro 8. quaestionum ait, Si alienos nummos tibi mutuo b dedi, c non ante mihi teneris, * quàm 1 † eos consumpseris. quod si per partes eos consumpseris, d an per partes tibi condicam, quaeritur. 2† & ait me, condicturum, si e admonitus alienos nūmos fuisse, f ideo per partes condicam, 3† quia nondum g totos consumptos compereram. h

Ex mutuo facto per seruum quaeritur actio dominis pro dominicis partib. & si communis pecunia mutuatur, cōtrahitur mutuū pro parte, quae est mutuantis; & cōdicitur pars nummorum pro mutuo, & non per singula corpora. Alex. de Imol.

¶ Si seruus cōmunis i decē k crediderit, puto, siue administratio seruo 4† concessa est, siue non, & consumantur nūmi, in quinque m 5 † competere actionem. Nam & si communes n nummos tibi centum credidero, posse me quinquaginta condicere, Papin. li. 8. qōnum scribit, etiam si singula corpora cōia fuerint. o

Consumptio pecuniae tantum operatur, quantū trāslatio dominij a principio: & ideo si translato dominio non fuisset orta obligatio, sed exceptio; similiter ex consumptione pecuniae non nascitur obligatio: sed extinguitur. Alexand. de Imol.

Idem lib 29. ad Edictum.

LEX XIIII.

SI * filiusfamilias contra senatusconsultum p mutuatus pecuniam q soluerit, patri nummos vendicanti, nulla exceptio r obiiceretur. Sed si consumpti sint 6† nummi a creditore, Marcellus ait cessare condictionem: s quoniam toties t condictio datur, quoties ex ea causa numerati sunt, ex qua actio nasci 7† potuisset, si dominium ad accipientem transisset. 8† in proposito autē non

* Ex tit. ad S.C. Macedo. & coniunge. l. sed & si. §. si ab alio cosi. & hunc colligunt doc. q plus non pot operari fictio, quā veritas: concor. tex. in l. fitio quē p. terans. inf. de vsb. & possess. rem. in l. cum hic status. § si pater inf. de dona. inter vir. & uxor.
6† Fl. fuer. ne.
7† Fl. esse.
8† Al. crast. lissit.

e *Si*] i. quia admonitus.
f *Fuisse.*] & si non consumpsisti omnes. Accur.
g *Nondum.*] dupliciter litera est hic cum vel: & sine uel. & si non habes, uel, est vnus casus, 4 f. si mutuaui tibi pecuniam alienam, puta x. cōsumpsisti v. alia. v. non consumpsisti: ego partem consumpta m petere potero. Sed quare totum non condicam? Respon. quia pars tantum est consumpta: non autem fuerunt consumpta tota x. quia fuit admonitus ne consumeret. Literam autem sic expone ibi, & ait condicturum: ideo per partes condico, quia nondum totos consumptos compereram: sed quare non erant omnes consumpti? si, id est, quia subaudi, fuit admonitus alienos nummos fuisse. Si autem habes uel: sunt duo casus. Primus mutuaui ad pecuniam alienam, puta x. consumpsisti v. & alias v. habes, nunquid partem repetam? Certè sic. sed quare partem condico? ideo certe, quia fuisti admonitus alienos nummos fuisse. secundus casus est, quia si non fuit admonitus, non tenetur nisi pro parte. quia non erant omnes consumpti. Literam autem sic expone: & ait condicturum, ideo per partem condico, si, id est quia admonitus fuit alienos nummos fuisse, uel quia nondum totos compereram consumptos, subaudi etiam non admonitus. Accursius.

4 Trāseūt cū gl. vsq; ad fi. B. B. & Pau.

h *Compereram.*] supple quia non consumpsit omnes: sed in partem etiam non admonitus. Accur.
i *Si seruus communis.*] aequalibus partibus.
k *Decem.*] quae erant communia dominorum aequaliter.
l *Concessa.*] & tunc statim datur actio, licet nummi cōsumantur, ut sup. eod. l. rogasti. §. si.
m *In quinque.*] & alias in quinum. i. quinque, & quinque: alias quinque.
n *Communes.*] mihi & tibi. si autem mihi & alii, omnes condicam post consumptionem, nisi & suo nomine dedi.
o *Communia fuerint.*] vnde mero iure nec vnum nummum nisi pro parte cōdicere potest: sed pp vtilitate & difficilem discretionē est receptū, ut condicat rē cōem insolidū pro dimidia parte .i. quinquaginta, ut ar. §. de usufru. l. vsufructuarium venat. in fi. & in fo. & ad hoc. j. de le. 2. l. cū pater. i prin. & j. p soc. l. si Titius, & j. de cond. ind. l. si poenae. §. fi. Accur.

S *I filiusfamilias.*] CASVS. Mutuauit pecuniam j senatuscon. filius accepit eā, & de pecunia patris soluit: an pater, si extet, vendicare possit quaeritur? & dicitur, q sic. Si vero consumpta sit, an eam condicere possit? Dr quod non. Videtur quod sic. nā cum alias si mutuem alienam pecuniam, ab initio non contrahit mutuū: sed postea si cōsumatur, per consumptionem reconciliatur mutuum: ergo videtur in hoc casu sic esse debere. quod non est uerum: quia illud intelligendum est, cū aliquis mutuat pecuniam vt si sua fit, statim dominio translato obliget sibi accipiē tem: sed hoc in secundo casu se liberatur: & ita secus hic: & secus ibi, an autem ipse filius eam per iuris errorem sic solutam condicere possit, dicitur, quod non. Viuia.
p *Senatusconsultum*] vt & inf. ad S.C. Maced. l. 1.
q *Pecuniam*] scilicet pertinentem ad patrem, & non de castrensi vel quasi peculio solutam, ut inf. ad Maced. l. 2. in fi & l. 2. sed profectitiam soluit, vel patris, vel etiam aduentitiam, ut C. de bo. quae lib. l. fi. §. pen.
r *Exceptio*] sed nonne est odiosa exceptio filio & patri cōpetens? ergo ob at inf de condi. inde. l. qui exceptionē? Rñ. illud e quando filius ageret etiam haeres patris cond. in de. qui non potest, etiam si fit haeres, ut inf. de con. l. inde. l. si non sortem. § si filius hic pater agit rei ven.
s *Condictionem*] imo uidetur cōpetere, ut inf. ad Mace. sed & si. §. si ab alio. in fin. quae est contra. Solu. secundū Io. 6 si uult ex sua persona pater condicere pōt, ut i. si ex filii, non pōt, ut hic: secundū Io. 7 dic q si extat, vēdicat pr si consumpta est mala fide, & ui furtiua, quia fiebat q erat patris, tunc condicet ut ibi. si bona fide, non cōdicit, ut hic, & ēt rei uen. tenetur qū mala fide consumpsit, quasi, lata culpa desijt possidere, uel dolo, ut sup. de rei uen. si culpa. & l. qui restituere. Alii distinguunt, 8 aut nomine patris fuit facta solutio, & tūc repetit pater, cū ipse non tenebat ēt de pecul o, ut C. ad Mace. si filius, aut filij, & tūc nō, ar. ad hāc distinctionem inf. de consti. pec. l. j. in fi. & l. 2.
t *Quoniam toties*] s. demum. & quod dicit, condictio datur s ex consumptione pecuniae. Et no. hic quatuor 9 pportionalia; & prima duo sunt paria, ut quoties ex ea causa numerati sunt ex qua dominio trāslato statim nascitur actio, ut crediti. i. mutuati, & solu ti indebiti, & locati, quando ex locatione dominium transit, ut inf. loca. l. nauem item ex eadem

5 Idem B.
6 Reprobat secundū B. B. P. & Ias.
7 Ista est uera secūdum praedict.
8 In idē recicidit, q primaijo reprobuit ēm eosdem.
9 Trāseunt cum gl. vsq; ac fi. B. & P.

eadem causa facta solutione, i numeratione, dominio statim non translato, reconciliatur obligatio ex consumptione: nam tantum facit consumptio quantū dominij translatio, vt hic, & ī. eo, l. nam & si fur. 2. respon. Alia duo, quæ sumuntur ex eo, quod dicit, in proposito autem non ita, sunt hæc, vt ex qua causa facta solutione, & dominio statim translato non nascitur actio, sed competit liberatio, vt soluta pecunia castrensi, vel quasi, ab hoc filio, vel etiam ab alio ad hoc ipsum, ut creditori soluat sibi datam, vt inf. ad Maced. sed & fi. §. si ab alio, ex eadem causa facta solutione, & dominio non translato per consumptionem non recōciliatur obligatio patris: imò mortificat quæ erat. quod ergo dicit, at in proposito non est, subaudi, ita: nam si esset dominus factus ipsa solutione, creditor non tenetur reddere, vt si de castrensi, vel quasi solutum esset, vt modo diximus.

1 † Plurim. ita esse.

a *Denique.*] pro certè.
b *Per errorem.*] scilicet iuris, vt q̄a Macedoniani beneficium ignorauit filiusfa. Si 2 autē in facto, vt credens se ex alia causa quam mutui teneri, repetit, vt enim promissio sibi non noceret errore facti interueniente, vt ī. ad Maced. l. fi. ita eodem errore facta solutio non nocet, ut C. ad l. Falc. l. se l. error. sed Pla. de errore vtroque intelligebat id quod dicit.

* Ex his mandati ut d. l. qui negotia, etc.

1 Sequitur Bart. & P.

c *Errorem.*]] non solum ex certa scientia, vt supra.
d *Soluti.*] i. consumpti quo ad patrem: sed quo ad filiū etiam non consumpti.
e *Repetitionem.*] siue soluat pecuniā castrensem, vel quasi filiusfam. adhuc, siue factus sui iuris quandocūque. Ac. ut

ita esse, 1 † Denique a per b errorē c soluti d contra senatusconsultum crediti magis est cessare repetitionem. e

In mutuo sunt quedā singularia cōtra regulas mutui. §. q̄ iubēdo debitorē tibi soluere, vel debitū à te ex vna causa, in causam mutui cōuertendo, mutuū contrahitur, licet verè nō fiat de meo tuū. h. d. Diuiditur in tres partes. Primò ponit vnū dictum generale. Secundo, illud exēplificat in duab personis. Tertio illud exemplificat in vna & eadem persona. Secundo ibi, Nam & si tibi. Tertia ibi, Quod igitur. Bartolus.

Idem lib. 2 ad edictum.

LEX XV.

Singularia * quędā f præcepta sunt circa pecuniam creditā. g Nam si tibi debitorem meū iussero dare pecuniā, obligaris mihi, q̄uis nūmos meos non acceperis. h ¶ Quod igitur in duab. personis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendū est: vt cū ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenerit * vt crediti k nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & à me ad te pfecta. l

Pecuniā meam alteri debitā possum mutuare, sed alienam non, sine domini voluntate. h. d. duo ponit, vt patet in summario. Secunda ibi, Quod si. Bart.

Paulus lib. 32. ad edictum.

LEX XVI.

SI socius m *propriam pecuniā mutuā dedit, oīmō creditā 2 † facit, licet cæteri dissēserint. Quod si cōem numerauerit, nō alias creditā effi cit, nisi cæteri quoque consentiāt. quia suæ partis tantum alienationem habuit.

Filio existenti in studio de æquitate subuenitur, vt agere possit, licet patri actio competat. Bart.

* Dicit.] cuius sententiam hic Alcia. amplectitur.

2 Hæc est prima lectura, q̄ reprobat fm Bar. Bal P. Alex. & Ias.

3 Imo non nisi vnum, sed sūt duo exempla ipsius. Ale. & Ias.

4 Imò ex qualibet ꝗ traditur bona fide, & non clā factum, fm Ias.

5 Imo & hēt locū in aliis rebus mutuabilib. fm Ful. Al. & Iasō Bar.

Singularia quædam.] ¶ Ac. Vs. Dicit quod quæda spe cialia obseruantur in pecunia credita, quæ in al is creditis non obseruantur: quæ licet multa sint, non ostendit nisi vnum: ut petebas a me mutuam pecuniam: dixi debitori meo, ut tibi solueret. teneberis mihi ex mutuo, & si num mi nunquam mei fuerunt. Item debebas mihi decē ex causa commodati, vel alia simili causa, conuenit inter me, & te, ut deberes ex causa mutui ea habere, mutuum erit: & tamen nil mutuaui. Viuianus.

f *Singularia quædam.*] i. quædam specialia 2 seruantur in causa pecuniæ creditæ quæ nō seruātur in alijs contractibus Sunt autē octo specialia: & duo 3 ponit hæc lex. Est tertium quod facilius pecunia a consumitur, & sola immistione, ut ī. de sol. l. nummi Item pecunia ex bonis debita partem quamlibet respicit facultatum. quod non est in specieb vt ī. ad Treb. deducta, § nūmis. & de leg 2. cū pater, in prin. & ad idem sup. de iud. si fideicōmissum. § tractatum. Item vt sola scriptura tutor ex hac causa 4 se faciat pupilli debitorem, & econtra si est creditor, sibi soluat, vt ī de admin. tut quoties, § non tantum, & §. sicut. quod non est aliās, ut ī. de contrah. emp l. si in emptione, in § vlt. & ī. de auth. tut. l. v. Item vt facile per pactum alteri actio quæratur, dummodo nomine suo cōtrahant: ut C. per quas pers. nob. acqui. l si. & ī. eo. certi condictio, § si nummos. Item aliud quod ex nummis mutuatis pars cō dicatur, licet omnia 5 corpora fuerint cōmunia, vt ī eo. n. m & si. §. fi. Item aliud, vt vsuræ peti non possint, nisi sti pulatio interueniat, vt C. de vsur l quamuis possit: etiā stricte int. Ilegi, vt cum natura mutui sit, vt de meo tuū fiat: hoc tamen fallit in duob. casibus Sed secundum primum, creditam, largè pro omni credito dicit.

ADDITIO. Ista glo. non est Accur. sed ad ditio Seruon: & ponit verā lecturam fm cōiter scribentes hic.
g *Creditam.*] i. mutuatā & largo modo accipe pecuniā: 6 vt ī. eo. l. si §. itē. & hoc prout ad exempla, quæ sunt in lege, refertur: sed put ad gl. ordinariā, creditā, largè pro omni pro omni credito.
h *Non acceperis.*] s. vere reideceq; mutuū propriè nō est, interpretatiuè tū erat mutuū, vt ī prox. rñ. sed hoc non videt esse speciale in pecunia, cum & idē uideatur in alijs casib. vt ī. de donat. inter vir. & vxo. l. iij. § si. & ī. de fur. l. falsus, in prin. quæ sunt contra. Sol. ibi erāt 7 res præsentes, ut infra de furt l. falsus, §. sed si is. & ir. s. de solut. qui decē. & ī. de rei vend. l. eius rei, in fi. & l seq. hic autē siue præsens, siue non.
i *Eadem persona.*] i. in te solo.
k *Crediti.*] i. mutui.
l *Perfecta.*] s. breui manu, vt hic, & ī. de iure dot. l. licet, §. quoties. & sic nota, quod alius cōtractus in causam mutui potest cōuerti, vt hic, & C de non nu. pe l ad uersus. sed ī ī. mād. qui negotio Sol. il l s nō erat pecunia in præsenti hic sic, fm Ia. Tu dic, 9 q̄ hic extabat, & parata erat solutioni, siue præsens, vel non animo n. & c. vt ī. e. certi condictio, si sl. bi sūt consumpta erat. Item ad idē est ī C. eo. l. si ex pretio. Sol. hic paratus 10 erat soluere: ibi non. Aliq q̄ ibi non erat præsens hic sic. Tu dic, q̄ quātum ad vsuras est ibi ī ctus pro infecto, nisi stipulatio interces: sed quantū ad sortem, ibi, & hic ualet, si erat destinata solutioni. Item quod hoc casu dr, nō vr in pecunia speciale, cum idem sit in re alia, ut ī. de sol. si pecuniam, & modo superiori casu dixi. Rñdent quidam, 11 q̄ hic l si pecuniā, iussit ponere hi. non hoc nō ualet. quia idē & si non iussit, vt ī de furt falsus, §. si tu dic in hoc est speciale. quia licet res non sit in cōspectu, nihilominus tamē intelligat in me transferri dñium, si tū aliquis paratus sit soluere. hoc est quod ait Ie. si tū destinata esset solut oni, & pecunia retinetur in causam mutui, vt ī. eo. certi § fin. alias nō nisi res in cōspectu sit: uel nisi interueniat stipulatio Quæret aliquis: cur ergo in casu superiori nō dicitur mea facta pecunia: cū idem in vtroq; casu dicat statim se deberē. & tū dicit ibi, quamuis 12 nummos meos nō acceperis? Respon. vere non accepit meos: sed fictione iuris mei sunt breui manu facti: ut ī. de iu. dot. l. licet, §. quoties. & cum hac determinatione potest intelligi, quod dicitur C. eo. l. si pro mutuo. quia res ibi erat præsens. Accur.

* Conuenerit.] verbum hoc diligenter expensum est illo scilicet in l qui negotia ff. mandati.

6 Nihil f. imo solum accipitur p mutuo, fm Bart.

* Intellige hanc l. secundum l. nam si fur. §. fi. sup. eo. & vid. Cuiac. li 8. obseruat c. 8.

2 † Duarenus creditam pecuniam facit.

7 Reprobat am B. Ale. & Ias.

8 Reprobatur Bar, B. Ale. & Ias.

9 Ista est vera fm pdictos.

10 Reprobatur cū seq. ideo dic, q̄ ibi interuenit stipulatio: hic non, fm eosdem.

11 Etiam reprobat; ideo dic q̄ ibi pecunia erat p̄sens, hic nō, fm B. Ale. & Ias.

12 Sequit Paul. & Ias.

SI socius.] CASVS. Habebam socium: conuenit inter nos, q̄ omnia bona nostra essent communia. meā propriam pecuniam mutuaui: postea acquisitam, sed non cōmuniĉatam, ut ī. pro soci. l. si quis societatem, circa si licet socij dissenserint, erit mutuum: quia si fuit communis, & dissenserint, pro parte mea erit mutuum. Viuianus.

m *Si socius.*] omniū bonorum, vt aliqua sit huius legis dubita-

dubitatio: adhuc tamen non posuerat in communi, quod post contractam societatem quæsierat, vt infra pro socio l.nemo ex so.ijs.§.fin.& l. si quis societatem. & ad hoc infra, de successorio edicto,l.j §.vnusquisque. & infra, de solutionib. si is cui. Accursius.

f *Condictione.*] sine causa Azo vel certi generalis inspecta opinione recipientis. Ioan.

g *Dantis.*] quia non habuit animum repetendi: alias non esset bona ratio: quia & in mutuante alienam pecuniam accidit. Accursius.

Dum filiusfamil.] CASVS. Si filiusfam. mutuauit suum viaticũ, i. pecuniam, quam sibi pater mittit causa studii, poterit petere officio iud. vel utili certi condictione directa pauli cõpetente, patre non præsente existente. Viuianus.

a *Viaticum.*] i. viç & itineris dispendium, et moræ, vel quã portauit causa expendendi in studio. Accur.

b *Extraordinaria.*] i. officio iudicis sm M. et Azo. vt arg. ĩ. de cõd. et demon. si cui. Itẽ utili 2 certi cõdictione, sm Io. vt ĩ. de iud. l. si longius, §. i. quia directa datur patri, 2 vt et quælibet alia quæsitu per filiũ: nisi in quatuor casib. qui sunt ĩ. de actio. et obl. l. filiusf. et nisi in actione in factum, vt ĩ. eo. tit. in factum. Nec est absurdũ prædicta duo auxilia dari: cum ambo ex æquitate dentur. sic et supra, de rei vend. l. si autem, § si homo.

Si ego.] CASVS. Petebas a me mutuum; numeraui tibi, non ex causa mutui, sed ex causa donationis; tu credebas me mutuasse. vtrum erit donatio, vel mutuũ? Nec erit donatio, nec erit mutuum; sed si consumpta sit, erit credita pecunia; sed obstabit mihi donationis exceptio, s. quod pecunia mea voluntate, et animo nõ repetendi sit consumpta. idem erit in casib. sequentibus, sed in his non obstabit exceptio petentis sicut in superiori: & consumptione reconciliabitur mutuum. Viuianus.

*Alex. hic not. ex isto text. q scholaris quamdiu est in studio, dicitur esse in via. qđ facit ad mult a, de quo per eum hoc.

1 Hoc verum quãdo fuit secuta consumptio alias non. Ias.

2 Et bene sm B. Bal. Pau. Alex. et Ias.

* Doct. hic not. ex isto tex. quod dissensus impedit contractũ. concor. tex. in §. inter stipulantem, §. 1. inf. de verb. obl. text. in l. in omnibus. §. vlt. infra, de actio. & oblig.

1 † Flor. deest, & alias, nam et si ego.

Vlpianus lib. 1. Disputat.

LEX XVII.

CVm filiusfamil. viaticum a * suum mutuum dederit, cum studiorum causa Romę ageret; responsum est à Scæuola, extraordinario b iudicio esse illi subueniendum.

Error in specie contractus impedit contractũ, & dominij translationem, quæ reconciliatur consumptione secuta: & quoad dandam petitionem, seu actionem inspicitur recipientis intentio: quo ad dandam exceptionem inspicitur animus dantis, h.d. muliam pulchra lex. Bart.

Idem libro 7. Disputat.

LEX XVIII.

SI* ego pecuniam tibi, quasi donaturus, dedero, tu quasi mutuam accipias, Iulianus scribit donationem non esse. Sed an mutua sit, videndum est. Et puto nec mutuã esse: magisque nummos accipientis non fieri, c cum alia opinione acceperit. d Quare si eos consumpserit, e licet condictione f teneatur, tamen doli exceptione vti poterit: quia secũdũ voluntatem dantis g nummi sunt consumpti. Et 1 † si h ego quasi deponens tibi dedero, tu quasi mutuum accipias, nec depositum, nec mutuum est. Idem est, i & si tu quasi mutuam pecuniam dederis, ego quasi commodatam ostendendi k 2 † gratia accepi: sed in vtroque l casu consumptis nummis, condictioni m sine doli exceptione locus erit.

Actus numerationis non operatur, vt quis obligetur vltra intentionem agẽtium, h.d. Primò ponit dictum. Secundo illud per duo probat exempla. Secunda ibi, Nam & is. Tertia ibi, Et cum pecunia. Bartolus.

Iulianus lib. 10. Digestorum.

LEX XIX.

NOn omnis numeratio eum, qui accepit, obligat. n sed quoties id ipsum agitur, o vt confestim obligetur. Nam & is, qui pecuniam mortis causa donat, numerat quidem 3 † pecuniam, sed non aliter obligat accipientem, quam si existat 4 † casus, p in quem obligatio collata fuit: 5 † veluti si donator conualuit: aut is, qui accipiebat, prior decessit. q Et cum r pecunia datur, vt aliquid fieret, quamdiu in pendenti est, an id futurum sit, cessabit obligatio. s Cum verò certum esse cęperit, futurum id non esse, obligabit qui accepit: veluti si Titio decem dedero, vt Stichum intra calendas manumittat:

h *Et si.*] verè supple ita est, nam &c.

i *Idem est.*] econtrario. Accursius.

k *Ostẽdendi.*] vt dixit apparcã, ut ĩ. cõmo. l. j. in fi. & sic ex prædictis tribus rñsis colliges sic, dñium non transire, nisi vterque cõsentiat, vt ĩ. de act. & obl. l. in omnibus.

l *In vtroque*] s. secundo, & tertio: non primo. Accursius.

m *Condictioni.*] sine causa.

Non omnis.] CASVS. Ponit hic regulã: et eam probat exemplis. Regula est: q non semper obligatur cui pecunia mutuatur. donasti mihi causa mortis, non aliter tibi obligor, nisi conualueris, vel prius decesserim. Item dedisti mihi decẽ, vt seruum meum intra calen. manumittam: vel domum ædificatem: obligor ex numeratione si intra calend. non manumittam.

¶ *Si pupillus*] Pupillus mutuauit mihi pecuniam, vel soluit nõ authore tutore. Primo casu consumpta pecunia ero sibi obligatus. In secundo erit a me liberatus, si ego eandem pecuniã al. j credam, vel soluam, quia et eum in primo mihi obligo. In secundo autem me ab eo libero. Viuianus.

n *Obligat.*] cur ergo df re contrahi obligatio: ut Inst. qui mod. re contrah. oblig. in princ.? Respõ. 5 nõ dicit ideo, quia aliud non exigatur, sed dicitur quia sine re ɔ̃hi non potest. Az.

o *Agitur.*] scilicet expressè, uel etiam tacitè. nam sæpè extra id quod agitur, tacita nascitur obligatio, ut inf. com mod. si ii qui. in fi.

p *Casus.*] s. unus de tribus infra dicendis.

q *Decessit.*] aut pœnituit donantem. Et sic no. q tribus modis reuocatur donatio causa mortis, ut hic, et Instit. de donat. §. j. et inf. de donat. cau. mor. Seia, in fi. j. respon.

r *Et cum.*] aliud exemplum.

s *Obligatio.*] i. effectus obligationis. 6 sic inf. de cõd. cau. data, l. quod Seruius. et est hic arg ad quæstionem, quam feci ĩ. eod. l. nam et si fur. Item quid si decem dedi, ut domum faceres vsque ad calendas, et iam sumus propè calendas, ut certum sit te opus facere non posse; an agã statim? videtur quod sit: sed obstat doli exceptio, ut inf. de verb. oblig. l. cum stipulatus sim mihi a Proculo, et l. stipulationes, §. planè. sed contra videtur, quod non agam vllo modo, nisi prius illa die elapsa, vt inf. de uerborũ obli. l. si stipulatus essem abs te, et melius supra, si quis caut. l. si eum, § homo.

c *Non fieri.*] imò videtur fieri: quia in corpore consentimus, et in dominij translatione: licet in causa dissentiamus, ut infra, de acquir. rerum dom. l. cum in corpus. quæ est contra. Sol. hic erat certa causa, ex qua sola volebat dominium transferre, scilicet donatio: nec ex alia causa volebat rem ad alium pertinere ibi etiam aliter uolebat fieri rem accipientis. Vel dic, 3 quod ibi de donando promissio, vel debitum præcesserat traditionem. vnde licet vno modo, ut donum tradatur, tu uerò, ut creditam accipias; tamen tua sit, ut infra eo. l. ij. §. fi. hic autem de donatione futura intelligitur, et potes hic dicere quot sunt errores, qui vitient contractus, ut dixi inf. de contrah. emp. l. in venditionibus. Accursius.

d *Acceperit.*] mutat personas.

e *Consumpserit.*] sed quid si extent? Respon. idem: 4 quia cum extent, vtriusque uoluntate uidetur reconciliari posse donatio, arg. ĩ. de transact. l. et si post rem iudicatam, § j.

3 Iste est cõis, alia reprobata sm B. Bal. Pau. Aret. Alc. et Ias.

4 Sequitur Bart. Paul. & Alexan. Triumt tenent Fulg. Cyn. Bal. et Ias.

2 † alias, ostentando Haloan.

3 † Florẽ deest, quidẽ.

4 † Flor. extitisset.

5 † Flo. fuisset, & infra conualuisset, & infra decessisset, sapuisset, acceptisset. pro propterea quod tps sit præteritum, nec amplius futurum i. directo & per se futurum non esse, secus si obliquè id certum sit, puta, quia Stichus ante mortuus est. Cont.

5 Idẽ B. E. et Paul.

6 Approbatur per Ias.

Nulla

ante calendas nullam [a] actionem habebo: post calendas ita demum agere potero, si manu missus non fuerit. [b]

Consumptione facta per recipientem, vel per aliũ, mutuũ, & solutio reconciliãtur. h. d. Diuiditur. Primo loquitur quando pecunia est cõsumpta per recipientem. Secundo quando per aliũ. Tertio ponit vnã regulam generalem. Secunda ibi, quapropter. Tertia ibi, Nam omnino. Bart.

¶ Si pupillus sine tutoris authoritate crediderit, aut soluendi causa dederit, [c] consumpta pecunia condictionem habet, vel liberatur: [d] nõ alia ratione, quàm quod facto eius [e] intelligitur ad eum, qui accepit, peruenisse. Quapropter si eandem pecuniam is, [f] qui in creditum, vel in solutum acceperat, alij porrò in creditum, vel in solutum dederit: consũpta ea, & ipse obligatur pupillo, vel eum à se liberat, 1 † [g] & eum, cui crediderit, 2 † obligatum habebit, vel se ab eo liberabit. Nam omnino, qui alienam [h] pecuniã credendi causa dat, cõsumpta ea habet obligatum eum, qui accepit. [i] itẽ qui in solutum dedit, liberatur ab eo, qui accepit.

Donatio, in qua aliquod pactum apponitur, & pecunia quæ spontanea voluntate non creditur, non dicitur propriè donatio, uel creditum de rigore, secus de æquitate. Bartolus.

Idem libro 18. Digestorum.

LEX XX.

Si tibi pecuniam donassem, vt mihi eandem crederes: an credita fieret? Dixi, in huiusmodi propositionibus [k] non proprijs verbis [*] nos vti. Nam talem contractum neq; donationem esse, neque pecuniam creditam. Donationem non esse: quia non ea mente pecunia daretur, vt omnimodo penes accipientem maneret. Creditam non esse: quia ex soluendi [l] causa magis daretur, quàm alterius obligandi. Igitur si is qui pecuniam hac conditione accepit, vt mihi in creditum daret, acceptã dederit: non fore creditam: magis enim meum [m] accepisse intelligi debeo. Sed hæc intelligenda sunt propter subtilitatem verborum. [n] benignius [o] tamen est vtrumque valere.

Creditor tenetur partem debiti confessatam recipere: de parte verò dubia litigare. Bartolus.

Idem libro 48. Digestorum.

LEX XXI.

Quidã [*] existimauerunt, [p] neque eum, qui decem peteret, cogendum quinque accipere, & reliqua persequi: neque eum, qui fundũ suum diceret, partem duntaxat iudicio [q] persequi. Sed in vtraque causa humanius mihi 3 † facturus videtur prætor, si actorem compulerit ad accipiendum [r] id, quod

a *Nullam.*] nisi pœniteat, vt infra de cond. cau. da. l. dedi. §. primo.

b *Non fuerit.*] sed lex eum facit liberum. vnde videtur quòd nunquam repetam, vt C. si mancip. ita fuer. l. l. 3. & l. si puellam, quæ sunt cõtra. Sol. 1 hic cogitauit de actu manumittentis, ibi de effectu, vt infra de verbor oblig. qui Romæ. §. Flauius. Accu.

c *Dederit.*] cuidam suo creditori.

d *Liberatur.*] quod est post cõsumptionẽ.

e *Eius*] scilicet accipientis: puta quia id consumpsit. vnde si eam perdidit qui eã accepit, non contingit liberatio pupillo, secundum [2] Azo. sed tu dic à facto eius, scilicet pupilli soluẽtis, vel credẽtis. nam ad superiora facienda est relatio. esset enim iniquum eum, qui accepit, licet non habeat, nec dolo desijt habere, non teneri pupillo, vel non liberari pupillum. sic enim esset eius mutuantis, vel soluentis conditio deterior quàm maioris, in cuius periculum transit hæc pecunia, vt insti. quibus mod. re cõtrahi. oblig. §. item is. pro prima opinione est, quia dominium non erat translatum hic, quod secus est in maiore. Item in eo quòd dicit, quòd peruenit ad creditorem, ita quòd pupillus liberetur, & sic per consequens non repetet pupillus, vt hic, & supra de solu. quòd si fortè. in fi. est contra infra de cond. indeb. l. interdum. Solu. 3 hic fuit naturale debitum, & ciuile: ibi naturale tantum: quo casu fauore pupilli locus est repetitioni: vel hic & ibi competit liberatio si voluerit. vel secundum M. de rigore.

f *Is.*] primus acceptor.

g *Liberat.*] sic ergo consumptione reconciliatur solutum & creditum, vt hic, & supra eodem, l. nam etsi. & infra de in re do. l. pater filiæ.

h *Qui alienam.*] vt hic fuit in primo acceptore, qui dedit secundo.

i *Accepit.*] secuta consumptione. Accur.

S *I tibi pecuniam.*] CASVS. Donaui tibi tali lege pecuniam, vt eam mihi incontinenti mutuares. dicitur quod impropriè loquor; quia non est donatio, nec creditum. donatio non est, quia non habui animum donandi, idest vt pecunia semper penes eum maneret. Item ideo non est creditum, quia creditum debet esse spontaneum; & hic non credis, quia facis hoc, ad quod tenebaris. ista sunt de iuris subtilitate. verius tamen est, vt sit mutuum, & donatio. Viuianus.

k *Propositionibus.*] scilicet supradictis, & subauditis hac lege.

l *Ex soluendi.*] ex pacto, quod fecerat de re mutuanda. Acc.

m *Meum.*] idest mihi debitum. vulgariter enim dicit, sic infra eod. l. si & me, in fi. & sic no. quòd nec est mutuum nec donum, vt hic, & infra de solu. l. qui sic. quod secundum rigorem intelligitur. aliter de æquitate, 4 vt hic subijcit, & supra de dolo. l. qui id. §. primo. quæ est contra. & hic æquitas præualet, vt C. de iud. l. placuit. & facit infra de sol. l. si quis duos.

n *Verborum.*] idest donationis, & mutui, quorum primum significat rem penes donatarium permansuram, vt infra de donat. l. prima, in princip. secundum significat spontaneam voluntatem credentis, vt C. de actio. & obligatio. l. sicut. & facit ad hanc l. inf. de verborum obligatio. l. si pœnam stipulatus.

o *Benignius.*] scilicet de æquitate. & sic no. quòd finis corrigit totam legem. Accur.

* Testes nõ nisi super quo producũtur interrogãdi sunt.] Adde quod si secus fiat, eorũ dictũ est nullum Bart. in l. si quis libertatẽ. col. 5. ff. de pen. hæ. Bal. hic. de quo vi. Imo. inc. super hoc de tenunt. ver. ex hoc etiã.

a *Res tradatur.*]hæc enim veniunt in hac actione, ut ỹ. de act. emp. l. ex empto. in prin. alias ad interesse agitur, ut inf. de act. emp. l. j.

b *Iuratum est.*] me deferente.

c *Teneri.*]Nota mirabile, sacramentum * uim pacti obligatorii habere, ut C. e. actori. sic & ỹ. de lib. cau. l. fin. & ỹ. de oper. lib. ut iure. Item no. etiam cōtra eum, qui iurauit actionem dari, ut ỹ. prox. resp. & sic est contra ỹ. de ex cep. rei iudi. l. euidenter. Sol. hoc contingit 1 propter perplexitatem, i. connexitatem. & idem in seq. mecursius.

d *Soluerit.*] No. offerri debere, ut inf. de act. empt. l. Iulianus. §. offerri. & ỹ. de pig. act. l. si rem alien. §. omnis. si ergo uidetur deterioris conditionis qui iurauit se obligasse, pro x. quam si in ueritate obligasset, in quo casu teneretur probare creditor se numerasse, ut C. de non num. pec. l. j. sed non est ita. Distingue ergo: 2 quia aut iurauit se obligasse pro x. in quo casu probabit creditor se numerasse: an etiā iurauit se obligasse pro x. quæ accepit: & tunc conuenitur ex suo iuramento, & ita hic.

e *Conueniri.*] actione in factum, cum informiter si iuratū quantum ad x. 3 de quib. non est dictum qua causa debeantur.

f *Iurauit.*] ante finitum matrimonium. Accursius.

g *Nam & hic*] idest hoc casu. Et no. hic, quod pro te admittis, & contra te debes admittere, ut ỹ. prox. §. & ỹ. si cert. pet. l. cum fundus. §. j. Item no ¶ alterius iusiurandum alteri prodest, ut hic, & ỹ. prox. §. & sic est contra ỹ eo. l. 3. §. sed an iusiurandum. Sol. ut ibi.

h *Dandam.*] si solutum est matrimoniū.

i *Per genium.*] * Genius dicitur Deus principis, qui ingentem, i. magnam suam potentiam exercet.

k *Superindici.*] Expone Græcē, i. importune, noli iurare. & sic no hunc puniri. Sed contra C. eo. l. 2. in fi. Sol. ibi iurauit 4 per maiorem, hic non. Vel ibi non tenetur ordinaria pœna, scilicet crimine læsæ maiestatis, hic autem castigatur. Item hic quando per Imperatorem iurauit. 5 si autem per Deum, maiorem & duriorem habet ultorem, ut C. eod. l. 2. Accursius.

Q*Voties*] CASVS. Libertus dicebat se. x. soluisse patrono. hoc negabat patronus detulit iusiurandum, patronus noluit, ¶ sibi remitteret iusiurādum. an audiri debeat? Dicitur quod nō. Idem est si de pecunia inter eos erat controuersia, vt quia libertus dicebat patronum constituisse se ei soluturum. Viuianus.

l *Quoties. Propter rem.*] id est propter veritatem, uel sic esse, uel non esse, ut hic subiicit. sic ponitur ỹ ad leg. Corn. de fal. l. j. §. qui in rationibus. Sed sacramentum calumniæ ē de credulitate, ut C. de iura. calum. l. 2. §. fin. autē. & hoc sacramentum calumniæ olim remittebatur, q dic. ut infra eo. l. iusiurandum.

m *Ad personas egregias*] ut ad episcopos, 6 ut C. de episcopis, & cleric. authen. sed iudex. Idem de domina, alias qui contra fecerit, capite puniatur, ut C. de offi. diuer. iudi. l. Idem & de senibus, ut in auth. de hære. & fal. §. 1 hinc nobis. in fi. coll. j. Idem de legū doctoribus: & de eorum familia. 7 & similis rei tenuia ex hibetur, ut C. de prof. & medi. l. medicos. Accursius.

n *Domum*] ex hoc patet quod per se debent iurare. Sed huic l. est contra argumē. C. de epis. & cleric. l. iubemus. §. finali. mecursius.

S*I patronus*] CASVS Patronus duxerat libertam suam in uxorem: & celebrato inter eos diuortio instituit liberta contra patronum actionem rerum amotarum: detulit ei iusiurandum, an debeat iurare compelli? Dicitur quod non. Sed pone: patronus in cōsimili causa liberte iusiurandum detulit, & ipsa uult quod patronus iuret de calumnia, scilicet, quod non calumniose detulit iuramentum, an patronus iurare debeat. Dicitur quod non. Viuianus.

o *Non compellitur.*] patronus conuentus soluto matrimonio.

p *Iudicio.*] vxor eadēque liberta cum conueniret actione rerum amotarum maritum quondam, eundemque patronum: & ei deferat iuramentum, non iurat patronus, quia actio male instituitur, cum sit fam. contra de obsequiis. l. honori. & l. parens sed secus in alia hac actione conuento, qui iurare cogitur, 8 ut inf. à rerum amotarum, lege, Marcellus §. primo.

---

res tradatur, a & de euictione caueatur: an tñ ad pretium consequendum ex vēdito conueniri possit, vidēdum est. 1 † & si quidem de hoc ipso iuratū est, b & 2 † quòd pretium solutum est: nulla ꝑ pretio actio superest. Si verò hoc non fuerit iuratum, tunc consequens est de pretio eum teneri. c ¶ Idē dicemus & si q̄s societatē fecisse iurauerit, nam & is ꝑ socio poterit conueniri.

Quando iuratur super contractu, cōpetit vtilis ex eo contractu tunc, quādo competeret si verè contractus intercessisset. Bart.

¶ Marcellus etiam scribit, si quis iurauerit ob decem pignori dedisse fundum, non aliās eum pignoratitia agere posse, q̄ si decem soluerit. d sed & illud adiicit, 3 † fortassis eum etiam in dicē ex iureiurando suo posse cōueniri. e quod magis probat: 4 † cui Quintus Mutius 5 † Saturninus consentit: argumentoq; hic 6 † vtitur eius, qui iurauit f eam, quæ vxor sua fuerat, rem g sibi in dotem dedisse. nam & hic 8 vxori ait vtilem de dote actionem dandam. h quæ non esse extra æquitatem posita, non negauerim.

Qui iurando per principē peierat, fustibus castigetur. Bartolus.

Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium i principis dare se non oportere, & peierauerit; * vel sibi dari oportere, vel intra certum tēpus iurauerit se soluturum, nec soluerit: Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti, 7 † & ita ei superindici, k προπετῶς μὴ ὄμνυε. 8 †

Iuramentum veritatis parenti, vel patrono non remittitur. Bartolus.

Paulus lib. 1. l ad edictum.

LEX XIIII.

Q*Voties propter rē l iuratur: nec parenti, nec patrono remittitur iusiurandum. propter rem, aūt iusiurandum exigitur (veluti de pecunia credita) cū iurat actor sibi dari oportere, vel reus se dare non oportere. idem est cum de pecunia constituta iusiurandum exigitur.*

Egregiæ personæ, vel morbo impeditæ, coram iudice ad iurandum venire non compelluntur. Alex.

Idem libro 6. ad edictum.

LEX XV.

A*D personas egregias, m eosque, qui valetudine impediuntur, domum n mitti oportet ad iusiurandū. 10 †*

Non cogitur quis iurare super actione, quæ contra eum proponi non potest. & patrono remittitur iuramē tum calumniæ. Bartolus.

Vlpianus li. 19 11 † ad edict.

LEX XVI.

S*I patronus libertam suam duxerit vxorem, non cōpellitur o iurare de rerum amotarum iudicio: p sed &*

Iuram.

---

* Sacramentum uim pacti obligatorii hēt: vi. ỹ. l. iusiurandū & l. Duob. §. ex duobus

1 † Flor. de est, est.

2 Idem Bar. Fulg. Sal. & Alc.

2 † Flor. de est, &.

2 Istam distinctionem sequūtur B. B. Paul. Al. & Ia. licet Cy. & Fulg. contra.

3 † Flo. adjici.

4 † Probatur.

5 † Flor. deest, Mutius.

6 † Flor. deest hic.

3 Approbatur p. Bar. Ful. & y le.

*Genius qd sit, vi. F est ū lib. 7. in dic. Genium.

8 Ista est de mente Alb. B. P. & Alexan.

4 Idem Ba. P. Alex. & Ia.

* *Peierauerit.*] *De pœna periur* *Cace. lib.* 8 *fi. in a & Ee. lib.* 9. *nob. Att c.* 18.

7 † Flor. castigādum dimittere, & ita ei superdicis. & vi Cuiac. li 8. obser.

Alex. libro dispun 4. c. 2

8 † *Perperā non iurato. Fle petit tutaleanter ut iurate.*

6 Id est, presbyteros Ia.

9 † Flo. le. j.

7 Bal. dicit istam gl. fore fing. ad hoc, q fami liai gaudet eis. em priuilegiis quibus gaudet dñs familiæ: concor. gl. in l. resti tuendæ C. de adu. diue. iudi. gl. in l. 2. C. de epi. & cl. & glo. in c. nullus. de so. comp. Bolog.

10 † Flor. iurandum.

11 † Flo. lib. 18.

8 Sequitur B. F go. & Sal.

a *Iurare.*] quia hoc iuramentum, & parenti, & patrono secundum hanc legem remittitur, vt inf. eo. l. iusiurandum. §. qui iusiurandum. & inf. de obsequiis. l. licet.

IVsiurandum.] CASVS. Detulisti mihi iusiurandum voluntarium, & ego dico tibi quod debeas iurare. Dicitur quòd nõ teneris, &c.

¶ *Pupillus.*] Pupillus egit ꝯ me, detulit mihi iusiurandum: videlicet delatione facta tutoris authoritate, & si fine tutoris authoritate detulit mihi iusiurandum, si postea aget, obstabit ei exceptio: sed replicabitur: quia non habuit potestatem administrandi res suas: & ita deferenti iuramentum actio non datur.

1 † *aliàs, non dit ipse iurare.*

¶ *Si tutor.*] iusiurandum delatum authoritate tutoris seruandũ est idẽ i curatorẽ. *Procurator.*] ita continuatur cũ l. seq. quòd procurator in trib. casibus potest deferre iuramentum. Si habeat liberã, & generalem administrationẽ. Idẽ si habeat speciale mãdatum, ut deferat. Idẽ si sit procurator in rẽ suam: qui si alijs casibus deferat, non auditur qui detulit, & iurat, & non ideo dño præiudicatur. Et ad hoc quòd bene intelligas, nota, quòd tacitè respon. iurisconsul. dubitationi, quia videtur, quòd sit ꝯ ius cõmune, l. si procurator cauerit de rato, quia si dñs venerit contra iuramentum delatum à procuratore, & cœperit agere contra eum, qui iurauit: dicet ille procuratori: volo te conuenire de rato. Et ad hanc obiectionem respõdetur in litera, quòd neque ei prodest ista cautio: quia dominus venerit contra iuramentum delatum a procuratore, & cœperit agere contra illum, qui iurauit: dicit ille p̃curatori, uolo te conuenire de rato. dicit procurator, quod non potes, quia aut succubuisti contra dominum meum, aut non. si non, non debes me conuenire, quia nihil tibi obest. si succubuisti: aut iustè, aut iniustè. si iniustè, hoc non est mihi imputandum ut inf. de euic. l. si per imprudentiam, §. cum autem. si iustè: ergo decepisti me falsum iurando. Et hoc dico vsq; ad l. illam, si seruus, quæ illa est plana, & continuatur cum duabus l. gibus sequẽtibus, &c.

2 † *Vl. q. si sine tutore authore.*

si ipse deferat iusiurandum libertæ suæ: de calumnia non debet 1 † iurare. a

Iuramentum conuentionale non potest referri. B.

Paulus lib 18. ad edictum.

LEX XVII.

IVsiurandum, quod ex conuentione extra iudicium defertur, referri non potest. b

Qui non potest alienare, non potest iuramentum deferre. Alexan.

¶ Pupillus c tutore authore iusiurandum deferre debet. d quod si sine tutoris 2 † authoritate detulerit, exceptio quidem obstabit, e sed replicabitur: quia rerum administrandarum ius ei non competit. f ¶ Si tutor qui tutelam gerit, g aut curator furiosi prodigi ve, iusiurandum detulerit, ratum id haberi debet. h Nam & alienare res i & solui eis potest: & agendo, rem in iudicium deducunt.

Procurator potest iuramentũ deferre, si habet generale cum libera, vel speciale mandatum: vel est in rem suam: aliàs secus, etiã si caueret de rato: propter dubiũ de mandato. h. d. iste

b *Non potest.*] ut cogatur subire, is, qui defertur, vel succumbere. Itẽ nec is, cui defertur, cogitur suscipere. 1 secus in iudiciali, & necessario, ut infra eod. l. manifestè & inf tit. j. l. si.

1 Nisi ita esset conuetũ inter partes. Saly. Fulg. Alex. & Ias.

c *Pupillus.*] capax doli, in alio secus. Azo.

d *Debet.*] & in iudicio, ut infra quarum re. ac. non da. l. 1. §. 1. & dic ut ibi. sed & tunc restituitur. vt C. si tut. vel cu. l. 2. sed ipsi pupillo non defertur, ut inf. eo. iusiurandum. §. pupillo, si tamen iurat, seruatur, 2 ut inf. eo. l. qui iurasse. Sed cum sacramentum vicem solutionis obtineat, ut ꝭ. eo l. iusiurandum. & solutio coram iudice & tutore facta pariat plenissimam securitatem, ut C. de admin. tut. l. sancimus, & sup. de mi. l. ait prætor. §. j quare & sacramentum non idem facit? Respon. 3 quia non per omnia est idem ꝙ solutio. nam nec liberat omnino: imò remanet ciuilis, vt inf. de solu. l. Stichum. §. naturalis. sed per solutionem omnis tollitur obligatio, vt insti. quib. mod. tol. obl. in prin. Nam & sententia absolutoria pro veritate accipitur, & pro solutione: & tamen soluens absolutus non repetit, ut infra de cõdit. indeb. l. Iulianus. Vel dic, 4 quòd potuit deferri in iudicio, etiam sine authoritate iudicis. Et hæc eadem dicas in adulto 5 habente curatorem, vt C. de in integ. restit. min. l. 3.

2 Approbat per Bar. Alex. & Ias.

3 Idem Bar. Paul. Sal. Alex. & Ias.

4 Displicet Sal. Alex. & Ias.

5 Sequuntur gl. Alex. B. B. Fulg. Alex. & Ias.

e *Obstabit.*] Imò non videtur obstare. sed ipso iure defendi, ut inf. qua. re. ac. non da. l. 1. §. j quæ est cõtra. Sol. non ob. 6 excep. ut ibi dicit: quia datur replicatio, ut hic iure cõmuni etiã sine aliqua restitutione petita: licèt sec* 7 sit in adulto etiam curatorem habente, secũdum Io. ut no. sup. eo. l. nã postea. §. si minor. sic & in confessione pupilli authoritatem tutoris exigimus, ut infra de confes. l. certum. §. in pupillo. Accursius.

6 Idẽ B. Sal. Alex. & Iac.

7 Imò idem Bar. Alex. & Ias.

* *Cõtr. gl. sua per verba specialia c nonnulli § cũ autem. extra de iureiurã. post princ. gl.*

f *Non competit.*] sic ergo not. bonum arg. in omnibus contractibus, quos ineunt hi, qui non iure sunt electi: vnde omnia cassentur: 8 vt hic, & C. de sac. san. eccl. l. decernimus. & inf. de reb. eorum, qui sub tut. l. qui neque. Sed ar. contra. ꝭ de offi. præto. l. Barbarius. 9 Si verò tenuit ab initio instõ, sed postea aliquo casu cassatur, secus, vt infra de bonis author. iud. pos. sid. l. si non expedierit. §. j.

8 Sequitur Bart. Sali. Alex. & Ias.

3 † *Fl. nec.*

9 Ibi erat cõmunis Bart. Ful. & Ia.

§. *cum duab. ll. seq. Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit vnum dictum de procuratore habente mandatum. Secũdò, ponit aliud quando de mandato dubitatur. Tertiò ponit rationem secundi dicti. Quartò ponit rationem primi. Secunda, ibi, Nec multum. Tertia ibi, Siue enim. Quarta ibi, Si itaque. Bar.*

¶ Procurator k quoque quod detulit, ratum habendum est: scilicet si aut vniuersorum l bonorum administrationem sustineat: aut si idipsum nominatim m * mandatum sit: aut si in rem suam procurator sit.

Vlpianus li. 26. ad edictũ.

LEX XVIII.

ALias n autem procuratorem deferentem iusiurandum, non esse audiendum Iulianus libro x. Digest, scribit: ne 3 † postea o reus, qui semel iurauit, à domino conueniatur. nec multum ei proficere, si fuerit ei de rato cautum. Siue enim dominus petat, p cogetur q reus docere liquidò r * se iurasse, opposita 4 † scilicet exceptione. s Siue ex stipulatione

g *Tutelam gerit.*] idem & si non gerat: si tamen non est interdicta administratio, ut infra de acquirend. hæred. l. pupillum.

h *Debet.*] ut inf. eo. tutor. j. resp. Accur.

i *Alienare res.*] ut C. de admin. tuto. leg. non omni. & omnia facere possunt, ut domini, vt infra de admin. tuto. l. tutor, qui. & infra pro empt. l. qui fundum. §. si tutor.

k *Procurator.*] actoris.

l *Vniuersorum.*] cum libera 10 alioquin contra, ut ꝭ. de procu. l. procurator, cui. & l. procurator totorum.

m *Nominatim.*] i. vt deferat: sicut defensor municipij, vt inf. eo. iusiurandum. §. defensor. Et ijsdem tribus casibus, quibus defert, ut hic dicit, potest & pacisci, ut sup. de pac. l nam & nocere. Accur.

n *Alias.*] id est si non sit aliquis articulus de prædictis tribus.

o *Ne postea.*] id est, ut non postea.

p *Petat.*] & probet deberi sibi per pecuniam.

q *Cogetur.*] si vult absolui.

r *Liquidò.*] id est apertè, scilicet quòd non debeat.

s *Exceptione.*] s. à reo iurisiurandi contra actorem, secundum quosdam. 11 Imò non iurisiurandi, quia omnino dño nõ ob. sed pacti forte sibi facti, uel rei iudic. vel met.ᵖ, vel similis, sm Azo. 12 Vel expone sm Io. exceptione, id est

* *Liquidò iurare qd sit, ex veteribus Latinis authoribus pulchrè declarat Frã. Duar. li. 1. disputa. c. 1.*

4 † *Vl. posita.*

10 Approbatur per Alb. Bart. Pau. Alex. & Iac.

11 Et benè Alex. licèt displiceat Bar.

12 Sequũtur eam vsq; ad §. B. P. Alex. & Iac.

aaa 2

id est replicatione. Si enim contra eum reus de sacramento excipiat, replicabit dñs: mihi præiudicare non potuit.
a *Agat.*]contra procuratorem: quod est quando cōdemnatus est iustè, vel iniustè. Accursius.
b *Docere.*]Ad hanc doctrinam sic peruenitur: quia agente reo ex stipulatione de rato, dicet procurator, aut succubuit dominus: & sic non pōt agere nisi ad expēsas, quia non plus interest sua, ut hic ibi, siue. n. & cæt. & ff. rem rat. ha. l. si fine. §. Marcellus. aut obtinuit. & iniustè contra eum: & tunc idem, ut ea. l. §. cum autem. aut iustè vicit dominus reum, & sic est periurus: & sic non potes z allegare tuam turpitudinem, ut C. de transact. l. transactio. aut adhuc iudicatum non est: & sic stipulatio non committitur, ut uidetur. sed certè in primo casu quando succubuit dominus, videtur quod possit agi in totum ac si vicisset, ut inf. rem rat. ha. l. procurator ad exhibendum. § 1. Sed dic ꝙ ibi nūquam habuerat mandatum. sed in §. Marcellus. habuerat mandatum: ed ꝑpter dubium satisdedit de rato. Item si dicas ꝙ in tertio statu, scilicet quando iustè fuisti damnatus, quòd non agas, obstat ꝙ hic in dicitur, s. posse agi ex stipulatione de rato. ad quod aliquando dixit 2 Azo, quòd non possit agi ad ipsam sortem condemnationis super qua fuit iuratum, & periuratum, quòd apparet: quia domino postea agente fuit condemnatus, sed ad vsuras in quibus fuit condemnatus domino per offic. iudic.

1 † *Fl. deest, autem.*

z Imò sic, ut iudicet. Alex.

2 † *Fl. seruet.*

z Et malè Alex.

3 † *Flor. deest putant.*

de rato agat, a necesse habebit ipse de periurio suo docere. b

Idem libro 26. ad edictum.

LEX XIX.

SI itaque mandatum c fuit procuratori, ut petat, ille autem 1 † iusiurandum detulit, aliud fecit quam quod mandatum est.

Seruus & filiusfamilias aduersario deferente iurantes, actionē & exceptionē patri, & domino quærunt, etiam extra causam peculiarem: ipsi verò si deferēt, nocent patri & domino in causa peculiari, in qua liberam administrationem habent, hoc dicit, vsque ad l. qui iurasse. Alex.

Paulus libro 8. ad edictum.

LEX XX.

SEruus quod detulit, vel iurauit, seruatur, 2 † si peculij administrationē habuit. d

Caius li. 5. ad edict. prouin.

LEX XXI.

HVic enim e solui quoq; rectè potest, & nouandæ obligationis ius habuit. f

Paulus li. 18. ad edictum.

LEX XXII.

QVidam putant, 3 † & de peculio g actionē in dominum dandam, si actori seruus detulerit iusiurandū.

& ad vsuras, quas soluit domino post quadrimestre tempus, quæ non erant in obligatione tempore iuramenti, & sic non 3 periurauerit, quia tamen occasione condemnationis præstantur nec aliàs deberentur (quæ condemnatio iusta præsumitur) uidetur per obliquum de suo periurio docere petendo dictas usuras. Et secundum hoc ꝙ dicit non multum, &c. bene dicit: quia non ad sortem, sed ad dictas accessiones agit: uel non multum, &c. quia plus grauatur opicio sua, quam ualeant dictæ accessiones: postea idem Azo mutuauit consilium, & bene, 4 ut ad ipsam sortem condemnationis agere possit, licet directo ac-[ac]tione de periurio: & hoc dicit hic in fine. Nec potest procurator obijcere ei turpitudinem iurisiurandi, cum ipse ei detulerit, ut inf eo. l. qui iurasse. in princip. Sed secundum hoc non parum, sed multum proficit stipulatio de rato: sed respectu infamiæ parum, ut inf. de reg. iur. l. si in duabus. In quarto, quæro, quando stipulatio de rato committatur? Dicunt quidam lit. contest. à domino. ut infra rem rat hab. l. amplius. Sed Azo dicit statim cum non habetur ratum, & in totum committitur, quod procurator petierat quicquid de iudicio postea contingat: etiam

3 Falsū est Alexā. licet Lud. & Ias. gl. sustineāt.

4 Istā secundā opi. sequūtur cōiter omnes scribentes hic.

si dominus non procedat, vel succumbat: si tamen post ratum habeat, obijceretur exceptio à procuratore, ut inf rem rat. hab. l quo enim. §. 1. & sup. si quis cau. l. qui aūt. §. illud. quod potest dici in eo, qui nunquam habuit mandatum alioquin non committitur nisi in interesse: tamen & si sit sententia lata contra dominum, vel pro eo iniustè, nō agitur nisi ad expensas, ut sup. dictum est: quas euitare nō potuit reus, siue iustè, siue iniustè conueniatur à domino: in casu tamen non cōmittitur, nisi post sententiam, ut ꝗ. rem rat ha. l procurator. §. fin. At illa stipulatio, amplius non peti, demum lite contesta cōmittitur, ut infra rem rat. hab. l. amplius. Accursius.

c *SI itaque mandatum fuit.*] Et sic non nocet domino iuramentum: & procurator transgressus fuit fines mandati: qui fines sunt diligenter custodiendi, ut inf. mandati. l. diligentes. in principio. Accur.

d *Seruus Habuit.*] & sic iure peculiari detulit: aliàs secus, ut infra eod. l. quanto magis. in fi. Vel hic habet liberam, 5 ibi non. Accurs.

e *HVic enim.*] mala ratio: sed q̃ sequitur, & nouandæ, &c. est bona, ut infra de noua. l. nō ideo: quæ est contra.

f *Habuit.*] ut inf. de noua. l. fin. r. respon. & arg. contra. sup. titu. r. l. rogasti §. fi. Acc.

g *QVidam. De peculio*]Sed contra inf. de pec. l. depositi nomine. §. si filius. Solute hic habet administrationem peculij. ibi non. Vel hic 6 extra iudicium detulit.

Eadem & 4 † de filiofamiliās dicenda sunt.

Vlpianus li. 26. ad edictū.

LEX XXIII.

SI seruus iurauerit dominum dare non oportere, exceptio domino indulgenda est: h sibique aduersarius imputabit, qui seruo detulit iusiurandum.

Paulus li. 18. 5 † ad edictū.

LEX XXIIII.

QVanto 6 † magis i proderit patri religio filij cum quo K etiam iudicium consistere potest? Ipsi autem deferentes, l conditionem eorum quibus subiecti sunt, non faciunt deteriorem. m

Vlp. lib. 26. ad edictum.

LEX XXV.

SEd & si seruus n meus delato, vel relato ei iureiurando, iurauit rē domini esse, o vel ei dari oportere: puto dandam mihi actionem, vel pacti exceptionem, propter religionem, & conuentionem.

Iuramentum etiam pupilli, & mulieris tuendum est quo ad commodum iurantis: & in pupillo non cadit periurium. Alex.

Paulus libro 18. ad edictum.

LEX XXVI.

QVi iurasse * dicitur, nihil refert, cuius sexus,

4 † *Fl. deest &.*

5 † *Fl. lib. 18.*

6 † *Fl. incip hae lex. Quanto magis.*

5 Ista est bona secūdum Alex. & Ias.

* *Bald. dicit istū text. not. ad hoc ꝙ si detuli iuramentū alicui inhabili, q. iurat, non possū postea opponere de eius inhabilitate. Bo.*

6 Vtraq; solutio est bona secūdum Alex.

vnde de peculio dominus tenetur: ibi in iudicio: ubi idest in quo iudicio seruus interesse non potest, ut inf. l. quanto magis. Accur.

h *SI seruus. Indulgenda est.*] vt supra l. seruus, quod detulit.

i *QVanto magis.*] q. d. quanto plus proderit patri, &c. Vel quanto magis i. multo magis. Accur.

K *Cum quo.*] s. filio, ut sup. de iud. l. tam ex contractib. & l. si longius. § 1 sed non cum seruo. ut inf. de peculio l. 3. §. idem scribit. Accur.

l *Deferentes.*] s. filius, vel seruus. Accur.

m *Deteriorem.*] vt C. e. l nec filius & C. de pa s. seruus. & l. filius. & infra, de acquir. hære. is qui. §. fi. Sed contra supra, eod. seruus. Solutio ut ibi.

n *SEd & si seruus.*] Lex ista tam in actione, quā in exceptione loquitur: & ideo differt ab illa sup. si seruus. quæ in exceptione tantum loquitur. Accur.

o *Rem domini esse.*]quam dominus possidet.

QVi iurasse.] CASVS. Detuli pupillo iuramentum, iurauit: nunquid ualet? Respond. quod à quocunque iuretur, cuiuscumque sexus, vel ætatis fuerit: satisfactum

est.

est ei, qui detulit: & hoc sive verum sit iuramentum, sive falsum. Nec obstat, quod pupillus falsum iuraverat, quia nō novit fallere, ut subiicit: quamvis, &c.

¶ *Si pater.*] Conventus fuit pater de peculio, & licet iuravit nil esse in peculio, filius nihilominus convenietur ex contractu suo: & pater postea de peculio quaesito convenietur, vel tenebitur. Vivianus.

zeatrisve sit. Omni enim modo a custodiri dēt iusiurandū adversus eum, qui contentus eo, dum ei † deferret, fuit: quamvis pupillus non videatur b peierare, quia sciens * fallere non videatur.

Pater potest iurare ad cōmodum filij, adeo quod prodest filio: & in consequentiam sibi in actione de peculio, si iuravit super obligatione filij, quae erat principalis. secus si super accessoria obligatione ipsius patris; tunc enim sibi soli iuranti prodest. Alexand.

¶ Si pater filium dare non[m] oportere iuraverit, Cassius[a] respondit & patri, c & filio d dandam exceptionem iurisiurandi.

¶ Si pater iuravit in peculio

a) † Placentin.

a *Omni enim modo.*] idest, sive verum sit, sive falsum, quod quis iuravit, quamvis pupillus verum semper videatur iurasse: & sic adversatur quamvis.

* Sciens.] ista verba sunt ex veteri iurisiurandi formula. Ex lib. … eadem, et Plautus in Aulularia.

b *Non videatur.*] i. praesumitur, quod nō peierat: quia non videtur sciens sive scienter fallere, cum nil sciat, fictione iuris, ut hic, & j. de acquir. haere. l. pupillus. & j. de iur. & fac. igno. l. fi. & j. de verb. oblig. quod dicitur pattem. & j. ad leg. Corn. de fal. impuberem. & C. de fal. mone. l. j. Ista tamen pupillus etiam de iuramento obligatur, ut si pupillus manumissus iurat praestare operas suas: nam pubes factus cōvenitur, ut j. de liber. cau. l. 6.

c *Et patri,*] circa peculium.

1 In hoc approbatur gl. sm B. Alex. & Ia.

d *Filio.*] in totum. Et dic si ut pro filio iuravit utilis exceptio acquiritur si ut haeredi futuro, directa. 1 si ut extraneo, nullam exceptionem acquirit, ut j. de pact. & heredit. §. nos autem. & l. si tibi. §. pen. Accur.

e *Acquisiti.*] Sed opponitur, nonne quaeret iudex, vel actor, aut coepi habere peculium post sacramentum? Et sic non habes exceptionem, aut non: & sic periurus es? Rñ. reus non cogitur respondere istis quaestionibus: 2 sed actor tenetur probare peculium postea quaesitum. Sed nō ne probat eo ipso, quod modo est aliud peculium, & apparet, ut arg. supra, de noxa. quoties §. si. & sic credamus suo sacramento. iuravit enim tunc non esse: quia praesumendum est, ut j. eod. si duo? Respond. hanc praesumptionem non sufficere. Accur.

2 Cum sint captiosae, & calumniosae. B. Alc. & Ia.

ADDITIO. Ista glo. est valde notabilis ad hoc, quod positioni, per quam quis detegeret delictum suum, quis non cogitur respondere. & hoc est, quod dicitur in practica, ista positio est criminosa: & ideo ei non respondendum. de quo per canonistas extrā de elect. c. dudum. Spec. ponit &c in tract. de positionibus & per Bart. in l. Marcellus. j. rerum amotar. & l. fi. de iis quib. ut indign.

f *Quia proficiscitur.*] Haec ratio nimis larga est: nam hac ratione dici potest ex numero vendendi, locandi. Sed ea ratio est, quia sicut in novatione nova pro veteri datur actio: ita & ex hoc sacramento actio in factum datur & prima. Item sicut in delegatione alii incipit quis teneri: ita & in sacramento si iuravero mihi deberi, quod alii debetur. Differunt tamen, quia per novationem, & delegationem prima omnino tollitur, obligatio. hic vero nō. 3 sed solummodo actoris iusiurandum servatur, ut j. eo. eum. j. respon. & hoc ex parte actoris, at ex parte rei similis est novatio. 4 quia per ipsum iusiurandum tollitur naturalis obligatio, sicut per novationem tollitur, ut inf. de sol. Stichum. §. naturalis.

3 Idem B. Alex. & Ias.

4 Et solutio latae sententiae idem Ba. P.

g *Quamvis.*] Bene adversatur, quia iudicium datur in invitum, ut j. de verb. oblig. inter stipulantem. § j. unde nō videtur ex conventione.

h *Iudicij.*] ut j. eo. tutor in fi. & sup. eod. nam postea. §. si is qui.

i *Iusiurandum. Cedit.*] ut inf. l. prox. §. a.

Iudicium in iurando datur.

D*ebitor rei.*] CASUS. Si alter stipulantium iusiurandum detulit reo promittendi, alteri oberit.

¶ *Quam si reus.*] Planus est.

¶ *A fideiussore.*] Ponit casum conversum ad superiorem: quia conventus fuit fideiuss. creditore deferente, iuravit fideiuss. nunquid liberabitur debitor si iuravit ei nil deberi? Et refert, an iuravit se non fideiussisse, & non liberabitur: si iuravit nil ei deberi, vel contractum celebratum non fuisse, liberabitur debitor.

nihil esse: filius conveniri poterit. sed & pater ita convenietur, ut post acquisiti e peculii ratio habeatur.

Iuramentum habet de natura novationis, delegationis, cōstitutionis, seu iudicij, & solutionis. hoc dicit cum l. sequen.

¶ Iusiurandi conditio ex numero esse videri potest novandi, delegandive: quia proficiscitur f ex conventione: quamvis g habeat & instar iudicij. h *

Caius li. 5. ad edic. provin.

LEX XXVII.

iij Iusiurandum etiam loco solutionis cedit. i

Delatio iurisiurandi facta ab uno ex duobus reis credendi, nocet alteri. Al.

¶ *Si te.*] Conveni debitorem meum: & ideo tu pro eo fideiussisti, quod eum exhiberes in iudicio: exhibuisti, vel non: tamen convenio te ratione tuae promissionis: iurasti te non promisisse exhibitionem ipsius: non ideo liberabitur debitor: si iurasti te non debere: refert an ideo dicebas te non teneri, quia forte eum post promissionem exhibueris: vel forte exhibere non promiseras, & tunc non liberabitur debitor: an ideo, quod solveris, & tunc liberabitur.

* *Iudicij.*] *instar iudicij hēt ante acceptum iudicium delatū et datum iusiurandum, quia & iudicato habetur qui detulit, si confiteatur, nec iudicium ei aprorere datur. Bald.*

¶ *Ex duobus.*] Ego & tu debebamus aliquam rem: alter nostrum creditore deferente iuravit nihil deberi, alter liberabitur.

¶ *Exceptio.*] Tenebar actione mādati, vel neg. gest. & dū me aliqua illarum actionum conveniebas, detulisti mihi iusiurandum. iuravi me non debere: tu interim convenisti me certi generali ratione eiusdem rei, vel contractus: & ex eadem causa, obstabit tibi exceptio.

¶ *Si quis.*] Egi contra te vi bon. rap. ratione cuiusdam rei, quam dixi te rapuisse. detuli tibi iusiuran. iurasti te non rapuisse; an postea cōvenire te possum actione furti, quaeritur? Et respon. quod sic. videbatur contra: quia qui alienas res rapit, furti tenetur. insti. vi bo. rap. in princip.

¶ *Colonus.*] Si colonus arbores meas succidit, pluribus actionibus tenetur, ut ibi dicit in litera. unde si contra eū ago una actione, & me deferente iuraverit, nō poterit alia actione conveniri ex eadem causa.

¶ *Qui iuravit.*] Celebratum fuit divortium inter me, & uxorem meam: ago contra eam, & intento actionē rerū amotarum, me deferente iuravit se non amovisse. postea reperio aliquam rem meam penes se. nunquid eam vendicare possum? Dicitur quod sic. Sed pone, quod primo egi rei vendicatione, & detuli ei iuramentum, & iuravit rē suā esse, si postea velim agere rerum amotarum actione, an possim? Et dicitur, quod obstabit excep. & Pau. respond. generaliter: quia ubicunque eadem quaestio, quae prius sopita esset, in iuditium deducetur, licet per aliam act. semper obstat exce. Sed pone, egi contra te, & stipulatus sum a te iudicatum solui, qui condemnatus fuisti, postea convenio te act. in factum, quā descendit ex re iudicata: me deferente iurasti iudicatum non fuisse, volo postea te convenire ex stipulatione iudicatum solui, non possum. sed si prius egero ex stipulatione iudicatum solui, & me deferente dare non oportere fuerit iuratum, postea potero agere ex re iudicata, nisi de hoc iuratum sit. & reddit in litera rationem.

¶ *Item Pomponius.*] Conveniebam te actione furti, iuravi deferente te, quod furtum feceras. nunquid statim condicam rem subtractam? Dicitur quod non.

¶ *Item cum ex hac parte.*] Dicit quod iureiurando pcedit act. & excep. quia ex parte actoris iurātis dat actio. & ex parte rei excep. Et ponit talē rōnē. Conveniebā te, me deferente

iurasti te non debere, & dixi, tu periurus es: dixisti, tu iura ergo, quod debeam, & iuraui ex relatione te debere, & ita cum primo me deferente iuraueras te non debere, & postea iuraui te debere: dicit quod vltimum iuramentum est seruandum. Viuianus.

a *Stipulandi.*] scilicet constitutis. & sunt ablatiui absoluti.

b *Nocebit.*] si socii sunt, 1 ut sup. si quis cau. l. si duo. j. eisd. & sic loquitur j. eadem, l. § ex duobus. Sed videtur non nocere, sicut nec pactum ab altero factum, vt s. de pactis. l. si vnus in prin. quae est contra. Solut. 2 maioris est enim efficaciae iuramentum quam pactum. & est ratio: quia iusiurandum est loco lit. contest. vt s. eodem, l. nam postea. §. si is qui. & d. lit. contestat. praeiudicatur alteri, vt j. de duobus reis. l. ex duobus. ergo & iureiurando. Vel solue, ut ibi.

1 Idem si non sint secundum Albe. Bart. P. Ang. Ale. & Ia.

1 † Flor. in duobus

2 Approbatur per Bar. Sali. Ale. & Ia.

c *Etiam reo.*] si in rem suam omnino interueniat. secus uero est in pacto, ut s. de pact. l. fideiussoris in prin. & quia iusiurandum loco solutionis est, ut hic statim dicitur. Accursius.

2 † Flor. desit, si.

3 † Fl. deest, item.

4 † Fl. quia.

d *Solutionis.*] ut supra l. proxi. Azo. sic infra de donat. inter virum, & uxorem. l. si donatae §. si sponsus. & infra, de solu. Stichum §. naturalis. an ergo hic fideiussor, aget mandati? Videtur quod sic, ut infra, mand. l. inter causas. §. si is qui. Sed contra est in eodem titulo. l. si vero non remunerandi. Respond. quod nim dicatur, loco solutionis, uerum est quantum ad creditorem & iurantem, non quantum ad alios. Accursius.

5 † Flor. hic

6 † Fl. deest, & A

7 † Flor. sic.

8 † Flo. an quia.

e *De re.*] id est, non deberi, vel non fuisse celebratum contractum: non autem de persona tantum, scilicet quod iuret se non interuenisse: quia hoc reo non prodest, quod in dubio praesumitur, cum locum solutionis obtineat, ut hic dicitur.

9 † Flo. deest, eodem modo.

10 † Flor. fidem iussorem.

Paulus lib. 17 ad edictum.

LEX XXVIII.

Duobus 1 † reis stipulandi, a ab altero delatum iusiurandum etiam alteri nocebit. b

Iuramentum rei prodest indistincte fideiussori: sed iuramentum fideiussoris prodest reo, quando fuit cōceptum in rem, seu super obligatione rei principalis: secus si in persona ipsius fideiussoris: & iuramentum fideiussoris de iudicio sisti prodest principali. si agendo contra principalem veniretur contra iuramentum. Alex.

¶ Quod si 2 † reus iurauit, etiam fideiussori proficit.

Item 3 † a fideiussore exactum iusiurandum, prodesse etiam c reo Cassius, & Iulianus aiunt. Nam quod 4 † in locum solutionis d succedit, hoc 5 † quoque eodem loco habendum est; si modo ideo interpositum est iusiurandum, ut de ipso contractu & de re, e non & 6 † de persona iurantis ageretur.

¶ Si ei, qui debitorem meum in iudicium exhibere promisit, iusiurandum detulerim: isque iurauerit se omnino exhibitionem eius non promisisse: prodesse id debitori meo non debet: si uero iurauerit se nihil mihi praestare oportere: distinguendum est, 7 † & replicationem emendandū, f verū īō iurauerit, 8 † quia post promissionem exhibuerit: g an vero, quia soluerit. h quod eodem modo 9 † & in fideiussore 10 † debiti distinguendum est. i

Iuramentum vnius ex reis debendi alteri prodest. Alex.

f *Emendandum.*] altero casu, scilicet primo, & duobus sequentibus.

g *Exhibuerit.*] quo casu non liberatur reus: 3 sed ipse tantum.

h *Soluerit.*] scilicet debitum principale: quo casu etiam reus liberatur. Accursius.

3 Displicet Ludo. est tamen vera & singulariter notanda secundum Ia. hic.

i *Distinguendum est.*] scilicet si iurauit se non praestare oportere: utrum ideo iurauit, quia non promisit: quo casu nō liberatur: an ideo quia soluerit, quo casu liberatur.

k *Ex duobus.*] scilicet sociis, 4 vt s. eodem, in prin. & j. de lib. lega. l. si is quis duos.

4 Idem si non sociis, secundum Ia.

¶ Ex duobus k reis promittendi eiusdem pecuniae, si 11 † alter iurauerit, l alteri quoque prodesse debebit.

Sublata actione speciali per iuramentum, tollitur generalis descendens ex eadem. & idem, & per cadē media: sed sublata qualitate facti non tollitur factū simplex: & sublato facto, tollitur aliud factum, vel causa non dependens ab illa super qua iuratum est, secus si pendeat. hoc dicit vsque ad §. item Pomponius.

¶ Exceptio iurisiurandi, non tm̄, si ea actione quis vtatur, cuius nōīe exegit iusiurandum, opponi dēt: sed & si alia: si modo eadem quaestio m in iudicium deducatur: forte si ob actionem mandati, negotiorum gestorum, societatis, caeterasq. similes, 12 † iusiurandum exactum sit, deinde ex iisdem causis certum condicatur: n quia per alteram actionem altera quoque consumitur.

¶ Si quis iurauerit se non rapuisse, non dēt adiuuari hoc iureiurando & 13 † in actione furti, & 14 † condictione: quia aliud est o furtū fecisse, quā rapuisse: 15 † quod p vel clam fieri potuit.

Colonus, cum quo propter succisas q forte arbores agebatur ex locato, si iurauerit se non succidisse: siue ex lege duodecim tabularum de arboribus succisis, r siue ex lege Aquilia s damni iniuria, siue ex 16 † interdicto, Quod vi aut clam, s postea conuenietur, per exceptionem iusiurandi defendi poterit. t

l *Iurauerit.*] aduersario deferente. Accursius.

11 † Flor. deest, si.

m *Eadem quaestio.*] secus si alia, ut infra proxi. §. & §. quae diuortii. j. responsu. Idem est in except. rei iudic. ut infra, de except. rei iudic. l. & an eadem. Accursius.

n *Condicatur.*] id est certi condictione agatur, quae competit ex omni causa: ut supra, si cert. peta. lege, certi cōdictio. in prin. Sed uidetur contra, quod sola actionis mutatio faciat exceptionem istam cessare, ut infra eodem, si actor quae est contra. Solut. ut ibi. 5 Item ad idem contra. infra, eadem l. §. quae iurauit & supra proxim. sed ibi etiam causa agendi mutatur 6 Item ad id contra. infra, quod cum eo, lege, sed si ex parte. §. finali. Sed ibi 7 fuit error: praeterea alius est vnius actionis effectus, quā alterius: 8 vnde non est eadem quaestio.

5 Ibi fuit iuratum super actione tantum. Ange.

6 Sequitur Angel.

7 Sequitur Ang. & Alexan.

12 † Flor. similes.

o *Aliud est.*] immo non aliud: ut Instit. vi bon. rapt. in princip. quae est contra. Solut. capitur hic aliud est, id est esse potest.

p *Quod.*] scilicet furtum.

13 † Flor. & est, & e

14 † Fl. aut.

15 † Fl. deest quam rapuisse.

q *Succisas.*] quo casu in duplum agit, ut j. arbor. furt. caesarum. lege, furtum §. finali. Accursius.

r *Ex lege Aquilia.*] quae hic eodem casu vatur, ut infra arborum furt. caesarum. lege prima. cum sit ruptum, ut supra ad legem Aquiliam. l. si seruus seruum. §. rupisse.

s *Aut clam.*] quo etiam iudicio agi potest hoc casu, ut infra arborum furtim caesarū. lege penultima. Accursius.

s *Succisis.*] [illegible] Pa. lib. 17 § 1.

16 † Flor. de est, ex.

t *Poterit.*] quo ad rei persecutionem, ut infra, arborum furt. caesa. si colonus. Si ergo in vna est plus quam in alia, agi potest secunda, ut infra arbor. furt. caesar. l j. & l. penult. Sed illud quando eorundem natur in una: hic autem de toto 9 iurasse uidetur, ut sup. eo. l. si duo. §. idem Iulianus.

9 Approbatur per Ang. P. & Alex.

Suam

¶ Quæ iurauit diuortij causa rem se non amouisse, non debet defendi per exceptionē, si cum ea in rem agatur: & si 1 † contendat suam esse, a alio iureiurando opus est. b contra si iurauerit suam esse debet in actione rerum amotarum defendi. c & omnino hoc obseruandam est (licèt per aliam actionem eadem quæstio moueatur:) vt exceptio iurisiurandi locū habeat. ¶ Igitur si quis iurauit se non esse condemnatum: etiam si ex stipulatu iudicatum solui ob rem iudicatam d conueniatur, defendetur per exceptionem. Contra si cum ex stipulatu iudicatum solui conueniretur, iurauit se dare non oportere: e agenti iudicati, non vtique obstabit exceptio. Potest enim fieri, ut non sit commissa g stipulatio, licet res iudicata sit: nisi ideo iurauerit, qd nec damnatum se esse diceret.

Ex iuramento formiter præstito non oritur actio extra illam causam, cuius formam continet iuramentum: & vltimo iuramento standum est, hoc dicit, vsque ad l. cum qui. Bar.

¶ Item Pomponius ait, eum, qui furtum sibi alicuius rei factum iurauerit, non statim etiam cōdictionis h causam nancisci. Item cum 2 † ex hac parte i iusiurandum, & actionem, & exceptionem inducat, si forte reus extra iudicium actore deferente 3 † iurauerit se dare non oportere, & actor reo deferente dari sibi oportere, vel contra, k posterior causa iurisiurandi potior habebitur: nec tamen 4 † præiudicium l periurio alterius fiet: m quia non quæretur an dare eum oporteat, sed an actor n iurauerit.

Triphonius lib. 6. disput.

L E X XXIX.

QVòd si iurauit o te deferente, non iurasse te dari 5 † tibi oportere: aduersus 6 † utilem actionem, q qua hoc quæritur, an iurauerit q tibi dari oportere, opponenda est exceptio iurisiurandi perimentis r quæstionem s actione comprehensam.

Quando grauamen vnū est causa alicuius commodi, sublato grauamine cessat commodum, h.d. Et diuiditur in quatuor partes: primò ponit dictum. Secundò rationem dicti. Tertiò respondet tacitæ obiectioni. Quartò ponit aliam rationem primi dicti. Secunda ibi, abunde. Tertia ibi. Cum omissa. Quarta ibi, Et potest dici. Alex.

Paulus libro 18 ad edictum.

L E X XXX.

EVm, qui iurauit ex ea actione quæ inficiando crescit, aliquid t sibi deberi, simpli, non dupli persecutionē sibi acquirere, Pedius ait u Abundè x enim sufficere, exonerari petitorē probādi y necessitate: cum omissa z

a *Suam esse.*] modo cum agitur in rem.
b *Opus est.*] si actor ei dare volt. Non tamen debet pati iudex super amotione aliquid probari, vt sup. eo. l. si duo patroni. § idem Iulianus.
c *Defendi.*] & est ratio, quia non potest teneri actio. fur. vel re. amo. nomine rei suæ, nisi in casu, vt inf. de pign. act. l. si pignore.
d *Ob rem iudicatam.*] secus si conueniretur, & pro defensione: qa tunc non o[bstaret] exc. cum ex alia causa ageret, ut arg. inf. de exc. rei iud. l. & an eandem. Accur.
e *Oportere*] scilicet ex stipulatione Accur.
f *Iudicati.*] actione in factum ex re iudicata.
g *Commissa.*] quia nec est interposita, vel qa aliàs pronuntiauit, q sub quo tpe stipulationis ptractæ fuit agēdū, ut inf. iudi. sol. si qs. in prin. & l. pen.
h *Condictionis.*] furtiuæ: ut potè cum soli dño condictio detur: ut ī. de pdi. furti l. j. & l. sed nec. Actio verò furti cuilibet, cuius interest, i datur, ut Insti. de oblig. quæ ex deli. nascun. §. furti.
i *Parte*] de qua ī p xi. §. dixi. qñ quis iurat sibi dari oportere: ex parte verò eius qui dare se non oportere iurat, exceptio tātum competit, ut ī eod. l. nam posteà. § j. Vel dic ex hac parte. i. ex hoc edicto, q est pars inter cætera edicta.
k *Vel contra.*] i. econuerso. q. d. facta cōuersione ordinis. nec enim propriè poni potest hæc dictio, contra: cum sup. negationē, & affirmationem posuerit. Accur.
l *Præiudicium.*] i. non potest obijci periurium: quia esset præiudi[cium] famæ.
m *Alterius fiet.*] f[ors]et ti: sed incerti sic. Scio enim quod alter peierauerit, nescio tamen qs. Vel dic alteri, s[cilicet] primo iurantis.
n *An actor*] s. qui fuit in iurando ultimus. Accur.

QVod si] CASVS. Petebas à me x. me deferente iurasti tibi deberi, postea agis act. in factum ex iureiurando contra me. dico te non iurasse. unde dicis tu, iura q non iuraui. & te deferente iuraui. Dicit quod si iuraui, à me petere non debes. Quæstio. n. prima, qua, s. quærebat. an iurauerïs, sopita est per hoc q iuraui, & h. d.
o *Quod si iurauit*] ego reus. Accur.
p *Actionem*] tuam.
q *An iurauerit*] & nihil aliud, ut ī eo. l. non erit. §. dato.
r *Perimentis.*] iurisiurandi dico perimentis qōnem, &c in ac. n. mouebatur à reo quæstio, dicendo q non iurasset; & hanc quæstionem perimit sacramentum rei. iurat enim actorem non iurasse.

s *Quæstionem.*] quæ quærebatur. iurauerit actor vel non.

EVm qui iurauit.] CASVS. Institui contra te act. legis Aquil. negasti à te datum damnum: deferente te iuraui dedisse: nunquid consequar duplum, ac si probassem? Videtur q non, & ratio assignatur in litera.

¶ *Si iurauero.*] petebam à te Stichum, dixisti te non debere; detulisti mihi iusiu. & iuraui te debere, & fuit Stichus in alia prouincia; & decessit, liberaberis, nisi prius fueris in mora, vel fortè ille Stichus ex causa furtiua debeatur.
¶ *Si mulier*] Celebrato diuortio inter me, & uxorem meam, petebat à me x. dicebat se mihi dedisse nomine dotis, detuli ei iusiu. refert qualiter iuret; quia si iuret sibi deberi x. nomine dotis; solida x. præstāda sunt, non habita ratione ne egeam. si autem iuret se dedisse x. in dotem, tunc in tantum est maritus condemnandus, quantum si in veritate dedisset x. puta quantum facere pōt.
¶ *In p[ro]pulantibus.*] Institui contra te actio. quia album prætoris corrupisti ista actio popularis est. nunqd si iurauerïs te non corrupisse, liberaberis aduersus alios agere volētes? Dicit quòd sic, dum tamen sine collusione actum sit; qa si egi contra te act. populari, & absolutus es, aduersus alios de populo tutus eris exc[e]p. rei iudi. si non fuerit collusum; qui superari me passus sum. §. si libertus. & §. si iurauero. sunt plani. Viuian.
t *Aliquid.*] puta x. sibi deberi ex causa legati relicti venerabili loco; quæ crescit per infitiationem, ut ino. de actio. §. item mista. Vel ex l. Aquil. ex qua similiter crescit lis inficiatione. ut sup. ad leg. Aql. inde Neratius. §. hæc actio.
u *Pedius.*] ait. Et sic not. q non eandem habet vim actio substituta, quam ea, in cuius locum substituitur, * ut ī. de peti. hær. item veniunt. §. cum prædiximus. Sed arg. cōtra sup. si quis cau. l. si eum §. qui iniuriarum. Accur.
ADDITIO. Dic q ibi habet eandem naturam primordialem. sed non superuenientem Alb Fulg. Lud. & Ia.
x *Abundè.*] Nota tres rationes. Accur.
y *Probandi.*] s. p[er] testes. Et sic no. q qui in uno releuatur, in alio grauatur, ut C. de non num. pec. aut. contra q[u]i propriam. & sup. ex quib. cau. ma. l. j. § respon. Accur.
z *Omissa.*] i. omissa via probādi per iusiurandū poterit ad duplum lege Aquilia agi, & hoc si vellet omittere ante sacrm pstitum. quid aūt si posteà? 3 qdā adhuc idem.

1 † Fl. & fi.

1 Approbat secūdum B. & Pau. Ia.

2 † Ex hac parte edicti. &c.

3 † Fl. insi[ci]ante.

3 Et sic testes admittentur qui non puniunt de falso, rōne i[n]certitudinis. B. Pau. Ale. & Ia.

4 † aliàs ... tum.

5 † dare.

6 † Dua[m] & aduersus.

* Actio substituta an habeat uim eius in cuius locū substituitur. iuxta reg. q surrogatum sapit naturā eius in cuius locū surrogat. pqua materia ui. Bar. in l. si hæc actio. si quis test. li. es. iuf. fue. in l. decernimus C. de aquæd. li. 11. & in l. cōperimus. C. d ppot. sacr. scrin. li. 12.

3 Vtramque lectionem sequitur B. B. P. Ale. & Ia.

hac parte edicti, dupli actio integra maneat. Et potest dici hoc iudicio non principalem a causam exerceri, sed iusiurandum actoris b conseruari.

Per iuramentum non potest deberi res, quæ non est, nisi ante interitum mora præcesserit. Bar.

¶ Si iurauero te Stichum mihi dare oportere, qui non sit in rerum natura: c nec æstimationem mihi præstare reus debet, nisi ex causa furtiua, d vel propter moram. 1 † tunc enim etiam post mortem serui æstimatio præstabitur. 2 †

Si iuratur super iure obligationis, tollitur omnis exceptio, quæ obligationem perimit. & si iuratur super facto, tollitur omnis exceptio, per quam factum non verum redderetur. secus in ijs quæ competũt facti veritate manente. Bar.

¶ Si mulier iurauerit x. dotis nomine 3 † sibi deberi, tota ea summa præstãda est. e Sed si iurauerit se x. dedisse in dotem, hoc solum nõ erit quærẽdum, an data sint: sed quasi data sint, quod ex eo reddi oportet, præstandum erit. f

In actionibus popularibus iuramentũ unius præiudicat omnibus: nisi collusum sit, sicut in fine. Bart.

¶ In popularibus g actionib. iusiurandum exactum ita demum aduersus alios proderit, h si bona fide exactum fuerit. i nam & si quis egerit, k ita demum consumit publicam actionem, si non per collusionem l actum sit.

Statur iuramento, quo quis se non esse libertum iurauerit. Bart.

¶ Si libertus deferente patrono iurauerit se libertum non esse, ratum habendum est iusiurandum, ita 4 † ut nec operarum petitio, m nec bonorum possessio contra tabulas dari debeat.

Per iuramentum non tollitur exceptio, q̃ non est contraria iuramẽto. Ale.

¶ Si iurauero vsumfructum mihi dari oportere: non aliter dari debet, quàm si caueam, boni viri arbitratu me usurum, & finito usufructu restiturum. n

Sententia lata prętextu falsi iuramenti necessarij, retractatur per instrumenta de nouo reperta. secus in iuramento voluntario, & iudiciali, h. d. Et diuiditur. Primò ponit vnum dictũ. Secundò illud limitat. Secunda ibi, Sed hæ constitutiones. Item prima subdiuiditur: quia primò ponit dictum in genere. Secundò exemplificat illud. Secunda ibi, Si quis noua. Item secunda pars principalis subdiuiditur: quia primò ponit limitationem, quòd dictum intelligatur, quando sententia est lata prætextu iuramenti necessarij. Secundo ponit quando deferatur istud iuramentum necessarium. Tertiò quid in voluntario, & iudiciali. Secũda ibi, Solent. Tertia ibi, quod si aliàs,

a *Principalem.*] i. actionem legis Aquiliæ, ut fiat probatio per testes; sed iusiurandum conseruari. Accur.

b *Actoris.*] scilicet per actionem in factum.

c *In rerum natura.*] s. modo tempore iuramẽti, esse tamen creditur, 1 vel speratur, secundum Ioan.

d *Ex causa furtiua.*] i. nisi dẽas Stichum, quia subtraxeras; uel iã fueras in mora, in qb. casib. si iuraui eũ mihi dari, ad æstimationem teneris, ut hic. & eodem modo si promisisses eum, distinguendum est, 2 ut C. de ꝯhen. & cõmit. stipu. l. non moriturum & j. de ver. obl. inter. stip. §. pe. Idem & in eo, qui cõstituit, ut j. de consti. pecu. l. promissor. Et secundũ hoc intelligitur, quod dr̃ confessum se debere seruum, qui iam erat mortuus, teneri. s. post 3 morã, ut j. de confess. l. si Stichum. quæ est contra. Accur.

e *Præstãda est*] omnino, etiam si facultates in tantum non patiuntur commodè; 4 quia uerbum, deberi, cum effectu accipitur, ut sup. ne quis eum qui in ius vo. l. pen. §. pen. Accur.

f *Præstandum erit.*] s. inquantum facere potest, ut inf. sol. matr. l. maritum, & l. quia. Et sic nota sacramẽtum pro ueritate accipi, ut sup. eo l. sed & si possessori. §. item si iurauero. Accurs.

g *In popularibus*] est autem actio popularis, quæ ius populi tuetur, ut j. de pop. ac. l. j. Adde in his iusiurã. delatum ab actore actionem consumit, quia toties populi uice fungitur qui agit.

h *Proderit.*] iurant. Accursius.

i *Fuerit*] Not. id uñ fieri bene, quod bona fide fit, sic & inf. de cond. & demon. l. quãuis.

k *Nam & si quis egerit.*] populari actione. & succubuit actor.

d *Petere potest.*] hoc ideo, quia contemplatione serui dedit, quasi donaturus ipsi seruo, non tamen voluit quod penes dominum remaneret pecunia. & sic longa manu interueniente videtur dedisse ipsi seruo. nam celeritas coniungendarum actionum inter se, idest actuum, vnam actionem occultari, & cæt. vt infra de donatio. inter vir. & vxo. l. tertia, §. fin. & sic si iste seruus esset libera persona, haberet condictionem, igitur cum sit seruus, acquirit eam domino, & sic datur domino de stricto iure. sed quia ille nunquam fuit eius propositi vt vellet nummos penes dominum esse, benignius est, &c. & est in duobus æquitas, & quod repetat, licet seruo donare voluerit, & quo 1 recta via. Vel dic, quod dedit mandato serui, volens donare, & sic ex mandato serui obligatus est de peculio dominus ad illa decem, & si nil aliud sit in peculio, quia illa videntur esse in peculio, vt infra de pec. l. deposui. in princip. & si cedat condictionem indebiti, satis est, vt ff. de pec. l. quod debetur. & secundum hoc in fi. dic recipere ex iure cesso agens. Si quæras quare non datur domino rei vend. de stricto iure pecunia extante cum longa manu interueniente videatur peruenisse ad seruum. nam dico quod non datur, ut ff. ad Macedo. l. sed & si pater. §. i. Respon. quia si iste seruus erat libera persona, et non daretur, quia ille non transtulit dominium in accipientem. Item no. hic secundum Azo. de circuitu tollendo, sic C. communia de leg. l. 1. in prin. & ff. si cui plus quam per legem Falcidiam, videamus; & C. de act. & obl. l. in omnibus. & l. si in solum. & C. de le. l. ex legato. & C. de arb. l. sic in arbitriis. in fi. & per quas personas no. acqui. l. si. & C. de emancip. lib. l. fin. & supra eo non est nouum. arg. contra infra ad legem Rho. de iac. l. 2. in prin. & pro hoc est supra vsufr. quemad. ca. si vsusfructus mihi. in prin. Accur.

2† Fl. mei.

EX his.] CASVS. Vendidi tibi hominem liberum, soluisti pretium. postea lege iubente resoluta est venditio. quæritur an pretium a me repetes? Et respon. quod sic, & generaliter in omnibus contractibus, qui reprobantur à lege. Viuianus.

e *Non valuerunt.*] vt ex testamento falso vel iniusto, vel ex venditione liberi hominis. Io.

f *Effectum.*] vt testamento rescisso postea, vel venditione rescissa, vel cum est recessum ab ea.

g *Condictioni.*] vel ob causam, ut ff. de cond. ob tur. cau. l. j. & 2. vel indebiti ei, qui soluit, vel alij vt ff. l. proxi.

SI vrbana.] CASVS. Prædo prædia mea intrauit, & alij ea locauit & pensionem accepit. Dicit quod illi, qui soluerunt, non repetent: sed ille prædo erit mihi obligatus idem si naues vel operas seruorum locauit prædo, & pensiones recepit. sed si seruus operis suis à se locatis recepit mercedem, eamque prædoni tradidit, nunquid seruus fecit pecuniam accipientis? Dicit quod non. Sed pone quod ego dominus prædia vel naues locaui. conductores pensionem prædoni tradiderunt: ipsi, qui soluerunt, condicunt. Viuianus.

quæritur quis repetere potest? Proculus respondit: Si ipse seruus peculiares nummos dedit, cum ei à domino a id permissum non esset, manent nummi domini: eosque non per condictionem, sed per 1† in rem actionem petere debet. b Si autem alius rogatu serui suos nummos dedit, facti sunt eius, c 2 †, eosque dominus serui, cuius nomine dati sunt, per condictionem petere potest. d Sed tam benignius, quam vtilius est, recta via ipsum, qui nummos dederit, suum recipere.

Ista lex est summa quasi totius materiæ, & ponit summarium in toto titu. Bartol.

Papinia. lib. 2. quæstionum.

LEX LIIII.

EX his omnibus causis, quæ iure non valuerunt, e vel non habuerunt effectum, f secuta per errorem solutione, condictioni g locus erit.

Ex locatione prædonis non competit actio domino. Item ex locatione serui vel domini non recte soluitur prædoni, sed solutum vt indebitum repetitur. h.d. Hæc lex est sing. & notabilis. gl. diuidit in tres partes. dic vt in ea. Bartolus.

Idem libro 6 quæstionum.

LEX LV.

SI vrbana h prædia i locauerit prædo, quod mercedis nomine acceperit, 3 † ab eo qui soluit, non repetetur, k sed domino erit obligatus. l Idemque iuris erit in vecturis nauium, quas ipse m locauerit, aut exercuerit. n Item in 4 † mercedibus seruorum, quorum operæ per ipsum o fuerint locatæ. Nam si seruus non locatus ab ipso p 5 † mercedem, vt domino, prædoni retulit: non fiet accipientis pecunia. q sed 6 † & si vecturas nauium, quam dominus locauerat, item pensiones insularum acceperit, r ob indebitum ei s tenebitur, qui non est soluendo t liberatus. Quod ergo dici solet, u prædoni fructus

h *Si vrbana.*] distingue tres casus in hac le. Primus, quando prædo locauit & mercedem vel pensionem accepit. Secundus, quando ipsemet seruus se locauit, & mercedem accepit. Tertius, quando dominus locauit, sed prædo exegit. Accursius.

3† Fl. repetit.

i *Prædia.*] idem in rusticis, si pensio est in pecunia, quæ est vera locatio.

K *Repetetur.*] siue dicas, idest non repetetur interim, sed ipse prædo domino tenetur, planum est: siue dicas, idest iure non condicet, qui soluit tanquam indebitum, cum ipse, scilicet prædo domino teneatur, similiter planum est.

4† Flor. deest, in.

5† Flor. deest, an ipse.

6† Fl. quod si vectur.

l *Obligatus.*] scilicet prædo.

m *Quas ipse.*] scilicet prædo.

n *Exercuerit.*] scilicet ipsemet. Accur.

o *Per ipsum.*] prædonem. hæc omnia enim in pet. hæred. veniunt, vt supra de peti hæred. l. ancillarum. & l. mercedes. & l. si quis. §. si.

p *Non locatus ab ipso.*] scilicet prædone, sed ipsemet se locauit, & mercedem retulit prædoni, vt, idest, sicut domino.

q *Pecunia.*] itaque dominus serui vendicat extantem & consumptam condi. à prædone.

r *Acceperit.*] à conductore. Accur.

s *Ei.*] scilicet conductori.

t *Soluendo.*] scilicet prædoni, nisi prædo domino restituerit, vt infra de sol. qui hominem, §. si prædo. Sed certè immo videtur liberatus propter iustam ignorantiam, vt inst. man. §. item si, quæ est contra. Solu. hic nullum mandatum intercessit, non enim dominus mandauit conductoribus ut soluerent isti, nec illi vt reciperat. unde ignorantia non prodest, ut infra de sol qui hominem, §. si nullo. Item argumen. contra ad medium casum infra deposi. l. prima, § si rem à seruo. Solu. ut ibi, quia ibi constat, hic non.

u *Solet.*] regula est vulgaris, ut fructus * scilicet consumpti condicantur, ut hic, & C. de cond. ex lege l. pen. & ff. de pign. act. l. si pignore. §. si prædo. quæ exponitur hic, u, in illis obtineat fructibus, qui domini fuerint, s. ab initio sed postea consumpti fuerunt à prædone, vt dictis legib. patet. & in medio casu casu huius legis, quia seruus semet locauit, & mercedem retulit prædoni tanquam dño. Sic.r. esse non fuerunt, aut ille repetit, qui indebitum soluit, vt in vltimo, aut dominus quidem, sed obuentionum noie, non fructuum, vt in primo. Sed qua condictione condicatur fructus à prædone? Respond. condictione furtiua. Alij dicunt condi. incerti, quia non credunt eum furtum fructuum facere, quia imputaretur ei si non perciperet,

* Fructuum materiam. vi. in gl. l. fructus. super ver. potuerit. & l. ex diuerso. sup ver. non habendam. de rei vend.

ret, sed certè imputatur ei propter malam fidem: & hoc non debet eum releuare à pœna, sed argum. pro eis & nobis supra de petitio. hæred. l. nisi ex re. §. Iulianus scribit, & l. si possessor. §. sed si forte. & l. item veniunt. §. penult. secundum Azo.

g *Conuenitur*] nisi sequatur ratihabitio de superfluo, vt supra eodem, l. si procurator. quod fit in conueniendo procuratorem.

h *Instituta*] No. non nocere electionem malè factam, siue frustra, vt hic, & infra de op. le. l. 2. §. data. & ʒ. de bo. libe si vero, in princip. & C. de postlim. reuer. l. nec nos præteriit. & C. quomodo, & quando iu l. si præses. & C de ac. l. 4. de arg. inf de adult. l. si maritus. §. fin. Sed argu. ʒ ʒ. de trib. quod in hæredem. §. eligere. Sed ibi vtraque via poterat agere, hic altera tantù. Accur.

posse condici, tunc locum habet, a cum domini fructus fuerunt.

Dubia exceptionis perpetuæ causa dubietatis pendente, habet vim exceptionis perpetuæ. Bart.

Idem libro 8. quæstionum.

LEX LVI.

SVfficit ad causam indebiti, incertum esse, temporaria sit, an perpetua exceptionis defensio: Nam qui 1 † ne conueniatur, donec Titius consul fiat, b paciscitur, quia potest Titio decedente, perpetua fieri exceptio; quæ ad tempus est, Titio consulatum ineunte: summa ratione dicetur, quod interim solutur, repeti. Vt enim pactum, quod in tempus certum collatum est, non magis inducit condictionem, quàm si debitor ex 2 † ea die soluisset: ita prorsus d defensio iuris, quæ causam incertam habet, conditionis e instar obtinet.

Ex solutione tutoris competit condictio impuberi. h. d. vel sic. Indebitũ solutum per tutorem, condicitur à pupillo. Bar.

Idem libro 3. responsorum.

LEX LVII.

CVm indebitum impuberis nomine tutor numerauit, impuberis cõdictio est. f

Solutum indebitè procuratori non habenti mãdatum ad hoc, repetitur à domino, vel ab eodem. Bartolus.

¶Creditor, vt procuratori suo debitum redderetur, debitori 3 † mandauit. maiore pecunia soluta; procurator indebiti causa conuenietur. g quod si nominatim, vt maior pecunia solueretur, delegauit, indebiti cum eo, qui delegauit, erit actio: quæ nõ videtur adempta 4 † si frustra cum procuratore lis fuerit instituta. h

Conditio impossibilis, quam testator putabat possibilem, vitiat legatum, hoc dicit, & ista est notabilis & singularis lex. Bartolus.

Idem libro 9. responsorum.

LEX LVIII.

SEruo i manumisso k fideicommissum ita relinquit, si ad libertatem ex testamento peruenerit. Is 5 † post acceptam sine iudice l pecuniam ingenuus m pronunciatus est, indebiti fideicommissi repetitio erit.

Si fideiussor solus liberatus est, soluens repetit. secus si principalis reus soluerit. Bartolus.

Idem libro 2. definitionum.

LEX LIX.

SI fideiussor iure liberatus n soluerit per errorem 6 † pecuniam, repetenti non oberit. o Si vero reus

a *Tunc locum habet.*] scilicet in medio casu. nam ad eum tantum se refert regula, non ad primum vel vltimum. Accursius.

b SVfficit. *Consul fiat.*] vel sanæ mentis, cum sit furiosus, vel si qua similis, vt C. de vsufruct. l. ambiguitatem. §. finautem.

c *Conditionem.*] idest repetitionem per condict. indeb. quam si ex die & cæt. ut hic, & sup. eod. l. in diem. Accursius.

d *Ita prorsus*] Et sic no. quattuor proportionalia. Duo prima hic: promittis, scilicet cum Titius erit consul. Item promittis purè. sed paciscor quod non petam, nisi quando Titius erit consul. vtraque enim conditionalis est, & ideo vtrobique repetitur, vt hic, & supra sub conditione. Fit enim conditio per eum, & similia, ut no. supra eodem l. qui promisit. Alia duo sunt, promittis vsque ad pascha. vel purè, sed facio pactum de non petendo vsque ad pascha. hæc ambo sunt in diem, & non repetitur solutum, vt hic. Et sunt hæc proportionalia hoc casu, non aliàs. ut infra de iu. de. l. Iulianus. & inf. de duo. re. l. eadem. quæ sunt contra. Sed in condi. indebiti est speciale vt sint proportionalia propter fauorabilem causam repetentis, qui certat de damno vitando, vt infra de regu. iur. l. non debet. & l. in re obscura. nam & hic magis attenditur q8 exceptio potest esse perpetua, quàm temporalis. aliàs autem hæc non sunt proportionalia, vt ibi.

e *Conditionis*] stipulationis concepta sub conditione. Azo. Et no. hic in indebito, quod dies incertus pro conditione est, * sicut in vltimis voluntatibus, ut in ʒa de leg. 1. l. talis. §. 1. & de cond. & dem. dies. & hoc si est incertum existere. si autem est certum, sed nescitur quando, non cõpetit repetitio, vt supra eo. nam si cum.

f CVm indebitum. *Condictio est.*] scilicet & si de nummis pupilli soluat. Idem credo & si sint tutoris. vnde ipse tutor hanc pecuniam in actione tutelæ compensat, ut supra eod. l. si procurator. in fi. si tamen iusta ignorantia dicatur soluisse, quia factum tutoris lex interpretatur impuberis: alioquin scilicet sine iusta ignorantia, contra est, vt distinguitur in bo. si. pos. hereditatis. vt supra de petit. hæred. quod si possessor. & l. possessor bonæ fidei. Azo. Item est contra huic dicto, infra eod. l. si. §. tutor. Solue vt alia docemus.

i SEruo manumisso.] quia in alio testamento fuerat manumissus, sed testator eum credebat seruum. Et no. quod hic est oppositio in obiecto, vt homo mortuus: sed vnum horum ad veritatem, scilicet manumissus, alterum ad opinionem, scilicet seruo, refertur.

k *Ex testamento*] scilicet suo. Sed nonne conditio est impossibilis, * & ita pro non adiecta habetur, & valet legatum, & solutum non repetitur, vt in. institu. de hære. instit. §. impossib. Respon. hic fuit apposita hær. d. hoc enim sonant hæc verba, idest si hæres eum manumiserit, & sic non valet relictum, vt insti. de leg. §. fina. & solutum repetitur, vt hic. Vel dic, quod non est impossibilis quantum ad opinionem testatoris, quæ in spectatur hoc casu, sic & quando testator mortuum ex quadrante, quendam viuum in dodrante instituit, & tertium sine parte: nã veritate inspecta debet tertius habere partem primi, quæ vacat. inspecta verò opinione testatoris, qui viuere primum credebat, debet alium habere & hoc præualet, ut inf. de hære. insti. quo loco. §. j. Vel dic, quod in veritate erat seruus. sententia fecit eum ingenuum, ut supra de stat. ho. l. ingenuum. & secundum hoc manumisso, idest manumittendo, vel erat liber: sed nihilominus potest ei relinqui libert. *, quia potest contingere quod fiet seruus, vt infra de fideicomm. liber. l. generaliter. §. si homini & sic non est impossibilis. Sed argum. contra inf. de verb. obl. l. inter stipulantem, §. sacram. Accursius.

l *Sine iudice*] alias non repeteretur, ut inf. man. l. si fideiussor. §. in omnibus.

m *Ingenuus.*] i. manumissus in alio testamento.

n SI fideiussor iure liberatus.] i. acceptilatione, secundum quosdam. Hoc non valet, quia sic etiam liberatur reus per consequens, vt infra de accep. l. & per iusiurandũ. §. si fideiussori. Dic ergo, scilicet pacto personali, non in rem, ut supra eo. l. cum is, § fideiussor.

o *Non oberit*] scilicet quod soluerit.

1 † Fl. ne conuen. qui ne conuen. aliàs, nam si quis.

2 † Fl. ex ea die soluisset.

3 † Flor. deest, debitum.

4 † Fl. pertemp. pta.

5 † Flor. deest, is.

6 † Fl. soluerit errore de in. tel. huius l. vid. Verrum in rub. de verb. oblig. n. 164.

* Materiam vi. i indatac. rubr. dici cõsiderõ. vt incerta.

* Tu sanè intellige illum text. nisi esset conditio impossibilis & turpis simul, quia tunc vitiat secundũ Bal. in l. si pater. in 2. C. de fact. sub cond. fa. Bal. leg.

* Hic non est conditio impossibilis quæ natura existere non potest, cuius nulla est demũ ratio in testamentis. l. 1. de cond. & dem.

promittendi per errorem, a & ipse post ea pecuniam soluerit, b non repetet: cum prior solutio, quæ fuit irrita, nec naturale vinculum dissoluit, nec ciuile, si c reus promittendi tenebatur.

Subtilis est hæc lex. & h. d. Quod ex nullo euentu inducitur, id dubietas non inducit. & quod in omnē euentum certum est debitū iri ab eodem, id vt indebitum non repetitur, secus si diuersæ personæ illud debitu ræ sint h. d. tota lex. Primo ponitur dictum Iuliani. Secūdo ponitur casus dicto Iuliani dissimilis, secundum quosdam iuriscōsultos. Tertio ponitur dictum Iuliani dissimile secundum omnes. Quarto ratio differentiæ inter istos duos casus ostenditur. Secunda ibi, Vbi autē, Tertia ibi, Idemque. Quarta ibi. Sed hoc dissimile. Itē prima pars subdiuiditur in tres; quia primo ponitur dictum Iuliani. Secundo eius probatio per argumentum. Tertio eius probatio per simile. Secunda ibi, quia nec absolutus. Tertia ibi, Similemque esse. Bartolus.

Paulus libro 5. quæstionum.

LEX LX.

IVlianus * verum debitorem post litem contestatam manente adhuc judicio negabat soluentem repetere posse: quia nec absolutus, d nec condemnatus repetere posset: licet enim absolutus sit, natura e tamen debitorem 1 † manere: similemque esse ei dicit, qui ita promisit, Siue nauis ex Asia venerit, siue non venerit, quia ex vna causa f alterutrius solutionis origo proficiscitur.

¶ Vbi autem quis quod pure debet, sub conditione 2 † nouandi animo promisit, ple-

a *Per errorem.*] non credens à fideiussore solutum.
b *Soluerit.*] antequam repetat fideiussor. & sic videtur vltima solutio indebita, sed non est, vt hic dicit.
c *Si.*] idest quamuis. imò propriè poni potest. Ac.

IVlianus.] CASVS. Petebam à te decem, negasti te debere, litem tecum contestatus sum, soluisti, an repetere possis quæritur? Et dr̄ ꝙ non, quia si in veritate condemnatus esses, non repeteres, nec si fuisses absolutus, & postea solueres, quia obstaret naturalis obligatio, quia tenebaris vnde non magis repetes; quam si ita promisisses, siue nauis venerit ex Asia, siue non. Sed pone ꝙ debebas mihi centum, & aio nouandi stipulatus sum illa c. sub cōditiōne pendente cōdōne. soluisti, nunquid repetas? Et dicit ꝙ sic. Idem est si debebas aliquid purè: & ab alio stipulatus sū sub condōne, quia si ante cōdōnem solueres repetes. dissimilis est tñ superiori, quia, in primo casu ille, qui tenebatur purè, nunc sub cōdōne tenetur in scđo alius fuit obligatus purè, & alius sub cōdōne. sed quo ad repetitionem non sunt dissimiles. Viuianus.

d *Absolutus.*] i. si absolutus erat vetus debitor & soluerat, postea non repeteret, ut hic, & supra eodem, l. iudex & argu. infra de pecul. l. eo tempore, §. etiam. & sic multo minus condemnatus repetit. Non dico in casu præmisso, vbi soluitur pendente iudicio, quod ibi possit condemnari vel absolui, nisi ab obseruatione iudicii, vt insti. de perpe. & temp. act. §. si quo casu etiam si prius soluisset, non repeteret, scilicet quando condemnatus est. Vel dic, ꝙ eodem casu loqui potest, quando scilicet soluit pendente iudicio: sed extra iudicium si actor negat sibi solutum quod reus asseuerat, & actor non plene probat debitum, nec reus solutionem, certe absoluitur reus: nec tamen repetit prius solutū. & multo minus repeteret si actore plenè probāte condemnatur. nam tunc soluere etiam secundo tenebitur, nisi probet primam solutionem, idest ex quo non probauit in iudicio priore & videtur redire ad non causam. secundum autem primum intellectum, quando soluit post absolutionem, dicas, quod absolutio fuit facta sic, Absoluo te à petitione istius creditoris, quia non probauit. si autem dixerit, pronuncio te non debere, vel * non debuisse, vel non esse debitorem: tunc bene repeteret, quia proposita a debitore condi. indeb. per sententiam probabit debitor ꝙ non esset debitor, & creditor si vellet probare contra, non admitteretur, quia sententia pro veritate est accipiende, * vt supra de stat. ho. l. ingenuum, & quia contra sententiam a qua non appellauit, venire non potest, vt infra de excep. rei iudic. si quis rem a non domino sed si alio casu si vellet eum probare debitorem esse, bene admitteretur, nec veniret ideo contra sententiam primam. Sed secundum Py si uetus debitor soluit pendente lite, non potest repetere, nec pendente lite, nec post quia cum soluit, naturale debitū erat nec aliqua exceptionem habebat debitor. si autem soluit post sententiam absolutionis, repetet solutum per facti, vel iuris errorem, cum erat tutus exceptione perpetua & fauorabili, ut j. eod. l. qui exceptionem. secus si sciens, ut supra eo. l. iudex. & hoc si intelligas hic solutum post absolutionem. & sic aliter intelligit absolutus, quam nos.

e *Natura.*] No. sententiam non facere ius, ut qui est debitor, desinat, vel qui dominus est, desinat, vt hic, & inf. de excep. rei iudi. l. excep. sed hoc fallit in casibus, vt dixi supra de inof. testa. l. Papinianus. § si sed cum snia inducat ipso iure act. in factum vbi non est aliqua, vt C. de reb. cred. l. actori. quare non tollit ipso iure, vt hic, cum proniores, &c. vt infra act. & oblig. l. Arrianus? Resp. quia actori non prodest snia nisi per actio. ei consuleretur: reo vero potest prodesse, etiam si non pereat actio actoris. nam sufficit repelli excep. vt arg. supra de eo per quem fact. est l. 1. §. si reus. No. etiam hic, quod refert an ciuilis sit exceptio vt hic, an naturalis, vt pacti, quæ naturale vinculum dissoluit, vt tunc repetatur, vt supra eodem, l. si non sortem. §. indebitum. & l. qui exceptionem. Sed certè inducit ciuilem, & tollit ciuilem: ergo idem facit tollendo quod inducendo. Sed respond. non tollit, sed elidit & inducit. Et no. quod exceptionum, * alia est fauorabilis, & tunc solutum repetitur. alia odiosa, & tunc non, vt supra eo. si non sortem. §. indebitum. & l. qui exceptionem. alia iurisdictionis conseruandæ gratia, vt hic, & tunc non repetitur, vt hic, & infra de re iud. l. sæpe.

f *Quia ex vna causa*] scilicet deficiente. q. d. si vna causa deficiat, remaneat vt sit solutum ex alia causa, uel dic ex vna causa scilicet existente.

g *Proficiscitur.*] origo solutionis, idest dissolutionis alterius ex quo enim solutum est ex vna causa. non potest nec debebit solui ex alia. Azo. Habetur ergo pro duro hoc debitum. ut non repetatur, ut hic Sic & venditio sic facta, vt j. de peric. & commo. rei ven. si pendente. § pen. Sed legatum sic relictum non est pro puro, vnde interim legatario mortuo ad hæredem non transmittitur, vt j. qn̄ dies leg. ce. l. huius. quæ est contra. Sol aliud in contractu, & aliud in legato, quia in contractu statim perfecta est obligatio, vt j. de pericu. & commo. rei vend. l. ꝙ si pendente. § pe. Vel refert secundum Ioan. an sint duæ stipulationes, vel duo legata, vt patet per hoc, ꝙ bis est apposita coniunctio siue: & tunc duæ sunt conditiones. an sit vna stipulatio vel legatum, quod tamen habebat duo membra, vt ponatur ibi semel tantum disiunctiua coniunctio, siue. In primo casu non cedit dies, nisi alterutra existat, quoniam incertum esset, cuius legati dies cederet ante conditionem. in secundo statim cedit, arg. infra de condi. & demon. l. hæc scriptura. & infra de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum. quasi spreuerit testator talem conditionem. Sed hæc sol. non valet: & in hac, & in illa l. bis apponitur verbum, siue Tu autem potes distinguere ita, an fuit appositum certum tempus, puta des illi decem, si nauis venerit ex Asia intra triduum, siue etiam non venerit, dabis. nam tunc ante solutum non repetitur, vt ibi an non fuit appositum, & tunc obtinet quod hic dicitur. vel dic vt ibi notaui. Illud quæro, an antequam una istarum existat, possit agi si non est solutum? Respon. non forte, ut argu. inf.

* Exceptionum materiam, quæ l. fauorabilis sit, & q̄ odiosa ui Bal. de statut. nu. 2.

* 1 De similibus l. vt Fas. Garc. in l. soluto. nu. 34. sup. de iust. & iu.

1 † Flor. natura tamen debitor permanet.

2 † Flo. desi. sub cōditione.

de verb. oblig l si ita quis stipuletur. Item an & huic potest obiici compensatio? Respond. ut infra de compen. l. etiam. Accur.

tique putant a pendente nouatione solutum repeti 1 † posse, quia ex qua obligatione soluat, adhuc incertum sit. ideque esse ac 2 † si diuersas personas ponas eandem pecuniam purè b & sub conditione nouandi animo promisisse. Sed hoc 3 † dissimile c est: in stipulatione enim pura & conditionali eundem debiturum certum est.

Quod bona fide factum est, habetur ratum, etiam pupillo postea per in integrum restitutionem absten to: secus si dolo factum est. Item repetitio competit ei, ad quem postea negotium incipit pertinere. Bar.

Scæuola lib. 5. responsorum.

L E X LXI.

TVtores * pupilli quibusdam creditoribus patris ex patrimonio paterno soluerunt: d sed postea non sufficientibus bonis e pupillum abstinuerunt. Quaeritur, an quod amplius creditoribus per tutores pupilli solutum est, vel totum, quod acceperunt, restituere debeant? f Respondi, si nihil dolo g tutoris 4 † factum esset, tutori quidem vel pupillo h non deberi: creditoribus autem alijs i in id, qđ amplius sui debiti k solutum est, teneri.

a *Putant.*] sed male secundum quosdam. nec enim potest uideri quare aliud sit in isto casu, quam in superiori, vbi promisit, siue nauis ex Asia venerit, siue non. nam & hic incertum est ex qua cā soluerit, sicut ibi. Tu dicas ſm Azo. & Io. ꝙ bene dicat: nam & in superiori casu pura est stipulatio. nam qui tales conditiones apponit, clare ośdit oś dilationi se uelle renunciare & pure dēe. uñ si postea soluat, siue tunc nondum venerit nauis ex Asia, ex ea cā vr̄ solutum: sine venerit ex ea, & ideo denegatur repetitio. At in altero ubi pure promisit, & si postea ei uolenti sub condōne promitto, & creditor pure obligationi uř renunciare, & ego dilationem condōnis induco, unđ si interim soluo, repeto, quasi sub condōnibus duabus sim obligatus, ut inf. de adimen. leg. l. si legatum pure. primo rō. & l. legata inutiliter. & s̄. si cert. peta. l. pecuniam. Item quia incertum est vtrum sit temporalis, an perpetua, ut supra eo. sufficit.

b *Purè.*] quia alius pure, alius sub conditione nouandi animo promisit, & alter interim soluit. hæc enim nouatio ualet ita demum si conditio existat. alias in primam redimus obligationē, ut inf. de noua. l. quoties. & s̄. de pac. l. in persona. §. si.

c *Dissimile est.*] q. d. in hoc differt a superiori casu, qm̄ in stipul. &c. sed in eo ꝙ detur repetitio, non est dissimile. quia in utroq. datur ſm Io. Alii dicunt hic corrigi responsionem factam superiori casu. & ſm diuersas expositiones uariabis demonstrationem huius pronominis, hoc. Azo.

TVtores.] CASVS. Testator filio suo impuberi hæredi tutorem dedit, quibusdam hæreditariis creditoribus debitum soluit, & apparuit hæreditas postea non soluendo, & restitutus est pupillus ut abstineat, cui repetitio est quod indebite solutum est? Et respon. alii creditori, si hoc dolo tutoris non esset factum. i. in fraudem aliorum solutum est alii creditori. sed etiam portionem illius, quod debite solutum est, præstat. Viuianus.

d *Soluerunt.*] ultra debitum.

e *Bonis.*] ad soluenda omnia debita quæ debentur creditoribus hæreditariis.

f *Debeant.*] scilicet creditores, qui receperunt ab aliis creditoribus.

g *Dolo.*] sed si dolo tutoris esset factum, repetent creditores, non solum quod amplius solutum esset, sed etiam pro rata portione eius, quod debebatur, & est solutum ut inf. de bo. aut iu. pos. l. si non expedierit. §. 1. & quæ in frau. cre. l. pupillus §. pupillum. tutor autem non conuenietur, nisi forte cum illi non sint soluendo, & tunc actione de dolo, ut supra de dolo. l. ideoque. & l. nam.

h *pupillo.*] scilicet abstento.

i *Aliis.*] quibus nihil est solutum Accursius.

1 † Fl. hic repetere.

2 † Fl. etiam si.

3 † Alias sed, hoc dissimile.

* Coniunge l. cum in eod. sup. de pac. Duar.

4 † Fl. hic dicit dolo tutoris.

Indebitum scienter promissum, non repetitur. Ba.

Mætianus lib 4. fideicommis.

L E X LXII.

FIdeicommissum in stipulationem deductum, tametsi non debitum l fuisset, quia tamen a sciente fidei explendæ causa promissum esset, debetur. m

Si species debita perfecte non soluitur, talis solutio non parit liberationem, nec inducit repetitionem. Bar.

Caius li. singulari de casibus.

L E X LXIII.

NEratius casum refert, vbi 5 † quis id, quod soluerit, repetere non possit, quasi debitum dederit, nec tamen liberetur: n veluti si is qui certum hominem deberet, statu liberum dederit. o Nam ideo eum non liberari, quia 6 † non in plenum stipulatoris hominem fecerit: nec tamen repetere eum posse, quod debitum dederit. p

Ista est notabilis lex, & subtilis, & hoc dicit. Dominus obligatur seruo naturaliter, quæ obligatio sequitur ipsum etiam manumissum. Ba. to.

k *Sui debiti.*] s. eorum quibus solutum est, in eo autem, ꝙ verè debetur, distingue, an erant bona iam possessa, an non, vt primo casu reuocetur, & pro rata distribuatur. ꝙ est solutum vni, & sine dolo soluentis, secundo non, vt j. de his, quæ in frau cre. l. qui autem. §. sciendum. & supra de min. l. si mulier. Item an extorsit ab inuito, vel a sponte uero accepit, ut primo casu reuocetur, secundo non, ut j. quæ in frau. cre. l. pupillus in §. Item no. creditoribus dari condictionem indebiti, s nec est nouum, ut sup. eod. l. non est nouum. sic & C. de non num. pecu. l. si duo.

F *ideicommissum.*] CASVS Petebas à me fideicom qđ tibi non est relictum, promisi tibi per stipulationem, licet indebitum fuerit, & si soluero, non repetam. & hoc supple. ut lex faciat ad titulum. Viuianus.

l *Non debitum.*] quia testamentum non solenne, vel quia defalcari poterat.

m *Debetur.*] vt C. ad legem Fal. l. si. & sic solutum non repetitur, vt bene faciat hæc lex ad tit. ut hic & C. de test. l. non dubium § fin.

n NEratius. Liberetur.] Casus autē ille ut quis soluat, & ex ea cā contingat liberatio, & indebiti nascatur condictio, nunq̄ repetitur, ut dixi j. e. cum is. §. fideiussor. Sed quid si ciuiliter debitum tm̄ solui, nonne eadē solutio parit liberationem & repetitionem? Rñ. ut j. eo cum is. §. 1. Item ſm canones, si iuraui me soluere vsuras, teneor soluere, & repeto, ut extra de iureiu. c. 2.

o *Dederit.*] imò videtur quod repetat, & non liberetur, ut j. de sol. cum quis. § qui hominem, quæ est contra. Vē autem hæc & alia soluas, distingue, cum quis promittit hominem, aut in genere, aut in specie. si in genere, soluens statu liberum repetit, nec liberatur, ut d. l. de sol. cum quis §. qui hominem & l. si mihi. Item parte Stichi soluta, nec pro parte liberatione defungitur, ut j. de verb. obli. l. 2. in prin. cæterum si in specie, si quidem statu liberum suo facto, ut quia seruus suus erat, soluit, non liberatur, nec repetit, ut hic Neratius dicit. Si vero sine facto suo statu liberum soluat, ut quia alienus seruus erat, nec repetit, & liberatur, ut infra de statulib. l. statu liberum l medio. §. illud, & de sol. si mihi alienum. Azo. uel in illa l. statuliberum non erat in mora, hic sic.

p *Dederit.*] petentem tamen hominem exceptione submouebo, nisi hominem reddat; ut infra de solu. si cum furtum.

5 † Fl. ut quis alias, ubi si quis.

6 † Fl. quibus.

Triphoninus li. 8 1 † disput.

LEX LXIIII.

SI id, 2 † qđ dominus seruo debuit, manumisso soluerit: quamuis existimás a 3† ei aliqua teneri actione, tamen repetere non poterit, quia naturale debitum agnouit. Vt enim libertas naturali iure continetur, & dominatio ex gentium b iure introducta est: ita debiti, vel non debiti rō c in condictione d naturaliter e intelligenda est.

Paulus lib. 8. 4† ad Plau.

LEX LXV.

IN summa, f vt generaliter de repetitione tractemus, sciendum est dari aut ob transactionem, g aut ob causam, h aut pp conditionem, i aut ob rem, K aut indebitū, l in quibus omnibus quæritur de repetitione. Et quidem quod transactionis nomine datur, licet res nulla m media fuerit, non repetitur. nam si lis fuerit, hoc ipsum quod a lite disceditur, n causa videtur esse. Si autem * euidens calumnia o detegitur: & transactio imperfecta est, & 5 † repetitio dabitur. ¶ Id quoque, quod ob causam datur, puta, quod negotia mea adiuta ab eo putaui, licet non sit factū: quia donare 6 † volui, quamuis falso mihi persuaserim, repeti non potest. p

¶ Sed & 7 † agere q per condictionem propter cōditionē legati, vel hæreditatis (siue nō sit mihi legatum, siue adéptum sit 8 † legatum) possum, vt repetam qđ dedi: quoniam non contrahendi r animo dederim: quia causa propter quam dedi, non est secuta. Idem est 9 † & si hæreditatem adire nolui, s vel non potui. Non idem potest dici, si seruus meus sub conditione hæres institutus sit, & ego dedero, t deinde manumissus adierit. nam hoc casu secuta res est. u

¶ Quod ob rem datur, ex bono & æquo habet repetitionem, x veluti si dem tibi ut aliquid facias, nec feceris.

¶ Et, qui indebitum y repetit & fructus & partus z restitui debent 10 † deducta a impensa.

¶ In frumento indebito soluto b & bonitas est repetenda: 11 † & si consumpsit frumentum, pretium c repetit. sic, & 12 † habitatione data, pecuniam cōdicam, non quidem quanti locare potui, sed quanti tu conducturus fuisses. ¶ Si seruum indebitum tibi dedi, eumque manumisisti: si sciens hoc fecisti, teneberis ad pretium e eius, si nesciens, non teneberis.

a SI id Existimans] ignorans ius nam si factum, repetit, vt j ad Maced. l. fin.

b Gentium] secundum quod pro nullo sunt serui, * vt j. de reg. iur. quod attinet. Nam omne ius appellat ibi ciuile præter naturale.

c Ratio] id est ius.

d In condictione] danda vel non. 20. Patet ergo, quod obligatio fuit seruo etiā in seruitute quæsita. Sed contra infra de a quirē. hæred. l. placet vbi dicit, quod etiam momento non residet penes seruum quo minus ad dominum statim vadat. Solu. ibi de ciuili acquisitione, scilicet hęreditatis dicit secundum quod serui pro nihilo sunt, ut modo dixi.

e Naturaliter] id est considerato an naturaliter teneatur dominus vel non.

f IN summa.] id est vt breuiter, in fine perstringamus quę s. dicta sunt.

g Ob transactionem] s. implendam.

h Aut ob causam.] s. præteritam.

i Conditionem.] legati implendam, vt infra eadem l. §. sed & agere.

K Ob rem.] futuram. Io. vt supra eodem l. damus.

l Aut indebitum] scilicet quasi debitum. Ioan. de his omnibus per ordinem subiicit. Sed nonne duo membra, aut ob cau. aut ob rem sufficerent pro omnibus? Respond. vtique, cum non sint pdictæ oppositę speci s sed quædam cōtinentur sub ob rem, quædam sub ob cau. sed hoc idem egit, vt diligentius responderet in singulis sic insti. quib. mod. test. infir. §. alio.

m Nulla.] s. licet nil debeatur: lis tamen erat, vt subiicit hic, & C. de transl. a. l. 2.

n Disceditur] in perpetuum: nam si ad tempus, non videtur causa secuta, vt supra eodem, l. eleganter. § penult. Sed an per sine causa? arg. quod sic, ut sup. de transac. l. cū hi. §. si quis alimentis.

o Calumnia. scilicet insistente, hoc est actore: secus in resistente, id est reo, quia nihil valet transact. vt C. de transact. l. sub prætextu. sed Rom. idem dixit vtrobique per l. illam. Item contra. C. de plus pet. l. prima, in fi. vbi dicit transact. etiam per dolum factam valere Solu. refert, an transactio fuit super re dolum, ut hic, an super dolo etiam per dolum, ut ibi. secundum Bul. & H. Vel dic, quod ibi non per dolum facta fuit transactio super dolo, alitsetiam tunc non valeret, ut C. de transact. l. sub prætextu.

p Non potest.] nam volenti dolus non infertur, ut hic, & C. de transact. l. cum donationis. Et intellige quod est hic nisi forte alias non esset donaturus, ut j. de cond. & dem. l. cum talc. §. falsam. & sic etiam intelligitur quod est C. de fal. cau. adiec. l. j. & plene dixi s. eo. l. damus.

q Sed & agere.] hic incipit tertium membrum Azo. Et construe hic, agere possum, scilicet per condictionem indeb. vel cond. ob tur. cau. possum dico, ut repetam quod dedi propter conditionem legati uel hæreditatis, scilicet implendam, siue non &c.

r Non contrahendi.] scilicet obligādi me pro admittenda hæreditate, sed ob causam, & ideo repeto, quia causa &c.

s Nolui] Sed quomodo repudio, ut infra de hære. instit. l. iam dubit. ri. quæ est contra? Solu ut diximus sup. de cond. ob cau. l. 1 §. j.

t Dedero] causa implendæ conditionis. Accursius.

u Secuta res est.] non mihi, sed s suo facto libero, qui suo arbitrio potest adire, ut instit. de hære. insti. §. alienus. & supra de inofficio testamen. l. nihil. in fine. in primo respon Et sic no. hic, quod tempus * aditionis in hæreditate inspicitur, sed in legato tempus, quo cedit & sic domino hoc casu quæreretur, licet seruus fuerit manumissus. ut infra qñ dies le. ce l. si postea. § si. & le. si vsufructu. Accursius.

x Repetitionem] per cōditionem ob causam, uel per condict. ob turpem causam, ut supra de condict. ob turpem causam. l. j § i.

y Et, qui indebitum.] hoc est exemplū de vltimo membro.

z Partus.] vt infra de usu. uideamus. §. primo, & §. secundo Sed an hæc restitutio fiat iure huius actionis an per offi. ium iudicis, quærit Ioan. Respon. iure actionis s. eo. l. si non sortem. § libertus.

a Deducta.] quia nullus casus &c. vt supra fam. erciscun. l. fundus.

b Soluto] in specie. putabat enim se teneri in certo sacco frumenti, sed in genere, non pretium, sed tantundem repetit, ut in mutuo. ut inst. quib. mod. re contrahi. oblig. §. is quoque.

c Pretium] id est æstimationem.

d Fuisses.] nam hac actionē, inquantum quis est locupletior, tenetur, ut patet hic, & supra eo. l. si non sortem. §. libertus.

e Ad pretium.] ualuit ergo manumisso. Sed quomodo potuit manumittere, qū scienter accepit, cum & sic faciat furtum, ut j. de cond. fur. l. qñ? Resp ab initio ignorauit, sed postea didicit, & sic translato in se dñio manumittit, uel ibi labitur in persona. Item contra infra de dona cau. si mor. l. si is cui. ubi dicit quod donatarius causa mortis manumittere non potest. Solu aliud in donatione causa mortis, * vbi sciebat quod poterat reuocari per pœnitentiam, & per alios multos modos, ut supra si cert. pet. l. non omnis.. Item quæro cur secus si hæres hominem a se legatum manumiserit, ubi nō distinguitur, sciēs, vel ignorans.

* Fi. Aristo. lib. 4 polit c 8.

1 † Fl. li. 9.

2 † Flo. si qd dominus & defensa bonis l. vide Fer. Gate. in l. manumissiones nu. 11. sup. de iusti. & iu.

3 † Alias, quamuis existimauerit ei se aliqua, &c.

4 † Flor. 17.

* Nota c. fuisse qui nō est dilis secundū Bal. na. etiam, quia licet transactio sit cōtractus stri iuris, tamē dolus agētis dans oām contractus reddit eam nullam, qđ est no. & mem. tenendum secundum rūdem.

5 † Flor. de eff. &c.

6 † Flor. debere.

7 † Fl. deest. &.

8 † Fl. deest. sit.

9 † Fl. deest. si.

* T. ga in legato, & in hæreditate diuersa sunt Vid Alb. B. de mone. par. 9. nu. 3.

10 † Flo. debet.

11 † Flor. deest, repetenda.

12 † Flo. deest, &.

* Materiam habes in indi. trac. in ver donatio ver cā mortis.

neberis: a sed 1 † propter operas eius liberti, b & ut hæreditatem c eius restituat.

¶ Indebitum d est, non tantum qd omnino a † non debetur, sed & quod alii debetur, si alii soluatur: aut si id, qd alius debebat, alius quasi ipse debeat, soluat.

Papinianus li. 7. 3 † quæst.

LEX LXVI.

Hæc condictio * e ex bono & æquo introducta, qd alterius f apud alterum sine causa g deprehenditur, reuocare consueuit. h

Datum pro libertate ab eo, qui postea reperitur ingenuus, repetitur. hoc dicit.

Scæuola lib. 5. Digestorum.

LEX LXVII.

Stichus testamento eius i, quem dominum suum arbitrabatur, libertate accepta si decem annis ex die mortis annuos k decē hæredibus præstitisset, per octo annos præfinitam quantitatem, ut iussus erat, dedit: postmodum quā 4 † se ingenuū competit, nec reliquorum annorum dedit, l & pronunciatus est ingenuus. Quæsitum est, an pecuniam, quam hæredibus dedit, ut indebitam datam repetere, & qua actione possit? Respondi, si eam pecuniam dedit, qui neq; ex operis suis, neq; ex re eius, cui bona fide seruiebat, quæsita sit, posse repeti. m

Si res mea ad te sine causa peruenit, & desiuit mihi aduersus diuum esse consultum, a te repetam. Bartolus.

¶ Tutor creditori pupilli sui plus, quam debebatur ex soluit: & tutelæ iudicio pupillo non imputauit. n quæro, an repetitionem aduersus creditorem haberet. Respondi, habere. o

Duobus idem debitum soluentibus, ultimo soluenti repetitio conceditur. Baldus.

¶ Titius cum multos creditores haberet (in quibus & Seium) bona sua priuatim venditione facta Meuio concessit, ut satis creditoribus faceret, sed Mæuius soluit pecuniam Seio tanquam debitam, quæ iam a Titio fuerat soluta. Quæsitum est, cū postea reperiantur apochæ p apud Titium debitorem * partim solutæ pecuniæ: cui magis repetitio pecuniæ indebitæ solutæ competit, Titio debitori, an Mæuio, qui in rem suam procurator factus esset? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur ei, qui postea soluisset. q

Iste est solennis §. Per promissionem de non mouendo controuersiam, non tollitur condictio indebiti. Bartolus.

¶ Item 5 † quæsitum est, an pactum qp in pactionibus r ascribi solet in hunc modū, Ex hoc s contractu nullam inter se controuersiam amplius esse, impediat repetitionem? Respōdit, nihil proponi, cur impediret. t

Restitutio concessa super principali, ad accessorium non extenditur. Item quod per in integrum restit. quis posset consequi, ea nondum petita & obtenta non potest in compensationem deduci. hoc dicit iste notabilis §. Bart.

¶ Lucius Titius Caio Seio minori annis viginti quinque pecuniam certam credidit, & ab eo aliquantulum 6 † usurarum nosse accepit, & Caij Seij minoris hæres aduersus Publium u Mæuium a præside prouinciæ in integrum restitutus est, ne debitum hæreditarium solueret, 7 † nec quicquam de usuris eiusdem sortis quas Seius minor annis 25. exsoluerat, 8 † repetendis tractatum est apud præsidem prouinciæ, aut ab eo 9 † pronunciatum. Quæro, an usuras, quas Caius Seius minor ann. 25. quoad uiueret,

tanquam semper legatario tenetur, ut in ssit. de leg. § si res legata? Rñ. quia utilitatem hēt a d. fundo hæres: ideo grauius opera sustinet. hi. aūt non tenetur nisi in quantum locupletior factus est, ut s. eo. pri. §.

a *Non tenebatur.*] sicut nec legatarius, cui solutum est legatum p̄stita cautione si amplius est q̄ per legem Falc. accipere liceat, quod reddat. nam si interim pereat, non tenetur legatarius, licet gen. r s debitor videatur, ut s. si cui pl' quā m per leg. Falc. l. j in fi. & l. 2.

b *Eius liberti.*] scilicet tenebatis.

c *Hæreditatem.*] scilicet si peruenit ad eū, ut ad patronum, non alias, ut s. sol. mat. l. si vero. §. Item q quid. & s. de act. emp. l. si quis seruum.

d *Indebitum.*] quasi ipse q debet, ut s. e. l. repetitio, & l. si pena.

e *Hæc condictio.*] est s. tit. j. vel de cond. ind. accipere.

f *Quod alterius.*] scilicet quoda vel dic ratione possessionis hic agatur.

g *Sine causa.*] f solutum sine causa, vel solutum indebitum.

h *Consueuit.*] hoc fallit in muliere cū ventris in possessionē missa, q alitur interdum sine causa, ut s. simul vend. eo. l. j. §. inter esse.

i *Stichus Si decem.* sub hac cōditione.

k *Annuos.*] saureos.

l *Dedit.*] summam.

m *Posse repeti.*] super actione, quærit. vel ut dicas si respōdet eg. d ergo? Resp. secūdum Ir. cōditionē indebiti hæc decē locū: cū enim simpliciter dicat posse repeti, nec adijciat de actione, veri similē ē, ut referat ad eam qōnem, in cuius tractatu quæstio opponitur, de qua s. pr. & j. sequitur. arg. j. de leg. primo, si seru' plurium. § fi. & arg. ē. eo. in summa. §. sed & agere. Sed hoc nō placet, eo q quando hic soluit, magis soluit ob rem futuram, & non ob causam præteritā hæc autem cōditio præteritam causam respicit. Item bene sciebat se non debere, non ergo habet locum condictio indebiti, ut sup. l. prima, sc. l condict. ob cau. ut supra de cond. ob cau. dedi. §. si liber. Azo.

n *Non imputauit.*] utile si per act. tutelæ item ageret, repellitur except. indi. quare datur hæc ex æquitate, ut supra si certū pet. l si & me.

o *Habere.*] utilem. Sed cōtra s. eodem, l. cum indebitum ubi dicit qd pupillo non tutori detur. Sol. hic fuit soluta pecunia tutoris, ibi pupilli. Vel verius distingue sit reputatum, ut ibi, vel non, ut hic. Azo.

p *Apochæ.*] de recepto. Et nota, quod apocha* semper de recepto dicitur, antapocha a creditore facta debitori reo dat, qua debiti receptio continetur. antapocha a debitore facta creditori tradit, qua continetur pecuniæ solutio, sicut & i hoc §. dicitur. & C. de fi. de instrum. plures. Item no qualiter ex parte rei fit procurator in rem suam, ut hic, & s. fam. ercisum. plane. in fi.

q *Soluisset.*] Sed cur hic non datur ei, cuius nomine solutum est, ut supra eodem, indebitum, R. sp. iō, quia hic erat procurator in rem suam, vel dic domino dari directam, procuratori utilem, vel ibi habuit ratum, hic non, prima verior est.

r *In pactionibus.*] aliis pactionibus, aliis paristionibus, id est solutionibus. sic infra de Rat. hibe. l. Stich. § argentarius. Accursius.

s *Ex hoc.*] audi pactum.

t *Impediret.*] ut C. de transact. l. si de certa. & supra de pact. l. tres fratres. & l. emptor. §. Lucius. Accursius.

u *Publium.*] id est Lucium Titium: quadrinominus enim erat. vel dic q hic erat hæres creditoris, vel procuratoris.

1 † *Alias, nisi.*

2 † *Alias, tāmen.*

3 † *Pl. lib. 8.*

* *Papinianus de condi. sine causa re... loc... ipse vide... cuius appellatione & indebiti condictio significatur... de cō. dict. sine cau.*

4 † *Flor. deesse quam.*

* *No. tex. q instrumentū solutionis dēt esse apud debitorē facti pecunia C. de sol. quando instrumentum reperitur cancellatū apud debitorem ... præsumatur soluisse, ponit Alex. in Lecturam 1. c. ... ff. de pact. Bo...*

* Apocha & antapocha differūt & no. q apocha differt ab acceptilatione, nā acceptilatione omo contingit liberatio, licet pecunia soluta non sit. Apocha nō alias quā pecunia soluta.

5 † *Vt. idem quæsit an pactum quod in parationibus ascribi. Vide Ang. in ... a. in pro...*

6 † *Fl. aliquātum.*

7 † *Dissoluerēt. & nec quicquam.*

8 † *Vel ex soluerat tractatum & quod præsidem, aut ab eo*

9 † *Alias ab eo etiam pronunc.*

Non

a Non posse]nisi restituat. Sed nec hoc ut posse fieri, ut C. depo. l. 4 potest tamē dici 3, quia hic in per hęc officium nulli actioni seruit, sed ibi hic vnde ea ibi sublata tollitur officium, hic autem restitutio principaliter tam ad sortē quam ad vsuras porrigitur, ut argu. supra de procur. l. non solum. §. est & casus. Azo. Sed iure communi videtur repeti. fidari, cum non sit prohibitum, ut inf. de compen. quod in diē. §. si rationem, quæ est contra. Sol. ibi loquitur in debito. hæ autē vsuræ non debentur debitori, nisi prius petat restitutionem, ut dixi. Item, cū sors quæ est principale, sit cassata & redierit ad nō causam, ergo & vsuræ, & sic repetentur, ut infra ti. j. l. 1 §. fin. quæ est contra. Solu. ante restitutionē erāt debitæ, nec per restitutionem in sorte datā istæ sunt indebitæ, quia singulare ius restitutionis, nec porrigitur vltra id, quod in iudicium restitutionis deductum est.

2 † Fl. ad Sil...

creditori exsoluerat, 1 † hæ res eius repetere possit? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, condici rē, quod vsurarum nomine defunctus soluisset, non posse. a

¶ Item quæro si existimes repeti non posse, an ex alio debito b hæres eas retinere possit? c Respondi, ne hoc quidem. d

TITVLVS VII.

De condictione sine causa. *

Hæc est specialis condictio, & concurrit tum condictione indebiti, ob causam, & ob turpem causam. Bartolus.

Vlpianus li. 6. 2† ad Sabinū.

LEX PRIMA.

EST & hæc species e condictionis, si quis sine causa promiserit, vel soluerit f quod indebitum. qui autem g promisit sine causa, h condicere quantitatem non potest, quam non dedit, i sed ipsam obligationem. k ¶ Sed & si ob causam promisit, causa tamen secuta non est, dicendum est condictioni 3 † l locum fore.

¶ Siue autem ab initio m sine causa n promissum est, siue fuit causa promittendi, o quæ finita est, vel secuta non est, dicendum est, condictioni locum fore.

¶ Constat id demum posse condici alicui, quod vel ex non iusta causa ad eum peruenit, uel redit ad non iustam causam. p

Si res pro qua solui æstimationem ei, à quo causā habeo, ad eum redeat, potest agi actione ex eo contractu uel condictione sine causa ad rem solutam. B.

Idem lib. 8. 4† ad edictum.

LEX II.

SI fullo * vestimenta lauanda conduxerit, deinde amissis eis domino pretium ex locato conuentus q præstiterit, posteaque dñs inuenerit vestimenta, r qua actione debeat consequi pretium, quod dedit? Et ait Cassius, eū non solum ex conducto agere, verum & 5 † condicere dño posse. Ego s puto, ex conducto t omnimodo eum habere actionem. An aūt & condicere possit, quæsitum est, quia ut indebitū dedit? nisi forte

*Sine cā] si ...

b Debitō.] scilicet sortis, vel aliud debitū, quod debetur creditori.

c Posse] quasi compensando.

d Quid m] quia non est debitum, quod peti potest per in integ. rest. ut §. ad l. F. l. itē si pupillus. Alioquin posset compensari, ut infra de cōpen. l. etiam quæ natura debetur.

1† Fl lib 43.

DE CONDIctione sine causa.

Concurrit hæc condictio cum superioribus & & nonnunquam sola competit, ut in specie l. 2. hoc tem quod & addi potest ad speciem de promotur. l si adeunt si quis cum loca ...

e EST & hæc species.] nō solum superiores & quod dicit species, dic scilicet sub isto genere condictio. nam condictio alia sine causa, alia certi: & sic de cæteris. Ipsa tamen generalissima est, nam concurrit fere cum omnibus alijs. ecce enim concurrit cum condi. inde. ut in hac l. 3. respon. Item cum condi. ob cau. ut hac l. § sed si ob causam. Item cum condi. ob tur. cau. ut hac l. fi. & 3. de condi. ob tur. cau. l perpetuo Item cum condi. fur. sut. n. de fructibus condi. sine cau tenetur, & condi. fur. ut C. eodem, l. pen. & 3. tit. 4. l in te. §. fi. Item cum condi. generali, ubi enim hæc datur, & illa, si modo cert. pet. Non ergo ad liberationem locum habet certi condi. sed hæc sic, ut hac l. §. qui autem promisit &c. Econtra illa datur, scilicet certi condi ex omni contractu, ubi certum petitur hæc, verò non habet locum in contractibus omnibus, ut quando cōcurrit cum condi ob cau. ne sit contra. inf. cod. §. fullo & sib. ut diximus supra de condi. ob cau. l. fi. Accurs.

f Soluerit concurrit ergo cum condictione indebiti quandoque Azo.

g Qui autem.] melius dixisset, qui enim, secūdū quosdā sensus eius, qui aūt, qd. datur in promisso cōdi. sine cau. non autem indebiti, quia sine causa comp et ad liberationem: cond. autem indebiti, ad pecuniam tantum solutam, ad illam autem dari non potest hæc, quia soluta nondum est.

h Sine causa.] ut quia credebat se teneri ex testamēto ad legatum præstādum, promisit, cum non valeret testamentum, vel erat ademptum in codicillis.

3 † Fl. condictionem bene habere, sine ab initio.

i Dedit.] hæc non est bona ratio ad condictionem, nam quandoque non datur quantitas, & tamen quantitas repetitur per condict. indeb. ut supra de condict. indebi. l. si non sortem. §. libertus. vnde dic, hic non fuit data quantitas, nec aliquid aliud quod sit necesse verti in pecuniæ præstationem.

k Ipsam obligationem.] per cōdict. illam non per condi. illam indebiti. Sed nunquid certi condi. ad liberationem detur? Dic quod sic, prout datur ad interesse, quod fieri potest, ut infra de rē iudic. si quis ab alio. §. fine. Si verò ad factū, ut liberatio fiat non ut diximus supra si certum pet. certi condictio. Accurs.

4 † Fl li. 32.

* Ex tit. de loca. Duar.

n *Compulsus*] detulit no. ut iuraret se non cõstituisse, retulit, vt iurem mihi constitutum fuisse: si. q; compellor, vt supra de iureiurando, l. iusiurandum, §. ait prætor, & C. de iureiu. l. generaliter. §. finalem. & arg. sup. de iureiur. l. manifestè.

o *Distinctio*] inter hunc casum, & superiorem quando fuit delatum.

p *Quidam.* Eum teneri.] imò videtur contra, vt inf. de insti. l. fina. Solut. hic animum obligandi se habuit: ibi ad fidem mensæ præstandam tantum scripsit. Item, in eo quod dicit, simpliciter teneri, videtur quod in vsuris teneatur: & sic est contra. sup. eod. Titius. in §. Solu. dicas hic teneri. s. in sortem tantum, vel hic erat prius vsurarum debitum, & sic potuit constitui quod erat: ibi non, & ideo de nouo non potuit obligationem pro eis parere nudo pacto, sic ut fiat cõstitutio: sed oporteret esse vinculum stipulationis, ut C. de vsu. l. 3. Vel dic, quod hic dicit, salua ratione vsurarum, s. quia in illis nolo teneri, & tunc est planum: quia non tenetur. Acc.

q *Vtrum Parui refert*] nisi quantum ad actionem neg. ge. uel mandati ppone reum Azo.

r *Inuito eo*] s. debitore: quia pro inuito et solui potest, vt inf. de sol. l. solutionem. & ff. de no. l. Stichum. in fi.

s *Unde falsam.*] alias est textus non.

t *Putat.*] scilicet Pomponius de semetipso loquens.

u *Dominus.*] pro quo constituit.

x *Dandam.*] s. ei qui constituit contra eum cui constituit.

y *Pomponius.*] s. putat falsam.

z *Factum.*] i. denuntiatio talis. sic & inf. mand. l. quintus. in prin. & sup. de neg. gest. l. si ex duob. & facit inf. & fideiuss. l. si fideiussor. Et dic ut ibi. Accurs.

1 † Fl. debeo. * Huius vocis, Idus significatio vide apud Macrob. & apud Alc. in l. Malis. 5. vi. duam de ver. sig. & in Au. in §. 13. super ver. data.

2 † Fl. pupillorum hac cautione & Fl. reus est. Duaren.

3 † Fl. intercessisset.

4 † Fl. quam eo ipse.

* Lud. Russ. 423. de e. si ex memb. ut post Bal. in Auth. si quid de C. cod. ti. de eo valde exclamat & facit magnum fest. vnde pro eis: & aducetas ad ea quæ dicuntur hic in nõ nominis pri mis interpretis. Bolo.

5 † Fl. respondi.

6 † Fl. lib. 14.

7 † Flor. inuito constituere eũ posse Pompo.

8 † Fl. si postquam constitit.

9 † Fl. decessit. hic.

a V *Bi.*] idest postquam.

b *Manet.*] vt infra de in rem ver. l. si filius. si tamen quoquo modo possit percipi, quod à priori voluerunt recedere, recessum est secundum Io. ut infra de præto. stipulat. § pen. Accursius.

c Q *Vsuriarum.*] Sed quid petit per act. de constitu. pecu. cum constituit se solututum, quod actione iniuriarum debetur; Respond. quantum iurauerit: sed ante iuramētum quid dicetur debitum, vt valeat constitutum: num aliquid oportet deberi? Respond. illud in quo tenetur iniuriam passo: licet sit nobis incertum quantum sit pro debito. Sic & sup. eo. id quod. § si.

1† Fl. lib. 4.

d S *I quis duobus.*] s. alternatiue.

2† Fl. lib. 24.

e *Pecuniam.*] quam tibi soli promiserat: sed postea tibi, vel Titio, vel adiecto soluturum se constituit. Accursius.

3† Fl. deest. et.

f *Titio.*] adiecto.

g *Propria actione*] scilicet certi condic. pristina, quæ competit nomine pecuniæ constitutæ postea, & hæc lectura dirimit contrarium sup. eod. si vero. & inf. de so. si ita stipulatus.

h *Constituta.*] scilicet nomine.

i *Per exceptionem.*] quia tua voluntate est ei solutum, ut infra de verb. obl. l. cum qui ita §. qui sibi. Alij autem diuinant hic in expositione huius legis.

4† Fl. priori a si. om. Cuiac. lib. 13. obseru. c. 2.

k L *Ucius. Seiorum.*] scilicet creditorum duorum qui sic vocabantur.

l *Patrui sui.*] Lucij Titij.

m *Ciuilem.*] scilicet hæreditariam.

n *De constituta*] quæ est prætoria: ea enim ipso iure non tenetur: quia constituit, vt sui proprium debitum solueret, non ut alienum: & ideo ipso iure non tenetur, argu. sup. de pac. l. si cum te. secus si quasi defuncti, ut no. sup. de condi. indebi. si pœn. §. 1. & sup. eod. l. hactenus. §. 1.

5† i. continet, siue chirographum. cuius appellationis hac ratio est, quia moris fuit veteribus salutationes brevi cautionib. proponere, & ad exemplum litterarum quæ absentib. mittuntur, cōscribere. Dua. 8 disp. c. 45.

6† Fl. eo, Mal

COMMODATI, vel contra.

Quia beatius est dare quam accipere ... in quibus ad interesse agitur, præmittit de commodat, quod fit tantummodo accipientis gratia. Accur.] *Ab hoc autem tit. incipit tractare de conductionibus alijs maxime bonæ fidei, quæ ex contractibus nascuntur, & quæ proprium nomen habent, siue dare oportere intendatur, siue præstari, restitui, reddi, vel alio modo: nec enim omnibus actionibus vna est formula semper, ut inquit Cuiac. qui longo sermone in hanc materiam scribit in suis paratitl. ad hunc titulum.*

Interuentu nouæ personæ constituentis non præsumitur nouatio. Bar.

Caius lib. 5. 1 † ad edict. prouinciale.

LEX XXVIII.

VBi[a] quis pro alio constituit, se soluturum, adhuc is pro quo constituit, obligatus manet[b]

Actiones ex delicto possunt in constitutum deduci. Bar.

Paulus li. 20. 2 † ad edictū.

LEX XXIX.

QVi iniuriarum,[c] vel furti, vel ui bonorum raptorum actione tenetur, & 3† constituendo tenetur.

Per solutionem factam adiecto in constituto, qui non erat adiectus in principali, tollitur actio principalis ope exceptionis, non ipso iure. Bart.

Idem lib. 2. Sententiarum.

LEX XXX.

SI quis duobus[d] pecuniam[e] constituerit, tibi aut Titio:[f] etsi stricto iure propria actione[g] 4 † pecuniæ constitutæ[h] manet obligatus, etiam si Titio soluerit: tamen per exceptionem[i] adiuuatur.

Qui constituit se soluturum, quod alius debet, tanquam ipse deberet, non tenebitur. Bart.

Scæuola lib. 5. Digestorum.

LEX XXXI.

LVcius Titius Seiorum[k] debitor decessit: hi persuaserunt Publio Mæuio quod hæreditas ad eum pertineret: & fecerunt vt epistola 5† in eos exponeret, 6 † debitorem se esse quasi hæredem patrui sui[l] confitentem: qui & addidit epistolæ suæ, quod in rationes suas eadem pecunia peruenisset. Quæsitum est, cum ad Publium Mæuium ex hæreditate Lucij Titij nihil peruenerit, an ex scriptura proposita de constituta pecunia conueniri possit, & an doli exceptione vti possit? Respondi, 7† nec ciuilem[m] eo nomine actionem competere: sed nec de constituta[n] [pecunia 8† contineri posse] secundum ea quæ proponerentur. Item quæsitum est, 9† vsurarum nomine, quod ex causa suprascripta datum sit, an repeti possit? Respondi 10† secundum ea quæ proponerentur, posse.

7† Fl. respondi.

8† Fl. inclusa desunt.

9† Fl. r. idem quæsit.

10† Fl. respondit.

TITVLVS VI.

Commodati, vel contra.

Vlpian. lib. 28. ad edictum.

LEX PRIMA.

AIt prætor,[p] Quod quis commodasse dicetur, de eo iudicium dabo.[o]

Commodari potest res mobilis & immobilis & incorporalis. Bar.

¶ Huius edicti interpretatio non est difficilis. vnum[p] solummodo notandum est, 11† quod qui edictum concepit, cōmodati facit mentionem, cū Pacuuius[q] 12† vtendi fecerit mentionem. ¶ Inter commodatum autem & utendum datum, Labeo quidem ait[r] tantum interesse, quantum inter genus & speciem. Commodari enim rem[*] mobilem,[s] non etiam soli: vtendam dari etiā soli. Sed [ut apparet] propriè commodata res dicitur, & quæ soli est: idque 13† Cassius existimat. Iulianus 14 † amplius etiā habitationem[t] commodari posse ait.

11† Flo. deest.

12† al. Pacuuius de quo fit mentio in l. 1. sup. de eo. iur.

* Facit gl. 1. in ver. & commodatum. eo. ti.

13† Dua. idque & Cassius.

14† Fl. Vinianus.

Si commodatum ab initio nullo iure consistit, ex post facto non reconualescit: secus si saltem iure naturali consistat. hoc dicit vsque ad §. reddita. Bartol.

o A*It Prætor. Dabo*] ei qui cōmodauit aduersus eū qui accepit. Et no. quod ex hoc videtur quod hæc actio sit prætoria: sed non est, imo ciuilis, ut inf. eo. in commodato §. sicut, nec mirum si prætor hic de ea loquatur, quia nil intactum reliquit, sic & sup. si pars hær. pe. l. 1. in princ. Vel dic, quod inf. l. in commodato. non dicit ad differentiam prætoriæ, quod hæc sit ciuilis: sed ad differentiam naturalis obligationis. sed primum verius est. Azo.

p *Vnum*] idest præcipuum: nam non solū istud, sed alia multa sunt notanda.

q *Pacuuius.*] s. prætor in suo edicto, vel Iuriconsultus hoc modo, quod quis vtendū dedisset, &c.

r *Ait.*] & male.

s *Mobilem.*] sed nec omnem mobilem, ut inf. e. l. 3 §. si & l. 4.

t *Habitationem*] idest domum gratia habitandi, secundum Pla. non autem seruitute habitandi: quia incorporalia non cōmodantur, & secundum hoc erit donatio, usus, & commodatio rei, ut infra de donatio. l. in ædibus: hæc enim nomina verbalia ponuntur pro proprio nomine rei quandoque, vt hic habitatio, id est res quæ inhabitatur: & alibi, ut emptio. id est instrumentum emptionis, ut C. quæ res pig. obl. pos. l. cum cōstet & donatio, id est res donata, ut diximus sup. de condi. ob causam, l. cum quis. Tu dicas quod de seruitute habitandi dicit, & quod incorporalia commodantur: alias nil adiceret prædictis Iulia. habet etiam hic locū actio præscr. uer. ut ff. de præscr. uer. si gratuitam in prin.

Non

a *Non tenentur*] nisi dolum committant, vt dices ĩ.l.3. in prin. & sic non sunt contrariæ leges, quæ dicunt pupillum teneri ex delictis, vt C. si aduersus delic l.1. & 2. & ŝ. de minor. si ex caus. § nunc videndum

b *Authoritate.*] scilicet quia infans erat, vt ĩ.l.1. no.

c *Actione.*] scilicet commodati

d *Nec in furiosum. Ad exhibendum.*] non contractus, sed possessionis gratia. Accur.

e *Sed mihi locupletior.*] vt ĩ de in sti.l.cæterus. Itẽ si dolum quis commiserit: hæc.n. duo paria sunt, vt ĩ. depos l.ij.§ an in pupillum. Sed quãdo videtur locupletior? Resp. quidã hoc ipso, q̃ nõ est effectus pauperior, vt ĩ. de solut. l. in pupillo. Ioan. ṽ, vt ne videatur locupletior factus, nisi in veritate sit locupletior: & illa loquitur qñ emit rem sibi necessariam; sed tñ dicit Io. cati in pupillũ actionem commodati hoc ipso, q̃ res penes ipsum inuenitur, ut inf. de pecu. deposui, in princ. & inf ea.l.§. hæres. Sed quid si a principio nec naturaliter fuit obligatus, vt quia infans, ut ŝ. de condi. indeb. l. quod pupillus, & inf de actio. & oblig l. pupillus vel a tutore accepit, ut inf. de auth. tut. l. quinta? Rñ. nec utilem ex ĩ. sed dati: & sic põt loqui finis primæ legis: sed cõmunes actiones ad exhibendum: & in rem, locum habent, ut & supra l. prox.

f *Non videtur reddita.*] quantũ ad hanc actionem: nec quantum ad depositi, ut inf. deposi. l.1 §. si res. sed secus quo ad actionem ad exhibendum, ut C. ad exhib. exhibitionis. nisi in alia prorsus forma exhiberet: nam tunc esset idem quod hic, ut & ŝ. ad exhiben. l. Iulianus, §. sed si quis. nunquid ergo hoc casu ex quo non videtur reddita ipsa tota res, petetur adhuc? Argum. quod sic, inf. de sol. l. etiam. & quia verbum reddi, latã habet significationẽ, ut inf de vsu. l. videamus, § in Fauiana. Sed Io. contra, ut inf. de sol. l. si stipulatus sum. §. 1. agetur ergo ad deteriorationem, sicut re non reddita: & hoc ideo, quia deterioratio iure actionis uenit; secus si iudicis officio, ut C. de pos. l. 4. & ŝ. de eo quod cer. lo l. antepen. nisi fortè inconuenienti suppleret, vt inf. de re iud. l. Paulus respon. & ŝ de rei vend. l. ex diuerso, §. vbi. Vel melius, si pro re ipsa quæ est soluta, aliquid desit, res ipsa petetur, ut quia alii obligatã tradas, ut inf. de sol l. etiã, & l. si rem. secus si res deterior est in contractu stricti iuris, ut sup. de dolo. l. & elegãter, §. nõ solo. & hæc distinctio in cõtractu stricti iuris locũ habet: secus in act. bo. fid. ut hic: nam tota petetur. Si vero in re soluta nil desit. sed pars debita tantum est soluta, pro parte tollitur obligatio, ut ibi, & inf. de legat. 2. l. Mænius, §. fundo. & de solut. l. stipulatus, § ij. secundum. Azo.

g *In hac.*] tria dicit. In primo fuit in dolo: & ideo iuratur in litem. In secundo in culpa. Tertio in dolo sine culpa.

h *Quanti.*] in bo fid. iudicib. si res principaliter petatur, tempus rei iudicatæ inspicitur vt hic. Si ad æstimationem agatur tempus quo nata fuit obligatio, vt ĩ. mand. l. hominem, in princ. at in iudicib. stricti iuris distinguitur quantitas a specie: nam si quantitas, tunc lit. contest. tẽpus inspicitur, vt hic: nisi post moram etiã ante commissam melior facta sit, vt ŝ. si cer. pet. l. vinum, & de trit. l. fi. si vero species, si extat, qualis est: si non, qualis esse desiit, & hoc mora cessante: sed culpa interueniente. Cæterum, si in mora fuit, in id tenetur in quo facta fuit deterior, ut ŝ. de trit. l. pen. & ĩ. mand. l hominem, sm Io. & sm hoc loquitur hic, qñ in specie, & demum lit. cõtest. fuit in mora. Sed Azo. facit vim in eo quod dicit hic quanti. nam per hoc patet, q̃ ẽ quantũ ad rei æstimationẽ spectatur tẽpus sniæ, ut lit contest. non quo nata fuit obligatio: & alia lex hominem, in speciali casu loquitur: & forte in bo. fi. iudi. spectatur tẽps sniæ, ut vsque ad illud ex tẽpe moræ fiat æstimatio, non ut progrediat vltra: & ita in iudicibus stricti iuris, s. de tẽpe lit. contesta. i. ut a tẽpe moræ vsque ad lit. contest. fiat æstimatio. & sic non obst. l. hominem. & hoc si alium cõuenio act. stricti iuris, vel bo fi. pp culpam: nam ita innuitur hic: quia primo dixit iurari in litem, quod pp dolum tñ continget, & postea dicit æstimandum quanti res fit tẽpe sniæ, quod est vbi pp culpã agitur. Si vero quis propter dolum conueniatur actione stricti iuris: forte a tẽpore moræ vsque ad sententiã fiet æstimatio, ut sup. de rei vend. l. Iulianus scribit si hominẽ, §. 1. & ita posset intelligi quod dr. ŝ de triti. l. pen. condemnationis tempus spectandum. licet & aliis modis ibi exposuerimus, ut corrigatur principium per finem. Item quod dicit hic. rei iud proprie pone, ut tunc incipiat secundum Io & H & hoc nisi culpa, uel dolo res sit facta deterior post lit. contest. quia tunc id inspicitur tempus.

i *Quamuis.*] i. cum in stricti &c. secundum Io. & sic argumentatur a minori. Item secundum Azo. proprie ut tuc finiatur. Vel tertio dic, iudicandæ, idest tempus moræ, quo potuit, & debuit iudicari, secundum omnes.

K *Litis contestatæ.*] si quantitas petatur secundum Ir. Item est contra huic dicto de stricti iuris, sup. si qs caut. l. qui autem, §. 1. Sol. ut ibi. Item est contra, sup. de trit. l. pen. Sol. ut ibi, & modo diximus. Accur.

l *Conuenitur.*] ut & ŝ. de cõd. furt. l. in condictione. Accu.

m *Insolidum.*] vt hic, & C. de hæred. act. l. pro hæreditariis. & ŝ. de rei vend. l. si possessor. & ĩ. de vi & vi ar. l. si plures. & in s. de pro. stip. l. 2. §. incertam & sup. de eden. l. si qs ex argentariis, §. 1. & inf. pro soc. l. actionem, §. antepen.

¶ Impuberes * commodati actione non tenentur, [a] quoniam nec consistit commodatum in pupilli personam sine tutoris authoritate: [b] vsque adeo, vt etiam si pubes factus dolum aut culpam admiserit, hac actione [c] non teneatur, 1 † quia ab initio non constitit.

Paulus lib. 7. 2 † ad edict.

LEX II.

Nec in furiosum commodati actio danda est: [d] sed ad exhibendum [d] aduersus eos dabitur, vt res exhibita vendicetur.

Vlpianus li. 28. ad edictu.

LEX III.

Sed mihi videtur, si locupletior [e] pupillus factus sit, dandam vtilem commodati actionem, secundum diui Pij rescriptum.

In actionibus bonæ fidei non videtur res reddita, q̃ deterior redditur: ideo actio prima durat. Bart.

¶ Si reddita quidem sit res commodata, sed deterior reddita, non videtur [f] reddita, 3 † nisi quod 4 † interest, præstetur: proprie enim dicitur res reddita, quæ deterior redditur.

Cum venitur ad æstimationem rei per iuramẽtum in litem, quod est affectionis, vt in actionibus bonæ fidei, inspicitur tempus sententiæ: quãdo verò per iuramentum in litem, quod est veritatis, vel stricti iuris, inspicitur tempus lit. contestatæ. h.d. iste §. secundum intellectũ Doctorum, qui fuit originaliter Guil. de Cun. et ipsum sequitur Bar. glo. verò non intellexerunt istũ §. & propter ipsum fuit obtenebratus intellectus glo. quia nesciuerũt soluere cõtraria difficilia. Paulus.

¶ In hac [g] * actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis, similiter in litem iurabitur, vt 5 † rei iudicandæ tempus, quanti [h] res sit, obseruetur: 6 † quamuis [i] in stricti iuris iudiciis 7 † litis contestatæ [k] tempus spectetur.

In obligatione rem restitui in contractibus bonæ fidei, hæres tenetur vltra hæreditariã portionem, quatenus rei restituendæ habet facultatem. Bartolus.

¶ Hæres * eius, qui commodatum accepit, pro ea parte, qua hæres est, conuenitur: [l] nisi forte habeat 8 † facultatem totius rei restituendæ, nec faciat: tunc enim condemnatur insolidũ, [m] quasi hoc boni iudicis arbitrio conueniat. *

Agendum,

** Non secundum Bald. in antiqua lect. q̃ quando contractus ab initio non tenet ratione inhabilitatis personæ, nunquã confirmatur. concor. tex in l. vsufructus, inf. de stip ser no.*

1 † Flor. tenetur.

2 † Flor. lib. 28.

3 † Dua vbi reddita, q̃ deterior facta reddatur

4 † Flo quid.

** Ad intell. huius § vide Butrigal. in l. vinum, num. 41. si cer. pet. & ibi Rub. num. 58. & 227.*

5 † Flor. &

6 † Flor. obseruatur.

7 † Flor. desunt verba, 'iuris iudicijs.'

** Ad intell. huius §. vide Alc. in l. 4. §. Cato. num. 85. de verb. obl. & ibi Ang. de Perusi. num. 1 & Butrigal. num. 87 & Dec. n. 189. & Mar. Socin. nu. 189.*

8 † Flor habent.

** Hinc apparet casum esse sing. in reductum fauore bonæ fidei, q̃ maxime in cõmodato desiderat: nam cum hæc actio sit pers. in solid. forè in iure non datur. l. 1. 6. si hæres infra ad Trebell.*

a *Agendum.*] contra patrem, uel dominum. Accursius.

b *Filiofam.*] sed hodie cum patre, cũ habeat ipse exercitiũ, vt C. de bon. mat. l. j. & de bon. quæ lib. l. fin. posset tamẽ dici hoc esse verum in his rebus quarũ patri acquiritur vsusfructus: sed si extra illas res ineat filius contractum, vt est hic, quia res ei commodata est, vel deposita apud eũ: posset ipse filius cõuenire & conueniri, authoritate nõ patris ut d. l. cum nõ solum, §. ptimo.

c *Condemnatur.*] de pecu ut & ĩ. de dolo, l. si oleum. & hæc de dolo & infra deposi. l. j. § filiusfamilias.

d *Duntaxat.*] id est non culpa, sed dolus tantũ domini punitur ut ĩ. de pecu. l. in bonæ fidei, & l. depositi.

e *Consumitur.*] vnde panis improprie dicitur commodari. Accursius.

f *Sæpe. Ditis.*] quasi dicat interdum pecuniæ gratia ditis, id est diuitis apparituri: est enim syncopatum loco numerationis, scilicet faciendæ creditori; ac si dicat, debitor plurium accepit pecuniã ut diues appareat, & sui creditores non sint acerbi: quasi cito possit eis solui.

g *Si ut certo. Habeat*] actione ex eo contractu. ut supra de eo quod certo loco, l. in bonæ fidei. Accursius.

h *Facit.*] si res præsens sit, alias cum nactus erit possessionem ex voluntate actoris, ut supra, de rei vendic. hæc si res. Est enim emptori similis, infra rerum amo. l. si propter res. & supra de publ. sed & si res, § primo. & inf. de cõtra. empt. l. 3. & ideo debet iste cauere victo ei si ad se peruenerit, ut infra eodem, si is qui. primo respons. & etiam actionem cedere, quã nisi dolum commiserit, ut infra de re iudic. l. in depositi. Accur.

i *Culpa.*] id est lata, leuis, & leuissima.

k *Et quidem.*] id est in his videlicet q̃ apposuit his

1 † *Flor. &*

2 † *Fl. decst, agere.*

3 † *Flor. desit quis.*

4 † *Flor. condemnatur.*

* *Pater gl.* ... *vsu* ... *contra* ...

5 † *Flor. etiã.*

6 † *Flo dicis, in simulatis, non cũ animo ut* ... *possit se facere.* ... *Vide lib.* ... *cap.* 47. & *Aug.* ... *lib.* ... *Grati* ... *Cuiac.* ... *lib* ... *cap.* 27.

Ex contractu commodati celebrato cum filio, vel seruo ipse tenetur insolidum & et pater vel dominus de peculio: & de dolo ipsorum habebitur ratio. Bart.

¶ Si filiofamilias, seruo commodatum sit, duntaxat de peculio agendum a erit. Cum ipso autem filiofamilias b etiam 1 † directo quis agere 2 † poterit.

¶ Sed & si ancillæ, vel filiæfamilias quis 3 † commodauerit, duntaxat de peculio agendum erit. Sed non tantum ex causa doli earum personarum pater, uel dominus condemnatur. c 4 † sed & ipsius quoque domini, uel patris fraus duntaxat d venit, ut Iulianus lib. 11. circa pignoratitiam actionem distinguit.

Commodatum non consistit in his, quæ vsu consumuntur, nisi sic tradantur, vt vsu consumantur. Bart.

¶ Non * potest commodari id, quod usu consumitur: e nisi forte ad pompam, uel ostentationem quis accipiat.

Caius lib. 1. de verb. oblig.

LEX IIII.

Sæpe enim 5 † ad hoc f commodantur pecuniæ, ut ditis 6 † gratia numerationis loco intercedant.

In hac actione ex natura officij iudicis quod deseruit actioni bonæ fidei, habetur ratio interesse loci & temporis. Bart.

Vlpianus lib. 28. ad edictum.

LEX V.

Si, ut certo loco, vel tempore reddatur commodatum, conuenit; officio iudicis inest, ut rationem loci, uel tẽporis habeat. g

Litis æstimatio similis est emptioni. Bart.

Si quis hac actione egerit, & oblatam litis æstimationem susceperit: rem offerentis facit. h

In contractibus, qui celebrantur gratia dantis tantum, venit dolus & lata culpa. In his, qui gratia accipientis tantum, venit leuis & leuissima. In his, qui gratia vtriusque, uenit lata & leuis: de casu verò fortuito quis non tenetur, nisi conuentio, æstimatio, vel culpa præcesserit: vel aliud inducat. h. d. vsque ad §. denique. Bart.

Nunc videndum est, quid veniat in cõmodati actionẽ, 7† utrum dolus, an & culpa, i an vero & omne periculum? Et quidem k in contractibus interdum solum dolum, interdum & culpam præstamus: dolum in * deposito: nam quia nulla utilitas eius uersatur apud quem deponitur, merito dolus solus præstatur: nisi forte & merces l accessit: tũc enim (ut est & constitutum) & culpa exhibetur: aut si hoc ab initio conuenit, ut & culpã & periculum præstet is, penes quem deponitur. m Sed vbi vtriusque vtilitas vertitur; ut in empto, in 8 † locato, in dote, in pignore, in societate, & dolus & culpa præstatur.

¶ Commodatum autem plerumque n solam utilitatem continet eius, qui commodatur. & ideo verior est Quinti Mutii sententia, existimantis & culpam o præstandam, & diligentiam: p & si forte res æstimata data sit, omne periculum q ab eo præstandum, qui æstimationem se præstaturum recepit. r

¶ Quod uero s senectute contigit uel morbo, uel ui latronum ereptum est, aut si 9 † quid simile accidit: dicendum est, nihil eorum esse imputandum ei, qui commodatũ accepit, nisi aliqua culpa interueniat. Proinde & si incendio, uel ruina aliquid contigit, uel aliquod damnum fatale, non tenebitur, nisi forte cum posset res commodatas saluas facere, t suas prætulit.

l *Merces.*] non quasi merces: tunc enim locatio esset, ut infra depos. l. j. §. si quis seruum.

m *Deponitur.*] quia contractus ex conuentione legẽ accipiunt, ut infra depos. l. j. §. si conuenerit. Sunt & alii casus in quib. vltra dolum depositarius tenetur, ut dicex ĩ. depos. l. prima, §. sæpe. uel si fuit in mora, uel præcessit causa. Accur.

n *Plerumque.*] hoc dicit, quia quandoque gratia utriusque, quandoque etiã gratis dantis tantum, ut infra ea. l. §. interdum, & l. eum, §. primo. & l. in rebus, § j.

o *Culpam.*] si fecit, quod non debuit.

p *Diligentiam.*] ut & facere teneatur si omisit.

q *Periculum.*] id est omnem culpam, uel id est periculum per culpam omnem proueniens. sic & sup. de negot. gest. litis, §. si pecuniæ. sic etiam ponitur infra. de æstim. act. l. j. in fi. & hoc licet non gratia cõmodatarii tantũ sit cõcessum. Sed quid si gratia cõmodatarii sit tantum cõcessa & postea æstimetur? Respon. pactũ æstimationis inducit casum, alias nihil adderet, quia esse nõ debet. arg. ĩ. de leg. 3. primo, l. si quãdo, § secundum. Ex. & de hac materia plene dixi. § si quis cau tio. l. sed & si. §. quæsitũ.

r *Recepit.*] sed de casu non tenetur, ut infra prox.

s *Quod verò.*] hic potest signari §. ut loquatur in alio casu, scilicet cum res non est æstimata sed melius est per superiora determinari: nam & tunc de casu non tenetur, ut ibi dixi, & dicitur infra locati, l. opus, in fine.

t *Saluas facere.*] similis enim modo debet custodire, ut hic, & inf. deposi. l. quod Nerua. sic & tutor pupilli pecuniã, ut ĩ. de administratio. tuto rum, l. tutor. secundũ dignitatem, § nõ est, sed seruus plus de mirum quã suum ĩ. ad Syllan. l. j. § eo. autẽ Sed quid si res commodata erat

villo

7 † *Flo. actio-nem.*

* *Concor. c. 1. tam gl. 4. in princ. ext. de sol.*

8 † *Duæ vt in loca.* ... *in pig.* ... *in socie.*

9 † *Flor. de eff.*

¶ Custodiam plane commodatæ rei etiam diligentem[a] debet præstare. Sed an etiam hominis commodati custodia præstetur, apud veteres dubitatum est, nam interdũ, & hominis custodia præstanda est, si vinctus[b] commodatus est:[c] vel etiam 1 † eius ætatis, vt custodia indigeret. Certè si hoc actum est, vt & 2 † custodiam is, qui rogauit[d] præstet, dicendum erit præstare debere. 3 †

¶ Sed * interdum, & mortis damnum ad eum, qui commodatum rogauit, pertinet. Nam si tibi equum commodauero, vt ad villam duceres, 4 † tu ad bellũ duxeris, commodati teneberis. Idem erit, & in homine.[e]

¶ Planè si sic commodaui, vt ad bellum duceres, meum erit periculum.[f] Nam & si seruum tibi tectorem cõmodauero, & de machina[g] ceciderit, periculum meum esse Iulianus 5 † ait. Sed ego ita hoc verum puto, si tibi commodaui, vt & in machina operaretur. Cæterum si vt de plano opus faceret, tu eum imposuisti machinæ:[h] aut si machinæ culpa factum est, 6 † minus diligenter[i] non ab ipso[k] ligatæ, vel funium perticarumque vetustate: dico periculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipsum præstare debere. Nã & Mela scripsit, si seruus lapidario cõmodatus sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligauit. Quinimo & qui aliter re commodata vtitur, non solum commodati, verum furti[l] quoque tenetur, vt Iulianus lib. 11. Dig. scribit.

Si commodans non patitur commodatarium vti re ad eum vsum, ad quem commodauit, tenetur commodati contraria. Si commodatarius aliter vtitur, tenetur commodati directa, etiam & furti. Bartolus.

¶ Idemque 7 † ait si tibi codicem commodauero, & in eo chirographarium 8 † debitorem tuum cauere feceris, egoque hoc interleuero: si quidem ad hoc tibi commodauero, vt caueretur tibi in eo: teneri me tibi contrario iudicio, si minus, neq. me certiorasti[m] chirographũ ibi esse scriptum, ẽt teneri 9 † te mihi, inq. commodati. imò ait ẽt furti, quoniam aliter re commodata vsus es: quemadmodum qui equo, inquit, vel vestimẽto aliter quam commodatũ est, vtitur, furti tenetur.

Diligentia debet adhiberi in re commodata, & in eius sequela. Bart.

¶ Vsque adeò aũt in re commodata diligentia præstanda est, ut etiam in ea, quæ sequitur rem commodatam, præstari[n] debeat: puta 10 † equũ tibi commodaui, quam pullus comitabatur, etiam pulli te custodiam præstare debere veteres responderunt.

Si commodatum fiat gratia dantis, vel eius contemplatione, commodatarius de solo dolo tenetur. Bartolus.

¶ Interdum * planè dolũ solum in re commodata, qui rogauit, præstabit: vt puta 11 † si ita conuenit,[o] vel si sua duntaxat causa commodauit, spõsæ forte suæ, vel vxori, quo honestius culta ad se deduceret: vel si quis ludos edens prætor * scenicis[p] commodauit: uel ipsi prætori quis vltro 12[q] commodauit.

Si res data, ut pignoretur, non recolligitur, competentibus actionibus est agendum, uel actio debet cedi sumptibus, & periculo ipsius cedentis. Bartolus.

¶ Nunc uidendum, in quibus speciebus commodati actio locum habeat. Et est apud ueteres de huiusmodi speciebus dubitatum; Rem tibi dedi,[r] ut creditori tuo pignori dares,[s] dedisti, non repignoras[t] 13 † ut mihi reddas. Labeo ait commodati actionem locum habere. Quod ego puto[u] uerum esse, nisi merces interuenerit. tunc enim uel in factum, uel ex locato[x] & 14 † conducto agendum erit.

vilis pretii sua vero pretiosa res erat? Respond. non tenetur: quia diligẽs quilibet hoc fecisset: non aũt tenetur facere nisi quod diligentissimus faceret, ut j. eodem, in rebus j respon. Quid si æquales? Item quid si res duorum commodatas habuerit? Resp. idem. arg. j. ad Syl. l. 3 § 2.

a *Diligentem.*] tenetur enim regulariter omnis commodatarius de lata, leui, & leuissima, ut plenè dicẽ j eo. interdum.

b *Vinctus*] idest ligatus.

c *Commodatus est.*] vnde custodiendus erat, vt s. de rei vend. l. si a bonæ fid. Et no. quod inspicitur consuetudo ciuitatis, ut j. de pig. act. l. si seruos. Item no. quod minus de homine quam de alia re tenetur. nisi indicia præcedant; ut hic. Item no. quod iuuenes facilius fugiunt, quam senes.

d *Rogauit*] idest is qui commodatum accepit.

e *In homine*] no. ex hoc §. generale tale, quod vbicumq. quis tenetur de casu, ibidem si culpa præcedat casum, de casu tenetur, vt j. eo. l. in rebus §. j. & j. loca. videamus. §. si hoc. & C. de nau. fen. l. cum proponas. & s. si quis ca. l. 2. §. vis. & j. solu. matri. in his. Sed quandoq. fallit, ut inf. ad l. Rh. de iac. l. fin. §. si ca. & § fin.

f *Periculum.*] quia ad hoc dedi. ut arg. s. de vsufr. l. arboribus. §. nauis.

g *Machina.*] & machinæ vitio nil factũ est &c. Et no. quod res inanimata non dicitur culpam committere.

h *Aut si machina*] redit ad primum, quando commodauit, ut in machina operaretur. Accur.

i *Minus diligenter.*] rationem assignat. Azo.

k *Ab ipso.*] s. seruo. tu enim non teneretur, ut ar. inf. e. §. si me rogaueris. versic. plane si seruus.

l *Furti tenetur.*] ut arg. s. de cond. fur. l. si qui furtum. & inf. de fur. l. qui iumenta. & l. si is qui. & l. qui re. & l. si pignore. §. j. & inf. proxi. §. & hoc si intellexisset se inuito domino facere: eumque si intellexisset, nõ permissurum: vt insti. tit. de obli. ex malefi. §. placuit.

m *Certiorasti.*] maximè. Accur.

n *Præstari debeat.*] quod iuris est in principali, & in access. ut inf. & inst. ad l. cuicumque. §. item fideiussori. & inf. e. l. si me. & inf. de po. l. j. §. sic ista. & if. de preca. l. quamuis. & s. nau. cau. stab. sed & ipsi. § si. Sed argu. cõtra inf. depo. l. 1. §. quæ in depositis.

o *Conuenit.*] s. per pactum. sed in dote hoc pactum non ualet: ut inf. de pact. do. l. Pomponius ait. Et distinguet: quia quãque dolum tñ præstabit, ut si gratia dantis tãtũ sit commodata: quãque de lata, & de leui, ut si vtriusque gratia: quandoq. ẽt de leuissima, ut regulariter: vt hic. & inf. eo. l. eu. §. si rem. & inf. e. l. in rebus. in prin.

p *Scenicis.*] in scena ludentibus

q *Vltro commodauit.*] duobus modis potest hoc intelligi, & quod prætor sedebat, & ei dedit, ut daret scenicis: tunc ipse de dolo tãtum mihi tenetur, uel quod ego alicui, uel prætori vltro accommodẽ, ut & tunc de dolo solo teneat.

r *Rem tibi dedi.*] id est commodaui Accursi.

s *Dares.*] i. obligares

t *Non repignoras.*] id est non luis. Accur.

u *Puto.*] vt & C. eod. l. penul.

x *Vel ex locato*] si certa merces, tunc ex locato: ut si incerta, tũc in factum, idest præscri. uar. ut insti. loc. §. nã ut. uers. & quæ supra dixi.

1 † Flor. deest, etiam.

2 † Flor. deest, &.

3 † Flor. deest, debere.

* Concor. cũ hoc § gl. 1. in uer. commodatum autem in ca. 1. ext. eo ti.

4 † adducerres.

5 † alias, Vitmanus.

6 † Flor. deest, est.

7 † Flor. deest, quo.

8 † chirographum forte legendum est, chirographo Duar.

9 † Flor. teneris mihi.

10 † Flor. ut puta.

* Bald. hic dicit illum tex. not. hoc, quod sponsus mutuans ornamenta sponsa videtur in dubio ea commodare non donare, unde sol. ma. potest ea repetere tamen quæ tamen non est standum: ut hoc dicitur in secundis interp. Bolog.

11 † Si quis ita. Flo.

* Quem hic prætorem iurisconsultus intelligat, pulchre Bu. hoc.

12 † alias, vltra. sed rectius est. Flo. Duar.

13 † Flor. repignora. & infra repignorandi.

14 † Flo. deest, &.

a *Pro te.*] scilicet præsente. alias neg. gest. datur, vt ꝫ. man. l. ex mandato. §. si fideius. sed si tempus non est appositum, quando luere debeat, quando agam? Resp. cum diu steterit vt ꝫ. menda. l. Lucius.

b *Si a me.*] mutat personas. Accursius.

¶ Planè si ego pro te a rem pignori dedero tua voluntate: mandati erit actio.

¶ Idem Labeo rectè dicit, si a me b culpa absit repignorandi, creditor autem nolit reddere pignus, competere tibi ad hoc duntaxat c commodati, vt tibi actionem 1 † aduersus eum præstem. Abesse aût culpa a me uidetur, siue iã solui pecuniam, siue soluere sum paratus. d Sumptus e plane litis, cæteraque æquum est eum agnoscere, qui commodatum accepit.

Culpa hominis commodati cum re commodatarium non excusat: secus in dolo. Bartolus.

¶ Si me rogaueris, vt seruum tibi cum lance f commodarem, & seruus lancem g perdiderit: 2 † periculum ad te recipere. nam & lancem videri commodatã: 3 † quare eam quoque præstandam. Planè si seruus cum ea fugerit: eum qui commodatum accepit, non teneri: nisi fugæ præstitit culpam.

Appositio custodis facta ex postfacto non remittit custodiã ei, cui res fuerat commodata. Bar.

¶ Si de me h petisses, vt triclinium tibi sternerem, i & argentum ad ministerium præberem, k & fecero: deinde petisses, ut idẽ sequenti die facerem: & cum commodè argentum domum 4 † referre non possem, ibi hoc l reliquero, m & perierit: qua actione agi posset, 5 † & cuius esset periculum? Labeo de periculo scripsit, multum interesse, custodem posui, an non: si posui, ad me periculum spectare: si minus, ad eum penes quem relictũ est. Ego puto commodati quidem agendum in vtroque n casu: 6 † verum custodiam eum præstare debere, penes quem res relictæ o sunt: nisi aliud nominatim conuenit.

In obligatione primitiua, quæ ad rei restitutionẽ contrahitur, quilibet tenetur pro parte: quia insolidum ad eos peruenire non potest. In obligatione vero secundaria, quæ contrahitur ratione doli vel culpæ, quilibet tenetur insolidũ: quia pro parte non põt delinqui: & si agit contra vnum ex facto alterius, ei actio cedi debet, quia si cõtra istum ageretur, actio pro rata tolleretur. Bartolus.

¶ Si duobus vehiculum p cõmodatum sit, vel locatum simul, Celsus filius scribit 7 † lib. 6 Digestor. quæri posse vtrum vnusquisq. eorum insolidum, an pro parte teneatur. Et ait q duorũ quidẽ in solidum dñium r vel possessionem esse non posse: 8 † nec

c *Duntaxat.*] contra ꝫ. de pig. act. l. petenti. vbi dicit dari actionem. Sed dic, quod & ibi cedendo liberatur: ut ꝫ. eod. tit. l. eleganter. §. si vendiderit & l. pen. Azo. & ad hoc ꝫ. de per. qđ debetur. & ꝫ. lo. l. cũ plures. §. vestimenta. Accursius.

d *Paratus*] vt infra qui. mo. pig. vel hyp. solui. l. item liberatur. §. qui paratus. Et sic no. ꝙ sufficit si per eum non remaneat, vt hic, & infra de an. le. l. Mænia. in princip.

e *Sumptus.*] ad hoc infra depo. si in Asia. j. respon. & supra ad exhi. sed & si. §. quo loco.

f *Cum lance.*] i. seruũ & lancem.

g *Lancem.*] vt supra eod. §. vsque adeo. Accursius.

h *Si de me.*] idest a me.

i *Sternerem*] idest optime locum tuum præpararem, & scopis mudarem, & demum bene ornarem: ibiq. tres lectos sternere in quibus olim comedebant antiqui, & vocabat locus sic paratus triclinium. Vel dicitur locus tribus clauibus firmatus, vel cameræ tres dicitur triclinium. *

k *Præberem.*] i. commodarem.

l *Hoc.*] s. argentum.

m *Reliquero.*] penes commodatarium, vt innuit infra eo eo, ꝙ dicit actio commodati. cõmodaueram ergo etiam argẽtum ad illud seruitium.

1 † Vi. alli- ante.

2 † Flor. inter has verba interseruntur ista (Cartilius ait) de hoc Cartilio fit mentio in l. Cornelius inf. ad her. insti. & vi. Ant. Aug. lib. 3. c. 4.

3 † Fl. quanto culpam in eamque. præstandam.

* Triclinii quid sit. vi. l. locamen. ꝫ. de seruitu. ro.

n *In vtroque.*] siue posuit custodem, siue non.

o [*Relicta sunt.*] reprobata prædicta distinctione Labeonis, secundum Azo. nec obst. supra proxi. l. §. si me rogaueris, quia ibi commodator ab initio commisit seruo custodiam alioquin fugæ periculum ad eum commodantem non spectaret de lance, & tamen de alio periculo tenetur commodatarius, ut ibi, & ꝫ eod. l. rem mihi §. j quãquam Io. dixerit, quod vbi custodem posuit, renunciasse custodiæ commodatarii prius videtur, & ideo ad se spectet periculum, quod non placet: quia commodatarius prius fuit obligatus pro custodia, & ideo licet alius custodem opponat: non potest dici sic liberari: secus vero vbi quis in rei traditione, quæ fit per custodem, apposuerit: quia tunc renunciasse bene videtur, vt dixi. & sic loquitur infra de sol. l. si solutus in fine. & infra de acquiren. poss. quarundam. & C. de pact. do. l. finali. §. si quidem, quæ sunt argumen. contra, secundum Azo. & supra proximo §.

p *Si duobus vehiculum.*] paruum plaustrum: vt ꝫ. innuit & C. de hono. vehi. lib. 11. l. j. vbi carucas interpretant imp. eo verbo vlus est Auctor feudorum c. vni. § mercator. de pace tenen. in vsi. feud.

q *Et ait.*] scilicet Celsus non respondens quæstioni adhuc: sed respondet ibi: sed esse verius ait &c. vbi dicit, qđ insolidum tenetur.

r *Dominium*] hoc est planè verum, ꝙ duo non possunt esse domini insolidum, nec totius nec partis rei, vt hic, & infra de castren. pecu. l. hæreditate. §. pater. sed de possessione quæritur. Quidam, vt Gulliani, ꝙ sic. & pro eis est infra vti possider. si duo. in prin. Alii vt R. & Pla. ꝙ ciuilem duo possunt habere insolidum: sed naturalem non. Et pro eis est infra de acqui. poss. l. 4. §. ex contrario. Tu dicas, ꝙ nec ciuilem, nec naturalem duo insolidum habeant, vt hic, & infra de preca. l. duo. Præterea, cũ dominium non possit esse penes duos insolidum, vt hic dicit: ergo possessio ciuilis, quæ est causa acquirendi dominium duorum insolidũ esse non potest: quod ex definitione vsucapionis patet, vt infra de vsucap. l. j. & inst. per quas perso. nob. acqui. §. ex his. nam quoties aliquid prohibetur, & id prohibitum est per quod peruenitur ad id, vt infra de sponsa. l. oratio. diuerso tamen iure duo insolidum possunt possidere, vt vnus ciuiliter, & alter naturaliter, & sic intelligitur lex illa infra vti posidet. l. si duo. sic enim distinguuntur iura possessionis ut infra de vi & vi arma. l. j. §. quod vulgo dicitur. & ꝫ. preca. l. & habet. §. cum. Sed qui sunt, qui ciuilem habent possessionem? Respon. proprietarius. & ille qui dedit in feudum, & qui in emphyteusim dedit. nam proprietarius quærit sibi possessionem per seruum fructuarium. quod non faceret si non possideret, ut infra, de acqu. possess. l. §. sed & per eum: fructuarius vero vel vasallus, vel emphyteuta illã tũ naturalem habent, ut infra de acquir. possess. naturaliter. & l. possessio. j. respon. Sibi enim possident ratione iuris, quod habent in re. & idem in eo, colono, qui conduxit ad non modicum tempus: quia naturaliter possidet, ut sup. si ager vect. vel emph. pe. l. j. & ꝫ. de superfi. l. i. §. qui ait. secus si ad modicum tempus: quia ille nullo modo possidet, ut habetur C. de præscrip. 30. ann. l. male. & inf. de vsucap. l. non solum. §. quod vulgo. licet quidam contra, per l. supra communi diuidundo. l. communi diuidundo. §. neque colonus. sed illud expone vt ibi. Quid autem si hi qui naturaliter possident alii locent ad non modicum tempus.

4 † Fl. domi.

5 † Flor. potuerit.

6 † Fl. deesse, in vtroque casu.

7 † Flor. Iulio filio.

8 † Flor. posse.

quemquam partis corporis a dominum esse: sed totius corporis pro indiuiso pro parte dominium habere: vsum autem b balnei 1 † quidem, vel porticus, vel campi, vniuscuiusque in solidum esse c (neque enim minus me uti, quod alius uteretur) verum in vehiculo commodato, vel locato pro parte quidem effectu d me vsum habere, quia non omnia loca vehiculi e teneam. f Sed esse verius ait: & dolum, & culpam, & diligentiam, & custodiam in totum me prestare debere. Quare duo quodammodo rei habebuntur: g & si alter conuentus h præstiterit, liberabit alterum: & ambobus competet furti i actio.

Pomponius lib. 5. ad Sabi.

LEX VI.

ET 2 † alterutro agente k alterius actio contra furem tolletur. l 3 †

1† l. balnei.

2† Fl. ut.

3† Fl. tolletur.

tempus, vel dent in feudum, vel emphyteusim, vel in vsumfructum? Respon. nullam retinent, cum aliam non habeant. Item secundum Io. ciuiliter possidet. nam cum per conspectum naturalis quæratur, multo magis retinetur, ut infra de acquir. poss. l. quod meo. §. si per venditorem. Et secundum hoc non videtur quod eodem tempore possideat quis ciuiliter. & naturaliter, quod Alexan. dixit. & bene secundum Azo. nisi naturalem appelles approbatione ciuilem ut argumen. infra, de verborum significat. l. lege. sed apud unum una, & apud alium alia sic. Vel dic, quod in partibus in quibus insisto, & video, habeo naturalem, in alijs ciuilem: sed P. & Azo dicebant non ideo admitti naturalem, quod res non sit in conspectu: sed certè secundum hoc non esset ciuilis sine naturali. Item contra eos videtur. quia plures haberent naturalem secundum hoc: quia ingressus fundum habet naturalem secundum eos. P. & M. & R. & Azo. & dominus nihilominus. sic ergo plures: quod tamen ipse Pla. alias negauit dicens naturaliter duos in solidum possidere non posse: sed ciuiliter. Sed dici potest, quod absens habet naturalem: ciuiliter ingrediens habet naturalem naturaliter. Alij dicunt, quod tunc esse desinat. quod non placet: ei autem quod dixi, apud unum non posse esse ciuilem, & naturalem, contradicit C. de acquir. poss. l. licet. ubi dicit exeuntem de possessione, & longe recentem, ita quòd non sit in conspectu: quod retinet possessionem. Vnde dicunt quidam ciuilem: & sic prius habebat ciuilem. de naturali constat, quod habeat: sic ergo ciuiliter & naturaliter possidebat. Sed dicas, quòd retinet naturalem, quam solam prius habebat: illam tamen dico ciuilem: quia iuris ciuilis authoritate retinetur. sic dicitur actio ciuilis prætoria authoritate extensionis: ut supra de noxa. l. electio. §. si is quem, Accursius.

a *Partis corporis.*] sed in solidum simul cum alio, uel pro indiuiso. Vel dic alterius, partis uisibilis, & discretæ: sed intellectualiter sic. nec enim tua est mea: uel mea tua.

b *Vsum autem.*] qui nec est dominium, nec possessio: sed quoddam tertium aliud ab utroque, & ideo distinguitur inter spatiosam rem, & non spatiosam.

c *In solidum esse.*] quia unusquisque commodè balneo etiam cum alio, uel alijs utitur, nec in aliquo per alium impeditur: idem in porticu, secus in uehiculo.

d *Effectu.*] quasi dicat ipsa necessitate. sic supra de usufru. accre. l. 1. in fi.

e *Vehiculi.*] sed nec balnei: sed ibi per alium usus meus non sic minuitur: quod est in vehiculo secus. Ioan. Item quod dicit hic, usum haberi pro parte, est contra. supra de usu, & hab. l. usus partis. sed quod hic dicitur, refertur ad factum: & pro parte uti dicor cum certa parte vehiculi utor. Sed quod ibi dicitur, ad ius, id est ad seruitutem vsus.

f *Teneam.*] idest tenere possum, cum tu in eodem consistens me impedias, & idem in balneo paruo, quod in vehiculo.

Vlpian. lib. 28. ad edict. 4†

LEX VII.

VNde quæritur, si alter furti egerit, an ipse solus debeat commodati conueniri? m Et ait Celsus, si alter conueniatur, qui furti non egit, & paratus sit periculo suo conuenire 5 † alterum, qui furti agendo lucrum sensit ex re commodata: debere eum audiri, & absolui: n ¶ Sed & 6 † si legis Aquiliæ aduersus socium eius o habuit commodator actionem, videndum erit, num 7 † cedere debeat, p si forte damnum dederit 8 † alter, quod hic conuenitur cõmodati actione resarcire 9 † compellitur. q Nam & si aduersus eum r habuit legis Aquiliæ actionẽ commodator, æquissimum est, ut commodati agendo remittat actionem: nisi fortè quis dixerit, agendo eum ex lege 10 † Aquil. s

4† Fl. ad Sabin.

5† Fl. conueniri.

6† Fl. dest. &c.

7† Fl. ut.

8† Fl. dedit.

9† Fl. farcire.

10† Fl. lege.

g *Habebuntur.*] quia vterque obligatus est in solidum ad rem restituendam: quod si nõ facit, debet pro parte ad interesse damnari: ut infra depo. l. si duo. Azo. Sed uidetur, quod non in solidum teneatur, ut infra eodem, l. rem. §. in exercitu. quæ est contra. Solut. ibi actum est, quod quilibet pro parte teneatur. nam ita dixit cõmuni periculo: ut ibi dicit. Hodie vero, ut duo cõmodatarij sint duo rei debendi, oportet quòd expressim dicatur, ut in Auth. de duobus re. in princip. colla. 9. nec dicat aliquis, quòd Aut. loquatur, quando est diuiduum in obligatione: hic autem restitui res pro parte non potest, ut inf. depo. l. si duo. & infra de verborum obligat. stipulationes non diuiduntur: quia certè illud locum habet, quando res pro parte restitui non possit: quãdo id est actũ, quod quilibet teneatur insolidum. Vel quando vnus ad rem totam tenebatur: alioquin quilibet tenebitur pro parte, ut in heredibus dicitur, & pluribus depositarijs, ut infra deposi. l. 1. §. si apud duos. & l. in depositi sic ergo & hic fuit actum. Accur.

h *Conuentus.*] actione commodati.

i *Furti.*] si ei res commodata surripiatur. hodie verò ponitur in electione commodantis, ut possit ipse, si uelit, eligere furem, ut institu. de obligat. quæ ex male. §. quod de fullone.

k ET *alterutro agente.*] sed non peragente.

l *Tolletur.*] hoc ideo, quia utrique in solidum ex una eademq; causa defertur furti actio, & ideo uni per alium præiudicatur: ut inf. de duo. re. l. ex duobus.

m VNde *quæritur. Conueniri.*] scommodati actione sibi à commodante cessa: aliter enim non potest, & tunc non ad lucrum, i. pœnam furti, quam habuit socius, aget, ut C de fur. l. si. § sed cum. & infra loca. & condu. l. is qui. licet in creditore sit aliud, ut ⁊ tit. j. si pignore. sed ad rem, uel rei commodatæ æstimationem quam socius consecutus est. Sed quidam habent in litera conueniri, & ad hoc est arg. inf. de fideius. l. si dubitetur. 1. respon. potest tamen dici in fideiussoribus aliter quàm in duobus reis: secundum Azo.

n *Absolui.*] s. ab obseruatione iudicij interim.

o *Socium eius.*] conueniri: ut quia socius eius damnum dedit.

p *Debeat.*] s. conuento.

q *Compellitur.*] imò uidetur, quod cogi non debeat, cum præuideri non possit: ut inf. eo. l. ad eos? Resp. imò quandoque cogitur, s. si potuerit præcauere: ut inf. locat. sed de damno. Vel dic aliud in damno dato ab extraneo: & aliud in damno dato à socio. quia illud quasi à me reputatur datum, cum pro vno reputaremur propter societatẽ obligationis: ut infra de duob. re. l. si. sed argu. contra. infra de usu. l. mora, in fi.

r *Eum.*] s. quem vult conuenire q. d. ideo quæsiui, an cedatur actio resarcienti damnum ab alio datum: quia si iste est qui dedit damnum quẽ conuenio cõmodati, licèt non debeã cedere, debeo tñ remittere actionem l. Aquil. nisi in eo, quod plus est in ea actione, quàm cõmodati, secundum Azo.

s *Ex lege Aquil.*] i. postquam egerit commodati, uel refertur ad superius dictum.

a *Quod videtur habere rationem.*] quia posset agi ad residuum per actionem legis Aquiliæ: ut hic, & arg. ff. vi bon. rap. l. j. Sed arg. contra inf. de act. & obl. l. qui seruum §. fi. ubi dicit post quam egi commodati, non possum agere l. Aquil. in eo, quod plus esset in ea ex repetitione 30 dierum. Sol. secundum R. hic de equitate, vel secundum M. ibi dicit non durare alteram, cum non est in secunda, plus quã in j. aliàs durat, ut hic: vel secundum Io. hic ad aliud simplum agitur, quòd venit in actionē illam, quia inficiatio intercessit, non autem ad incrementum 30. dierum: ut ibi. Vel hic non est cōsecutus per actionem commodati nisi medietatem æstimationis, cum duo fuerunt commodatarij: aliam ergo poterit cōsequi per actionem commodati, vel per actionem l. Aquil. secūdum Azo. Vel dic, quòd hoc nisi &c. non ad proximum, sed ad superius refertur, & hoc in pluribus & à pluribus permittitur. in contrarium non ab co. arg. supra ad leg. Aquil. item Mela. §. si plures. Sed quæstioni factæ, an conuento socio teneatur cedere contra alium, non resp. sed ego respondeo, quòd tenetur cedere, sicut pupillus cedit tutori conuento contra tutorem, ut C. de admin. tuto. l. x. in princ. & §. fin. & infra de tu. & ra. di. l. 1. §. nunc tractemus. Et est ratio, quia ex facto dantis damnum conuenitur, & præstat dānī æstimationē, commodati autem actio non est cedenda: quia conuentus ex suo nomine tenetur nisi ad damnum, ut dictum est. sic ergo in duobus reis dico, ne conuento actio cedatur, nisi ex facto rei conueniatur: sed aliud est in fideiussor. ut C. de fideiussoribus. auth. præsente. & C. loca. l. si diuersa. sed in reis idem dico, si tales erant, ut posset conuentus postulare, quod diuideretur actio, ad exemplum pluridm mandatorū: ut infra pe. fideiussori fideiussores. §. idem respon. & l. fideiussores. secundum Azo.

hoc minus consecuturum, quàm ex causa commodati consecutus est. quod videtur habere rationem. a

Pomponius lib. 5. ad Sabi.

LEX VIII.

REi commodatæ b * & possessionem, & proprietatem retinemus. c

Vlpianus li. 2. ad edictum.

LEX IX.

NEmo enim commodando rem facit eius cui commodat.

Ex vsu ad quem res ac commodatur, quis nō obligatur, nisi sit missa culpa. hoc dicit. Bart.

Idem libro 29. ad Sabinum.

LEX X.

EVm, qui rem commodatam accepit, si in eam rē vsus est in quam accepit, nihil præstare, si eam in nulla parte culpa sua deteriorem fecit, verū est. nā si 1 † culpa fecit deteriorem, tenebitur. d

Contractus innominati iudicantur secundum naturam contractus nominati cui adijciuntur. Bar.

[¶ Si rem inspectori dedi an similis sit ei, e cui commodata res est, quæritur. Et si quidem mea causa dedi, dum volo pretium exquirere, dolum f mihi præstabit tantū: si sua, 2 † etiam custodiam: & ideo g furti habebit actionē.

Si res perierit culpa nuntij restituentis, perit periculo domini, si eū misit: aliàs periculo commodatarij, si nuntium malū elegit. idem si nūtij dolo perierit. Bart.

¶ Sed & dum refertur, h periculum eius est qui misit. i

rij, si quidem ego mandaueram per quem remitteret, periculum meum i erit: si verò ipse cui uoluit, commisit, æquè mihi culpam præstabit si sua 3 † causa accepit.

Paulus lib. 6. 4 † ad Sabi.

LEX XI.

QVi non tam idoneum hominem elegit, k ut rectè id perferri posset.

Vlpianus lib. 29. ad Sabin.

LEX XII.

SI mea 5 † causa; dolum tantum.

¶ Commodatam rem missus, qui repeteret, cum recepisset aufugit. Si dominus dari iusserat, domino perijt: si commonendi l causa miserat, ut referretur res commodata, ei 6 † cui cōmodata est, perijt. 7 †

Dominus qui recipit æstimationem litis à commodatario, tenetur cauere de restituendo ei rem, si ad manus eius perueniat. Paulus de Castro.

Pomponius lib. 11 ad Sabin.

LEX XIII.

g *Debilitauit.*] scilicet venit in iudicio isto, vt hic, & C. eo. l. creditor.

h *Non teneri.*] nam licitum est seruos pro suis maleficiis coercere, vt hic, & ℥. de verb. oblig. l. qui seruum & de leg. ℥ l. quid ergo. §. si hæres bene autem dicit pro suis, nõ autem aliter: quare si prostituit &c.

i *Soluitur.*] Sed aget debitor ad interesse: ut supra proxi. ibi, & si res pignori &c. sic & in patre & domino quod intercedit hic dicit: ut C. de episco. audien. l. si lenones, & C. de spectaculis. l. fi. l. b. a. v. sic & in eo qui redemit ab hostibus, si talem ancillam redemptam prostituit: ut C. de cap. l. ac illustre. Accur.

SI *seruos*] CASUS. Obligasti mihi seruos tuos, quos instruxi in scriptura, vel in pictura, vel simili artificio, nunquid illa quæ impendi, potero a te repetere? Dicit, quod si voluntate tua tacita vel expressa impendam, expensa potero recuperare: si uoluntas non intercessit. Vel dicitur aut illud artificium est necessarium, & tunc agam ad expensas, ut prius: aut non, & tunc nihil habeo, quia pone quod pauper fuisti, & domum magnam mihi obligasti in domo illa multum impendit subleuando, tegendo, & cum soluendo non fuisti, non potes soluere has impensas: ideo nec cogeris: si autem moderatas impensas feci, & dicas te non posse soluere, dicit quod iudex inspicere debet, ne tibi sit nimis onerosus: nec tu nimis delicatus sis. Viuianus.

k *Iam imbuto.*] idest iam imbui cœptos. & sic est tacita debitoris voluntas. sic & supra cõmo. l. si vt certo loco. §. custodia. & infra de act. emp. l. Iulianus §. præterea in fine. & infra ad Maced. sed Iulianus. §. quod dicitur, & supra eod. vel vniuersorum. & infra de ædil. edic. l. si minor, § el. Sed arg. contra. sup. de vsufruc. l. vsufructuarius. §. ædificiũ. qa si dirueret ædificiũ etiam a domino inchoatum per rei mutationem extingueretur vsusfructus: quod non est in pignore: vt supra eod. l. domo. Item argu. contra infra de reb. eor. l. 5. §. si defunctus.

ADDITIO. Sol. secundum Barto. & dic, quod ibi præsumptioni tacitæ voluntatis non statur fauore pupilli: quia fortè sibi esset vtile vendere, aliter enim sciuisset vendere defunctus, & aliter pupillus.

l *Voluntate.*] s. expressa: vt arg. infra de in rem ver. l. 3. §. sed si mutua.

m *Necessariis.*] necessarium est, ex quo decipitur expensa. & idem de vtilibus expensis.

n *Debitor.*] tres sunt ergo casus. Primus, quando tacita. Secundus quando expressa voluntas intercessit: in quibus omnino agitur. Tertius, quãdo nulla: & nunc agitur pro necessariis, non tamen ut careat debitor re, vt hic, & arg. supra de rei ven. l. in fundo.

o *Negligere.*] s. rem pignoratam, ut hic subiicit. & supra ad legem Aquil. quemadmodum. §. magistratus. Accursi.

p *Culpa.*] lata & leuis. ut Institut. quibus modis re contra. ob §. finali.

q *Vix luere.*] s. soluendo sortem. Accur.

r *Excolere.*] idest sumptus ulterius soluere. Accur.

s *Æquum.*] s. est id quod sequitur, aut &c.

t *Distrahere.*] s. quod &c. Et hoc pro solutione sumptuum vltra modum factorum. Accur.

u *Audiatur.*] debitor est delicatus, qui etiam minimum sumptum refundere non uult, creditor est onerosus, qui vsque ad vltimum quadrantem uult sibi solui neuter ergo auditur. Et sic ex duobus contrariis eligitur quoddam temperamentum, ut supra si quis cau. l. 3. & 2. §. si quis tamen.

1 † *Alias, reprobis reddendis.*

2 † *Flo. mandet.*

3 † *Pecuniam, si per. fluo reddid. Flo. vbi etiã subnectuntur sequentia absque parentesi, quæ sit in hac vulgata. In pignoratitio iudicio venit, & si res pignori datas male tract. &c. & vi. Ant. Aug. lib. ca. 1. Nam sing. ... ...ex exclam. ... dicit ... valde ... ... contra Rom. ... in nouis interpr. Bein.*

4 † *Flor. vend. perandum actiones, recuperand. aum. Duar.*

5 † *Flo. derelinquere: me tibi igitur hæc a iudice.*

* *L. uncin. glo. 1. post primum versic. qui nec delicatus in c. ex prætereo ... collect.*

tamen. & supra de ann. leg. l. Quintus. in fi. l. & inf. de verbo obli. continuus. § 2.

NOn est mirum] CASVS. Superius dixit vnde, & qualiter consensu contrahentium pignus contrahitur. In lege hac ponit duos alios modos quibus pignora constituuntur. Vnus iudex aliquem in possessionem misit, dicit quod pignus constituitur: & arguit à simili. Nam testator in testamento suo potest pignus constituere legatarijs: ergo, & postea assignat differentiam inter pignus constitutum authoritate iudicis, & conuentionale: & dicit quod ita demum contrahitur obligatio in pignore iudiciali si res fuerit tradita, & non aliter. Viuianus.

1†Fl.li.3.

2†Fl Sciendum est, vbi iussu.

a *Testamento.*] vt infra de alim. leg. l. Lucius.

b *Fuerit in possessionem.*] sed conuentionale etiam sine traditione, vt sup. eod. l. 1. differt & in alijs vt ibi dixi.

PEtenti.] CASVS. Petebam à te decem, quae mihi debebas: massam auri mihi tradidisti, vt allij pro pecunia mutuo accipienda obligarem: obligaui, tu postmodum pecuniam soluisti. Dicit, quod si illud ab illo creditore liberaui, & penes me habeam, quod actione ad exhibendum teneor, ut eam exhibeam & reddam: sed si adhuc est penes illum creditorem cui eam obligaui, primam actionem habes contra me, vt eam redimam. Viuianus.

3†Fl pro manu.

c *Petenti.*] id est repetenti: sic ponitur in rubrica. infra solu. matrimon. quemadmo. dos petatur, id est, repetatur. Accursius.

d *Creditori.*]Titio.

e *Debitor.*] scilicet Seius.

Pignus praetorium non constituitur nisi in possessionem mittatur.

Idem libro 5. 1† Disputatio.

LEX XXVI.

NOn est mirum, si ex quacunque causa magistratus in possessionem aliquem miserit, pignus constitui, cũ testamento a quoque pignus constitui posse Imperator noster cum patre saepissimè rescripserit.

¶ Sciendum tamen, 2† vbi iussu magistratus pignus cõstituitur, non alias constitui, nisi ventum fuerit in possessionem. b

Si creditor rem sibi datam, vt pignoret, pignorauit, & luit: conuenitur, ut reddat: aliàs conuenitur, ut luat. Bart.

Idem libro 6. Opinionum.

LEX XXVII.

PEtenti c mutuam pecuniam creditori, d cum ad manum 3† debitor e non haberet, species auri dedit, vt pignori apud alium creditorem f poneret. Si iam solutione liberatas, g receprasque eas is, qui susceperat, h tenet: exhibere iubendus est i Quod si etiam nunc apud creditorem creditoris sunt, voluntate domini nexę videntur. k Sed ut liberatae l tradantur, domino earum propria actio aduersus suum creditorem m competit.

Qui litis aestimationem soluit creditori, repellit debitorem vendicantem: nisi aestimationem solutam offerat. Bart. Vel sic secundum Paul. de Cast. Vendicans rem repellitur exceptione, nisi soluat possessori quod ipse possessor alij pro illa re soluit, si illud est conuersum in vtilitatem agentis.

Iulianus lib. 11. Digestorum.

LEX XXVIII.

SI creditor, qui rem pignori acceperat, amissa eius possessione, Seruiana n actione petierit, o & litis aestimationem consecutus sit: postea debitor eandem rem petens, exceptione submouetur: nisi fortè 4† offerat p ei debitor, quod pro eo solutum est.

Haec actio datur contra dominum de peculio. Bartolus.

¶ Si seruus pro 5 † peculiari nomine pignus acceperit, actio pignoratitia q aduersus dominum r debitori competit.

Si dominium pignoris coepit esse creditoris, pignus extinguitur: & eius possessio debitori non proderit: sed precarium à debitore rogatum durat. Bartol.

Idem lib 14. 6† Digestorum.

LEX XXIX.

SI rem alienam bona fide emeris, & mihi pignori dederis, ac precario rogaueris, deinde me dominus haeredem instituerit: desinet pignus esse, & sola precarij s rogatio supererit.

f *Creditorem.*] scilicet Cornelium.

g *Liberatas.*] à Cornelio. Accur.

h *Susceperat.*]scilicet Titius.

i *Iubendus est.*]s. Titius Seio, & sic agitur ad exhibendũ & rei vend. & etiam propria actio locum habet ex hoc contractu, vt in fine huius legis dicetur. Accur.

k *Videntur.*]& adhuc hodie sunt: licet Seius Titio suo creditori soluerit. sed secus dicas, vbi haec res esset Titio obligata, & ipse alij obligaret: quia tunc statim soluitur secũdum pignus quod soluitur creditori primo, ut infra eo l. debitor. in fi. quae est contra & infra de diuer. & temp. praescrip. l. de accessionibus, §. 1. in fi.

l *Liberata tradantur.*]idest liberentur & tradantur; nam adhuc sunt obligatae, ut dixi.

m *Creditorem.*] s. Titium, non contra Cornelium: quia cum eo non contraxit: nisi fuerit causa, ut supra commo. l. si vt certo. §. rem. quae est contra. Sed quae est haec propria actio? commo. non quia non, fuit gratuitum: ideoque nec mandati. pignoratitia non: quia non huic fuerunt obligatae. Dic ergo propria, id est, praescriptis verbis actio cum deficiant aliae, & aequum sit actionem dari, vt infra de praescriptis. verb. l. quoties. Puto tamen & commodati actionem dandam: quia nec commodare tenebatur, nec mercedem accepit. hoc autem non aperit haec lex, an sit necesse in vtroque casu, quod Seius soluerit Titio. Et videtur quod sic, ut supra eo. l. si rem, §. omnis & §. fin. sed illud est quando agitur pignoratitia, hic autem ea agi non potest, ut dixi. Accursius.

4†Fl. et dum forte.

SI creditor.] CASVS. Obligaui tibi digestum meũ pro decem, & tibi tradidi: cecidisti à possessione digesti: egisti contra eum, qui detinebat: aestimationem eius consecutus es, agere volo contra eum, an sim audiendus? Dicitur quod sic, si tantum ei praestiterim, quantum ab eo consecutus es.

5† alias, dum, pro.

¶ Si seruus.] Seruus meus mutuauit Titio decem ex peculio suo pro quibus pignus accepit. Titius soluit ista x. Dicitur hic, quod potest agere pig. actio. cõtra dominum istius serui. Viuianus.

n *Seruiana.*] i. quasi Seruiana, ut Insti. de ac. §. item Seruiana.

6†Fl. li. 44.

o *Petierit.*] à possessore. Accur.

p *Offerat.*]vt supra de rei vend. l. emptor. & infra quibus mod. pign. vel hypo. sol. l. 2. & 3. communi diuid. l. communi diuidundo. §. inter eos. Sed & actio forte datur soluenti. ut 3. de neg. gest. quae vulitet. § fi.

q *Pignoratitia.*]de peculio. l. o vt infra de pecu. l. in bonae fidei. Azo.

r *Dominum.*]nomine serui. Accur.

SI rem.] CASVS. Titius rem Seij tibi vendidit: & eam bona fide emisti: & eam vsucapere coepisti: eandem mihi obligasti pro decem, & tibi eam precario concessi. Seius qui erat verus dominus rei, me haeredem instituit. Dicit quod durat precarium: sed pignoris obligatio definita vsucapio etiam sua interpellatur. Viuianus.

s *Sola precarij.*]quasi dicat, non hypothecaria. Sed contra inf. ad Trebel. l. debitor. Sol. ibi non videtur dominus factus

factus creditor: cum incommutabiliter penes eum non steterit. Item contra infra de excep. rei iud. l. pen. §. Latinus. in fi. Sol. ibi utilis datur: hic directa denegatur. Vel melius ibi non fuit dominium translatum, cum fuerit error, ut dixi sup. eo. l. eleganter. in princ. Accur.

Ideirco a usucapio tua interpellabitur.

Pignus vi abreptum est periculo creditoris vi capientis, nisi ex potestate sibi à debibore concessa rapuerit. Bar. Vel secundum Pau. de Cast. Creditor, qui propria authoritate occupauit rem obligatam, tenetur de casu postea contingente in illa re; secus si licentiam habuerit à debito re capiendi.

Paulus lib. 5. Responsorũ. 1 †

LEX XXX.

Qui ratiario b crediderat: cum ad idem pecunia non solueretur, ratem c in flumine sua authoritate d detinuit: * postea flumen crevit: & inde 2 † ratem abstulit. Si inuito ratiario retinuisset, ei e periculo e ratem fuisse rñdi. Sed si debitor sua uoluntate concessisset, ut retineret, culpam duntaxat ei præstãdam, non vim maiorem. f

Delictum serui obligat debitorem ignorantem usque ad noxæ deditionem: scientem verò insolidum. Bartolus.

Africanus lib. 7. 3 † Quæstio.

LEX XXXI.

Si seruus pignori datus creditori, furtum faciat, liberum est debitori g seruũ pro noxæ deditione 4 † relinquere. Quod si sciens furem mihi pignori dederit: & si paratus fuerit pro noxæ deditione 5 † apud me relinquere, nihilominus habiturum me pignoratitiam actionem, ut indemnem me præstet. h Eadem i seruanda esse Iulianus

a *Ideirco.*] quia pignus finitur, ideo, quia creditor uelut obligatã non possidet nunc, sed ut propriã. Idem est & si quis rẽ suam ab usucapiente ignorans emat, vel conducat, vel pignori accipiat: sicut hic ex post facto fuit. ut infra de usu. l. ei à quo. & l. nõ solum. §. si rẽ. & arg. sup. de ac. & oblig. à seruo. Sed an interdictum de precario habet? Respõ. sic, ut h. c. & inf. de preca. l. certè. §. fin. Item rei vẽd. Item condi. ex lege, ut C. loc. si quis conductionis. Et quod l. dicit sola, solam hypothecariam excludit. Accursius.

b *Qui ratiario*] * id est, qui habebat, vel faciebat rates, Accur.

c *Ratem.*] scilicet obligatam.

d *Authoritate.*] sine pacto occupandi: alio quin non tenetur, ut C. de pigno. l. creditor. & habetur C. de pign. act. l. fi.

e *Periculo.*] quod generale est in omni violento, ut res sit eius periculo, ut infra de ui, & ui arm. l. 1. §. rectissime. & l. fi. & C. quod metus cau. l. 1.

f *Maiorem.*] uoluntas. n. domini excusat, ut inf. loc. l. cum in plures. §. 1. lege.

g *Si seruus Debitori.*] qui furem nesciuit.

h *Præstet*] nisi fortè creditor sciuit, arg. sup. eod. l. tutor. §. penult.

i *Eadem.*] scilicet ut sciens tenebatur omnino. Ioan. depositarius enim qui furem officium deponendi exhibet, etiam contra ignorantem agit, ut infra de fur. ti seruus communis §. quod uerò. est ergo idẽ quantum ad eum qui sciente dat. Et no. quod sicut hic in pignore, distinguitur, sciens, vel ignorans sic & in commodato, ut in fi. huius legis & supra commod. l. penult. Sic & in eo quem mandato meo emisti, ut infra mand. inter causas, §. si cum seruus & in locato, ut inf. lo. c. si tibi domum. §. 1. & in uendito, ut C. de ædi. edi. l. 1. & in dato in dotem qui furtum faciat marito, ut infra rerum amo. l. si mulier cum. § at si in dotem. Item & in legato, ut inf. de leg. 1. l. si heres. §. generaliter.

1 † Fl. Paul. li. 5. Epitomarũ Alfeni Vari Digestorum.

* Ratiarius quis sit. vi. Bud. in l. 1. §. nauem. de exerc. actio.

* *Detinuit.* Nota qd uolente actore semper in mora esse intelligitur, & ideo periculum ad eum spectat arg. l. ult. de condi. fur.

2 † Fl. deest, inde.

3 † Fl lib. 8.

4 † aliàs, deditio.

5 † Fl. dedere.

ait et cum depositus, vel commodatus seruus furtum facit.

Qui obligauit rem alienam, tenetur contraria pignoratitia ad interesse. Bartolus.

Marcellus 6 † lib. 4. Digesto.

LEX XXXII.

Cum debitore, qui alienã rem pignori dedit potest creditor contraria pignoratitia agere, etsi soluendo k debitor sit.

Si pignus est datum sub alterius nomine, habet locum pignoratitia, soluta pecunia. h. d. secundum glo. Bart. Vel sic secundũ Pau. de Cast. Actio pignoratitia competit etiam pro pignore prætorio. h. d. secundum intellectum Doctorum qui probatur etiam per l. nõ est mirum. sup. eo.

Martianus lib. singulari ad formulam hypothecariam.

LEX XXXIII.

Si pecuniam debitor soluerit, potest pignoratitia actione uti ad recuperandam ἀντίχρησιν l * nam cum pignus sit, hoc verbo poterit uti.

Pactum quod pignus sit solutum pro debito, factũ ex post facto, ualet, & non potest reuocari. hoc dicit Bart. secundum dominum Guil. de Cuneo.

Marcellus lib. sing. Respon.

LEX XXXIIII.

Titius cum credidisset pecuniam Sempronio, m & ob eam pignus accepisset, futurumque esset, ut distraheret illud 7 † creditor, n quia pecunia non sol-

k *Cum debitore. Et soluendo.*] quia expedit potius pignori &c. ut Insti. de obli. quæ ex delic. §. furti. & inf. de re. iur. l. plus cautionis. Item, quia periculum est ne desinat posse facere, ut sup. de neg. gest. l. diuortio. Vnde tenetur ad interesse, puta si erat chirographarium aliud quoddam debitum, quod sibi poterat seruare per retentionem pignoris, ut C. etiam ob chiro. pe. l. 1. vel erat naturale debitum pro quo obligauit, ut C. de usur. §. per retentionem. Vel quia expenderet si ageret personali: unde expedit ei potius pignori incumbere, ut dixi; alij dicunt agi ut res alia æquè bona pignori detur, ut arg. inf. de le. 1. l. si hæres. §. generaliter. & in. 3. & consti. pe. qui aũt. §. 2.

l *Si pecuniam Antichresin.*] vetus lectio, antiphinam: sed mendosa. Est autem antichresis (teste Alciato libro dispun. 2. c. 3.) pignus, quod sub hoc nomine accepit creditor, ut eius usum & fructum pro usuris sibi computet. Lo. Potuit enim & debitor in constituendo pignore hoc verbo uti. Vel sic, quod est scriptura quam facit debitor, in qua continetur eum debere tantum: & dat eã creditori: & sic dicit quod potest eam soluta pecunia recuperare sicut pignus. Accur.

m *Titius*] CASVS. Debebas mihi x. tu debitor alteri a quo habebas pignora, secundum unum intellectum cum esses in mora soluendi: & in re aliena secũdum unum casum, vel propria secũdum alium, mihi uẽdere volebas, scripsisti mihi, & rogasti per epistolam, ut pignus haberẽ tanquam emptum: deinde pœnitet te, & paratus es soluere sortem, & usuras & ita venditionem prius factam uis infringere: quæritur an possis? Et resp. quòd non. Viuianus.

n *Sempronio*] creditori Seij: cui Sempronio res erant obligatæ, quas uolebat Sempronius distrahere: sed primo obligauit, postea eidem cui obligauit, uendidit, nõ soluto debito. Vel dic secundo, quod debitor petijt à creditor, ut pignus certo pretio haberet emptum, ut ita legas, cum Titius credidisset Sempronio pec. &c. petijt Sẽpronius, &c. secundum primum sunt tres personæ: Titius, Sempronius, & Seius: secundum alium duæ. s. Titius & Sempronius.

o *Creditor.*] scilicet Seij. secundum primum casum, vel creditor Sempronij, secundum alium.

6 † Fl. Marcianus li. 4. Regularum.

* Antichresis est res data ea lege pignori, ut fructus pro usuris creditor percipiat, l. si is. §. 1. de pig. exẽpla huius sunt in l. si ea & l. si ea lege. C. de usur. et in C. una ob seru. lo. 3. c. 31

7 † Fl. am

Seiji.

a *Petiit.*] Sempronius debitor ꝭm vtrãq; positionẽ. Acc.
b *Haberet.*] scilicet Titius.
c *Et cum impetrasset.*] quia hoc placuit creditori.
d *Emisit.*] ad debitorem suum se̅ddum primum casum, vel ad ipsum creditorem cui in solutum dabit, ꝭm aliũ s
e *Reuocare.*] ꝭm vltimam positionem casus, concordat. sup. l. aliena. §. fi. & ꝭ. de distra. pig. l. rescriptũ. in prin. sed est ꝭ inf. de sol. l. Callipus. Sed alii libri hñt, Quamuis. * vbi dr̃ ꝙ maritus dando in solutum rẽ pro dote obligatam ipsi mulieri, põt reuocare, si soluat sortem & vsuras. Sol. ibi non dedit in solutum pignus, sed dare promisit: hic autem dedit. Praeterea hic erat pignus penes creditorem: ibi non.
f *CVm & sortis Et vsurarum.*] pacto nudo debitarũ, ꝭm quosdam, & sine pignore: licet secus sit cum soluit debitor, vt ꝭ. de sol. Paulus. §. Paulus. Nam tunc qñ soluit, in gratius debitum accipiendum est, & in vsuris per stipulationem debitis, seq; est cum pignore: & quod ciuiliter & naturaliter, & nõ naturaliter tñ, vt ꝭ. de sol. l. 1. 2. 3. 4. & 5. §. In pecator. & C. de vsur. si vsuras. Accursius.
g *Si cum parum.*] maximè.
h *Malit.*] puta in fortem.
i *Possessionem.*] hoc non excludit hypothecariam obligationem, sed proprietatem, ut hic, & C. eod. l. pignus. No. ergo hic ꝙ & creditor possidet, vt ꝭ. de acqu. rer. dom. per seruum. in prin. Sed ꝭ. supra qui satisd. cogan. l. sciendum. §. creditor. Sol. quantum ad euitandam satisdationẽ iudicio sisti non possidet, ut ibi dicit: sed quo ad alia sic, ut ibi diximus.
k *Precario.*] est ergo precarium in sua re, & conductio, ut hic & infra eodem, l. si pignus. & infra de acquiren. possessio. l. te pignoris. & sic est contra. infra de reg. iuris. l. neque pignus. & infra de posi. l. qui rem suam. Sol. hic ratione possessionis, ꝗ penes creditorẽ erat,

* Sic incipit illa l. tã in Fl. quam in vulg. sed in inscriptione sit mẽtio de Cal. lippo.

* malit.] interesse. n. quo nam fit exone ratus creditor, q̃ vsurae ex solo pacto debita non nisi per retentionem pignoris ferma reposunt l. 4. C. de vsur.

1 † Flor. ad edictum.

2 † Fl. deest, dando.

uereretur, petiit a creditore, vt fundum certo pretio emptum haberet: [b] & cum impetrasset, [c] epistolam, qua se vendidisse fundum creditori significaret, emisit: [d] quaero an hanc venditionẽ debitor reuocare [e] possit, offerendo sortem & vsuras quae dedentur? Marcellus respondit secundum ea quae proposita essent, reuocare non posse.

Pecunia redacta in venditione pignoris, prius in vsuras, deinde in sortem computatur. Bart.

Florentinus lib. 8. Institutio.

LEX XXXV.

CVm & sortis nomine & vsurarum [f] aliquid debetur ab eo, qui sub pignoribus pecuniam dẽt: quicquid ex venditione pignorum recipitur, primum vsuris, quas iam tunc deberi constat: deinde, si qd superest, sorti accepto ferendum est. Nec audiendus est debitor, si cum parũ [g] idoneum se esse sciat, eligat quo noĩe exonerari pignus suũ malit. [h] *

Pignus creditor possidet: & ab eo debitor potest conducere, et precario rogare. Bartolus.

¶ Pignus, manente proprietate debitoris, solam possessionem [i] transfert ad creditorem: potest tamen & precario, [k] & pro conducto debitor re sua vti.

Si pro pignore constituto aliud submittatur, furtũ committitur pro vtroq; debito: secus si in constituendo alius pro alio submittatur: quia tunc stellionatus crimen committitur. Bartolus.

Vlpianus lib. 1 1 ad Sabin. 1 †

LEX XXXVI.

SI quis in pignore [l] dando 2 † pro auro aes subiecisset creditori, qualiter teneatur, quaesitum est. In qua specie rectissime Sabinus scribit, [m] si quidem auro [n] dato aes subiecisset, [o] furti teneri: quod si in dando aes subiecisset, turpiter [p] fecisse, nõ furem esse. Sed hic 3 † puto pignoratitium iudiciũ locum habere, [q] & ita Pomponius scribit. Sed & 4 † extra ordinem [r] stellionatus nomine plectetur, ut est saepissime rescriptum.

Qui obligat rem alienã, vel alteri obligatam, stellionatum committit, nisi res cuilibet creditori sufficiat pro vtroque debito. Bartolus.

¶ Sed & si quis rem alienam mihi pignori dedit sciẽs prudensque, aut 5 † alii obligatã mihi obligauit, nec me de hoc certiorauit: eodem crimine plectetur. Plane si ea res ampla est, [s] & ad modicum aeris fuerit pignorata: dici debebit cessare non solum stellionatus crimen, sed etiam pignoratitium, [t] & de dolo [u] 6 † actionem: quasi in nullo captus sit qui pignus 7 † secundo loco accepit.

Per conditionem pignoris a creditore retinet possessionem. Bart.

Paulus lib. 5. ad edictum. 8 †

LEX XXXVII.

SI pignus mihi traditum locassem domino, per locationem retineo possessionem: [x] quia antequam conduceret debitor, non fuerat eius possessio: cum & animus mihi retinendi sit, & conducenti non sit animus possessionem [y] adipiscendi. 9 †

In recipiendo pignore est necessaria authoritas, vt pupillus possit conueniri pignoratitia. Bartolus.

Modestinus lib. 1. Differen.

LEX XXXVIII.

PVpillo capienti pignus propter metum [z] pi-

ff. Vetus.

vt infra de prec. l. certè. §. fi. & l. seq. & inf. de acq. poss. l. si aliquam, Accursius.
l *SI quis in pignore.*] scilicet dando. Accursius.
m *Scribit.*] scilicet distinguendo.
n *Auro.*] iam & apud creditorem custodito.
o *Subiecisset.*] scilicet post.
p *Turpiter.*] hanc turpitudo, ut & quaeuis alia, priuat aliquem dignitate, ut C. de digni. l. 2. similis subiectio est ꝭ. pro emp. l. 2. §. cum Stichum. vnde nõ vsucapit emptor, ut ibi dicit: & hoc indicat Accur.
q *Locum habere.*] vt supra eod. tutor. §. j. & C. si alie. res pign. da. sit. l. quã praediũ. Accursius.
r *Extra ordinem.*] est enim crimen extra ordinem, idest, ordinarium, & priuatum, non publicum, ut sup. eod. l. tutor. in fi. & C. de crimi. stellio. l. stellionatus.
s *Ampla est.*] secundo obligata.
t *Pignoratitiam.*] scilicet contrariam.
u *Et de dolo.*] mirum est quod ponit de actione de dolo, cum ea non competit, si res ampla, uel non: quia datur alia, idest contraria pignoratitia: sed dicas datur de dolo, non contra debitorem, sed contra extraneũ, qui in pignore quod pro alio dabat, me decepit. Azo Item cessat si antequam conueniatur crimine stellionatus, satisfecerit creditori, ut & infra de cri. stel. l. j. & arg. infra de publi. iudi. l. is qui. in principio. Accursius.
x *SI pignus. Possessionem.*] ratione enim possessionis locatio, & precarium sua rei est, ut dixi ꝭ. eo. l. cum sortis. § fi. Accursius.
y *Possessionem.*] imo & si sit, idẽ est, & C. de praescrip. triginta annorum. l. male. & l. cum notissimi. §. fi. secundum Azo sub audi: ergo hic, maxime. Item nota hic. ꝙ colonus non possidet ue inf. de vsucap. l. non solum §. quod vulgo. & de acq. pos. qui pignoris. & in l. seq. Accursius.
z *PVpillo. Propter metum.*] iste metus imminet debitori

3 † Duo. Sed & hic.

4 † Flor. de est, &c.

5 † Flo. vel si quis alii.

6 † alias, dolo malo

7 † Flor. pignore.

8 † Flor. ad Plautium.

9 † Flor. apiscendi.

non pupillo: nam ipse non teneretur, nisi esset factus locupletior, ut Insti. de auth. tu. in prin. & C. de vsucap. pro emp. l. fin.

a *Pigneratitia.*] scilicet directè nascitura, non nata, vt diximus ꝟ. eod. l. si rem §. omnis. Item econtra dare pignus non potest sine tutore, ut inf. quæ res pign. oblig. pos. l. i. in prin.

minus eius quod fieri debebat. Item nota, quod plus valet quod est in veritate, quam quod est in opinione, ut hic, & Instit. de lega. §. si quis. Item nota præsentiam nō haberi pro consensu. * Sed argu. contra. infra de euict. l. quidam et partc. & ibi plene prosequor istud generale.

* Pātia an pro consensu habeatur. materiā vi. in reg. is q tacet. de regu. iu. in 6.

C*aius.*] CASVS. Mihi mutuasti x. sub pignore. Titio id pignus iure tuo legasti; & dixisti te id quondam emisse: ego omnib. his interfui: & istud tanquam testis signaui, dicit qđ mihi non præiudicatur. Vivianus.

1 † Flo. li. 4.

b *Acciperet.*] hoc fieret etsi non esset dictum, ut C. de distrac. pig. l. j. & C. de pign. act. l. i. & 2. Acc.

* Coniunge l. si fideiussor. de pig. Dua.

c *Eum fundum.*] sine præl. gationis.

d *A Lucio Titio.*] id est Caio Seio, vt i posuit. Vel dic, qđ quadrinomius erat Azo. Vel dic ab alio Titio.

2 † Flo. inclusa hæc verba [] desunt.

e *Signauit.*] idest sigillauit, ut inf. de testib. l. ad testium. §. si quis ex testibus. Acc.

f *Pactum*] s. profert.

g *Non obesse.*] Remanet ergo pignus, & non fit præiudicium ei cuius est. Sed ꝯ. inf. de pig. ꝟ fideiussor. §. pater. Vbi filius subscribendo in instrumento in quo pater rem ipsius filii obligat: præiudicat sibi. Sol. sm R. aut adhibetur subscribens, vt substantia præbeatur ei, qđ fit ex istius consensu, ut ibi: aut vt probatio tantum, vt hic: nec enim testis substantiam capit ex subscriptione instrus, sed a testatore. Et pro hoc est, qa offm suū testamenti non debet ei esse damnosum, vt ꝟ. quemad. testa. ape. l. si quis ex signatoribus. & ꝟ. de leg. 2. Titia. §. Lucia. Vel hic ignorans, vt quia z. stm non fuit lectum corā testibus, ut C. de testam. l. hac consultissima §. j, ibi sciuit, vt arg. ꝟ. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Titius Sempronio. in §. Vel aliud in pignore qđ solo consensu ꝯbitur, ut s. eo. l. j. Aliud in venditione, q̄ hoc pretio esse nō pōt, vt ꝟ. de ꝯhen. emp. sine pretio. Vel hic sciuit ius suum vbiq; durare ibi non: vt arg. ꝟ. quib. mod. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. non vr. Vel hic de actu morientis, ibi viuentis inter quos est dña, vt s. cōmunia præd. l. fin. in fi. Tu aūt dicas, q te sciēl, an ꝯtus qui fit in mei pñtia, possit fieri etiam me inuito super re mea, ut venditio, uel legatum: & tūc mea præsentia. vel subscriptio non nocet mihi, an non possit fieri me inuito, & tunc videor consentire, ut in pignore: quæ solutio probatur ꝟ. de re iud. l. sæpe. §. cum autem. Item nota hic, non omnem testatoris vocem habere vim legis, * vt C. de proba. l. rationes & ꝟ. ad Velleia. l. Seia. in fi. j. respon. sicut nec quælibet vox iudicis habet uim sententiæ, ut C. de senten. l. ex stipulat. Ita non erroneam subscriptionem non nocere, ut hic, & ꝟ. de rescind. vend. l. Titius. & C. plus vale. quod agi. l. si falsam. Sed argum. cōtra infra quod iussu. l. i. §. sed & si seruus. Sed ibi fuit sciēs do-

3 † Flo. quem ab Lucio, Titio, Attio.

* Vox testatoris non semper hēt vim legis. materiā vi. in §. dispo. nat. in Autbē. de nup.

gnoratitiæ a actionis necessaria est tutoris authoritas.

Qui se testamento subscribit vt testis: non videtur approbare, quæ in testamento apponuntur. Bartolus.

Idem lib. 3. 1 † Responsorū.

LEX XXXIX.

CAius * Seius ob mutuā pecuniam fundum suū Lucio Titio pignori dedit: postea pactum inter eos factum est, ut creditor pignus suum in pecuniæ suæ cōpensationem certo tempore possideret, [& fructus 2 †. cum debito compensando acciperet. b] Verum ante expletū tempus, creditor, cum suprema sua ordinaret, testamēto cauit, ut alter ex filiis suis haberet eum fundum: c & addidit, Quem a te 3 † Lucio Titio d emi: cum non emisset. Hoc testamentum inter cæteros signauit & Caius Seius qui fuit debitor. Quæro, an ex hoc q signauit, e præiudicium aliquod sibi fecerit, cum nullum instrumentum venditionis proferatur, sed solum pactum, f ut creditor certi temporis fructus caperet; Herennius Modestinus respondit, contractui pignoris non obesse, g q debitor testamentum credito-

rit, in quo se emisse pignus expressit, signasse proponitur.

Debitor nō potest pignus emere creditore inuito: & pretium in debiti solutionem conuertitur. Bart.

Papinia. lib. 3. Responsorum.

LEX XL.

DEbitor a creditore pignus quod dedit, frustra emit: cum rei suæ nulla emptio h sit: nec si minoris emerit, i & pignus petat, aut dominium vendicet: ei k non totum debitum offerenti l creditor possessionem pignoris 4 † restituere cogitur. m

Filius rem patris de pecunia profectitia non potest emere. Bart.

¶ Debitoris n filius, qui manet in patris potestate, frustra pignus a creditore patris peculiaribus o nummis comparat: & ideo p si patronus debitoris contra tabulas eius possessionem q acceperit, dominij partem r obtinebit: nam pecunia, quam filius ex re patris in pretiū dedit, pignus liberat.

Soluta pecunia liberatur pignus ab eo cui est solutū. et ab eius creditore, cui erat secundo obligatum: & ad restituendam possessionem tenetur. Bartolus.

D*Ebitor.*] CASVS. Obligaui tibi rē meam pro decem: eam a te emi, an ualeat emptio? Dicit quod non: quia suæ rei nulla est emptio: quod si ego pignus peterem per pigneratitiam actionem, uel pactum in rem, repellat, nisi paratus sim totum debitum soluere.

¶ *Debitoris.*] Libertus meus filium familias habens in peculio, debebat Titio decem: & pignus ei tradidit, filius liberti pignus emit ex pecunia peculiari. Dicit quod non tenuit emptio: unde mortuo liberto erit pignus in hæreditate, & consequor ego patronus portionem illius rei, sicut aliarum rerum liberti mei p bonorum possessionē contra tabulas.

4 † Fl. desit, pignoris.

¶ *Soluta.*] Debebam tibi decem sub pignore: si tibi satis feci, post solutionem pignus mihi restituere debes. Sed pone, q tibi obligaui, tu alii obligasti. & postea tibi satisfeci. Dicit q a secundo creditore, pignus liberabitur. Vivianus.

h *Emptio.*] siue sciēs, siue ignorans emit, ut ꝟ. de contrah. emp. l. suæ rei. & supra de cond. indeb. l. seruum meum. & argumen. infra mand. l. si mandauero. §. si hi.

Accursius. Ait

i *Nec si minoris emerit.*] scilicet quam sit debitum.

k *Ei.*] scilicet debitori. Accursius.

l *Offerenti.*] creditori.

m *Cogitur.*] Quid si creditor debitori possessionem pignoris uendidisset? Respon. repetit, quasi nil valeat quod est actum, vt argum. supra de cond. indeb. seruum meum. Accursius.

n *Debitoris filius.*] scilicet liberti. Accursius.

o *Peculiar. nu.*] idest profectitiis.

p *Et ideo.*] bene sequitur, ideo. Si enim iam teneret emptio in persona filii, ut quia iam emancipatus, vel quia de castrensi pecunia emisset, desineret liberti, & fieret filii: ergo patronus nihil in ea petere posset: quia filius liberti ingenuus est, ut instit. de ingen. in principio.

q *Possessionem.*] scilicet pro tertia parte. Et hoc cū filius erat exhær datus rite, et non posset agere querela, vel erat mortuus, uel hæreditatem patris ad se pertinere nolebat: alioquin in nihilum patronus admitteretur, ut Instit. de suc. libe. §. sed nostra.

r *Dominij partem.*] rei pignoratæ, & aliarum rerum Accursius.

Nec

¶ Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuit, restituere debet: nec quicquam amplius a præstare cogitur. Itaque b si medio tempore pignus creditor pignori dederit: domino soluente pecuniam, quam debuit, secundi pignoris neque persecutio dabitur, neque retentio c relinquetur.

Si dominium rei superueniat debitori, confirmatur obligatio: secus si dominus debitori succedat. hoc dicit. Diuiditur in duas partes. Prima, quando dominium superuenit debitori. Secunda, quando debitum superuenit domino: quia dominus successit debitori. Item hæc secunda subdiuiditur in duas partes. Prima quando res fuit obligata simpliciter. Secunda, quando ille, qui obligauit, expressè asseruit esse dominum. Secunda ibi. Sed si conuenisset. Bartolus.

a *Nec quicquam amplius.*] non ergo ciuilem possessionem sed naturalem tantum restituit, secundum quosdam: & sic dicunt ex hac lege, quod naturaliter tantum creditor possidet, sed tu dic, quod utroq; modo, ut dixi ī. qui satisd. cog. l sciendū. §. creditor. & quod hic dicit, non excludit quin & ciuilis sit restituenda: nam illa naturalis comitatur. Item nec excludit quominus satisfiat, ut supra eo. l. creditor. Vel dic ex eo, quod hic dicit, restituere, quod omnia prædicta sub eo verbo contineantur, cum latè pateat, ut ī. de usur. l. videamus, §. in Fabiana. & supra tit. 1. l. 3. §. si reddita. Accursius.

b *Itaque.*] bene infert, quasi dicat possessio tantum, non autem liberare tenetur, quia nec tenetur, nec obligatio apud eum remanet: ergo secundum pignus perit.

c *Retentio.*] si possideat, ut hic & infra de pig. l. grege. §. 2. & C. si pig. pig. datū sit l. 1. & infra de diuer. & temp. præscr. l. de accessionibus. §. j. in fi. sed contra sup. eod. l. petēti. in fi. Sol. ut ibi.

R *Em al. tuam.*] CASVS. Rem tuam pignori obligaui Titio: non tenet pignoris obligatio. Sed pone, quod dominium illius aliquo casu adeptus sum: dicit quòd pignus confirmatur; & datur Titio utilis pignoratitia. Sed pone, cum rem tuam obligaui, decessi te hærede instituto, nunquid hoc idem erit, ut confirmetur pignoris obligatio? Dicit quod non. Sed pone quod ego uolebam rem meam, pignorare: fuisti præsens, & asseruisti rem illam meam esse: posteà decessi te hærede instituto. Dicit quod isto casu improbè fecisti, si resistere voluisti creditori volenti te pignoratitia conuenire, unde utili pignoratitia conueniendus es. Istam ultimam particulam obscurè dicit. Viuianus.

d *Pignoratitia.*] idest hypothecaria deficiente directa: quia cum obligare uoluit, non potuit: & nunc cum potest, non vult, ut C. si aliena res pign. da. sit. l. cum res. & infra ad Trebellia. l. filiam. & infra ad Maced. l. sed Iulianus. §. sed & si filius & infra de actio. emp. l. si quis alienam. & inf. qui pot. in pigno. habe. l. qui balneum. §. Titia. Sed videtur non confirmari pignus etiam utiliter, ut infra de pigno. l. 1. 2. respon. quæ est contra. Solu. ibi creditor ab initio sciuit rem alienam, cum sibi obligabatur: hic autem ignorauit. Et potes plenè distinguere, ut ibi diximus. Itē videtur contra. infra, qui & à quibus ma. lib. non fi. l. si seruo. ubi manumissor domino serui hæres extitit: nec confirmatur: sed ideo difficilius confirmatur, quia difficilius reuocatur. Sed si confirmatur pignus, ut hic dicitur, quid est quod dicitur, quod debet creditor probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, ut infra de pign. l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. Respon. hic possidebat debitor bona fide cum titulo: nam quæ bona fide possidemus, in bonis nostris esse videntur, ut infra de verborum sign. l. bonorum. Alioquin si mala fide possidet, non daretur actio creditori, vel hic debitor, ibi extraneus possidet. Accurs.

e *Dicendum.*] scilicet de iure: quia nec factum est idem.

Supra enim debitor succedit domino rei, hic econtra dominus rei debitori. Et tamen arg. econtra inf. de except. rei vendita & tra. l. 1. 2. responso.

ADDITIO. Dic quod non confirmatur pignus quò ad actionem: & ita loquitur iste versic. non est. non potest ergo creditor in casu nostro agere hypothecaria, & ita loquitur hic, sed bene confirmatur pignus quo ad exceptionem: quia si iste dominus qui succedit debitori, ageret, repelletur exceptione, ut ibi. facit ad prædicta, C. de rei vend. l. cum à matre. secundum Bar. hic.

f *Sine mea voluntate.*] expressa, vel tacita, ut quia præsēs eram: quo casu ꝯsēsisse videor, * ut dixi ī. eo. l. Caius.

g *Non est creditori.*] imò videtur concedenda ut inf. de pig. si Titia. quæ est contra. Solu. hic creditor sciuit alienā tempore obligationis: ibi non, secundum Io. Vel ibi licet sciret creditor, tamen asseuerabat debitor suam ipso præsente, & asserente idem: unde potest redargui ex suo mendacio, ut in fine huius legis. Vel sol. ut ibi.

Idem li. 8. 1 † Quæstionum.

LEX XLI.

REm alienam pignori dedisti: deinde dominus rei eius esse cępisti: datur vtilis actio pignoratitia d creditori. Non est idem dicendum, e si * ego Titio, qui rem meam obligauerat sine mea voluntate, f hæres extitero: hoc.n. modo pignoris persecutio concedenda non est creditori. g Nec utique sufficit ad competendam vtilem pignoratitiam h actionem, eundem esse dominū, i qui etiam pecuniam debet. Sed si conuenisset de pignore, k vt ex suo mendacio arguatur, improbe resistit quo minus utilis actio moueatur.

Creditor, qui vendit pignus, debet superfluum pretij restituere, non debitorem delegare. Bart.

Idem 2 † li. 3. Responsorum.

LEX XLII.

CReditor iudicio, quòd de pignore dato, proponitur, vt superfluum pretij cum vsuris restituat, iure cogitur. Nec audiendus erit, si velit emptorem delegare: l

h *Pignoratitiam.*] i. hypothecariam. Accur.

i *Dominum.*] s. rei pignoratæ. Accur.

k *De pignore.*] s. sic, ut ex suo mendacio arguatur, id est argui possit, ut quia asseuerabat iste, qui nunc est hæres, quod res erat obligantis: & hæc verior. Vel dic, quòd consenserat hic hæres idemque dominus posteà, quod eadem res sit pignori, quasi defunctus obligare non potuerit: iste tamen improbè resistit quo minus utilis, i. efficax actio moueatur: quod dicebat eo, ut defunctus ex suo mendacio redarguatur, sed hoc dicere non potest, ut hic dicit. Vel dic, quod defunctus suam dixit in absentia domini ueri: creditor tamen fuit ignorans: unde utilis actio datur, ut sic defunctus ex suo mendacio arguatur: secundum ultimam expositionem, & secundum secundam. Nota ergo, hæredem non posse defuncti mendacium allegare, ut C. de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. Vel quarto dic, quod hic hæres consensit postquam fuit hæres: non ergo resistit quo minus &c. nisi ex sua &c. hæc enim inde sequitur: quia ex sua &c. Accurs.

C *Reditor.*] CASVS. Si creditor pignus vendidit, & plus consecutus fuerit debito, conuenietur à debitore pignorati. actio. ad id quod excessit restituendum: neque liberabitur si uelit actionem suam cedere contra emptorem. Viuianus.

l *Delegare.*] imò videtur audiendus, ut supra eod. l. eleganter. §. si vendiderit. quæ est contra. Solu. hic iam exegerat pretium: ibi non. Vel hic debitor expectare vult diem: ibi non. Vel hic purè erat soluendum: ibi non. Vel hic vult delegare: ibi mandare. & qui mandat, non liberatur: qui delegat, sic. Vel ibi non fuit in culpa, ut quia propter expectationem melius uendidit: hic fuit in culpa. Hæc solutio uera uidetur ex litera contrariæ l. Vel dic, quod hic creditor uolebat delegare, sed non cum suo periculo, secus si cum suo periculo, ut ibi. & hoc indicat finis huius legis. Vel hic creditor vult delegare, debitor expectare, cuius est electio, ut ibi dixi.

1 † Paulus li. 1. Quæstionū.

* in hunc locū vi. Alc. lib. parer. 7. c. 14. & Duar. libro 2. disp. c. 4.

* consensus ex taciturnitate præsumpti materiā vi. in indi. Tra. in ver. Taciturnitas

2 † Fl. Papinianus.

a Quamuis. Nihilo magis.] id est, non ideo magis. b Caueatur.] vnde in læsionem tuam retorqueri non debet, ut C. de leg. & con. l. quod fauore. Accur. c Quàm postea.] q. d. videtur compelli hoc casu, sed melius est, quod subijcitur. d Eum.] scilicet debitorem. e Pignoratam.] scilicet volenti emere. f Si mobilis.] si immobilis, ipsa se exhibent. vt C. quando & qui quar. pars debe. l. secunda, §. sed vbi. Azo. g Idonea.] q. est cũ fideiussore, vel pignore vt ff. mã. l mãdato. Ti tij. § fi. aliàs cautio similiter dicta nodam cautionem significat, vt C. de verb. sign. l. 3. h Inhumanum est.] vt & ff. de re iud. l. à diuo. §. q si res, quando que tamen quis compellitur vẽdere, vt no. infra de act. emp. l. Iulianus. § idẽ Celsus. i Oportet.] idẽ & in mãdato, ut ff. mã. l. idẽq; §. q si non exercuit. K Depositam.] præcedente oblatione, aliàs nõ, ut C. de vsur. l. [illegible] est contra. ubi dicitur emptorẽ re sibi tradita ad vsuras teneri, licet deposuerit pretiũ. Vel melius, ibi emptor fruitur re, vnde æquum est eum præstare vsuras, ut inf. de act. empt. l. Iulianus. §. ex venditio. Accur. SI necessarias.] CASVS. vsq; ad §. si annua, est planus.

¶ Si annua.] Mutuaui tibi pecuniam, & conuenisti hanc pecuniam soluere trib. terminis, puta intra triẽnium, & vna pars mihi prima die primi anni soluẽda fuit, secunda pars secunda die secundi anni, tertia pars prima die tertij anni: postea adieci tale pactum, ut si ista pecunia sua quaq; die soluta non esset, liceret pignus mihi vendere. Postea primo anno elapso nil soluitur, quæritur, an liceat mihi statim pignus vendere? Et dicit, quod non. antequam enim totum tempus fuerit elapsum, non vẽdam. Sed pone quod tale pactum adieci, scilicet ut liceret mihi vendere, si quæ pecunia sua die soluta non esset, dicit In 1. cessatione poterõ vendere.

¶ De vendendo.] Mutuaui ff. tio 10. sub pi

Idem libro 35. ad Sabinum.

LEX VI.

QVamuis * conuenerit ut fundum pignoratum 1† vendere tibi liceret, nihilo magis a tamen 2 † cogendus es vendere, licet soluendo non sit is, qui pignus dedit, quia tua causa id caueatur. b Sed Atticinus ex causa cogendum creditorem esse ad vendẽdum dicit. Quid n. si multo minus sit quod debeatur, & hodie pluris venire possit pignus quàm postea? c Melius autem est dici, eum d qui dedit pignus, posse vendere, & accepta pecunia id soluere qđ debeatur: ita tamen, ut creditor necessitatem habeat ostendere rem pignoratam, e si mobilis f sit, prius idonea g cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda. Inuitum enim creditorem cogi vendere, satis inhumanum est. h

Creditor qui pignus uendidit, cogitur restituere superfluum pretij per hanc actionem & etiam usuras in tribus casibus hic contentis. h. d. cum l. seq. Pau.

¶ Si creditor pluris fundum pignoratum vendiderit, & id 3 † fœneret, vsuras 4 † eius pecuniæ præstare debet ei qui dedit pignus. Sed & si ipse vsus sit ea pecunia, usuras præstari oportet. i q si eam depositam K habuerit, vsuras non debet.

Paulus li. 2. Sentẽtiarum.

LEX VII.

SI autem tardius superfluũ restituat creditor, qđ 5 † apud eum depositũ est, ex mora 6 † vsuras debitori hoc nomine præstare cogendus est.

Expensæ factæ in rẽ pignoratã, contraria pignoratitia repetuntur. Bart.

gnore, conuenit, ut nisi pecunia sua die esset soluta, quod pignus distraheretur. Dicit q illud pactum non est personale, sed reale, vnde ad quemcunque deuenit pignus, poterit vendere, si aũt pactus sum soli creditori vendere licere, dicit quod hæredi meo iure pacti vendere licebit. Cætera sunt plana vsq; ad §. solutã, in l. solutũ. Vi.

Pomponius lib. 55. ad Sabin.

LEX VIII.

SI necessarias l impensas fecerim in seruum, aut in fundum, quem pignoris causa acceperam, non tantum retentionem, sed etiam contrariam pignoratitiam actionem habebo. Finge. n. medicis cũ ægrotaret seruus, dedisse me pecuniam, m & eum decessisse. Itẽ insulã fulsisse & 7 † refecisse, & postea deustã esse, nec hẽe qđ possim retinere.

Si creditor vendit, & de euictione promisit, ei debet à debitore de indemnitate caueri. Bart.

¶ Si pignori plura mancipia data sint, & quædam certi pretij 8 † ita vendiderit creditor, vt euictionẽ eorum præstaret, & creditũ suum hẽat, & 9 † reliqua mancipia potest retinere n donec ei caueatur, qđ euictionis nomine promiserit, indemnẽ eum futurum.

Si cessatur in solutione partis, venditur totũ. Bar.

¶ Si unus ex hæredib. debitoris 10 † portionem suam soluerit, tamen tota o res pignori data uenire poterit, quemadmodum si ipse debitor portionem soluisset.

Vniuersalis negatiua nõ potest dici falsa, antequam in quolibet particulari sit possibilis. Item oratio vniuersalis, si in vno est falsa, in toto dicitur falsa. Item oratio distributiua uerificatur in quolibet particulari distributorum. Item indefinita æquipollet vniuersali. Bar.

¶ Si annua * p bima trima die triginta stipulatus, accepe rim pignus, pactusque sim, ut nisi sua quaq; 11 † die pecunia soluta q esset, uendere id 12 † mihi liceret: placet, antequam omnium pensionum dies veniat, 13 † nõ posse me pignus vendere, quia eis verbis r

l Si necessarias.] quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura, ut infra de verb. sign. l. impensæ. m Pecuniam.] etiam modicam, licet in cõmodato sit secus, quia gratia accipientis contrahitur ad vsum, ut ff. ti. r. in rebus, §. possunt & § [illegible] id quod. Sed quid de cibarijs? Resp. fortè repeto secundum quosdã, quia huius legis initium est generale, ut arg. ff. de iuris & fac. igno. l. pen. §. & licèt. n Retinere.] similis retentio est ff. de condi. indeb. si non fortem. §. si centum. Itẽ similis cautio huic de qua hic subijcit, est ff. sol. ma. l cũ mulier. & ff. fam. erc. l. hæredes, §. idem obseruatur, sed cũ creditor cautẽ nõ habuerit necesse, quare conuertit in alienã iniuriam suam negligentiam? Respon. aliter vendere non põt, secundũ Ioa. Vel dic, si erat consuetudo, vel plus pp hoc vendidit quibus casibus de euictione promittere debet, aliàs non, ut infra eo. l. si pignore. §. fi. & l. seq. vel etiam si non fuit aliquis casus de prædictis, habet tamen retẽtionem, cum debitor tenebatur ad idem, ut infra de distract. pig. l. rescriptũ. o Tota.] ut C. de distract. pig. quãdiu. sic econtra inf. eo l. solutũ, §. si creditori. Acc. p Si annua.] id est vna decem, primo anno, alia secundo anno, & alia tertio, sic ponitur infra, de contrahen. emp. l. sed Celsus §. primo. q Soluta.] scilicet tota Azo. r Eis verbis.] id est, verbo pecuniæ indefinite prolato. item illis verbis, sua quaq; die, quasi dicat, nisi omnibus terminis soluat, pignus vendam: nam hoc nomẽ, quisq; significat vniuersale, fuit enim hæc mens, ut liceat in primo termino cessaretur, non tamen

* coniunge l. 3. de lege com miss.
1 † Fl. pignoratitium.
2 † Fl. deest ea men.
3 † Fl. sed.
4 † Fl. vsuras.
5 † Duar. id quod.
6 † Duar. ex mora etiam vsuras.
7 † Fl. vel.
8 † Fl. certis p tys, alias & q dã certe pro ea vendiderit creditor.
9 † Fl. deest, &.
10 † Fl. deest, debitoris.
* Idest, anno, biennio triẽnio soluẽdum Hipaloman, vi. Lcur Val. li. 4. elegan.
11 † Alias quaq.
12 † Fl. vende re eam.
13 † Fl. vendere.

men venderetur, sed expectaretur an alijs terminis prædicta portio pecuniæ, vel totum quod deest, soluatur. Sicut ergo omnes termini non singulariter continentur, ita & omnium partium tempora expectantur: & tunc si in aliquo fuerit cessatum, fiet venditio. Azo. & facit ad hoc instit. de verbo obli. §. in diem, sic ergo indefinita æquipollet vniuersali, vt & infra, de leg. 1. si in pluribus, in prin. Accur.

a Demonstrentur.] quasi dicat, nisi in fine omnium terminorum inueniatur pecunia soluta, liceret vendi pignus.

b Nec verum est] Scilicet incommutabiliter, vt infra, de verbor. obl. l. quicquid. §. stipulatus. Azo.

c Non solutam.] scilicet totam.

d Sua die] hæc enim particularis particulariter significatus portiones, & terminos denotat. Azo. sic, & infra de cond. & demonstr. l. falsa § fi.

e De vendendo pignore.] idest, vt creditor possit vendere, de aliis autem nil fuit dictum: cum enim pactum dirigatur in personam, non est ideo vt sit personale, sed vt demonstretur persona cum qua fit, vt & supra de pact. intelligentium §. pactorum. & infra, de probat. l. si pactum. & infra, de an. lega. annua, § fina. & supra de pact. l. tale. in princip. & infra, de ali. & ciba. legat. l. alimenta. 2. respon.

f Vsuras] cum pro his fuerat obligatum. vt infra eodem, l. solutum, §. si in sortem.

g Si rem alienam.] vt dato pignore, quod sciebas te obligare non posse, quia vetita erat obligatio à testatore, vt infra, de leg. 3. l. pater. § fundum à filio. Azo. Vel quia scienter obligauit seruum furem. secundum. vt infra eod. l. si seruus.

h Causam.] honestam, non turpem, ut dicimus, C. de condict. ob tur. caus. cum te. infra eodem, l. solutum, §. siue autem.

i Non transit.] maximè si est mobile, quasi à pugno, vt infra, de verborum significatio. pi... §. pignus, sed quantum ad actionem hypothecariam nulla est differentia vt infra, de pigno. l. res hypothecæ, § penul. & instit. de action. §. item Seruiana, quæ sunt contra. Accursius.

ADDITIO. Dic secundum Barto. hic, quod quantum ad actionem hypothecariam nulla est differentia inter pignus & hypothecam, ut ibi: sed quantum ad pignoratitiam directam est differentia, quia illa contrahitur re, vt

a† Fl. demonstrarentur.

2† Flor. veniunt.

omnes pensiones demonstrentur. a 1† nec verum est, b sua quoque die non solutã c pecuniam antequam omnes dies veniant. 2† Sed omnibus pensionibus præteritis, etiam si vna portio soluta nõ sit, pignus potest venire. Sed si ita scriptum sit, Si qua pecunia sua die d soluta non erit, statim competit ei pacti conuentio.

Pactum de vendendo, in dubio non intelligitur personale. Bar.

¶De vendendo pignore e in rem pactio concipienda est, vt omnes contineantur. Sed & si creditoris duntaxat personæ fuerit comprehensa, etiã hæres eius iure vendet, si nihil in contrarium actum sit.

Pignus potest vendi propter debitum & alias accessiones.

¶Cum pignus ex pactione venire potest, non solum ob sortem non solutam uenire poterit, sed ob cætera quoque veluti vsuras, f & quæ in id impensa sunt,

Creditori decepto per cõtrariam pignoratitiã succurritur contra debitorẽ. Bart.

Vlpianus lib. 28. ad edictum.

LEX IX.

Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut malitiosè g in pignore versatus sit, dicendum est locum habere contrariũ iudicium.

instit. quibus mo. re contra. obl. in fin. ideo nisi ad creditorem transeat possessio, vel detentatio, non haberet locum pignoratitia, secundum Bar.

K Pignoratitia actio.] scilicet debitori, vt supra si certum pet. l. si quis nec. §. res. & infra, de re ... do. qui fundum. hoc tamen fallit in casibus, vt infra eo. solutum §. si quasi. & l. eleganter. in fin. & l. si in fi. primo respon. ibi, operam autem &c. quando etiam soluta pecunia non nascitur vt infra eodem, l. aliena, §. si fina item pot. quæ ex eo quod dicit, nascitur, patet quod antea nata non fuerit: nec tamen ex solutione nascitur, sed ex contractu duduũ initio hodie nascitur actio: sicut & in mutuo quod ex consumptione reconciliatur, vt infra de fideiussor. l. si quis pro eodem §. si nummos, & inactio ne tutelæ, quæ demum finita tutela nascitur, sed ex gestione prius male facta, vt infra, de tut. & ra. distr. l. si tutor. e. in fi. & l. seq. & sic in mandato iurisdictionis, ut supra de offic. procon. l. obseruare, §. fin. Item in actione ex stipulatu pro dote, nec enim nascitur nisi soluto matrimonio, non tamen ex solutione matrimonij, vt C. de repu. l. 1. & infra de bo. dam. l. sed si alia nisi vertat ad inopiam, vt infra sol. ma. l. hæc actio. Sed quidam dicunt, quod in prædictis casibus nascuntur prius, sed intentari non possunt. & pro eis est infra de f... seruì & filij. in principio. an ergo præscriptio prius currat contra pignoratitiam actionem, quam nascatur? Respond. non. vt C. de annu. excep. l. prima, in fin. sed ius offerendi pecuniam poss. tolli, argumen. C. de fide instrument. l. plures apochis. & C. de præscrip. 30. vel 40. an. l. cum notissimi, §. eodem iure & ff. de damn. infect. l. si finita §. postea autem.

Pro omni obligatione potest dari pignus. Bart.

¶Non tantum autem ob pecuniam, sed & ob aliam causam h pignus dari potest, veluti si quis pignus alicui dederit, vt pro se fideiubeat.

¶Proprie * pignus dicimus, quod ad creditorem transit: hypothecam autem, 3† cum non transit i possessio ad creditorem.

Pignoratitia directa cõtrahitur, cum est creditori soluta pecunia, vel aliter satisfactum. Bar.

¶Omnis pecunia exsoluta esse dẽt, aut eo nomine satisfactum, ut nascatur pignoratitia actio: k Satisfactum autẽ accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum. Siue enim 4† alijs pignoribus l sibi caueri uoluit, vt ab hoc recedat, siue fideiussorib. siue reo m dato, siue pretio aliquo, vel nuda conuentione, nascitur pignoratitia actio. Et generaliter dicendum erit, quoties recedere voluit creditor à pignore, videri ei satisfactum, n si ut 5† vt ipse voluit, sibi cauit, licet in hoc deceptus o sit.

Pro re aliena pignorata potest agi pignoratitia. h. d. Bar.

¶Is quoque, qui rem alienam pignori dedit, soluta pecunia potest 6† pignoratitia experiri. p

Quando ius intentãdi superuenit pendente iudicio ex causa de præterito, potest sequi condemnatio. Bart.

* Ql. ad actionem hypothecariam attinet, nomine tantum sonus differt l. res hypothecæ inf. de pignorib. §. item Seruiana. In II. e. de act. Vide Valiam. ib. elecant. 6.

3† Fl. hypothecam, cum non transit nec possessio ad creditorem.

4† Flor. deest, enim.

5† Fl. deest, ut.

6† Al. solut.

l Pignoribus.] ut infra qui. mo. pig. uel hyp. sol. l. item liberatur, in princ.

m Reo.] idest alioqui recipiet in se obligationem animo liberandi pignus.

n Satisfactum.] sic in venditore, vt infrà, de contrahen. emp. l. ut res.

o Deceptus.] scilicet sui facilitate, secus si dolo alterius, vt supra eodem, si quasi. volenti enim dolus non infertur, vt infra, de act. emp. l. 1. in fi.

p Experiri.] & si creditor vendat pignus tale, liberatur debitor, vt infra, de distract. pig. l. rescriptum.

Non

a *Non rectè egerit.*] idest nullo modo agere potuerit, non autem intelligas ita, ut dicitur supra quando dies vsusfr. le ced. l. 1.

b *Iniudicio*] sed si extra iudicium, non actionem, sed exceptionem præstaret, vt dices infra eo. l. aliena. §. si pluribus, ver. si per creditorem. Et no. hic, quod si quis habere incipit ius, etiam iudicio pendente satisfit, ut infra man. l. si mandauero tibi vt à Titio. nisi ex facto præcedenti, t e no. supra de iud. l. non potest, & supra de inoffi. cioso testamē. l. si non mortis, §. fina. & l. si proponas. in fin. vnde, & in rei vendi. sufficit si quis incipiat esse dominus post litem contestatam, secundum Azo.

*Bal. hic dicit idem tex. ... sponsus ... commodare ... vnde ... potest ... dicit ... in terp...

¶ Qui ante solutionem * egit pignoratitia, licet non rectè a egerit, tamen si offerat in iudicio b pecuniam, debet & 1 † rem pignoratam, & quod sua interest, consequi.

Caius lib. 8. 2† ad edi. pu.

2† h l desinit.

LEX X.

QVod si non soluere, sed alia ratione satisfacere paratus est, fortè si expromissorem dare vult, nihil ei prodest.

Nouatio necessaria non perimit pignus, secus in voluntaria, nisi contrarium actum sit. Bar.

Vlpianus lib. 58. 3† ad edict.

3† H. lib. 9.

LEX XI.

SOlutum non videtur, si lis contestata cum debitore sit de ipso debito, d vel si fideiussor conuentus sit. Nouata e autem debiti obligatio pignus perimit: nisi conuenit f vt pignus repetat. g

Pignoratitia potest agi, si principalis obligatio nō perficitur, vel si profecta tollitur acceptilatione vel pacto. Bar.

¶ Si quasi daturus tibi pecuniam, pignus accepero, nec dedero, pignoratitia actione tenebor, etiam h nulla solutione facta. Idemque & si accepto lata sit pecunia, vel cōditio defecerit ob quam pignus contractum est, vel si pactum, cui standum est, de pecunia non petenda, factū est. i

Pignoratitia potest agi, id est solutum pro quo tantum fuit pignus obligatū. Bart.

¶ Si in sortem duntaxat, 4 † vel in vsuras obstrictum est pignus, eo soluto, propter qđ obligatum est, locum habet pignoratitia. k

4† Al. mitte vsuras. & vi Cuiac. lib. 5 obseru. 27.

¶ Siue autem vsuræ in stipulatum deductæ sunt, siue non: l si tamen pignus & in eas obligatum fuerit, quamdiu qđ ex his debetur, pignoratitia cessabit. Alia causa est earum quas quis supra licitum modum promisit. nam hæ penitus m illicitæ sunt.

Nisi omnibus heredibus satisfiat, poterit pignus vendi.

¶ Si creditori plures hæredes extiterint, & vni ex his pars eius soluatur, non debent cæteri hæredes creditoris iniuria affici, sed possunt totum fundum vendere, oblato debitori eo quod cohæredi eorū soluit. Quæ sententia non est sine ratione. n

Pignoratitia nascitur si soluatur creditori, vel alteri pro eo legitime recipienti, vel creditori creditoris. Item inuecta, & illata per secundum conductorem tenentur pro pēsione ipsius secundæ conductionis tantummodo, et non vltra hoc dicit. Primo ponit vnum dictum: Secundo ex illo infert ad determinationē vnius quæstio.

3† H. lib. 58.

c *Quod si non. Pro dep.*] vt infra quibus mo. pign. vel hypo. sol. item liberatur, §. primo, & infra de fi. tuitione. l. statuliber Romæ, & supra titu. 2. promissior, §. fina. Accursius.

Solutum.] CASVS. In hac lege est plana vsque ad §. solutam.

¶ *Solutam.*] adhuc prosequitur materiam aliam. quando videatur solutum, & dicit quod siue ei fuerit solutum cui debebatur, siue alij voluntate eius, vel ei cui postea successit, vel procuratori soluat, satis est, quia semper liberatur debitor. Sed pone, domum amplam conductam a te pro centum, deinde alij, 4. locaui per particulas, hoc est per cameras, ita quod quilibet certum locat ag. pro portione sua. nunc quia si vnus ex illis quibus locaui, soluat portionem suam illi a quo conduxi totam domum habebit pignoratitio. contra me ab pignus qui pro portione sua sunt obligati domino totius domus? dicit quod sic, quia res illius partiarij conductoris sunt tantum obligatæ domino totius domus pro illa parte quam conduxeram ego. Consequenter respondet idem tacitè obiectioni quæ fieri posset. dicit enim, quod sicut per liberam personam non acquiritur obligatio ex ea secunda obligatione, id est ex eo quod partiario conductori locaui, domino totius domus non acquiritur obligatio, quia dominus iste tacitè partiario uidetur locasse conductori, & sic ex sua tacita locatione pignoris sibi obligationem acquisisse.

¶ *Per liberam.*] si procuratori uel tutori res fuerit pignori data, uel pupilli pecunia obligata, non mutuo data, sed in alio contractu, domino vel pupillo non acquiritur obligatio, vnde si debitor procuratori domini soluerit ipse proc. pig. tenebitur, dicit tamen quod possessio per liberam personam acquiritur alij, non obligatio. Cætera sunt clara vsque ad l. si pignore. Viuianus.

d *Debito.*] contra videbatur, quia litis contesta. fit quædam nouatio, ut infra, de noua. l. delegare, §. fit autem. vnde videbatur extingui pignus, quasi soluta esset pecunia, vt infra proxim. §. sed non est ita, quia hic est necessaria nouatio, illud autem obtinet in voluntaria, vt infra, de noua, l. aliam, imo etiam si esset condemnatus, non tollitur pignus, vt inf. de pign. grege. §. etiā. Accursius.

e *Nouata.*] scilicet voluntaria nouatione, ut infra, de noua. l. aliam.

f *Conuenit.*] vt C. etiam sub chirogra. ph. pecuniam pignora retine. posse, l. 1. Accursius.

g *Repetatur.*] scilicet per pactum, id est vt remaneat. Accursius.

h *Etiam nulla.*] sic & infra eodem, elegant, in fine, & l. fina. in fine. primo respon. Nota ergo, quod vbi nullum est pignus, detur pignoratitia, ut hic. Item ubi finitum est, datus hypotheca, vt infra, de exceptio. rei iudic. l. ex sextante, §. Latinus. in fine. Item vbi finitum est mandatum, datur mandati actio, vt infra manda. l. si præcedente, & l. inter causas. in princip. Item vbi finita est emptio, datur ex empto, vt infra, de actio. empt. l. ex empto. § ta qui vinum.

i *Factum est.*] nam tollitur pignus, vt diximus supra, de pact. l. si tibi. §. de pignore.

k *Pignoratitia.*] non ergo si propter vnum est obligatum, propter aliud tenetur, ut hic, & infra, de pigno. l. grege, §. finali. Sed contra. C. etiam ob chiro. pecun. pignora reti. posse. l. prima, §. prima. Solu. dicas, quod si pro sorte est obligatum, non retinetur pro vsura secundum Azo ut & C. de vsur. l. per retentionem. Sed e contra si pro vsuris, bene potest etiam pro sorte teneri, ut ut in l. contraria, vel refert, an vsuræ ciuiliter & naturaliter sint debitæ, & tunc idem quod in aliis debitis, ut in l. contraria. an naturaliter tantum, & tunc per retentionem non possunt seruari. ut hic, & d. l. C. de vsur. l. per retentionem. Vel dic, vt hic dixit tantum.

l *Siue non.*] sed alias debitæ in bonæ fidei iudicijs ex mora uel nudo pacto.

m *Penitus.*] Et ideo per retentionem non seruantur, imo solutæ vt indebitæ condicuntur, vt infra, de condi. indeb. l. si non sortem. in princ.

n *Sine ratione.*] vt & supra eodem, si necessitatis, §. si vnus.

Nam

a *Hæres extitit.*]quia eius factum ratum debet habere, vt infra de reg. iu. l. ex qua persona.
b *Experiri.*]est enim soluta pecunia, ut supra eodem l. si rem, §. omnis. est ergo omnis sublata obligatio. ut instit. qui. mo. tol. ob. in prin. ex tua enim voluntate videor hoc facere, cum idem tu necesse habeas facere, vt supra de nego. gest. l. Pomp. & l. soluendo. nunquid autem idem est in omni alia causa, si tuo creditori soluo quod tibi debeo? Resp. forte non. & ideo hic est ita quod illius res, s. soluentis fuerunt obligatæ ei cui soluit Az. tamen contra sup. de nego. l. si liber. in fi. & ĵ. de exc. do. si opera. in fi. sed qualiter agetur pignoratitia actione, contra primum conductorem, cum per rei traditionem factam primo conductori non sit ei quæsita possessio? alias non nascitur pignoratitia, vt insti. qui. bus mo. re contra. ob. §. fi. respon. imò tacitè videtur facta traditio, vnde locator iste secundus potest includere rem authoritate sua, ut inf. in quibus cau. pig. ta. con. l. est differentia. & ĵ de dam. infec. l. vtique, sic & alias tacita fingitur traditio, vt C. de do. l. quisquis & hoc ideo quia hic secundus conductor est obligatus priori conductori personaliter, non autem priori locatori est personaliter obligatus. Prior. n. locator tacitã habet hypothecam pro alterius debito, nec tamen habet personalem contra secundum conductorem, & ideo nec tacita traditio ei facta videtur, vnde ipse non conuenitur pignoratitia actione, vt quod ergo res est obligata, & alterutri facta solutione agitur pignoratitia actione ĵ. sm locatoré, & contingit liberatio. Audio tñ quod Py. legit ita literam istã vt domino domus non sint obligata friuola secundi conductoris, quod nihil est, quo. n. fieret quòd primo conductori obligatæ essent ad vniuersam pensioné, cum vniuersa, nõ sibi, sed dño debeantur? Item cur diceret, videtur autem & cũ dño, &c. fit ergo quæstio, an domino sint obligatæ insolidum, & cum domino tacitè videtur hoc conuenisse, quod ei sint obligatæ pro eo quod debet secundum Azo.
c *Tenebuntur.*]s. locatori secundo scdm Py. tu dic, s. locatori primo. sed vt quod res secundi obligentur priori, vt ĵ. in q. cau. pig. ta. con. l. si gratuitam, quæ est ĵ. Sol. ibi gratis fuit data domus secundo habitanti. Item ad idem contra inf. loc. l. si in lege. § si colonus. Solu. aliud est in vrbanis, in quibus etiam ignoranti dño tacitè obligãtur, vt hic. Aliud in rusticis, vbi demum si scientia interuenit, ut C. loca. l. certi. & in l. contraria. vel quod iai dicit, rem secundi non obligari domino, verũ est ad vniuersalem pẽsionem, sed ad suã partem sic, vt hic dr. Vel tu dic, quod ibi res secundi conductoris nõ fuerunt inuectæ, sed expressa conuentione primo colono obligatæ, vt & ibi dixi.
d *Friuola.*]i. supellectilia. Accur.] Quod Accur. hic dicitur supellectilia, intellige de parua suppellectili, & iunge dicta supra, in apostil. de friuolis.
e *Hoc conuenisse.*] s. vt friuola mea sint obligata in eam summam in qua conduxi. vñ nõ est mirandum si possim ei soluere inuito eo à quo conduxeram.
f *Sua propria.*]tacita tñ vt sic nõ videat ei adq ri p extraneã personã.
g *Nec tutorem.*]sed ĵ. C. qñ ex fa. tu. vel cu. l. 2. & ĵ. de consti. pec. l. cũ q. §. si actori. Sol. ibi vtilis acquiritur, hic non directa, vel hic speciale est in casibus illis, quod non placet. Tu dic, quod si diuisa est administratio in re q̃ nõ spectat ad eius administrationem, nõ q̃ritur: in ea quæ spectat, sic.
h *Acquiri.*]vt inf de acquir. pos. l possessio. quoq; §. & si possessio. & C. per quas perso. no. acqui. l. 1.
i *Non semper.*]quia aliqñ acqrit. s. cum pecunia nro noie mutuatur. tunc. n. condictio certi & pignoris obligatio nobis acq̃rit, ut C. p quas pso. no. acq. l. fi. q̃ est ĵ. vel nõ semper iõ dicit, qa non ad agendũ, sed ad excipiẽdum, vel non directè, sed utiliter acquiritur. Item ĵ. ĵ. de pign. l. si inter. in prin. Solu. ibi obligauit procurator, domino mandante, vel ratũ habẽte, vñ tenet obligat sec̃ q̃, ut hic.
k]*Poterit.*] tenet ergo pignus.
l *Vel vniuersorum bonorum.*] non tñ libera. nam & tunc posset etiam si non conuenisset, ut infra eo. si conuenerit, §. fi. & sup. de procu. l. procurator cui libera. Item nō. quod præsumptio inducitur ex consuetudine patrisfamil. sic. & infra eo. si seruus. & C. de epis. au. l. 3. & infra de test. hæredes, §. s. & ĵ. de vsur. qui semisses, §. fi. & inf. de cond. & demon. cum tertius ita, circa fi. & infra quod cum eo. l. fi. & ad Maced. sed & Iulia. § quod dicitur.

nis. Tertio format quæstionem circa præcedentia. Quartò respon. cuidam tacitè obiectioni. Secunda ibi, Vnde si domum. Tertia ibi, Planè. Quarta ibi, videtur autem, in qua respondet tacitè obiectioni. nam per liberam personã non quæritur nobis actio pignoris seu obligatio, ergo domino locanti non potest quæri per conductionem factam à primo conductore: ad quod respon. quod ista conuentio tacitè videtur facta cum primo domino, & sic ipsi non quæritur ex contractu facto cũ primo conductore, sed ex conuentione sua propria tacitè facta. Bart.

¶Solutam autem pecuniam accipiendum est, 1 † non solum si ipsi, cui obligata res est, sed & si alij sit soluta voluntate eius, vel ei, cui hæres extitit, a vel procuratori eius, vel seruo pecunijs exigendis proposito.

¶ Vnde si domum conduxeris, & eius partem mihi locaueris, egoque locatori tuo pensionem soluero: pignoratitia aduersus te potero experiri. b nam Iulia. scribit solui ei posse. Et si partem tibi, partem ei soluero, tantũdem erit dicendum.

¶Planè in eam duntaxat summam inuecta mea 2 † & illata tenebuntur, c 3 † in qua 4 † cænaculum conduxi. non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola d * mea teneantur.

¶ Videtur autem tacitè, & cum domino ædium hoc cõuenisse, e vt non pacto cænacularij proficiat domino, sed sua propria. f

Per liberam personam non acquiritur nobis actio siue obligatio pignoris, licet eius possessio acquiri possit. hoc dicit. Primo ponit vnum dictum. Secundo respondet tacitæ quæstioni. Secunda ibi. Sed nec. Bar.

¶ Per liberam autem personam pignoris obligatio nobis non acquiritur, adeo, vt nec 5 † per procuratorem plerumque nec 6 † tutorem g acquiratur, & ideo ipsi actione pignoratitia conuenientur.

¶ Sed nec mutat quod constitutum est ab Imperatore nostro, 7 † posse per liberam personam possessionem acquiri. h nam hoc eo pertinebit, ut possimus 8 † pignoris nobis obligati possessionem per procuratorem vel tutorem apprehendere, ipsam autem obligationem libera persona nobis i non semper acquiret.

Procurator qui potest pignorare, potest pignoratitia agere: quod est, si habet speciale mandatũ, uel generale ab homine consueto pignorare. Bar.

¶Sed si procurator meus vel tutor rem pignori dederit, ipse agere pignoratitia poterit. k quod in procuratore ita procedit, si ei 9 † mandatum fuerit pignori dare.

Caius li. 11. 10† ad edi. pu.

LEX XII.

Vel vniuersorum bonorum l administratio ei permissa est ab eo, qui sub pignoribus solebat mutuas pecunias accipere.

1† l. doc. sq. sic.
2† Al. inuecta et illata.
3† Alias tenebantur.
4† Fe in quo.
* De friuolis vasis pulchrè Bud. &c.] & nota q̃ erant fictilia minimi pretij. Seneca. li. 3. contro. Pet. fab. in l. 48. de reg. iur. friuola aia videntur legisse apud Isid. lib. 6. et Imo c. 5.
5† Fl. vetus.
6† Fl. vel.
7† Antoninus, seu Alex. Seuerus. Cuio ac qui post l. 2. C. per quas pso.
8† Fl. ut possimus quidem.
* H c quidã à Triboniano additum putant.
9† Alias dest. ei.
10† Fl. lib. 9.

a *SI cum venderet. Pignoratitia.*] idest, pignoratitia actione.
b *Emptorem.*]ut & infra de distra. pign. l. si creditor. in prin.
†† Fl lib. 38.
c *Aut in factum.*] & potest legi disiunctiuè, & correctiuè. disiunctiuè, ut quia rei vendi. habeat debitor utile dominium translatum est in accipientem, vt instit. qui. alie. li. §. contra autem. Correctiuè, vt tantum in factum detur, idest praescri. ver. ex pacto adhibito incontinenti, vt infra de praescri. ver. si sibi, quod est speciale hic, cum aliàs ex alieno pacto adhibito non detur actio, & si paciscentis intersit, ut C. de dona. l. cum res, datur etiam hic ex vendito, ut C. de pact. inter emp. l. secunda.
d *Et culpa*] ut & infra de bonis aut. iu. pos. l. praetor. § est praeterea.
e *Vt in commodato.*] scilicet vtriusque gratia contracto, ut supra commo. l. si ut certo. §. nunc videndum. alioquin si tantum gratia accipientis, plus in eo venit. si tantum dantis, tunc minus, ut dicta l. si ut certo. §. interdum. & l. in rebus, & institu. quibus mod. re contra. oblig. §. fina. Azo. Vel dic, culpa, & non tanta, sicut & ibi. Et sic imperfecti sicut pater vester, &c.
† Non tamen est diligentia modū excedēs à creditore, ut à commodata rio exigatur, l. 5. cōmod. sed à diligens pa terfam. in suis rebus praesta- ri solet. & seq.
f *CReditor. De dolo.*] & culpa, ut infra sol. matrim. l. si filiofam. §. maritum. Azo.
g *Repromittere.*]& poterit hic dici iudicialis, ut no. inf. de verb. obl. l. stipulationum. §. 1.
†† Rachi pignoratitiis, & de Dotē.
h *Et si praedium.*]hoc amplius in praedio.
i *De iure.*] idest de seruitute.
k *Cessante.*] si tam creditor scierit debere, alioquin imputabitur debitori, ut infra de contrahen. emptio. l. in vendendo. §. pen. Azo. & hanc cautionem, praestandam. facit supra quod metus causa. l. metum. §. §. Iulia. & §. et hoc & infra mane
†† Fl. talib.

Ex pacto creditoris venidentis potest debitor agere vel petere vt sibi credatur actio. Bart.

Vlpianus lib. 35. †† ad Sabi.

LEX XIII.

SI cum venderet creditor pignus, conuenit inter ipsum & emptorem, ut si solueret debitor pecuniam pretij emptori, liceret ei recipere rē suam: scripsit Iulia. & est rescriptum, ob hanc contentionem pignoratitijs a actionibus teneri creditorē ut debitori mandet ex vendito actionem aduersus emptorem. b sed & ipse debitor aut vendicare rem poterit, aut in factum c actione aduersus emptorem agere.

In hac actione venit dolus, lata culpa, & leuis, non casus fortuitus.

¶Venit autem in hanc actionē & dolus & culpa, d vt in cōmodato. e uenit & custodia, † vis maior non venit.

Paulus li. 29. ad edictum.

LEX XIIII.

EA igitur, quae diligens paterfamilias in suis rebus praestare solet, à creditore exiguntur.

Creditor cum reddit pignus, debet cauere de suo dato & facto & neglecto. Bartolus.

Vlpianus lib. 28. ad edictum.

LEX XV.

CReditor cū pignus reddit, de dolo f debet debitori repromittere. g & si praedium h pignoratum est, etiam 2 † de iure i eius repromittendum, ne fortè seruitutes, cessante k uti creditore, amissae sint.

Tuendus est creditor in pignore dato à tutore, vel curatore legitimè. Bart.

Paulus libro 29. ad edictum.

LEX XVI.

TVtor lege, non refragante, l si dederit rem pupilli pignori, tuendus 3 † erit, scilicet si in rem pupilli pecuniam accipiat. Idem in curatore adolescentis, uel furiosi,

Si creditor decipiatur in pignore dolo uel culpa debitoris, habet contrariam pignoratitiam ad interesse: poterit etiam stellionatus crimine accusari si dolus interuenerit. Bart.

¶ Contrariā creditori pignoratitiam actionem competere certū est. proinde, si rem alienam, uel alij pignoratam, m uel in publicum obligatam dedit, tenebitur, quāuis & stellionatus crimē committat. n Sed utrum ita demum si sciens, an & si ignorat? 4 † & quantum ad crimen pertinet, excusat eum 5 † ignorantia: quantum ad cōtrarium iudicium, ignorantia eū non excusat, o ut Marcellius li. 6. dig scribit. ¶Sed si sciens p creditor accipiat uel alienum, vel obligatum, uel morbosum, contrarium ei non competit. q

Fundus vectigalis, vel emphyteuticarius pot obligari saluo iure domini. B.

¶ Etiam uectigale praedium pignori dari pōt, sed & superficiarum, quia hodie utiles actiones r superficiarijs dātur.

Martianus lib. singulari ad hypothecariam formulam.

LEX XVII.

SAne diui Verus 6 † & Antoninus rescripserunt, ut sine diminutione mercedis s soli obligaretur. 7 †

Nomen debitoris potest pignori obligari: & quod inde redigitur, vel compensatur, vel pro pignore tenetur. Bart.

Paulus libro 29. ad edictum.

LEX XVIII.

SI cōuenerit, t ut nomē debitoris mei pignori tibi sit, tuenda est à praetore haec conuentio, ut & te in exigenda pecunia, & debitorem aduersus me (si cū eo experiar) tueat. u ergo si id nomen pecuniariū fuerit, exactā pecuniā tecū pensabit. 8 † si vero corporis alicui, id, q d acceperis, erit tibi pignoris loco. x

l. de tuo. & C. eod. si ob causam. & sup. de rei ven. l. si post acceptum, & infra de aedil. edi. l. aediles, § fi. Sed contra infra eod. l. debitor. § si Sol. illa secundum hanc intelligitur, ut ibi dices.
l *TVtor. Non refragante.*] aliter si lex refragatur, puta in rebus soli, ut infra de re. eo. qui sub tu. vel cura. si pupillorum, hodie & in rebus mobilibus refragatur, ut C. de admi. tu. l. lex in fructibus ergo & in similibus, haec lex intelligitur, ut C. si ali. res pig. da. sit l. 3. vel quando ob aes alienum cum authoritate iudicis, ut infra de reb. eo. l. magis. §. item praetor.
m *Pignoratam*] ita q non sufficiat utrique debito, ut infra eod. si quis in pignore. § fin.
n *Committat.*] ar. sup. eo. l. 1. in fi. & inf. de cri. stel. l. stellionatus. §. 1.
o *Non excusat.*] quia in culpa fuit quae venit in contraria pig. vt supra eod. l. si cum venderet. §. fi.
p *Sed si sciens.*] aliàs nō est hic lex, & aliàs sic.
q *Non competit.*] quia est cautum, ut uoluit, ut supra eod. l. si rem. §. omnis. Item quia non debuit certiorari qui sciuit, ut infra de ac. emp. l. 1. in fi. & infra. quod fal. tut. auct. l. 1. in fi. & infra. de aedil. edi. l. si tamen. §. qui seruum vet. in aedilitijs, & infra de doli excep. l. apud Celsum §. item Labeo.
r *Vtiles actiones.*] scilicet in rem, ut supra si ager vecti. vel emphit. per totū, & de rei ven. superficiario. §. praetor, & infra de superficie. l. fi. §. 1. Acc.
s *SAne. Mercedis.* vt infra qui po in pig. hab. l. etiam Accursius.
t *SI conuenerit.*] inter nos. Accur.
u *Tueatur.*] ut C. de haere. vē. l. postquam, & quae res pig. obl. pos. l. nomen quoque, & ibi dicitur quae actione. Accur.
x *Loci.*] ut infra de pig. l. grege. §. 1. No. ergo cōpensari quantitatem

4 † Fl. ignorat.
5 † Aliàs, decessum.
6 † Fl. Seuerus. Alij sane ut diui Seuerus, &c.
7 † Fl. obligare
8 † Fl. pensabit.

titatem ad quantitatem, * sed non ad speciem, ut supra de cond. indeb. l. si non sortem, §. fi. Acc.

a *Alluuion.*] vt & infra, de pigno. l. si fundus, in prin. sic & legatum augetur, ut infra, de leg. i. quod in rerum, §. si quis post.

b *Venierit.*] à debitore, ut & C. de dist. pig. l. si debitor. & infra, de acquir. rerum do. traditio.

c *Ancillæ.*] scilicet obligatæ.

d *Natus sit.*] non tamen conceptus, sed apud debitorem fuit conceptus. nam si post venditionem conciperetur, non esset pignori obligatus, vt infra, de pigno. l. Paulus respondit, §. 1. quæ est contra.

e *Aliud nauis.*] sic si legaui lanam, & si postea factũ est vestimentum, non continetur in legato vestimentum, ut infra de lega. 3. l. lana. Sed est contra inf. de leg. 1. seruum filij, §. si procul. sed ibi iã cesserat dies legati, vnde rei mutatio legatario non nocet. sed opponitur huic §. quia eodem modo aliud est ancilla, & aliud partus, & tamen respondetur idem, ut sup. prox. §. Tu dicas, quod optima est hæc differentia. hypothecaria quidem actio definit competere re obligata desinente esse, sed materia cum transit in materiatum desinit esse, & extinguitur, & incipit esse alia species vt j. de au. & arg. leg. l. Seia. §. item quæro. ergo hypotheca extinguitur, & ideo nominatim adijciendum est &c. & tunc dicam nauem esse obligatã. non ideo quia ex sylua sit facta vel nata, sed quia sua facta est, i. illius debitoris. vnde ex generali vel speciali obligatione est obligata, quare veniunt quæ habet, habiturusve est, ut C. quæ res pign. l. fi. vnde si alius non dominus illius syluæ fecerit nauem, & sic sibi acquiritur dominium, vt j. de acq. re. do. l. sed si ex meis tabulis. in princ. non dicam nauem pignori obligatam, sed in superio. casu non desinit esse ancilla propter natiuitatem partus, sed sylua desinit esse sylua.

f *Natæ ue sint.*] i. erunt, futurum enim tempus respicit. Ac.

g *Liberam.*] vt & C. quod cum eo l. si liberam. Sed contra etiam si habeat liberam, ut j. quæ res pig. obl. pos. l. 1. §. 1. Solutio, hic peculiare negotium gerebat, ibi alienum, ar. sup. de pact. in personam, § 1. Accur.

h *Alienã. Potest.*] alias non, vt. C. si res ali. pig. dat. sit l. quæ prædium, & l. fi. sed vendere sic, vt infra, de act. emp. ex empto. in prin. & de contrahen. emp. rem alienam. in prin. & est ratio vt ibi. Accur.

i *Valebit.*] ab eo tempore quo conualuit, vt infra, de pign. si fundus, §. 1. & C. de don. inter vi. & vxo. l. antepen. in fi. Notatur etiam hic, quod non valet ab initio, postea confirmari, * vt arg. supra de adop. l. adoptio. Accur.

k *Recte agitur.*] consignata pecunia & deposita, vel sola oblatione facta in iudicio, secus si extra, vt infra, de adm. tut. l. tutor pro pupillo. §. fina. & C. eod. l. nec creditores, & l. fin. §. fi. & sup. eo. l. si rem. in fi. & C. de vsur. l. acceptam.

Quod accedit pignori, pignus est. Bar.

¶ Si nuda proprietas pignori data sit, vsusfructus, qui postea accreuit, pignori cedit. 1 † Eadem causa est alluuionis. [a]

Res transit cum causa sua. Bart.

¶ Si fundus pignoratus venierit, [b] manere causam pignoris constitit, 2 † quia cum sua causa fundus transeat, sicut in partu ancillæ, [c] qui [d] post venditionem natus sit.

Quando materia in materiatum transit, pignus extinguitur, seu eius obligatio. Bart.

¶ Si quis cauerit, ut sylua sibi pignori esset, nauem ex ea materia factam non esse pignori Cassius ait, quia aliud sit materia, aliud nauis, [e] & ideo nominatim in dando pignore adijciendum esse ait, Quæque ex sylua facta, natave sint. [f]

Seruus & filius ex causa peculiari possunt rem peculij pignori obligare. B.

¶ Seruus rem peculiarem si pignori dederit, tuendus 3 † est, si liberam [g] peculij administrationem habuerit. nam & alienare eas potuit. 4 †

Martianus lib. singulari ad hypothecariam formulam.

LEX XIX.

EAdem & de filiofamilias dicta intelligimus

Res aliena potest domino volente vel ratum habente pignori obligari. Bartolus.

Paulus lib. 29. ad edictum.

LEX XX.

ALiena res pignori dari voluntate domini potest. [h] Sed & si ignorante eo data sit, & ratum habuerit, pignus valebit. [i]

Qui pares sunt in tempore, sunt pares in iure. Bartol.

¶ Si pluribus res simul pignori detur, æqualis omnium causa est. si per creditorem stetit quo minus ei soluatur, rectè agitur [k] pignoratitia.

Contra agentem pignoratitia potest excipi de emptione rei postea facta, hoc dicit.

¶ Interdum quod si soluta sit pecunia, tamen pignoratitia actio inhibenda est, veluti si creditor pignus suum emerit à debitore.

Quod ex re obligata superest, obligatum est. Bartolus.

Idem lib. 6. breuis edicti. 5 †

LEX XXI.

DOmo pignori data, & area eius tenebitur, [l] est enim pars [m] eius, & cõtra [n] ius soli sequitur 6 † ædificium.

Quod creditor consecutus est alio nomine pœna delicti circa rem commissi, computatur in debitũ, vel debitori restituitur, secus si ab ipso debitore pœna nomine exigatur. Bar.

Vlpianus lib. 28. 7 † ad edict.

LEX XXII.

SI pignore [n] surrepto, [o] fur

l *Domo. Eius tenebitur*] licet domus comburatur, sec. Accursius.

m *Pars eius.*] & quidem maxima, ut infra de sol. qui res, §. aream. & supra de rei vend. l. solum. Sed arg. contra inst. de vsus. § fi. Acc.

ADDITIO. Dic secundum Bar. hic, quod aliud est in vsufru. quia rei mutatione perimitur, vt supra quibus mod. vsu. amit. l. repeti. aliud in pignore, ut per eundem Bar. in l. si quis cauerit, supra eo.

n *Et contra.*] nam supra obligauit domũ, hic solum tantum, & tamen ædificium sequitur, vt Ric. & j. de pig. Paulus. §. domus. & l. si fundus. §. si res.

SI *pignore.*] CASVS. Obligaui tibi codicem pignori. fuit tibi surreptus, quæritur an hoc quod fueris consecutus ex persecutione rei, siue agendo actione furti ad pœnã, siue condictione furti ad rem ipsam, debebis in debitum computare. Et distinguitur, an extraneus pignus surripuit, & quicquid ab ipso fueris consecutus, in solutum computabitur. Si vero dominus pignoris surripuit, & conuentus dupli vel quadrupli act. furti præstiterit, creditor hoc in debitum non computabit. Idem est in alio casu, pone, seruum tuum mihi pignori obligasti, postea per metum me compulisti vt tibi traderem. postea egi contra te act. quod metus causa & quadruplum consecutus sum, nunquid illud in debitum computabitur? Dicit quod non.

¶ *Si creditor.*] Aliquis creditor iure pacti pignus vendidit, & consuetudo fuit illius regionis quod creditor vendendo de euictione caueret, vel bene vendere non potuit, vnde de duplo cauit, vel de simplo forte, postea fuit res euicta, vnde iste creditor & idem venditor conuentus duplum præstat, nunquid habet regressum per contrariam pign. contra debitorem? Dicit quod sic, si ideo pluris vendidit, quod de duplo cauerat, quia tunc de tota dupla contra debitorem habebit regressum. alias non habebit, nisi ad debitum. Viuia.

o *Si pignore surrepto.*] s. ab extraneo, quo casu non creditoremus, sed in summa pignori datur furti actio. sed si debi-

* Quantitatis ad quantitatem fit cõpensatio. vi. in indi. trac. in ver. compẽsatio. versi. sit quantitatis.

1 † Flori.

2 † Fl. deest, cũ sua.

3 † Fl. tuendũ.

4 † Fl potest.

* Inualidũ ab initio postea confirmat. vi. materiam in § non firmat. de reg. ius. in 6. & in l. Quod ab initio. ff. de reg. iu.

5 † [illegible]

6 † Fl. sequetur.

7 † Fl. lib. 70.

* Coniunge l. si debitor de furt.

debitor surripuit, tunc in summa debiti, vel vsurarum, vt infra, de fur. l. creditoris. Sed plene distinxi infra, de fur. l. eum qui. §. idem scribit.

a *Creditor*] No. creditorem agere furti, quia eius interest potius, & c. ut institu. de obl. quę ex delic. §. furti. Sed lege Aquilia non, nisi in subsidium, ut supra ad leg. Aquil. qui occidit, § primo, quæ est contra. Sed illa est ratio, quia illa tantum domino datur, vt eodem titu. item Mela. §. 1.

b *Imputare.*] & quod debitum excedit, restituat debitori, ut inf. de fur. l. creditoris Accursius.

c *Culpa.*] quo casu videbatur quod propter culpam à debito caderet, secundum Azo.

d *Condictione.*] non furtiua, sed incerti, quæ datur non domino, sed alias ius habenti in rem, vt est creditor, vt supra de condi. fur. l. & ideo, § fi.

e *Creditori.*] quod fit in summa debiti, vt dixi

f *Restituat*] idest debito imputari, sed lucro debitoris cedere, vt infra, de sol. id quod. Sed quid in eo quod per condictionem incerti præstat? Videtur imputandum, cum lucro rei succedat, argu. supra de petit. hæred. l. si rem. Econtra videtur, quod non, per hoc quod postea dicit in actione quod metus causa. nam in quadruplo illo vnum simplum est res ipsa, siue rei æstimatio. Dic ergo secundum Azo. quod non imputatur, sed Ir. contra. Et quod dicit de actione quod metus causa. quod non imputatur, dicit quod restituitur tantum: quod falsum est, ut inf. dicit. Item cum creditor imputat siue restituit quod consequitur ab extraneo, ut supra dictum est proxim. quare conductor non restituit quod ab extraneo consecutus est actione furti, ut infra loca. l. is qui rem. Item nec commodatarius, ut C. de fur. l. fina. §. sed cum in secunda, quæ sunt contrariæ. Solu. conductor & commodatarius amisetant vsum quem habere debebant: creditor autem vti non debebat, imò si vteretur, faceret furtum, ut infra de fur. l. si pignore, in prin.

ti egerit creditor, [a] totum, quicquid percepit, debito eũ imputare [b] Papinianus confitetur: & est verum, etiam si culpa [c] creditoris furtum sit factum. multò magis hoc erit dicendum in eo, quod ex cõdictione [d] consecutus est. Sed quod ipse debitor * furti actione præstitit creditori [e] vel condictione, an debito sit imputandum, videamus. Et quidem non oportere id ei restitui, [f] quod ipse ex furti actione præstitit, peræquè 1 † relatum est, & traditum. & ita Papinianus lib. 7. 2 † qua ratione ait.

¶ Idem Papinianus ait, 3 † & si metus causa servum pignoratum debitori tradiderit, quem bona fide [g] pignori acceperat. Nam & si egerit, quod metus causa factum est, & quadruplum sit consecutus, nihil ei 4 † restituet ex eo quod consecutus [h] est, nec debito imputabit. [i]

Etiam prædo potest agere pignoratitia ad rem & ad fructus. Bar.

¶ Si prædo rem pignori dederit, competit ei & de fructibus pignoratitia [k] actio, [l] quamuis ipse fructus suos nõ facit. A prædone enim fructus & vendicari extantes possunt & consumpti condici. [m] Proderit [n] igitur ei, quod creditor bona fide possessor fuit.

g *Bona fide.*] secus ergo si & ipse per metum pignori acceperit, tunc enim non uidetur illud damnum pati, quod desiderat hæc actio quod metus cau. ut supra quod met. cau. l. sed & partus, §. fi. Acc.

h *Consecutus.*] s. à debitore, & æstimationis possessionis pignoris, sed in actione furti ipsius debiti. Et est ratio, quia actio furti datur ad interesse, quod metus causa ad quadruplum æstimationis rei ablatæ. ut inf. de fur. l. creditoris, & supra quod metus causa, l. si cum excep. §. quadruplabitur, & l. si mulier, §. qui possessionem.

i *Imputabit*] Sed cum in actione quod metus causa æstimatio possessionis pignoris pro pignore habeatur, quare non restituet vnum simplum, sicut restitueret pignus? Respon. quia debitor ad pignus potest intendere pignoratitiam actionem, sed ad æstimationem nulla actione habet obligatum creditorem, & ita debitori potius expedit dare rem quam pretium; idest vnum simplum de quadruplo. sic ff. de lega. primo, l. cum filij, §. si statuliberum Accur.

k *Pignoratitia.*] soluta demum pecunia.

l *Actio.*] sicut & cõmodati, ut supra commo. l. ita vt si fur. Ac.

m *Condici.*] ut supra de condic. indeb. l. si verbana. in fi.

n *Proderit*] Ad extenuandum debitum, vt pignoratitia agere possit quando fuit creditor bonæ fidei. alias si malæ fidei, non facit creditor suos, vnde prædo non liberatur, sed dominus vendicat vel condicit si consumpti sunt. Item proderit ei, quia si soluat debitum, per pignoratitiam actionem consequitur fructus à creditoribus, vt in prin. §. & transfertur totum dominium in eum à creditore: sed tamen cogitur restituere domino rei, vel totidem vndecunque hãt, sicut emptor qui redhibitoria agit, vt ff. de ædil. edi. l. cum autem. §. cũ redhibeatur. cũ. n. sit prædo, de percipiendis tenetur, ut ff. de rei vẽ. l. si nauis § fi.

Si debitor pignus quod conduxit, non restituit, ad interesse contrario iudicio conuenitur. Bar.

¶ Si post distractum [o] pignus debitor qui precario rogauit, [p] vel conduxit, pignoris possessionem 5 † non restituat, [q] contrario iudicio tenetur. [r]

Si creditor vendens pignus promittit ex consuetudine, vel aliter vtiliter gesserit, quod hoc nomine præstiterit, contrario iudicio repetit. alias non vltra debiti summam. Item si ex stipulatione de euictione duplum præstiterit, fortè, & vsuras consequitur: si simplum, sortem tantummodo. hoc dicit, cum Bartol.

¶ Si creditor, cum venderet pignus, duplam promisit: (nã vsu hoc euenerit 6 †) conuentus ob euictionem & condẽnatus, an habeat regressum pignoratitiæ contrariæ actionis? Et potest dici esse regressum, si modo sine dolo [s] & culpa sic vendidit, & vt pater familias diligens id gessit. Si vero nullum emolumentum talis venditio 7 † attulit, [u] sed tanti vendidit, 8 † quanti vendere potuit, etiam si hoc non promisit, [x] regressum non habere. [y]

n *Proderit.*] refert se ad primum casum.

o *Si post distractum*] à creditore, & maximè subaudi, nã idem & si non distraxisset adhuc.

p *Rogauit*] ante distractionem pignoris, non post.

q *Restituat.*] s. creditori, vt eam emptori tradat.

r *Tenetur.*] ad interesse, non vt restituat rẽ: ad eam enim habet interdictum de precario, vel hypothecariam. Azo. Item interdictum vnde vi, quia videtur eum vi expellere. Et no. secundum quosdam, quod in hoc contrario iudicio, cum de fide rupta agatur, posset in litem iurari. & condẽnatus efficitur infamis hoc casu, ut sup. de ijs qui no. infa. l. furti. §. mandati.

s *Sine dolo*] quia sic se habet consuetudo, quæ est seruanda in talibus, vt ff. de ædil. edi. l. quod si nolit, §. quia assidua. & inf. de euict. l. si fundus. Et secundum hoc intelligitur supra eo. l. si necessarias, §. 1. Item no. propter consuetudinẽ quem excusari, vt hic, & inf. de adm. tut. l. sine herede, § Lucius, & ad hoc ff. man. l. si quis negotia, § fi.

t *Tanti vendidit.*] s. cum promissione duplæ. nec etiam erat consuetudo regionis, ut sic caueretur.

u *Attulit.*] hoc secundum casum quo creditor agit de dupla contra debitorem, s. quando plus vendidit.

x *Promisit*] idest promisisset sic in Auth. de consang. & vteri. fra. §. 1. coll. 6.

y *Non habere.*] s. ad interesse, sed ad summam debiti sic, ut statim subiicit nec enim, &c. ipse autem creditor bene tenetur, ex quo promisit, ut C. cre. eui. pig. l. 1. & 2. Acc.

Margin notes:

* Hic text. secundum Bal. hic quia venit ad limitationẽ l. 1 C. eo & l. si dominum cũ similibus, & idem probat l. si quis stemma dixit, quia in capit. & fi inc. Long

1 † Alias, asse.

2 † Fl. lib. 9.

3 † Al. deest, Papinianus.

4 † Fl. nihil neque restituet.

5 † Fl. condu. pignus possessionem.

6 † Duobus merat, et conuentus ob euictionem et condemnatus.

7 † Alias, creditori.

8 † Fl. vendidit quanti vẽderet.

Nam enim] Casus ibi, sed si stipulatio, sic ponitur: creditor mihi x mutuauerat sub pignore, stipulatus est vsuras, deinde vendidit pignus creditor forte pro x quæ sibi debebantur, & cauit de dupla, hoc in superiori. §. Postea stetit per quinquennium, tandem euicta fuit res ab emptore, vnde creditorem cōuenit emptor de dupla, & conuentus præstitit: quæritur an iste creditor regressum habeat contra debitorem pro vsuris medii tēporis, hoc est illius quinquennii, eo quod res fuit euicta? Et respō. quod regressum habebit, cum in duplæ solutione plus damni sustineat, quam ex vsu pecu. medio tempore, quod si creditor non præstitit, nisi simplum, dicit quod in hoc casu, non habebit regressum, quia non plus ei videtur abesse, quam fuit lucratus ex vsu pretii per id quinquenniū. Viuianus

a *Poterit*] hanc enim consequitur, ut ī. de distra pig l. r. scriptū.

b *Sed si stipulatio.*] a creditore interposita propter sortem.

c *Eam.*] scilicet duplam. Accur.

d *Factum est.*] quasi dicat nō est tanta vsura, quia in duplo quod emptori præstat, non fit tantundem, vel plus. Sed quid si minus est in duplo? Resp. forte nō cōsequit qđ est vitra.

1 † Flor. de eſt, &c.

2 † alias si pulatio vsurarum fuit.

3 † Alias, obligata consecutus est, victus eam.

4 † Flor. se eſt, pro euictione.

5 † Flor. lib. 30.

* Facit ad hanc l. glo. vlt. circa medium, in ca. causam que de eis.

Triphonius li. 8. Disput.

LEX XXIII.

Nec enim amplius a debitore quā debiti summa est 1 † consequi poterit. a ¶ Sed si stipulatio b 2 † vsurarum fuerat, & post quinquennium forte quam pretium ex re obligata 3 † acceperat, victus eam c emptori restituat, etiam medii temporis usu as a debitore petere poterit: quia nihil ei solutum esse pro euictione, 4 † ut auferri non possit, palam factum est d Sed si simplū e præstitit, doli exceptione repellendus erit ab vsurarū petitione: quia habuit vsum pecuniæ pretii quod ab emptore f acceperat.

Re in solutum data, a iudice, vel a parte euicta, non agitur primitiua, sed utili ex empto ad interesse: quod etiam in compensatione deducitur. Bart.

Vlpianus lib. 28. 5 † ad edic.

LEX XXIIII.

Eleganter * apud me quæsitum est, si impetrasset creditor a Cæsare, vt pignus possideret, g idque euictum esset: an h habeat pignoratitiam contrariam i Et videtur finita h esse pignoris obligatio, & a contractu priore recessum. Immo utilis actio 6 † ex empto accommodanda 7 † est, quemadmodum si pro soluto i ei res data fuerit, ut in quantitatem debiti satisfiat, vel inquantum eius K intersit Et compensationem l habere potest creditor, si forte m pignoratitia, vel ex alia causa cum eo agetur.

Solutio pecuniæ reprobæ soluentem non liberat, sed non cogitur soluere debitum, nisi pecunia reddatur. Bart.

¶ Qui reprobos nūmos soluit creditori, an habeat pignoratitiam actionem, quasi soluta pecunia, quæritur? Et constat neque pignoratitia eum agere, neque liberari eum 8 † posse quia reproba pecunia non liberat n

e *Simplum.*] qui tātum simplum promisit de euictione, a quod etiam non tenebantur, ut C. cre. eui. pi. l. j. & z. & ī. man. l. si mandato Titii. §. creditor. sed ad cedendam ɀriam pignorati iam actionē, ut ī. de euict. l. in creditore.

f *Quod ab emptore.*] quodque solū restituit. Io. Sed, nonne in primo casu habuit usum pecuniæ? R. spon. non intelligitur habuisse, cum plus habeat necesse restituere.

Eleganter.] CASVS. Obligaui tibi aliquam rem pro x. tum in solutione cessatem, impetrasti a principe, liceret, tibi pignus hoc iure dñii cū aut authoritate principis possedisses, aliqs eam a te vendi auit, & euicit, quæritur an habeas regressum ɀtra quondā debitorem per act. pig. Dī quod non, quia per impetrationem dñij videt extincta pig. obligatio, ʃhabebis tñ utilem actionē ex empto contra me, quasi rem emisses, ad pecuniam debitam & vsuras, & etiam ad interesse, si plus est interesse. Sed pone, ꝙ pignus sit deterius factum, nunquid illam deteriorationem poterit debitor compensare, si debitor agat pigno act. aduersus creditorem? Et respondetur quod sic.

¶ *Qui reprobos*] Mutuasti mihi x. sub pignore: solui tibi in falsa moneta: verum habeam pig. act. ad pignus? Respon. quod non: sed soluere debeo in bona moneta: & reddendi sunt mihi falsi nummi quos dedi.

¶ *Si vendiderit.*] Mutuam tibi xx. aureos sub pignore, vendidi pignus istud pro xxx. aureis, & sic vltra x. vendidi quam mihi debitum sit: sed non tum pretium recipis verum debitor cui mutuaueram, posit agere contra me ad superfluum, hoc est ad x. antequam recipiam? Et resp. ꝙ expectare debet me quod recipiam prius, uel debeo ei cedere actio. contra emptorē pignoris meo periculo. Sed si recepi illud superfluum & non reddo, ueniet in act. pignor. sequen. §. est plenus Viuianus.

g *Possideret.*] iure dominij. Accursius.

h *Finita.*] quia creditor dñs esse cœpit. Sed ɀ ī. ad Treb. l. debitor circa prin. vbi dicit hæredem rog. tum de restituendo si adeat, ꝙ licet sit dñs factus rei sibi obligatæ, remanet tñ sibi hypothecaria. Sol. ibi vt nec dñs factus ex quo restituit, vnde quasi prius peremptā restituit, vel resuscitatur, vt ī. si ex noxa. cau. ag. a. l. 2. in fi. Itē ɀ. ī. de exe. rei iudi. l. ex sententia. §. Latinus. in fi. vbi fuit creditor factus dñs rei sibi obligatæ ex quadā gna li transactione inter se & debitorē facta, & tradita sibi re ex ea causa, & tamē si a possessione cecidit, agi hypothecaria ibi dicit. Sol. ibi non fuit dñium translatum in creditorem, qa non fuit ei data illa res tāquā esset dātis, sed tāquā alterius, & sic etiās dñium nō mutauit, ut ī. de condi. cau. da. l. j. § subst. li. Item ɀ. ī. de solu. l. si aliam. ubi dicit, ꝙ ita demum est a prioribus obligationibus recessum, si res ita creditori assignet, ꝙ euinci non possit. Sol. ibi eo modo accepit, ut non alias discederet, nisi res eius fieret, hic autem non. Vel hic aliud pro pecunia, ibi aliud pro alio, ʃputa species pro specie

i *Pro soluto ei.*] tūc. n. quando res in solutum datur, si euinci tur datur utilis ex empto, ut hic innuit, & C. de euic. l. si prædium expressē dicitur. Sed videtur antiqua actione debere agi, ut C. de sent & int. l. libera quæ est cōtra. Sol. hic res pro pecunia: ibi res pro re: Vnde non est emptio. Vel distingue, an accipiendo insolutum uoluit omnino a priore obligatione recedere, ut hic: an ita demum si res irreuocabiliter fieret sua, ut ibi.

6 † Vide eſt, aliu.

7 † Fl. accōmodata.

8 † Flor. deest, cum.

K *Vel inquantum eius.*] si plus interest sua. Sed ɀtra uidetur ꝙ nō possit, nisi ad pretiū & usuras, ut ar. ī. de euict. l. si plus. §. j. Sol. is ꝙ impetrauit d̄ñium, ut quasi dñs possideret, agit ad interesse, uel ad debitum. Aliud in eo qui emit ab executore, quia tunc ad debitum & vsuram agit, ut ibi: forsan propter Cæsaris beneficium est hoc, uel ꝙ a hic fuit creditor qui emisse videtur secundum. Axo.

l *Compensationem.*] quia qui actionem habere potest: multo magis exceptionem per compensationem.

m *Si forte.*] quia forte damnum dedit in re pignori obligata. Accursius.

n *Non liberat.*] nam non uidetur solutum qđ deterius soluitur quam debet, ut hic, & ī. depo. l. j. §. si res. & inf. de solu. l. qui sibi. §. fina. & sup. commoda. l. 3. §. si reddita. Sed quid si ab electore fuerit approbata? Argumen. quod sit liberatus, ut supra eo. l. si rem. § omnis. in fi. & infra de conditio. & demonstratio. l. quamuis. quia sibi debet imputare qui male eligit, uel eligi fecit, ut inf. pro soc. l. socius socio, & ī. de loca. & condu. l. ea lege. §. 6. & inf. man. l. inter. § abesse & ī. de fideius. l. 3 in fi. & l. qui debitorem. & ī. de solu. si solutus. Sed ɀ. f quod deficiat solutio, uel electio ubi deficit emptio: quia erratum est in substantiali qualitate, ut ī. de ɀh emp. l. in venditionib. §. vnde quæritur & ī. de optio. leg. a. l. 2. Sol. ego puto eū qui certat de damno vitando, potiorem esse, ar. ī. de min.

soluentem, reprobis videlicet nummis reddendis. a 1 †

Ad id quod plus debito pignus est venditum, potest agere debitor, vt sibi soluatur, vel actio cedatur. Bartolus.

¶ Si vendiderit quidem creditor pignus pluris quam debitum erat, nondum autem pretium ab emptore exegerit, an pignoratitio iudicio conueniri possit ad superfluum reddendum, b an verò vel expectare debeat quoad c emptor soluat, vel suscipere actiones aduersus emptorem? Et arbitror non esse vrgendum ad solutionem d creditorem: sed aut expectare debitorem debere: aut si non expectet, mandet e 2 † ei actiones aduersus emptorem, periculo tamen venditoris, quod si accepit iam pecuniam, nec 3 † superfluum reddidit: in pignoratitio iudicio venit. f

Si creditor res pignoratas male tractauerit, tenetur pignoratitia, nisi iure permittente fecit. Bart.

¶ Et si * res pignori data male tractauit creditor, uel seruos debilitauit, g plane si pro maleficiis suis coercuit, vel vinxit, uel obtulit praefecturae, uel praesidi, dicendū est pignoratitia creditorem non teneri h Quare si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere coegit: ilico pignus ancillae soluitur. i

Expensae necessariae, vel vtiles debent restitui creditori, si modo debitori non sunt onerosae: quod arbitrio iudicis aestimabitur. Bartolus.

Idem libro 30. ad edictum.

LEX XXV.

SI seruos pigneratos artificiis instruxit creditor, si quidem iam imbutos, k uel uoluntate l debitoris, erit contraria actio: si uero nihil horum intercesserit, si quidē artificiis necessariis, m erit actio contraria: non tamen sic, ut cogatur seruis carere pro quātitate sumptuum debitor. n Sicut enim negligere o creditorem dolus & culpa, p quam praestat, non patitur: ita nec talem efficere rem pignoratam, ut grauis sit debitori ad recipiendum: 4 † puta saltum grandem pignori datum ab homine, qui uix luere q potest, ne dum excolere: r tu acceptum pignori excoluisti sic, ut magni pretii faceres: alioquin non est aequum, s aut quaerere me alios creditores, aut cogi distrahere t quod uelim receptum, aut penuria coactum derelinquere 5 † me tibi. Igitur haec a iudice erūt dispiciēda, ut neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur. u *

verum §. fin. & l. si minor 25. a filio. Item quid si expellerit, eam pro proba. Videtur quod repellatur, saltem quia non reddit reprobam, vt hic subiicit, & infra de solu. l. si cum aurum. Vel quia tantundem quocumque modo habet, vt infra de solu. cum seruus. & l. cum quis. §. qui hominem. Sed videtur ꝙ: quia potest reddere aestimationem reprobi, & quia ab eo non tulit, habere debet, vt C. de inoffi. testam. l. sancimus §. repletionem. & quia habet ex sua negotiatione, vt ff. ad legem Fal. l. 3. & quia his, quibus soluit, adhuc tenetur. Accursius.

a *Reddendis.*] non cōdictione indebiti, sed opposita exceptione doli mali, etiam si scienter soluit, ut infra de solut. l. si cum aurum.

b *Reddendum.*] scilicet debitori. Accursi.

c *Quoad.*] id est donec.

d *Ad solutionem*] superflui.

e *Mandet.*] sic & mādatur supra de petit. haer. l. quod si in ait. §. idem Iulianus: & inf. de actio. emp. l. si ea. Sed hoc casu videtur contra. infra eod. l. pen. in prin. Solve ibi. Item quod hic subiicit de periculo, intelligēdū eius argua tur culpa: nam alias non suo periculo, vt quia ante fuerat non soluēdo: secus si post incipit esse non soluendo, ut infra de distra. pig. l. qui aliū. & ff. de adminis. tu. ad ciui. petit. l. 2. §. si tempore.

f *Iudicio venit.*] & si tardius soluerit, in vsuras ex mora tenetur, vt supra eod. l. sin autem. Accur.

g *Debilitauit.*] scilicet venit in iudicio isto, vt hic, & C. eo. l. creditor.

h *Non teneri.*] nam licitum est seruos pro suis maleficiis coercere, vt hic, & ff. de verb. oblig. l. qui seruum. & de leg. 3. l. quid ergo. §. si haeres. bene autem dicit pro suis, nō autem aliter: quare si prostituit &c.

i *Soluitur.*] Sed aget debitor ad interesse: ut supra proxi. ibi, & si res pignori &c. sic & in patre & domino quod in creditore hic dicit: ut C. de episco. audien. l. si lenones, & C. de spectaculis. l. fi. lib. 11. sic & in eo qui redemit ab hostibus, si talem ancillam redemptam prostituerit: ut C. de cap. l. si illicitè. Accur.

Si seruos] C A S V S. Obligasti mihi seruos tuos, quos instruxi in scriptura, vel in pictura, vel simili artificio, nunquid illa quae impendi, potero a te repetere? Dicit, quod si voluntate tua tacita vel expressa impendam, expensa potero recuperare, si voluntas non intercessit. Vel distin. aut illud artificium est necessarium, & tunc agam ad expen. ut prius, aut non, & tunc nihil habeo, quia pone quod pauper fuisti, & domum magnam mihi obligasti, & in domo ista multum impēdit subleuando, tegendo, & tum soluendo non fuisti, non potes soluere has impensas: ideo nec cogeris: si autem moderatas impensas feci, & dicis te non posse soluere, dicit quod iudex inspicere debet, ne tibi sit nimis onerosus: nec tu nimis delicatus sis. Viuianus.

k *Iam imbuto*] idest iam imbui coeptos. & sic est tacita debitoris voluntas. sic & supra cōmo. l. si vt certo loco. §. custodia. & infra de act. emp. l. Iulianus §. praeterea in fine. & infra ad Maced. sed Iulianus. §. quod dicitur, & supra eod. vel vniuersorum. & infra de aedil. edic. l. si minor, § el. Sed arg. contra. sup. de vsufruc. l. vsufructuarius. §. aedificiū. quia si fieret aedificiū, etiam a domino inchoatum per rei mutationem extingueretur vsusfructus: quod non est in pignore: vt supra eod. l. domo. Item argu. contra infra de rebus eor. l. j. §. si defunctus.

A D D I T I O. Sol. secundum Barto. & dic, quod ibi praesumptioni tacitae voluntatis non statur fauore pupilli: quia fortè sibi esset vtile vendere, aliter enim sciuisset vendere defunctus, & aliter pupillus.

l *Voluntate.*] s. expressa: vt arg. infra de in rem ver. l. 3. §. sed si mutua.

m *Necessariis.*] necessarium est, ex quo percipitur expensa. & idem de vtilibus expensis.

n *Debitor.*] tres sunt ergo casus. Primus, quando tacita. Secundus quando expressa voluntas intercessit: in quibus omnino agitur. Tertius, quādo nulla: & nunc agitur pro necessariis, non tamen ut careat debitor re, vt hic, & arg. supra de rei ven. l. in fundo.

o *Negligere.*] s. rem pignoratam, ut hic subiicit. & supra ad legem Aquil. quemadmodum. §. magistratus. Accursi.

p *Culpa.*] lata & leuis. ut Institut quibus mod. re contra. ob §. finali.

q *Vix luere.*] s. soluendo sortem. Accur.

r *Excolere.*] idest sumptus culturae soluere. Accur.

s *Aequum.*] subaudi quod sequitur, aut &c.

t *Distrahere.*] s. quod &c. Et hoc pro solutione sumptuum vltra modum factorum. Accur.

u *Audiatur.*] debitor est delicatus, qui etiam vnum minimum soluere non vult, creditor est onerosus, qui vsque ad ultimum quadrantem uult sibi solui: neuter ergo auditur. Et sic ex duobus contrariis eligitur quoddam temperamentum, ut supra si quis cau. l. j. & 2. §. si quis autem.

1 † *Alias, vel soluendis.*

2 † *Flo. mandat.*

3 † *Pecuniam, si perfluū reddit: Flo. ubi etiā subnectuntur sequentia absque paratitu, quae sunt in hac vulgata. In pignoratitio iudicio venit, & si res pignori datas male tract. &c. & vi. Ant. Aug. lib. 1. ca. 1. em. Rom. sing. ...*

4 † *Flo. vel perandum ... receptum. Duar.*

5 † *Flo. derelinquere me ... igitur haec a iudice.*

* *Liber ... gl. ... post ... versic. ... in ... contra ... dicti.*

tamen & supra de aan. leg. l. Quintus. in fi. l. & inf. de verbo obli. continuus. § 2.

N On est mirum] CASVS. Superius dixit vnde, & qualiter consensu contrahentium pignus contrahitur. In lege hac ponit duos alios modos quibus pignora constituuntur. Vnus iudex aliquem in possessionem misit, dicit quod pignus constituitur: & arguit à simili. Nam testator in testamento suo potest pignus constituere legatarijs: ergo, & postea assignat differentiam inter pignus constitutum authoritate iudicis, & conuentionale: & dicit quod ita demum contrahitur obligatio in pignore iudiciali si res fuerit tradita, & non aliter. Viuianus.

1† Fl. lib. 3.

2† Fl. Sciendum est, vbi iussu.

a Testamento.] vt infra de alim. leg. l. Lucius.

b Fuerit in possessionem.] sed conuentionale etiam sine traditione, vt sup. eod. l. 1. diff. tt & in alijs vt ibi dixi.

P Etenti.] CASVS. Petebam à te decem, quæ mihi debebas: massam auri mihi tradidisti, vt alij pro pecunia mutuo accipienda obligarem: obligaui, tu postmodum pecuniam soluisti. Dicit, quod si illud ab illo creditore liberaui, & penes me habeam, quod actione ad exhibendum teneor, ut eam exhibeam & reddam: sed si adhuc est penes illum creditorem cui eam obligaui, primam actionem habes contra me, vt eam redimam. Viuianus.

3† Fl. prima no.

c Petenti.] id est repetenti: sic ponitur in rubrica. infra solu. matrimon. quemadmo. dos petatur, id est, repetatur. Accursius.

d Creditori.] Titio.

e Debitor.] scilicet Seius.

Pignus prætorium non constituitur nisi in possessionem mittatur.

Idem libro 5. 1† Disputatio.

LEX XXVI.

NOn est mirum, si ex quacunque causa magistratus in possessionem aliquem miserit, pignus constitui, cũ testamento a quoque pignus constitui posse Imperator noster cum patre sæpissimè rescripserit.

¶ Sciendum tamen, 2† vbi iussu magistratus pignus cõstituitur, non alias constitui, nisi ventum fuerit in possessionem.[b]

Si creditor rem sibi datam, vt pignoret, pignorauit, & luit: conuenitur, ut reddat: aliàs conuenitur, ut luat. Bart.

Idem libro 6. Opinionum.

LEX XXVII.

PEtenti c mutuam pecuniam creditori, d cum ad manum 3† debitor e non haberet, species auri dedit, vt pignori apud alium creditorem f poneret. Si iam solutione liberatas, g receptas que eas is, qui susceperat, h tenet: exhibere iubendus est i. Quod si etiam nunc apud creditorem creditoris sunt, voluntate domini nexę videntur. k Sed ut liberatæ l tradantur, domino earum propria actio aduersus suum creditorem m competit.

Qui litis æstimationem soluit creditori, repellit debitorem vendicantem: nisi æstimationem solutam offerat. Bart. Vel sic secundum Paul. de Cast. Vendicans rem repellitur exceptione, nisi soluat possessori quod ipse possessor alij pro illa re soluit, si illud est conuersum in vtilitatem agentis.

Iulianus lib. 11. Digestorum.

LEX XXVIII.

SI creditor, qui rem pignori acceperat, amissa eius possessione, Seruiana n actione petierit, o & litis æstimationem consecutus sit: postea debitor eandem rem petens, exceptione submouetur: nisi fortè 4† offerat p ei debitor, quod pro eo solutum est.

Hæc actio datur contra dominum de peculio. Bartolus.

¶ Si seruus pro 5† peculiari nomine pignus acceperit, actio pignoratitia q aduersus dominum r debitori competit.

Si dominium pignoris cœpit esse creditoris, pignus extinguitur: & eius possessio debitori non proderit: sed precarium à debitore rogatum durat. Bartol.

Idem lib. 14. 6† Digestorum.

LEX XXIX.

SI rem alienam bona fide emeris, & mihi pignori dederis, ac precario rogaueris, deinde me dominus hæredem instituerit: desinet pignus esse, & sola precarij s rogatio supererit.

f Creditorem.] scilicet Cornelium.

g Liberatas.] à Cornelio. Accur.

h Susceperat.] scilicet Titius.

i Iubendus est.] s. Titius Seio, & sic agitur ad exhibendũ & rei vend. & etiam propria actio locum habet ex hoc contractu, vt in fine huius legis dicetur. Accur.

k Videntur.] & adhuc hodie sunt: licet Seius Titio suo creditori soluerit. sed secus dicas, vbi hæc res esset Titio obligata, & ipse alij obligaret: quia tunc statim soluitur secũdum pignus quod soluitur creditori primo, ut infra eo. l. debitor. in fi. quæ est contra & infra de diuer. & temp. præscrip. l. de accessionibus, §. 1. in fi.

l Liberata tradantur.] id est liberentur & tradantur; nam adhuc sunt obligatæ, ut dixi.

m Creditorem.] s. Titium, non contra Cornelium: quia cum eo non contraxit: nisi fore ex causa, ut supra commo. l. si vt certo. §. rem. quæ est contra. Sed quæ est hæc propria actio? commo. non quia non fuit gratuitum: ideoque nec mandati. pignoratitia non: quia non huic fuerunt obligatæ. Dic ergo propria, id est, præscriptis verbis actio cum deficiant aliæ, & æquum sit actionem dari, vt infra de præscriptis. verb. l. quoties. Puto tamen & commodati actionem dandam: quia nec commodare tenebatur, nec mercedem accepit. hoc autem non aperit hæc lex, an sit necesse in vtroque casu, quod Seius soluerit Titio. Et videtur quod sic, ut supra eo. l. si rem, §. omnis & §. fina. sed illud est quando agitur pignoratitia, hic autem ea agi non potest, ut dixi. Accursius.

S I creditor.] CASVS. Obligaui tibi digestum meũ pro decem, & tibi tradidi: cecidisti à possessione digesti: egisti contra eum, qui detinebat: æstimationem eius consecutus es, agere volo contra eum, an sim audiendus? Dicitur quod sic, si tantum ei præstiterim, quantum ab eo consecutus es.

4† Fl. et dubi. forti.

5† Fl. alias dubi. pro.

¶ Si seruus.] Seruus meus mutuauit Titio decem ex peculio suo pro quibus pignus accepit. Titius soluit ista x. Dicitur hic, quod potest agere pig. actio. cõtra dominum istius serui. Viuianus.

n Seruiana.] i. quasi Seruiana, ut insti. de ac. §. item Seruiana.

6† Fl. lib. 44.

o Petierit.] à possessore. Accur.

p Offerat.] vt supra de rei uend. l. emptor. & infra quibus mod. pign. vel hypo. sol. l. 2. & §. communi diuid. l. communi diuidundo. §. inter eos. Sed & actio foret datur soluenti, ut s. de neg. gest. quæ vtiliter. § fi.

q Pignoratitia.] de peculio. Io. vt infra de pecu. l. in bonæ fidei. Azo.

r Dominum.] nomine serui. Accur.

S I rem.] CASVS. Titius rem Seij tibi vendidit: & eam bona fide emisti & eam vsucapere cœpisti: eandem mihi obligasti pro decem, & tibi eam precario concessi. Seius qui erat verus dominus rei, me hæredem instituit. Dicit quod durat precarium: sed pignoris obligatio desinit: vsucapio etiam tua interpellatur. Viuianus.

s Sola precarij.] quasi dicat, non hypothecaria. Sed contra inf. ad Trebel. l. debitor. Sol. ibi non videtur dominus

factus creditor: cum incommutabiliter penes eum non steterit. Item contra infra de excep. rei iud. l. pen. §. Latinus. in fi. Sol. ibi vtilis datur: hic directa denegatur. Vel melius ibi non fuit dominium translatum, cum fuerit error, ut dixi sup. eo. l. eleganter in princ. Accur.

a *Idcirco.*] quia pignus finitur, ideo, qa creditor uelut obligatū non possidet nunc, sed ut propriā. Idem est & si quis rē suam ab vsucapiente ignorans emat, vel conducat, vel pignori acceperit, sicut hic ex postfacto fuit. ut infra de vsu. l. ei à quo. & l. nō solum. §. si rē. & arg. sup. de ac. & oblig. à seruo. Sed an interdictum de precario habet? Respō. sic, ut h. C. & inf. de preca. l. certè. §. fin. Item rei vēd. Item condi. ex lege, ut C. loc. si quis conductionis. Et quō l dicit sola, solam hypothecariam excludit. Accursius.

2† Fl Pau. li. 5. Epitomarū Alfeni Vari Digestorum.

* Ratiarius quis sit. vi. Bud. in l. 1. §. nauem. de exerc. actio.

* *Detinuit.* Nota q̄d violētiae actiuitas sepius in iure esse intelligetur, & ideo periculū ad eū spectat arg. l. ult. de condi. fur.

2† Fl. decessit. hoc.

3† Fl lib. 8.

4† alias, deditio.

5† Bl. deditio.

b *Q Vi ratiario*] * id est, qui habebat, vel faciebat rates. Accur.

c *Ratem.*] scilicet obligatam.

d *Authoritate.*] sine pacto occupandi alioquin non tenetur, ut C. de pigno. l. creditor. & habetur C. de pign. act. l. 6.

e *Periculo.*] quod generale est in omni violento, ut res sit eius periculo, ut infra de ui, & ui arm. l. 1. §. rectissime. & l. fi. & C. quod metus cau. l. 1.

f *Maiorem.*] voluntas. n. domini excusat, ut inf. loc. l. cum in plures. §. lege.

g *S I seruus Debitoris.*] qui furtum fecit.

h *Praestet.*] nisi fortè creditor sciuit, arg. sup. cod. l. tutor. § penult.

i *Eadem.*] scilicet ut sciens tenebatur omnino, loan. depositarius enim qui suum officium deponendi exhibet, etiam contra ignorantem agit, ut infra de furt. l. seruus communis. §. quod vero. est ergo idē quantum ad eum qui scienter dat. Et no. quod sicut hic in pignore, distinguitur, sciens, vel ignorans sic & in commodato, ut in fi. huius legis & supra commod. l. penult. Sic & in eo quem mandato meo emisti, ut infra mand. inter causas, §. si cum seruus. & in locato, ut inf. loca. si tibi dominum. §. 1. & in uendito, ut C. de aedi. edi. l. 1. & in dato in dotem qui furtum faciat marito, ut infra rerum amo. l. si mulier cum. § at si in dotem. Item & in legato, ut inf. de leg. 1. l. si heres. §. generaliter.

Idcirco a usucapio tua interpellabitur.

Pignus vi abreptum est periculo creditoris vi capientis, nisi ex potestate sibi à debitore concessa rapuerit. Bar. Vel secundum Pau. de Cast. Creditor, qui propria authoritate occupauit rem obligatam, tenetur de casu postea contingente in illa re; secus si licentiam habuerit à debitore capiendi.

Paulus lib. 5. Responsorū. 1†

LEX XXX.

QVi ratiario b crediderat: cum ad idem pecunia non solueretur, ratem c in flumine sua authoritate d detinuit: * postea flumen crevit: & inde a † ratem abstulit. Si inuito ratiario retinuisset, ei e periculo e ratem fuisse rndi. Sed si debitor sua uoluntate concessisset, ut retineret, culpam duntaxat ei praestādam, non vim maiorem. f

Delictum serui obligat debitorem ignorantem vsque ad noxae deditionem: scientem verò insolidum. Bartolus.

Africanus lib. 7. 3† Quaestio.

LEX XXXI.

SI seruus pignori datus creditori, furtum faciat, liberum est debitori g seruū pro noxae deditione 4† relinquere. Quod si sciens furem mihi pignori dederit: & si paratus fuerit pro noxae deditione 5† apud me relinquere, nihilominus habiturum me pignoratitiam actionem, ut indemnem me praestet. h Eadem i seruanda esse Iulianus ait et cum depositus, vel commodatus seruus furtum facit.

Qui obligauit rem alienam, tenetur contraria pignoratitia ad interesse. Bartolus.

Marcellus 6† lib 4. Digesto.

LEX XXXII.

CVm debitore, qui alienā rem pignori dedit potest creditor contraria pignoratitia agere, etsi soluendo k debitor sit.

Si pignus est datum sub alterius nomine, habet locum pignoratitia, soluta pecunia. h. d. secundum glo. Bart. Vel sic secundū Pau. de Cast. Actio pignoratitia competit etiam pro pignore praetorio. h. d. secundum intellectum Doctorum qui probatur etiam per l. nō est mirum. sup. eo.

Martianus lib. singulari ad formulam hypothecariam.

LEX XXXIII.

SI pecuniam debitor soluerit, potest pignoratitia actione uti ad recuperandam ἀντίχρησιν l * nam cum pign° it, hoc verbo poterit uti.

Pactum quod pignus sit solutum pro debito, factū ex postfacto, valet, & non potest reuocari. hoc dicit Bart. secundum dominum Guil. de Cuneo.

Marcellus lib. sing. Respon.

LEX XXXIIII.

TItius cum credidisset pecuniam Sempronio, m & ob eam pignus accepisset, futurumque esset, ut distraheret illud 7† creditor, n quia pecunia non solueretur.

k *C Vm debitore. Et soluendo.*] quia expedit potius pignori &c. ut fo. sti. de no . l. quae ex delic. §. furti. & inf. de re iur. l. plus cautionis. Item, quia periculum est ne definat posse facere, ut sup de neg gest. l. diuortio. Vnde teneatur ad interesse, puta si erat chirographarium aliud quoddam debitum, quod sibi poterat seruare p retentionem pignoris, ut C. etiam ob chiro. pe. l. 1. vel erat naturale debitum pro quo obligauit, ut C. de vsur. §. per retentionē. Vel quia expenderet si ageret personali. vnde expedit ei potius pignori incumbere, ut dixi; alij dicunt agi ut res alia aequè bona pignori detur, ut arg. inf. de le. j. l. si hfs. §. generaliter. & C. de consti. pe. qui aūt. §. 1.

l *S Ipicumam An tichresin.*] vetus lectio, antiphinam: sed mendosa. Est autem antichresis (teste Alciato libro dispun. 2. c. 3.) pignus, quod sub hoc nomine accepit creditor, ut eius usum & fructum pro usuris sibi computet. Lo. Potuit enim & debitor in constituendo pignore hoc verbo uti. Vel dic, quod est scriptura quam facit debitor, in qua continetur cum debere tantum: & dat eā creditori: & sic dicit q potest eam soluta pecunia recuperare sicut pignus. Accur.

6† Fl Marcianus lib. 4. Regularum.

* Antichresis est res data ea lege pignori, ut fructus pro usuris creditor percipiat, l. si is. §. 1. de pig. exēpla habes sunt in l. si ea & l. si ea lege. C. de vsur. et in. C. ea ob seru. li. 3. 1. 3 †

7† Fl. autem.

m *Titius*] CASVS. Debebas mihi x. tu debitor alteri a quo habebas pignora, secundum unum intellectum cum esses in mora soluendi: & in re aliena secūdum unum casum, vel propria secūdum alium, mihi vēdere te volebas, scripsisti mihi, & rogasti per epistolam, ut pignus haberē tanquam emptum: deinde poenitet te, & paratus es soluere sortem, & vsuras & ita venditionem prius factam mis infringere: quaeritur an possis? Et resp. quòd non. Viuianus.

m *Sempronio*] creditori Seij: cui Sempronio res erant obligatae, quas volebat Sempronius distrahere: sed primo obligauit, postea eidem cui obligauit, uendidit, nō soluto debito. Vel dic secundo, q. debitor petijt à creditor, ut pignus certo pretio haberet emptum, ut ita legas, cum Titius credidisset Sempronio pec. &c. petijt Sēpronius, &c. secundum primum sunt tres personae: Titius, Sempronius, & Seius: secundum alium duae. i. Titius & Sempronius.

n *Creditor.*] scilicet Seij, secundum primum casum, vel creditor Sempronij, secundum alium.

Petijt.

a *Petijt.*] Sempronius debitor ſm vtrãq; poſitionẽ. Acc.
b *Haberet.*] ſcilicet Titius.
c *Et cum impetraſſet.*] quia hoc placuit creditori.
d *Emiſit.*] ad debitorem ſuum ſe ſtdum primum caſum, vel ad ipſum creditorem cui in ſolutum dabat, ſm aliũ ſ
e *Reuocare*] ſm vltimam poſitionem caſus, concordat. ſup. l. aliena. §. fi. & ꝉ. de diſtra. pig. l. reſcriptũ. in prin. Sed eſt ꝯ inf. de ſol. l. Callipus. Sed alii libri hñt, Quæro an hanc. * vbi dr ꝙ maritus dando in ſolutum rẽ pro dote obligatam ipſi mulieri, põt reuocare, ſi ſoluat ſortem & vſuras. Sol. ibi non dedit in ſolutum pignus, ſed date promiſit: hic autem dedit. Præterea hic erat pignus penes creditorem: ibi non.
f *CVm & ſortis Et vſurarum.*] & pacto nullo debitarũ, ſm quoſdam, & ſine pignore: licet ſecus ſit cum ſoluit debitor, vt ꝉ. de ſol. Paulus. §. Paulus. Nam tunc nõ ſoluit, in gratuitus debitum accipiẽdum eſt, & in vſuris per ſtipulationem debitis, ſicut eſt cum pignore: & quod ciuiliter & naturaliter, & nõ naturaliter tñ, vt ꝉ. de ſol. l. 1. 2. § 4. & 5. §. In pretatoria. & C. de vſur. ſi vſuras. Accurſius.
g *Si cum parum.*] maximè.
h *Malit.*] puta in ſortem.
i *Poſſeſſionem.*] hoc non excludit hypothecariam obligationem, ſed proprietatem, ut hic, & C. eod. l. dignus. No. ergo hic ꝙ & creditor poſſidet: vt ꝉ. de acqu. rer. dom. per ſeruum. in prin. Sed ꝯ. ſupra qui ſatiſd. cogan. l. ſciendum. §. creditor. Sol. quantum ad euitandam ſatiſdationẽ iudicio ſiſti non poſſidet, ut ibi dicit: ſed quo ad alia ſic, ut ibi dicimus.
k *Precario.*] eſt ergo precarium in ſua re, & conductio, ut hic & infra eodem, l. ſi pignus. & infra de acquiren. poſſeſſio. l. ſi pignoris. & ſic eſt contra. infra de reg. iur. l. neque pignus. & infra depoſi. l. qui rem ſuam. Sol. hic ratione poſſeſſionis, quæ penes creditorẽ erat,

* Sic incipit illa l. cũ in Fl. quam in vulg. ſed in ipſ ſcripto ne ſit mẽtio de Cal. lippo.

* malit.] interest. n. quo ſortis extinctæ ac etc. q̃d vſuræ ex ſtipulatu debetã non niſi per retentionem pignoris ſeruari poſſunt l. 4. C. de vſur.

1 † Flor. ad edictum.

2 † Fl. dant, dando.

... uereretur, petiit a creditore, vt fundum certo pretio emptum haberet: [b] & cum impetraſſet, [c] epiſtolam, qua ſe vendidiſſe fundum creditori ſignificaret, emiſit: [d] quæro an hanc venditionẽ debitor reuocare [e] poſſit, offerendo ſortem & vſuras quæ dedentur? Marcellus reſpondit ſecundum ea quæ propoſita eſſent, reuocare non poſſe.

Pecunia redacta in venditione pignoris, prius in vſuras, deinde in ſortem computatur. Bart.

Florentinus lib. 8. Inſtitutio.

LEX XXXV.

CVm & ſortis nomine & vſurarum [f] aliquid debetur ab eo, qui ſub pignoribus pecuniam dẽt: quicquid ex venditione pignorum recipitur, primum vſuris, quas iam tunc deberi conſtat: deinde, ſi q[g]d ſupereſt, ſorti accepto ferendum eſt. Nec audiendus eſt debitor, ſi cum parũ [g] idoneum ſe eſſe ſciat, eligat quo noĩe exonerari pignus ſuũ malit. [h] *

Pignus creditor poſſidet: & ab eo debitor poteſt conducere, et precario rogare. Bartolus.

¶ Pignus, manente proprietate debitoris, ſolam poſſeſſionem [i] transfert ad creditorem: poteſt tamen & precario, [k] & pro conducto debitor re ſua vti.

Si pro pignore conſtituto aliud ſubmittatur, furtũ committitur pro vtroq; debito: ſecus ſi in conſtituendo alius pro alio ſubmittatur: quia tunc ſtellionatus crimen committitur. Bartolus.

Vlpianus lib. 11 ad Sabin. 1 †

LEX XXXVI.

SI quis in pignore [l] dando 2 † pro auro æs ſubieciſſet creditori, qualiter teneatur, quæſitum eſt. In qua ſpecie rectiſſime Sabinus ſcribit, [m] ſi quidem auro [n] dato æs ſubieciſſet, [o] furti teneri: quod ſi in dando æs ſubieciſſet, turpiter [p] feciſſe, nõ furem eſſe. Sed hic 3 † puto pignoratitium iudiciũ locum habere, [q] & ita Pomponius ſcribit. Sed & 4 † extra ordinem [r] ſtellionatus nomine plectetur, ut eſt ſæpiſſime reſcriptum.

Qui obligat rem alienã, vel alteri obligatam, ſtellionatum committit, niſi res cuilibet creditori ſufficiat pro vtroque debito. Bartolus.

¶ Sed & ſi quis rem alienam mihi pignori dedit ſciẽs prudensque, aut 5 † alii obligatã mihi obligauit, nec me de hoc certiorauit: eodem crimine plectetur. Plane ſi ea res ampla eſt, [s] & ad modicum æris fuerit pignorata: dici debebit ceſſare non ſolum ſtellionatus crimen, ſed etiam pignoratitiam, [t] & de dolo [u] 6 † actionem: quaſi in nullo captus ſit qui pignus 7 † ſecundo loco accepit.

Per conditionem pignoris a creditore retinet poſſeſſionem. Bart.

Paulus lib. 5. ad edictum. 8 †

LEX XXXVII.

SI pignus mihi traditum locaſſem domino, per locationem retineo poſſeſſionem: [x] quia antequam conduceret debitor, non fuerat eius poſſeſſio: cum & animus mihi retinendi ſit, & conducenti non ſit animus poſſeſſionem [y] adipiſcendi. 9 †

In recipiendo pignore eſt neceſſaria authoritas, vt pupillus poſſit conueniri pignoratitia. Bartolus.

Modeſtinus lib. 1. Differen.

LEX XXXVIII.

PVpillo capienti pignus propter metum [z] pi-

ff. Vetus.

vt infra de prec. l. certe. §. fi. & l. ſeq. & inf. de acq. poſſeſ. ſi aliquam, Accurſius.
l *SI quis in pignore.*] ſcilicet dando. Accurſius.
m *Scribit.*] ſcilicet diſtinguendo.
n *Auro*] iam & apud creditorem cuſtodito.
o *Subieciſſet.*] ſcilicet poſt.
p *Turpiter.*] hæc turpitudo, ut & quæuis alia, priuat aliquem dignitate, ut C. de dignit. l. 2. ſimilis ſubiectio eſt ꝉ. pro emp. l. 2. §. cum Stichum. vnde nõ vſucapit emptor, ut ibi dicit: & hoc indicat Accur.
q *Locum habere.*] vt ſupra eod. tutor. §. 1. & C. ſi alie. res pign. da. ſit. l. quæ prædiũ. Accurſius.
r *Extra ordinem.*] eſt enim extra ordinem, id eſt, õ ordinarium & priuatum, non publicum, ut ſup. eod. l. tutor. in fi. & C. de cri. ſtellio. l. ſtellionatus.
s *Ampla eſt.*] ſecundo obligata.
t *Pignoratitiam.*] ſ. contrariam.
u *Et de dolo.*] mirum eſt quod ponit de actione de dolo, cum ea non competit, ſi res ampla, uel non: quia datur alia, id eſt contraria pignoratitia: ſed dicas datur de dolo, non contra debitorem, ſed contra extraneũ, qui in pignore quod pro alio dabat, me decepit. Azo. Item ceſſat ſi antequam conueniatur crimine ſtellionatus, ſatiſfecerit creditori, ut & infra de cri. ſtel. l. j. & arg. infra de publ. iudi. l. is qui. in principio. Accurſius.
x *SI pignus. Poſſeſſionem.*] ratione enim poſſeſſionis locatio, & precarium ſunt rei eſt, ut dixi ꝉ. eo. l. cum ſortis. § fi. Accurſius.
y *Poſſeſſionem.*] imò & ſi ſit, idẽ eſt, & C. de præſcrip. triginta annorum. l. male. & l. cum notiſſimi. §. fi. ſecundum Azo ſub audi ergo hic, maxime. Item nota hic, ꝙ colonus non poſſidet ut inf. de vſucap. l. non ſolum § quod vulgo. & de acq. poſ. qui pignoris. & in l. ſeq. Accurſius.
z *PVpillo. Propter metum.*] iſte metus imminet debitori

3 † Dua. Sed & ita.

4 † Flor. deeſt. &c.

5 † Flo. vel ſi quis alij.

6 † alias, dolo malo

7 † Flor. pignore.

8 † Flor. ad Plantium.

9 † Flor. apiſcendi.

a *Nec quicquam amplius.*]non ergo ciuilem possessionem sed naturalem tantum restituit, secundum quosdam: & sic dicunt ex hac lege, quod naturaliter tantum creditor possidet, sed tu dic, quod utroq; modo, ut dixi s. qui satisd. cog. l. sciendũ. §. creditor. & quod hic dicit, non excludit quin & ciuilis sit restituenda: nam illa naturalem comitatur. Item nec excludit quominus satisfdetur, ut supra eo. l. creditor. Vel dic ex eo, quod hic dicit, restituere, quod omnia prædicta sub eo verbo contineantur, cum latè pateat, ut j. de vsur. l. videamus, §. in Fabiana. & supra tit. 1. l. 3. §. si reddita. Accursius.

¶ Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuit, restituere debet: nec quicquam amplius a præstare cogitur. Itaque b si medio tempore pignus creditor pignori dederit: domino soluente pecuniam, quam debuit, secundi pignoris neque persecutio dabitur, neque retentio c relinquetur.

Si dominium rei superueniat debitori, confirmatur obligatio: secus si dominus debitori succedat. hoc dicit. Diuiditur in duas partes. Prima, quando dominium superuenit debitori. Secunda, quando debitum superuenit domino: quia dominus successit debitori. Item hæc secunda subdiuiditur in duas partes. Prima quando res fuit obligata simpliciter. Secunda, quando ille, qui obligauit, expresse asseruit esse dominum. Secunda ibi. Sed si conuenisset. Bartolus.

b *Itaque.*] bene infert, quasi dicat possessio tantum, non autem liberare tenetur, quia nec tenetur, nec obligatio apud eum remanet: ergo secundum pignus perit.

c *Retentio.*] si possideat, ut hic & infra de pig. l. grege. §. 2. & C. si pig. pig. datũ sit l. 1. & infra de diuer. & temp. præscr. l. de accessionibus. §. j. in fi. sed contra sup. eod. l. pertinet in fi Sol. ut ibi.

R *Em alienam.*]CASVS. Rem tuam pignori obligaui Titio: non tenet pignoris obligatio. Sed pone, quod dominium illius aliquo casu adeptus sum: dicit quòd pignus confirmatur; & datur Titio utilis pignoratitia. Sed pone, cum rem tuam obligaui, decessi te hærede instituto, nunquid hoc idem erit, ut confirmetur pignoris obligatio? Dicit quod non. Sed pone quod ego uolebam rem meam, pignorare: fuisti præsens, & asseruisti rem illam meam esse: posteà decessi te hærede instituto. Dicit quod isto casu improbè fecisti, si resistere voluisti creditori volenti te pignoratitia conuenire, unde utili pignoratitia conueniendus es. Istam ultimam particulam obscurè dicit. Viuianus.

d *Pignoratitia.*]idest hypothecaria deficiente directa: quia cum obligare uoluit, non potuit: & nunc cum potest, non vult, vt C. si aliena res pign. da. sit. l. cum res. & infra ad Trebellia. l. filiam. & infra ad Maced. l. sed Iulianus. §. sed & si filius & infra de actio. emp. l. si quis alienam. & inf. qui pot. in pigno habe. l. qui balneum. §. Titia. Sed videtur non confirmari pignus etiam utiliter, ut infra de pigno. l. 1. 2. respon. quæ est contra. Solu. ibi creditor ab initio sciuit rem alienam, cum sibi obligabatur: hic autem ignorauit. Et potes plenè distinguere, ut ibi diximus. Itẽ videtur contra. infra, qui & à quibus ma. lib. non fi. si seruo. ubi manumissor domino serui hæres extitit: nec confirmatur: sed ideo difficilius confirmatur, quia difficilius reuocatur. Sed si confirmatur pignus, ut hic dicitur, quid est quod dicitur, quod debet creditor probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, ut infra de pign. l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. Respon. hic possidebat debitor bona fide cum titulo: nam quæ bona fide possidemus, in bonis nostris esse videntur, ut infra de verborum sign. l. bonorum. Alioquin si mala fide possidet, non daretur actio creditori, vel hic debitor, ibi extraneus possidet. Accurs.

e *Dicendum.*] scilicet de iure: quia nec factum est idem. Supra enim debitor succedit domino rei, hic econtra dominus rei debitori. Et tamen arg. econtra inf. de excep. rei vendita & tra. l. 1. 2. responso.

ADDITIO. Dic quod non confirmatur pignus quò ad actionem: & ita loquitur iste versic. non est. non potest ergo creditor in casu nostro agere hypothecaria, & ita loquitur hic, sed bene confirmatur pignus quo ad exceptionem: quia si iste dominus qui succedit debitori, ageret, repelletur exceptione, ut ibi. facit ad prædicta, C. de rei vend. l. cum à matre. secundum Bar. hic.

Idem li. 8. 1 † Quæstionum.

1 † *Paulus li. 3. Quæstionũ.*

LEX XLI.

REm alienam pignori dedisti: deinde dominus rei eius esse cœpisti: datur vtilis actio pignoratitia d creditori. Non est idem dicendum, e si * ego Titio, qui rem meam obligauerat sine mea voluntate, f hæres extitero: hoc. n. modo pignoris persecutio concedenda non est creditori. g Nec utique sufficit ad competendam vtilem pignoratitiam h actionem, eundem esse dominũ, i qui etiam pecuniam debet. Sed si conuenisset de pignore, k vt ex suo mendacio arguatur, improbe resistit quo minus utilis actio moueatur.

* *in hunc locũ vi. Alc. lib. pa. rer. 7. c. 14. & Duar. libro 2. disp. c. 4.*

Creditor, qui vendit pignus, debet superfluum pretij restituere, non debitorem delegare. Bart.

Idem 2 † li. 3. Responsorum.

2 † *Fl. Papinianus.*

LEX XLII.

CReditor iudicio, quòd de pignore dato, proponitur, vt superfluum pretij cum vsuris restituat, iure cogitur. Nec audiendus erit, si velit emptorem delegare: l

f *Sine mea voluntate.*] expressa, vel tacita, ut quia præsẽs eram: quo casu cõsẽsisse videor, * ut dixi s. eo. l. Caius.

* *consensus ex taciturnitate præsumpti materiã vi. in indi. Tra. in ver. Taciturnitas*

g *Non est creditori.*] imò videtur concedenda ut inf. de pig. si Titia. quæ est contra. Solu. hic creditor sciuit alienã tempore obligationis: ibi non, secundum Io. Vel ibi licet sciret creditor, tamen asseuerabat debitor suam ipso præsente, & asserente idem: unde potest redargui ex suo mendacio, ut in fine huius legis. Vel sol ut ibi.

h *Pignoratitiam.*]i. hypothecariam. Accur.

i *Dominum.*] i. rei pignoratæ. Accur.

k *De pignore.*] i. sic, ut ex suo mendacio arguatur, id est argui possit, ut quia asseuerabat iste, qui nunc est hæres, quod res erat obligantis: & hæc verior. Vel dic, quòd consenserat hic hæres idemque dominus posteà, quod eadem res sit pignori, quasi defunctus obligare non potuerit: iste tamen improbè resistit quo minus utilis, i. efficax actio moueatur: quod dicebat eo, ut defunctus ex suo mendacio redarguatur, sed hoc dicere non potest, ut hic dicit. Vel dic, quod defunctus suam dixit in absentia domini veri: creditor tamen fuit ignorans: unde utilis actio datur, ut sic defunctus ex suo mendacio arguatur: secundum ultimam expositionem, & secundum secundam. Nota ergo, hæredem non posse defuncti mendacium allegare, ut C. de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. Vel quarto dic, quod hic hæres consensit postquam fuit hæres: non ergo resistit quo minus &c. nisi ex sua &c. hoc enim inde sequitur: quia ex sua &c. Accurs.

C *Reditor.*]CASVS. Si creditor pignus vendidit, & plus consecutus fuerit debito, conuenietur à debitore pignorati. actio. ad id quod excessit restituendum: neque liberabitur si uelit actionem suam cedere contra emptorem. Viuianus.

l *Delegare.*] imò videtur audiendus, ut supra eod. l. eleganter. §. si vendiderit. quæ est contra. Solu. hic iam exegerat pretium: ibi non. Vel hic debitor expectare vult diem: ibi non. Vel hic purè erat soluendum: ibi non. Vel hic vult delegare: ibi mandare. & qui mandat, non liberatur: qui delegat, sic. Vel ibi non fuit in culpa, ut quia propter expectationem melius uendidit: hic fuit in culpa. Hæc solutio uera uidetur ex litera contrariæ l. Vel dic, quod hic creditor uolebat delegare, sed non cum suo periculo, secus si cum suo periculo, ut ibi. & hoc indicat finis huius legis. Vel hic creditor vult delegare, debitor expectare, cuius est electio, ut ibi dixi.

a *Quae rite.*] Si enim minus ritè facta esset venditio, volens superfluum pretij offerre, non audiretur, cum debitor rei vendicatione non careat.

P*Ignori.*] CASVS. Fundum quendam emeram à Titio, & inde habebam instrumentum, in quo continebatur fundi latitudo & longitudo: postmodum eum Seio obligaui, & instrumentum tradidit: deinde cum uolui in fundo illo ædificare, dicit mihi vicinus, quòd latitudo illius fundi non tantum extendebat se sicut dicebam unum pedem, vel duos: unde accessi ad Seium creditorem, & eum petebam, vt instrumentum exhiberet, ut per illud intentionem meam probarem, quod facere noluit, & ita deficiens in probatione succubui: & ita minorem locum ædificando dãnificatus sum: quæritur, an istud damnum mihi à Seio sit resarciendum? Et distinguitur, aut malitiosè, & studiosè hoc fecerit: aut non: si sic, teneretur: si non, non.

¶ *Titius.*] Obligaui tibi rem aliquam: istam rem tu posuisti in horreo tuo: postea nuncij curiæ capiunt aliquid ex horreo tuo, & inter illas capiunt etiam rem meam, & eam deteriorant, tu.i pendo forte, vel alio modo, quæritur utrum mihi tenearis ad dã-

1 † *Pl. venditione. quæ fit, ex facto suum.*

cum in venditione, 1 † quæ ritè a facta est, suum creditor negotium geras.

Si creditor fuit in culpa restituendi instrumenta pignoris debitori tempore debito, tenetur ad interesse, secus si ei culpa imputari non possit. hoc dicit Bartolus.

Scæuola li. 8. 2 † Digestorum.

2 † *Fl. lib. 5.*

LEX XLIII.

PIgnori 3 † creditori fundum obligauit, b eique instrumentum emptionis tradidit: c & cum eum locum inædificare vellet, mota sibi controuersia à uicino de latitudine (quod aliàs probare nõ poterat, petijt à creditore, ut instrumentum à se traditum, actori 4 † exhiberet: d quo non exhibente, minorem locum ædificauit, atq; ita damnum passus est. Quæsitum est, an si creditor pecuniam e petat, vel pignus vendicet, doli exceptione opposita 5 † iudex huius damni rationem habere debeat? Respondit, si operam non dedisset, ut instrumenti facultate subducta debitor caperetur: posse debitorem pecunia soluta 6 † pigneratitia agere. Operam 7 † autem dante, f tunc & ante pecuniam solutam in id quod interest, cum creditore agi.

3 † *Fl. incip. lex. ab: pura pignori creditori obligauit, eique &c.*

4 † *Fl. authoritatis ita quoque legit Alciat. lib. 2. c. 9. Parer. male igitur est in Noric. auctores, & in vulgaribus aliori. & vs Ant. Aug. li. 3. c 6*

5 † *Fl. postea.*

Damnum in pignore datum authoritate curiæ non pertinet ad creditorem qui in culpa non deprehenditur.

¶ Titius 8 † pecuniã mutuam à Caio Seio sub pignore culleorum g acceperat: istos culleos cum Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ Centurio cullec * ad annonam sustulit: postea 9 † instantia h Caij Seij creditoris recuperati sunt. Quæro, intertrituram i quæ ex operis k facta est, utrum Titius debitor, an Seius creditor agnoscere debeat? Respondi, secũdum ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine intertrimenti accidisset, non teneri. l

aum illius rei? Et respondetur quod non. Vivianus.

b *Obligauit.*] scilicet aliquis. Accursius.

c *Tradidit.*] sic inf. de pign. cum conuenit.

d *Exhiberet.*] sic & supra de eden. argentarius. in prin & ff. fam. erc. l. si quæ cautiones. Accur.

e *Pecuniam.*] scilicet & non aliter.

f *Eo dante.*] cum dare operam, sit dolus: videtur quod hic de inde lo dolo teneatur: & sic videtur contra. supra eodem, l. si cum venderet. § si. Sed certè propter hoc non remouetur quin culpa veniat. ut sup. eod. l. si seruus. Accur.

6 † *aliàs, si pecunia soluta.*

7 † *Flor. opera autem eo dante.*

g *Culleorum.*] vasa quædam erant de corio, quibus annona & vinum mensurabatur, ut ff. de ann. leg. l. legatum. § vini. Accur.

h *Instantia.*] cautè ponitur instantia, ut creditoris diligentia appareat, ut sic non teneatur, ut in fine dicit. Accur.

8 † *Duo: Titius enim pecuniam.*

i *Intertrituram.*] a id est deteriorationem. Accursius.

k *Ex operis.*] idest operationibus quas exercebat centurio in eis.

l *Non teneri.*] scilicet Seium creditorem emissum ab officio, id est cum ei culpa non possit imputari, ut argum. inf. ad leg. Rhodiam de iactu, l fin. § primo, & secundo. & argumen. inf. de peric. & commo. rei vendi. l. lectos. Accursius.

* *cullon.*] *in suiam go ... lib. li. 5. c hymo. c 27. Pin. li. 24. c. 4. Colmel lib 3. c. 3. idẽ Pli. lib. 18 c 31. erat in alter culleo, in quo par ... in sonabatur. de quo in l. 9 ad l. Rom. pe. de parric. & in § alia deinde lex Instit. de publ. iud. & apud Cic. pro Roscio Ameri*

9 † *Duo: at postea.*

a *Intertritura & intertrimentũ, inquit Bud. hic, damnũ rei detritæ significat*

DE EXERCITORIA ACTIONE. a

*Dictum est supra de pigneratitia actione, qua est necessaria: nunc de exercitoria, quæ & ipsa alterius obligationis accessoria est: & idem de alijs sequen. dicas. Et no. quod institor differt à superiori: nam cum quo ille datur, simpliciter propter res receptas: unde, nisi res rec[e]pta sint, locum non habet: hic autem propter contractum cum exercitore, vel magistro datur, secundum * ...] Alia multa prosequitur, ut per Cuiac. in paratitlis.* cum tamen hæc non sit similis necessitas contrahendi: quia contrahens cum institore potest deliberare, expediat sibi contrahere, an non: sed non in eo qui contrahit cum magistro nauis: quia locus & tempus non patiuntur plenius deliberandi consilium: potest enim contingere, ut locus sit periculosus in quo debet fieri contractus, vel tempus aptum ad nauigandũ, cogat nauigare.

a *Ad materiã huius tit. vide Bal. in rub. C. eo. ubi pulchre ponit.*

DIGESTORVM, SEV PANDECTARVM, Liber XIIII.

TITVLVS I.

De exercitoria actione.

Dominus tenetur ex facto magistri per eum præpositi, sicut dominus ex facto institoris; cum sit eadem ratio, imò maior. Bar.

Vlpianus libro 29. 1 † ad edictum.

LEX I.

VTilitatem huius edicti patere, nemo est

V*Tilitatem.*] CASVS. Habebã nauem meã: posui magistrum. si quis cum eo contrahat, quia ita contrahens potest ignorare conditionem magistri propter necessitatem nauigandi: æquum est me teneri, ad exemplum illius qui aliquem præposuit tabernæ, vel negotiationi:

¶ *Magistrum.*] Præposui plures nautas naui meæ, quis eorum dicatur magister? ille &c. & hoc in prima. Si verò contrahatur cum nautis: an in me danda sit actio? Dicitur quod non: licet ex delictis eorum debeam teneri: quia alia est causa &c. & quia qui magistrum præponit, cum eo contrahi permittit: sed si nautæ dolo, vel culpa aliquid commiserint, de dolo & culpa eorum debet præponens teneri: & hoc in secunda.

1 † *Fl. lib. 28.*

¶ *Magistri.*) Proposui magistrum naui, vt eam locet ad merces emendas, vel vendédas. Itẽ peregrinãt in ea transfeãt, vel ad armamenta emenda: & si sic mercibus emẽdis præpositus, hac nomine tenebitur, & hoc in prima. Nõ autẽ refert, seruus fuerit, an liber: & si seruus, an exercitoris, an alterius, & cuius ætatis, quæritur? Et dicitur, q non refert, & sibi imputet qui talẽ præposuit, & hoc in secunda.

¶ *Magistrum autẽ.*) Non solũ intelligitur magister quẽ exercitor proposuit: sed ẽt ille quẽ magister q ꝓ positus est, præposuit siue sciuerit, siue ignorauerit exercitor talẽ magisterio fungi, qa si scitẽtum præponẽtẽ videt, quod de facto primi magistri impositi teneat, & hoc facilius admittitur in magistro q in institore, & hoc in prima. Sed q si ꝓhibeat exercitor ne alium magistrũ ꝑponat, uel ne talem, puta Titiũ? Adhuc eñ ex cõtractu illius tenebit & hoc in secũda.

¶ *Non autem.*) Dictum est sup. q exercitor teneri de cõtractibus magistri quẽ nauꝗ ꝑp. fuit. quæritur tñ si de omni contractu magistri teneatur? Et respon. q non: nisi de iis, quæ cõcernunt nauẽ, vel his quæ fiunt in naui causa nauigationis, & ꝓsequere textum qui ꝓcedit per exẽpla, & planus est vsq. ibi sed & si in ꝑ tius.

Sed & si in pretiis.) Dicit, si magister nauis decepit aliquem emendo res necessarias ad nauem, damnum spectabit ad exercitorem.

¶ *Sed & si*) Præposui magistrũ naui: hic magister mutuauit pecuniã ab aliquo in refectionem nauis: certè ego huic mutuanti teneor. Sed quid si magister accepit pecuniã mutuo ab alio, ut soluat huic qui in refectionẽ nauis, mutuauit: an ego tenear? Et rũ. q sic, quasi & iste mutuauerit in refectionẽ nauis, deinde ponit quasdã limitationes ꝯtrauũ quas solebãt exercitores apponere magistris & prosequitur usq; ibi, si plu. es. Textus satis clarus est.

¶ *Si plures.*) Præposui tres magistros naui meæ: nec eis diuisi officia eorũ. Dicit, quicquid actum est cũ vno, siue contractum, ego ad illud teneor. Si autẽ diuersa sunt eorũ officia, puta unus habet potestatẽ locãdi, alter ꝓtium exigenditũ: teneor tñ de illo, qđ actum est cũ uno eorũ in eo in quo habet potestatem. Item si eos præposui ne alter sine altero aliquid agat: si aliquid actum est cũ uno tantum, non teneor, & sic tria dicit hic. Casus §. exercitorem, planus est, usque ad §. est autem.

¶ *Est autem.*) Dicit iurisconsultus, quod qui contrahit cum magistro nauis, habet electionem, quem uelit conuenire exercitorem, an magistrum.

¶ *Sed ex contrario.*) Dictum est sup. quod contrahentib. cum magistro nauis, datur actio in exercitorem. Sed dubitatur: quid econtra, vtrum scilicet exercitori detur actio cõtra contrahentes cum magistro? Et dicit, quod non: ratio, quia non est eadem necessitas: tamen subuenitur exercitori extra ordinem.

¶ *Si is.*) Habebã nauem, & filium, & seruum, si filius, vel seruus nauem exerceat per magistrum, & contrahat cum magistro: qualiter ego pater, uel dominus teneat, quæritur? Et distinguitur, aut sciui, & uolui: & tacitè, aut expressè: aut ignoraui. Primis duobus casibus teneor ego pater, uel dominus insolidũ, quia publicè interest, ut insolidũ sciens, & tacitè, uel expresse teneat. secus in tributoria, qa si seruus meus, uel filius negociet̃ in merce peculiari me sciente, & volente expressè, vel tacitè: nõ teneor insolidũ, sed inquantũ merces peculiares patiuntur, ut ꝓportione debita cõtribuantur, hoc vsq. ad §. sed si, ubi redit ad primũ casum, dicens, q si scio, vel filium, vel seruũ nauẽ exercere, mea tamen voluntate non interueniẽte: an teneat insolidũ, sicut in primo casu cũ sciui, & volui, tacitè vel expressè, aut nõ, ut in tributoria? Et respondẽ quod i dubio melius est seruire uerbis edicti inducẽtis, ut nõ teneat insolidũ & sicut in tributoria, sola sciẽtia, uel nuda volũtas tacitè, uel expresse interueniẽs non inducit obligationẽ insolidũ: nec in exercitoria sciẽtia, vel volũtas tacita, uel expressa in ca. [illegible] hoc: & in hac sententia declinat, ut ego ꝑponẽs sciẽs, volens, tacitè, uel expressè, teneat exercitoria sciẽs & nolẽs, de peculio. hoc vsq. ad §. in potestate, vbi dicit, q non refert cuius sexus fuerit is q in ptãte est. Si peculiaris seruus filii mei, vel vicarius serui serui mei nauẽ exerceat p magistrum me sciẽte, & volente teneor insolidũ, & filius si eo volẽte, & sciente nauẽ exerceat, teneor insolidũ, & hoc vsq. ad §. [illegible] vbi dicit, q [illegible] dictũ sit s. §. si is. &c. q licet dicat, q in magistrum detur actio: tñ si cõtrahitur, uel cum seruo, uel cũ filio nauẽ exercẽte, sciente & volẽte dño uel patre: dñs uel pr tenebitur insolidũ.

Hac actio.) Si ꝑposui exercitorẽ i naui mea: & ipse simpliciter ꝑposuit magrm i naui mea: ex ꝯtu suo uterq nrm tenebit, scilicet ego & exercitor. sed si cu alterutro actũ fuerit, & exactũ, tollit obligatio: neq. ꝯ alterum agi poterit.

¶ *Si plures.*) Plures dñi vnius nauis magrm ꝑposuerũt: an ex ꝯtu ipsius qlibet insolidũ teneat, quærit? Et dr qđ sic, ne contrahẽs cũ vno actionẽ suam diuidere compellatur, neque refert pro qua parte quilibet dominus sit. Viu.

a *Qui ignoret.*) publica. n. est, ut j. eo. l. C. ideo autem. Acc.

b *Locus.*) et quia in periculoso loco matris sunt. Accur.

c *Tempus.*) vt qa tẽpus est bonũ: unde uult incipere iter. Et sic notãdũ est, q ex tẽpore, & loco iura varia statuunt. sic & j. depos. l. 1. §. merito. ar cõtra. C. de tẽp. i ince. test. supuacus. Itẽ est contra j. de re. iur. l. q cũ alio. Sed ibi qñ necessitas non imminet: hic sic. Vel dic, q & hic aliquã quirenda sunt. s an & in eam causam præpositus sit, ut j. e. l. §. non autẽ. Item no. ex hoc, quod hic dicit, & j. eo. l. §. ideo autem quædã specialia esse in hac actione. Accursi.

d *Anchora.*) idest gubernatio a domino.

e *Nautarum.*) q dñr nautæ, dicut sup nau. cau. stab. l. 1.

f *Datur actio.*) s i factũ ex quasi malefi. io. Et sic no. q ex cõtractib nautarũ dñs nõ teneẽ, sed ex delictis sic, si modo dãnũ datũ fuit in naui, aliud si extra, ut j. nau. cau. l. debet & l. parui. § si. Et est rõ quare teneat, qa vtit opa malorũ hominũ, ut j. de act. & oblig. l. ex malefi. iis. § fin. & Instit. de oblig. ex quasi deli. §. pe. & j. fur. aduer nau. l. 1. in prin. & sup. nau. cau. sta. l. 1. §. hac autem actione.

g *Carere.*) qui non careant si delinquant, ut sup. nau. cau. stab. l. si §. hac autem actione. & Instit. de oblig. ex quasi contractu §. penult. in princ.

h *Vel ad merces.*) s. emendas, uel uendendas. H. uel dic cõducendas, ut portentur.

i *Vel vectoribus.*) dicitur vector qui vehitur, & ita hic. Itẽ qui vehit. & sic infra tit. I. l. ij. Sic dicitur hospes qui recipit, & qui recipitur.

K *Armamentisve.*) scilicet pro naue.

qui ignoret, a * Nam cũ interdũ ignari cuius sint cõditionis, vel quales cũ magistris propter nauigandi necessitatem contrahamus, æquũ fuit, eũ q magistrum naui imposuit, teneri, ut tenetur qui institorem tabernæ, vel negotio præposuit: cum sit major necessitas contrahendi cum magistro quam cum 2 † institore, quippe res patitur, ut de conditione quis institoris dispiciat, & sic contrahat: in nauis magistro nõ ita. Nam interdum locus, b vel 2 † tempus c non patitur plenius deliberandi consilium.

Magister obligat dominũ ex omni facto ad quod præponitur, de conditione ipsius personæ, seu destinatione distinctione non habita: nautæ verò ex solo debito dominum obligat.

¶ Magistrum nauis accipere debemus eum, 3 † cui totius nauis anchora d 4 † mandata est.

¶ Sed si cum quolibet nautarum e 5 † contractum, non actio in exercitorem; quamquam ex delicto cuiusuis eorum q nauis nauigandæ causa in naue sunt, detur actio f in exercitorem. Alia est enim contrahendi causa, alia delinquendi. Si quidem qui magistrum præponit, contrahi cum eo permittit. Qui nautas adhibet, non cõtrahi cum eis permittit, sed culpa & dolo carere g eos curare debet.

¶ Magistri autem imponuntur, vel 6 † locandis nauibus, uel ad merces, h 7 † aut 8 † vectoribus i conducẽdis, armamentisve K emendis. Sed & si mercib. emendis

Cuius

* No. secundum Bal. q ea quæ sunt manifesta, nõ egent commendatione. & requireri modi Tracta in ver. manifestum, in plur. vers.

1 † Flor. descẽdere.

2 † Flor. de ost. vel.

3 † Flor. dest. eum.

4 † Flor. cura.

5 † Flor. sit.

6 † Fl. dest. vel.

7 † Alias, vel mercib.

8 † Flor. vel.

vel vendendis fuerit præpositus, etiam hoc nomine obligat exercitorem. ¶ Cuius autem conditionis a sit magister iste, nihil interest: vtrum liber, an seruus: & vtrum exercitoris, an alienus. Sed nec cuius ætatis sit, intererit, sibi imputaturo qui præposuit.

Magister habet authoritatem alium substituẽdi, etiam si sibi fuerit interdictum, & ex substituti persona obligatur dominus. Bartolus.

¶ Magistrum autem accipimus, non solum quem exercitor præposuit, sed ẽt 1 † eum quẽ magister. b & hoc cõsultus Iulianus c in ignorante exercitore respondit. Cæterum si scit, & passus est eũ in naue magisterio fungi: ipse eum imposuisse d videt, quæ sententia mihi videtur probabilis: omnia * enim facta e magistri debet præstare, qui eum præposuit alioquin contrahentes decipientur, & facilius hoc in magistro, quam in institore f admittendum est, 2 † propter vtilitatem.

¶ Quid si, si sic magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere? g an adhuc Iuliani sententiam admittamus, videndum est. Finge enim & nominatim eũ prohibuisse, ne Titio magistro vtaris. Dicendum tñ erit, eo vsque ad perducendam 3 † vtilitatem nauigantiũ. h ¶ Nauem accipere debemus, siue marinam, siue fluuialem, siue in aliquo stagno nauiget, siue synedria 4 † sit. i

l *Decipi.*] scilicet calliditate contrahentis, aliàs contra, ut infra loca. l. itē si §. quemadmodum.

m *Si institoria rectè.*] quia in eam rem competebat in veritate, aliàs poterit agi tributoria, cū ex alia causa agit, ut inf. de except. rei iud. si mater, §. eadem, & l. cum quæritur. & not. ex hoc §. quod quādo sunt duo contraria, ad positionē unius sequitur destructio alterius, ut ʒ. de procur. l. Pomponius, §. sed & is. & in Auth. de mand. princ. § neque autem, coll. j. & C. de furt. l. j.

n *Superest actio.*] collige ergo, quod si quis ineptam actionē proponat, amittit intentionem, sed aliam debet proponere meliorem, ut hic, & inf. de lib. leg. Aurelius, § fi. & sup. si men. fal. modi. l. j. § r. in fine. & no. ex hoc § quod institoria in merce dominica, tributoria in merce peculiari dicitur, ut ʒ. tit. j. l. procuratores, §. mercis. & Institut. quod cum eo, § tributoria, & §. institoria.

o *Si à servo.*] ordinario. Accur.

p *Conduxero.*] hic est primus contractus.

q *Fecero*] hic est secundus contractus, s. mandati.

r *Vendiderit.*] hic est tertius contractus.

s *Obligatus*] s. civiliter, naturaliter tamen tenetur, ut ʒ. de cond. indeb. si id quod, & ʒ. l. proxi.

t *Adeo.*] valet emptio.

u *Possit.*] quod s. à servo emit. & sic no. quod usucapere possum pro emptore, licet nulla fuerit obligatio, nullaque emptio, inspecto iure civili, ut ʒ. pro emp. l. 2. § si à furioso.

x ET *ideo.*] i. quia ex eo contra-

---

* Nota secundū Bal. quòd non possit allegari ignorantiā eius quod publicè est propositū concor. & facit inf. de decr. ab ordine fac. & quod ibi no. per Romanum. Et eg.

1 † Fl. inclusa his notis () desunt.

2 † Fl. unde de plano rectè legi possit Cuia. lib. 7. obser. ca. 29 ex Valerio Probo.

* Non potuisse legere; Pau. l. 3. de accu. dilat. literas, ne fiat.

3 † Fl. sustulit. & inf. cōtigit.

4 † In arbor. est præscriptū. Taur. l.

5 † Fl. deest, est.

6 † Fl. proposuit, teneri, sed si &c.

7 † Flor. proponenti.

r Concor. q. & not. in c. examinata, extra de iudic.

8 † Fl. deest, cum.

9 † Flor. vel.

10 † Fl. deest, iure civili.

ctu de iure stricto, neque dominus neque alius domino tenetur, & ideo utilis institoria, &c.

a *Dispensatoris.*] scilicet ordinarij, qui mihi locauit operas vicarij sui.

b *Pretium quoque.*] rem ergo habebat & pretium, quia non soluerat.

c *Poteris.*] & ideo actione de in rem uerso teneris secundum quosdam. Tu dic contra, ut inf. de in rem verso, l. si res, in fine. & l. nam si. quæ sunt contrariæ. sed actio ex conducto de peculio ordinarij datur, quia operas vicarij ab eo conduxit, ut uel præstet pretium de peculio, uel mandati de peculio vicarij, vel si non habet tantum in peculio, teneatur dominus utili actione ex eo contractu in subsidium, ut supra eodem, l. j. in fine, & l. secunda.

HAbebat.] CASUS. Seruum præposui merci oleariæ, & pecunijs mutuo accipiendis, creditor ei mutuauit decem in mercem oleariam tacitè, non expressè, ignorans eum fuisse præpositū mutuis pecunijs accipiendis. egit aduersus me institoria ex una causa, in qua erat præpositus merci oleariæ, neque probare potest pecuniam fuisse versam in prædictam negociationem, & succubuit. vult agere ex alia causa, in qua erat præpositus, s. mutuandis pecunijs, an possit? Dicitur quòd sic utili institoria.

¶ *Meminisse.*] Præposui seruum, ex contractu eius tenebor, nisi nouādi animo, ut ego liberer, in se trāsferat obligationem.

¶ *Sed duo*] Duo vel tres præposuerunt institorem in taberna, dicitur quòd conuenietur quilibet in insolidum, sed ab alio recipiet quod dedit actione pro socio. Idē erit dicendum, si seruus sit alienus, sed repetent ab inuicem per iudicium communi diuidundo, vel per iudicium societatis. Si verò res desierit esse communis, v. g. Præposuisti seruum pecunijs accipiendis, mutuaui ei decem decessi duobus hæredibus institutis, & seruo libertatem dedisti. quilibet hæredum pro parte sua conuenietur. Et hoc dicit cum l. idem erit.

d *Arelatæ.*] nomen ciuitatis est. Et no. quòd ad duo erat præpositus. s. ad oleum, & ad pecuniam recipiendam. sed mutuans credebat eum tantum ad mercem præpositum, egit quasi ex ea causa, & probare non potuit, ut subijcit, ideoque ad aliam causam redit.

e *Consumpta est actio.*] qualiter exceptio rei iud. nocet, cum ex alia causa agit, ut j. de lib. leg. l. Aurelius, §. si. Dic ergo, electione facta fecit sibi præiudicium de rigore, ut j. nau. cau. sta. l. licet, §. si. & j. ti. j. quod in hæredem, §. eligere. sed de æquitate, quia fuit in iusto errore, subuenit ei, ut hic, & inf. de in integ. rest. l. diuus, §. nec inter. & j. quādo actio de pec. est an. l. quæsitum. & hoc fm lo. qui dicit, quod certam causam expressit in agendo. vel dic secundum Azo. & H. quòd hic egit & petijt x. non expressa tamen causa, tunc. n. directa datetur actio, ut j. de excep. rei iud. l. si mater, §. si quis, & § eandē. vnde omne ius suū in iudicium deduxit, prosecutus est tñ vnā causam tātum postea in iure, & ideo si excipiatur de re iudi. & ipse replicat, ut C. de re iud. licet. quia personaliter egit. Aliud si in rem, ut j. de except. rei iud. & an eadem, §. actiones. Non dico quòd per electionem sibi præiudicauerit, quia ignorabat aliā causam, ut C. de furt. l. fi. §. fin autē. Item, si sciret, non tamen præiudicat sibi, quia ex alia causa agit, ut j. de trib quod in hæredem, §. j. in fi. Vel dic tertio, quòd iste conuentus sciens se efficaciter teneri, per dolum aliquid allegauit, per quod obtinuit, quare ei actori datur actio ob dolum rei, ut s. de iud. si prætor, § Marcellus.

f *Stipulando.*] ut j. de re iud. l. 4 §. si ex conuentione.

g *Exercitorum.*] ut s. de exerc. l. j. § fin. & l. si seruus, §. j.

h *D. peculio.*] nam & ibi quilibet tenetur insolidum peculio tenus tamē, ut j. de pec. l si noxali. § fin & l. ancillarum, § fin.

i *Probauimus.*] ut s. de exerc. nec. quiq. Acc.

k IDem erit. Præpositus.] ut supra, de exercit. si tamen, § primo. Accursius.

l *Seruo.*] Institori vel non, & sic tenentur hæredes institoria, ut j. l. proxi. vel de peculio.

m *Quia cessat.*] cum res desierit esse communis, ut s. com. diuid. l. j. & 4. § sicut. Accur.

n NOuissimè.] quantum ad Vlpia. qui in ultima parte fuit tractatus hoc dicit.

o *Hæredibus.*] quia rem, non pœnam prosequuntur; & expone,

---

peculio dispensatoris, a si ex conducto agere velim, vel de peculio vicarij, quod ei mercem vendendam mandauerim. pretium quoque, b quo emisti, in rem tuam versum videri poterit, c eo quod debitor serui tui factus es. 1 †

Qui se adstringit ad vnā causam, si non probat, succumbit, nec iterum eadem actione, etiam si ex alia causa agat, agere potest nisi prius restitutione prahabita. Bartolus.

Vlpianus lib. 29. 2 † ad edict.

LEX XIII.

HAbebat quis seruū merci oleariæ præpositum Arelatæ, d 3 † eundemq; 4 † & mutuis pecunijs accipiendis. acceperat mutuam pecuniam: putans creditor ad merces eum accepisse, egit, proposita actione, probare non potuit mercis gratia eum accepisse. licet consumpta est actio, e nec amplius agere poterit, quasi pecunijs quoque mutuis accipiendis esset præpositus: tamē Iulianus vtilem ei actionem competere ait.

Nouatione dominus liberatur. Bart.

¶ Meminisse autem oportebit, institoria dominum ita demū teneri, si non nouauerit quis eam obligationem, vel ab institore, vel ab alio nouandi animo stipulando. f

Si plures eundem institorem præponunt, quilibet tenetur insolidum, si inter eos pro socio, vel communi diuidundo agatur, quibus iudicijs cessātibus quilibet tenetur pro parte. h. d. cum l. seq. Bart.

¶Si duo pluresve * tabernam exerceāt, & seruum, quem ex disparibus habebant partibus institorem præposuerint, utrū pro dominicis partibus teneātur, an pro æqualibus, an pro portione mercis, an verò insolidum, Iulianus quærit. & verius esse Labeo 5 † ait, exemplo exercitorum, g & de peculio h actionis insolidum unumquemq; conueniri posse: & quicquid is præstiterit, qui conuentus est, societatis iudicio, vel cōmuni diuidundo consequi. 6 † quam sententiam & sup. probauimus. i

Paulus libro 4. ad Plaut.

LEX XIIII.

IDem erit & si alienus seruus cōi merci præpositus k sit. nam aduersus utrumque actio insolidum dari debet: & quod quisque præstiterit, eius partem societatis, vel communi diuidundo iudicio consequetur. Certè vbicumque societatis actio, vel cōmuni diuidundo cessat, quemq; pro parte sua condemnari oportere constat; veluti si is, cuius seruo l creditum est, duobus hæredibus institutis ei seruo libertatem dederit. Nam hæredum quisq; pro sua parte conueniendus est, 7 † quia cessat m inter eos communi diuidundo iudicium.

Vlpianus li. 29. 8 † ad edic.

LEX XV.

NOuissimè n sciendum est, has actiones perpetuò dari, & in hæredes & hæredibus. o

---

1 † Fl. esse.

2 † Fl. lib. 28.

3 † Aliàs Arelati.] Nota quod est ciuitas in Mediterraneo. Narbon. Gallia à Pinno dicta, colonia Sextanorum, quoniā ex sexta legione coloni eo deducti sunt.

4 † Fl. eūdem, & mutuis.

* Vlpia. producit edictū de exercitoria ad institorē plurium quia & ipsi insolidum conueniūtur. L. R.

5 † Fl. ait. Labeo.

6 † Fl. consequitur.

7 † Fl. conueniendi sunt.

8 † Fl. lib. 28.

expone, si sua natura tales sunt actiones ex contractibus, ut dixi ff. de exerc. si tamen, §. j.

SI cum.] CASVS. Præposui seruum meum villæ meæ custodem, ut fructus perciperet, mutuasti ei, an habebis me obligatū institoria, quæritur? Et dicitur quod nō. Si vero eū præposui, ut merces distraheret: & cum eo contraxeris aliquid emēdo ab eo, exerci. & instit. ero obligatus. Viuia.

a *Vt locus*]hic no. qd sit uillicus: & dic, q etiam pecuniam perdit, qui sibi mutuat: ut C. quod cū eo. l. 6. nisi circa peculium: ut ibidem dicitur.

b *Institoria.*] cōpetentis in qualibet alia negotiatione: ut sup. eo. l. cuicumque, §. resp.

SI quis]CASVS. Præposui seruum mācipiis emēdis, uel uendendis. emi ab eo seruum uitiosum, nō institoria tm̄, sed redhibitoria mihi tenēberis: uel ex stipulatu ad duplū, si seruus euictus sit, & promissum fuerit de dupla: uel ad simplū, cū de dupla non promisisse.

¶ *Si seruum*]Præposui seruū Titii mercis meæ. Seius cum eo contraxit, habebit me obligatum Seius institoria: uel Titiū de peculio. si uero uetui ne Seius cum eo contraheret, Titium tantum habebit obligatum.

¶ *Si impubes.*]Præposui quendam merci meæ, decessi filio meo impubere instituto. aliquis cum institore contraxit. numquid pupillus tenebitur ex illo contractu? Dicitur, quod sic: quemadmodum teneretur si tutor merci pupilli aliquem præposuisset, & decessisset, & postea aliquis cum institore contrahat. idest si furiosus fuerit hæres.

¶ *Proculus.*]Præposui seruū meum: nunciam tibi ne ei mutuares. mutuasti. certe dabitur mihi excep. contra te. Si vero ex prædicta causa peculium locupletatum est, uel in rem meam versū sit, neque velim tibi soluere, aduersus exceptionem prædictam dabitur tibi doli replicatio.

¶ *Ex hac causa.*] Si seruum uel liberū præposui, & cō ff. h. & condicet ex ea causa, ex qua agi potest institoria.

c *Redhibitoria*] directa. ut ff. ead. l. §. fin.

d *Danda.*]contra præpositum, sm̄ quosdam, ut ff. de exer. l. si cum, §. item si serues. & sic non ob. ff. de procu. l. si procurator, §. fin. vel dic etiam contra præponentem, q. d. nō tantū tenetur institoria, ut tradat: sed etiā ut de vitiis, uel de euictione respōdeat. & hoc si eo contractu fuit interposita, cui hic præpositus erat, ut ff. eod. cuicūque, §. non tm̄. & §. sed et, alioquin non tenebitur: ut uides in procuratore in stipulatione illa, iudicatum solui, ut ff. de procur. l. si procurator, in fi. quæ sit cōtra. Vel dic, quod hic nō denegat in procuratorem dari, sed dicit teneri etiam eum, qui instituit eum. hoc non placet, vel etiā aliter, hic ab institore stipulatus erat, ibi a procuratore, vel sol. ut ibi.

In negotio non questuario cessat institoria: alias secus. Bart.

Paulus lib. 29. ad edictum.

LEX XVI.

SI cū uillico alicuius contractum sit, non datur 1 † in dominum actio: quia uillicus a propter fructus percipiendos, non propter quæstum præponitur. Si tamen villicum distrahendis quoq; mercib. præpositum habuero: non erit iniquum exemplo institoriæ b actionem in me competere.

Venditio institoris obligat dominum, ut tradat, & etiam redhibitoria. Bartolus.

Idem lib. 3. 2 † ad edictum.

LEX XVII

SI quis mancipiis, vel iumentis, pecoribusve emendis, vendendisque præpositus sit, nō solum institoria competit aduersus eum, qui præposuit: sed etiam redhibitoria, c uel ex stipulatu duplæ simplæve utiliter dum actio danda d est.

¶ Si seruum Titii institorem habueris, uel tecum ex hoc edicto, uel cum Titio ex inferiorib. e edictis agere potero. Sed si tu cum eo contrahi uetuisti, cum Titio duntaxat agi poterit.

Mandatū institoris non finitur morte mandantis.

¶ Si impubes * patri habēti institores hæres extiterit, f deinde cum his contractum fuerit: dicendū est in pupillum dari actionem, propter utilitatem promiscui usus: g quemadmodū ubi post mortem tutoris, cuius authoritate institor præpositus h est, cum eo contrahitur.

¶ Certe eius contractus nomine, qui ante aditam hæreditatem intercessit, & si furiosus hæres extiterit, 3 † dandam esse actionem i. etiam Pomponius scripsit: nō enim imputandum ei est, qui sciēs dominum decessisse, cum institore exercente mercem contrahit.

Prohibitus contrahere, si agat institoria, repellitur exceptione: nisi inquantū præponens factus est locupletior. Bart.

¶ Proculus ait, si denunciauero tibi ne seruo k a me præposito crederes, exceptionem dandam, l si non ille illi denunciauerit, ne illi seruo crederet. Sed si ex eo contractu peculium habeam, 4 † aut in rem meam uersum sit, nec uelim quo locupletior sim soluere: replicari de dolo malo oportet. Nam uideri me dolum malum facere, qui ex aliena iactura lucrum m quæram.

¶ Ex hac causa n etiam condici o posse uerum est.

Idem lib. singul. de varijs lectionibus.

LEX XVIII.

p INstitor is 5 † est, qui tabernæ, locove ad emendum uendendumve q præponitur, quive 6 † sine loco ad eundem actum præponitur,

e *Ex inferioribus.*] s. de peculio, quod iussu, & de in rem ver. Accursius.

f *Extiterit.*] & esse adita hæreditas, ut differat a sequenti.

g *Promiscui usus.*]est enim vsus institoris post mortem patris coniunctus, & vicinus usui ante mortem, & sic mixtus: ut argumen. supra, de neg. gest. cum actum. & l. at qui. §. Scæuola.

h *Præpositus*] quod fieri potuit, ut sup. eo. cuicumque, §. fi. & facit sup. sed & si pupillus, in princ.

i *Dandam esse actionem*] non ergo finitur hic mandatum morte. Sed contra, ff. de iurisdic. omnium iudic. l. & quia. & Institut. mandati, §. recto. sed dic speciale in hoc mandato. item contra, supra si certum peta. l. eius qui. in princ. ubi dicit in eodem genere mandati. sed dic, quod hic credebat contrahens institorem contrahere cum domini noui uoluntate: ut argum intra mand. inter causas, in princip. vel hic de personali obligatione, ibi de dominio transferendo. Accur.

k *Ne seruo.*] s. meo. secus in alieno, uel libero, quia tunc etiam si locupletior esset, non teneret, ut C. de neg. gest. l. si secundum lo.

l *Dandam.*] s. hanc, quæ sequitur: & mutat personas de prima ad tertiam, & no. de prædictione, ut hic. & sup. eo §. sed & si. §. de quo. & §. item si plures, & ff. nautæ, cau. stab. l. fi. § item si prædixerit, de peculio tamen tenetur, ut subiicit. & infra, de pecul. si quis seruum, §. etiam. Accur.

m *Lucrum.*] no. quem non debere lucrari ex aliena iactura, ut ff. de cond. indeb. nam natura. & ff. tit. e. l. 3. §. 1. & ff. de dolo si ex dolo, §. pen. & ff. de alea. l. fin. Accur.

n *Ex hac causa.*] ex qua agitur institoria: ut hic, & supra, si cer. pet. si institorem. & Inst. quod cum eo. §. fi.

o *Condici.*] directo a me, ac si ego contraxissem.

p INstitor est. Vendendumve.] vel cuilibet negotiationi: ut ff. eo. l. institor. & l. cuicumque. Accur.

IN cum.] CASVS. Institori procur. pecuniam accepit. vetiis ei, qui pecuniam mutauit sibi, ad exemplum institoriæ, dabitur actio in eum. idem est si alicui stipulanti pecuniam promisit.

1 † alias, dabitur.

2 † Flor. lib. 30.

* Iste tex. secundum Bar. & Bal. facit, q si pupillus facit procuratorem de authoritate tutoris, finita tutela non expirat mandatum. De hoc intelligitur Laf. in l. tutor, si cert. pet. sed uerum intellige per Laf. in l. mort. a. num. 38 supra, de inoff. ind.

3 † Flor. exiistat. & infra cum uenerit pro contrahit.

4 † Flor. habeat.

5 † Flor. dicitur est, ie.

6 † Flor. quoque.

Glo. in illa glo. quem non debere locupletari cum aliena iactura. concord. sunt in glo.

Si domi-

¶ *Si dominus.*] Proposui seruum meum mensæ: uel ut pecuniam acciperet. si liber factus in eadem institoria perseuerauerit: nihilominus tenebor institoria: licet statum suum mutauerit.

¶ *Taberna.*] Præposui filium meum tabernæ: accepit mutuam pecuniam: pro eo fideiussi: habebis creditorem in solidum obligatum ratione fideiussionis: cum fideiubendo speciem pecuniæ acceptæ negotio tabernæ miscuerit.

1 † *Flor. ...*

¶ *Seruus*] Præposuisti seruum pecuniæ accipiendæ pro aliquo: an tenearis institoria? Dicitur, quod non: neque insolidum, nec de peculio: ut infra, de fideiusso. l. seruus inscio.

¶ *Quod autem*] Titius quidam Seio tenebatur, promisit seruus, pecunijs fœnerandis præpositus. Seio, & Titius confessus erat se mutuo accepisse. an Seius ex promissione serui habeat me obligatum, quæritur, & dicitur, quod sic: cum mihi sit actio quæsita aduersus Titium & hoc dicit, vel dic ratum, vt hic not.

a *Vtilis*] quia non est vere negociatio accipere mutuam pecuniam, scilicet ad vnum negocium, & ideo datur utilis: ut hic, & C. eodem, l. si mutuam & supra, de nego. gest. l. si liberto. in principio: sed fœnori dare est negociatio: ideo tunc datur directo: ut supra eodem, l. cuicumque, §. si quis cum pecuniis. Accursius.

b *Periculi causa.*] vt hic, & supra, de nego. gest. Pomponius in nego. & l. cum actum. & pro socio, l. si id quod, §. si filius. & infra, de verborum obligationibus, l. ij. §. primo. Argumentum contra, infra de solutio. qui res, §. aream. Accursius.

2 † *Flor. ut institoria actione teneatur ...*

c *Petetur.*] scilicet pecunia, & in solidum: etiam si ponas eum inutiliter fideiussisse: licet secus sit §. quod iussu. l. j. §. quid ergo. & est ratio quia hic tenetur institoria, non hoc ipso, quod fideiubet: sed quia eum præposuit merci emendæ: & data fuit ei pecunia ad hoc, vt emeret: quod tacite videtur præposito licere accipere pecuniam. vnde licet inutilis sit fideiussio, &

Si actus non potest proprie dici negociatio, habet locum vtilis institoria. Bartolus.

Papinianus lib. 4. 1 † respons.

LEX XIX.

IN eum, qui mutuis accipiendis pecunijs procuratorem præposuit, vtilis a ad exemplum institoriæ, dabitur actio. Quod æque faciendum erit, & si procurator soluendo sit, qui stipulanti pecuniam promisit.

Mutatione status institoris non reuocatur mandatum. Bart.

¶ Si dominus, qui seruum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam idem per libertum negotium exercuit: varietate status non mutabitur periculi causa. b

Adiectio alterius obligationis institoriam non extinguit. Bart.

¶ Tabernæ præpositus a patre filius mercium causa mutuam pecuniam accepit pro eo pater fideiussit, etiam institoria ab eo petetur, c cum acceptæ pecuniæ speciem fideiubendo tabernæ negotio miscuerit. d

Institor non obligat dominum nisi ad id, ad quod est præpositus. Bart.

¶ Seruus pecuniis tantum fœnerandis præpositus, per intercessionem æs alienum suscipiens, ut institor 2 † dominum insolidum iure prætorio non adstringit. quod autem f pro eo, qui pecuniam fœnerauit, g alii per delegationem promisit, a domino recte petetur, cui h pecuniæ creditæ contra eum qui delegauit, actio quæsita est.

Contrahens apposito nomine officij, in dubio contemplatione officij contrahere videtur: & institor finito officio non tenetur. Bartolus.

Scæuola lib. 5. Digestorum.

LEX XX.

LVcius Titius mensæ nummulariæ, quam exercebat, habuit libertum præpositum. is i Caio Seio cauit in hæc verba: Octauius k libertus Terminalis, rem agens Octauii Felicis, l Domitio Felici salutem. Habes penes mensam patroni mei denarios mille, quos uobis numerare debeo pridie calendas Maias. Quæsitum est, Lucio Titio defuncto sine hærede, bonis eius venditis, an ex hac 3 † epistola iure conuenire Terminalis possit; Respondi, nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem conueniendi eum superesse; cum id ex 4 † institoris officio ad fidem m mensæ præstandam 5 † scripsisset.

TITVLVS IIII.

De tributoria actione.

De eo, quod contractum est in merce peculiari cum eo qui est in alterius potestate, eo sciente competit tributoria: & verbum, merces, accipitur generaliter: & verbum, peculiare, nulla facta deductione: et verbum, scientia, pro patientia: & verbum potestatis, etiam generaliter accipitur. Bart.

non teneatur ex ea, tenebitur tamen institoria. at ibi non tenetur, quod iussu: quia nec iussit, nec ratum habuit, nec hoc ipso, quod fideiubet. vnde licet teneat vel non fideiussio: non tamen tenetur quod iussu.

d *Miscuerit.*] accepit enim eum fideiussorem, vt securior esset: licet ex abundanti, non tamen pro superuacuo habendus est, ut supra, de nego. gest. l. si pupilli, §. primo. & infra rem ratam habe. quo enim.

e *In solidum*] sed nec de pecu. ut infra, de fideiussorib. l. seruus inscio.

f *Quod autem.*] vel dic, quod institor tibi mutuaturus erat creditori tuo eum delegasti, accepit a te instrumentum mutui: tenetur dominus stipulanti, & cu domino: & secundum hoc dic, fœnerauit, id est fœnori accipere disponebat.

g *Fœnerauit.*] illi cui seruus a me præpositus numeraturus erat pecuniam: & ita ponetur fœnerauit, id est fœnori dedit & sic promisit seruus creditori creditoris eius, cui numeraturus erat. Vel dic, fœnerauit, id est fœnori promisit se alii daturum, cui me delegauit.

h *Cui.*] scilicet domino.

3 † *Flor. de eff. ex.*

4 † *Flo. perfundam.*

L *Vcius.*] CASVS. Præposui libertum meum mensæ nummulariæ, misit libertus Titio literas, quibus significauit ei quod apud mensam habebat centum, & ad certum tempus ei numerauit ei debere: desiit non soluendo, nullo relicto hærede, an libertus ex epistola conueniri possit, quæritur? Et respondeo quod non, hoc de iure stricto nec de æquitate: quia magis ad fidem mensæ præstandam, quam ad se obligandum epistolam misit. Viuianus.

i *Is*] libertus.

k *Octauius.*] nomen liberti. Accur.

l *Felicis*] patroni, quem supra vocauit Lucium Titium, qua drinomius enim erat. Accursius.

m *Domitio Felici.*] quem supra uocauit Caium Seium.

n *Ad fidem*] vt ostenderet sibi fidem commissam mensæ: non vt constitueret se debere. & sic non obst. s. de const. pecu. quidam. quæ est contra, & L. Lucius.

DE TRIBVTORIA ACTIONE.

Qualiter insolidum conueniantur ex contractibus aliorum domini: nunc quando quasi insolidum, scilicet non deducto quod domino debetur sed pariter, ut infra eodem l. 1 in fi. Casus in parat. ... nota effectum huius actionis, doceq; in quo differat ab exercitoria & institoria. Et nota, quod in Archimerar. Tributoria sed Taurel. edidi, Tributaria ut est in indice.

a Vlpianus libro 29 ad edictum.

LEX PRIMA.

Hvius quoque edicti non minima utilitas est, ut dominus, qui alioquin in serui contractibus priuilegium b habet: (quippe cum de peculio duntaxat teneatur, cuius peculij æstimatio deducto eo, 1 † quod domino c debetur, fit) tamen si scierit seruum in 2 † peculiari merce d negotiari, velut extraneus creditor, ex hoc edicto in tributum vocetur. e 3 †

¶ Licet mercis appellatio angustior f sit, quam 4 † ut ad seruos fullones, vel sarcinatores, vel textores, g vel venaliciarios a pertineat: tamen Pedius lib. 15. scribit ad omnes h negotiationes porrigendum edictum. i

¶ Peculiarem autem mercem non secuti peculium accipimus, quippe peculium deducto, quod domino debetur, accipitur merx peculiaris, etiamsi nihil sit k in peculio, dominum tributoria obligat ita demum, si sciente eo negotiabatur.

¶ Scientiam l hic eam accipimus, quæ habet, & voluntatem: sed (ut ego puto) non voluntatem, m sed patientiam.

non enim velle n a debet dominus, sed non nolle. Si igitur scit, & non protestatur, & non 5 † contradicit, tenebitur actione tributoria.

¶ Potestatis o verbum ad omnem sexum itemque ad omnes, qui sunt alieno iuri subiecti, porrigendum erit.

¶ Non solum ad seruos pertinebit tributoria actio, verum ad eos quoque, qui nobis bona fide seruiunt, siue liberi, siue serui alieni sunt, vel in quibus vsumfructum p habemus.

Paulus lib. 30. ad edictum.

LEX II.

Vt tamen merx, quæ peculiariter negotientur, ad nos pertineat.

Vlpianus li. 29. ad edictum.

LEX III.

Sed & 6 † si seruus communis sit, & ambo sciant domini, in vtrumlibet ex illis q dabitur actio.

Vnius scientia non præiudicat ignoranti: item actionis natura facit insolidum scientem etiam deducere. Bart.

¶ Quod si 7 † alter scit, alter ignorat, in eum, qui scit, dabitur actio r deducetur tamen insolidum, 8 † quod ei, qui ignorat, debetur. At si 9 † ipsum quis ignorantem conuenerit, quoniam de peculio conuenitur, deducetur etiam

Glossa:

Huius quoque. CASVS. Commendat Vlpian. edictum prætoris, quo vocat dominum serui negotiantis in merce peculiari in tributum cum alijs creditoribus, vbi dominus priuileg. non habeat de deducendo quod sibi debetur insolidum, sed pro rata, ita tamen si dominus sciat eum negotiari.

¶ *Licet.*] Quamuis mercis appellatione serui non contineantur: tamen si seruus in his vendendis & emendis negotietur, dominus ex contractu eius hoc edicto tenebitur: cum ex interpretatione ad omnes negotiationes porrigatur hoc edictum.

¶ *Peculiarem.*] In actione tributoria, quæ contrahenti cum seruo peculiari datur aduersus dominum, non deducit dominus, quod sibi debetur, secus in actione de peculio.

¶ *Scientiam.*] Ad hoc quod dominus tributoria teneatur, oportet quod sciat seruum negotiari: sed an voluntas eius expressa exigatur? dicunt quidam, sic. Alij & non expresse voluerit, dum tamen non contradicat, sufficit. & hoc verius.

¶ *Potestatis.*] Quod contractum cum eo erit, qui in aliena potestate est eo sciente in merce peculiari, de eo iudicium dabo. Qualiter accipiatur potestatis verbum, quæritur? Et respondet, quod non refert masculus sit, an fœmina: & cus proprius, an alienus, bo. fi. seruiens, vel liber homo ete... dens se seruum: dum tamen res in qua negotiatur, ad eum pertineat in cuius potestate est. Si verò sit seruus communis, & vterq; dominorum sciat, & in vtrumque dabitur tributoria, si alter sciat, alter ignoret, & ignorat deducit insolidum, quod sibi debetur. Si vero ignorans conueniatur de peculio, deducit sciens, quod sibi debetur insolidum: & si sciens de peculio conuenitur, deducet et insolidum.

¶ *Si seruus.*] pupilli seruus negotiabatur in merce peculiari sciente tutore, tutor istius pupilli dolum commisit, utrum pupillus ex isto dolo conueniri potest? R. spon. quod non: tamen si quid ad pupillum peruenit, tenebitur act. institoria. Cætera sunt plana vsque ad §. siuicarius. in l. procuratoris. Viuia.

a *Huius quoque.*] q. d. non solum superioris: vt ti. tit. 1. l. 1.

b *Priuilegium.*] scilicet magnum: cui priuilegio aliquis non præfertur: vt de deducendo. Accur.

c *Domino.*] item deducitur id quod debetur his, qui sunt in domini potestate vel patris, vel etiam in tutela: vt inf. de pecul. sed si damnum § præterea. Accur.

d *Merce.*] alias enim locum non haberet: si præter illud & si pupillus. s. si institoria.

e *Vocetur.*] scilicet, à creditoribus, vt sit eiusdem conditionis cum alijs: sed non per omnia, cum d. ... cum vndecunque sit, petatur: sed ... tem ita demum, si in eam mercem contraxerunt, in quam agunt: vt inf. eo. l. procuratoris, §. sed est quæsitum. & §. si plures.

f *Angustior.*] idest, angusta. Vel dic angustior quam peculij appellatio. Acc.

g *Textores.*] vt si seruus habeat in merce sua seruos textores, vel fullones, vel sarcinatores, vel venaliciarios, i quos emit & reuendit. inf. eo. procuratoris §. item si mancipia. sunt enim quasi instrumenta, ut ... eo. procuratoris. §. si præter mercem. Accurs.

h *Omnes.*] s. peculiaris mercis, non alias: ut ... l. procuratoris §. mercis, quæ est contra. Item hic ad mobilia tantum: vt infra de verbo. sig. l. mercis Sed quid si vnus tm contractus factus est in merce? non potest dici negotiatio: sed dic utilem tributoriam dari, ut C. de institoria. l. si mutuam.

i *Porrigendum edictum.* ex propria vocabuli significatione: sed aliud est ex interpretatione, vt i. f. de ver. sig. l. mercis, secundum Azo. & h... [illegible]

k *Sic nihil sit.*] quia plus patri vel domino debetur: quo casu nihil esse videtur: vt in. fin quod cum eo §. cum aut. m.

l *Scientiam.*] & voluntatem, s. expressam, vel tacitam, non alterius, statum corrigitur, nam alterum tantum sufficit, vt hic & sup. de exer. act. l. 1. § quis.

m *Non voluntatem.*] s. expressam tantum.

n *Velle.*] idest, non est necesse, si tamen interueniat expressa voluntas, potest agi tributoria: vt hic. & potest etiam agi hic quod iussu insolidum: vt infra quod iussu l. ... §. 1. & sic no. quod inter velle & nolle est medium, s. non nolle, vnde episcopus electus dicit, volens nolo, & nolens volo. Accursius.

o *Potestatis.*] scilicet enim fuerunt verba edicti forte, Quod cum eo, qui in alterius potestate erit, eo sciente contractum erit in peculiari merce, &c. & sic exponit verbum potestatis, ut alibi sup. de exer. act. l. 1. §. potestatis.

p *Vsumfructum.*] idem est, & in actione quod iussu: ut j. quod iussu l. 1. §. sed iussu. Accur.

q *Sed & si seruus.* Ex ill.] s. pro portione sua: ut hic, arg. contra, sup. tit. 1 l. habebat, in fi. Accur.

r *Dabitur actio.*] s. tributoria.

Margin notes:

a Interesse, et nolle est medium, ut nō vel le s. de reg. iur. vel n. ... §. patris c. 17.

1 † Fi. decis. m.

2 † Fi. decis. in.

3 † Fi. vocetur

4 † Fi. vt neq; ad seruos.

5 † Fi. et contradicit. non.

6 † Fi. sed si seruus.

a *Venalitiarios mangones appellant negotiatores, qui venalitij dicitur negotiatores, non recte dicunt, ut mercatores, in mercis appellatione iureconsulti, non sola tamen... Afr. ... & ... animus.*

Per istam gl. est decidi illa q. an ille, qui semel mercatur, vel qui vnicam mercantiam ducit, dicatur mercator, de qui vide per scriben. in l. legatis seruis. de leg. 3. inf.

7 † Fi. at si.

8 † Fi. ser si.

9 † Fi. & si.

Insolidum.

a *Insolidum.*]vt hic,& inf.de pecul.si noxali.§.si.
b *Si ipse.*]qui sciuit.
c *Debetur.* Idem ergo esse debet & si ignorans ex persona eius conueniatur,cum ea sit actio,qua dominus priuilegium habeat.
d *Dolum quidem.*] qui qualiter committitur.dic vt infra l. illud.§.si cuius.
e *Non debere puto.*] nota ex dolo tutoris pupillum non teneri. quod est intelligendum, nisi sit locupletior: vt hic, & infra si quis omis.causa testam. l. si dolo. & infra quando ex facto tutor. l. tertia, §. primo. nam non debet lucrari cum alieno damno: ut supra de dolo. sed si ex dolo. & infra de pecu. summa. §. si dolo. & supra de nego.gest. si pupilli. in principio. & supra titu. primo. l. si quis mancipia. §. penult. & infra. de actio.emp.l. Iulianus. §. sed cum in facto.
f *Pupillum teneri.*] etiam si non sit locupletior.
g *Praestet.*] scilicet ad minus. nam & pro eo quandoque satisfacere tenetur: ut infra de administr. tuto. l. fina. & infra de ædil. edic. l. quod si nolit. §.quod in pro curatore. & l. ædiles etiam. §. sed notandum.

id, quod scienti debetur, & quidem in solidum: a 1 † Nam & si ipse b de peculio conuentus esset, solidum, quod ei debetur, c deduceretur. & ita Iulianus lib. 12. Digestorum scripsit.

1† Fit solidū.

Dolus tutoris & curatoris non nocet ijs, quorum negotia administrāt, nisi quatenus sunt locupletiores: & tunc tenentur cedere actionem: sed ipsorum administrantium scientia sufficit ad hanc actionem. pupillorum vero & adultorum dolus ipsis nocet: sed scientia non sufficit. procuratoris dolus & scientia nocet. Bart.

¶Si seruus pupilli, vel furiosi sciente tutore, vel curatore merce peculiari negotietur, dolum quidem d tutoris vel curatoris nocere pupillo, vel furioso non debere puto: e nec tamen lucrosum esse debere: & ideò hactenus eum ex dolo tutoris tributoria teneri, si quid ad eum peruenerit. Idem & in furioso puto: quamuis Pomponius libro octauo epistolarum, si soluendo tutor sit, ex eius dolo pupillum teneri f scripsit. Et sanè hactenus tenebitur, vt actionem, quam contra tutorem habet, praestet. g Sed & si ipsius pupilli dolo factum sit, si eius ætatis sit, vt doli capax sit, efficere h ut teneatur, quamuis scientia eius i non sufficit ad negotiationem. k Quid ergo est? Scientia l eius 2† quidem tutoris, & curatoris debet facere locum huic actioni: dolus autem, m quatenus n noceat, ostendi. o

2† Plen.dos. eius.

Paulus lib. 30. ad edict.

LEX IIII.

SI pupillus, cuius tutor scierit, pubes factus, vel furiosus sanæ mentis, dolum 3 † admittant: p tenentur ex hoc edicto.

3† Fi. dolo

h *Efficere.*]scilicet dicendum pupilli dolum efficere,&c.
i *Scientia eius*]s.pupilli.
k *Ad negotiationem.*]vt tributoria teneatur.
l *Scientia eius.*]s pupilli. & transitiuè construatur cum illo verbo tutoris,quod verbum præmitte ante dictionem eius:alioquin falsum esset.
m *Dolus autem.*]tutoris uel puppilli.Accur.
n *Quatenus.*]prout.
o *Ostendi.*]idest probari debet ab eo,qui dicit:ut inf. de prob.l.quoties.§.qui dolo. Vel dic ostendi, idest monstraui.sup.ead.l.
p SI *pupillus. Admittant.*]scilicet in distribuendo. Accursius.

P*Rocuratoris*]CASVS.principij planus est.

Si vicarius] Habebam seruum ordinarium,qui habebat vicarium sub se.si igitur negotiatus fuerit in merce peculiari,aut me sciente, & ordinario ignorante: aut econuerso:aut utroque sciente. primo casu tenebor tributoria; secundo casu in me de peculio actio dabitur nomine vicarij,secundum quosdam:ordinarii secundum alios: sed an de peculio vicarij,quæ ordinario debentur, deducam? Dicitur,quod non:quia sciuit: sed quod mihi debetur, sic,quia ignoraui. Tertio casu nomine meo teneor tributoria,ordinarii,& de.peculio:debet tamen eligere actor qua actione experiatur:nec deducam, quod mihi debetur,neque quod ordinario,licet ordinarius deducere posset si ignorauit.

Sed & si.]Si ancilla negotietur in peculiari merce,tributoria competit.Item neque refert cum seruo quis contrahat in merce peculiari,an cum eo,quem seruus præposuit.

Mercis.] Seruus meus negotiabatur in merce peculiari: latum peculium habebat aliud, in quo non negotiabatur:an de eo teneat tributoria? Dicitur quod non.

Per hanc.]Quod seruus ratione mercis peculiaris accepit,venit in hac actione.

In tributum] Vocatur dominus in tributum cum creditoribus mercis peculiaris.an refert debeatur domino nomine mercis, an alias, quo minus veniat in tributum cum alijs? Dicitur quod non,sine ante mercem: siue post ei aliquid à seruo debeatur. & hoc in prima. Si vero ii,qui contrahebāt, pignori habebant mercem illi domino præferendi sunt. Item, non refert, an domino debeatur, an iis qui sunt in eius potestate: quia eodem modo ueniunt in tributum. Si vero plures domini sint, pro rata debiti vnicuique fiet contributio.

Non autem.] Si seruus,qui negotiabatur, habebat peculium in quo non negotiatur:an illud veniat in tributum, quæritur? Et dicitur,quod non, sed illud in quo negotiatur mercis peculiaris causa. neque refert, merx illa extet,an pretium eius in peculium sit uersum. Item, si aliud debeatur seruo ex contractu, illud veniet in tributum, prout fuerit solutum.

¶*Si propter.*]Si seruus in statione in qua negotietur in peculiari merce instrumentum habeat, vel plaustrum, vel consimile illud veniret in tributum. quod uero habet extra mercem peculiarem, puta argentum, vel consimile: non veniet in tributum,nisi ex re peculiari fuisset cōparatum. vnde si mancipiis emendis, vel uendendis negotietur,illa venient.

¶*Si plures.*] Si in separatis mercibus negotietur seruus, & in vna aliquis contrahat, in alia alius: puta exercuit seruus mercem in linteolis,aliam in saccis: non simul uenient creditores ratione utriusque mercis coniunctim: sed separatim:ut vnus ratione unius uocetur in tributum: alius ratione alterius. Idem si in diuersis locis exerceat eandem negociationem,puta Mutinæ & Bon. quia creditor Mutinen.non venit alias in tributum creditore Bon. sed fiet separatio. Si verò in uno loco exerceat omnes, simul ueniunt in tributum: licet ex pecunia unius creditoris fuerunt comparatæ merces: nisi fuerunt pignoratæ creditori: quo casu ille præferendus est,sicut supra dictū est.§.in tributum.

¶*Sed & si.*] Si seruo tuo institori mercem meam tradidi vendendam,& habui ei fidem de pretio si extat merx an ueniat in tributum,quæritur? & distinguitur. Aut habui fidem de pretio, aut non. primo casu habet locum contributio: secundo casu eam vendicabo: quia res vendita,&c.

Tributio.]Si seruus in merce peculiari negotietur,& plures cum eo contraxerint,pro rata fiet contributio. & si vnus exegerit tributoria,solidum consequitur, si hoc merx peculiaris patiatur,cauebit tamen,quod si alia causa mercis peculiaris creditores apparuerint,refusurum, si plus q̄ merx patiatur acceperit. Item cauere dēt se domino refusurum,si appareat sibi aliquid deberi sub conditione, vel si latens fuerit debitum,& postea claruit.Viuia.

Procu-

a *Procuratoris*] scilicet generalis, vt sup. tit. 1. l. cuicumque, §. fina. & habentis liberam, vt sup. de procurator cui libera. alias contra, ut inf. de except. do. si procurator. quae est contra.

b *Dubitamus.*] nam sine dubio nocet, ut inf. de except. doli, apud, §. quaesitum. Accur.

Vlpianus libro 29. ad edictum.

LEX V.

PRocuratoris [a] autem scientiam, & dolum nocere debere domino, neque Pomponius dubitat, neque nos dubitamus. [b]

Si sint plures, quorum vnus est dominus, alius quasi dominus: vtriusque scientia & ignorantia contemplatur, vt inducant hanc actionem. Bar.

¶ Si vicarius [c] serui mei negotietur: si quidem me sciente, tributoria tenebor. [d] si me ignorante, ordinario sciente, de peculio eius [e] actionē dandam Pomponius lib. 60. scripsit: nec deducendum ex vicarij peculio, quod ordinario [f] debetur: cum id, [g] quod mihi debetur, deducatur. Sed si vterque sciremus, & tributoriam, [h] & de peculio actionem competere ait: tributoriam vicarij nomine: de peculio vero ordinari. [i] eligere tamen debere agentem, qua potius actione experiatur: sic tamē, vt vtrumque tribuatur, & quod mihi, & quod seruo [k] debetur: cum si seruus ordinarius ignorasset, deduceretur [l] integrum, quod ei à vicario deberetur. 1 †

¶ Sed & si ancilla [m] negotiabitur, admittendam tributoriam dicimus. Item parui refert, cum ipso seruo contrahatur, an cum institure [n] eius.

Contrahentes tantum circa merces habent actionem. contrahentes in potestate deducunt debitum eis etiam extra causam mercis, nisi creditores ratione pignoris praeferantur. & sola merces, vel quod ex eis est redatum, veniunt in tributum. h. d. vsque ad §. si plures. Bart.

¶ Mercis [o] nomine meritò adijcitur: ne omnis negotiatio [p] cum eo facta tributoriam inducat.

¶ Per hanc actionem tribui iubet, quod ex ea merce, & quod eo nomine receptum est. [q]

¶ In tributum autem vocantur, qui in potestate seruos 2 † habent, à creditoribus [r] 3 † mercis. Sed est quaesitum, vtrum dñs ita demum patietur ex merce, si quid ei mercis nomine debeat: an vero si ex alia causa? Et Labeo ait, ex quacunque [s] causa ei debeatur: patuiq; referre, 4 † ante mercem, an postea ei debere quid coeperit seruus: sufficere enim quod priuilegium deductionis perdidit. [t] Quid tamen si qui contrahebant ipsam mercem pignori acceperint? Puto debere dici praeferendos domino iure pignoris. [u] Siue autem domino, siue iis, qui in potestate eius sunt debeatur: vtique [x] erit tribuendum. Sed & 5 † si duo, pluresve domini sunt: utique omnibus tribuetur pro rata sui debiti.

¶ Non autem [y] totum peculium venit in tributum: sed id duntaxat, quod ex ea merce est, siue merces manent, siue pretium earum receptum [z] conuersumque est in peculiū. Sed & si adhuc debeatur mercis nomine à quibusdam, quibus solebat seruus distrahere: hoc quoque tribuetur, prout fuerit receptum.

¶ Si propter 6 † mercem seruus iste in taberna 7 † habet instrumentum: [a] an hoc quoque tribuatur? Et Labeo, ait etiam 8 † hoc tribui. & 9 † est aequissimum. plerunque enim hic apparatus [b] ex merce est, imò semper. caetera tamen, quae extra haec in peculium habuit, non tribuentur (utputa argentum habuit, vel aurum) nisi si haec ex merce comparuit. Item si mancipia in negotiatione habuit

c *Si vicarius.*] Siue ambo sciuimus, siue ordinarius tantum tenebor ex persona ordinarij de peculio vicarij: quia si ipse ordinarius esset liber, teneretur de peculio vicarij: sed tamen non deduceretur sibi debitum, & ita habet naturam tribut. quare ergo non dicitur tributoria? Respond. quia verba edicti dicunt in potestate: sed ordinarius non habet vicarium in potestate proprie: & sic non dicitur propriè tributoria: sed quia quasi in Potestate habet, & ideo habet illa, & de peculio naturam tributoriae.

d *Tenebor.*] meo nomine. Accur.

e *De peculio eius.*] scilicet vicarij, secundum quosdam: & bene alij, scilicet ordinarij: quod non placet: sed de peculio vicarij prosequitur. Et nota tributoriam * actionem de peculio dici. Accur.

* Tributoria actio de peculio dr̄ eis materiam, & naturam vide in Indice Trac. I. ver. Actio. vers. Tributoria.

f *Ordinario debetur*] obstante scientia ipsius ordinarij. alias deduceretur: ut ut infra, de pecu. si seruus meus, quae est contra. & regulariter attendas, ut in quo casu dominus sibi debitum non praededucit, in eodem casu si conueniatur nomine serui sui vicarij, non potest praededucere ex persona ordinarii.

1 † Fl. debetur

g *Cum id.*] cum, pro quamuis. vel cum id scilicet solum.

h *Tributoriam*] scilicet nomine meo.

i *Ordinarij.*] scilicet nomine.

k *Et quod seruo.*] ordinario

l *Deduceretur.*] & tunc ex vtriusque peculio deducam, quod mihi debet ordinarius directo: sed nunquid per obliquum debet domino vicarius iste id, quod debet ordinario: vt infra, de peculio, si seruus meus, [l] enim tantum ex vicarij deducitur peculio, sed vbi sciuit ordinarius, nec de vicarij peculio, quod ei debetur, deduco, sed contribuo, secundum Ioan. sed certè, quod dicit Ioā. in princ. huius glos. falsum dicit, ut in praedicta l. de pecu. si seruus, §. primo, sed si ego sciui, & ordinarius ignorauit, & conuenit tributoria: an ordinario debitum deducam de peculio vicarij, cuius nomine conuenior tribu. Argu. quod non. j. ea. l. §. siue autem. sed antique glos. dicunt, quod sic. & bene, vt sol. cum si seruus, &c.

m *Sed & si ancilla.*] vel filiafam. ut inf. de pecu. & ancillarum, in princ.

n *An cum institore.*] & sic in exercitoria: vt supra, de exercit. l. 1. §. magistrum. Accursius.

2 † Flo. dominos. seruos.
3 † Fl. cum creditoribus

o *Mercis.*] scilicet peculiaris.

p *Ne omnis negotiatio.*] scilicet facta extra peculium, vt supra, de instit. sed & si pupillus, §. p. nul. sed intra peculium facta omnis continetur, vt supra eod. l. 1. §. licet.

4 † Fl. referre

q *Receptum est.*] vt hic, & Institut. quod cum eo. §. rursus de peculio.

r *Creditoribus.*] scilicet cum iis, qui crediderunt in merce peculiari contrahendo: arg. j. eod. l. 1. in princ.

s *Ex quacunque.*] sic & debitum ex quacumque causa deducit, cum de peculio conuenitur, et infra de pecu. sed si damnū, §. siue autem. Accur.

5 † Fl. dicā, si

t *Perdidit.*] in tributoria.

u *Iure pignoris.*] hoc in tributoria: sed si in actione de peculio. nullum priuilegium patri, vel domino nocet: ut infra, de peculio, l. ex facto. Accur.

x *Vtique.*] idest pro se facienda est dibutio. Item hoc si & illi, quibus debetur, sciant: alias deducitur: ut sup. §. 1. in fi.

6 † Fl. praeterea
7 † Fl. tabernā

y *Non autem totum.*] vt hic, & inf. eod. l. aliquando. & Insti. quod cum eo. §. item erit u.

8 † Fl. & ...
9 † alias & hoc est.

z *Receptum.*] de hoc etiam cauebitur? vt j. eodem, l. illud, primo respon.

a *Instrumentum.*] plaustrum: vel quid simile, quo vtebatur in merce.

b *Apparatus.*] latenter accedit ad definitionem

nitionem instrumenti:ut ℸ.de fun.instru.quæsitum, §.sed & fundus. Accur.

a *Etiam hæc.*]ut hic,& ℸ.eod.l.j.§.licet.& dic negotiatione,scilicet peculiari. Accur.

b *Sagariam.*]de vilibus pannis:ut ℸ.pro soc. l. cum duobus,§. quidam.

m *Consequitur.*] si merces hoc patitur.

n *Refusurum.*]no.de hac cautione:ut hic,& ℸ. si cui plus quam per leg. Falc.l.j.§.respon.& ℸ.de petit.hæred.l.pen. & inf.l illud,in princ.

o *Emerserint.*]id ad apparuerint. Accursius.

ex]merce parata: etiam [a] hæc tribuentur.

Si plures sint negotiationes,vel vna, sed plura loca:plures et separatæ fient contributiones. Bart.

¶Si plures habuit seruus creditores,sed quosdam in mercibus certis: an omnes in ijsdē 1 † confundendi erunt, & omnes in tributum uocandi; utputa duas negotiationes exercebat (puta sagariam [b] & linteariam)& separatos habuit creditores? puto separatim eos in tributum uocari. unusquisq; enim eorum merci magis, [c] quàm ipsi credidit. Sed & 2 † si duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit,& ego sui tabernæ (uerbi gratia) quàm ad Bucinum 3 † habuit, ratiocinator: [d] alius eius, quàm trans Tyberim: æquissimum puto separatim [e] tributionem faciẽdam: ne ex alterius re, mercede alij indemnes fiant: alij damnum sentiant.

Creditores habentes personales actiones vocantur in tributum: & habentes reales, suum integrum consequuntur. Bart.

¶Planè si in eadem taberna merces continebantur: 4 † licet hæ, quæ extant ex unius creditoris pecunia sint comparatæ: dicendum erit omnes in tributum uenire, [f] nisi fuerint creditori pignoratæ.

¶Sed & 5 † si dedi mercem meam uendendam, [g] & extat: [h] uideamus ne iniquum sit in tributum me uocari. Et si quidem in creditum [i] [*] ei abij: [k] 6 † tributio locum habebit. Enim uerò si non abij: 7 † quia res uenditæ non aliàs desinunt esse meæ,quamuis uendidero,nisi ære soluto,uel fideiussore dato,uel aliàs satisfacto: [*] dicendum erit uendicare [l] me posse.

Creditores accipientes cauent se reddituros alijs creditoribus emergẽtibus, & etiam ipsi domino, qui potest,si vult, peculio renunciare. hoc dicit cum princ.l.seq. Bart.

¶Tributo autem fit pro rata eius,quod cuique debetur. Et ideò si unus creditor ueniat, desiderans tribui sibi 8 † integram portionem, consequitur. [m] Sed quoniam fieri potest, ut alius quoque, uel alij existere possint mercis peculiaris creditores: cauere debet creditor iste pro rata se refusurum, [n] si fortè alij emerserint [o] creditores.

Paulus li. 30. ad edictum.

LEX VI.

NOn enim hæc actio, sicut de peculio, occupantis meliorem causam facit: [p] sed æqualem conditionem quandocumq; [q] 9 † agentium.

Vlp.libro 29. ad edictum.

LEX VII.

ILlud quoq; cauere debet, si quod 10 † aliud domini debitum emerserit:refusurum se ei pro rata. Finge n. conditionale debitum imminere,uel in occulto esse: hoc quoque admittendum est, [r] nam iniuriam dominus pati non debet, licèt in tributum uocatur. Quid tamen si dominus tribuere nolit, nec hanc molestiam suscipere:sed peculio,uel mercibus cedere [s] paratus sit? Pedius refert ad audiendum [t] eum,quæ sñia habet æquitatem:& plerumque arbitrum in hanc rem prætor debebit dare, cuius interuentu tribuantur [u] merces peculiares.

c *Mercis magis*] nota magis quandoque ad rem, quandoque ad personam habere respectum: ut infra, de no.oper.nunciat. l.de pupillo,§. nunciationem.& l.fin.& infra, de ann. leg. l. annua, §.à Titia. & supra de nego.gest.qui aliena, §.uno defendente. Accursius.

d *Ratiocinator.*] idest creditor. Accur.

e *Separatim.*] quod separatum est,nō coniungitur: ut hic & supra prox.§. & supra quib.mod. vsusfruct. amit.si sub conditione, in §.

f *In tributum venire.*] nota quòd non prodest, quod ex sua pecunia res sint comparatæ: ut hic, & C.de pign.act.pecunia.nisi sit pupillus,cuius pecunia res cōparatur: ut infra,de pecu. l.ex facto, §.planè,quæ est contra. & nisi sit miles:ut C.de rei vendicat. si ut proponis. quę est contra. Item secus si agatur de in rem ver. ut inf. de in rem ver.l.j.§ si. Item argum. contra, infra de priui. cred. si ventri. §. in bonis, & l. qui nauem.

g *Vendendam*] seruo suo institori.

h *Extat.*] mercee.

i *In creditum.*] quia de pretio fidem habui seruo.& ei vendidi, & sic mutat casū.

k *Abij.*] i.dominiū transtuli.

l *Vendicare.*] quod potest propriè intelligi, quando dicebat se pecuniam paratam habere: ut supra, de pignor.act l.iij. aliàs videor, eo ipso quòd do,fidem habere pretij, & transfero dominium,ut supra proxi. & Inst. de rerū diui. §.venditæ, nisi sim procurator, ut infra, de iure fis.l.si procurator.& possum vendicare nisi sit paratus offerre pretium, ut infra mandati,l. diligenter. & facit infra, de priuil. cred.si ventri,§.in bonis Accursius.

p NOn enim. Facit.] hoc. n. facit actio de peculio: ut infra, de pecu. l.si uerò.

q *Quandocumque.*] aliàs quandoque.

ILlud.]Casum principij dic, ut in casu præcedenti, in fine.

¶*Quid*] Si creditores mercis peculiaris uelint, ut dominus contribuat, ille nolit se intromittere: sed potius dimittere, quod sibi debetur:an sit audiendus? Dicitur, quòd sit, & laudandus.

¶*Si enim.*] Si dominus unius minus quam debebatur tribuat dolo malo, tributoria tenetur.si uerò seruus per ministerium suum negotietur in merce peculiari, & hoc ignoret dominus: si hic unus, qui tribuat sui dolo est, liberatur supplendo quod deest. & hoc in prima. Si verò sibi soluit, & per hoc unu. tribuat, uel merces sustulit, aut minoris distraxit,aut ab emptorib non exegit: tenetur tributoria, si dolus interueniat. Item si negauerit per dolum alicui deberi tenetur.

¶ *Hac actio.*] Hæres tenetur hac act. quatenus ad eum peruenit, & perpetuo, & seruo mutuo dominus tenetur. Ista sunt vera non solum in hærede: sed & in alijs successoribus. Viuianus.

r *Admittendum est.*] ut caueat se domino refusurum. Accur.

s *Cedere.*] habendo mercem pro derelicto, vel cedere quoad distributionem: quia non vult distribuere. Accursius.

t *Audiendum.*] & laudandum,ut supra, de alienat.iudic. mutan.causa fac. l. item si res, §.potest. Argumen.tamen contra supra,de arbitr.l. iij.§. tametsi.

u *Tribuantur.*] inter cæteros creditores, & dominum. Accur.

t Quia mutua.] ſic eſt contra ſi filius ſtipulatur, ꝙ poſtea emancipatus numerat. nam ſibi, non patri, quæritur, ut j. de uerb. oblig. quidam cum filium. §. ſi.

z Addo ego pro iſta gl. eſſet tex. in l. miles præcipua. ff. de caſt. pecu. in verb. actionem. &c. ꝗ uis gl. in d. l. lis nulla. hic allegatam non adducat illum tex. de quo hic memini pro glo. noſtra.

1† Fl. lib. 49.
2† Fl. patrūfamiliarum.
3† Fl. ad. 29.
4† Fl. decl. Digeſt.
5† Fl. decl. an.
6† Fl. filiusfa. ſit. Iulia. ſit Iulia. lib. 12. ceſſare ſenatuſcon.
7† Fl. ſed minore.
8† Fl. ſ. &.

* Error cōmunis excuſat. ut in d. Tra. in ver. error. verſic. communis.

9† Fl. non ſit.
10† Fl. non eſt hic, ſi nud. tec. §. ſed continue ſic legitur quemadmodum ipſe Iulianus lib. 12. Digeſt. dicit. ſi filiusfa. & ſic uariatur ordo legū.

11† Fl. non ſit.
12† Fl. pater concedit.
13† Fl. legendum abij. & inf. numeraui. & ſtipulatus ſit. Du. lib. 1. diſput. c. 14.
14† Duar. & ſi ſtipulatus ſim.
15† Tamen quia pecuniæ numeratio cōcurrit.
16† Fl. diminutus.
17† Fl. decl. pecunia.

a *Quia quod.*] hæc lex continuatur ei, quod est ſ. l. prox. §. is autem, vel etiam proxi. Accur.
b *Non ad uerba.*] restringitur ergo appellatio generis circa speciem. sic & alias ſ. de ado. l. 2. § j. in princip. & ſ. de reb. cre. l. 2. §. j. & no insti. de inu. natu §. sed quoties.
c *Referendum.*] credere, uel credi. Accur.
d *Ergo insolidum.*] quia cum patrefamilias facto contraxit, ut ſ. tit. j. l. 3 in fi. Accur.
e *Contra.*] idest, e contrario. Azo.
f *Obligationis.*] idest, stipulationis, ut ſ de nou. cū enim. Accur.

Item.] cum l. sed Iulianus CASVS. Si pro mutuum accipiente filiusfamil. fideiussit, an cesset senatusc. ? Dicitur q sic. Si uero aliquis uoluerit ei mutuare, & hoc colore mutuet, ut alii accipienti nomine filijfam. det, & filiusfam. fideiubeat in fraudem senatuscon. danda est excep. non solum filio, sed reo, q a fideiussoribus filijfam. succurritur.

¶ *Idem ait.*] uolebam mutuare filiosf. accipi cum, & alium, qui erat sui iuris tanquā duos reos, ut ad filiumfam. esset pecunia peruentura. & alius, ut fideiuss. non uteretur excep. Maced. an locum habeat senatusc. quæritur? Et dicitur quod sic.

¶ *Sed & si.*] Patre existente in relegatione, filius accepit pecuniam, ut sororem suam dotaret. an cesset senatusc.? Dicitur q sic, quia idem esset facturus pater. & hoc in prima. Si uero res patris filius obligauerit, non tenebitur. si tamen patri hæres extitit, & pignus uelit consequi, doli mali obstabit sibi exceptio & hoc in secunda.

2† Flor. dicitur.
3† Dua stipulatus sis credas, pestea
4† Flo sena tus potest.
5† Flo. li. 19.
6† Fl. de dest. &c.

Scæuola lib. 2. Quæstionū.

LEX V.

Quia quod [a] vulgo dici [b] filiofa. credi non licere: non ad uerba, sed ad numerationem referendum [c] est.

Paulus li. 2. 1† Quæstionū.

LEX VI.

Ergo hic & insolidum [d] damnabitur, non in id, quod facere potest.

Scæuola lib. 2 quæstionū.

LEX VII.

Contra [e] etiam recte dicetur. 2† si a patre familias stipulatus 3† credam postea filio familias facto senatuscon sulti 4† potestatem exercendam, quia expleta est numeratione substātia obligationis. [f]

Filiusfamilias fideiubendo obligatur, nisi factū fuerit in fraudem. idem est in cōstitutione duorū reor. B.

Vlpianus lib. 28. 5† ad edic.

LEX VIII.

Item si filiusfamilias fideiusserit: Neratius li. 1 & 2. responsorum cessare senatusc. consultum ait, idem & 6† Celsus lib. 4.

Ille dicitur reus principalis, ad quē peruenit tota pecunia, licet obligauerit se ut fideiussor. Et econuerso ille dicitur fideiussor, ad quem non peruenit, sed se obligauit pro principali. Pau. de Cast.

Idem.

LEX IX.

Sed 7† Iulian[g] adijcit, si eo lor qtius sit, ut filiusfamilias, qui mutuam pecuniam 8† accepturus erat, fideiuberet, alio reo dato: fraudem senatusconsulto factam nocere, & dandam exceptionem tam filiofamilias, quam reo: quoniam & fideiussori filii subuenitur.

¶ Idem ait, si duos reos accepero, filiumfamil. & Titium, cū ad filiumfamilias esset peruētura pecunia, ideo autem reum Titium acceperim: ne quasi fideiussor [h] auxilio senatusconsulti uteretur: utilem esse exceptionem aduersus fraudem [h] dandam.

¶ Sed 9† si filiusfamilias patre suo relegato, uel longo tēpore absente, dotem pro filia [i] promiserit, & rem patris pignori dederit, [k] senatuscō sultum quidē 10† cessabit, [l] patris tamen res non tenebitur. [m] Plane si patri hæres extiterit filiusfa. & 11† pignus persequatur, exceptione doli summouebitur. [n]

Filius potest mutuum in causam patris accipere, licet non possit res patris obligare. Bar.

ab alio tanquam a fideiussore repelletur except. Macedo. sed ab eo quem ignorauit non repellat, a recipiente pecuniam, quia ignorauit, ab altero non, quia cum non succurritur reo, neque fideiussori, & sic refert ad quem peruenerit pec. quo ad personam fideiussoris. Item neque refert mutuet pecunia sub usuris, an sine.

¶ *Quanquam.*] Licet senatusc. nō dicat expresse, cui dēt exceptio Macedō. tn̄ filij hæredibus dat, si decedat pr̄fa. vel patri, si filiusfam. decedat.

¶ *Interdum.*] Aliquis filiūf. statuit sua p̄posuit, creditor q sibi pecuniā mutuauit exce senatusc. Macedoniano erit, non extraneus, q eum p̄posuit: neq; ut pr̄ q cū præposuisti q videris ei pmisisse mutuā accipere pecuniā. & hoc in prima. Si uero filiusfa. accepit mutuā pecuniā, & in rē pr̄is uertit, tenetur pr̄. sed uero ab initio, nō animo vertendi accepit, si postea uerit est, cessat senatuscon. & hoc i secūda. Et si filius tenet pr̄i, & accepit ut soluat, siue sciente pr̄e, siue ignorāte, locus erit senatuscon sul. & hoc in tertia.

¶ *Quod dicitur.*] Filiusfa. existens in scholis mutuauit: an cesset Maced.? Dicit, si modū nō excessit, q est, si eā quātitatē, q pr̄ solitus erat sub ministrare, concessit, non repellat senatusc.

¶ *Si filius. Mutui.*] Cōtraxit cū filiof. nō mutuādo, sed vendendo, vel locādo, vel simile q d faciendo, accepit mutuū a Titio, vt mihi solueret, ac cesset exce. s. natusc. Et dicit q sic. Vel pone exēplū in mutuo accepto, et ... studiosi. & hoc in prima. Sed pone q filiusfa. in ea cā accep ... qua copetit ex ... & pater cepit soluere? cessabit senatusc. Si uero pignus dedit, quā tum pignus valet cessat, unde si debitū sit in centū, pignus in 50. in aliis obstabit excep. Macedonia. & hoc in prima, & secunda. Si vero filiofa. mutuauit, & eo facto sui iuris curator per ignorantiam solutam repetet curatur? Dr̄ quod sic. Viuian.

7† Fl. i. s. l. praced.
8† Flo. desid. pecuniam.
9† Dua sed & p.
10† Fl. desid. paudem.
11† Fl. extiteri filius, & p.

¶ *Mutui.*] Mutuantur, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura. Si filiofam. mutuetur frumentum, vel vinum, vel aliquid tale mutuum, an senatuscon. locum habeat? Dicitur q non, quia verba senatuscon faciunt mētionem de pecunia mutuata. si tamen ad hoc mutuetur, ut his distractis vtatur pretio velut mutua, an locum habeat excep senatusc. Dicit quod sic.

¶ *Si filius.*] Mutuauit alicui dum erat in potestate, postea datus est in arrogationem, an hēat locum senatusc Dr̄ q sic, q a mens senatusc. ad hoc referendu est: & dr̄ excep.

¶ *Non solum.*] Si mutuo filiofa. non solum mihi denegatur repetitio, sed & successori meo unde si mutuauero, Titius autem stipuletur, non solum aduersus me, sed aduersus Titium dabitur excep. licet Titius non numerauerit. & hoc in secunda. Si uero alteruter ipsorum eum fuisse in potestate ignorauit, alter sciuit, utique nocebit. idem est in duob reis stipulandi, si alter sciuerit, & alter ignorauerit, quia vtrique nocebit sententia senatus.

¶ *Item.*] Creditor accepit duos filiosfa reos, alterum tn̄ sciuit, dixit esse patrem ... ab utroque tanquā a principali, &

g *Sed Iulianus. Quasi fideiussor.*] ut ſ. e. sed si pater. & adsolutum. ergo & hic subuenitur vtrique, cum reus loco fideiussoris sit, & fideiussor loco rei. vt ſ. ad Velleia. quamuis §. si eum essem. Accur.
h *Aduersus fraudem*] hoc facit pro eo, quod diximus ſ. ad Velleia. l. vir vxori in fine.
i *Pro filia*] s. patris, ut ſ. eo. filiusfa. vel sua, cum illud sit sui patris onus. ut ſ. de in rem ver. & ideo. § fi.
k *Dederit*], p pecunia, quā accepit mutuo in eādem cām.
l *Cessabit.*] si accipiat mutuum in eam causam.
m *Non tenebitur.*] Arg contra ſ quib. ex cau. pig. ta. com. l. si gratuitam. §. fi. sed diuersus casus est.
n *Summouebitur*] ut sup. de pig. act. l. in rem alienā. Et sic no. quod aliquid potuit defunctus, quod hæres non potest, ut hic. & sup. de cond. indeb. si non sortem. §. li filius.

Item

In hoc ſenatuſconſulto verbum pecuniæ, accipitur ſtrictè, niſi fraus interuenerit. Bartolus.

¶ Mutui dationem non ſolum numeratæ pecuniæ, verum omnium, quæ mutuo dari poſſunt, an accipere debeamus, videndum eſt. 1 † Sed verba videntur mihi ad numeratam pecuniam referri. Ait n. ſenatus, mutuam pecuniam a dediſſe. Sed ſi fraus ſit ſenatuſconſulto adhibita, puta, frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, vt his diſtractis fructibus, vteretur pecunia: ſubueniendũ eſt filiofamilias.

¶ Si filiusfam. 2 † in alterius erat poteſtate, cum mutua daretur, nunc b item 3 † id alterius: mens ſenatuſconſulti non ceſſat: dabitur itaque ei 4 † exceptio. Sed & ſi patris 5 † eius non mors, ſed alia cauſa inciderit, quo minus ſit in ciuitate: c dicendum eſt ſenatuſconſulto locum eſſe.

Hæc exceptio eſt in rem ex parte eius, cui opponitur. Bartolus.

¶ Non ſolum ei, qui mutuam pecuniam 6 † dediſſet, ſed & ſucceſſoribus eius deneganda eſt actio. Proinde & ſi alius mutuam dedit, alius ſtipulatus eſt, dabitur aduerſus eum exceptio, d licet hic non dederit. Sed & ſi alteruter eorum ignorauit in patris eſſe poteſtate, ſeuerius 7 † dicendum eſt vtrique alterius ſcientiam 8 † nocere. e idem eſt in duobus f reis ſtipulandi.

In duobus reis debendi inſpicitur cõditio eius, ad quem pecunia peruenit. B.

¶ Item ſi duos filiosfamilias accepero reos, ſed alterum putaui patremfamilias: intereſt, ad quẽ h peruenerit pecunia, vt ſi eum ſciui filiumfamilias, ad quẽ peruenit pecunia: exceptione ſummouetur. ſi 9 † ad eum, quem ignorem; nõ ſum mouear. ¶ Siue autem ſub vſuris mutua data ſit, 10 † ſiue ſine vſuris, ad ſenatuſconſultum ſpectat.

Hæc exceptio competit filiofa. & fideiuſſoribus eius, non tamen ei, qui inſtitorem præponit tacitè, vel expreſsè. Bartolus.

¶ Quanquam autem non declaret ſenatus cui exceptionẽ det, tamen ſciendum eſt, & hæredem filij ſi paterfamilias deceſſerit, i & patrem eius, ſi filiusfamilias deceſſerit, exceptione vti poſſe.

¶ Interdum tamen & ſi ſenatuſconſulto locus ſit, tamen in alium datur actio, k vt puta ſi 11 † filiusfamilias inſtitor l mutuam pecuniam acceperit. Scribit enim Iulianus lib. 12. ipſum quidem inſtitorem m exceptione ſenatuſconſulti vſurum, ſi conueniatur: ſed inſtitoriam actionem aduerſus eum, qui præpoſuit, competere: quanquam (inquit) ſi ipſe pater eum præpoſuiſſet merci ſuæ, vel mercem 12 † peculiarem exercere paſſus eſſet, ceſſare ſenatuſcõſultum; quoniam patris voluntate contractum videretur. nam ſi ſcit eum negotiari: etiam hoc permiſiſſe videtur, n ſi non nominatim prohibuerit merces o 13 † accipere.

Si pecunia in rem patris vertatur, vel probabilem ſtudiorum cauſam: hæc exceptio ceſſat. Bart.

¶ Proinde ſi acceperit pecuniã, & in rem patris vertat, ceſſat ſenatuſconſultum. patri enim, non ſibi accipit. Sed & ſi ab initio non ſic accepit, verum poſtea in rem patris vertit: ceſſare ſenatuſconſultum lib. 12. Digeſt Iulianus ait: intelligendumq; p eſſe, 14 † ab initio ſic accepiſſe, vt in rem patris 15 † verteret. non tñ vertiſſe videbitur, ſi mutuã pecuniã acceptã patri in propriũ q

Item no. q doli exceptio eſt in perſonam ex parte proponentis, & ſic eſt arg. contra. ĩ. de excep do. l. 2. §. j. Accur.

a *Mutuam pecuniam.*] Et ſic nota, pecuniam ſtrictè hic accipi, * aliàs pro iis, quæ conſiſtunt põdere, numero, vel menſura, vt ĩ. de leg. j. cũ is. aliàs pro qualibet re, vt C. de conſti. pecu. l. 2. in fi.

b *Nunc.*] cum conuenitur. Accurſius.

c *In ciuitate.*] non dicas q ſufficerit eſſe ciuis. q̃a ſic filius eſſet ſui iuris, & ceſſaret Macedonian. vt inſt. quib. mo. ius pa. pot. ſol. §. cum autem certat ergo relegatus.

d *Aduerſus eũ exceptio.*] hoc quñ ille, qui fuit ſtipulatus, vt procurator, fecit, ſecus ſi iure delegationis: q̃a tunc nõ obijcit exceptionẽ ei, cui eſt delegatus. vt ĩ. de noua. l. ſi quis delegauerit. & l. doli, quæ ſũt 3riæ, niſi ille, cui eſt delegatio facta lucratiuã cauſam habeat, vt ĩ. de except. doli. l. Iulianus. Itẽ nota, impeci originẽ. ſic & ĩ. e. ti. filius ſuis auc. Acc.

e *Vtrique nocere.*] Notatus ſcientiã alteri nocere: * arg. ĩ. ĩ. de iur. & fac. ign. l. in ius num. Imò econtra ignorantia alterius alteri deret prodeſſe, vt ĩ. q. h. ad l. pro. la. nõ lt. l. fi. & de lit. a. l. liberis. §. ſi duo q̃ ſunt ar 5. Itẽ no. hic hanc exceptionem eſſe in rem ex parte eius, cui opponit, ſecus in except. doli. vt ĩ. de doli exc. l. 2. § & quidẽ illud. & §. planè in fi. & dixi. ſupra de dolo. ſed ſi ex dolo. in fi. Accurſius.

f *In duobus.*] qui idẽ mutuum à filio ſunt ſtipulati, quod vel alter eorum, vel aliquis tertius fecit.

g *Stipulandi*] fortè diſtinctio eo. ſecundum Azo. ſint ſocij an non, vt ſup. de arbit. l. ſi duo. Accur.

h *Intereſt ad quem.*] imò non videtur intereſſe, vt puta cum ab illo, quem ſciui filiumf. debeã repelli, peruenerit ad eum pecunia, vel non peruenerit. ab alio verò quẽ credebã patrẽfa. non debeam repelli: peruenerit ad eum pecunia, vel non peruenerit, vt inf. eo. l. p. m. Rñ. intereſſe dr̃ iõ, quia ſi peruenerit ad eum pecunia, quem ſciui filiũf. repellar. & ab eo, & ab alio, q̃a pſumitur alius quaſi fideiuſſor acceptus, cũ ad eũ non peruenerit pecunia, ſed fraude obligauerim eũ principaliter ne hẽat exceptionẽ: arg. ĩ. ad Velleia. l. vir vxori. §. vlt. & ĩ. de in rẽ ver. ſi p parte. §. vlt. & ĩ. ea. l. §. idẽ ait ſi duos. & ita ſimilitudo eſt in hoc ad ſuperiorẽ caſum. ſi aũt peruenerit ad eũ, quem credidi eſſe patrẽfa. ab eo non repellar, quia, & principaliter ſuo noie vr̃ obligat 's fuiſſe, nec ab illo, quẽ ſciui filiumf. quia non ex cauſa mutui, ſed fideiuſſionis teneri vr̃, quñ licẽt cum eo 5here, vt ĩ. eo. quia. & l. itẽ & ĩ. ne. j. licet. § ſed ſi filius. Quid ſi pro parte peruenit ad vnumquemque? Rñ. idem in parte quo ad partem diſtinguendũ eſt, vt in prædicta l. ĩ. ad Velle vir vxori in fi. Itẽ no. hic, q ignorantia pdeſt, vt ĩ. eo. ſi quis patrẽfa & inf. ad Syll. ſi q̃s i graui. §. 6. & inf. de inur. l. cũ qui § fi. & ĩ. de iure fiſci. nõ intelligit. §. ſi q̃s palam. Accur.

i *Si paterfamilias deceſſerit.*] i. prædeceſſerit. Vel dic, ſi ipſe filius deceſſerit pr̃a. i. ſui iuris factus. aliàs enim non põt hic hæredẽ, vt inſti qui teſt. fac. poſ. § 1. Accur.

k *Datur actio*] ſic eſt & quãcunque fideiuſſor interceſſerit aio donandi, vt ĩ. e. ſed ſi pr̃ §. nõ ſolum. Et ſic no. q vbi principale nõ tenet, tenet tñ acceſſoriũ, vt C. de pdmin. & ſi ii. Sed certè hic tenet principale, licẽt exceptionem habeat, vt infra eod. l. quia naturalis.

l *Inſtitor.*] extranei. Accurſius

m *Inſtitorem.*] i. filiũ præpoſitum.

n *Etiam hoc permiſiſſe videtur.*] vt hi, & ĩ. de inſti l. cui unque. § ſed & ſi pecuniam. & §. idemque. & l. ſed & ſi pupillus. & ſed & ſi q̃s noluit. Sed 5. C. de exerc l. j. Sol. it. Iligat illa pm pdictas.

o *Merces*] quæ per pñs nec mutuum.

p *Intelligendumque.*] pſumptione iuris, & de iure, vt arg. inf. de re dub. l. quædam.

q *In proprium*] i. in id, q debat ipſe filius patri: ſecus ſi perdiderit, quia tunc videtur verſũ, ex quo eo animo accepit, vt ĩ. de ſol. l. in pupillo. in fi.

* Pecuniæ verbũ multipliciter capit. materiã vi. in indi. Tract. in ver. pecuniæ in genitiuo. ver. appellatione. & ver. verbum.

1 † Fl. deeſt eo.

2 † Fl. Si filius in alter.

3 † Fl. deeſt, item.

* Scientia vnius alteri nocet. vid. bonã gl. i. l. iniquiſſimũ hoc tit.

4 † Fl. deeſt ei.

5 † Fl. patris.

6 † Fl. deeſt pecuniam.

7 † Fl. ſic legit poteſtate ſe verius dicendũ: ſed legẽdũ eſſe vt hic e Duar du dũ ſunt animaduerſum

8 † Fl. deeſt alterius ſcientiã.

9 † aliàs. ſi autem ad eum.

10 † Fl. ſum.

11 † Fl. deeſt ſi.

12 † Fl. deeſt, mercẽ alias, vel rem per.

13 † Alias mutuum.

14 † Fl. deeſt, eſſe.

15 † Fl. deeſt, patris.

debitum ſoluit:& ideo ſi pater ignorauit, b adhuc ſenatuſconſulto locus erit.

¶Quod dicitur b in eo, qui ſtudiorum cauſa abſens mutuum acceperat, ceſſare ſenatuſconſultum, ita locum habet, ſi probabilem c modum mutuando 1 † non exceſſerit: nempe 2† eam quantitatem, quam pater ſolebat d ſubminiſtrare.

Hanc exceptionem ceſſare facit in neceſſariam cauſã exceptio, & patris ſolutio, & pignoris datio, vſq; ad pignorũ quãtitatẽ. Bar.

¶Si filiusfa. 3 † acceperit mutuam pecuniam, vt eum e liberaret, qui ſi peteret, f exceptione non ſummoueretur, ſenatuſconſulti ceſſabit exceptio. Hoc amplius ceſſabit ſenatuſconſultum, ſi pater g ſoluere cœperit, quod filiusfamilias mutuum ſumpſerit, quaſi ratum habuerit. h

¶Si paterfamiliâs i factus partem ſoluerit debiti, k ceſſabit ſenatuſconſultum, l nec ſolutum repetere poteſt.

Paulus li.40.ad edictum.

LEX X.

CVm tamen à curatore m per ignorantiam ſolutum ſit, repetere 4 † poteſt. n

Vlp.lib.28. 5 † ad edict.

LEX XI.

SEd & 6 † ſi paterfamilias factus, rem pignori dederit: dicendũ erit ſenatuſcõſulti exceptionem ei denegandam o vſq; ad pignoris quantitatem.

Filius poteſt ſoluere mutuam pecuniam ad hoc ſibi donatam, ſecus in donata ſimpliciter. Bart.

¶Si ab alio donatam ſibi pecuniam filius creditori ſoluerit, an pater vendicare, vel repetere poſſit, videndum. 7 † Et ait Iulianus, ſi quidem hac conditione ei donata ſit pecunia, vt creditori ſoluat, videri à donatore profectam p ptinus ad creditorem, & fieri nummos p accipientis: ſi verò ſimpliciter ei donauit, alienationẽ eorum filium non habuiſſe: & ideo ſi ſoluerit, condictionem patri ex omni euentu q competere.

Hæc exceptio competit filijs vtriuſque ſexus, etiam pecunia extante. Bart.

¶Hoc ſenatuſconſultum 8 † ad filias quoque fam. pertinet.

a *Ignorauit.*] Idem ſi ſciuit, vt infra titu. j. l. a. §. ſi cui. niſi in fraude fuerit, quia tunc de dolo tenetur, vt ſup. de dolo. ſi ſeruus tenetur & de peculio: ſed cum pater ſine exceptione põt exigere à filio, quare hẽt locũ Mace. vt inf. ea. l. §. ſi filius? Rñ qa pr̃ non p actionem exigit à filio.

b *Quod dicitur.*] ſ. regulariter, vt hic. & C. eo. Maced. & hoc ſui fauore, ne fame pereat, non odio: cum ſit probabilis abſentia, vt hic, & ṡ. ex quibus cauſis maio. nec non. Accurſius.

c *Si probabilem.*] non vltra, vt hic, & inf. de in rem ver. l. 3. §. proinde. & ſup. de exer. l. fina. § quæritur, & ſup. de pig. act. ſi ſeruos. & de relig. at ſi qs. §. hęc actio. Quid ergo ſi vltra. Rñ non vitiari vtile per inutile. vnde vſq; ad modũ probabilẽ repeteret, vt ar. C. de don l. ſi quis argentum. §. ſed in his omnib.

d *Solebat.*] Quid ergo ſi nil ſubminiſtrabat, cum ſit diues, vel non vſque ad probabilem modum. Reſpon inſpicio, ꝙ dẽt conſueſcere, vt arg. ṡ. de iudi. ſi lõgius §. 1. in ſi. & ſecundum hoc dic, ſolebat. i. ſolere debebat. Item, cum vtiliter fecerim cogit habere ratũ, vt ṡ. de neg. geſt. l. Põp. Itẽ, quid ſi c̃ (ſic) voluntatẽ patris in ſcholis? Rñd. ſemper tenetur, niſi ſpãliter prohibeat. vt C. de neg. geſt. l. fin. Vel dic, vſq; ad quantitatẽ quã domi expẽſurus erat, pater indiſtinctè tenetur. vt inf. de in rem ver. l. 3. §. proinde. In reſiduo, ſi ignorem eum eſſe contra voluntatem patris, quod ſemper præſumitur me ignorare, vt inf. de probatio. l. verius. ſimiliter tenetur. Si ſcientia, tunc ſi ſtudeat, tenetur pater quaſi vtiliter, cum ſit lætitia patris ſcientia * filij, vt in Auth. conſti. quæ de digni. § generaliter, coll. 6. tit. 8. ſi verò non habeam actionem, vt in d. l. C. de neg. geſt. item ſi eum in ſi. ipſe tamen filius conuenitur. Item, quid ſi eſt minor 25. ann. filiusfa. Reſpon. pater tenetur, ſed & ipſe niſi reſtituatur, vt ſup. de min. l. nõ omnia. Item, quid ſi pater miſerat ei pecuniam, & ego ignorem? Reſpon. ago. vt inf. pro ſuo l. ſi. & ṡ. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. § proſcribere, in ſi. Accur.

e *Eum.*] id eſt ſe ab eo.

f *Peteret.*] ſcilicet per actionem. aliàs contra. ſup. ead. l. §. interdum, in ſi.

g *Si pater.*] ſcilicet filijſfamiliâs. Accur.

h *Quaſi ratum habuerit.*] hoc caſu etiam ratihabitio mãdato comparatur, * vt C. eo. l. ſi. r. reſpon.

i *Si paterfamilias factus.*] i. qui filiusfamiliâs erat.

K *Debiti.*] antè contracti.

l *Ceſſabit ſenatuſconſultum.*] in reſiduo, quaſi approbauerit, vt hic, & in Aut de hæ. & fal. §. non autem. & ſup. de iudi. l. ſi ſi deicommiſſum, in ſi. & C. de cond. inde. l. indebitum in ſi. & C. de re iu. l. ad ſolutionẽ. Item niſi in reſiduo ceſſaret, q. l. ſi dediſſet, ꝙ p̃ts. ſoluiſſet, qa idẽ eſſet, & ſi filiusfa. ſoluiſſet. & præterea inf. dicit aduerſando. ſed ſi, &c. Item duo dicit, ſolutum non repeti, & ceſſare ſenatuſc. q clauſula ad partẽ non ſolutã referẽda eſt, vt arg. ṡ de leg. j ſi quõ. B. tamen dicit, ꝙ tantum in eo, ꝙ ſolu t.

m C*Vm tamen à curatore.*] i. curator adulti, qui quoniã filiusfa. accepit mutuum, ſoluit de pecunia minoris nomine adulti ignorans eũ tutũ Maced. repetit à creditore, petita reſtõne, vt ṡ. de cond. inde. l. interdum. Vel dic, ſi de ſuo repetet à minore, vt ſtatim dicetur in proxi. gl.

n *Repetere põt.*] i. curator poteſt repetere pũentus à filiof. minore quondam, ſi ſua pecunia fuit ſoluta.

S*Ed & ſi.*] Caſus in §. ſi ab alio. ſic ponit. Mutuaui filio centũ. Titius dedit ei dicta c. & mihi ſoluit. an pr̃ ei⁹ hẽat repetitionẽ? Rñ aut dedit, vt ſolueret, & non repetet. ſi ſimpliciter ſiue extet, ſiue non, dũ tñ ego mala fide acceperim. repetet.

¶ *Hoc ſenatuſc.*] Quod dr̃ in filiofa. ꝙ creditori ei mutuanti non deñ ac. idẽ eſt i filia: neque refert an dicat̃ ex ea pecunia emiſſe ornamenta. Itẽ, nõ refert conſumpti ſint nummi, an adhuc extent in peculio.

¶ *Non ſolum.*] Non ſolum filiofa. & eius patri, ſed & fideiuſſori filij accipientis mutuam pecuniã ſuccurrit p ſ[illegible] ſenatuſc. diſtinguitur tñ an fideiuſſor aio donandi interceſſit, & locũ nõ hẽt ſenatuſc. aut ſimpliciter, nõ aio donãdi, pr̃is tñ voluntate, & locũ non hẽt ſ. natuſc. in illo caſu quando ſine voluntate patris interceſſit fideiuſſor, ſi ſoluat, non repetit à creditore & hoc in prima. Licet ſoluẽs ppetuã hẽat exceptionẽ, nõ repetit fideiuſſor, q filius nõ repetit, qa ide ſoluẽs ſi repetit. q. in od. ſi cre ditoris ab actione liberator & hoc in ſcda. Quãuis verò filij ſoluẽtes nõ repetũt, qa naturalis remanet obligatio, tñ ſi ꝯueniãt, nec exceptio opponat, & ꝯdẽ[illegible], poſtea tñ eã oppõnere põt, exẽplo mulieris, q ſi conueniatur ex interceſſione, nec opponat exceptionem Velleia. & condemnetur, poſtea poterit eam opponere, & hoc in tertia. Si verò patre ſciente mutuetur, ceſſat ſenatuſc. Si verò iubente vel ignorante creditore pater mutet voluntatem, nihilominus ceſſat, inſpecto initio cõtractus, cũ pater iuſſit, & hoc vſq; ad l. ſi quod alij Viuianus.

o *Denegandam.*] ſed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hunc caſum, & ſuperiorem? Rñ. quia pignus non datur pro debito liberando in ſolutum creditori, ſed pecunia ſic. Item & pignus pro eo, quod debeo, & ſi nihil debeo. Accur.

p *Fieri nummos.*] imo niſi ſolueret, reddere teneretur danti, vt inf. de iure do. profectitia. §. ſi quis. Item facit infra man. l. ſi mandauero, § ſi mandauerim. Accur.

q *Ex omni euentu.*] ſiue extet, ſiue non, dummodo mala fide acceperit, ſic erit furtiua condictio, vt hic. ſi autẽ bona fide, non tenetur, vt ſup. ſi cert. pet. l. ſi filius, quæ eſt cõtra. Alij dicunt hic indiſtinctè dari cõdictionem ſine cã & ibi autem denegari in caſu condictionem certi. hoc non valet, quia vbi remouetur genus, vt condictio certi, & ſpecies remouetur, vt condictio incerti, vel ſine cauſa.

1 † Fl. in mutua. alias in mutua pecunia.

2 † Fl. rectã.

3 † Fl. Si filius accepit mutuum.

4 † Fl. repeti.

5 † Fl. li. 29.

6 † Fl. Sed ſi pat.

7 † Fl. deeſt vi dendum.

8 † Dua ſenatuſcon. & ad filias.

* Scientia filij pr̃is ẽ lætitia. vi. glo. in ver. nobiliores. in Auth. hic citm.

* iũge. c. Ratihabitionẽ. cũ ibi no. de reg. iu. in 6. vbi de materia.

Nec ad rem pertinet, ſi affirmetur ornamenta ex ea pecunia comparaſſe. Nam & ei quoq; qui filiofamil. credidit decreto ampliſſimi ordinis actio denegatur. Nec intereſt conſumpti ſint nummi, an extent a in peculio. Multò igitur magis & ueritate Senatuſconſulti eius b contractus improbabitur, qui filiæfamilias mutuum dedit.

Hæc exceptio competit filijs, & eorum interceſſoribus, niſi animo donandi interceſſerint. Et quia eſt odioſa, ſolutum indebite non repetitur. Bart.

¶ Non ſolum filiofamilias, & patri eius ſuccurritur, verum fideiuſſori c quoque, & mandatori eius: quia 1 † & ipſi mandati habent d regreſſum, niſi fortè e animo donandi interceſſerint, tunc enim, cum nullum regreſſũ habeant, Senatuſconſultum locum non habebit. f

¶ Sed ſi non donandi animo patris tamen voluntate, interceſſerunt, totus contractus a patre videbitur comprobatus: g & tamen h hi, qui pro filiofamilias ſine voluntate patris eius interceſſerunt, ſoluendo non repetent: i hoc enim & diuus Hadrianus conſtituit, & poteſt dici non repetituros. Atquin k 2 † perpetua exceptione tuti ſunt: ſed & ipſe filiusfamilias l 3 † & tamen non repetit: quia hi demum ſolutum non repetunt, qui ob pœnam creditorum, actione liberantur, m non quoniam exonerare eos lex voluit.

¶ Quamquam autem ſoluendo non repetunt.

Hæc exceptio poteſt opponi etiam poſt ſententiã. Bartolus.

Paulus libro 30. ad edictum.

LEX XII.

Quia naturalis n obligatio manet.

Vlpianus lib. 28. 4 † ad edictum.

LEX XIII.

Tamen ſi non oppoſita o 5 † exceptione cõdemnati ſunt, vtentur p Senatuſconſulti exceptione, & ita Iulianus ſcribit in ipſo filiofa. exemplo mulieris interce dentis.

Paulus lib. 30. ad edictũ.

LEX XIIII.

Si tamen 6 † ſciente patre creditum ſit filio, dicendum eſt ceſſare q Senatuſconſultum. Sed & ſi iuſſerit pariter filio credi, deinde ignorante creditore mutauerit voluntatem, locus Senatuſconſulto non erit: r quoniam initium s contractus ſpectandum eſt.

Caius libro 23. 7 † ad edictum Prouinciale.

LEX XV.

Si quod alij mutuum dedimus, a filiofam. nouandi cauſa ſtipulemur: non eſſe impedimento t Senatuſconſultum Iulianus ſcribit.

Dictum in filio extenditur ad nepotem. Bart.

Iulianus lib. 12. Digeſtorum.

LEX XVI.

Filium habeo, & ex eo nepotem: nepoti meo creditum eſt, iuſſu patris eius, quæſitum eſt an contra Senatuſconſultum fieret? Dixi, etiam ſi verbis Senatuſconſulti mihi a filio an obſtet exce. Maced. q̃ritur? & dicit q̃ nõ.

a *An extent*] hoc ex eo q̃ extent, in rem patris dñt verſi. vt inf. de in rem verſo. nam ſi. Sed inquantum locupletior factus eſt, pater tenetur, vel filius? ſo. ſi.c. ar. forte pro eo. inf. de pecul. l. depoſiti & l. in bonæ fidei ergo contra p p agentis odium, vt in fi. huius l. & C. e. l. filius, cum res de ſieret eſſe ſua: quod in actione de peculio dici non poteſt.

b *Eius.*] creditoris.

c *Fideiuſſori.*] etiam ſi filio inuito, vt infra de excep. l. exceptiones quæ. §. rei. & l. omnes Accur.

d *Habent.*] id eſt habe rent. ubi tenetur. Accurſius.

e *Niſi forte*] abundat forte, ut ſup. de arbi. ſi duo. Itẽ excipe alios caſus, in quibus non habet regreſſum ut infra mand. ſi remunerandi §. ſi paſſus. Accurſius.

f *Habebit.*] imò videt q̃ ſic, ad inſtar eius, qui p̃ muliere fideiubente fideiubet, vt infra ad Velleianum, ſi mulier. §. ſi ab ea, quæ eſt cõtra. Sol. illud ideo quia fauores ſunt prorogandi: * hic aũt odium coarctandum, vt in fi. huius l. & inf. de libe. & poſthu. cũ quidam, & l. a. & de teſt. tu. l. ſi quis ita §. ſi quis filio. Veldic, vt ibi diximus.

1 † *Flor. qui.* * Materiam hic poſitam vi. in c. odia. de regu. iu. in 6. & vi. 7. in glo. liberantur.

g *Comprobatus*] ſi ſpõte fuerit datus, alias non, vt ſupra quod met. cau. ſi cum. §. ſi quis per vim.

h *Et tamen*] licet fideiuſſori ſuccurratur, tamen &c. Accur.

i *Non repetent*] ſcilicet a creditore Sed an à filio? Quidam ſic, per actionem mandati, ut in princ. huius §. Ego contra, cum omiſerunt exceptionẽ peremptoriam ſcientes, ut inf. mand. ſi fideiuſſor. in prin. & q̃ ſup. dixit, habent mãdati regreſſum, &c. i. haberẽt ſi diceremus, eos cum effectu teneri, neutrum tamen verum eſt. Accur.

2 † *Alias, atquinquam.*
3 † *Flor. ipſe filius, & tamen.*

k *Atquin.*] oppoſitio.

l *Ipſe filiusfamilias*] ſcilicet tutus eſt per exceptionem: & hæc eſt reſponſio prædictæ oppoſitionis.

m *Liberantur.*] adeo quia, &c. Nota hanc regulam, ut ſupra de cõdictio. indeb. qui exceptionem. Item no. hic odia reſtringi, fauores ampliari, ut inf. de libe. & poſthu. l. cũ quidam. Accurſius.

n Quia *naturalis.*] hęc non eſt ſufficiens ratio: nã & in muliere naturalis obligatio durat & repetit, vt infra ad Velleian. l. ſi mulier in iure, ſed hæc eſt odioſa exceptio, vt ſupra l. prox. circa fin. Accur.

o Tamen *ſi non oppoſita*] ſto no. Primo, an poſſit filiusfamilias exceptioni renunciare? Reſpondeo non, quia non ſui cauſa, ſed in odium creditoris eſt inducta, niſi paterfamilias factus eam remiſerit, ut C. eo. l. Zenodotus, ſed in muliere certum eſt, quod remittit, nam ex ſuo fauore eſt inducta, vt intra ad Velleian. l. ſi. §. penult. & ſupra de condi. indebi. qui exceptionem. Item quid ſi dixit ſe emãcipatũ? Reſpõdeo non habet exceptionem. Secundo no. quod exceptio peremptoria opponitũ poſt ſententiam, quod eſt ſpeciale in Macedonia, & Velleian. vt hic, & in militię, ut C. de iuris & facti ignoran l. prima, & in falſo procuratore. l. licet. C. de procurato & in donatore, ut inf. de re iudic. a. Neſennius, §. vltimo. Item, in quali bet exceptione, per q̃ dico nullum fuiſſe iudicium, vel ratione iudicis uel patris, vel rei de qua dicitur, vel q̃a ſit iudicatum falſis inſtrumentis, vel alia cũ & facit inf. de pig. ſi fundus, §. ſi pluris, at regulariter hoc fieri non poteſt, ut C. ſenten reſcindi, non poſ. l. peremptorias. Accu.

4 † *Flore. lib. 29.*

5 † *Haloan. Tamet ſi oppoſita, & male. Ante. Au. li. 4. c. 17.*

p *Vtentur*] contra executionem Accurſi.

q Si *tamen. Ceſſare.*] niſi prohibuerit. vt infra eo. ſi filius, & ſup. eo. ſed Iulianus, § quã quam inquit. Et ſic nota ſolam ſc. etiam prædicare, niſi contradicatur, vt infra de euictio. l. quidã & dices tam infra, l. ſi filius Accur.

6 † *Floren. & tantum.*

7 † *Floren. lib. 9.*

r *Non erit*] parcitur ignoranti reuocatũ, vt hic, & ſup de inſt. ſed & ſi pupillus, §. proſcribere, & inf. de ſolu. l. vero §. ſed & ſi quis. Argu. contra q̃ de ma. vin. l. ſi pater.

ſ *Initium*] No. initiũ ſpectandum, ut infra depoſiti l. 1 §. idem etiam Pomponius, & infra man l. ſi procurator. 1. reſpon. Accurſius.

Si *quod.*] CASVS. Mutuaui Titio, & a filiofa animo nouãdi & liberandi Titiũ ſtipulatus ſum: peteti mihi a filio an obſtet exce. Maced. q̃ritur? & dicit q̃ nõ.

t *Non eſſe impedimento.*] vt ſupra eod. ſi filius §. is autem, & l. item ſi filius. i. reſpon.

Filium.] CASVS. Non ſolum ſi filio mutuatum ſit, habet locum Macedo. ſed etiam ſi nepoti, neque refert, iuſſu patris ſui hic nepos accipiat mutuam pecuniã, aut non, cum in ea cauſa ſit, vt iniuſſo patre ſuo accipere pecuniam mutuam non poſſit. Viuianus.

a *Contineerentur*]scilicet tantum. Accursius.
b *Cum ipsi in ea*] Non quod quis facere non potest, nec alijs concedere potest, * vt faciant, vt hic, & inf. de reg. iu. cũ quis, & sup de neg. ge. qui aliena. §. quã quam, & ī de acq. hær. si filius. Arg contra ī. de manu vin. l. apud filiũ. i. rũ. & sup. de viuf. quod nostrum. Accur.

* Materiam & concord. vi. in ca. qđ alicui non licet, de regu. iur. in 6.

Nihil] CASVS. Si aliqua ciuitas mutuet pecu. filiofa. habet locum Senatusconf. Viuia.
c *Nã in ciuitate*] Quidam notant hic, quod ciuitas minus sit priuilegiata, quã minor: cui Senatus non obstat, vt ī. de minor. l. verũ, §. fi. & quia loco priuati maioris est, ut inf. de verb. sign. l. eũ q vect. potest tñ dici eam restituendã, ar. supra ex quibus cau. maio. l. sed & si per præt. §. fin. & C. de iure reipub. l. rẽpublicam li. 11. & C. de sacrosan. eccle. l. fi. Accurs.

1 † Flo. poss.

2 † Flor. Seuerus.

SI filiusfamilias] CASVS. Absente patre filius accepit pecuniã, literas misit patri vt eam pecuniã solueret: si pater factũ filij vult habere ratũ, uel nõ, statim protestari dẽtsibi aũt &c. Viuia.
d *Contraria voluntatis*] No. qui nõ improbat, probat, * vt inf. furt. a duer. nau. cau. sta. l. vnica. in fi. & sup. eo. si cõ. & ī qñ app. sit l. fi. & sup. de exer. l. j. §. magistrum, & de institi sed & si pupillus, §. 2. & C. de pat. pot. l. 1. & C. quomo. & qñ iud. l. alteo. & C. si maior fa l. fin. C. de dona. l. donatio siue, §. hisque. Accur.

3 † Fl. Paulus lib. 4. Responsi.
4 † Flo deest. enim.
5 † Flo. acceperit, cauisset: & ad intell. huius l. vi. Aut. Rub. in l vi nu. num.
7 †. sup. si cert. pet.
* Probare vĩ, qui non improbat. vi no. in c. qui tacet. de regu. iu. in 6.
6 † Alias, factum.
7 † Alias, cum testatione.
8 † Flo filius fa. & in id.

SI filiusfamilias] Casus. Si filiusfamilias accipiat mutuam pecuniam, ut suam sororem dotaret. in patrem cõpetit de in rẽ verso actio: quia pater tenebatur hoc facere: & patri, mortua filia, constante matrimonio competit repetitio dotis. Viuia.
e *Pro sorore.*] siue pro sorore, siue pro sua filia, idẽ est, cum vtrũque sit patris onus, ut hic: & infra, de in rem ver. l. & ideo §. fi. & l. cum nihil. & supra eo. sed Iulianus. §. fi. & § si filius. & § proinde si acceperit, & inf. de iure do. profectitia. § si filius. Accur.
f *Ipsi enim.*] scilicet patri, vt C. sol. matr. l. dos.

sulti filij continerentur, a tamen & in persona nepotis idem seruari debere. Iussum autem huius patris non efficere, quo minus contra Senatusconsultum creditum existimaretur: cum ipse in ea b causa esset, vt pecuniam mutuam inuito patre suo accipere non posset. 1 †

Martianus lib. 14. Institutionum.

LEX XVII.

NIhil interest quis filiofamilias crediderit, vtrum priuatus, an ciuitas: nam in ciuitate c quoque Senatusconsultum locum habere diui Verus 2 † & Antoninus rescripserunt.

Ratione conuentionis, qui epistolam recipit, videtur approbare, quod in epistola continetur. Bart.

Paulus 3 † lib. 30. ad edictũ.

LEX XVIII.

SI filiusfamilias absente patre, cum 4 † quasi ex mãdato eius pecuniam acciperes, 5 † cauit: & ad patrem literas misit, vt eam pecuniã in prouincia solueret, debet pater, si actum 6 † improbat, continuo testationem 7 † interponere contrariæ d voluntatis.

Idem lib. 2. Sententiarũ.

LEX XIX.

SI filiusfamilias 8 † acceperit mutuam pecuniam, ut eam pro sorore e sua in dotẽ daret: pater eius de in rem verso actione tenebitur: ipsi enim, f mortua in matrimonio puella, repetitio dotis datur.

lio, si decedat filius. & aliquis velit intercedere, valet fideiussio, & hoc in secunda. Viuianus.
g *Accedat.*] vt inf. de fideiuss. l. qui & filiustam. hæredem habet, vt in §. 1. Vel etiam pro filijs obligatis contra, sicut hodie, quia Auth de hære. ab inte. possit fideiubere quis, alius non, quando contra Macedo.
h *Competit.*] alterius contractus nomine, non mutui, ut C. eo. l. pen. vel ĩt eius. Nam ei cõpetebat cõtra patrem actio de peculio, licet inefficaciter, sicut si soluisset, vt ĩ. eo. sed Iulianus, §. hoc amplius. Accur.
i *Recte accipi.*] s. intra annum, vt inf. de fideius. hæres. §. seruo, & etiã post annum cum cursu anni non libere tur: & lex dicit, annua exceptio, ut infra qñ actio de pecu. est anna. liquæfitum. Ac.

Mortuo filiofamil. qui mutuũ accepit dum erat in potestate: pro illa obligatione non potest accipi fideiussor. Bart.

Venuleius lib. 2. Stipulatio.

LEX XX.

CReditorem filiusfamilias mortuo eo fideiussorem accipere non posse Iulianus scribit: quia nulla obligatio aut ciuilis, aut naturalis super sit, cui fideiussor accedat. g Planè a patre, eius actionis nomine, quæ de peculio aduersus eum competit, h 9 † fideiussorem rectè accipi. i

Pomponius li. quinto 10 † ex varijs lectionibus.

LEX XXI.

IVlianus scribit, exceptionem Senatusconsulti Macedoniani nulli obstare, nisi ei, qui sciret k aut scire potuisset filiumfamilias eum esse, cui credebat.

Si accipiens pecuniam mutuo, dum erat in potestate, factus paterfamilias illam pecuniam per errorem de nouo promittit, si conueniatur, potest excipere. Bartolus.

Idem lib. 4. 11 † Senatusconf.

LEX XXII.

SI is, cui dum in potestate patris esset, mutua pecunia data fuerat, paterfamilias factus, per ignorantiam l facti nouatione facta eam pecuniam expromiserit: si petatur ex ea stipulatione, in factũ m excipiendum erit.

IVlianus.] CASVS. Nulli obstat Macedo. exce. nisi ei, qui sciuit filium sui iuris nõ esse, cui credidit, aut scire potuit. Viuia.
k *Qui sciret*] vt sup. eo l. 3. in princ. si tñ. in fi. & inf. manda. si vero non re. § si quis. man. sic & in Vellcia. vt infra ad Velleia. l. imò. & qđ subicit, scire po. &c. nunquid inquirere debet? Respon. sic, vt ĩ. de exerci. l. fi. & inf. de regu. iu. l. qui cum alio. Qñ ergo habebit locum Maced. cum semper interrogãdo scire possit? Respon. in minore vt l. p eo. l. si quis patrem in fi. Itẽ potest inquirere, & tamen non poss. certũ reddi Accursius.

9 † Flo. aduersus petat.
10 † Florent. lib. 7.

SI is] CASVS. Mutuaui filiofa. pater sar factus post mortẽ pris, si ignorans pr̃em decessisse, & cum errabat in facto, aio nouandi pmisit eã pecuniam, quam filiusfa. accepit, si petam eam pecuniam, quam stipulatus eram animo nouandi, an obstat mihi exceptio? Dicitur, quod sic. scilicet in factum. Viuia.

11 † Florent. lib. 5.

l *Per ignorantiam facti.*] putans se debere ex alio contractu, uel putans patrem suum non decessisse, vt inf. ad Velleia. quamquam secus si in iure, ut quia non crediderit morte patris aliquem fieri sui iuris, ut C. eo. Zenodotus in si quæ est contra Accur.
m *In factum*] contra videbatur, quasi ratum habuerit, vt supra eo l. sed Iulianus. § fin. sed ibi soluit, ut hic tantum promisit factus scilicet paterfam. & hic errando in factos ibi sciendo. Item etiam si soluit, dummodo ex alia causa se crederet debere, non puto eum comprobare, ut ar. supra de iurisd. om. iud. l. si conuenerit. Accur.

CReditorem] CASVS. Mortuo filio qui acceperat pecuniam mutuam, si vult quis intercedere pro eo soluẽdo, an teneat fideiussio? & dicitur qđ non: quia nulla obligatio naturalis neq; ciuilis superest, cui accedere possit fideiussor: & hoc in prima. Si vero aliter filius contraxit quam in mutuo, ex quo contractu pater erat obligatus de pecu-

DE

DE PECVLIO.

Continuationem accipe infra eod. l. 1 in pr. ne. Et nota, quod peculium dicitur multis modis. Primo omne patrimonium, etiam liberi hominis, ut infra ad Treb. l. ergo in princ. Secundo, id, quod cum sa praesidij pro guerra reponitur, ut infra de leg. 3 si chorme. §. 1. Tertio castrense, vel quasi castrense, vel profectitium, ut C. de inoff. testam. l. si Quarto, res, parafernales mulieris, ut inf. de iu. dot. si. reg. §. aatis autem tanta. Quinto, quicquid seruus naturaliter, & iuste tenet ut inf. de acqu. poss. l. quod seruus in fine. Sexto, id quod dominus separauit a suis rationibus, & seruo concessit: & sic hoc tum accipitur, ut infra eod. peculium est, in princ. & l. depos. § si. Septimo, ut in Lombarda, de eo, quo pecuniam in aliena prudentia uenit. Obiano, prosa a reo, ut C. de colonis adscriptitiis ordinariorum l. 6. 12. Rationem prosecutionis & continuationis latius declarat Cum. in suis paratit. ad ipsum

possessus, vel liber credens se seruum esse. Viuianus.

a *Qui insolidum*] et exercitoriam & institoriam.

b *De peculio.*] Sed nonne ex hoc edicto agitur quod iussu, & in solidum, ut statim subiicit in prox. §. Si ita es, si, idem inuenies in institoria. Sed respon. superiores ex negotiatione: haec ex contractu, immo illae in solidum: haec non, sed quatenus est versum, uel iussum, uel quatenus est in pec. Accur.

DIGESTORVM, SEV PANDECTARVM, Liber XV.

TITVLVS I.

De peculio. *

Istud principium usque ad § potestatis, diuiditur in quatuor partes. Primo enim ponitur continuatio. Secundo, quotupliciter agatur ex hoc edicto. Tertio, ponuntur verba edicti. Quarto, illa incipit exponere. Secunda ibi: est autem. Tertia ibi, Verba autem. Quarta ibi, De eo sequitur. & h. d. Sicut se habet patrimonium ad liberum, ita se habet peculium ad seruum vel filium, ut pater vel dominus de peculio teneatur. h. d. secundum Bul. B.

Vlpianus lib. 29 ad edictum.

LEX PRIMA.

Ordinarium * praetor arbitratus est prius eos contra exponere eorum, qui alienae potestati subiecti sunt, qui insolidum a tribuunt actionem: sic deinde ad hoc 1 † peruenire, ubi de peculio b datur actio.

¶ Est autem triplex c hoc edictum. Aut enim de peculio, aut de in rem verso, d aut quod iussu hinc oritur actio.

¶ Verba autem edicti talia sunt, quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum erit.

¶ De eo loquitur, non de ea: sed tamen & ob eam, quae faeminini f sexus, dabitur ex hoc edicto actio.

Ex contractu serui, vel filijfamilias minoris pater, vel dominus non conueniuntur, nisi inquantum locupletiores facti sunt, uel (ut uerius dicam) nisi inquantum locupletatum est peculium h. d. Bart.

¶ Si cum impubere filiofamilias, uel seruo contractum sit: ita datur in dominum uel patrem de peculio actio, si locupletius g eorum peculium factum sit. 2 †

Iurisconsultus hic exponit verbum, potestatis, positum in edic. Et primo dicit, quod illud verbum, potestatis, refertur tam ad filium, quam ad seruum. Secundo dicit, quod seruorum appellatione continentur nedum proprij, sed & ij, quos bona fide possidemus: & quod appellatione seruorum continentur non solum proprij, sed omnes. & h. d. Verbum, potestatis, assumitur large, ut comprehendat seruos proprios, & communes & etiam bona fide possessos, et eos, in quos habemus usumfructum, & hereditarios, & comprehendit damnatos utriusque sexus minores, & furiosos, h. d. cum l. seq. Bar.

¶ Potestatis uerbum communiter accipiendum tam in filio, quam in seruo: nec magis dominium seruorum 3 † spectandum quam facultas h 4 † habendi eos. Non enim solum seruorum propriorum nomine conuenimur, item communium: uerum eorum quoque qui bona fide nobis seruiunt, i siue liberi sint, siue serui alieni.

Ordinarium. CASVS. Dicit Vlpianus, quod ordinarie fecit praetor dicendo prius de contractibus, qui dominum uel patrem obligant insolidum, ut in exercitoria, & in tributoria: deinde de iis, qui obligant de peculio, de quibus in hoc libro tractat. Tripliciter autem potest agi hoc edicto: aduersus dominum, de peculio, de in rem uerso, & quod iussu, de quibus in sequentibus usque ad ti. Sec. onf. Velle uult dicere. Verba edicti praetoris sunt: quod contractum est cum eo, qui in aliena potestate est, de eo aduersus dominum, &c. cum autem praetor dicat, de eo, an de contractu ancillae, uel filiae detur actio? Dicitur quod sic.

¶ *Si cum.*] Ex contractu filii uel serui, si pupillaris aetatis fuerit, sic demum obligatur pater, uel dominus, si peculium fuerit factum locupletius, neque refert si eius contrahens fuit alienus, uel proprius, quoad dominium, vel eius pos. Item nec refert fuerit communis, uel proprius, an alienus bona fide

c *Est autem triplex.*] Id est, tripliciter potest agi quod dum: & sic sonant verba edicti in prox. §. verba autem, &c.

d *Aut de in rem verso.* & hoc ideo, quia qui agit de peculio, videtur agere, & de in rem verso, secundum quosdam, ut argum. in l. de in rem uerso. l. filius. in fi. Nos contra, sed hic fit mentio de inferioribus titu. q. d. sub hoc titu. tripliciter actio proponitur: sic supra si cert. pet. l. 1.

e *Gestum erit*] supple actionem in dominum, uel patrem dabo de peculio, uel de in rem uerso, uel quod iussu.

f *Feminini*] a ut s. de constitu. pecu. l. 1. Accur.

g *Locupletius.*] Pone casum ut si agitur in quantum peculium est locupletius, ut hic, & C. eodem l. cum ancilla. nec restituitur dominus, ut sup. de min. l. tertia, §. fin. aliud est supra eod. l. 3 §. ex fur tiua. sont & aitj, quae no. C. eod. cum ancilla. Sed non sequitur quod id omne detur in quo locupletatum est: nam & actio furti datur si interest: non tamen ad interesse, immo ad poenam, ut Instit. de obli. quae ex delic. §. furti. sic & s. ne quis eum, qui in ius uoc. l. p. n. § hoc iudicium, & sic deducitur hic dominus sui debitum. Accur.

h *Quam facultas.*] Id est, non magis facultas, quam dominium: & sic est hysteron proteron, ut sup. de rerb. di. l. ripatum nam & si mortuus sit seruus, agitur de peculio intra annum, sed in uocali spectatur magis facultas, quam dominium, ut d. nos l. quoties §. in potestate. immo certe hic et de legitur.

i *Nobis seruiunt.*] & facit supra de tribut. l. 1. § si. Accur.

* Omne patrimonium apud antiquos dicebatur peculium à pecudibus. Isidor. l. 16. c. 29.

* Ad intel. textus. vi. Bar. post gl. in l pater, qui castrensi, inf. de castr. pecul. & de firma, lib. 6. vi per Cyn in l pen. C. quod cum eo.

1 † Et adhuc unde nam legendum sit ad hunc et ad contractum refertur.

2 † Fin. esse.

a Adde quod dominus masculinum concipiat femininum. Bar. in l. 1. inf. de ver. & rer. sig. ita addo Pisp. & ibi Benedi. de Vadis in addit. ad eum. in e. c. apud de spo. ext. & ibi ad hoc complures tradantur remissiones.

3 † Dicas addit esse.

4 † Fin. facultatem.

Ea

EX ea.] CASVS. Si habeam vsum, vel vsumfruct. in seruo alicuius in ea causa, quæ mihi acquiritur, puta ex re mea & opera sua, obligabit me de peculio, similiter de in rem uerso, vel quod iussu extra has causas, si contrahat, obligat peculium: cætera ad proprietarium pertinent. Viuianus.

1† Fl. Pomp. lib. 5. ad Sab.

a *Duntaxat.*] quasi dicat non in solidum, & sic non obstat inf. eo. hinc. §. potest. ibi, quæ quæstio, &c. Si autem dicas: duntaxat teneri de contractu, qui respicit ad rem ad operam, est cõtr. sed solue, ut ibi notatur.

2† Fl. soleret.

b *Honorariæ.*] de in rẽ verso, & quod iussu.

c *Ex reliquis.*] Scilicet omnibus, sed non soluit, vt j. eo. l. hinc. §. potest. secundũ Io. quæ est contra, uel solue, ut ibi. Accur.

3† Fl. Vlp. li. 29. ad edictũ.

4† Fl. Tamẽ.

5† Fl. sit & verbũ, negotium. deest, qđ in alia editione his notis [] inclusũ ponitur. apud Duare.

6† Fl. vnde est [illegible]

LIcet.] CASVS. Supra dictum est in edicto prætoris, qđ si quid &c. licet ita fa[illegible] fuit mentio de eo, qui est in potestate, tamen si seruus in nullius sit potestate, & cõtrahat, competit actio ex hoc edicto, ubi ergo iacente hæreditate seruus hæreditarius contrahit, dabitur actio. Si uero pluribus gradibus seruus substituatur, & omnes repudiant, & ex substitutione seruus liber & hæres sit obligatus de peculio.

¶ *Parui.*] Si seruus contrahat: non refert an fuerit masculus an fęmina, quia mulier &c. Itẽ & mulier impubes obligari potest si seruus contrahat tutoris authoritate non suspecta, quia per hoc non videtur impubes contrahere. Item, an pupillus possit peculium constituere seruo suo? Dicitur quod non, neque si tutoris authoritas interueniat: & hoc in prima. Furiosus uero obligari potest ex contractu serui, quia peculiarem pecuniam &c. non quia fuerit sibi concessum à furioso: quia concedere non potest: sed si à patre fuerit sibi concessum: neque posteà per curatorem furiosi reuocatur.

7† Flor. dominas.

Vlpian lib. 29. 1† ad edi.

LEX II.

EX ea causa, ex qua solet 2† seruus fructuarius, vel vsuarius acquirere in eũ, cuius vsusfructus, uel usus sit, actio duntaxat [a] de peculio, cæteræque honorariæ [b] dantur, ex reliquis [c] in dominũ proprietatis.

Pompon. lib. 3. 3† ad Sab.

LEX III.

LIcèt 4† prætor, si cum eo, qui in potestate est, 5† negotium gestum sit: polliceatur actionem, tamen sciendum est, & si ĩ nullius sit potestate, dari de peculio [d] actionem: utputa, si cum seruo hæreditario contractum sit ante aditam hæreditatem. 6† Vnde Labeo scribit, & si secundo, tertiove gradu substitutus sit seruus, & deliberantibus primis hæredibus cum eo cõtractum sit, mox repudiantibus eis, ipse liber hæresque extiterit: posse dici de peculio eũ cõueniri, & de in rẽ verso.

Hic iurisconsultus exponit verbum edicti, quæ alterius &c. & hoc dicit. Verbum, alterius, comprehendit vtrunque sexum, minores & furiosos.

¶ Parui autem refert, seruus quis, masculi, an mulieris fuerit: nam de peculio & mulier conuenietur. Pædius etiam impuberes dominas 7† de peculio obligari aĩt: nõ enim cum ipsis impuberibus cõtrahitur, ut tutoris authoritatẽ [e] expectemus. 8† Idem adijcit, pupillum non posse seruo peculium constituere, nec tutoris authoritate. In furiosi quoque curatorem dicimus dandam de peculio actionem: nã & huius seruus peculium habere potest, non si fuerit [f] concessum, vt habeat. sed si nõ fuerit prohibitum ne habeat.

Hic exponitur vltimum membrum edicti, scilicet, negotium gestum est, & incipit declarare, quando dicatur negotium gestum, et primò de negotio extra iudiciali. & gl. diuidit. tu dic qđ iste est propriè §. vsque ad §. ex furtiua, & diuiditur in tres partes principales. Primò format tres quæstiones in persona duorum, scilicet serui & filij. Secundo incipit ad illas respondere circa personam serui. Tertiò circa personam filij. Secũda ibi, Et est verius. Tertia ibi, Sed si filius. Item secunda pars diuiditur in septem partes: quarum secunda ibi, Iulianus quoque. Tertia ibi, Cui congruit. Quarta ibi, Idẽ accipias. Quinta ibi, Idemque. Sexta ibi.

¶ *Si filiusfam.*] An seruus fideiubendo uel mandando, uel constituendo dominum obliget de peculio, quæritur? Et distinguitur, aut in causam peculii fideiubet, & tenetur dominus: aut non, & non tenetur dominus de peculio: de filiofamilias fideiubente expeditur j. eo. l. si filius.

¶ *Iulianus*] Seruus tuus mandauit Seio, ut solueret creditori suo Sempronio, an Seius aduersus te habeat mandati actionem de peculio, quæritur? Et distinguitur, an habuerit causam soluendi pro te: puta quia eras aliàs creditor, & non obligaberis, idem potest poncre in quatuor personis, & in persona extranei.

¶ *Cui.*] Si à fideiussore filii mei non soluente quid recepero cum debitum erat, quod mihi soluebatur de peculio, ero fideiussori obligatus, non de in rẽ uer. Idẽ est si seruus naturalis domino teneatur, & fideiussorem dederit, & ille conueniatur & soluat: & hoc in secunda. Sed quid si alius pro filio meo soluit? adhuc dicetur idem, & hoc in tertia. Si verò filius mihi non debuit, si fideiussor soluit, hẽt condi. inde. si uero cõueniat, hẽt excep. & hoc in quarta.

¶ *Si seruus.*] aliquis cum esset seruus, fingens se liberum esse, compromisit in aliquem sub pœna: si in pœnã incidat, nunquid dominus tenebitur de peculio? Dicitur qđ non, licet aliter teneretur mutua pecunia supra mare, quia seruus in iudicio adesse non potest, etiam ordinario.

8† Fl. [illegible]

¶ *Sed si filius.*] Si filius fideiussit, an obliget patrem de peculio? & respon. qđ sic: nec distinguitur vt in seruo, an si deiubeat ĩ causam peculii, an non: & sic differt à seruo. Item compromittere potest, & pater tenetur, neque refert ex qua causa compromittat, s. an ex contractu, vel quasi: ex maleficio, uel quasi ex stipulatu ad penam non uenietur pater.

¶ *Idem,*] Si filius ex causa ea conuenitur, quę patrem de peculio non obligat, puta si ex maleficio condẽnetur, & agatur aduersus filium actione in factum, de re iudicata, an inspecta origine, quia filius ex maleficio conuentus est, pater teneri non dẽt, an inspecto qđ iã conuenitur actione in factum, quæ patrem obligat, de peculio pater teneri debeat? R̃n. qđ tenetur de origine in lite facta: & idem est si filius aliũ defendat, & condemnetur.

¶ *Ex furtiua.*] Si filius furtum cõmiserit an condõne furti teneatur? Et rñ. qđ sic. An pr̃ obligetur de peculio? Et rñ. qđ sic, quatenus factus est locupletior: & hoc in prima. Idem est in filiafa. amouente res mariti: quia quatenus ad eã peruenit, tenetur pr̃ de peculio.

¶ *Si filius.*] Filiusf. dum in aliquo magistratu erat, tutorẽ dedit alicui pupillo minus idoneum, uel fideiussorem, q. debebat fideiubere rem pu. sal. fo. minus idoneũ accepit: an pater de peculio teneatur, quæritur? Et rñ. qđ sic: neque refert, cum crebatur magistratus, consenserit pater, uel nõ: quia hoc exigitur: nam respu. tenetur, hic autem ut res pupilli saluetur, obstrictus est. Viuianus.

d *De peculio,*] vt infra eo. quæsitum, §. sed si ipse. imo si erat seruus, tunc nõ debet teneri factus liber, ut C. an seruus ex suo fa. l. 1. Sol. hic nõ ex sua persona, sed eius, cui successit, conuenitur. Item cõ vr̃ insolidum teneri, quasi liber fuerit ex tpe mortis testantis, ut j. de re. iu. l. omnia ferè, sed dico fictitiè illud dici: uere tamen interim est seruus, ut j. de leg. 1. l. si tibi, §. cum seruus. Accur.

e *Vt tutoris authoritatem.*] ut hic, & j. eo. quam Tuberonis in prin. Sed contra inf. eo. curator. Solue vt ibi.

f *Non si fuerit concessum.*] hoc enim fieri non potest. Io.

a *Vel seruus.*] De duobus quæritur simul, sed diuerso iure respondetur, de primo, infra eo. l. sed si filius, de secundo, §. prox. Acc.

b *Non obligabitur dominus de peculio.*] ut inf. eo. quoties § Sabinus. & sup. de pac. l. in personam, §. pe. & ī. de fideiuss. l. sed si seruus.

c *Si seruus.*] seruus Titii mandauit Seio ut Sempronio creditori meo solueret: & sic quinque personæ sūt. Si autem ponas, quod meus erat seruus, & mandauit Seio, ut Sēpronio creditori meo solueret, stare potest, & bene. Accur.

d *Si pro creditore suo*] scilicet me. Et no. q̄ transit de prima persona ad tertiam. Acc.

e *Dominum*] s. me.

f *Cui congruit.*] Sed q̄ño congruit? Respō. non congruit primo dicto, sed superiori. Non. n. congruit vltimæ sed primæ responsioni, quam fecit ubi seruus creditori domini sui solui mādauit. Vel dic creditori creditoris, qñ, s dominus erat creditor serui.

g *Accepero.*] eram ergo creditor eius.

h *Mandati.*] Nota, q̄ per hoc probatur, q̄ de peculio non est actio, * & idem in similibus: sed formula. ss. ī. de dolo. l. oleū. §. hæc actio & inf. eo. l. depositi. in princ. & inf. de in rem ver. & idem §. idem ait. & ī. de neg. gest. l. mandasti Arg. §. inf. de re. sic in. vend. l. Titius. Item quid prodest hæc solutio domino facta cum alia manu sibi auferatur? R̄n. fit insolidum solutio, sed reuocatio non: sed quatenus peculium est.

i *Accipias.*] quod dictum est in superiori proxim. §. Iulianus, in mandatore, vel ad proximum referas.

k *Soluisset.*] nam tūc mandati de peculio si mandato filii soluit: alias neg. gest. si non mandasset, agit contra me.

l *Condicturum.*] Sed cū nomine alieno soluit, cur non expectat in indebito soluto ratihabitio? Respō. quia semper præsumit hoc ratum haberi. Accur.

1† Vl fideiusserint uel alias interuenerint, vel mandauerint.

* De peculio non orit actio. vi. l. in di. Tracta. in ver. Actio d peculio uide inf. l. in bona fidei, cū apost. ibi super uer. actionem.

Quod filius. Septima ibi, Si seruus. Venio igitur ad secundam partem principalem: quia prima est clara, & examinemus hunc §. per partes, & illa secunda pars hoc dicit. Seruus fideiubendo, uel mandando extra causam de peculio, non obligat dominum de peculio; sed fideiussori dato à filio contra patrē, actione hac succurritur, si ipse est creditor. alias mādatarius totum condicit, & fideiussor utitur exceptione. h. d. Bart.

¶Si filiusfamilias vel seruus a pro aliquo fideiusserit, 1 † vel alias interuenerit, vel mandauerit: tractatum est, an sit de peculio actio. Et est verius, in seruo causam fideiubendi, uel mandandi spectandam, quam sententiam & Celsus libro sexto probat in seruo fideiussore. Si igitur quasi intercessor seruus interuenerit, non rem peculiarem agens: non obligabitur dominus de peculio. b

¶Iulianus quoque libro duodecimo Digestorum scribit, si seruus c mandauerit, ut creditori meo solueretur, referre ait, quam causam mandandi habuerit: si pro creditore suo d solui mandauit, obligatum esse dominum e de peculio: quòd si intercessoris officio functus sit, non obligari dominum de peculio. Cui congruit f quod idem Iulianus scribit, si à filio meo fideiussorem accepero: g quicquid à fideiussore accepero, id me non de in rem uerso, sed de peculio actione mandati h præstaturum: idem accipias i & in serui fideiussore: idemque si alius mihi pro filio meo debitore soluisset. k quod si filius meus debitor non fuisset, exceptione doli fideiussorem vsurum, & si soluisset, eum condicturum l scribit.

Hæc est septima pars, & hoc dicit, Dominus ex compromisso facto per seruum non obligatur. Bart.

¶Si seruus, cum se pro libero gereret, compromisit, quæritur, an de peculio actio ex pœna compromissi, quasi ex negotio gesto danda sit, sicuti traiectitiæ pecuniæ datur? Sed hoc & Neruæ filio, & mihi videtur verius, ex compromisso serui non dandam de peculio actionem: m quia si in 2 † iudicio condemnetur seruus, datur in eum actio. n

Hæc est tertia pars principalis, & hoc dicit. Filius fideiubendo, compromittēdo, & contrahēdo, patrem obligat de peculio. hoc dicit, & in hoc differt à seruo. Bartolus.

¶Sed si filius fideiussor, vel quasi interuentor acceptus sit: an de peculio patrem obliget, quæritur? Et est uera Sabini, & Cassii sententia, existimantium semper obligari o patrem de peculio, & distare in hoc p à seruo: quare & ex compromisso pater tenebitur: & ita Papinianus, quoque libro nono Quæstion. scribit: nec interest 3 † ait, ex qua causa compromiserit: verum ex ea causa ex qua potuit cum patre de peculio agi: 4 † an verò ex 5 † ea, ex qua non potuit, q cum ex stipulatu r pater conueniatur.

Istum §. diuisi cum præcedentibus, & hoc dicit. In iudicio quasi contrahitur: & ideo iudicati pater tenetur, primæ actionis origine non inspecta. Bartolus.

¶Idem scribit, iudicati quoque patrem de peculio actione teneri: quod 6 † Marcellus putat, etiam eius actionis nomine, ex qua non potuit pater de peculio actionem pati: nam sicut 7 † stipulatione cōtrahatur cum filio, ita iudicio contrahi: s proinde non originem t iudicii spectandam.

m *De peculio actionem.*] s. in dominum, ut hic, & supra de ac. non distinguemus, §. si seruus. Accur.

n *Datur.*] in eū actio, scilicet in dominum: nam cum seruo non potest esse iudiciū: licet cū filio sic, vt ī. de iureiur. l. quanto magis, & sup. si quis cau. l. quoties. Accur.

o *Semper obligari.*] nisi donandi animo fideiubeat: nam donare non potest, ut inf. de donatio. l. si filiusfa. & sup de pac. l. contra iuris. §. si filius.

p *Distare in hoc.*] Item differt in Macedon. Item, quia seruus manumissus non tenetur ex ante gesto, ut sup. de negoc. gest. cum actum: secus in filio emancipato, ut supra, quod cum eo. leg. secunda.

q *Ex qua non potuit.*] potest ex contractu, vel quasi: non potest ex maleficio, vel quasi, ut supra de his, qui deie. uel effud. l. prima. § cum seruus, & infra eod. l. §. ex furtiua.

r *Ex stipulatu.*] non prima actione. Accur.

s *Iudicio contrahi.*] Id est sententia. Nota ex sententia quem obligari ex quasi contractu, ut supra de noxa. quoties, & l. sequen. argumen. contra C. de vsur. rei iudicatæ. l. fin. in eo, quod dicit sortis tantum centesimas quadrimestres vsuras, non vsuras tamen licet sint in condemnationem deductæ. Accur.

t *Non originem.*] Nota originem non inspici in actione super qua cœpit esse iudicium. Argumen. tamen contra. C. ad Macedonia. si filius, & infra de fideiuss. tutor. l. 1. & non titulos &c. Item contra, infra de donatio. qui id i principio, sed ex liberalitate ibi intercessit prior causa, quæ quia remuneranda est, inspicitur ut infra de re iudicata. l. ne liberalitate. & infra manda. l. si verò non re. §. idem Pomponius, & dicas hic originem: infra actionem super qua poterat esse iudicium. Accursius.

2† Fl. dest. 2.

3† Fl. interesse.

4† Fl. agere.

5† Flor. dest. ex.

6† Dua. qq. & Marcel.

7† Fl. in stipulatione, contrahatur.

Iudi-

dam, sed ipsam iudicati a veluti obligationem: b quare & si quasi defensor condemnatus fit: idem putat.

Ex maleficio non datur haec actio, nisi inquantum locupletatur peculium. Bartolus.

¶ Ex furtiua causa a 1† filio quidem familias condici posse constat: an uero in patrem, vel in dominum de peculio danda sit 2† actio, quaeritur? Et est uerius, inquantum locupletior dominus factus est, 3† ex furto facto actionem de peculio dādam. Idem Labeo probat: quia iniquissimum est ex furto serui dominum locupletari c impunè: nam & citra d 4† rerum amotarum actionem filiaefamilias nomine, in id quod ad patrē peruenit, competit actio de peculio.

Qui obligatur saluam fore rem pupilli, non obligatur de quolibet singulari. Bart.

¶ Si filiusfamilias duumuir pupillo rem saluam fore caueri non curauit: Papinianus lib. 9. 5 † Quaestionum, de peculio actionem e competere ait. Nec quicquam mutare f arbitror, an uoluntate patris decurio factus sit: quoniam rempublicam saluam fore pater obstrictus est. g

Hucusque Iurisconsultus exposuit verba edicti, ex quo agitur tribus modis, scilicet de peculio, & de in rem verso, quod iussu: modo est videndum quid sit peculium, & ista lex diuiditur in quatuor partes. Nam primò ponit dictum. Secundò rationē dicti. Tertiò illam probat. Quarto illam limitat. Secunda ibi, Nam cum. Tertia ibi, Sed hoc. Quarta ibi, Si uerò, & breuiter hoc intendit. Peculium sola voluntate domini constituitur, interueniente traditione vera vel ficta: secus si nulla traditio interueniat. Bart.

Pomponius lib. 9. 6 † ad Sab.

LEX IIII.

Peculium 7 † est non id, cuius seruus seorsum à domino rationem habuit: 8 † sed q dominus ipse separauit, 9 † suam substantiam à serui ratione discernens; h nam cum serui peculium totum adimere, uel augere, i vel minuere dominus possit, animaduertendum est, non quid seruus, sed quid dominus constituendi seruilis peculij gratia fecerit. Sed hoc ita verum puto, si debito seruum liberare uoluit dominus: ut etiam si nuda voluntate remiserit * dominus quod debuit, desinat seruus debitor esse.

¶ Si uerò nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se seruo faceret, cū re uera debitor non esset: contra puta. k Re enim, l non verbis peculium augendum est.

Hic ponitur conclusio supradictorum: & hoc dicit, Peculium non potest constitui domino ignorante: licet posset diminui, si seruus etiam ex delicto eius debitor constituitur. hoc dicit, & habet duas partes. Nam ponit primo, quod peculium ignorante domino constitui non potest. Secundò, quod ignorante domino diminui potest, secunda ibi, sed saepe. Bartolus.

¶ Ex his apparet non q 10† seruus ignorante domino habuit, peculium 11† esse, sed quod uolente: alioquin & quod surripuit seruus domino fiet peculij: quod non est verum. Sed saepe fit, vt ignorante domino, m incipiat minui serui peculium: veluti cum damnum domino dat seruus, aut furtum facit.

Iste §. cadit in summario praecedentis §. Nam sicut supra diminuitur peculium ex furto serui: ita & quando opem ipse facit in eo quod à fure consequi non potest. Bartolus.

¶ Si opem ferente seruo meo furtum mihi fece-

a *Iudicati.*] originem. Accur.
b *Veluti obligationē.*] alterius contractus.
c *Locupletari.*] ut sup. quod met. cau. si cum §. Pedius, & infra eodem, in bonae fidei. Et no. q ex hac lege, & & supra de iudic. l. tā ex contractibus, dico, q omnis actio, etiam ex delicto, datur de peculio inquātum locupletatum est.
d *Nam & citra.*] vt infra rerum amot. l. & ideo. §. si filiusf. & ī. de condict. fur. Iulianus. Accur.
e *De peculio actionem.*] hoc quando inuito patre fuit elect⁹, ut hic: & C. ne filius pro patre. l. si. & C. quod cū eo. l. 1. si autem eo volente, idem fideiussisse pro eo uidetur: & iō insolidum tenetur. vt in praedicta l. 1. C. qd cum eo. & infra ad munic. l. quoties. & nihilominus de peculio, si placuerit actori vt hic subiicit. Accur.
f *Mutare.*] vt dicam, patrem teneri insolidum.
g *Obstrictus est.*] non autem obstrictus est rem pup. sal. fo. sed tenetur solum de peculio, ut inf. ad muni. l. quoties §. pe. & de ma. conue. l. 1. §. fi.

PEculium est.] CASVS. Non illud solum dicitur peculiū q habet seruus seorsū a rationib. dñi: sed q ipse dñs separauit, ut in peculio haberet: cui facultas est augere, vel minuere peculiū: videlicet, vt si dñs serui creditor, res suas q apud seruum sunt, permittat esse iure peculii: licet traditio non interuenerit: suffi. it tamen nuda voluntas eius ad augēdum pe. Si vero dominus est creditor serui, non ēt se debere constituit: non propter hoc augetur peculium re.
¶ *Ex his*] Ex praedictis apparet, quod non est peculiū quod habet seruus ignorante domino, sed eo volente: vnde si seruus res domino surripiat: nō erūt in peculio. An aūt ignorante dño possit minui peculium? Et dicitur quod sic.
¶ *Si opem.*] Si seruus in rebus domini damnum dederit aut furtum: item si alius domino furtum facit, & ei seruus opem ferat: si dominus de peculio à creditoribus, peculij conueniatur, deducit quod sibi debetur eo nomine.
¶ *Si uerò.*] Licet quicquid est in peculio, domino debeat: remaneant tamen res peculiares: quia si sibi dñs debitū remittat uel alias pro seruo dñs soluat, pe. ulium constituitur.
¶ *Non solum*] Si habebam duos seruos, vnū ordinarium, & alium vicarium: non solum illud, q habet vicari⁹ seorsum à substantia mea, ↄstitutione mea erit peculium: sed hoc quod habet ab ordinario. Viuianus.
h *Discernens.*] vt hic, & inf. eo l. depositi. §. fi. idem si passus fuerit apud seruum esse, vt inf. eo. quam Tuberonis. §. sunt quidam. & l. non solum. quandoq; tñ dicitur peculium quicquid seruus naturaliter tenet, ut ī. de acq pos l. quod seruus. Item & aliis modis, ut dixi in tube.
i *Vel augere.*] s. nuda volūtate quandoque, vt statim subiicit: sed hoc ita &c. Accur.
k *Contra puto.*] quod possit augeri nuda voluntate domini, ut infra de dona. l. nuda.
l *Re enim.*] & in superiori casu re, non verbis augetur, cum pro tradita habeatur res, vt Instit. de rerum diuis. § interdum, & inf. eo l. non statim.
m *Ignorante domino.*] non posset augeri de rebus dominij: tamen minui potest, ut subiicit. Item & augeri potest aliunde, ut supra eod. l. peculium.

Dedu-

1† Fl. deest, à.
2† Fl. danda esse quaeritur.
3† Fl. esse.
4† Fl. circa.
5† Al. lib. 8.
6† Fl. li. 9.
7† Fl. peculij est.
8† Fl. habuerit.
9† Fl. separauerit suum à serui rōne discernēs: al. ut, quod dominus ipse separauit in substantia serui suum à serui rōne etc. Legendū ita videtur separauerit suum à seruo rat. &c. Duar.
* Bar. hic not. istum text. ad hoc, q remittere est dare q quę facit & concor. text. l. si mulier sup. de condi. ob cau.
10† Fl. quid, & inf.
11† Fl. peculij esse, sed quod.

a *Deducendum est*]cum conuenior a creditore peculiari. Accursius.

b *Possum*] ab eo, qui furtum fecit. Et sic no. de peculio non deduci, si aliunde potest dominus consequi aliqua actione, vt hic: & infra eodem si noxali. §. quod autem. Item deductio hic quo ad rem; non quo ad pœnam, vt infra eod. sed est quæstionis 58 quomodo loco tex: cum ille, qui opem fert, condi. furti. non teneatur, vt supra de condi. furt. l. proinde, quæ est contra. Sol. hic peruenit ad seruum; ibi non peruenit ad eum, qui opem tulit. Vel hic excipiendo potest: ibi agendo non potest. Accur.

c *Si aere.*] idest quam uis.

d *Dominico.*]quia seruus debet domino.

e *Manet.*] in hæreditate idem, vt infra, de verborum signif. l. hæreditatis appellatio. in dote idem, ut infra de impen. in re. dot. fac. l. quod dicitur. & infra, de iure do. si is, §. quod dicitur. & sic sunt arg. 1 pro vasallo, qui fecit feloniam & ei a domino est remissa, quod videtur habere feudum ex veteri concessione: vnde transmitteret ad agnatos si sine liberis decederet, & ad hoc facit infra, de liber. & posthum. l. filio quem. & supra de pactis l. si vnus, §. quod & in specie.

f *Cuius in peculio.*] id est ab ordinario, vt hic, & infra eo. l. definitio & secundum hoc intelligitur infra l. proxi. in fine.

D *Eposui.*] CASVS Apud seruum tuum rem aliquam deposui: eam deteriorauit, vel amisit per dolum: teneberis tantum de peculio. Si vero dolum commisisses: teneberis insolidum: & hoc in prima. Idem est si seruo tuo rem precario concessi; de peculio tantum teneberis. Idem est in filiofamilias, & in patre, & in vtroque casu: & hoc in secunda. Si vero dicebas filium meum tibi debere decem, & d tulit tibi iusiurandum, & iurasti, certè tibi teneor de peculio. Non idem in seruo, qui liberam non habet peculij administrationem: ne sit contrarium supra de iureiuran. l. quemadmodum. Solu. in iudicio iurare non potest seruus, ut hic: extra sic, vt ibi.

¶ *Peculium*] Dicitur autem esse peculium, quod habet seruus separatum a substantia domini permittentis deducto inde, quod domino debetur. Hanc definitionem reprehendit, dicens quod ad pecuniam vicarij non extenditur, quod reprehendit Celsus: quia dñs constituendo peculium, ordinario & vicario constituere videtur quam definitionem Tuberonis probat Celsus, adijciens pro quæstione, an pupillus possit constituere seruo peculium? & dicit quod non: sed a patre constitutum potest permittere, vt apud seruum remaneat. Idem dicit in furioso. Vnde si furiosus habeat seruum communem cum homine sanæ mentis, furiosus constituere non potest: alter potest. hoc dicit vsq; ad §. sunt quidam. in l. quam Tuberonis. Vi.

---

ris: id de peculio deducendũ est, a quo 1 † minus ob rem surreptam consequi possim. b

Hic dicit, quod sicut diminuitur peculium ignorante domino: ita etiam augetur, & breuiter hoc intendit. Licet ipsum ius vniuersale diminuatur: corpora tamen diminui nõ dicuntur. Bart.

¶ Si aere c alieno dominico d exhauriatur peculium serui: res tamen in causa peculiari 2 † manet: e nam si 3 † aut se uo donasset debitum dominus, aut nomine serui alius domino intulisset: peculium suppleretur, nec esset noua concessione domini opus.

In peculio vicarij, domini, & ordinarij uoluntas inspicitur. Bart.

¶ Non solum id in peculium vicariorum ponendum est, cuius rei a domino, sed etiã id, cuius ab eo, cuius in peculio f sint, seorsum rationẽ habeant.

In negotio gesto computantur contractus depositi & precarij, & iuramenti delatio a filiofamil. facta. hoc dicit. In §. peculium, qui sequitur, ponitur deriuatio nominis peculij. Bartolus.

Vlpianus lib. 29. ad edictũ.

LEX V.

DEpositi nomine pater vel dominus duntaxat de peculio conueniuntur, & si quis 4 † dolo malo eorũ g captus sit. 5 † Sed & si precario res filiofamil. vel seruo data sit: duntaxat h de peculio pater dominusve obligatur. 6 †

¶ Si filiusfamil. iusiurandũ detulerit i & iuratum sit: de peculio danda est actio, quasi contractum sit. Sed in diuerso diuersum k est.

¶ Peculium dictum est, quasi pusilla l 7 † pecunia, siue pusillum 8 † patrimonium. Peculium m autem Tubero quidem sic definiuit (vt Celsus li. vj. Digestorum refert) quod seruus domini permissu n separatum a rationibus dominicis habet, deducto inde si quid domino o debetur.

Hic incipit prosequi verba definitionis: & hoc prosequitur per duas chartas & primò exponit, quid est dictum, permissu domini. &c. Bartolus.

Celsus libro 6. Digestorum.

LEX VI.

DEfinitionem 9 † peculij, quam Tubero exposuit p 10 † Labeo ait, q ad vicariorum peculia non pertinere: 11 † quod falsum est: r nam eo ipso, quod dominus seruo s peculium constituit, etiam vicarijs constituisse t existimandus est.

Informis patientia habetur pro consensu in his, quæ sunt modici præiudicij, secus si magni. Bart.

Vlpianus libro 29. ad edict.

LEX VII.

QVam Tuberonis sen-

---

g *Dolo malo eorum.*] si dicas filij & serui: tunc de peculio tantum tenetur pater, & dominus: si dicas eorum, idest patris & domini: tunc insolidum de dolo, & non de culpa, ut infra deposi. l prima, §. si filiusfamilias, & infra eodẽ in bonæ fidei. & sup. commod. l. tertia, §. si filiofamilias.

h *Duntaxat.*] vt hic, & infra, de preca. si seruus conuentus. Accursius.

i *Detulerit*] actori.

k *Diuersum*] imò idem videtur, vt sup. de iureiuran. l. quidã, quæ est contra. Sed hic in iudicio: ibi extra, vel hic non habet liberam peculij administrationem: ibi sic.

l *Quasi pusilla*]idest, parua pecunia, & parsimonia quæsita, vt infra eodem, l. peculium. Accur.

m *Peculium,*] scilic. serui. Ioan.

n *Domini permissu.*] vel quasi domini, vt ordinarij, vt supra l. proxi. in fine, & infra l. proxima. Accursius.

o *Si quid domino.*]hoc large accipe.] id est ei, qui de peculio conuenitur, ut infra eodem. si noxa § fina. sed & alijs debita deducuntur interdum, vt infra eodem, sed & si. §. peculium, & § preterea.

p DEfinitionem. Exposuit.] idest fecit, ut supra l. proximo fin l.

q *Vt Labeo ait*] & male. Accursius.

r *Quod falsum est.*] scilicet dictum Labeonis, & hoc probat.

s *Seruo*] ordinario.

t *Constituisse.*] idest constituisse permisisse. Io. vt supra eo. peculium, § fin.

QVam Tuberonis] CASVS. In princip. l. est in casu præcedenti.

¶ *Sunt quidam.*] An seruus possit habere peculium, nisi dominus concedat & tradat? Dicunt quidam quod non. Vlpianus dicit quod sic: si seruus est in libera administratio ne

---

1 † *Alias q.*

2 † *Pla. peculiaria.*

3 † *Alias, nã & si.*

* No. etiã vltra sm Bal. arg huius glo. quod si quis remisit alicui offensam, non possit petere pœnam pacis ruptæ. de quo conuentor. & facit lex 3. de adi. lega. inf.

4 † *Pla. & si quid.*

5 † *Flo. captum alias, captum sit. Halo.*

6 † *Flor. obligantur.*

* *Bald. hic dicit alibi melius non probari quam hic, quod per iusiurandum quasi cõtrahitur sicut per sententiã, & alibi expressius nõ habetur.*

7 † *Alias, pusilla.*

8 † *Alias, pusillum.*

9 † *Flor. definitio.*

10 † *Duaro exposuit vt Labeo.*

11 † *Flo. pertinere.*

de peculij: quam non habet nisi domino specialiter concedente: sed non est necessarium, vt dominus sciat, quæ res sunt apud seruum.

¶ *Tam autem*] An seruo pupillo pater, vel dominus possit concedere peculium? Dicitur quod sic, & hoc in prima. An autem seruus vel filius, si incidat in furorem, nihilominus possit retinere peculium? Dicitur quod sic, & hoc in secunda: & est ratio in litera.

¶ *In peculium.*] Nō solum res mobilis, sed etiam soli, item Stichus potest esse in peculio, scilicet seruus vicarius: & hoc in secunda. Si vero res peculiaris surripiatur, an quod debetur actione furti, imputetur? Dicitur quod sic: & hoc in tertia. Item si hæreditas, vel legatū fuerit sibi relictum: illa erit in peculio: & hoc in quarta. Et si aliquid in negotio domini impendit, illud imputabit. Item si dominus conuenit debitorem peculij, & exegit &c. Idem si seruus aliquam rē emit, & euicta est, & dominus duplum fuerit consecutus, illud &c. & nisi dominus dicat expresse q̄ nolit illud esse in peculio: imò verius si dominus, nec velit, nec nolit. Item si seruus seruo aliquid debet, illud &c. An autem voluntas sufficiat sola ad constituendum peculium? Dicitur quod non: sed oportet quod traditio aliqua interueniat, vel re aliqua existente penes seruum, patiatur dominus in peculio eam esse, quia tunc sola patientia p̄ traditione habetur: sola autem voluntas domini sufficit, vt res desinat esse in peculio: & hoc in quinta. Si vero dominus in re peculiari damnum dederit, uel surripiat, erit in peculio: & si extraneus duplum consecutus fuerit: dominus illud in peculio computabit. Hoc dicit cum duabus ll. sequen. Viuianus.

1 † Flo. idest.
2 † Flor. adimitur.
3 † Flo. vt ex duobus dominis apud alterum.
4 † in archet. semel tantum sunt illa verba apud alterum: sed ea geminauit Taurel. ex mansuetis. vt ipse ait in adnot.
5 † Flor. Si ve quidam (inquit) putāt peculium seruum habere non posse, nisi &c. Sic emendauit Taurel. ex Ant. Augu. li. 1. c. 9.
6 † Alias seruus.
* Nō argu. hu ius litera secū dū Bald. q̄ ad hoc, vt procurator habeat liberam oportet, q̄d dominus expresse concedat liberam.
7 † Floren. de est. dominus ex necessitate.
8 † Idest, pinguius, vide Alc. li. dispū. 2. c. 4. Gel. lib. 14. c. 1.

tentiam a & ipse Celsus probat: & adiicit, pupillum, vel furiosum constituere quidem peculium seruo non posse: verum ante constitutum, idest, vel 1 † ante furorem, vel a patre pupilli, non adimi 2 † ex his causis: b quæ sententia vera est, & congruit cum eo, quod Marcellus apud Iulianū notans adijcit, posse fieri, vt 3 † apud alterū ex dominis seruus peculium habeat, apud alterū 4 † non: vtputa si alter ex dominis furiosus sit, vel pupillus. c 5 †

¶ Sunt quidā, (inquit) qui putant, peculium seruum 6 † habere non posse, nisi concedente d domino: ego autem puto non esse opus concedi e à domino, peculium seruum habere, f sed non adimi, g vt habeat.

¶ Alia causa est peculij liberæ* administrationis. h nam hæc specialiter i concedenda est.

¶ Scire k autem non vtique singulas res debet dominus ex necessitate, l 7 † sed παχυμερέστερον. 8 † & in hanc sententiam Pomponius inclinat.

Hic exponit verbum, seruus, positum in definitione. Bart.

¶ Tam autem pupillum m filium, quam seruum peculiū habere posse Fædius libro decimoquinto scribit: cum hoc (inquit) totum ex domini constitutione pendeat. Ergo & si furere cœperit seruus vel filius, retinebunt peculium.

Hic exponit verbum, quod positum est in definitione. Bart.

¶ In peculio autem res esse possunt omnes, n & mobiles, & soli. Vicarios quoque in peculium potest habere, & vicariorum peculium: hoc amplius, & nomina debitorum. Sed & si quid furti actione seruo debetur, vel alia actione, peculium computabitur: hæreditas o quoque, & legatum, vt Labeo ait: sed & id, quod dominus 9 † debet, sibi in peculium habebit: si fortè in domini rationes 10 † impendit, p & dominus ei debitor manere voluit: q aut si debitorem eius r dominus conuenit. f Quare si fortè ex serui emptione t euictionis nomine duplū dominus exegit, in peculium serui erit cōuersum: nisi fortè dominus eo proposito fuit, vt nollet hoc esse in peculium serui. Sed & si quid ei conseruus debet, erit peculij: si modò ille habet peculium, vel 11 † habebit. u

Hic exponit verbum, separatum a rationibus dominicis, positum in definitione. Bartolus.

e *Concedi.*] per traditionem. Accursius.
f *Habere*] scilicet semper.
g *Adimi.*] dummodo dicat, vt habeat in peculium, vt infra l. proxi. Sed non, scilicet aliquando & sic ex tacita voluntate habet peculium seruus ex quo fit dominus quod dic vt supra eodem, l. peculium. Accursius.
h *Administrationis.*] cum res sint apud seruum, vt hic: & supra de min. l. etenim, & tales sunt res quas verisimile est dominū velle habere, vt infra eo. l. non solum. secus si non sunt apud eū, vt supra eod. l. peculium, in princip. Accursius.
i *Specialiter.*] hoc ideo, quia continet alienationes rerum. Item solui ei potest a debitore peculiari, & ipse alijs soluere, vt infra, de solu. l. q̄ seruus & delegare, vt inf. eo. l. libera, in fi.
k *Scire.*] quando dominus concedit peculium.
l *Ex necessitate.*] sed esse eius voluntatis, vt sint apud seruum in peculio, etiam quæ ignorante eo quæruntur, vt infra eod. non solum, in prin. & l. peculium & ex eo Accu.
m *Pupillum.*] propriè quo ad eum quilibet est. impropriè quo ad seruum impuberem, ut inf. de verbo. sign. l. pupillus: imò propriè quo ad vtrūque.
n *Omnes.*] idest omnis generis res, si tā in bonis alicuius esse possunt, secus ergo in sacris rebus, religiosis & sanctis, & libero homine: quæ sunt ī bonis nullius, vt Institu. de rer. diui. §. nullius. Accur.
o *Hæreditas*] seruo relicta.
p *In domini rationes impendit*] scilicet seruus, vel ipse dominus accepit, vt infra, de in rem ver. l. filius in fin. Sed contra uidetur, quia peculio seruo legato non uidetur hoc debitum a domino relictum, quod seruus in rationes domini impendit, vt infra, de pecu. leg. l. si peculium, §. sicut, & Instit. de leg. §. peculium. quæ sunt contra. Sed dic quod ibi speciale, quia & totum aliud peculium seruus lucratur: vnde & hoc domino remisisse fingitur, vt infra manda. si vero non remunerandi, §. idem Pomponius. Vel ibi noluit dominus illud in peculium computari. Accursius.
q *Voluit.*] i. non noluit, ut inf. statim: nisi fortè &c. q̄ est medium inter velle & nolle, ut supra de tributo. l. 1. §. pen. Accursius.
r *Eius.*] scilicet seruum.
f *Conuenit.*] i. exegit.
t *Emptione*] quam fecit seruus. Accur.
u *Vel habebit*] alias nullus esset eius debit.

9 † Flor. sibi debet in peculium habebit.
10 † Flo. rationem.
11 † Duar. vel prout habebit.

a *Quam Tuberonis sententiam.*] quæ est contra. supra l. proxi. in fin. Accur.
b *Ex his causis.*] scilicet quia hic furiosus est, ut Insti. quibus non est permissum face. test. §. furiosus: vel quia successit pupillus, vt supra de instit. l. si quis mancipijs, §. si impubes. & facit sup. eo. l. licet, §. idem adiicit, & §. in furiosi.
c *Vel pupillus*] idem & in alijs exemplis multis, vt inf. eodem, quis ergo.
d *Concedente.*] per traditionem. Vel dic secundo (quod est verius) concedente expresse, quod corrigit: quia quandoque tacitè, vt hic subijcit, & infra eodem, l. non solum. & sic bene subiicit, alia causa &c.

a **N**On statim. Apud eum.] scilicet seruum.
b Contra autem.] No. nam non fit de leui sit datio, vt ablatio: vt j. eo. l. peculium. § si verò dominus. Sed arg. contra. j. de reg. iur. l. nihil. & in auth. de defen. ciui. § nō habente. & Insti. de hære. qua. & dif. § fina.

c **S**Ed si damnum. Haberi.] Nunquid solum simplū, an uerò, & pœna? Respon. simplum, ut j. de pec. leg. l. quod. § si conseruum. Ioan. facit infra eod. si noxa. § sed si à debitore contra.
d Ab eo.] scilicet extraneo. Accursius.

PEculium.] CASUS. si seruus domino debeat, illud deduceretur, & residuū intelligitur peculiū esse. Item & si quid debeatur his, qui sūt in potestate domini; puta filiofam. uel seruo, vel ei, qui fuit sub eius tutela, uel cura, & his omnibus casibus deducet; nisi domin[9] fuerit in dolo, puta quia dolo induxit, uel seruum, uel filiū, ut se illis obligasset, uel quia in fraudē peculiariū creditorū peculium ademerat, uel minuerat, quia in hoc casu deducit: & si in prædictis deducet eū sibi quid à seruo debeatur, & his, qui sunt in potestate; quare non deducet, si qd debeatur ijs, qui in tutela, vel cura sua sūt; quia dñs his tenetur; & à se exigere debet; & ideo deducit; quia non est uerisimile dominum illud uelle esse in peculio, q sibi debetur, uel illis pro quib. debet à se exigere dominus, si sit debitor alicuius, cuius negotium, vel tutelam gerit.

Sed & credatur.] Habebam seruum, Aliquis cum eo contraxit: & factus creditor fuit in decem. decessit. & eundem creditorem hæredem institui, hic creditor deducit, q sibi debetur, si conueniatur ab alijs creditoribu. Siue seruus accepit libertatem in testō meo, siue non: item siue legatus fuerit purè, siue sub conditione alicui, non obest quo minus deducat, quod sibi debet seruus: licet dominiū serui purè legati nullo momento apud hæredem remanserit. Cum verò sub conditione legatus fuit, in hoc casu minus dubium est: quia hæres deducet. Et hoc probat Iulianus tali exemplo: Seruus Titij tenebatur mihi in decem: decessit seruus, vel Titius: eum manumisit postea Titius, & me hæredem instituit. intra annum à tempore mortis serui, vel manumissionis conuenior de peculio, deducam, q mihi à seruo debetur: quia intra annum, cum tibi successi: conueniri de peculio poteram: neque tamen dominium serui vnquam nactus fui.

Siue.] Non refert ex contractu, q domino debeatur à seruo, an nomine reliquorum; puta quædam in bonis domini intulit seruus: quædam non intulit adhuc: si ergo seruus domino furtum fecerit, dominus deducet. Sed an simplum, an duplum, perinde ac si extraneus ei fecisset furtum? Respon. tantū simplex deducet: & hoc in prima,

1† Fl. lib. 4.
2† Fl. in peculio hoc non computabitur.
3† Fl. lib. 11.
4† Fl. potest.
5† Fl. imputandum.

Paulus lib. 17. 1† ad Sabin.

L E X VIII.

NOn statim, quod dominus voluit ex re sua peculij esse, peculium fecit: sed si tradidit, aut cum apud eum a esset, pro tradito habuit: Desiderat enim res naturalem dationem. Contra autem, b simul atque noluit, peculium serui desinit peculium esse.

Quod dominus subtraxit, vel deleuit, non est in peculio, secus si seruus subtraxit. Bartolus.

Vlpianus lib. 29. ad edictum.

L E X IX.

SEd si damnum seruo dominus dederit in peculio, 2† hoc non computabitur, non magis, quàm si surripuerit. Planè si conseruus dederit damnum, vel surripuerit: in peculium videtur haberi. c & ita Pomponius li. 12. 3† scribit. Nam & si quid dominus ab eo, d qui rem peculiarem surripuit, vel consecutus est, vel consequi potuit: 4† in peculium esse computandum 5† Neratius lib. 2. respon. scribit.

Id quod debetur domino: non censetur esse de peculio: quia tacitè uidetur esse à domino exceptum, vel exactū. h. d. Pau. de Cast.

Si ipsi.] Si seruus se vulnerauit, & sic deterior factus est in quinque, cum valuit decem; an illa quinque possit dñs deducere si conueniatur ab alijs creditoribus, quòd seruus deterior factus fuerit in quinque, quæritur? Et rñ. q non; non magis quàm si se occidisset, & hoc in secūda. Si verò sumptum aliquem dñs fecit in curando eum vulneratum à seipso seruo; an eum deducere possit? Dicitur, q sic: licet aliàs si ægrū eum curasset, & impendisset, non deduceret; quia videtur donasse, cum ad hoc tenebatur. & hoc in tertia. Item si dominus pro seruo suo obligatus sit, deducet; nisi in rē domini versum est; quo casu secum compensabit, & hoc in quarta. Sed & si dominus fideiussit pro seruo, deducet Iulianus tamē distinguit in prædictis duobus casibus; cum domin[9] iussit, & fideiussit, nō adhuc soluit ex his causis, an non deducet, vt si soluat, deducat; alioquin non; sed creditori soluat accepta cautione à creditore, q sibi refundet retro; si ab eo apud quem fideiussit, uel ab eo, q iussu suo credidit, conueniatur, vt sic possit creditor medij temporis interusurium, i. commodū consequi usurarum.

Sed si.] Duo erāt creditores peculiares serui; ab uno dominus conuentus de peculio, & condemnatus, si postea ab alio conueniatur; an possit deducere, quòd alij debet ex condemnatione, quæritur? Et respond. q sic; quia perinde est ipsum condemnatum esse, ac si soluisset sponte. & hoc in prima. Si verò ab alio conuentus, & lite contest. pendente adhuc iudicio ab alio conueniatur, & condemnetur: an possit deducere id, pro quo erat conuentus priori iudicio, quæritur? Et respon. q non: quia in actione de peculio potior est conditio eius, qui ad sententiam prius peruenit, quàm qui litem prius contestatus est. h. d. vsque ad l. si noxali. Viuian.

6† Fl. ei. § 1. præced.
7† Fl. computandum est.
8† Fl. imminuerint.
9† aliàs, nam & si.
10† Dum quamuis vel tut.

Idem. L E X X.

PEculium 6† autem deducto, quod domino debetur, computandum esse: e 7† quia præuenisse dominus, & cum seruo suo egisse creditur. Huic definitioni Seruius adiecit. f Et si quid his debeatur, qui sunt in eius potestate: g quoniam hoc quoq; dño deberi nemo ambigit.

De peculio deducitur non solum id, quod debetur patri, vel domino, sed etiam id, quod debetur ei, qui est sub tutela, vel cura ipsius domini; vel patris: aut cuius negotia ipsi gerunt. Pau. de Castro.

¶ Præterea id etiam deducetur, quod ijs personis debetur, quæ sunt in tutela, vel cura domini, vel patris, vel quorum negocia administrant, dummodo dolo careant; h quoniam & si per dolum peculiū, vel ademerint, vel minuerint, 8† tenentur. i Nam 9† si semper præuenire dñs, & agere videtur; cur non dicatur etiam hoc nomine eum secum egisse, quo 10† vel tu-

e Computandum esse.] scilicet dico ego Vlpianus, vt hic, & j. eo. l. depositi. § fi. & j. de tribu. l. j. in prin. & § peculiarem. & j. eod. si noxali § quod autem.
f Adiecit.] Hæc adiectio non fit in actione de in rem verso: sed tantum sibi debitum deducit: vt j. de in rem ver. l. si pro parte. § si domini. Accur.
g In eius potestate.] nisi vicario eiusdem serui, cuius nomine conuenitur, debetur, vt insti. q cum eo. § cum autem. & § aliquando. & j. eo. si seruus meus.
h Careant.] pater & dominus posset enim fecisse obligari seruum, vel filium his personis dolosè.
i Tenentur.] pater, & dominus: si in dolo fuerunt, nō aliàs, vt hic, & infra eod. l. summa. in princ. & infra de in rem ver. l. j. § j. & supra de tribu. l. illud. § sed si mercemnam probat deduci debere, quod prædictis personis debetur. Accursius.

telæ, vel negotiorum gestorum, a vel vtili actione b tenebitur? Nam (vt eleganter Pædius ait) ideo hoc minus in peculio est, quod domino, vel patri debetur: quoniam non est verisimile dominum id concedere seruo in peculium habere, quod sibi debetur. Sanè cùm ex cæteris causis ipsum à semetipso exegisse dicimus, c qui negotia, vel tutelam gerit: 1 † cur non etiam in specie peculiari exegerit, d quod exigi debuit? e Defendendum igitur erit quasi sibi eum id soluere, f cum quis g agere de peculio conabitur.

De peculio deducitur et quod debetur hæredi patris, vel domini, non tanquàm hæredi domini: licet non efficiatur dominus serui per aditionem, ut quia fuit illi relicta libertas purè, vel ipse seruus fuerit purè alteri relictus: vel fuit ipse mortuus, vel manumissus: & agatur de peculio intra annum. hoc dicit vsque ad §. siue autem. Paulus de Castro.

¶ Sed & creditor serui, qui hæres extitit domino eius, deducit de peculio, quod sibi debetur, si conueniatur: siue libertatem h seruus acceperit, siue non. idemque i & si purè legatus sit seruus. nam quasi præuenerit, & ipse cum 2 † seruo egerit: sic deducet, quod sibi debetur si conueniatur, K 3 † licèt nullo momento dominium in manumisso, l vel legato purè habuerit. m & ita Iulianus lib. 12. Digestorum 4 † scribit. Certè si sub conditione seruus libertatem acceperit, minus dubitatur, 5 † & Iulianus eodem loco scribit, hæredem deducere. dominus enim n factus est. Ad defensionem sententiæ suæ Iulianus etiã illud affert, o quòd si ei, qui post mortem serui, vel filij intra annum potuit conueniri de peculio, hæres extitero: P proculdubio deducam, quod mihi debetur. q

Ex quacunque causa debeatur domino, etiam ex delicto, deducitur in simplum, non autem cum pœna. Pau. de Castro.

¶ Siue autem ex contractu quid domino debeatur, 6 † siue ex rationum reliquis: r deducet dominus. Sed & si ex delicto debeatur, 7 † vt puta ob furtum, quod fecit: æquè deducetur. s Sed est quæstionis, vtrum ipsa furti æstimatio, i. id solum quod domino abest: an verò tantum, quantum si alienus seruus cõmisisset, i. cum furti pœnis? Sed prior t sententia verior est, vt ipsa furti u æstimatio sola deducatur. x

Pro damno dato per seruum in persona ipsiusmet serui, non obligatur seruus domino, etiam naturaliter: ideo illud non deducitur de peculio: sed pro impensis factis in curando, bene obligatur quando seruus ipsi seruit. secus si sine culpa sua accidit infirmitas. Paulus de Castro.

¶ Si ipse seruus y sese vulnerauerit, non debet hoc damnũ deducere, non magis quàm si se occiderit, vel præcipitauerit. Licet enim etiã seruis naturaliter in suum corpus sæuire. Sed si à se z vulneratum seruum dñs curauerit, sumptuũ nomine debitorem eum dño puto effectum: a quanquã si ægrum eum curasset, rem suam b potius egisset.

Supra declarauit qualiter dominus deducit sibi debitum: hic qualiter id, quod ipse debet seruo. Primò quando semel obligauit: & sic ex suo facto. Secundo quando ex contractu serui. Tertiò quando ex delicto. Secunda ibi: Sed & si. Tertia ibi: Si noxali. & hoc intendit. De peculio deducitur id, quod dominus soluit pro seruo, vel condemnatus est ad soluendum. quod verò simpliciter debet, si quidem ex suo contractu, deducit faciendo sibi caueri, & actione de peculio illo modo deducit. h.d. cum l. sequen.

a *Gestorum.*] directa.
b *Vel vtili actione.*] s. neg. gest. vt cum est curator: vt C. de neg. gest. curatoris.
c *Exegisse dicimus*] quod ipse debeat, ei cuius negotia gerebat Ioã. vt sup. de neg. gest. si pupilli. §. fi. & l. sin autem. & l. qui fine.
d *Exegerit.*] id est, exegisse credatur.
e *Debuit.*] quasi diceret, non est ratio differentiæ: ergo sit idẽ ius: inf. de verb. obli. l. à Titio in fi.
f *Soluere.*] id est, deducere pro pupillo.
g *Cum quis.*] scilicet peculiaris creditor.
h *Siue libertatem.*] Sed nõne extinguitur serui obligatio cũ dño successit creditor peculiaris? Respondeo: quia dominus quasi fideiussor est, vt j. de fideius. l. hæres à debitore. §. quod si stipulator. & arg. j. de verb. obl. cũ filius.
i *Idemq; &c.*] vt deducat.
K *Conueniatur.*] de peculio annali.
l *Manumisso.*] id est libero esse iusso.
m *Habuerit.*] sed recta via ad legatarium transit: vt inf. de fur. l. à Titio. Et ex hoc corroborãtur duæ nostræ sentẽtiæ. Prima, quia diximus hæredem nullo momento esse dominum, vt hic, & d. l. à Titio. & quia etiam ignoranti legatario dominiũ prædictum acquiritur, vt hic, & supra quemadmodum ser. amit. si partem. §. 6. Alij dicunt in vtroq; contra, & pro se inducunt. sup. de serui. Papinianus respond. & infra de condic. ft. l. si quis ita hæreditatem, & infra de suc. edic. l. j. §. decretalis. Accursius.
n *Dominus enim.*] s. hæres in hoc vltimo casu.
o *Affert.*] scilicet argumentum.
P *Extitero.*] ego creditor serui. Accur.
q *Debetur.*] vt j. eod. §. item. sic ergo, & deduco post manumissionem, vel alienationem. sunt enim mortuis similes, vt j. quando act. de pecu. est annal. l. prima. in prin. & j. de sol. inter omnes. & j. de sol. l. si mihi. Accur.
r *Reliquis.*] quia aliqua intulit, & alia inferre dẽt: vel et nil intulit, vt j. de ver. obl. l. verbum. Accursius.
s *Deducetur.*] s. in simplum, vt subijcit, & infra de acqui. rer. dom. l. homo liber. §. j. & j. de pecu. leg. l. id qd. §. j. & in. videbatur. quia actio de peculio ex delicto nõ datur, vt s. de ijs, qui deiec. vel effu. l. j. §. cum autẽ seruus. quæ est argu. contra Azo.
t *Prior.*] scilicet hic, vt ipsa, &c. Accur.
u *Furti.*] i. rei subtractæ. Io.
x *Deducatur.*] arg. j. de petit. hæredita. l. item veniunt. §. cum prædiximus.
y *Si ipse seruus.*] permittit ad hoc, vt dño damnũ sibi inflictũ per hoc nõ possit deducere de peculio, nõ autẽ licet de iure naturali, vel ciuili, vt j. de ædil. edic. l. cũ autem. § excipitur. imò punitur quis ideo: vt j. de re mili. l. omnes. §. qui se. Accur.
z *Sed si a se.*] l. ruo. Io. n.
a *Effectum.*] quia vbi se seruus vulnerauit, curare nõ tenetur dominus. alias sic, scilicet tenẽ curare. alias sit liber, vt C. de La. lib. toll. l. j. §. sed scimus.
b *Rem suã.*] arg. j. ad leg. Rhod. de iactu. l. nauis aduersa. i. si. l. *Obligatus.*]

1 † Fl. geret.
2 † Fl. & ipse seruum egerit.
3 † Fl. accesit. si conueniatur.
4 † Fl. decst. Digest. Iul.
5 † Fin. dubitatur.
6 † Fl. debeat.
7 † Fl. debeat.

a *Obligatus.*] hic articulus corrigitur ℐ. per Marcel. secundum quosdam, imo non corrigitur si exaudias hoc in eo casu vbi sic est obligatus, ut seruum liberaret: puta promisit animo nouandi.
b *Praestitit.*] de suo: ut ℐ. eo. in §. huius legis.

¶ Item deducetur de peculio si quid dominus serui nomine obligatus [a] est, aut praestitit [b] obligatus: ita & [1] † si quid ei creditum est iussu domini. eam hoc deduceri iustum esse Iulianus libro 12. digestorum scribit. Sed hoc ita demum verum puto, si non in rem domini, vel patris, quod acceptum est, peruenit: alioquin secum debebit compensare. Sed & si pro seruo fideiusserit, deducendum Iulianus libro 12. digestorum scribit. Marcellus autem in vtroque [c] casu, si nondum quicquam domino abest, [d] melius esse, aut praestare [e] creditori, aut cauere [f] [2] † refusurum se, si quid praestiterit dominus hoc nomine conuentus, quam ab initio deduci, [g] vt medij temporis interusurium [h] magis creditor consequatur. Sed si de peculio conuentus dominus, condemnatus est: debet [3] † in sequenti [i] actione de peculio deduci. [4] † coepit enim dominus, vel pater iudicati teneri. nam & si quid serui nomine non condemnatus praestitisset [k] creditori, etiam hoc deduceret.

c *In vtroque.*] id est, siue iussit, siue fideiussit.
d *Abest.*] re ipsa, ut hic, & C. mandat. si pro ea. licet absit in terpretatiue, ut sup. de nego. gest. si quis mandato.
e *Praestare.*] i. soluere.
f *Cauere.*] s. creditor ut hic, & ℐ. de damn. infect. l. ex facto. §. fin. & supra de petit. haer. l. cum idem. & de rei vendicat. is a quo. & l. a quo. & supra de tribu. l. procuratoris in fi.
g *Deduci.*] & propter hoc melius: ut medij, &c.
h *Interusurium.*] alias est interusuras. sed in Pisana litera est interusuriū quasi dicat commodum medij temporis: ut inf. solu. matrimo. si constante. §. quotiens. & supra de pign. act. l. non enim. * Accur.
i *In sequenti.*] Cur ergo hic secus, quam in superiori casu? Respond. hic purum, ibi conditionale vel in diem debitum erat: vel dic vtrobique purum, sed ibi erat habiturus moram iudicij: hic non, cum iam habuit, vt argu. sup. de mino. l. minor §. ann. Accur.
k *Praestitisset.*] s. de suo, non de peculio: vt supra ead. l. §. item deducitur.

1† Fl. deesse.
3† Due ut se teneat ille refusurum.
* Adde l. debitor de leg. 3. l. circa. ad leg. Falc.
3† Fl. debebit de seq. Duar. aut. debebit in.
4† alias, addunt hoc, sed si anni de peculio ego, & tunc oporteret deduci. coepit enim domi. hic Recte hac desunt, quae non solum vnsa sunt, sed et vel non sententiae perturbant. Duar.
a Occupantis in multis melior est conditio Viu. in eis te cō. de re. iu. in 6. vbi materia.

l *Si vero adhuc Conditio.*] Nota in hac actione occupantis esse meliorem conditionem, [a] vt supra de tribu. l. non enim. & infra eo. sum. na. §. sed si alij. sic & in pluribus agentibus & ex causa noxali, vt supra de noxal. l. si quis a multis. sic & in pluribus agentibus de in rem ver. l. sed di endum sic. & in pluribus agentibus ex eadem ca. vt infra de re indicata. l. inter eos sic & in pluribus, quorum quidam de peculio, alij de in rem verso agunt, vt infra de in rem verso l. e. §. certe.
m *Prior.*] imo quandoque qui prior est lit. contest. vt supra de iud. l. qui prior. & supra de procu. pluribus. & infra de leg. 3. si pluribus. in fi. & infra de verb. oblig. si Titius. Accur.

S*I noxali.*] CASVS. Seruus tuus fecit mihi damnum, conueni te noxaliter vt emendares damnum, vel seruum pro noxa dares, obtulisti mihi decem pro damno: quia in tantum erat damnum meum. si conueniaris ab alijs creditoribus, an possis illa decem deducere, quaeritur? Et respon. quod sic & hoc in prima. Idem si creditori peculiari soluisti dem si promisisti. Idem est si seruus promisit decem tibi, et eum manumitteres, & manumisisti. Sed in hoc casu, ita demum deducis, si intra annum à tempore manumissionis conueniatis de peculio. & hoc in tertia. In quarta dicit, quod si seruus tuus à debitore tuo exegerit, & tu ratum habeas, deducis: alioquin non deducis, sed conuenies debitorem: & ill. repetet à seruo, quod soluit, per condictionem indebiti. & hoc in quinta. Dicit, quod haec, quae dicta sunt in seruo, vera sunt in filiofamil. In praedictis autem casibus omnibus deducit dominus debitum naturale, non ciuile, quia ciuiliter dominus seruus non obligatur: neque ob hoc plus impeditur deductio: licet solum sit debitum naturale, cum sanabitur ne domini conditio ne indebiti seruus sit liberatus, naturali obligatione inspecta. & hoc in sexta parte.

Caius li. 8. [5] † ad edi prou.

LEX XI.

SI vero adhuc in suspenso est prius iudicium de peculio, & ex posteriori iudicio res iudicatur, [6] † nullo modo debet prioris iudicij ratio haberi in posteriore condemnatione: quia in actione de peculio occupantis melior est conditio. [l] occupare autem videtur, non qui prior [m] litem contestatus est, sed qui prior ad sententiam iudicis peruenit.

Si dominus noxali conuentus pecuniam praestiterit, deducitur de peculio, secus si ipsum seruum. ex contractu vero, uel quasi indistinctè deducitur, qđ de neutrali debito intelligitur, à quo per deductionem liberabitur seruus. Bart.

Idem [7] † lib. 9. ad edictum.

LEX XII.

SI noxali iudicio conuentus dñs litis aestimationem

5† Fl. L. 9.
6† alias, adderetur.
7† Fl. Vlpianus lib. 29. ad edictum.

¶ *Si seruus*] Si dominus seruum, cuius nomine tenetur de peculio, alienauerit, intra annum tenebitur de peculio, sed an emptor possit conueniri? Et respond. quod sic, nec refert an ab emptore acquisierit peculium, vel ei concesserit peculium illud, quod emit cum seruo, vel ei a venditore donatum est & potest creditor agere cum emptore & venditore pro partibus, vel cum vnoquoque insolidum, & hoc in secunda. An autem possit venditor agere cum emptore pro eo, quod venditor ante venditionem seruo mutuauerit? Et respond. quod non. & hoc in tertia. Si vero Titius seruo Meuij decem mutuauit. & Titius eum emerit, & alienauerit, an pro illis decem conueniet emptorem? Dicitur quod non. & hoc in quarta. Si emptor mutuauit antequam emeret, an venditor conueniatur postea de peculio? Dicitur quod sic, scilicet intra annum à venditione numerandum, deducetur tamen, quod emptor peculij habet à seruo, & hoc in quinta. Si vero dominus vel seruus aliquid mutuasset, seruo alienato ante venditionem, an pro eo venditor possit emptorē conuenire, quæritur? Et dicitur quod non. & hoc in sexta.

7 † *Alias, & in peculiari.*

8 † *Flor. qd.*

9 † *Flor. sit.*

¶ *Si quis.*] Si plures seruum habeant, & aliquis cum eo cōtrahat, an cum vno insolidum possit agere de peculio? Dicitur quod sic, quia iniquū esset ut actionem suā in plures divideret, qui cum vno contraxit. hoc in prima. An autem tantum debeat haberi ratio eius peculij, quod habet seruus ab eo. qui conuenitur, an similiter eius quod habet ab alijs? Respon. quod totius, & hoc in secunda. Nec conqueri debet is, qui conuenitur insolidum, quia si quid præstiterit vltra portionem suam peculij consequetur ab alijs pro socio, vel communi diuidūdo. Sed quid si ab alijs non habet peculium iste seruus, an vnus duorum conuenitur? Respo. quod sic. Sed quid præstabit? id duntaxat, quod habebit ab ipso in peculio. vnde si quis eorum nō soluendo est, aliquis hæres non est, vel bonorum possess. is, qui conuenitur, eatenus damnabitur quatenus erit apud eum de pecu. vel consequi possit de bonis alterius, a quo seruus non habuerit peculium, hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

10 † *Alias an aliud.*

11 † *Alias eumdem.*

g *Actio datur.*] vt supra eodem, l. prima, §. de eo. Accursius.

h *Depositi quoque.*] Arg. quod actio de pecu. non est proprium nomen actionis.

i *Et commodati.*] vt supra commod. sed mihi §. sed si ancillæ Accursius.

K *Et tributoriam.*] vt supra de tribu. l. procuratoris, § sed & si ancilla. Accur.

l *Non dubitatur.*] dari actionem de in rem verso, vel quod iussu de eo, quod est versum vel iussum, vt infra quod iussu. l. 1. §. 1.

m *Contractum.*] cum filia vel ancilla.

n *Cum eo.*] hærede.

o *Corrupisset.*] sed & vtili iudicio in factum pro duplo intra annum conuenitur seruus ab hærede, & hoc quando testator iussit esse liberum post mortem suam, vt infra si quis testa. liber esse iussus l. 1. circa prin.

p *Polliceatur*] si nominatim accepit pretium peculij, nō alias, vt infra, si ex duobus, in §. & l. seq.

Accepit.

a *Accessit.*] seruus venditus.
b *Concessit.*] domino.
c *Cum singulis.*] id est, cum emptore & venditore. Accur.
d *Insolidum.*] vt s. eo. l. si noxali. §. pe. & s. eo. l. si creditor. §. seruum, & infra de duo. re. l. 3. §. vbi. Sed contra, inf. eo. l. quoties. §. si creditor.

Solu potest sic diuidere, ut contra vnum pro vna parte, contra alium pro alia parte experiatur. Sed si, cum intenderit actionem, insolidum, re integra, nondum lata sententia, velit experiri contra alium: non potest: sicut alias dico in fideiussore: ut C. de fideius. liberum. & l. reos.

e *Venditionem.*] cum sibi satisfaciebat: nam nec ex delicto tunc in dominum commisso teneturut instit. de noxa. §. vnde si alii.
f *Crediderim.*] ego emptor.
g *Deducto.*] ut s. eod. l. si creditor §. fi. & l. quoties, §. non enim. & supra eodem, l. hic, § interdum. & supra de pet. hæred. cum si in fin. porrò antequam alienauero, quod mihi debet antequam emerem, nunc de peculio conuentus deduco, ut supra eo. l. si noxali, §. idem scribit.
h *Mihi dari.*] ut sup. ea. l. § sed & ipsi. Accursius.
i *Si quis cum seruo duorum.*] qui seruum & peculium habent commune. Accur.
k *Insolidum.*] ut hic, & supra de exerc. l. 1. in fin. & l. seq. & sup. eo. & duo. in fi. infra eodem quod debetur.
l *Apud eum.*] scilicet conuentum.
m *Condemnatus est.*] insolidum, & soluet de quo. Accur.
n *Vel communi diuidundo.*] ut supra com. muni diuid. & si non. §. fina. & supra eodem hinc. §. fina. & l. sequ. Sed hæc non est ratio quod ideo tenentur quod contra alium agere potest, sed illa, quia cum suo seruo contractum est, alias contra infra de regu. l. s iuris, nemo ideo. Accur.

accepit, a eidem concesserit. b ¶ Illud quoque placuit, (quod & Iulia probat) omnino permittendum creditoribus, vel in partes cum singulis c agere, uel cum vno insolidum. d ¶ Sed 1† ipsi, qui vendidit seruum, non putat Iulian. de eo quod ante venditionem e credidit, cum emptore de peculio agere permittendum. ¶ Sed & si alieno seruo 2† crediderо, cumque redemero, deinde alienauero: æquè non putat mihi in emptorem dari debere actionem. 3† ¶ In venditorem autem duntaxat intra annum post redemptionem numerandum, de eo quod adhuc alieno crediderim, f dandam esse mihi actionem, existimat, deducto g scilicet 4† quod apud me peculij seruus habebat. 5† ¶ Sicut autem de eo, quod ipse crediderim seruo meo, non putat Iulianus in emptorem, alienato eo, actionem mihi dari h debere: ita & de eo, quod seruus meus seruo meo crediderit, (si is cui creditum fuerit, alienatus sit,) negat permitti mihi debere cum emptore experiri.

Vbi est communio serui & peculij, quilibet conuenitur insolidum, & etiam respectu peculij, quod est penes alterum, & quod præstiterit, ab alio consequitur. Bar.

¶ Si quis cum seruo duorum i pluriumve contraxerit, permittendum ei est, cum quo velit dominorum insolidum k experiri. Est enim iniquum in plures aduersarios distringi 6† eum, qui cum vno contraxit. Nec huius duntaxat peculij ratio haberi debet, quod apud eum, l cum quo agitur, is seruus habet: 7† sed etiam eius quod apud alterum. nec enim 8† res damnosa futura est ei, qui condemnatus est, m 9† cum possit rursus ipse iudicio societatis, vel communi diuidundo n quod amplius sua portione soluit, à socio sociisvè suis consequi.

Quod Iulia. ita locutus habere ait, si apud alterum quoque fuit peculium: quia eo casu soluendo quisque socium etiam ære alieno liberare uidetur: at si nullum sit apud alterum peculium, contra esse: quia nec liberare vllo modo ære alieno eum intelligitur.

Iulian. li. 12. 10† Digest.

LEX XXIX.

Qvare & si socio neque hæres, neque bonorum possessor extitisset, eatenus damnari debet is, cum quo actum fuerit, quatenus peculium apud eum o erit, & quantum ex bonis p consequi potest.

Si creditores peculiares succedunt ei, qui tenetur de peculio, quatenus succedunt, extinguitur actio de peculio, etiam si expresse contra dixit. Pau. de Cas.

Caius lib. 9 ad edict. prouin.

LEX XXX.

SI quis seruum testamento liberum esse iusserit, relictus hæredibus his, qui cum seruo contraxerunt: possunt inter se cohæredes uel q de peculio agere: quia de eo quisque peculio, quod apud eum est, quolibet alio agente tenetur.

¶ Etiam si prohibuit eum seruo contrahi dominus, erit in eum de peculio r actio.

SI quis seruum.] CASVS. Duo contraxerunt cum seruo Titij, & factus est eorum debitor. Titius decessit, qui eos instituit hæredes, & reliquit seruo libertatem. an hæres a iuris, cohæredem agere de peculio, puta, quia vni debebat 10. alij 50. Et respon. q sic, & ideo agitur ad inuicem, quia ab alio extra neo agi potest aduersus eos de peculio quod quilibet apud se retinet. Viuia.
q *Vel.*] pro saltem.
r *De peculio.*] non autem institoria, ut supra de instit. l. si quis mancipijs, §. Proculus, quæ est contra. Item videtur econtra totum dicendum, vt ita demum teneatur, si perceperit, ut C. quod cum eod. l. fin. & quæ est contra. Sed ibi de actione quod iussu dicit, hic de actione de peculio. Ac.

QVasitum.] CASVS. Si dominus ex contractu serui conuenatur de peculio, & tempore litis contestа. nil sit in peculio, si tempore sententiæ aliquid sit in peculio, an dominus debeat teneri inspecto tempore sententiæ. Et respon. quod sic. Idem est in actione ad exhibendum. & si tempore litis contestatæ exhibere non possit, tempore sententiæ possit, debet teneri ad exhibendum, nisi exhibeat. Idem est si vendico rem meam ab aliquo, neque ipse possideat tempore litis contestat. postea tempore sententiæ inuenitur possidere, quod tenetur.

¶ *Si cum.*] Si dominus tenetur de peculio, ad quemlibet peruenit, debet conueniri quilibet. Idem est in actione de in rem uerso, nisi in re vnius hæredis uersum fuisset, quo casu tenebitur insolidum. Si vero aliquis seruus pro parte instituatur, pro parte conuenietur. Si vero filius pro parte instituetur, conuenietur in solidum. Sed in primo casu si unus cohæredum conuentus velit totum soluere, puta, quia erant x. in debito, & ea soluit, & uelit sibi actionem cedere in v. aduersus cohæredem, an sit audiendus, quæritur? Et dicitur quod sic.

¶ *Si is qui.*] Sed cum decem alicui deberentur ex contractu serui, & v. tantum essent in peculio, & illa exegit, postea peculium augeatur, an pro residuis v. dominus possit conueniri? Et respon. quod sic.

o QVare. Apud eum.] secus si non esset, ut hic, & inf. situa. l. 1. §. si præcepto. & inf. de dote præleg. l. 1. §. per contrarium. sed quare non pro communi diuidundo, vel pro socio inuicem agunt, ut supra eodem, l. hinc. §. fin. & l. sequ. quæ sunt contra? Respon. hic nec re, nec consensu socii in seruo.
p *Ex bonis.*] socii defuncti. Accursius.

1† Al. sed & ipsi.
2† Flor. Accu. seruo.
3† Flor. dumtaxat.
4† Al. Accu. §.
5† Fl. habebit.
6† Fl. destringi.
7† Flor. habere, sed & eius.
8† Fl. nec tamen. & reliq. Duo.
9† Fl. condemnatur.
10† Fl. lib. 12.

¶ *Si annua.*] Si dominus seruum, cuius nomine tenebatur de peculio, vendidit, & creditor pro eo cum conuenerit, & repellatur annali exceptione: puta, quia effluxit annus a tempore alienationis serui, an detur creditori aduersus emptorem actio, quaeritur: Et dicitur quod sic. Si uero uenditor, conuentus intra annũ dixit, nihil est in peculio: eo deducto quod creditor à venditore consequi possit, in residuum conuenietur emptor. & hoc in secunda.

¶ *In dolo.*] Dominus conuentus de peculio exceptionem opponit dicendo nihil esse in pecu. replicatur de dolo, quia dicit dominum dolosè intricasse peculium. usq; ad quod tempus detur ista replicatio, quaeritur. Et respon. usque ad tempus quo agi põt de dolo quod olim erat tempus annale: hodie biennale: ut C. de dolo l. heres. Et quatenus ad eum ex dolo defuncti peruenit, tenetur: sed si ipse haeres dolum commisit insolidum conuenietur. Viuia.

a *Intenditur.*] inspecto tpe sententiae, non praesenti. nam nec fieret missio, si nunc non defenderetur dominus: ut inf. eo. l. eo tẽpore. Item nec caueret de futuro incremẽto, qui de peculio conuenitur, ut inf. l. quoties, §. qui semel. per quae patet nil nunc deberi: & sic non rectè, vel actor asserit esse sic. Accursius.

b *In peculio.*] etiam hodie asserebat actor esse: erit tamen tempore sententiae, ut praedixit hic, & infra de li be. lega. si quis reum. §. idẽ Iulianus. & supra, de iudi. si filius. primo responso, & sic non ratione praesentis status, sed futuri rectè agitur. sic in actione in rem & ad exhiben. ut subiicit, & supra, de rei vend. si autem. §. primo, & sic in peti. haere. l. tertia. & l. quod si in diem, primo respon. & est ratio in actione de peculio, & peti haered. quia ius metimus ex persona actoris, ut supra, si pars haere. peta l. prima, §. primo, & possunt sub petitione generali claudi etiam quae postea quaeruntur. vnde secus in personali singulari, ubi non potest conueniri, ut supra, de ind. l. non potest quae est contra. Item quandoque & alia tempora spectantur in actione de peculio: ut infra, eo. si ex duobus, §. in hoc, & l. si filius uel seruus, & infra, tit. 1. l. si. Accur.

c *Haerede.*] s. instituto.

d *Vertisset.*] s. seruus, quia tunc in totum quod versum est tenetur actione scilicet de in rem verso.

e *Quasi.*] id est sicut Accur.

f *Ex sociis*] quorum vnum constat posse conueniri insolidum de peculio serui cõis: ut 3. eo. l. si ancillarum. in fi.

g *Conueniendum.*] s. insolidum.

h *Institutus.*] cum libertate expressè relicta, secundum haec iura. hodie non est visnum eo tempore, quo haeres instituitur, & libertas praesumitur relicta; ut instit. qui. ma. non li §. idemque. Accur.

i *Aequè cum eo.*] ut supra eod. l. 3. §. 1. Accur.

K *Patietur.*] quia etiam ab initio tenebatur, quod est in seruo diuersum, secundum Io.

l *Sed si velit.*] s. filius insolidum.

m *Redimere.*] idest actionem sibi cedi, secundum Io. Et nota hic argu. pro quaestione qua quaeritur, si vnus reorum soluit, an cessio fiat in totum cõtra correos, uel pro parte. quidam in totum. sed Io pro parte, pro eo quod est hic, ut infra, de tut. & ra. distrahen. cum pupillus, & supra al leg. Rho. de iac. l. prima, & l. 2. in princ. & diximus infra, de solu. l. Modestinus. Accursius.

n *Versum sit.*] idem & si non sit uersum. nam & tunc habet doli exceptio scilicet nisi fiat ei cessio pro parte sua, ut supra sa. ercis. his consequenter, §. si filius.

o *Consequatur.*] ex iure cessio agens.

p *Locuples.*] idem & si non sit locuples. & hoc cum non inspiciatur illud, nisi in casibus, ut supra eo. l. iii. §. si cum impubere.

q *De residuo.*] quia noua causa est, ut infra, de excep. rei iudi. si rem meam. Item facit infra eo. quoties. §. si semel. Accur.

r *Subueniri.*] de aequitate. nam mero iure electione sibi praeiudicauit, ut infra eod. si ex duobus 1. respõ. quae est contra. & l. quoties, §. si creditor.

s *Alia.*] dicendo nil esse in peculio, ut supra si certum pet. l. si. 1. respon.

t *In dolo.*] agit creditor de peculio, dominus dicit nihil esse in peculio, & actor replicat, quod dominus fecerat dolo quo minus sit, ut supra eodem summa. 1. respon. Accur.

u *Statutum tempus.*] quod erat olim anni, hodie biennij, ut C. de dolo. l. fina. Sed videtur perpetuo posse obijci ut infra, de excep. doli. l. pure, §. fina. quae est contra. Sol. ibi in excep. hic in replicatione, in qua idem quod in actione debet statui, cum actor possit replicare quando uult agendo, non sic qui excipit. ut ex l. contraria patet & hoc secundum R. non ualet. nam & replicatio perpetuo durat, vt C. de except. l. si pactum. nisi dicas quod ibi replicatio pro exceptione ponatur, quod esse potest, ut infra, de excep. l. 2. §. 1. Vel dic, quod ibi perpetuo replicatur. in l. si pactum. de eo quod peruenit ad uiolentum, quia praecesserat actio quae perpetua erat. hic autem annalis scilicet, de peculio. Vel sol. secundum Bul. quod hoc intelligitur secũdum l. contrariam, & hoc ex hac dictione, fortassis, quae est hic, & sic perpetuo obiicitur.

Vlpianus lib. 29. ad edict.

LEX XXXI.

Quaesitum * est, an teneat actio de peculio, etiam si nihil sit in peculio, cum ageretur, si modo sit rei iudicatae tempore? Proculus & Pegasus, nihilominus teneri aiũt. intenditur a 1† enim rectè etiam si nihil sit in peculio. b Idem & circa ad exhibẽdum, & in rem actionem placuit, quae sententia & à nobis probanda est.

Hac actio contra haeredẽ datur, quatenus ad eum ex peculio peruenit: sed filius cum quo contractum est, si est haeres, tenetur in solidum, & sic contra cohaeredem actio est cedenda. Bart.

¶ Si cum ex parte haerede c domini uel patris agatur: duntaxat de peculio condemnãdum, quod apud eum haeredem sit, qui conuenitur. Idem & de 2† in rem verso pro parte: nisi si quid in ipsius haeredis rem vertisset. d 3† Nec quasi e vnum ex sociis f esse hunc haeredem conueniendum, g sed pro parte duntaxat. Sed & 4† si ipse seruus sit haeres ex parte institutus: h aequè i cum eo agẽdum erit. Si verò filius sit, quamuis ex parte institutus: nihilominus insolidum actionem patietur K Sed si uelit l pro parte nomen cohaeredis redimere, m audiendus est. Quid enim in rẽ patris versum sit? n cur non consequetur o filius à cohaerede quod in patris rẽ versum 5† est? Idem est & si peculium locuples p sit.

Qui egit de peculio, & non fuit consecutus totum debitum, quia non erat tãtum in peculio, ipso postea aucto, iterum agere poterit. Pau. de Cast.

¶ Is qui semel de peculio egit: rursus aucto peculio, de residuo q debiti agere potest.

Exceptio quae competit actori, non transit ad successorem, si in eius persona causa cedendae actionis deficiat, alias secus. Bar.

¶ Si annua exceptione repulsus sit à uenditore creditor: subueniri r ei aduersus emptorem debet: sed si alia s exceptione, eatenus 6† subueniri ei debet, vt deducta ea quantitate, quam à venditore consequi potuisset, ab emptore residuum consequatur.

Replicationes sunt temporales sicut actiones. Bar.

¶ In dolo t obiiciendo temporis ratio habetur. Fortassis n. post tps de dolo actionis nõ patietur dolum malum obijci praetor: qm nec de dolo actio post statutum tempus u datur. In haeredem autẽ doli

* *Contr. glo. in c dudum. super verbo, † tem medio in uers. sed si medio t. ex tra de electio. Bal. & ad intell. huius l. vide Burgel. in l. quod te, nu. 19 supra si cer. pet.*

1† *Al. intendi.*

2† *Flor. deest, de.*

3† *Fl. verto.*

4† *Flor. deest, †.*

5† *Fl. in patris re est.*

6† *Flor. haberi nus ut deducta ea, &c.*

a *Puni debeat.*] etiam perpetuo: vt in actione de dolo dicitur: ut supra de dolo. l. in hæredem, alij econtra. Accursius.

b *Sed si ipse. Solidum.*] facit supra de tribut. l. quod in hæredit. §. fi. Accursius.

versum, liberet de stricto iure, licet ille insolidum sit obligatus, ut supra eodem, l. quæsitum, §. 1. Accur.

l *Liberat.*] s. iure mero Accur.

m *Hoc iude.*] ius strictum est, quod vnum eligendo quem insolidum conuenerat, videtur ab aliis recedere, cum ille soluat ei totum, quod debet: nō autem plus debet quam sit in peculio.

SI ex duobus.] CASVS. Si dominus pluribus hæredibus relictis decessit, qui conueniri poterat intra annum de peculio ex contractu serui: & seruo alienato, uel manumisso, uel libero esse iusso, vnus hæredum conuenitur, an cæteri liberentur, quærit? Et dicitur ꝙ sic, de iure scripto, sed in plus condemnari nō debet quam ꝙ sit in peculio penes eum. idem est i duob. fructuariis in seruo, & duob. bonæ fidei possessoribus. idem est si in rem vnius versum fuerit, ꝙ alius cōuentus eum liberat. hæc sunt vera de iure scripto. secus de equitate, quia qui contraxit cum seruo, totum peculium respexit: nō eam tantum partem peculij, quæ erat penes conuentum.

¶*In hoc.*] In prædicto casu cum vnus hæres conuenitur, & tempore litis contest. nihil est in peculio, tempore sententiæ tamen est: an illius ratio debeat haberi, quæritur? Et respon. ꝙ sic. Si vero econuerso, semper tempus sententiæ spectandum est v.g. vendidi seruum, qui conueniebatur, nil erat in peculio, postea peculium venit apud emptorem, non est inspiciendum in persona emptoris quantū fuerat in peculio eo tempore, quo cōueniebat, sed quantum postea accessit emptori ut si x. tantum erant penes me cum cōueniebar, xxx. debebantur, creditoribus pecul. & postea vsque ad xx. creuit peculiū apud emptorem insolidum tenetur.

clausula in id, quod ad eum peruenit, fieri debet, a vltra, non.

Paulus lib. 19. ad edictū

LEX XXXII.

SEd si ipse hæres dolo fecerit, solidum b præstat.

Electione unius ex pluribus non habentibus communionem serui & peculij, alij liberantur, sed de æquitate in residuo cæteri tenebuntur: & quantum sit in peculio, sententiæ tēpore inspicitur. h. d. Bar.

Vlpianus libro 2. disput.

LEX XXXIII.

SI ex duobus vel pluribus hæredibus eius, c qui d manumisso e seruo uel libero esse iusso f vel alienato g uel mortuo intra annum conueniri poterat, unus fuerit conuentus, omnes hæredes liberabuntur, h quamuis non in maiore quantitate 1 † quam eius peculij, quod penes se habet, qui conuenitur, condemnetur, idque ita Iulianus scripsit. Idemque est & si in alterius i rem fuerit uersum. K Sed & si plures sint fructuarij, vel bonæ fidei possessores, vnus conuentus cæteros liberat, l quamuis non maioris peculij quantitate, 2 † quam penes se est, condemnari debeat. Sed 3 † licet hoc iure m contingat, tamē æquitas n dictat iudicium in eos dari, qui occasione iuris liberantur, ut magis eos præceptio, quam intentio liberet. Nam qui cum seruo contrahit, uniuersum peculium eius quod vbicunque est, ueluti patrimonium, intuetur.

¶In hoc autem iudicio licet restauretur recedens, o 4 † tamen & augmenti & decessionis rationem haberi oportet. & ideo siue hodie p nihil sit in peculio, siue accesserit q aliquid: præsens status peculii spectandus est. Quare circa venditorem quoque & emptorem hoc nobis videtur verius, quod accessit peculio, posse nos r ab emptore consequi: s nec retrorsum, velut in uno iudicio, t ad id tempus conuentionem reducere emptoris, quo uenditor conuentus sit.

Si pro peculio pretium expresse non fuit constitutum: hic conuenitur, apud quem peculium reperitur. alias hic, qui pro peculio pretium nominatim recipit. Bart.

¶Venditor serui si cum peculio seruum vendiderit, & tradiderit peculium: ne intra annum quidem de peculio conuenietur: neque enim hoc pretium, u serui peculium est, ut Neratius scripsit.

Iabolenus li. 12. ex Cassio

LEX XXXIIII.

SEd si quis seruum ita uendiderit, ut pretium pro peculio acciperet, penes eum videtur esse peculium, ad quem pretium peculij x peruenit.

1 † Fi. maiorē quantitatem pecul.

2 † Fi. decess. quantitate.

3 † al. sed si licet.

4 † Fi. ... dens alias, ... parte.

n *Æquitas.*] tria no. Primo, quod æquitas præfertur rigori: vt C. de iudic. Placuit. Secundò, quod præceptio non litis contestatio liberat. ut supra de iis qui deiec. uel effu. l. præceptione, & supra de constitu. pecu. l. item. §. fin. Item quod qui contrahit, totū patrimoniū &c. vt supra de iudic. si fideicommiss. §. 1. infra ad Trebel. l. prima, §. si hæres.

o *Recedens.*] actor dicitur recedens iō, quia vnum eligendo, ab aliis recedere uidetur, de stricto iure: & quia si non potest totum ab alio consequi, recedit ab illo, & redit ad alium de æquitate: ut sup. prox. respon. & dicitur restaurari. & ex hoc quia redire potest, videbatur condēnationem faciendam semper quantum est in peculio tempore litis contesta. etiam si minus vel plus sit tempore rei iudicandæ; quia licet minus consequatur actor, posset tamē de residuo postea agere, vel contra aliū: ut hic: uel contra eundem: vt supra e. l. quæsitum, §. is qui semel. Respondetur tamen, contra, scilicet tempus sententiæ, quod præsens dicitur, spectari, ut supra eo. quæsitum, 1. respon. quod autem in vna persona dicitur, postea in duabus ponitur: scilicet quod in persona emptoris non sit spectandum quantum fuerit in peculio eo tempore, quo uenditor est conuentus.

¶*Venditor.*] Si vendidi seruum cum peculio, & de peculio penes me nil remansit: non solum post annum, sed neque conueniar de peculio. Si uero accepi pretium pro peculio, penes me videtur peculium remansisse, cum pretium peculii ad me peruenit Viuianus.

c *Eius.*] s. domini. Accur.

d *Qui.*] scilicet dominus. Accur.

e *Manumisso.*] scilicet à te.

f *Iusso.*] s. ab alio, cui uendidit dominus sub eo pacto ꝙ manumitteretur.

g *Vel alienato.*] sed non libero esse iusso.

h *Liberabuntur.*] de stricto iure ut statim dicetur. Accur.

i *Alterius.*] s. hæredis. Accur.

k *Versum.*] s. ut alius conueniens hunc, in cuius rem est

p *Hodie.*] s. cum iudicaretur.

q *Accesserit.*] emptori. Accur.

r *Nos.*] qui primo contra venditorem egimus.

s *Consequi.*] ex hoc patet quod emptor serui etiam de præcedenti causa tenetur, alias enim quomodo conuentus fuisset venditor? & hoc dicitur supra eod. si noxali. §. Idem scribit, & de tribu. l. de peculio. & supra eod. l. & ancillarum. §. si seruus.

t *Iudic.*] quod falsum est, quod sit vnum iudicium, imò duo. Accursius.

u *Hoc pretium.*] scilicet numeratum. Accur.

x SEd si quis. Peculij.] nominatim. & hoc casu habet locum quod dicitur supra eodem, si noxali. § quod autem.

Non

a NOn penes.] scilicet tantum vt supra eodem, si noxali. § idem scribit, ut arg. supra de tribu. l. de peculio. Accursius.

AT cum.] C A S V S. Si hæres iubeatur à testatore peculium seruo dare, & liberum facere, & x. à seruo recipere, an videatur penes hæredem peculium esse? Dicitur quod nō magis enim videtur conditioni, qua libertas relicta est, paruisse, quam pretium peculii numerasse. Viuianus.

¶ Si seruo.] Iussisti seruo tuo vt emeret uicarium pro viij. de tua pecunia, & denunciaui tibi quod emerat tantum pro viij. sed x ei numerauit, an duo vendicare possis quæritur? Et dicitur quod sic, sed ea teneris præstare de peculio.

Pōp. lib. 12. ex varijs lec.

L E X XXXV.

NOn penes [a] quem res peculiaris sit.

Iabolenus li 12. ex Cassio.

L E X XXXVI.

AT cum hæres iussus [b] est peculium dare, [c] accepta certa summa: non videtur penes hæredem esse peculium. [d]

In contractibus bonæ fidei pater & dominus non solum de peculio, sed etiā de eorum proprio dolo tenetur. Bart.

Vlpianus lib. 2 Disputa.

L E X XXXVII.

IN bonæ fidei contractib[us] quæstionis est, 1† de peculio, an insolidum pater, vel dominus teneatur. 2† vt est in actione de dote agitatum, si filiofamilias 3† dos data sit, an pater duntaxat de peculio conueniretur? Ego autem arbitror non solum de peculio conueniri: sed & si quid præterea dolo malo [e] patris capta fraudataque est mulier, competere actionem, nam si habeat res, nec restituere sit paratus: æquum est eum, quāti ea res [f] est, condemnari. Nam quod in seruo, cui res pignori data est, expressum est, [g] hoc & in cæteris bonæ fidei iudicijs accipiendum esse Pomp scribit. 4† Nam q; & 5† si seruo res pignori data sit, non solum de peculio, & de in rem uerso competit actio, verum hanc quoque habet actionem. 6† Et si quid dolo malo domini capt[us] fraudatusque actor est. Videtur autem dolo facere dominus, qui cum habet restituendi facultatem, non vult restituere.

Quando quantitas petitur vt species, ad aliam quantitatem non admittitur compensatio. Bart.

Iulianus lib. 12. Digestorum.

L E X XXXVIII.

SI creditor filii tui hæredē te instituerit, & tu hæreditatem eius vendideris, illa partu stipulationis [h] quanta pecunia ex hæreditate 7† ad te peruenerit, teneberis [i] de peculio.

¶ Si seruo tuo ordinario permiseris vicarium emere aureis viij. ille decem emerit, & tibi scripserit se viij emisse, tuque ei permiseris eos viij. ex tua pecunia soluere, & is decē soluerit hoc nomine duos aureos tantum vendicabis, [k] sed hi [l] venditori [m] prestabūtur duntaxat de peculio serui.

Si cum vno agatur, eius peculij, quod fuit apud eum, qui quondam fuit socius, ratio non habetur. Item si agatur contra emptorem post annum, non habetur ratio eius, quod est penes venditorem, secus si intra annum. Bart.

¶ Seruum, quē 8† cōem cum Titio aut Sēpronio habebā,

b Iussus est.] scilicet à testatore.

c Dare.] seruo libero esse iusso. Accur.

d Peculium.] quia magis est pretium libertatis, nihilominus tamen tenetur de peculio, ut infra ti. 1. l. 1. itē vel distingue, ut ibi dixi. Accur.

IN bonæ fidei.] C A S V S. Si in actione stricti iuris aliquid à filiofam. alicui debeatur, puta ex mutuo, quin dominus de pecu. teneatur, dubiū non est, sed in bo. fid. videndum an insolidum, an duntaxat dominus de peculio teneatur, verbi gratia filiusfamil. accepit dotem à muliere, solu. matri. an pater de peculio teneatur, an in solidum, quæritur. Et respon. quod non solum de peculio, sed in ipsam dotem, si dolo ipsius mulier fuerit defraudata, cum habeat apud se dotē, quanti ea res est, condemnandus est. Idem est in seruo, si obligaui seruo pignus ex cōtractu, quem cum eo feci, & pecunia soluta nec pignus restituat, quia non solum conuenitur dominus de peculio, sed nomine doli, quem commisit. eo autem ipso in dolo videtur, quod pignus non restituat, cum habeat facultatem restituendi. Viuianus.

1† Fi. est, an de pecu.

2† Fl. teneatur.

3† Flor. si filio fuit data sit

4† Fl. scripsit.

5† Etiam deest, &c.

6† Fl. adiectionem et reddi[...] nam adiectionis proprium nomen non est. sed adiectiuum, qua plerumq; actionibus addi solebat. Duar.

¶ Seruum.] Habebam seruum communem cum Titio & Sempronio, qui seruus cū aliquo contraxit. antequam conueniret de peculio, vendidi eum Titio cum peculio, quod penes me remansit, si conueniatur Sempronius quondam socius meus in illo seruo, an debeat haberi ratio peculii, quod penes eum remansit? Dicitur quod non, quia si aliud hoc nomine præstitit Sempronius, non recuperabit à me, cum actionem non habeat, quia à communione recedit. si Titius eum vendidit, & conueniatur, aut intra annum à tēpore alienationis, aut post. Primo casu habebitur ratio, secundo casu non, quia hoc sapiētibus placuit ut intra annum cum venditore creditor de peculio possit agere, cum emptore in perpetuum.

7† Al. ex hereditate, not ad te.

¶ Si actum.] Habeo proprietatem in seruo, tu vsumfru seruus habet peculium, quod respicit me proprietarium, & quod te fructuarium si tu conueniaris à creditoribus peculiarijs, an debet haberi ratio utriusq; peculij? Dicitur quod sic, quia is, qui contraxit, totum respicit peculium, hoc in prima. Idem est si tu fructuarius locasti ei operas suas, & promisit tibi x. vel ei mutuasti. habes aduersus me actionem de peculio. Viuianus.

h Stipulationis.] nam stipulatur emptor à venditore, ut infra de verb. obl. l. cum stipulamur.

8† Cuiac. lib. 12. obseru. c. 8. sicut legit seruum quē cum Sempronio habebam.

e Dolo.] secus si culpa, ut supra commo. si mihi. §. si filio. & hæc subiicit. Azo.

f Eares] vel quanti in litem iurauerit, & facit supra eod. l. 3. § ex furtiua. & l. depositi. 1. respon. Accur.

g Expressum est] scilicet à Iuliano, ut supra commo l. 3. § si filio, & hic subiicit.

SI creditor] C A S V S. Tenebaris mihi in decem de peculio nomine filii tui. instituit te hæredem, vendidisti hæreditatem, an tenearis emptori de peculio, ad quem peruenit hæreditas, quæritur? Et dicitur quod sic, ex stipulatione quam interponit emptor de præstando ei quicquid ad venditorem occasione hæreditatis, quam emit, peruenit, cum ergo illa x. ad eum pertineant. quia aditione hæreditatis confusa erat obligatio: meritò venditor tenebitur in x. de peculio.

i Teneberis.] ut infra de hære. vend. l. 2. §. illud quæsitum. & l. si hæreditatem mihi.

K Vendicabis] nec enim est necesse ostendere quos, sed tātum numerum, ut supra de rei vend. l. si in rem.

l Sed hi] scilicet duo aurei.

m Venditori.] scilicet agenti. Et sic no. hic. quod non solū non fit compensatio quantitatis ad veram speciem, sed etiam ad fictam speciem, est enim quantitas id, quod per actionem de peculio petitur, ficta species illi duo aurei, qui ut species uendicantur, argum infra de legat. 1. planè, §. 1. nec mirū, quia ibi vt corpora debentur, tamen quia vt quantitas debetur. fit compensatio ac si in genere deberentur, ut infra de leg. 2. l. vnum ex. §. sed si vno. & facit ad §. si cer. pet. cum fundum. §. seruum, & supra de neg. gest. quā aliena §. libertos Accur.

Tum.

a *Titio.*] cuidam vel alij, vel dicto Titio, cum quo communem habui. Accur.

b *Vendidi*] cum quo communem habui, vel non, nam nõ certificat hic. sed in solutione optimè determinabit statim. Accursius.

cum hæc 10. nec in peculium sint conuersa: neque si aliquis ageret cum patre de peculio ex contractu alias facto cum filio, illa 10. computarentur cum peculio. agam ego & ad exhibendum, & rei vendi.

¶ *Si nupturus.*] Mulier promisit dotem filiosa non tradidit. soluto matri. an possit agere mulier vt insolidum ab soluatur a dotis promissione, an quatenus est in peculio? Respon. quod insolidũ, quia si conueniretur mulier ex promissione sua insolidum, posset de dolo mulier excipere.

c *Dixi si cum Sempronio.*] socio meo, quondam, cui nõ vendidi.

d *Consequi.*] quia cũ eo mihi commune esse desijt, cum quo erat antequam venderem.

e *Cum Titio.*] emptore.

f *Agi de peculio non posset.*] vt supra eodem, & ancillarum. §. si. Accur.

1 † Flor. ratio haberi deberet alias ratio haberi in tra annum. hæc duo verba, intra annum. addita fuerunt a glossographis itaque expunge da Duar.

g *Ageretur.*] cũ emptore. emptor enim conueniri potest intra annum ex sua persona, quia peculium quod habet venditor ipse videtur habere, cum illud possit ac. ex empto petere ex persona venditoris, quia venditor tenet, à quo exigere poterit quod præstiterit. sed post annum ex sua persona tantum conuenitur. & adde quod no. supra si ex noxa. cau. agatur. in fine.

2 † Flor. de eo, cffa.

h *Peculij rationem.*] quod apud me est, & hoc est verum in eo casu cum Titius seruum emit cum peculio: alias non. Accursius.

i *Consequatur.*] ex æquitate, vt supra eodem quæsitum, §. is qui semel, & l. si ex duobus. in princ. Accursius.

k *A fructuario.*] seruus conducit a fructuario operas, cum ei aliquid promittit, vt sibi permittat locare alijs. operæ enim talis serui fructuarij omnes sunt Accur.

l *Actio.*] scilicet de peculio. Sed prout refertur hoc ad locationem, est contra supra de vsuf. sed & si quis. §. idẽ Iulianus. Sol. nihil dicitur ibi agi ex tali locatione ac hoc vt fructuarius obligetur, ac seruus ei obligat, ac per hoc proprietarius, vt hic. Vel dic, quod fructuarius non hic a seruo ex opera stipulatus est, puta, promittis quod arabis eras, sed dicebat seruus, dabo tibi decem, si me meis operis, sicut volo, permiseris vti. Item cõtra. ff. de ver. obl. liber homo. in fi. j. respon. Sol. quod ibi dixit, non dari mihi actionem in dominum proprietatis, supple, nisi deducam quod penes me est loco peculij, vt hic subijcit, & supra eo. l. hinc. §. pen.

m *Deducto.*] id est computato. sed cur iste fructuarius computat sibi in solutum suum peculium? Resp non est mirum, quia & hoc facit dominus vbicũque de peculio conuenitur, & sibi aliquid debetur. imo quandoque non, vt inf. eo. deposui, §. seruo; & quandoq; sic, vt inf. eo. quoties. §. non tantum. Vel dic, deducto, id est separato, sed hæc est non propria significatio, sicut per hunc tit. accipimus. nã dicitur dominus deducere, id est in debitum sibi computare, vt infra l. prox. §. seruo.

D *Eposui.*] CASVS. Si deposui decem apud filiumfamil. qui nihil habet in peculio, cũm nullum habeat, si agam cum patre de peculio, nihil consequar,

Titio a vendidi b ante, quam eius nomine ageretur mecũ de peculio. Quæsitum est, si de peculio cum Titio aut cũ Sempronio ageretur, an eius peculij, quod apud me esset, ratio haberi deberet? Dixi, si cum Sempronio c ageretur, nunquam eius peculij, quod apud me esset, rationem 1 † haberi debere, quia is nullam aduersus me actionem haberet, per quam id, quod præstitisset, consequi d posset. Sed & si cum Titio e post annum, quam vendidissem, ageretur, similiter non esse computandum peculium, quod apud me esset, quia iam mecum agi de peculio non posset. f Sin autem intra annum ageretur, g tunc quoque habendam huius peculij rationem, h postquam placuit alienato homine permittendum esse 2 † creditori & cum venditore, & cum emptore agere.

Quod quis a fructuario cõsequi nõ potuit per actionem de peculio, recuperat a proprietario. Pau. de Cast.

¶ Si actum sit de peculio cũ eo, qui vsumfructum in seruo habet, & minus consecutus sit creditor, non est iniquum, vt ex vniuerso eius peculio, siue apud fructuarium, siue apud proprietarium erit, rem consequatur. i

Ex contractu celebrato inter fructuariũ et seruũ, in quo habet vsumfructũ, datur fructuario actio de peculio contra proprietarium, computato tamẽ peculio, quod est apud fructuarium, de quo debet sibi ipsi soluere. Pau. de Cast.

¶ Nihil interest, operas suas conduxerit seruus a fructuario, k an pecuniam mutuam ab eo acceperit. Dari itaque debebit actio l ei aduersus dominum proprietatis, deducto m eo, quod seruus peculij nomine apud fructuarium habet.

Vbi non est peculium, non potest actio de peculio intentari, sed est ad alias actiones congruas recurrẽdum. Bart.

Africanus lib. 9. 3 † quæstio.

LEX XXXIX.

DEposui apud filiumfamilias x. & ago depositi de peculio. Quamuis nihil patri filius debeat, & hæc x. teneat, nihilo magis n tamen patrem damnandum o

¶ *Stichus.*] Si habeas seruum ordinarium, & ille habeat vicarium in peculio suo, & vicarius nihil habeat in peculio, si mutuaueris vt vicario, & postea conueniaris creditoribus Stichi vi in 10. & carius vendatur pro 10. an possis deducere, quæ tibi debuit vicarius ex prædicto contractu? Et resp. quod non. quia vicarius nõ est in peculio suo, & proinde non deduces alicui alij seruorum tuorum nullum vicario habente peculiũ, quod probat iurisconsul. per simile. Sticho peculium suum legasti, & liberum esse iussisti, & vicarius eius, qui non habet aliquid in peculio, debebat tibi x. an hæres possit deducere illa? Et respond. quod non, si vicarius haberet peculium, ex quo fieri posset deductio, etiam si vicarius nihil haberet in peculio, & tantum deberet vicarius quantum ordinarius habet, qui nihil habet nisi vicarium, contingeret, quod nihil esset in peculio, & ita nullum esset legatum, quod esset absurdum.

3 † Flo. lib. 8.

¶ *Seruo*] Vendidi tibi seruum, & tradidi tibi totum peculium, vel partem retinui. si postea contraxi cum seruo, & factus sit debitor meus, an debeam compensare illud, quod retinui de peculio, cum illo, quod debet mihi seruus, si te conueniam de peculio, quæritur? Et dicitur quod non, neque refert conueniam te intra annum a tempore alienationis, an post, & hoc probat, quia a creditoribus, qui post venditionem, & traditionem cum eo contraxerunt, neque debet posse conueniri, sed ab illis, qui contraxerunt cum eo ante venditionem, potero conueniri de peculio. quod apud me remansit, quia erat huius peculij quod respicit præteritos contractus, non futuros. Viuianus.

n *Nihilo magis.*] id est non ideo magis.

o *Damnandum.*] id est non damnandum de peculio, sed absoluendum. cum. n. nullum aliud sit peculium, nec illa x. sunt peculium, ergo patet non tenetur, vt not. infra eodem quoties. §. si semel. & ff. de lib. lega. si quis reum. nec obst. supra in bonæ fidei. & supra commo. l. 3. §. si filio. quia ibi erat peculium, occasione cuius agitur personaliter de peculio. hic ergo agitur ad exhibendum. Accur.

existimauit, a si nullum præterea peculium sit. Hanc. n. pecuniam, cum mea maneat, nõ esse peculij. Denique quolibet alio agente de peculio, minimè dubitandum ait computari non oportere. b itaque ad exhibendum agere me, & exhibitam vendicare c debere.

Liberatio ab obligatione de dote soluto matrimonio, absque alia conditione deducitur. Bar.

¶ Si nuptura filiofamilias dotis nomine certam pecuniam promiserit, & diuortio facto agat de dote d cum patre, vtrumne tota promissione, an deducto eo, quod patri filius debeat liberari eam oporteat? 1 † Respondit, tota promissione eam liberandam esse, cum certè & si ex promissione cum ea ageretur, e exceptione doli mali tueri f se posset.

Quod dēt domino seruus vicarius, qui non habet peculium, ex peculio ordinarij non deducitur. Bar.

¶ Stichus habebat 2 † in peculio Pamphilum, g qui est x. idem Pamphilus dēt dño v. h si ageretur 3 † de peculio Stichi i nomine placebat æstimari debere pretium Pãphili, K & quidem totum, non deducto eo, qđ domino Pamphilus deberet. l neminem m enim posse intelligi ipsum in suo peculio esse: hoc ergo casu damnum dominum passurum, n vt pateretur, si cuilibet alij seruorum suorum peculium non hñti credidisset, idque ita se hře, euidentius appariturum ait, si Sticho peculium legatum esse proponatur, qui certè, si ex testamento agat, cogendus non est eius qđ vicarius seruus 4 † suus debet, aliter, quam ex peculio ipsius, o deductionem pati: alioquin futurum, vt si tantundem vicarius * domino debeat, p ipse nihil in peculio habere intelligatur, q quod certè absurdum est.

Contractus qui celebrantur venditione serui perfecta, ad peculium, qđ penes venditorem remansit, non pertinent. Bar.

¶ Seruo, quem tibi vendideram, r pecuniam credidi, s quæsitum est, an ita mihi in te actio de peculio dari debeat, vt deducatur t id, quod apud me ex eo remanserit. Quod quidem minime verũ est. Nec interest, intra annũ, quam vendiderim, an postea experiar: nam nec u cæteris quidem, qui tunc cum eo contraxerunt, in me actio datur. In contrarium quoque agentibus mecum his, qui antea cũ eo seruo contraxissent, non deducam id, quod mihi postea deberi cęperit. x Ex quo apparet onus eius peculij, qđ apud me remansit, ad posterioris temporis contractus pertinere non debere.

Peculium consistit in his etiam quæ seruus, vel filius acquirit sua industria, vel parsimonia, si pater uel dominus permittit apud ipsos esse, non tamẽ in vestibus, quas pater uel dominus tenetur ei ministrare, & potest augeri & diminui, & totaliter extingui. boc dicit cum l. seq. Pau. de Cast.

Flor. li. 10. 5 † Institutionum.

LEX XL.

PEculium & ex eo y consistit, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio meruit a quolibet sibi donari, idque, velut proprium patrimoniũ, seruũ suũ habere quis voluit.

Martianus libro 5. Reg.

LEX XLI.

PEculiũ * nascitur, crescit, decrescit, & 6 † moritur. & ideo eleganter Papyrius Fronto dicebat, peculium homini z simile esse. Quomodo autem peculium nascatur, quæsitum est. Et ita veteres distinguunt, si id acquisiuit seruus, quod dominus necesse non habet ei 7 † præstare; id esse peculium. Si vero tunicas, aut aliquid simile, quod ei dominus necesse habet præstare: non esse peculium. a Ita igitur nascitur peculium. Crescit, cum auctum b fuit.

a *Existimauit.*] & sic supra de pet. hær. l. si à patre. 1. respon. & infra, de in rem vers. l. quidam. & infra e. l. ex facto, §. planè.
b *Oportere.*] ista x. in peculio.
c *Vendicare.*] vt infra depositi. l. pen.
d *Agat de dote.*] scilicet vt liberetur à promissione dotis.
e *Ageretur.*] vt ea tota soluatur, vt infra sol. mat. nupta. §. primo, & l. si cum dotem, §. penul. Accursius.
f *Tueri se posset.*] nam & si nihil sit in peculio, pater tamen, qui agit nomine filij, in solidum eum debet defendere, ut infra, de compensa. si cum filio. & infra, de ędil. edicto. l. cum seruus, & infra rerum amo. & ideo, §. si seruus, & supra de rebus credit. cum fundus, §. seruum, sed hæc non videtur bona ratio: nam facilius datur alicui exceptio quam actio, vt infra, de regulis iuris, fauorabiliores, est ergo melior ratio, quia pater tenetur de eo, quod ad eum peruenit, vt supra de petit. hæredi. si a patre. primo respon. obligatio autem id se peruenit. ergo debet eam restituere.
g *Pamphilum.*] & nihil plus, & Pamphilus nihil habet. Accursius.
h *Quinque.*] ex alia causa, quam pro capite ipsius vicarij. & sic non est contra infra, de pecul. leg. l. Stichus. Accur.
i *Stichi.*] ordinarij serui.
k *Pretium Pamphili.*] scilicet soluendum creditoribus Stichi. Accur.
l *Deberet.*] quia hoc debet fieri quando conuenior ex peculio illius serui vicarij, vt infra eodem si seruus meus. at hic nihil habet, nec se ipsum dicitur quis habere in suo peculio, vt in tantum deducatur, vt subijcit, & infra, de pecul. lega. Stichus in fine. Nam nemo est dominus membrorum suorum, vt supra ad l. gen...

Aquil. liber homo.
m *Neminem.*] respondet tacitæ obiectioni.
n *Passurum.*] apparet.
o *Ex peculio ipsius.*] scilicet vicarii.
p *Domino debeat.*] quantum ordinarius habet, qui nihil habet, nisi illum vicarium.
q *Intelligatur*] & ita nihil esset legatum, quod esse non debet.
r *Vendideram.*] & tradideram.
s *Credidi.*] postea.
t *Deducatur.*] idest quod nihil in debitũ computetur.
u *Nam nec.*] Si habes nam nec, plana est, & est ratio, tunc talis non cõpetit mihi deductio, quia nec cęteris actio. Sed si non habet, nec, referas ad eũ casum, vbi ante venditionem cõtractum est.
x *Deberi cęperit.*] vt hic, & infra eo. l. ē, quoties. §. penultimo.

PEculium] CASVS Illud etiam dicitur esse peculium, qđ seruus acquisiuit parcè viuendo, vel quod propter obsequium suum sibi meruit donari, ita tamen si dominus constituerit sibi illud velut suũ patrimonium. Viu.
y *Et ex eo*] facit supra eodem, l. deposi. §. peculium. Accursius.
z PEculium nascitur. Homini.] eadem ratione & asino. Accur.
a *Non esse peculium.*] Not. non dici tunicã peculium. Sed contra supra eo. id vestimentum. 1. respon. Sol. illud obtinet constituto prius peculio seruo, alias propter tam friuola non nascitur peculium, ar. supra de eodem. l. si quis ex argentarijs. § rationem.
b *Cum auctum.*] foetibus pecorum, vt sup. de pet. hær. item veniunt. §. item non solum. & §. fructus, & facit supra eodem, l. quam Tuberonis. §. sunt quidam.

Nec

1 † Flor. oportere.
2 † Flor. hh.
3 † Flo. agetur.
4 † Flor. debet seruus.
* Vicarius hic capitur pro eo qui, in familia, alterius serui, idest mancipium serui. Vlpia. l. seruus. de leg. 3. hanc seruorum suorum numero non connumeri Pomp. l. 5. seruis ... ve de moral. & hoc in peculio ser... matris ... vat l. si seruus meus, supra eod. eratque vilissimũ ... nus genus. vnde Mart. esse sat. est seruorum, iam de ... vicarius esse.
* Nemo est domi-

nus membrorum suorum. Ad hoc vi. cumulus in ind. tract. in ver. membrum. versi. membrorũ suorum.
5 † Flo. li.
* Ad text hunc l. vide Io. Anneb. in rubr. solu. mat. nu. 437.
6 † Flor. deest &.
7 † Flor. deest ei.

NEc seruus.] CASVS. Seruo nil deberi dicitur, neque seruus debet iure ciuili inspecto: vnde quomodocunque dicitur seruum debere, vel ei deberi ad factum est referendum, id est ad ius naturale, vel ad contractum, non ad ius ciuile. * vnde quòd seruo debetur ab extraneo, dominus petere potest: & si seruus debet, in dominum de peculio datur actio vel si in rem domini versum sit. Viuianus.

a *Debere.*] domino, vel extraneo, scilicet ciuiliter.

b *Abutimur.*] impropriè vtimur. Accursius.

c *Factum.*] id est ius naturale, vt supra, de pac. l. si vnus ex. §. pactus, & supra eod. si noxali. §. se. l. si à debitore. Vel dic, id est ipsum contractũ. Sed certè, & ciuiliter videtur obligari, vt infra eo. non solum, §. fin. quæ est contra. Sol. vt ibi.

d *Et si quid.*] ex eo quod petitur. Accur.

IN arrogatorem.] CASVS. Arrogaui aliquem: si contraxit, teneor de peculio; de eo verò contractu, quem fecit antequàm eum arrogarem, non teneor. Viuianus.

e *Rectè putant.*] de eo, quod post arrogationem contractum est cum arrogato, vt infra, de pecu. leg. l. si quis creditori.

f *Existiment.*] vt hic, & infra, de donatio. cau. mort. l. si filio, §. primo. si enim actio de peculio datur, arrogatore nõ defenso, mittetur creditor in possessionem bonorum arrogatoris, vt infra quibus ex cau. in possess. ea. Fulcinius, §. si quis actione. quòd lex prohibet, vt Institut. de acquisit. per arrog. in fine tit. Item si tenetur de pecu. præcisè cogeretur defendere, vt supra eod. in summa, §. fin. quod hic non est, vt hic, & arg. supra, de cap. dimin. tutelas, §. pen. in fi. Accursius.

1† Fl. deest, &.

2† Fl. qui.

Decrescit, cum serui vicarij moriuntur, res intercidũt. Moritur, cum ademptum est.

Vlpianus li. 43. ad Sabin.

LEX XLII.

NEc seruus quicquam debere a potest: nec seruo potest deberi. Sed & 1† cũ eo verbo abutimur: b factum c magis demonstramus, quàm ad ius ciuile referimus obligationem. Itaq; quod seruo debetur ab extraneis, dominus rectè petet. Quod seruus ipse debet: eo nomine in peculium, & si quid d in rem domini versum est, in dominum actio datur.

In patrem arrogatorem datur actio de peculio, sicut in patrem legitimũ, & naturalẽ. Paul. de Cast.

Idem libro 12. ad edictum.

LEX XLIII.

IN arrogatorem de peculio actionem dandam quidam rectè putant: e quamuis Sabinus, & Cassius ex antegesto de peculio actionem non esse dandam existiment. f

Alienans post litem sibi motam videtur fraudulenter alienare: & perinde condemnabitur, ac si non alienasset. Paul. de Cast.

Paulus libro 30. ad edictum.

LEX XLIIII.

SI posteà quàm tecum de peculio egi, g ante rem iudicatam seruum vendideris, Labeo ait, etiam eius peculij nomine, quod apud emptorẽ quæsierit, damnari h te debere, nec succurrendum tibi: culpa enim tua i id accidisse, quòd 2† seruum vendidisses.

peculio teneretur, vt supra eod. sed si quis. Accursius.

h *Damnari.*] si tamen tibi quæsiturus esset, quod emptori quæsitum est, vt j. de act. emp. si quis seruum.

i *Culpa enim tua.*] & ita tibi imputatur, vt supra, de tribu. quod in hæredem, §. si testamento. & infra, de euictio. si rem, §. si duplex. Accursius.

Vlpianus li. 63. ad edictũ.

LEX XLV.

SI quis cum filiofamilias contraxerit, duos habet debitores: filium in solidum, K & patrẽ dumtaxat de peculio.

Paul. lib. 60. 3† ad edictũ.

LEX XLVI.

ET ideo 4† si pater filio peculium ademerit: 5† nihilominus creditores cum filio agere possunt.

Idem li. 61. 6† ad edictũ.

LEX XLVII.

QVi peculij l administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod & specialiter permissurus esset. 7†

Prohibitio domini ne cõtrahatur cum seruo, facit cessare actionẽ de peculio: hoc primò. Item seruus fideiubendo non obligat dominũ de peculio, nisi fideiubeat in causam domini, uel peculiarẽ: hoc secundo. Item conuentus actione de peculio, si nõ soluit totum, quia non tantũ erat in peculio: nõ tenetur cauere de soluendo dum peculiũ fuerit auctũ: hoc tertiò, & vltimò dicit ista lex vsq; ad § si creditor. Pau. de Cast.

Idem lib. 3. 8† ad Plautium.

LEX XLVIII.

QVoties in taberna ita scriptum fuisset: Cum Ianuario seruo meo geri negotium veto: hoc solum consecutum 9† esse dominum cõstat, ne institoria teneatur,

K SI quis cum filiofamilias. Insolidum.] dum est in potestate, siue in quantũ facere potest, nisi casualiter, secundum Ioannem: sed magis puto regulam esse, vt semper insolidum teneatur antè, & post, vt dixi supra, quod cum eo. l. 2. in princ. Accur.

QVi peculij.] CASVS. Si seruo tuo peculij sui administrationem concessisti, an videaris concedere, vt alienet, & donet? Et resp. quòd nõ: sed illud solum videtur sibi concessum generaliter, quòd specialiter eras concessurus sibi. Viuianus.

l *Qui peculij.*] Nota hanc regulam, 1 vt hic, & infra, de pign. l. obligatione, & sup. de cond. indeb. si procurator. Accursius.

e *Depositariorum ratio habetur.* sed contra infra de priui. leg. credito. l. si ventri § in bonis. Solu. hic res depositæ ... extabant, ita non quod non placet, ut infra l. proxim. Vel ad ... ante priuilegia personalia: sed postea realia.

1 Imò ibi sic fallit: nā cū ibi loquat, quā dol⁹ dat cām ... & per pōs ... fuit ipso iure nullus: nō pōt purgari dolus p actioné descēdētem ex ... ctu: merito hæredes tenentur insolidū, ... m Bal. hic.

2 Ibi nō fallit: quia actio non est ex ... ctu. sed ex delicto mensoris ... m Bal.

3 Ibi ēt non fallit: quia nō dat actio ex dolo adhibito in ... ctu: sed ex dolo commisso, non in dolosa distributione ut ibi patet ... m Bal.

4 Illa nō nascit ex ... ctu sed ... ex dolo cōmissō in non parēdo iudici. Bald.

5 Dic, ꝙ ibi loquitur de actione ex ... ctu, ꝗ erat accessoria ad actionem descendentē ex delicto: prætere ibi per mortē desiit esse de præterito. secundum Bald.

6 Non recipit hāc expositionē Bud. hic. ... illū videto. Foro n. cedere, ait, dicebant argentarii, cū tabernis, i. mensis suis cedētes, quæ in foro Romano erant, alio habitatum, migrabant, de quo Budæ. Sat. ij. Cedere, inquit, foro, &c.

dum. Quamquam enim alias a ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte, quæ ad nos peruenit: tamē quia hic dolus ex contractu b reique persecutione descendit: ideoque insolidum unus hæres tenetur: plures uero pro ea parte, c qua quisque hæres est.

Quando nummularij foro cedunt, potior est causa deponentium, & usuras non recipientium, & inter eos, qui prior est tempore non est potior in iure. hoc dicit, uel sic: Causa depositi præfertur cæteris etiam priuilegiatis: nisi deponens usuras receperit. h. dicit cum l. seq. Bart.

¶ Quoties foro d cedunt nummularij, solet primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est eorum, qui depositas pecunias habuerint, quas non fœnore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipsos exercebant, & ante priuilegia. Igitur si bona uenierint, depositariorum ratio habebitur: e dummodo eorum, qui postea vsuras acceperunt, ratio non habeatur, quasi renunciauerint f deposito.

¶ Item quæritur, utrum ordo spectetur, eorum, qui deposuerunt: an uero simul omnium depositariorum ratio habeatur? Et constat simul admittendos: hoc enim rescripto principali significatur. g

Papinianus lib. 9. Quæst.

LEX VIII.

Quod priuilegium exercetur, non in ... tantum quantitate, quæ in bonis argentarij ex pecunia deposita reperta est: h sed in omnibus fraudatoris facultatibus, idque propter necessarium vsum argentariorum ex vtilitate publica receptum est. Planè sumptus causa, i qui necessario factus est, semper præcedit: nam deducto eo, bonorum calculus subduci solet.

In actionibus bonæ fidei quilibet hæredum tenetur insolidum ex dolo, seu facto proprio. Ex facto autē defuncti pro hæreditaria portione. Bar.

Paulus lib. 31. ad edictum.

LEX IX.

IN depositi actione ... ex facto defuncti agam, 2 aduersus unum ex pluribus hæredibus pro parte hæreditaria agere debeo: si uero ex suo delicto: pro parte non ago, k merito: quia æstimatio refertur ad dolum, quem insolidum ipse hæres admisit.

Iulianus lib. 2. ex Minitio.

LEX X.

NEc aduersus cohæredes 3 eius, qui dolo carent, depositi actio competit. l

Depositum factum per seruum potest sibi restitui, & liberatur depositarius, nisi sciat, uel scire possit dominum non consentire, uel contradicere. h. d. Paul.

Vlpianus lib. 11 ad Sabinum.

LEX XI.

Quod seruus * deposuit: m is, apud quem depositum est, seruo rectissimè reddet ex bona fide: nec enim conuenit bonæ fidei abnegare id, quod quis accepit: sed debet reddere ei, a quo accepit: sic tamen, si sine dolo omni reddat: hoc est, ut nec culpæ quidem suspicio sit. Denique Sabinus hoc explicuit, addendo, nulla causa interueniente, ... quia semper contingit liberatio: idem in omni debitore soluente iusta causa ignorantiæ interueniente.

sed & quædam personalia eis præferuntur, ut dotis, ut C. qui potio. in pigno. habe. l. fina. item funeraria, ut supra de religio. & sumpt. fune. l. penult. Item eius, qui in refectionem rei credidit, ut infra qui pot. in pigno. hab. interdum. Vel dic ut ibi.

f *Renunciauerint.* sic infra de leg. com. l. si per emptionem. §. final.

g *Significatur.* sed nōne etiam inter eos occupantis melior est causa? Respond. sic, ut infra. de re iudi. inter eos. Accur.

h Quod priuilegium. Reperta est. ipsa extet, & ue. alius ex ea emptum.

i *Sumptus causa.* scilicet ab iis, qui possessionem primo petierunt, & in possessionem sunt missi: ... de debitis ... cum aliis communicent possessionem, ut C. de bo. autho. iudi. possi. l. fina. §. & expēsas. Vel dic sumptus factos a depositario. Accur.

k *In depositi.* CASVS. Si in re deposita ... penes quem depositum est, dolo uersatus fuerit: si pluribus relictis hæredibus decesserit: hæredes ex dolo defuncti pro parte conueniuntur: licet pro primo insolidum: sed an in cæteros cohæredes ... qui dolum non fecerunt, depositi detur actio ex dolo cohæredis? Dicitur ꝙ non: hoc in secunda.

K *Non ago.* scilicet insolidum.

l Nec aduersus. *Competit.* pro dolo cohæredis. Accursius.

Quod seruus. CASVS. Si seruus rem deponat, reddetur: nisi appareat dominum nolle quod reddatur, secundum Sabinum. Paulus dicit, quod reddenda sit quia sufficit bonam fidem adesse hoc in prima. Si uero eius rei, quam deposuit seruus, furtum fecerit: si reddat, credens dominum nolle, non liberatur depositarius: neque refert, ei manenti, in seruiture, uel libero factores reddatur ...

m *Deposuit.* bona fide, ut infra eodem, l. bona fides, §. incurtas.

1 Flo... Lib. 17.

2 Floq... & ad hanc l. ... vi Mar... in l. 4. §. Cato nu. 34. de ver. obl. & ibi Al. n. 118 & Dec num. 177. eā ibi ad eum no ... S. ... Add.

3 Alias hæredes.

* Cum hac l. concor. ... in l. si seruus, inf. de solu. & q... in l. si vin. sup. de pa...

Nulla

a *Nulla.*] hic ergo erit in culpa, vt supra si certum petatur, l. quod te. Accur.

1 † *Flor. si sine dolo omnia reddat.*

b *Motus*] hic Sabinus statim corrigitur. cæterum sufficit &c. vt patet infra, de so lu. l. quod seruus, & l. si quis serto. & infra de fur. qui re sibi. sed pro eo erat sup. si certum petatur, quod te. in fi. & Iustitu. de act. §. si quis agent, ibi; sanè si tam &c. Accursius.

2 † *Flo. seruus.*

c *Fecerit.*] dominio.
d *Bona enim fides.*] scilicet tantum.
e *Debitoribus.*] qui soluunt iusta causa ignorantiæ interueniente, distinctione peculiaris & dominici peculij adhibenda, vt infra, de solu. l. quod seruus, & l. si quis seruus.

3 † *Flor. pid.*

S*I in Asia.*] Casus principij est planus.
Depositum.] Si depositarius alio rem depositam transferat, ibi reddet vbi res est. Sed quid si is, qui depositum petit transferri, petat suis sumptibus, an sit audiendus, quæritur? Et dicitur ¶ sic: quod obseruatur & in actione ad exhibendum.

4 † *Flor. li. 21.*

Quemadmodum.] Sicut in actione ex stipulatu, quæ est stricti iuris, vel ex testamento, post moram, idest lit. conte. res debita moram facienti perit: ita res deposita, vt si tempore accepti iudicij potest rem reddere, neq; reddita ex tunc suo sit periculo. Viuianus.
f *Qui deposuit.*] secus in commodato, vt supra commod. l. si vt certo, §. idem Labeo: quæ est contra, quia tantum gratia accipientis contrahitur.
g *Depositum*] id est rem depositam.
h *Eius est.*] idest exstitit; secus si dolo illud transtulit.
i *Iudicijs.*] puta si emi rem, quæ erat Mutinæ, debet mihi ibi dari.
k *Romam.*] quæ est communis patria, vt infra ad munici. l. Roma.
l *Audiendus sit.*] & nihil conuenit. Io.
m *Seruatur.*] vt sup.

debebit reddere ei, a quo accepit: sic tamen, si sine dolo 1 † malo omnia reddat: hoc est, vt nec culpæ quidem suspicio sit. Denique Sabinus hoc explicuit, addendo: Nec vlla causa interuenit quare putare possit dominum reddi nolle: a hoc ita est, si potuit suspicari, iusta scilicet ratione motus: b cæterum sufficit bonam fidem adesse. Sed & si ante eius rei furtum fecerit c 2 † seruus: si tñ ignorauit apud quem deposuit, vel credidit dominum non inuitũ fore huius solutionis, liberari poterit. 3 † Bona enim fides d exigitur: non tantum autem, si remanenti in seruitute fuerit solutum, sed & si manumisso, vel alienato ex iustis causis liberatio contingat: scilicet, si quis ignorans manumissum, vel alienatum, soluit. Idemque & in omnibus debitoribus e seruandum Pomponius scribit.

Quod est fiendum in re deposita, in dubio intelligitur expensis deponentis: nisi aliter actum sit. h. d. Ba.

Pomponius libro 15. 4 † ad Sabinum.

LEX XII.

S*I in Asia depositum fuerit, vt Romæ reddatur, videtur id actum, vt non impensa eius id fiat, apud quam depositum fit, sed eius qui deposuit.* f

Res ibi debet restitui, ubi deposita est: nisi alibi expensis petentis petatur. Bart.

¶ Depositum g eo loco restitui dẽt, in quo sine dolo malo eius est, h apud quem depositum est. Vbi vero depositum est, nihil interest. Eadem dicenda sunt communiter, & in omnibus bonæ fidei iudicijs. i Sed dicendum est si velit actor suis impensis suo que periculo rem perferri Romam, k vt audiendus sit: l quoniam & in ad exhibẽdũ actione id seruatur. m

Actio depositi sequestraria datur contra hæredes, hoc dicit. Bart.

¶ Cum sequestro n 5 † recte agetur depositi sequestraria actione: quam 6 † & in hæredem eius reddi oportet.

5 † *Flor. sequestro.*
6 † *Aliud, quam & in hæredem eius reddi oportet.*

Post litem contestatam rei periculum pertinet ad depositarium, hoc dicit. Bartolus.

¶ Quemadmodũ quod ex stipulatu, vel ex testamento dari oportet, post iudicium acceptum cum detrimento rei o perierit: p sic depositum quoq; ex die, quo depositi actum sit, periculo q eius est apud quem depositum fuerit, si iudicij accipiendi tempore potuit r id reddere reus, nec reddidit.

Ab ea die, qua quis incipit habere iniustam causã litigandi, uidetur dolo malo facere, et ad eum periculum spectat. Bart.

Paulus li. 30. 7 † ad edictum.

7 † *Flor. li. 31.*

LEX XIII.

S*I quis* s *infitiatus sit non aduersus dominum, sed eum, qui rem depositam petebat, quod verum procuratorem non putaret, aut eius, qui deposuisset, hæredem, nihil dolo malo fecit: postea autem si cognouerit,* t *cum eo agi poterit: quoniam tunc 8 † incipit dolo malo facere, si reddere eam non vult.*

Pro re deposita nõ competit conditio antequã cõmittatur dolus Bart.

¶ Competit etiam cõdictio t depositæ rei nominẽ, sed non antequam quid 9 † dolo admissum sit. Non enim quemquam hoc ipso, quod depositum accipiat, 10 † verum qui dolum malum admiserit, u condictione obligari constat.

Depositum est reddendũ maiori parti hæredum, hoc dicit. Bart.

Gaius lib. nono ad edictum. Prouinciale.

LEX XIIII.

S*I plures* x *hæredes extiterint ei, qui deposuerit:*

ad exhibend. sed si hæreditas, §. primo. Item in actione in rem, vt supra de rei vend. l. si res. & l. seq.
n *Cum sequestro*] ergo est secundæ declinationis, sicut magister: & facit accusatiuum sequestrum: alibi est tertiæ, & facit accusatiuum sequestrem, vt C. eod. l. propter.
o *Rei.*] scilicet commenti.
p *Perierit.*] vt inf. de le. 1. l. apud Iulianũ, §. ipsius quoque.
q *Periculo*] per fortuitũ casum. sm lo. vt supra de consti pec. qui autem, §. si. & inf. de vi & vi arm. l. 1 §. recessime, & l. pen. & infra, de re iu. si hoc modo cum. s quis impedit ne depositarius restituat, teneatur deponenti de fortuito casu, vt in Authen. de deposito & denunc. §. si, coll. 6 multo magis ergo is, qui mihi obligatus est ex deposito, cum perfidiosus facit. sed M. intelligit hunc §. qñ non erat interitura eodem modo penes actorem, non alias, vt infra. si plures. § fin. sed alia lex intelligitur aliter, quam ipse dixerit, vt ibi dicetur.
r *Potuit.*] ac debuit.

a ad intelligendum h. ll. vide Paul. Ancharanum in l. naturaliter. §. nihil Commum 79. de acq. pos. & Franc. Balbum l. Celsus numero 115. de vsucap.

S*I quis.*] CASVS. Si is, qui rem deposuit decessit, & hæres eam sibi reddi petit, an si is ignorat eũ hæredem esse, nec velit eam restituere antequam ei constet, an sit audiendus, quæritur? Et resp. sic. Idem in procur. neque ob hoc videtur dolum committere, hoc est si ipsum hæredẽ vel pro ut esse negauerit. Viuianus.

8 † *Flo.* [illegible]

s *Si cognouerit.*] sic & supra de trib. illud. §. si tamen, & inf. de dolo exce. §. item quia. & §. eo l. plane. in fi.
t *Condictio*] s. furtiua, & sine causa.
u *Admiserit*] sed depositi etiam prius, vt supra, eo. l. 1. §. idem Pomponius.

9 † *Flor. Id.*
10 † *Flor accipiat, eundẽmque obligari, verũ qui dolum malum admiserit.*

S*I plures.*] CASVS. Si deponens plures hæredes reliquerit, maiori parti præsenti res restituenda est. Maior pars non dicitur eũ numero per-

x Ista lex est intelligenda secundum Bal. in re diuidua, secus in indiuidua: quia posset vni soli restitui, de hoc supra eo. in l. 1. §. si pecunia.

personarum, sed ex magnitudine portionum hæreditariarum: & est reddenda cum competenti cautela, vt deposita tius fructur indemnis.

¶ *Siue.*] Si cum depositario agatur, siue cum hærede, & ante sententiam, & etiam litẽ motam, ne insurgant 3ria, res intereat, absolui tur reus, maxime cũ penes actorem fuisset similiter interitura. Viuianus.

dicit, si maior pars adierit, a restituendam rem b præsentibus. Maiorem autem partem non ex numero vtique personarum, c sed ex magnitudine portionum hæreditariarũ intelligendam, cautela idonea reddenda.

Si res deposita perijt eo modo, quo esset peritura apud deponentem: depositarius liberatur.

¶ Siue autem cum eo, apud quem deposita res 1 † est, actum fuerit, siue cum hærede eius, & sua natura res ante rem iudicatam d interciderit, veluti si homo mortuus fuerit: Sabinus & Cassius absolui debere eum, cum quo actum est, dixerunt: quia æquum est 2 † naturalem interitum ad actorem pertinere: vtique cum interitura esset e ea res, & si restituta esset actori.

In re propria non consistit depositum: ideo depositi agi non potest: idem in commodato & precario. Bartolus.

Iulianus lib. 13. Digestorũ.

LEX XV.

QVi rem suam deponi apud se patitur, vel vtendam rogat: nec depositi, nec commodati actione tenetur: sicuti, qui rem suam conducit, aut precario rogat: nec precario tenetur, nec ex locato. f

Deponens primus non habet actionem cõtra tertiũ depositarium, nisi prius ei fuerit cessa. Bart.

Africanus libro 7. Quæstio.

LEX XVI.

SI is, apud quem rem deposueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiserit: ob dolum eius, apud quem postea fit depositum: eatenus eum teneri, apud quem tu deposueris: vt actiones suas tibi præstet. g

Apud sequestrum plures tantum deponunt, & tunc possessio amittitur. Bartolus.

Flor. libro 7. Institutionum.

LEX XVII.

LIcet deponere tam plures, quam vnus possint: attamen apud sequestrum 3 † non nisi plures * deponere possunt. Nam tunc id fit, cum aliqua res in controuersiam deducitur. h Itaque hoc casu insolidum i. vnusquisque videtur deposuisse: quod aliter est cum rem communem plures deponunt.

¶ Rei depositæ proprietas apud deponentem manet, * sed & possessio: k nisi apud sequestrum 4 † deposita est: nam tunc demum sequester possidet. Id enim agitur l ea depositione, vt neutrius 5 † possessioni id tempus procedat.

Actio depositi in quatuor casibus contra hæredẽ ex dolo defuncti datur in simplum, & intra annum ex dolo hæredis, secundum suam naturam. hoc dicit. Bartolus.

Neratius lib. secundo Membranarum.

LEX XVIII.

QVod 6 † tumultus, m incendij, ruinæ, naufragij

---

a *Adierit.*] ad repetendum depositum. Accursius.

b *Restituendam rem.*] etiam si sit diuidua: nam si indiuidua, & si vnus adeat, ei restituitur. vt supra eod. l. 1. §. si pecunia. Accursius.

c *Personarum.*] s tantum: sic etiam est in creditorib. vt sup. de pac. l. maiorem. & C. qui bo. ced. pos. l. fin. Accursius.

d *Rem iudicatam.*] supple, & ante motam controuersiam: alias contra, vt infra, de verborum obligat. nemo, §. primo, & de leg 1. cum res. §. si & sup eod. si in Asia. §. Sed alij dicunt speciale in deposito, cum & alia multa specialia sint in eo: & sic intelligunt hic post moram etiam: sed prima verior. nisi iustã causam habeat litigandi, vt s. de peti. hær. illud, vt propter impensas, vt sup. commo. in rebus, §. possunt. & inf. de fur. l. creditoris. nam tunc etiam post moram non tenetur de interitu, vt dicta l. illud. Accu.

e *Interitura esset.*] sub audi maxime: nam idẽ si non erat interitura, s m Io. vt dixi s. eo. in Asia. in fin. Sed M. hanc distinctionem semper etiã post moram admittebat, præterquam in fure, & meticuloso, vt C. qd me. cau. l. 1. & facit pro eo. sup. de const. pec. l. si duo §. ait prætor & inf. de iure dot. si is. in princ. & supra ad le. Rhod. l. fin. §. si ea. & supra quod met. cau. si cũ. §. quod si homo. ibi, sed & sine culpa vel hic iustam causam litigandi habet propter impensas. Accur.

QV*i rem.*] CASVS. Deposuisti rem meam apud meipsum: an ego possim teneri depositi? Dicitur quod non, & ponit exemplum Viui.

f *Ex locato.*] nullum istorum valet in re sua, vt hic, & infra, de regulis iuris. l neque pignus, & C. lo. a. qui rem, & infra eodem, l bona fides. §. si tamen, & infra, de vsucap. l. ei à quo. sed videtur contra in precario, vt infra de precar. l. certe §. fin. & l. sequen. sed & ibi fuit in alieno. idest, in possessione, quæ erat aliena, scilicet creditoris.

S*I is.*] CASVS. Deposui rem meam apud Titium: Titius deposuit apud Meuiũ: iste Meuius commisit dolum, quæritur ad quid mihi tenebitur Titius primus depositarius? Respõ. quod ad hoc, vt actio cedat mihi contra Meuium. Viuianus.

g *Tibi præstet.*] quod sufficit, vt supra de pecul. l. quod debetur. in fine, & sup. l. 1. §. si vero tu, & est ratio: quia de solo dolo tenetur: secus ergo in actione negoc. gest. in qua venit etiam culpa, vbi non liberatur cedendo, vt supra. de nego. gest. nam & si. §. fin. quæ est contra.

L*icet.*] CASVS. Vnus, & plures deponere possunt, si. cum est simplex depositum; apud sequestrum vero, non, nisi plures: & hoc sit in re litigiosa: & hic quilibet videtur deposuisse insolidum: secus in re communi quia quilibet pro parte sua deponit.

¶ *Rei deposita.*] Iste §. satis clarus est, & leges sequen. vsque ad l. si apud. Viuianus.

h *Deducitur.*] & vt reddatur vni, conuenit, vt hic: & supra eod. l. ei apud quem. §. proprie & supra qui satisdar. cog. l. si fideiussor, §. fina. & infra, de verborum signific. atio. sequester. & agitur præscriptis verbis secundum quosdam, vt infra de præscriptio. ver. & si tem, §. fin. sed tu dic depositi sequestraria, vt supra eodem ei. §. primo.

i *Insolidum.*] secus quando plures rem cõem deponunt: quia quilibet pro parte deposuisse videtur, vt subijcit, & supra eodem, l prima, §. sed & si duo. & hic, ut subijcit, rei depositæ. Accursius.

k *Possessio.*] sic & in commodato, vt s. comm. l. rei. Acc.

l *Agitur.*] tacitè, vt hic innuit: nisi contra probetur: quod esse potest, vt infra de acquiren. possess. l. interesse puto. Accursius.

m Q*uod tumultus.*] Potest intelligi in hæredem depositarij causa tumultus, vt teneatur intra annum in sim-

---

1 † *Flor. de est, res, & ad notelle. huius §. vn. per Tho. Parpal. in l. certum nu. 20. Si certo pet.*

2 † *Flo. esse.*

3 † *Flor. sequestrum.* * *Facit in c. 2. gl. 1 prope fi. in ver. consistit autem depositum, extraord. &c.*

* *Cont. in c. 2. glos. 1. in ver. item res deposita contra se.*

4 † *Flor. sequestrum.*

5 † *Flor. non procedat, interim possessionem.*

6 † *Flor. impetu, De m gand. &c.*

simplum, ut, sicut unum speciale est cōtra depositarium, qui conuenitur in duplum, ita sit hic aliud pro hærede: & fiet punctus ibi, intra annum quoq; & incipiat versus, in ipsum, &c. Item quod dicitur, in ipsum, refertur ad depositariū, non ad hæredē. & quod dicitur, in perpetuum, scilicet actiōne fit pl. Alij intelligūt, quod principiū loquatur de hærede depositarij, vsque il luc, & intra annū, &c. & postea de ipso depositario. & quando datur in simplum de tur in perpetuum, scilicet etiam in hæredem: & sic ad primum dictū refertur, quod dicit in fi. & in perpetuū. prima verior est. Accursius.

1 † Fl. actio est pro herede.
2 † aliàs, in ipsum verò, & in solid.
3 † Fl. lib. 17.

a *Vlpianus. Posse.*] nam hæc est vna de illis actio. quae iure veteri tibi dantur: vt supra de iudi. l. si longius §. si filius & infra de act. & obl. l. filiusfamilias. Accursius.

b *Si sine Nec cauere*] secus in actione in rem: vt sup. de rei vend. l. si verò. §. Iulianus. quæ est contra, & est ratio: quia ibi cauet propter lucrum, quod lit. contest. sentit scilicet vsucapiēdo: nec enim sine onere debet esse lucrum: * vt inst. de leg. pa. tu. in fi. hic autem nullum est lucrum in re deposita: ideoque depositarius nullum sentit onus. Item secus in actione ad exhib. vt supra ad exhib. Celsus §. si q̄ est contra. Item secus in procuratore: vt ī. tit. j. si procurator. §. vlt. quæ est cōtra. Sed est ratio, quia procurator durius astringitur, cum teneatur etiā de leuissima culpa. vt C. man. à procuratore. At in deposito * solus dolus venit: vt sup. l. j. §. at si cibaria tantum. Item secus in condictione ob causam: vt ī. de cond. ob causam. l. si pecuniam. §. item si quis. in fi. Itē secus in alijs bonæ fidei, ut ī. de iud. l. in omnibus. Accur.

4 † Fl. lib. 18.

* Lucrū sine onere esse si dēt. Vi. Rebuf. de deci. § 18. nu. 6.

5 † Fl. lib. 18.

* Depositarius de solo dolo tenet. vi. in indic. Tracta. in ver. Depositarius.

causa depositum est, in hæredem de dolo mortui actio est, & 1 † pro hæreditaria portione, & in simplum, & intra annum quoque. In ipsum, 2 † & in solidum, & in duplum, & in perpetuum datur.

Vlpian. lib. 30. 3 † ad edict.

LEX XIX.

Ivlianus, & Marcellus putant, filiumfamilias depositi rectè agere posse. a

Depositarius, qui sine dolo, & lata culpa desijt habere facultatem rei restituendæ, desinit posse condemnari: sed si recuperat, reincipit teneri. sed primo casu non tenetur cauere de restituendo. h. d. Paulus.

Paulus lib. 31. 4 † ad edict.

LEX XX.

Si sine dolo malo rem depositam tibi amiseris, nec depositi teneris, nec cauere b debes, si deprehenderis, eam redditurum. si tamen ad te iterum peruenerit, depositi teneris.

Emancipatus tenetur de deposito autē sibi facto; idē in seruo manumisso. Bart.

Idem lib. 31. 5 † ad edictum.

LEX XXI.

Si apud filiumfa. c res deposita sit, & emancipatus rem teneat: pater, nec intra annum de peculio debet conueniri, sed ipse filius. Plus Trebatius existimat, etiamsi apud seruum depositum sit, & manumissus rem teneat, in ipsum d dandam actionem, non in dominum: licet ex ceteris causis in manumissum actio non datur.

Si plures hæredes depositarij separatim dolum committunt: quilibet tenetur pro parte. ubi verò communiter, quilibet tenetur in solidum. sed si ad rei restitutionem agitur, condemnatio fit pro parte. h. d. secūdum lect. quam tenet Bar.

Marcellus lib. 2. 6 † digesto.

LEX XXII.

Si duo * hæredes rem, apud defunctum depositam, dolo interuenerint: quodam vtique casu in partes tenebūtur. Nam si diuiserint decem millia, e quæ apud defunctum deposita fuerant, & quinque 7 † millia abstulerunt, f & vterque soluendo sit: 8 † in partes obstricti erunt, g nec enim amplius actoris interest. Quòd si lancem conflauerint, aut conflari ab alio 9 † passi fuerint, aliave, quæ species dolo eorum interuersa fuerit, in solidum conueniri poterunt, ac si ipsi seruandam h susceperint. Nam certè verum est, insolidum vnumquemque dolo fecisse: & nisi pro solido, res i non potest restitui. Nec tamen absurdè sentiet, qui hoc 10 † putauerit. plane k nisi integræ rei l restitutione eum, cum quo actum fuerit, liberari non posse, condemnandum tamen, si res non restituatur, m pro qua parte heres extiterit.

In hac actione admittitur cōputatio expēsarū. h. d. B.

uenitur ratione præsentis possessionis, non autem ratione eius quem in seruitute habuit, vt argum. sup. de iud. non aliàs §. fin. Vel dic, quod hic conuenitur rei ven. non verò actione depositi, quæ est ex contractu: quod videtur consonare cum eo, quod habes supra eodem, l. j. §. si apud. Acc.

1 † Ut sequitur & hic.

Si duo.] CASVS. Si depositarius decedat duobus hæredibus relictis: & rē depositam dolo interuertunt, an insolidū teneantur, quæritur? Et distinguitur, aut erat res diuidua; puta decem erāt deposita: & v. attrectauerūt, & singuli in partes conueniuntur: quia plus actoris nō interest. sed in indiuidua quilibet tenetur insolidum ad rem restituendam; cuius nisi integra fiat restitutio: condemnatio pro partibus fiet.

e *Decem millia.*] & sic diuisibilis fi. sup. eodem, l. in deposito. & § de adminis. tuto. l. tres. tu. circa principi. ibi, plane si pecunia, &c.

f *Abstulerunt.*] contrectando, & conuertendo in suum vsum quilibet sua quinque millia.

g *Erunt*] quilibet in media, scilicet quinque millia. & sic agitur. & fit condemnatio pro partibus.

h *Susceptissent*] & sic contraxissent. secus si non contraxissent: quia tunc pro partibus, vt sup. eodem, l. prima. §. si apud duos.

i *Res.*] scilicet, si extaret.

k *Plane.*] idest certe.

l *Rei.*] indiuisibilis contractæ. Accursius.

m *Non restituatur.*] Nota actionem insolidum: condemnationem verò pro parte in hoc casu; in pecunia verò ideo aliud, quia pro parte tantum, non insolidum videntur eam contrectasse, & habuisse; vt supra si certum petatur. nam & si fur. §. fina. Sed in spe ie contra: quia licet habuerit eam pro

6 † Fl. lib. 2.

* ad intel huius l. vi. per Dec. in l 4 §. Cato de verb. obl. & maximè per Socin. iun. num. 156 Cro. num. 81. Dec. nu. 109. & 114.

7 † Fl. qui na.

8 † Fl. ess.

9 † Fl. ab alio, quo.

10 † aliàs hunc.

Si apud.] CASVS. Si res apud filiumfamilias deponatur, & emancipatus rem teneat, & depositi tenetur, & de pecu. pater intra annum non conuenietur; sed filius tenebatur. idem in seruo si manumissus rem teneat, quia in ipsum, non in dominum competit actio.

c *Si apud filium.*] sic & infra pro soc. si id quod, §. fin.

d *In ipsum.*] scilicet manumissum. Sed contra supra de neg. gest. Pomponius in negotijs. & supra eodem, l. j. § si apud. & C. an seruus ex suo facto l. j. Solu. hic specialo, vt hic innuit, licet ex cæteris, &c. Alij dicunt, quod hic conparte, tamen insolidum eam contrectauit animo lucrandi; vt & quando plures surripiunt; & ideo tenetur ratione delicti insolidum. sed conti lerata naturali, & primordiali qualitate actionis depositi, quæ est, vt pro partibus teneantur; vt not. sup. eodem, l. j. §. si apud. quilibet liberatur præstando interesse pro parte. secus ergo in furtibus; quia ibi non potest hæc qualitas assignari. Item secus in istis hæredibus, si conueniantur non actione depositi, sed condictio furtiua; & facit infra de prætorijs stipulationibus. l. prætoriæ stipulationes. Accursius.

A*ctione.*] CASVS. Si in seruo deposito sumptum fecerit depositarius: contraria depositi conueniet: deponentem.
a *Constituto.*] apud se depositarium.
b *Eundem iudicem.*] vel etiam apud alium: vt sup. commo. in commodato. § primo.

L*ucius*] CASVS. Seruus Sempronij 100. tradidit Lucio Titio: Lucius Titius misit literas Sempronio: quibus significauit, quod habebat ex numeratione serui 100. quæ promisit sibi numerare, vbi vellet, & quando vellet. quis contractus sit, an mutuũ, an depositũ, quærit? Quæstio fit propter incrementũ vsurarũ. Et respõ. quod si actio erat, quod eadem 100. redderentur, depositũ est, sed si tantundem, egredietur naturã depositi: sed non aperit, sit depositũ, an non. Verum proinde cum cõuenit, vt non idem, sed tantundem redderetur, non facilè est, vt veniant vsuræ, cũ in strictis iudicijs, &c. vnde ex mora in hoc casu debentur: alioquin non, nisi ab initio aliter conuenisset.
c *Incrementum.*] quis contractus sit, depositum, an mutuum.
d *Quam deponere.*] vt infra de verb. sig. l. cõmendare. aliter accipitur [illegible] mand. si verò non remunerandi §. cum quidam. Acc.
e *Verum.*] indubitanter.
f *Tantundem.*] i. tm̃, si consumpta esset. Accursius.
g *Terminos.*] est tñ depositũ: vt j. l. proxi. § qui pecuniam. & l. Publia § j. in fi. sunt aũt notissimi termini, quod depositor neq; dñium, neq; possessionem amittit, vt j. eo. licet, §. rei. & sueni etiam reddi. vt sup. si cer. peta. l. ij. in prin. & j. loca. l. in naue.
h *Non teneat.*] seu tamen tenet, vt dixi.
i *Arbitri.*] i. iudicis. & facit supra de nego. gest. quia tantundem.
k *Sed & contra bonam fidem.*] prosequitur, quando idem. & idem etiam quando non idem debet reddi.
l *Qui beneficium.*] custodiæ.
m *Dedit.*] i. fecit.
n *Conuenit.*] ad casum, quando tantundem. vt inf. eod. Publia. § j. in fin. vel ad illum quando idem potest referri. puta à die tali in antea tenearis ad vsuras.
o *Seruabitur.*] nã in bo. fid. iudi. vsuræ ex solo pacto incontinenti habito debentur, vt infra de vsuris, cum quidam. & ex locato. Accursius.

Modestinus libro 2. differen.

LEX XXIII.

A*ctione depositi conuentus seruo constituto, a cibariorum nomine apud eundem b iudicem vtiliter experietur.*

Commendatum, & depositum idem sunt: itẽ actione depositi vsuræ veniunt à tempore moræ, etiam si pecunia numerata deponitur: licet depositi terminos egrediatur. Bart.

Papinianus li. 9. quæstionum.

LEX XXIIII.

j. L*ucius Titius * Sempronio salutem. Centum nummos, quos hac die commendasti mihi annumerante seruo Sticho actore, esse apud me, vt notum haberes, hac epistola manu mea scripta tibi notum facio. quos 1 † quando voles, & vbi 2 † voles, confestim tibi numerabo. Quæritur propter vsurarum incrementum? c Respondi depositi actionem locum habere. Quid est enim aliud cõmendare, quam deponere? d Quod ita verum e est, si id actum esset, vt corpora nummorum eadem redderentur: Nam si, vt tantundem f solueretur, conuenit, egreditur ea res depositi notissimos termi nos. g In qua quæstione, si depositi actio non teneat, h cum conuenit tantũdem, non idem reddi: rationem vsurarum haberi non facilè dicendum 3 † est. Et est quidem constitutum in bonæ fidei iudicijs, quod ad vsuras attinet, vt tantundem possit officium arbitri, i quantum stipulatio: Sed & 4 † contra bonam fidem, k & depositi naturam est, vsuras ab eo desiderari 5 † temporis ante moram, qui beneficium l in suscipienda pecunia dedit. m Si tamen ab initio de vsuris præstandis cõuenit, n lex contractus seruabitur.*

Qui me præsente rem meam recipit, depositi actione tenetur. Bart.

Idem libro 3. responsorum

LEX XXV.

D*ie sponsaliorum, aut postea, res oblatas puellæ, quæ sui iuris p fuit, pater suscepit, hæres q eius, vt eas habeat, rectè conuenietur, etiam actione depositi. r*

In deposito pecuniæ numeratæ, veniunt vsuræ à tempore moræ. Bart.

¶ Qui pecuniam apud se non obsignatam, s vt tantundem redderet, depositam, in 6 † vsus proprios conuertit: post moram in vsuras quoque iudicio depositi condemnandus est. t

Ex pacto apposito in traditione rei [illegible] durat altri quæritur vtilis actio. Bartolus [illegible]

Paulus libro 4. responsorum.

LEX XXVI.

P*ublia Mæuia cum proficisceretur ad maritum suum, arcam clausam 7 † cum veste, & instrumentis commendauit * Caiæ Seiæ, & dixit: ei: Cum salua sanave venero, restitues mihi: cæ-*

D*ie sponsaliorum.*] CASVS. Deposui apud te pecuniam non obsignatam, vt tantundem redderes. non quòd hoc expressum fuerit, quia tunc secus, post moram iudicio depositi conuentus teneberis ad vsuras.
p *Sui iuris.*] aliàs secus, quia tantum naturalis obligatio esset nata contra patrem. vt sup. de cond. inde. l. frater à fratre. § quæsitum.
q *Hæres.*] s. patris.
r *Depositi.*] hoc quando præsente puella accipit pater. aliud si ignorante. vt sup. de neg. gest. si fideiussor. si ignorante. quæ est contra.
ADDITIO. Dic, quod ibi puella non fuit præsens: vnde non potest dici depositum. hic verò erat præsens, secundum Bart. hic.
s *Non obsignatam.*] hoc ideo, vt &c.
t *Condemnandus est.*] vt j. eod. l. quintus. & l. si sacculũ §. fi. ti ergo depositi agit vbi conuenerit inter eos, vt tantundẽ redderetur, quo etiam, an detur actio ex mutuo, vel ex deposito, nisi dicas secundum quod est actum inter eos, sed pone nil actum. Ad hoc respon. quod hic non conuenit expressè vt ea vteretur, præsumitur tamen quod voluerit ea vti, quia pecuniam non obsignatam reliquit. & ideo depositi agitur inspecto initio, vt sup. eod. l. ij. §. idem Pomponius quærit. si tibi mandauero. si verò expressè conuenisset, vt si vellet, vteretur. demum cum vtitur, & fit mutuum, & de mutuo agitur. vt sup. si certum peta. quod fit ab initio.

P*ublia.*] CASVS. [illegible] est, & procedit per terminos.
¶ *Lucius.*] Titius mihi epistolam [illegible] Seium qua significauit ei sub hac forma, notum sit tibi, quod habeo decem apud me: confiteor hic, & promitto tibi ea reddere cum vsuris. an ob hoc vsuræ debeantur? Et respond. quòd licet iure contractus videatur excedere naturam depositi: tamen depositum est. & ex conuentione actione depositi petentur vsuræ.
¶ *Titius.*] Titius misit epistolam Sempronio, qua significauit ei sic, notũ tibi facio, quod apud me habes decem pondera auri, plus vel minus, & sacculos signatos decem, & alia manu teneris mihi in decem, an per talem scripturã aliqua sit nata obligatio, quæritur? Et respon. quod non. sed tamen depositio per eam probari potest. sed an per epistolam hanc Titius probare poterit x. sibi dari debere, a Sempronio. Rñd. quòd iudex æstimabit. f. si Sempronius confessio

*ad intell. huius l. vi. lo. lgue. in l. contracts. n. 17. de reg. iur.
2 † Fl. quo.
3 †, aliàs, vt.
1 † In antiqu. [illegible]
4 † Fl. decis. &c.
5 † Fl. descri. [illegible]
6 † Fl. [illegible]
7 † Fl. clausi. *Nota quod idem est commendare & deponere. [illegible]

1 † Fls. contl.
2 † Fl. ex alo.
3 † Alias adderur, restituas.
4 † Alibi addetur Quare,
* Vide Alci. ludiss 1.c.1.1.
5 † Flor. τῶ ἀργυρίου δηνάρια. & dest, μυρία.
6 † Flor. ἑκάστου.
7 † Flor. τῶ ἀργυρίῳ
8 † Al as, vsuras.
9 † Alias, poss...
10 † Sempronijs.
11 † Flor. deest, &.
12 † Cillepho ri legendū est. Sunt enim Cillephori numismatum species, de quibus mētionem facit Cicer. ad Atticum. Et dantur Fell? Fipontes ostēdit. cuius hac sunt verba. Libertum ea lentam nūmo Graco septem millia & quingentorum Cillephorū esse nostri quatuor millium dena rerum. Dicti Cillephori, quò in eis imprimebatur ima go cuiusdam ferentis cistā: saluti, & nos apocliamus in hunc in genuis nummis, quò caput corona tum impressum est. Sunt tamē q. legūt κιστοφόρους.

* Quà dicat summa accurrēs, publicè Bud. in versa. priores ad Pande ctas hoc est.

consensit ijs, quæ scri ptura contra se, vt sic stetur epistolæ in totum aliæ non ... quia dicit huic scri ptorz, quæ dicit me debere Titio, non con sentio. sed ijs, quæ pro me faciunt, consentio. Viuia.

Humanum] idest quò moriar, vt]. de verb. sig. l. vulgari. §. 1. & §. 2. Accur.

b Intestata] Publia.

c Desidero.] vt mihi tria dicas.

d Filio] scilicet per vtilem actionem depositi, vt hic, & C. ad exhib. l. pen. & inf. de pac. dot. l. si ita. & l. pactum. non autem directa, ut inf. de donat. l. donationes, §. pen. quæ est contra vel illa extraneo, vt in eum non videatur collata donatio, & hic in filio. sed econtra per filium sic paciscentem matri non quæritur, vt]. ad Trebell. debitor, §. fin. de marito autem ideo dubitabatur, quia fortè fecerat ei pactum mulier, quod res suas lucraretur post mortē suā. Accurs.

e Excedere.] supple, est tamen depositū & ideo secundum conuen. & c. vt]. eo. l. Lucius, in fin. debentur enim ex pacto vsuræ in bonę fidei iudi. vt C. de pac. inter empt. & vend. l. initio. Acc.

f Habere.] subaudi, notum fit vestræ dilectioni, alias discretioni.

g Minus.] i. parum plus, vel parū minus.

h Decem] obolos.

i Apud Titium.]Meuium, vel apud alium Titium. Accur.

K Trophimati.] idest mercedi, & pretio nutricationis.

l Solam] idem in alijs, ut in responsione dicit statim.

m Posse.] vt infra de probat. l. fin. & de lega. 3. cum quis, §. codicillis, &]. de pact. emptor, § fin.

n Posset.] per hanc epistolam. Accur.

o Æstimaturum] vt si ille cōsentit ijs, quę erant et contra se, stetur epistolæ in totū, alias non.

L Vcius.] CASVS. Collocauit filiam Titius in matri

terum 1 † si aliquid mihi humanum a contigerit, filio meo, quem ex altero 2 † marito suscepi. Defuncta ea intestata b 3 † desidero, c 4 † res commendatæ, cui restitui debeant, filio, d an marito? Paulus respondit, filio.

In contractibus bonæ fidei ex solo pacto nudo debentur vsuræ. Bart.

Lucius Titius ita cauit, * ἔλαβον, ἔχω εἰς λόγον, παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μυρία: 5 † καὶ πάντα ποιήσω, καὶ συμφωνῶ καὶ ὁμολόγησα σοι προγέγραπται. εἶναί σοι ἐπιδίδωμι χορηγῆσαι σοι τόκον, ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου 6 † μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας, μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. 7 † idest, Accepi, & in rationibus depositi relatum habeo, ut præscripti, argenti sestertia xl. omnia facturus, vt consentio, & vt firmissimè permitto secundum suprascripta, quibus conueni me fœnoris nomine daturum in vnumquemque, mensem tibi pro singulis libris obolos quatuor, donec omne argentum reddidero. Quæro, an vsuræ peti possint? Paulus respondit, cum contractum, de quo quæritur, depositæ pecuniæ modū excedere; e & ideo secūdum conuentionem vsuræ 8 † quoque actione depositi peti possunt 9 †

Verba enunciatiua non inducunt obligationem in contractibus, sed probationem. item priuata scriptura fidem facit contra producentem, non pro eo, nisi ab aduersario fuerit approbata. Bart.

Titius Sempronio 10 † salutem, habere f me à vobis auri pondo plus minus g decem, & discos duos, & 11 † saccum signatum: ex quibus mihi debetis decem h quos apud Titiū i deposuistis. itē quos Trophimati k 12 † decē, item ex rōne patris uestri decem, & quò excurrit. l Quæro,

an ex huiusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, s. quod ad solam l pecuniæ causam attinet? Respondi, ex epistola de qua quæritur, obligationē quidem nullam natam videri; sed probationem depositarū rerum impleri posse. m An autem is quoque qui deberi sibi cauit eadem epistola debitem, probare possit n hoc, quod scripsit, iudicem æstimaturum. o

Licet non valeat, quod in veritate agitur, tamen valet, quod simulatè concipitur. Bartol.

Idem lib. 7. Responsorum.

LEX XXVII.

LVcius Titius cum haberet filiam in potestate Seiam, Pamphilo seruo alieno p in matrimonium collocauit, cui & dotem q dedit, quam sub titulo depositi in cautionem contulit, r & postea nulla denunciatione s domino facta, pater decessit: mox & Pamphilus seruus. Quæro, qua actione Seia pecuniam petere possit, cum ipsa patri hæres extiterit? Paulus respondit, quoniam dos constitui non potuit ex causa t depositi, actione de peculio pecuniam u repetendam.

Qui promittit prouidentiam pecuniæ depositæ, tenetur ad vsuras, si eas perceperit, vel in suos vsus conuerterit. Bart.

Scæuola lib. 1. Responsorum.

LEX XXVIII.

QVintus Cæcilius Candidus ad Pacatium 13 † Rogatianum epistolam scripsit in verba infrascripta: Cæcilius Candidus Pacatio 14 † Rogatiano suo salutē. Vigintiquinque 15 † nummos 16 † quos apud me esse uoluisti, notum tibi hac epistola facio, ad rationem meam 17 † peruenisse, quibus ut primum prospiciam, ne vacui 18 † tibi sint, ut vsuras eorum accipias, curæ h bebo. Quæsitum est, an ex ea epistola etiam vsuræ peti possint? 19 † Respon...

monitū Pamphilo seruo alieno. & erat hæc in potestate. & dedit dotem cum ea, quam seruus recepit, iut depositam. decessit pater, & decessit Pamphilus. qua act. repetet 100. data nomine dotis filię? Respon. quò nō dotis ac. quia nulla erat dos, sed ac. de po. de pecu. à domino. Pamph. repetet hoc edicto.

p Seruo alieno] quē putauit liberum, secū dum Azon. & sic & secundum canon. non tenet matrimonium ratione inæqualitatis. Accurs.

q Cui & dotem.] id est quasi esset dos.

r Contulit.] idest, fecit Lucius, vt seruus caueret se debere ex causa depositi pecuniam, quam ex causa dotis acceperat, & id agebatur, vt ex causa depositi, non dotis contraheretur obligatio ad præsens. Acc.

s Denunciatione] quò esset hic seruus: vel quod non teneret matrimonium: propter quam denunciationē omissam, si dominus non reuocaret seruū, fieret liber, ut in Auth. eo. de nupt. §. si vero ab initio, & §. fin. autem, & §. si vero ipse quidem, coll. 4.

t Ex causa] quia seruus erat.

u Pecuniam] sed cur non datur condictio siue causa? potest dici & illam, vtpote generalem dari, ut supra, de condi. sine causa, l. autem ulo. Accur.

QVintus] CASVS. Cęcilius significauit per epistolam Pacatio in hæc verba. notum tibi facio, quò vigintiquinque quos apud me esse uoluisti, uenerunt ad rationē meam: quos curę habeo, ut non sint tibi uacui. an ex epistola tali, vsuræ debeantur, quæritur? Et respondet, quod sic, siue ex causa nummi usuras perceperit, siue in vsus suos conuertit. Viuianus.

Ex

13 † Fl. Pacatium.
14 † Fl. Pacato.
15 † Alibi, subaudiatur, mala.
16 † Fl. nummorum.
17 † Flo ea.
18 † Flo uacua.
19 † ... pos sunt.

ex bonæ fidei [a] iudicio vsuras deberi, siue percepit, [b] siue pecunia in rem suam 1 † vsus est. [c]

Depositarius vtendo re deposita præter uoluntaté deponentis, tenetur furti, & etiam depositi, secus si ex eius uoluntate: tunc tamen tenebitur ad vsuras ex mora, vel ex pacto. B.

Paulus lib. 2. sententiarum.

LEX XXIX.

SI sacculum, vel [d] argentũ signatum deposuero, & is, penes quẽ depositum fuit, me inuito contrectauerit: & depositi, [e] & furti [f] actio mihi in eum competit.

¶ Si ex permissu meo deposita pecunia is, penes quem deposita est, vtatur; vt in cæteris [g] bonæ fidei iudicijs vsuras eius nomine præstare mihi cogetur.

Neratius lib. 2. responsor.

LEX XXX.

SI fideiussor pro te, [h] apud quem depositum est, litis æstimatione damnatus sit: rẽ tuam fieri. [i]

Bona fides est in genere, vt res deposita deponẽti restituatur, nisi extrinseca, et specialis ratio hanc bonam fidem impediat. Bar.

Tryphonius lib. 9. Disput.

LEX XXXI.

BOna fides, quæ in contractibus exigitur, [k] æquitatem summam desiderat. Sed eam vtrum æstimemus ad merum ius gentium, [l] an vero cum præceptis ciuilib. & prætorijs? veluti, reus [m] capitalis iudicij deposuit [n] apud te centum; is deportatus est, & 2 † bona eius publicata sunt, vtrumne ipsi [o] ex 3 † reddenda, an 4 † in publicum deferenda [p] sunt? Si tantum naturale, & gentiũ ius intueamur: ei qui deposuit, 5 † restituenda sunt. Si ciuile ius, & legũ ordinem: magis in publicum deferenda sunt. Nam male meritus publicè, vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet.

¶ Incurrit hic, & alia inspectio: bonam fidem inter eos tantum, inter 6 † quos contractum est, nihilo 7 † extrinsecus assumpto, æstimare debeamus, an respectu etiam aliarum personarum, ad quas id, quod geritur, pertinet? [q] Exempli loco, latro spolia 8 † mihi abstulit, deposuitque apud Seium inscium de malitia deponentis. vtrum latroni, an mihi restituere Seius debeat? Si per se dantem accipientemque intueamur, 9 † hæc est bona fides, vt commissam rem recipiat is, qui dedit. [r] Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ in 10 † negotio gesto 11 † continguntur, impletur: mihi reddenda [s] sunt, quæ 12 † facta sceleratissimo adempta sunt. Et hanc probo [t] esse iustitiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur [u] ab ullius personæ iustiore petitione. 13 † Quod si ego ad ea petenda non ueniam: nihilominus ei restituẽda sunt, qui deposuit, quamuis male quæsita deposuit. quod & Marcellus in prædone, & fure scribit. [x]

1 † Flo. in re sua.

2 † Fl. dessi. bona.

3 † Flo. hac.

4 † Absque, aut.

5 † Fl. addit.

6 † Flo. dess. inter.

7 † Flo. addit.

8 † Deest. spolia, quæ mihi abstulit, posuit apud.

9 † Flo. natur.

10 † Fl. dess. in.

11 † Flo. ipso.

12 † Flor. quo furto scelestissimo.

13 † Fl. reponunt.

a *Ex bonæ fidei.*] scilicet depositi. Accurs.

b *Percepit.*] vsuras ex hac pecunia, vt j. tit. 2. idemque, §. si procurator meus. Accur.

c *Vsus est.*] non ergo iure pacti: & quia non certũ dicit: vt j. de vsu. tutor. § si. & quia non incontinenti. alias etiam ex pacto, ut j. de vsuris, l. cum quidam, §. ex locato. Accur.

SI sacculum.] CASVS. Deposui apud te sacculum plenum pecuniæ, tu istũ sacculum, vel argentum me inuito cõtrectasti. dicitur, quod teneris mihi furti actione & depo. sed pone, quod permisi tibi uti pecunia mea deposita? Dicit, quod non teneris mihi nisi ad vsuras. Viu.

d *Vel.*] pro idest. Accursius.

e *Et depositi.*] vt sup. eod. l. die. §. qui pecuniam. Accur.

f *Et furti.*] vt Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. §. placuit. Accursius.

g *Vt in cæteris.*] s. ratione moræ, vel pacti appositi incontinẽti. & intellige, quando non fuit actum, ut de mutuo agatur, sed ut ex deposito obligatio prima duret: alias ageretur ex mutuo, & nõ venirent vsuræ citra vinculum stipulationis: vt C. de vsuris, l. quamuis. Accur.

SI fideiussor.] CASVS. Deposui apud te x. & Titius pro te fideiussit. egi cõtra Titium, & rei depositæ æstimationem exegi: res deposita quæ apud te est, remanet in tuo dominio, quia tua fit. Vivian.

h *Pro te.*] i. apud te. Accur.

i *Rem tuam fieri.*] si res præsens est: ut s. de rei vend. l. eius rei, & l. hoc.

BOna.] CASVS. Deposui apud te rem aliquam: commisi delictum, & deportatus sum, & bona confiscata sunt: utrum restituere debeas depositum, quæritur an mihi, an fisco? huic quæstioni non respondet, sed dicit, quod inspecto iure naturali mihi restituenda est: inspecto iure ciuili, quod non: ne relinquatur delictum impunitum. vnde & alij terreantur, restituenda est fisco. tu dic indistinctè, quod restituenda est fisco. hoc in prima. Sed quid si rem tibi surripui, & eam apud Titium deposuero, cui erit restituenda? Dicitur, quod si uelimus inspicere tantũ accipientem, & dantem, erit restituenda illi, qui eam deposuit: secus si personas respicimus quas contingit negotium, idem est in possessione. hoc in secunda. Sed quid si surripuero filio tuo, vel seruo, & apud te dominum, vel patrem ignorantem deposui: an sit depositum? Et respon. quod non: cum sit hæc res domini, vel patris. hoc in tertia. Sed quid si rem meam surripueris, & apud me deposueris ignorantem rem meam esse: an sit depositum? Dicitur, quod non. hoc in quarta. Sed quid si tu ignorans eam restituisti, quæ actio ne possit eam recuperare? Respondeo quod condictio furtiua. tamen hoc non bene apparet.

k *Exigitur.*] vt C. de act. & obl. l. bonam fidem. Accur.

l *Ius gentium.*] idest naturale: ut Inst. de rerum diuis. §. singulorum. Accur.

m *Reus.*] idest accusatus.

n *Deposuit.*] caute ponit in deportato: quia liber ipse manet.

o *Ipsi.*] scilicet deponenti, uel eius procuratori.

p *Deferenda.*] vt alij timeant propter pœnã impositam uni: vt C. ad legem Iuliã repet. l. 1. & infra de cust. reo. Diuus Adrianus, in fi. & s. eo. l. 1. §. hæc autẽ separatim. & nota, quod huic quæstioni non respon. tamen ego dico ea potius in publicum deferenda. Accur.

q *Pertinet.*] sed nonne in superiori casu idem? Resp. non, quia publicum, & deponens idẽ reputatur, ut hæres, & defunctus. hic non idem deponens, & dominus.

r *Qui dedit.*] vt sup. eod. quod seruus. & infra tit. 2. l. Quintus. Accur.

s *Mihi reddenda.*] scilicet domino. sed contra in Auth. de depo. §. 1. coll. 6. quæ est C. eod. super l. pen. Sol. dicunt quidam hanc corrigi. Alij dicunt nulli extrinsecus, scilicet præter dominũ, qui auditur, ut hic et dic, refert, an solum interdicat quis, quod fieri non debet, ut tibi: an agat, quod potest, ut hic.

t *Probo.*] nunc solum. Accur.

u *Vt non distrahatur.*] ac si diceret, nullus est alius, qui iustiorem habeat petitionem quam dominus: ideoque ipse præfertur. vel dic, idest saluo iure cuiuslibet. nam nulli debet abstrahi ius suum, ut Instit. de ijs, qui sunt sui vel alien. iur. §. fin. Item contra, sup. naut. caup. stab. l. j. §. idem Pomponius. Sol. ut ibi s. Accursius.

x *Scribit.*] vt ipsi agant, ut s. de iudi. l. non a iudice, & s. commod. l. ita vt si. & s. eo. l. 1. §. si prædo. Accur.

Depositum

¶Si tamen ignorans latro, cuius filio, uel seruo rem abstulisset, apud patrem dominũve eius deposuit ignorantem, nec ex iure gentium cõsistet depositum : a cuius hæc est potestas, vt alij, non domino sua ipsius res, quasi aliena, seruanda detur.

¶Et si rem meam fur, quem 1 † me ignorante surripuit, apud me etiam non delictum eius ignorantem deposuerit, rectè dicetur non contrahi depositum : quia non est ex bona fide rem suam dominum prædoni restituere compelli.

1† aliter, qui.

¶Sed & si etiam num 2 † ab ignorante domino tradita sit, quasi ex causa depositi: tamẽ indebiti dati condictio b competit.

Latior culpa dicitur dolus præsumptus: qui colligi gitur ex eo, q; depositarius non adhibuit eam diligentiam in re deposita, quam adhibuit in sua. Bar.

Celsus lib. 11. Digestorum.

LEX XXXII.

Qvod Nerua dicit, c 3 † latiorem d culpam dolum esse, e Proculo displicebat, mihi verissimum uidetur. Nam etsi quis f non 4 † ad eum modum, g quem hominum naturà desiderat, diligens est : nisi tamen ad suũ modum h curam in deposito præstet, fraude i non caret. Nec enim salua fide minorem k ijs l quam suis rebus diligentiam m præstabit.

Depositio serui apud sequestrum non impedit dominum agere. Bar.

Labeo lib. 9. poste. a Iaboleno epitomatorum.

LEX XXXIII.

Servus tuus pecuniam cum Titio 5 † in sequestro n deposuit apud Mæuium, ea conditione, ut ea tibi redderetur, si tuam esse probasses: si minus, Titio. 6 † posse dici, 7 † cum eo apud quẽ deposita esset, incerti o agere, idest ad exhibendum, p & exhibitam vendicare : quia seruus in deponendo tuum ius deterius facere nõ potuisset. q

Qui recipit pecuniam, vt reddat depositum, depositi conuenitur.

Idem lib. secundo πιθανῶν.

LEX XXXIIII.

Potes agere depositi cum eo, qui tibi non aliter, q; nummis a te acceptis depositũ reddere voluit; 8 † quis si ne mora, r & incorruptum reddiderit.

a *Depositum.*] vt §. eod. l. qui rem suam.

b *Condictio.*] ratione possessionis, non quod retinuerit possessionem ex tali depositione, quæ nulla fuit ut infra de vsuc. l. ei à quo. sed quia translata est modo ad eum propter redditionem rei : vel datur condictio furtiua indebiti, idest pro eo, quod non erat debitũ. Azo.

POtest.] CASVS. Dicit iurisconsul. quod aliquando contingit, ꝙ mãdati act. tantum datur ab vna parte. & est exẽplũ: si tibi mandaui, vt fundum emeres pro certo pretio, & tu fueris egressus fines mandati, habeo act. man. cõtra te, & tu non contra me. Viuianus.

d *Dari.*] Nota mirabile, quia licèt sui natura pariat obligationem hincinde, tamẽ quandoq; contra, vt hic, sic etiam in locatione, vt ĩ. loca. l. si vno. §. interdũ. sic & in emptione, vt C. de act. empt. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. & instit. de author. tut. §. 1. Accur.

1† Aliàs, minoris.

2† Flor. deest, est.

e *Mandatum.*] Aliud prorsus faciendo, vt si emit domum Sempronianam, cum ei fuerit mãdatum, vt emeret Seianam, vt s. eo. diligenter. sm Io. Vel dic, nisi quod ex mandato impendit tunc enim in idem competeret, & sup. eo. sed Proculus. secundum Azo.

SI mandauero.] CASVS. Volebam vendere hæreditatẽ mihi delatam: mandaui tibi, vt inquireres vires eius: denunciasti mihi, quod non erat bona, & quod volebas eam emere: emisti pro quinquaginta, cum valeret cẽtum: teneris mihi mandati hoc in prima. Idem est si cum volebam mutuare Titio, mandaui tibi, vt inquireres vtrum esset idoneus, quia teneris mandati. Viuia.

f *Minor sit.*] aliàs minoris sit, &c. Accur.

g *Teneberis.*] & hoc intellige quando non induxisti me dolo, vt venderem, sed vt parum venderem. aliàs ipso iure non valeret contractus, & de dolo ageretur, vt infra, de act. empt. Iulianus. §. si venditor, & §. per contrarium, & sup. de dolo. l. & eleganter. in princ. Accur.

h *Idoneum*] cũ non erat lo. sed si sine mandato eum idoneum mihi affirmasti tui lucri causa, de dolo teneris, vt s. de dolo. quòd si cum scires.

QVi mandatum.] CASVS Mandaui tibi, vt pecuniam mutuam crederes vsque ad certum diem. an possim conuenire te iudicio mandati? Respon. ꝙ sic, vt scilicet act. cedas in illum diem, in quem contraxisti.

i *Collocaret.*] idest pecuniam mandatoris mutuam daret in certum diem reddendam. Accur.

k *Actionibus.*] ex hoc enim agitur mandati, vt fiat prius quam detur, vt ĩ. eo. si mandato meo. §. quoties. sic & agitũ mandati, vt cedatur actio. sup. deposi. l. 1. §. si vero tuo nomine. & sup. eo. idemq;. §. si cui mandauero. Accur.

l DOlus. Persequi potest.] persecutionis verbo extraordinaria persecutio continetur, & fideicommissi persecutio, vel si qua similis extraordinaria inuenitur, vt infr. de verbo. sign. l. pecuniæ verbum, §. hæc actio. secundum Azo. Vel dic, quod hic ponitũ etiam pro ordinaria actione in rẽ, vt quia pecuniam mandãtis sub pignore mutuauit, & non vult hypothecaria agere, vel rei vend. vt quia rem emit mandato dñi, & non fuit dominiũ dño quæsitũ, vt quia nec tradens, nec accipiens hoc gestiuit. & sic intelligitur ĩ. de acquir. re. do. l. res ex mandato, ꝙ aũt subijcit, exegerit, s. actione in personã, quod põt exigere, vt quia habet mandatũ: aliàs non potest, & non esset in dolo, vt hic, & supra de nego. gest. si pupilli, §. fi. & l. si autẽ &. de petit hæred. sed & si lege. §. quod autẽ ait. & l. si quid possessor. §. illud. nam habere vr qui põt exigere, vt ĩ. sol. mat. si vero. §. peruenisse. Accur.

3† Aliàs, denunciaueris.

** ad intell. huius l. vide Soc. in l. ita stipulatus, nume. 243. de verb. oblig.*

4† Fl. quod exigere soluere.

m *Exegerit.*] de hoc habes hic, & sup. eo. si procuratorẽ, §. dolo. & sup. deposi. l. 1. in fi. Et no. quod hæc lex fingit dolum sic & aliàs. infra ad l. Falcid. l. dolo. & hac ratione videt, quod ille, qui scit se mihi in aliquid teneri, & non soluit cum exigo, sit in dolo. quod patet in auth. quã in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. & quia plerũq; damnati infamant, vt s. de infa. furti. §. mandati, & plerumque in litẽ iuratur, quod non fit nisi pp dolum, vt s. de in lit. iur. l. in actionibus. Itẽ periculum in debitorem transfert, etiam si non erat, vt ĩ. de leg. 1. cum res. §. fin. Accur.

5† Flo. mãdatu.

6† Flo. ageres.

SI mandato.] CASVS. Mandaui tibi, vt emeres mihi fundum. emisti, & pretium vsque in mensem soluere promisisti: an iudicio possis me conuenire, vt accipiam obligationem, ex qua act. competit contra te venditori? Respõ. ꝙ sic. quia ego agere potero, vt cedas mihi actio. emp. contra venditorem. hoc in primã. Sed quid si mandaui tibi, vt ageres nomine meo aduersus Titium, & pendente iudicio vis me conuenire iudicio mandati, vt transferam in te iudicium: an sis audiendus, quæritur? Et resp. quod non, hoc in secunda. Sed quid si gessisti negotia mea, & cum mandato, vel sine, non curo, & creditori meo soluere promisisti: an ante solutionem possis agere, vt suscipiã obligationẽ? R. ꝙ sic. sed si noluit creditor mutuare obligationẽ, cauebo me te defensurum. hoc in tertia.

¶ *Si iudicio*] Si promisi te iudicio sisti sexta die: an ante diem agere possim, vt me liberes? Et dicitur quod sic.

¶ *Sed si.*] Mandasti mihi, vt pro te creditori tuo soluerẽ, & ego promisi: & hoc nomine condemnatus sum: an mihi mandati tenearis? Et respon. quod sic.

¶ *Quoties*] Quandoque aliquis mandato alterius se obligat, & antequam soluat, agere potest mandati: sed non

ad hoc

ad hoc agit, vt mandator soluat, sed vt mandator eum liberet: nec sic incontinenti soluere tenetur, & sicuti æquum est eum, qui act. est nactus, post mandatum alterius mandati iudicio eã præstare: ita æquum est, vt liberetur hac act.

¶ *Quod mihi.*] Tenebaris mihi in centum, ad mandatũ tuum stipulatus sum ea animo nouandi à debitore tuo: agere potero mandati ad consequendum, quod minus à debitore tuo seruare potero, videbatur quod non, quia is, qui debitorẽ suũ delegat, se liberat. sed secus est in isto casu, quia hæc delegatio erat facta periculo delegantis. hoc in prima. Viuianus.

a *Vt suscipiam obligationem.*] Quæritur quare antequam soluat agit cũ fideiussor non possit, nisi prius soluat: præterquam in casibus, vt dixi. sup. eo. Lucius? Respo. quia fideiussor de soluendo se obligasse videt, vt supra. de condi. indeb. l. indebitum, & dixi, sup. de neg. gest. si quis mandato. Item not. hic ex parte rei fieri procuratorem in rem suam, vt s. fam. erc. l. planè. in fi. & dixi. sup. de condi. indeb. l. fi. §. Titius, sed nisi creditor velit mutare, cauebo tibi, vt infra. ij. respon.

b *Actionem.*] vt supra e. ita vt omnes, in fi. & ar. sup. qui mandatũ suscepit. Et sic no. quod vbi emolumentum, ibi, & onus, vt inf. de vulg. substit. & si contra tab. in fin.

c *Sine iusta causa.*] quæ multæ sunt, vt sup. de procur. filiusfam. §. fi. & legibus sequent.

d *Mandatum.*] & ita adiuuari non decipi beneficijs nos oportet, vt supra commo. l. in commodato. §. sicut, sic & tutelæ non potest agi, nisi finito tutelæ officio, vt inf. de tute. & ra. distra. l. nisi finita. in princip.

e *Gereres.*] vel cum mandato, uel sine mandato, & dic omnia. Sed quid si mando tibi, ut creditori meo promittas animo nouandi? Respon. idem secus si, vt fideiubeas pro me animo nouandi, vt not. infra, in §. si iudicio. in fine.

f *Defensum iri.*] scilicet à me.

g *Vt me liberes.*] sic enim impletum est mandatum, nam iuxta quod mandatum fuit, promisit vt sisteret: nec per eum stetit quin sisteret: itaque stipulatione commissa potest agi vt liberetur. Accur.

h *Factus sim.*] scilicet possum agere, vt me liberes, secus autem in fideiussore, & est ratio, quia reus promittendi reum principalem liberat, cum obligationem animo nouandi suscipiat: vnde agit quasi soluisset, vt sup. eod. inter. §. si is, qui fideiussori. fideiussor vero ipsa fideiussione non liberat. vnde non agit nisi soluerit: nisi in casibus, vt sup. eo. l. Lucius. Azo. Vel si velis dicere, dicas quod fuit pro te reus promittendi non patiendo te obligari: quo casu etiã quandoque videtur impletum mandatum, cum à futura obligatione te liberaui.

1 † Fl. a-llimus.

2 † Fl. ge-ris.

3 † Fl. aut.

4 † Flor. de-fensurum.

actionem, vt suscipiam obligationem,[a] quæ aduersus te venditori competit. Nam & ego tecum agere possũ, vt pstes mihi aduersus venditorem empti actionẽ.[b] 1 † ¶ Sed si mandato meo iudicium suscepisti: manente iudicio, sine iusta causa[c] non debes mecum agere, vt transferatur iudicium in me. Nõdum enim perfecisti mandatum.[d] Item si dum negotia mea gereres,[e] 2 † alicui de creditoribus meis pmiseris & ante quàm soluas, dicendũ est te agere posse, vt obligationem suscipiam. At 3 † si nolit creditor obligationẽ mutare; cauere tibi debeo defensum iri[f] 4 † te. ¶ Si iudicio te sisti promisero, nec exhibuero, & antè quàm præstem, mãdati agere possum, vt me liberes,[g] vel si pro te reus pmittẽdi factus sim.[h] ¶ Sed si mandauero tibi, vt creditori meo soluas, tuque expromiseris, & ex ea cã dãnatus sis: humanius est, & in hoc casu mandati actionem tibi competere. ¶ Quoties autem ante solutam pecuniam mandati agi posse diximus;[i] faciendi causa,[k] non dandi tenebitur reus. Et est æquum, sicut mandante aliquo actioné nacti cogimur[l] eam præstare iudicio[m] mandati: ita quoque 5 † ex eadem causa obligatos[n] nos habere mandati actionem,[o] vt liberemur.

Reus tenetur fideiussori ad id, in quo creuit obligatio, seu condemnatio. Bart.

¶ Si fideiussor multiplicauerit summam, in quã fideiussit, sumptibus[p] ex iusta ratione factis, totam eam præstabit is, pro quo fideiussit. ¶ Quod mihi debebas, a debitore tuo 6 † stipulatus sũ[q] periculo[r] tuo, posse me agere tecum mandati[s] in id, quod minus ab illo seruare potero, Nerua & 7 † Attilicinus aiunt: quamuis id mandatũ ad meam[t] 8 † rem pertineat: & meritò. Tunc enim liberatur[u] is, qui debitorem delegat, si nomen eius creditor secutus est: non cùm periculo debitoris ab eo stipulatur. Idem iuris[x] est, si mandato fideiussoris cum reo egissem,[y] quia sequente mandato[z] liberaretur ex priore causa.[a]

Si fideiussor soluit aliud vilius, vt principalem liberet ab obligatione maiori, mandati actione repetit. Bartolus.

i *Diximus.*] s. primo, secundo, tertio, quarto, quinto, & sexto respon.

k *Faciendi causa.*] s. vt liberet, vel vt actionem cedat, vt in primo casu huius legis. Accur.

l *Cogimur.*] nos, scilicet procuratores.

m *Iudicio.*] directo.

n *Obligatos nos.*] procuratores.

o *Actionem.*] Contrariam.

p *Sumptibus.*] putà in litem. vt supra de procurato. qui proprio. §. litis, vel ad fructus colligendos. ut supra eod. idemque. § item Labeo. & alios similes, vt infra eod. si is. §. fi. vel etiam si fideiussi pro te in contractu, in quo pœnam promisisti, in quam incidimus, vel accepi interim mutuam pecuniam sub pena, vel vsuris, & solui totum & sic summa multiplicabitur. Accursius.

q *Stipulatus sum.*] animo nouandi.

r *Periculo tuo.*] te mãdante.

s *Mandati.*] imò pristina actione videtur debere agi, vt supra de procur. l. licèt. §. ea. quæ est contrà. Sol. ibi agitur mãdati, quia ibi nil plus veniret in eam, quam in primã, quæ erat similiter bonæ fidei, hic autem prima erat stricti iuris, hæc vero bon. fid. & ideo quia plus est in ea, tenet: vt argument. instit. de leg. §. ex contrario. & infra de legat. tertio, si mulier. §. si rem. licèt hæc vltima ad aliquid posset notari contraria. Vel (quod verius est) hic agitur mandati, & non prima actione, quia iure nouationis sublata erat mandato debitoris, ut in fi. huius legis dicitur, unde & ipse mandati, non prima actione conueniri potest, ut l. contraria diximus. Item est contrà. infra de uerb. oblig. l qui bis, nam hic bis se obligauit? Respon. bis, quem obligari pro eadem re non est prohibitũ. imo permissum, ut hic, & inf. de fideiuss. l. hæres à debitore. §. non est, sed bis soluere sic, ut in l. contraria, ut inf. de reg. iur. l. bona fides. certè imo, & hic tolletur prima, cum nascebatur secunda. Accur.

t *Meam.*] aliàs meam, & aliàs tuam: sed habeas meam unde non uidebatur tenere: sed tamen tenet, ut hic, & sup. eo si mandauero. §. interdum.

u *Liberatur.*] animo nouandi à prima obligatione, & secunda.

x *Idem iuris.*] supra de procur. licèt. §. ea. in fi. contrà. solue, ut ibi.

y *Egissem.*] animo nouandi.

z *Mandato.*] i. propter mandatum, quod paris sequentem actionem mandati contra fideiussorem.

a *Liberaretur ex priore causa.*] & ex nouo mandato incipit teneri, qui enim delegat soluit quantum ad primam obligationem, ut supra ad Velleia. quamuis. § interdum, & infra, de noua. l. delegare.

5 † Flo. deest, quoq;

* Nota quod fideiussor sũpt' quos fecit in lite, repetit à reo.

6 † Fl. deest, tuo.

7 † Flo. deest, &c.

8 † Fl. mã.

Si quis.

Si quis.] CASVS. Habens propositum dandi tibi Stichum, dixi tibi, si non dedero tibi centum nomine pœnæ, & fideiussi. dedi fideiuss. redemit Stichum à Titio, cuius erat, & tibi soluit. an possit conuenire me mandati, quæritur? Et respon. quod sic. videbatur quod non, quia Stichus non erat in obligatione. hoc in prima. In secunda proponit duas regulas. Prima est, quod quotiescunque quidem certũ est mãdatum, non est recedẽdum à forma. Secunda est, quod quando mandatũ est incertũ, i. de re incerta, puta vt emas seruũ, vel si vna res est in obligatione vt in superiori casu: tunc, licèt aliter fiat, quam sit mandatum: dum tamen expediat mandanti, erit mandati actio. Viuianus.

1† Flo. lib. 74.

a *Mandati agere.*] videbatur quod non, quia quod soluit, in obligatione nõ erat, vt inf. de acti. & oblig. l. obligationum fere. §. si. & inf. l. proxi. §. si is. Accur.

b *Certum mandatum*] idest de re certa, vel facto.

2† Fl. inerant.

3† Fl. expediret.

c *Non debeat.*] vt sup. eo. diligenter.

d *Incertum.*] i. de re incerta, vt emas seruũ in genere. vel etiã de re certa, sed incerto modo. puta de Sticho emendo: sed non taxato pretio, vt sup. e. l. præterea.

e *Plurium causarum*] vt vnius rei, quæ sit sub conditione in obligatione alterius quæ sit tm in solutione: sicut supra posuit in casu.

4† Flo. deest, ex.

5† Flo. debeat.

f *Præstationibus.*] i. alia præstatione.

g *Expediat.*] vt in eo suo proposito, vbi soluit Stichum expediebat: licèt in obligatione non erat. Accur.

IVlianus.] CASVS. Debebã Titiæ decem, & Seius pro me fideiussit. Titia nupsit Seio, & ei illa decẽ pro quibus nomine fideiussorio obligatus erat promisit: an statim possit me conuenire, manda. quæritur. Et respon. quod sic, quia onera sustinet matrimonij, & sic non habet ex causa lucratiua.

¶ *Si is.*] Promisisti mihi hominem, & Titius pro te fideiussit: Stichum seruum alienum mihi soluit. an tibi contingat liberatio, vt Titius possit te conuenire manda. quæritur? Et resp. quod non. hoc in prima. Sed si Stichum vsu cepit, contingit liberatio, & Titius aget mãda. hoc in secunda. Viuia.

h *Iulianus ait.*] Casus est, quod quidã fideiusserit pro alio apud mulierẽ creditricem: dum idẽ fideiussor eandem mulierem in vxorem acciperet: idem fideiussor passus est dotẽ vxorẽ promittere sibi, quã ipse debat ex fideiussione. Acc.

i *Abesse ei pecunia.*] q. d. non est liberatus ex causa lucratiua, vt infra de actio. & obli. l. ex promissione, quod

Idem lib. 64. [1]† *ad edictum.*

LEX XLVI.

SI quis pro eo spoponderit, qui ita promisit: si Stichum non dederis, centum millia dabis? & Stichum redemerit vilius, & soluerit, ne centũ millium stipulatio committatur: constat posse eum mandati agere.[a] Igitur commodissime illa forma in mãdatis seruãda est, vt quoties certum mandatum[b] sit, recedi à forma non debeat.[c] at quoties incertum,[d] vel plurium causarum:[e] tunc licet alijs præstationibus[f] exoluta sit causa mandati, quã quæ ipsi mandato inerat:[2]† si tamen hoc mandatori expediat,[g] [3]† mandati erit actio.

Abesse videtur dos eo ipso, quod maritus sustinet onera matrimonij. Bar.

Pomponius li. 3. ex Plautio.

LEX XLVII.

IVlianus ait,[h] si fideiussori vxor dotis promiserit, quod ei ex [4]† causa fideiussoria debebat: [5]† nuptijs secutis, confestim mandati aduersus debitorem agere eum posse, quia intelligitur abesse ei pecunia,[i] eo quod onera matrimonij sustinet.

Solutio quando non liberat debitorem, non parit actionem mandati: sed recõciliata solutione nascitur actio. Bart.

¶Si is, qui pro te hominẽ[k] dare fideiussit, alienum hominem stipulatori dederit: nec ipse liberatur, nec te liberat: & ideo mandati actionem tecum non habet. Sed si stipulator eum hominem vsuceperit, dicendum esse Iulianus ait, liberationem contingere.[l] Eo ergo casu mandati actio post vsucapionẽ demum tecum erit.

Qui parcit pudori alterius ad alterius commodũ, non excusatur, secus in eo, qui parcit pudori proprio. h. d. & singularis est casus iste. Bart.

Celsus lib. 7. Digestorum.

LEX XLVIII.

QVintus Mutius Scæuola ait si quis sub vsuris creditã pecuniã fideiussisset, & reus in iudicio conuentus, cùm recusare vellet[m] sub vsuris creditã esse pecuniam,[6]† fideiussor soluendo[n] vsuras potestatem recusãdi eas reo sustulisset; eam pecuniam[o] à reo non petiturum. Sed si reus fideiussori[p] denunciasset, vt recusaret sub vsuris debitam esse pecuniam: nec is propter suam existimationẽ[q] recusare voluisset: quod ita soluerit, à reo petiturũ. hoc bene censuit Scæuola. Parum enim fideliter facit fideiussor in superiore casu, quod potestatem eximere reo videtur suo iure vtendi.[r] [7]† Cæterum in posteriore casu non oportet esse noxę fideiussori, si ipse pepercit[8]† pudori[f] suo.

si esset: non ageret, vt supra eo. l. diem. §. finali. Accursius.

k *Si is qui pro te hominem.*] in genere, & ideo mala ratio, quia in multis casibus agit fideiussor, etiam antequam ipse, vel reus liberetur, vt supra eo. si mandato meo. §. quoties. & l. Lucius. & C. eo. si pro ea. & ideo dicit, quod non agit, eo quod te liberauerat, sed ibi nec alia ex ea agit, quia nullus de illis casibus est.

l *Contingere.*] vt infra de euict. l. qui alienã, & infra de solutio. is cui alienum.

QVintus.] CASVS. Accepi mutuam pecuniam à Titio sub vsuris, & Seius pro me fideiussit, conuentus ego nolui soluere vsuras, dicens non esse promissas, vel promissas, sed nudo pacto. fideiussor volens bona fide agnoscere eas, soluit: an iudicio mandati possit eas consequi? Et respond. quod nõ. Sed quid si conuentus fuerit fideiuss. & ego denunciauero ne vsuras soluat, & is propter conseruationem famæ suæ soluat: an repetere possit? Et respõ. quod sic, quia in primo casu non fecit fideliter: licèt fideius. soluit si velit mihi adimere ius meum, quod quod nego pecuniam deberi sub vsuris: in posteriori casu nõ debet fideiuss. versari in damno.

6† Dua. et fideiuss.

¶ *Cum mandauero.*] Mandaui, vt pecuniã tuam meo nomine Titio, mutua res, & meo periculo: an constitat mandatum? Et respon. quod sic hoc in prima. Si vero vt mutuares tuo nomine, & tuum sit commodum, & periculũ, potius est consilium quàm mandatum. Viuianus.

7† Fl. vti.

m *Vellet.*] vel falso, vel etiam, quia pacto tenus tantum debitæ erant. Accur.

8† Dua. pepercisset.

n *Soluendo.*] s. extra iudicium. Accur.

o *Pecuniam.*] idest vsuram, quia de ea tantum erat quæstio.

p *Fideiussori.*] conuento.

q *Existimationem.*] idest famam bonam conseruandam, sic ponitur, inf. de var. & cog. l. cognitionum. Accur.

r *Suo iure vtendi.*] s. negando vsuras deberi, vel in iuste, vt dixi.

f *Pudori.*] Not. arg. emptorem posse de euictione agere, etiam si de calumnia non iuret, cum sciat rem pertinere ad actorem, quia non debet compelli periurare, vt hic, & infra, de act. empt. emptorem, in prin. & inf. de adminis. tut. quoties. §. sicut. & arg. sup. de in litem iur. l. videamus, §. 1. & sup tit. 1. l. bona fides. §. incurrit.

Pecuniam.]

a *Pecuniam.*] tuam.
b *Formam.*] quæ uidetur potius consilium fuisse, quam mandatum obligatorium, vt sup. eo. l. 2. §. fi. & ideo nō datur mandati actio, nisi quando aliàs nō eras mutuaturus, vt diximus. sup. eo. si remunerandi, §. apud Iulianum.

Mandatum, quod fit solum gratia mandatarij, non est obligatoriũ. Vel sic, Mãdatum, quod reseruatur ad vtilitatem mandantis, est verum mandatum: secus si ad vtilitatem solius mãdatarij. Bal.

¶Cum mandauero [1]† tibi, vt credendo pecuniã [a] negotiũ mihi geras, mihiq; id nomẽ præstes, & [2]† meum in eo periculum, & [3]† emolumentum sit: puto mandatum posse cõsistere. Ceterũ si mãdaui, [4]† vt tibi negotium geras, tuique [5]† arbitrij sit nomen: id est, vt cuiuis credas, & tu recipias vsuras, periculũq; [6]† duntaxat ad me pertineat: iã extra mandati formam [b] est: quemadmodum si mandarem, [7]† vt tibi [8]† quemuis fundum emas.

Qui vendidit vt procurator, de euictione tenetur. Et ideo si euincit, exceptione repellitur. Item, qui mandauit vendere suã ex vna causa, quam suã probat: ex alia causa non poterit vẽdicare, hoc dicit. quam l. not. quia est fortis. Bart.

Marcellus lib. 5. [9]† Digestor.

LEX XLIX.

SEruum Titij [c] emi ab alio bona fide, & possideo. mãdato meo eum Titius vẽdidit, cùm ignoraret suum esse. vel contrà, ego vendidi illius [d] mandato, cùm fortè is, cui hæres extitit, eum emisset. [e] De iure euictionis, [f] & de [10]† mandato [g] quæsitum est. Et puto [h] Titiũ, quamuis quasi procurator vendidisset, obstrictum emptori esse: [i] neque si rem tradidisset, vendicationem [k] ei cõcedendam, & idcirco mãdati [eũ non [11]† teneri: [l] sed contraria mandati] agere posse, si quid eius interfuisset, quia fortè venditurus non fuerit. ¶Contra, mandator [m] si ab eo [n] rem vendicare velit, exceptione doli submouetur, [o] & aduersus venditorem [12]† testatoris sui habet ex empto [p] iure hæreditario actionem.

Qui soluit pro fideiussore, potest ab eo repetere, & fideiussor à principali. Bart.

Celsus lib. 38. Digestorum.

LEX L.

SI is, qui negotia fideiussoris gerebat, [q] ita soluit [r] stipulatori, vt reum fideiussoremque liberaret, idque vtiliter fecit, negotiorum gestorum actione fideiussorem habet obligatum: nec refert, ratum habuerit [s] necne [13]† fideiussor. Sed fideiussor etiam [t] antequam solueret

S*Eruum.*] CASVS. Habebam seruum. Titius eũ emit a non domino: mandauit mihi, vt eum venderem, & vendidi eum ignorans esse meum, posteà comperi eum fuisse meũ: an Titius possit agere cõtra me manda. ne pretiũ petat? Et respon. quod nõ, & adstrictus sum ad tradendũ emptori: neque eum vendicare possum si tradiderim, sed Titius mihi tenetur man. si in aliquo mea interfuit, vt si eum aliter non essem venditurus. Sed pone, quod habebam seruum: & Titius eũ emit à non domino bo. fid. cui Titio successi, mandaui procuratori meo, vt ipsum venderet, quia credebam eum meũ esse ex causa hæreditaria, cum aliàs esset meus: an mihi vendicanti seruum ab emptore obstet except? Et dicitur, quod sic. sed contra eum, qui vendidit eum testatori meo, habeo regressũ nomine euictionis. Viuianus.

1† Fl. cum mando.
2† Flo. de est, &c.
3† Fl periculum meũ emolumentum.
4† Fl. cete rũ, vt tibi
5† Flor. de est, que.
6† Flor. de est, que.
7† Fl. man dem.
8† Fl. mihi.

c *Seruum Titij*] Duos ponit casus, thema primi procedit vsque illuc, vel contra: quęstio eiusdẽ est ibi, & de mandato quæsitũ est, an s. detur actio mandati directa, vel contra. Sol. etiam cõsequenter ponitur, & puto, &c. vsque illuc, contra mãdator, &c. Alius casus incipit, vel ꝟ, & eius quæstio consequenter ponitur, de iure euic. quæsitum est Sol autem est in fin. contra, mandator, &c. dic ergo seruum Titij, &c.

9† Fl. li. 6.

d *Illius.*] s. Titij veri domini.
e *Emisset.*] à non domino, cum Titius erat dominus los. cum ex ancilla sua erat natus.
f *De iure euictionis.*] in secundo casu. Azo. sed certè, & in primo similiter de eo tractatur. Accur.
g *Et de mandato.*] in primo casu. Azo. sed certè in secundo similiter de eo tractatur.
h *Et puto.*] ecce solutio primi casus.
i *Emptori esse.*] ad rem tradendam, & de euic. caueat. quã cautione etiam finita procurator tenetur, vt sup. de procur. l. procurator qui in prouinc. secus autem in tutore, & curatore, vt ar. ꝟ, C. de adm. tut. l. cum quidam. in ver. inuenimus, & est ratio, quia necessarium est illud officium, hoc spontaneum, vt C. de neg. gest. l. tutoris. Accur.
k *Vendicationem.*] imò vr concedi ei rei ven. quia errabat, credẽs rẽ alienã, q̃ erat sua, vt ꝟ. de acqu. re. do. si procurator. q̃ est cõtrà. Sol. hic indẽnis actione mãdati seruari potest, ibi nõ: q a nõ erat soluẽdo. Vel hic, quãuis nõ amiserit dominiũ, exceptione repellitur, si petat. vel hic tanquã suã, licèt non crederet suã. ar. C. de bo. ma. l. 1. ibi, tanquã procurator vendidit. prima tñ verior est, vt not. plenè de hac materia supra de offic. procu. Cæ. l. 1. cum multæ leges in hac materia sibi inuicem contradicant. Et no. hic, quod. qui de euict. tenetur, non vendicat, vt ꝟ. de euict. vendicantem, & sic tractat etiã hoc casu de euictio. non solum de mandato.
l *Non teneri*] vt cedat actiones, quas habet ꝟ cum, cui vendidit, ad pretium, vel vt pretium sibi solutum restituat mandatori. ab est. n. tibi res sua. vnde & retinet pretium amplius, & si quid plus intersit sua, per contrariam mandati actionem petit, vt statim dicit.

10† Fl. de est, &c.

m *Contra, mandator.*] idest in contrario casu. & sic soluit hic q̃stionem secundam.

11† Fl inclusa lite ntra [] desunt.

n *Ab eo.*] cui vendidit seruum, pcurator mandato domini veri: qui tamẽ credebat se dominum tm̃ ex hæreditaria causa, & ideo qua si tm̃ ex hac causa dominus mandauit de vendẽdo, q prius erat dominus: vnde non potuit fieri dominus ex hæreditaria causa. nemo enim ex duabus causis dominus esse potest: licèt possidere possit aliquis ex diuersis causis, vt infra, de acquirend. posses. l. 3. §. ex plurimis. licèt ergo errasse videatur, tñ non reuocat proprium factum suum, & est argu. sup. de pi. actio. rem alienam. 1. respon. & ꝟ. qui, & à qui. si seruo alieno. & ꝟ. de lu. causa. filium, & supra de rei vend. si à Titio.

12† Fl vẽditionem.

o *Doli submouetur.*] dolo enim vendicat, qđ vendere mandauit: ipse enim vendidisse videtur. & sic de mandato etiam hoc casu tractatur.

13† Fl ratũ habuit, necne. fideiussor etiã antequam.

p *Ex empto.*] non ad duplum, licèt sit permissa, si res euincatur, quia non est verè euicta: sed ex empto, cum sit quasi euicta ad simplum, vt infra de hær. vend. l. 1. §. si Titius. & de euict. l. non tamen, & l. si ei cui. §. 1. & l. si vendideris, §. fin.

S*I is.*] CASVS. Fideiussi pro te, gestor negot. meorum soluit, habebit te obligatum actio. negot. gest. ego te mandati, etiam antequàm soluam gestori meo.

¶ *Sine.*] promisisti Titio decem corbes frumenti, & Seius pro te fideiussit, si Seius pro te frumentum soluat optimum, cum mediocre inuenire non poterit, & per solutionẽ eius contingat liberatio, an id iudicio mandati cõsequi possit, quæritur? Et respon. quod sic. idem est si promisit Stichum, & cum fideiussor soluit. Viuianus.

q *Qui negotia fideiussoris gerebat.*] sine mandato. Accur.
r *Soluit.*] nomine fideiussoris. Accur.
s *Ratum habuerit.*] cum enim sibi sit gestum negotium vtiliter, cogitur habere ratum, vt ꝟ. de neg. gest. Pompo.
t *Etiam.*] litera est cõmunis? sed fideiussor antequam solueret, &c. s̃m Py. est, sed & si fideiussor antequã, &c. Acc.

Procu-

a *Procuratori.*] suo, qui eius nomine soluit creditori, qui gerebat negotia sine mandato:
b *Simul.*] idest statim.
c *Ratum.*] maximè. nam fingitur habere ratum, vt modo diximus secundum Azo. Alij dicunt, quod licèt ante ratihabitionem sit suũ negotium, quantum ad hoc, vt teneatur, non tamen quantum ad hoc, vt agatur, vt hic dicitur.
d *Actionem.*] tum quia ipse soluisse videtur, quod alius pro eo soluit: tum quia id ei abest in quo est obligatus, vt supra de neg. gest. si quis mandato.
e *Siue cum frumentum.* scilicet, in genere.
f *Africum.*] quod est optimum, quia aliud non inuenit. si enim inuenisset, etiã mediocre poterat solui, vt dices infr. ea. l. fideiussorem, & facit ad hoc sup. e. si mandato. §. fideiuss.
g *Plus impendit.*] propter pœnam.
h *Pretium.*] propter moram. Accur.
i *Consequetur.*] scilicet quanti tunc erat cum soluit: licèt postea decesserit, & ad nullum pretium sit redactus, vt hic, & sup. eod. l. hominem. Accur.

Fideiussor.] CASVS. Si fideiussor pro debitore, in diem soluerit, ante diem non aget mand. antequã dies veniat, nec repetet. Viuia.

k *Per errorem.*] iuris, secus si facti, vt quia dilatio erat data reo, vt sup. eo. si fideiussor. §. non ma'e & §. si cum. imo & si facti, idem, si modo idem facturus fuit, vt in suo proprio facto, quia credebat se pure promisisse, licèt in diem promisisset tuc enim esset idem ac si in iure errasset, vt supra eo. idemq; §. pen. & facit ad l. sup. eo. l. si mandauero. 1. respon. Accur.

ADDITIO. Ista gl. semper allegatur ad hoc propositũ, quod debitor in diem soluens ante diem per errorem facti probabilem potest repetere. idem tenet gl. in l. eum qui. C. de iur. & fac. igno. secundum Bald. hic.

l *Ab eo.*] creditore. Accur.

Fideiussorem.] CASVS. Si fideiussor pro debitore triticum soluerit, quodlibet dando se liberare posset: nec aliud repetet, alioquin doli except. sibi obstabit: neque actione mandati aliud consequitur, quàm quod soluendo se liberaret reus à creditore. Accur.

m *Quodlibet.*] etiam vtilissimũ, vt arg. ff. de leg. 3. l. nummis, & ff. de condict. indeb. cũ is. §. fi. & ff. de tri. vi. & ole. le. l. cum certũ, sed non est ita, vt ff. de redhibit. si quid venditor. in fi. & ff. de leg. 1. l. legato generaliter. & C. de do. si quis argentum, §. si vero redditum, quæ sunt arg. cõtraria.

procuratori [a] pecuniam, simul [b] ac ratum [c] habuisset, haberet tamen mãdati actionem. [d]

Fideiussor repetit debitũ quod soluit, si quid vltrà soluerit. h. d. Bart.

¶Siue cum frumentum [e] deberetur, fideiussor [1]† Africum [f] dedit: siue quid ex necessitate soluendi plus impẽdit, [g] quã pretiũ esset [2]† solutæ rei; siue Stichum soluit, isque decessit, aut debilitate flagitiove [3]† ad nullum pretiũ [h] sui redactus est: id mandati iudicio consequetur. [i]

Soluens ante diem per errorem iuris, uel facti minus probabilem, non repetit: nec ante diem mandati agit. Bald.

Iabolen. lib. 7. [4]† ex Cassio.

LEX LI.

Fideiussor [5]† quamuis per errorem [k] ante diem pecuniam soluerit, repetere [6]† tamen ab eo [l] non potest. ac ne mandati quidem actionẽ antequam dies soluendi veniat, cum reo habebit.

In obligatione generis liberatur quis dando vilissimum, quod est in ipso genere. Bartolus.

Idem libro primo ἐπιστολῶν.

LEX LII.

Fideiussorem, [7]† si sine adiectione bonitatis tritici pro altero triticum spospõdit: quodlibet [m] triticũ dando [8]† liberari posse existimo. à reo autem non aliud triticũ repetere poterit, quã quo pessimo tritico liberare se à stipulatore licuit. Itaq; si paratus fuerit reus [n] id, [9]† quod dando ipse creditori liberari potuit, fideiussori dare, & fideiussor id, quod dedit, [o] [10]† idest melius triticũ condicat; [p] [11]† exceptione eum doli mali submoueri existimo.

Fideiussor potest habere obligatum principalem, & alium, vel principalem tantum, vel aliũ tantũ. Bart.

Papinianus lib. 9. quæstionũ.

LEX LIII.

Qui fide [q] alterius pro alio fideiussit præsente, & non recusante, vtrosque obligatos habet iure mandati. Quòd si pro inuito, vel ignorante, alterius [12]† mandatum secutus fideiussit eũ solum conuenire potest, [r] qui mandauit: non etiã reũ [s] promittendi. Nec me mouet, [t] quòd pecunia fideiussoris reus liberetur. Id enim contingit, & si meo mandato pro alio [u] soluat. [13] †

Cùm seruus se mandat emendũ, emptione non secuta, mandatum est nullũ, ea autem secuta, mandatũ reconualescit, vt dominus agere possit: non autem mãdatarius contra dominum. Item, si liber homo se emendum mandauit: cõtrariam mãdati actionẽ habet. Bart.

Vel dic, aliud in quantitatibus vbi exigua debentur, vt in primis concor. & hic, aliud in speciebus, vel artificijs, vt in alijs: in vniuersitatibus autem est idem, quod in summis, vt in d. l. 1. ff. de ædil. edict. si quid. in fi. Accur.

ADDITIO. Solue aliter secundum Dyn. hic, & dicas, quod hic loquitur in obligatione generis, in quo nihil est reperire ita vilissimum quod habere non expediat. ibi loquitur in obligatione generis, in quo reperitur ita vilissimum, quod habere non expedit. ideo tenetur debitor ad mediocre, &c. secundum Bart. hic.

n *Fuerit reus.*] scilicet frumentum, &c.
o *Id quod dedit.*] non necessitate, quod si fecisset, posset id consequi iudicio mandati, vt supra eod. si is, qui. §. n.
p *Condicat.*] ab illo pro quo intercesserit.
q *Qui fide.*] idest mandato expresso, Puta mandauit mihi Titius, vt fideiuberem pro Seio, quod feci Seio præsente, & non contradicente. vtrumq; ergo actione mandati cõueniã: vnũ ex expresso, alium ex tacito, qui tacitè mãdare videt pro quo psente fideiubeo, vt hic, & ff. eo. si remunerãdi, §. si passus, & l. quod patiẽ. & C. eo. si fideiussor.
r *Conuenire potest.*] Quid si alius tuũ negotiũ fecit te præsente idẽ quod hic. & in cõcor. nisi inter adultum, & curatorẽ, quia nõ præsumitur scientia in eis: alias sic. sed si ignores, tunc habet locum neg. gest.
s *Non etiam reum.*] actione mandati: sed act. neg. gest. si contra ignorantem non inuitum, vel melius tãtum mandantem, cõuenit: cum mandator ipse reum liberasse per alium videatur: non fideiussor, qui tantum alterius mandati intuitu fecerit, vt diximus. sup. de neg. gest. ait prætor. §. fin.
t *Mouet.*] ad dicendum, quod ille, pro quo intercessit, mandati teneatur.
u *Pro alio.*] absente, qui non tenetur mandati.

Cum seruus.] CASVS. Mandauit tibi seruus, vt eum redimeres, an consistit mandatum, vt tibi contra dominum de peculio, vel contra te dom. no detur actio? Et respon. quod non. hoc in primo. Si vero mandauit, vt eum emeres, & manumitteres: si emeris, & manumiseris, agam ego dominus ad pretium, si non manumittas, agam mandati ego dominus habita ratione affectionis meæ: hoc in secunda. Sed quid si nummis tuis redemeris: quia aliter non consisteret emptio, & tibi non contingeret liberatio: an possis agere de peculio? Et respon. quod non cogitauit de hoc contractu. hoc in tertia.

Si liber.

[1]† Et Africum.
[2]† Flo. esset.
[3]† Ad nullius, &c.
[4]† Fl. li. 9.
[5]† Aliàs, si fideius.
[6]† Fi. potere.
[7]† Aliàs, si fideius.
[8]† Dum dando, reũ liberare possit.
[9]† Flo. dederit, id.
[10]† Fl. dederit.
[11]† Fl. eum dicet.
[12]† Fl. alterutrius.
[13]† Flo. soluat.

¶ *Si liber.*] Liber homo seruiebat mihi bona fide, mandaui Titio, vt eum redimeret & manumitteret: Titius aget contraria mand. ad consequendum quod soluit, contra redemptorem, ita vt Titius cedat actiones contra me scilicet condictionem indebiti ex empto. Viuianus.

Idem lib. 17. Quæstionum.

LEX LIIII.

CVm seruus * extero [a] se mandat emendum, nullum mandatum [b] est. Sed si in hoc mandatum intercessit, [c] vt seruus manumitteretur, nec manumiserit, [d] & pretium consequetur [1]† dominus, vt venditor, & ex [2]† affectus ratione mandati agetur. [e] Finge filium naturalẽ vel fratrẽ esse. Placuit enim prudentioribus affectus rõnẽ in bonæ fidei iudicijs habendam. Quòd si de suis nummis emptor pretiũ dederit, (neq; enim aliter iudicio venditi liberari põt, [f]) quæri solet, an vtiliter de peculio agere possit. Et verius & vtilius videtur, prætorem de huiusmodi cõtractibus seruorũ non cogitasse, quibus [3]† se ipsi ratione mala dominis auferunt. [g] *

Si apparet emptionem factam meo mandato non valere, procurator mihi tenetur cedere actionem si quam habet efficacẽ: alias secus. Bart.

a *Cum seruus extero.*] idest, extraneo, non domino suo. tunc enĩ sine dubio nullũ est mandatum, quia dominus rem suam non posset emere, vt inf. de regulis iuris, neq; pignus. Accur.

b *Nullum mãdatum.*] vt vel extraneus contra dominum de peculio, vel vt dominus contra extraneum ex tali mandato agat vẽditione non secuta, vel etiam secuta secundum Azo. & bene plus dicit, quod nec seruus agit contra redemptorem ex hoc mandato, venditione non secuta, vel etiam secuta venditione. ageret enim & si non mandasset de manumittendo, vt infra de man. l. 4. §. fine autem. sed hoc est falsum. vt ea. l. de manu. §. si ab ignoto. & quod dicit. §. si autem, ꝙ non fuit dictum, verum est in contractu, dictum tamen fuerat prius inter eos, aliàs manumittere non cogeretur vt dixi. Item ꝙ dicit, nullum etiam, hoc verum ab initio secũdum omnes, sed ex postfacto secuta venditione validum efficitur secũdum B. & Io. sed Fe. contra.

* *Explicat intellectum huius l. Bereng. paulitac. in l. vn. n. 179. C. de sen. q. pro eo, ꝙ interest.*

1† *Aliâs, consequatur.*

2† *Flo. deest, ex.*

3† *Fl. quo.*

* *Vi. Cuia. lib. 13. obseru. c. 32.*

c *Intercessit.*] à seruo, vt ipse seruus manumittatur, vt subijcit. vel dic à domino, & hoc mandatum secundum omnes est nullum, nisi de emendo mandauerit, sed emptione secuta conualescit secundum omnes, & sic mandatum prius inutile efficitur post vtile. sicut & pactum in præfatione dictum, vt sup. de pact. item quia. in fi. & in contractibus innominatis, vt C. de re. permu. l. ex placito. Sed an potest agere venditor mandati vt sibi retradatur? P. dicit quòd non, sed vt manumittatur, vt hac l. dicitur, Butri. & Io. dicunt etiam ad retrahendum posse mandati agi, vt C. si seruus ex. l. j. circa fi.

d *Nec manumiserit.*] scilicet emptor.

e *Mandati agetur.*] vt manumittatur: nam de tradendo bene potest agere, etiam si nõ intersit ratione affectus ſm Io. vt dixi & no. hic considerari affectum. sic ȷ. de tu. & ra. di. l. j. §. sed nonnullos & infra de ser. expor. seruus ea. & supra de mino. si in emptione. & ȷ. de euic. l. pater. in fi. Sed arg. contra supra ad leg. Aquil. si seruum. & infra de ope. ser. l. fi. in fi. & ȷ. ad leg. Fal. l. pretia.

f *Liberari potest.*] nisi sciens accipiat, vt infra de act. emp. ex empto. j. respon. & ȷ. deposi. l. j. §. eleganter.

g *Auferunt.*] & ita de peculio non tenetur, vt hic, & supra de in rem ver. l. 2. & 3. in princ. & hac eadem ratione non tenetur nisi ipse se vendiderit secundum Azo. Sunt & alij casus, quibus dominus ex serui facto etiam de peculio non tenetur, vt si intercedat non in causa peculiari, vt ȷ. de fideiuss. seruus inscio. Item si donet, vt ȷ. de pac. l. ꝫ iuris. §. si filius. Item si noueat, sicut & filiusfam. fortè, vt ȷ. de polli. si quis rem. §. voto. ſm Azo. Item si iudicium vel arbitrium subeat, vt supra de pecu. l. 3. §. si seruus. in casu autem huius legis si de peculio teneretur, & seruo & pretio careret dominus. ꝙ si suis nummis conuenit seruus vt ematur, dominus de peculio non obligatur, vt dictum est, sed potest consistere seruus in iudicio ꝯ emptorem vt manumittat ex constitutione diuorum fratrum. vt ȷ. de iudi. qui se.

¶ Si liber homo bona fide seruiens redimi se mandauerit, idq; nummis emptoris factum sit, contraria mãdati actione agi posse constat, [h] vt tamen actiones [i] præstentur, quas habet emptor aduersus venditorem. finge non manumisisse [k] liberam personam emptorẽ.

Furtum sine contrectatione non cõmittitur. Bar.

Idem lib. j. Responsorum.

LEX LV.

PRocurator, qui res non inclusas subtraxit, [l] sed sibi [4]† traditas non reddidit, [m] iudicio mandati, non furti tenetur.

Qua causa dubitationis tollendæ contractibus inseruntur, ius commune non lædunt. Bart.

Idem lib. 3. Responsorum.

LEX LVI.

QVi mutuam pecuniam dari mandauit: omisso reo promittendi, & pignoribus non distractis eligi poterit. quod vti liceat, [n] si literis [o] exprimatur, distra-

h *Constat.*] Contra eum, qui est redemptus.

i *Actiones.*] ex empto, & condi. indeb. secundum. Accursiũ.

k *Manumisisse.*] scilicet etiam de facto. nã si manumisisset, scilicet de facto (de iure enim non põt) de euict. actio periisset manumissione secuta, sicut si esset mortuus, vt inf. de euict. si seruum. & l. si mãcipium. in prin. secũdum quosdam. tu dicas, idem & si manumisisset, secundum Azo. & hoc dicit, vt sine quæstione procedat, nec enim manumittere potest, vt supra de condi. cau. da. l. dedi. §. si lib. & supra eodem, l. procuratorem. §. si liber. & illa. l. si seruum. loquitur in stipulatione duplæ.

4† *Flo. deest, sibi.*

PRocurator.] CASVS. Procurator meus, cui aliquam rem tradidi, eam mihi non restituit. an furti teneatur? Resp. quod non, sed mandati. Viuianus.

l *Subtraxit.*] idest, non contrectauit. Accursius.

m *Non reddidit.*] scilicet non contrectando contra domini voluntatem, sed apud se retinendo. nam sine contrectatione furtum fieri non potest, vt ȷ. de fur. l. j. §. fi. & l. inficiando. j. respon.

QVi mutuam.] CASVS. Mandaui Titio vt mutuaret Seio decem sub pignore, & conuenit vt Titius eligeret me vel Seium. si pignora non distrahit, eligere poterit. si distrahit, ad me Titius redire potest.

¶ *Fideiussor.*] Debebam pupillo centum fideiussit pro me Titius, & in iudicio centum obtulit, & quia non erat præsens tutor, consignauit & deposuit, an statim possit conuenire me mandati? Et respon. quod sic.

¶ *Non ideo.*] Visitaui limina Beati Iacobi, dimisi procuratorem, postea redij, neq; exegi rationem administrationis, sed cum procuratorem reliqui, postea visitaui limina Beati Petri, non solum inducitur in iudicium mandati quod egit procurator tempore primo, sed etiam ꝙ tempore secundo.

¶ *Salarium.*] Negotium meum gessisti, promisi tibi ꝙ remunerarem te, sed non expressi in quo, neq; officio iudicis, neq; actione mandati salarium tale petere poteris.

¶ *Sumptus.*] Si per procuratorem ordinatum in causam non steterit quo minus causa finem acciperet, sumptus, quos fecit, repetit.

n *Vti liceat.*] creditori vti ista via electionis, si literis &c.

o *Si literis &c.*] i. pacto quod in literis continetur, s. vt sit licitum prius eligi mandatorem. sed & si hoc non dicatur, idẽ tamen esset secundum iura ista, vt C. de fideius. l. non rectè. hodie contra, vt in auth. de fideius. § j. coll. j.

ctis quoque pignoribus ad eum [a] creditor redire poterit. Etenim, [b] quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius cõmune non lædunt.

¶ Fideiussor q pecuniam in iure obtulit, & pp ætatem eius, q petebat, obsignauit, ac publicè deposuit, confestim agere mandati potest. [c]

Domino reuertente mandatum finitur: & si fuerit reuocatũ debitum ex primo, non deuoluitur in secundo. Bartolus.

¶ Non ideo minus oĩs temporis bonam fidem explorari oportet, quod dominus post annos quinque ex prouincia reuersus, mox reipublicę causa profecturus, nõ acceptis rationibus, mãdatum instaurauerit. [d] Cũ ergo [1] † ad officiũ procuratoris pertinuerit, quicquid ex prima negotiorum gestorũ administratione debuit, ad secundam rationẽ transferre, [e] secundi temporis [f] causa priorem litem susciperet.

¶ Salariũ incertæ pollicitationis, [g] nec extra ordinẽ recte petitur, neque iudicio mandati, [2] † vt cõstituatur. [h]

Procurator sumptus bona fide factos repetit, posito etiam ꝙ causa non habuit bonum exitum. Bart.

¶ Sumptus bona fide necessario factos, & si negotio finem adhibere procurator non potuit, iudicio mandati restitui necesse est. [i]

Mandatum non transit ad hæredem mãdatarij, & videtur electa persona industria. Item Publiciana non competit contra dominum. Bart.

Idem lib. 10. Responsorum.

LEX LVII.

MAndatũ distrahendorum seruorũ, defuncto eo, [3] † qui mãdatum suscepit, intercidisse constitit. Quoniam tñ hæredes eius errore [k] lapsi, nõ animo furandi, sed [4] † exequendi qđ defunctus suę curę fecerat, seruos vendiderant, eos ab emptorib. vsucaptos videri placuit, & [5] † venalitiariũ [l] ex prouincia reuersum [m] [6] † Publiciana actione inutiliter acturum, [n] cũ exceptio iusti dominij cã cognita [o] detur, neq; oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiã hæredũ affici damno. [p]

Mandatum morte finitur, non actio mandati. Itẽ nec obligatio, quę datur ex negotio gest. Bart.

Paulus lib. 4. quæstionum.

LEX LVIII.

SI præcedente mandato

a *Eum.*] scilicet mandatorem.

b *Etenim.*] Bene dixi distractis pignorib. in id, quod deest ad mandatorem rediri: licet pactum ꝙ mandator posset eligi, fuerit interpositum: etenim &c. q. d. prædictum pactum ius commune non lædit: quia ius commune est vt possit eligere, & quod vno electo possit ad alterum redire: vt C. de fideiuss. l. nõ recte. & l. iure nostro. & l. reos. Item nota hanc regulam. vt hic. & ff. de reg. iur. l. quę dubitationis. & C. de testa. l. testm̃. & ff. de cond. & demon. si in diem. §. fina. Sed arg. contra ff. sol. matri. si cum dotem. ff. resp. & ff. de pa. do. l. inter. §. cum inter.

c *Potest.*] vt ff. de fideius. l. fideiussor qui minori. depositione ergo liberatio contingit, vt solutione vt C. de sol. l. obsignatione, & de vsur. l. acceptam. & ff. depos. l. j. §. si pecunia. & arg. de ff. procu. l. si reus.

d *Instaurauerit.*] i. de nouo iniũxerit. Azo. & sic aliud secũdum mandatum est: licet eiusdem personę. sic & ff. de adulter. si vxor. §. sed & si qua. Quid autem si mandatum non instaurasset: an videatur primum reuocatum sola reuersione? Respon. hanc esse sabbatinam quęstionem: & potest induci quod sit reuocatum illud generale de causa sublata: vt ff. de iudi. l. 3. §. legatis. & infra pro soc. l. actione. § item si alicuius. & eius contrarium de causa impulsiua: quod licet cesset, nõ tamen cessat factum: vt de Calphurnia diximus sup. de postu. l. j. § sexum. Sol. verius videtur reuocatum mandatum. arg. opti. inst. de pupil. sub. §. qua ratione finitur. Dico quantum ad gestionem: sed tamen durat quo ad hoc, quia eo recedente resumere debet administrationem: vt C. de cur. fur. l. cum alijs. vel quod est verissimum, secus in furioso est, cui prouidetur per legem: cum ipse sibi prouidere non potest. & interdicitur furioso alienatio: & per legem committitur curatori eius legitimo vel datiuo: vt infra de cur. fur. l. prima ꝙ nemo dixerit in homine sanę mentis. hic autem attende, an dominus reuersus resumpsit administrationem: & procurator destitit: & ita dicam finiri mandatum, nec resuscitatum: ac si dominus alium procuratorem constituisset: vt ff. de procur. si quis cum procuratorio. §. fi. an etiam reuerso domino, & præsente, & consentiente. vel verbo vel actu quærendo ab eo de gestis: vel non contradicente procurator cęperit gerere: & tunc dicam reuocari mandatum vel non reuocari: vt ff. loca. item quæritur. §. fi. & C. de nup. l. si vt proponis. secundum Azo.

e *Transferre.*] exigendo à se etiam in secunda administratione, quod ex prima debebat. Accur.

[1] † *Fl. cum agitur.*

[2] † *Flor. vt salarium ei bn cõstituat.*

f *Secundi temporis.*] idest administrationis secundo tempore susceptæ. potest enim conueniri vt ex secunda: & hoc si expediret domino conueniri in secunda: vt quia in secunda procurator habuerit fideiussores, in prima non: aliàs secus: vt sup. de neg. gest. diuortio. & facit ad §. inst. de admin. tuto. Lucius. in prin.

g *Pollicitationis*] re & genere. vt plene dixi supra eodem, l. salarium.

h *Constituatur.*] scilicet potest agi.

i *Necesse est.*] vt C. eo. l. etiam si contrariam. & supra de procura. l. qui proprio. §. litis. sic in tutore: vt infra de contra. act. tut. l. 3. §. sufficit. Sed contra. infra iu. solu. l. 3. §. in hac, vbi dicit posse repeti sũptus demum si obtinet in causa. Solu. illud obtinet in gestore sine mandato: hic in eo, qui habet mandatum. & est ratio in eo qui gerit sine mandato: quia in sentẽtia apparet eum non vtiliter gessisse: & sic non agit: vt supra de nego. gesto. sed an vltro. §. primo. Accursius.

MAndatum] CASVS. Si hæres tuus credebat mandatum morte non finiri: & ideo teneri ad exequendum mãdatum, & seruos vẽdiderit: emptor eos vsucapere poterit: si tamen ante impletã vsucapionem à possessione cadat, & ad me redierint, non habet Publicianam, qa contra dominum nõ datur. Viuianus.

k *Errore.*] scilicet iuris, aliàs etiam facti, credens in persona eorum iterari mandatum à domino, cum non erat.

l *Venalitiarum.*] id est, emptorem seruorum immo mangonem.

m *Reuersum.*] ante completam vsucapionem.

n *Acturum*] contra dominum possidentem, quia remouetur exceptione iusti dominij, vt statim dicitur. Accur.

o *Cognita.*] nam quandoque etiam contra dominum datur Publiciana, & ideo vestitur in hoc causæ cognitio, vt no. supra de publ. l. fi.

p *Damno.*] vt infra de euict. l. rem hæreditariam. in fine. Accursius.

SI præcedente.] CASVS. Mandaui tibi vt me defenderes contra Titium, decessi, & tu defendisti, & sumptus fecisti. licet mandatum finitum fuerit morte, tamen non actio mandati. vnde hæres meus tenebitur. hoc in prima. Si vero sine mandato me defendisti, videris quodammodo gerere negotium meum: & hæres meus tibi tenebitur.

¶ *Lucius.*] Debebam Titio 100. cum instaret, vt soluerẽ, Seius ei mandauit vt non infestaret me, quia recipit in periculo suo si creditores conueniant cum hærede de remittenda dimidia debiti, cũ Titius esset absens, si Seius con-

[3] † *Flo. defuncti, eo.*

[4] † *Aliàs, ex.*

[5] † *Fl. sed.*

[6] † *Fl. Publiciana actione non vtiliter acturum actiones nõ inutiliter. & sic emenda aut Haloã.*

conueniatur, an habeat excep. vt conueniatur in dimidiū sicut hæres meus? Distinguit, cum fiebat remissio, aut Titius erat præsens, aut absens. si absens, non dabitur exceptio Seio. sicut enim creditori habenti pignus vel priuilegium non præiudicatur per pactum aliorum creditorum, nec huic, qui erat absens, qui si fuisset præsens, proclamasset, neque si submoueatur creditor à mandatore, consulitur hæredi, sed fideiussori siue mandatori, cum hæres præstaturus est iudicio mandati conuentus, quātum præstabit alijs creditoribus. & si creditor partem ab hærede accepisset, quantum ad mandatorem sibi præiudicauit, quia præsumitur consensisse remissioni Viuianus.

a *Defenderes.*]nec tamen lis contest. est.

b *Mandati actionē*] imo vt nego. gest. vt ꝭ de iu. l. de qua re. § cum absentem. & est contra Sol. ibi sine mandato defendit, ut infra proxi. respon. hic cum mandato. vel hic, & ibi habet neg. gest. actionem ad condemnationem solutam, quia de hoc mandatum non fuit, sed ad sumptus & ad similia, quæ sunt mandata, vel quasi habet locum actio mādati, vt hic dicit. Accurs.

c *Morte*]No mandatum finiri, non actionem mādati, vt hic, & ꝭ eod. l. inter causas. in princ. sed vt etiam mandatū hoc casu non finiri, sed ita cogatur exequi, ut supra de procura. si defunctus. quæ est contra. Sol. vt ibi. Item non videtur finiri, vt infra de manu. vin. l. si pater. in prin. quę est similiter contra. Sol. ibi fauore libertatis.

d *Mandatoris*]cum non sit opus consummatum.

e *Soluitur*]si spontè fuerit consummatum.

f *Defensione suscepta.*]animo nouandi.

l Transfert.] Sed contra sup. si cer. pet. eius qui. §. quae vero. Solut. ibi seruus erat dominus, quia haeres, licet hoc ignoret, & transferre volebat dominium: hic autem noluit, sed illud quod credebat à vendente haerede. Sed non videtur quòd teneat haec sol. quia etiam si sit dominus in l. contraria, non debet etiam errans transferre dominium: vt infra de acq. rer. do. si procurator. Sed respon. ideo in procuratore, uel similibus dicitur non transfire dominium, quia sic officium suum esset ei damnosum: quòd esse non debet: vt infra quemad. testa. app. si quis ex signatoribus: sic vero in l. eius qui. nullum fuit officium. Vel dic, quod in l. eius qui, fuit specialiter in pecunia numerata. arg. supra si cer. pet. l. singularia. Vel dic, quòd ibi manumissus non errabat: putabat enim domini, ergo suam: cū haeres sit eadem persona cum defuncto ut in aut. de iureiu. à mor. prae. §. j. col. 5.

Idem in donatione, quae fieret mihi de re mea. & praedicta locum habent quod emptio rei meae non valeat, siue ignoranter, siue scienter quis rem suam emat. h. d. cum l. seq. Bald.

Si rem meam mihi ignoranti uendideris, & iussu meo alij tradideris, non putat Pōp. dominium in eum transire: [l] quoniam non hoc mihi propositum fuit, sed quasi tuum dominium in 9† eum transire. Et ideo etiam si donaturus mihi rem meā, iussu meo alij tradas, idem dicendum erit.

9 † Fl. adi. 10† Fl. lege.

Pomp. li. 8. 10† ad Sabinū.

LEX XVI.

SVae rei emptio non valet, siue sciēs, siue ignorās [m] emit. 11† Sed si ignorans emi; quod soluero, repetere potero: quia nulla obligatio fuit: nec tamen emptioni obstat si in ea re usufructus dūtaxat ementis [n] sit.

11† Fl. tamen.

m SVa Ignorans.] Nota etiam quod ignorans non dicitur posse rem suam emere: ut hic, & supra de condi. inde. seruum & C. eo. cum res. & supra de pigno. ac. l. debitor. nisi sub cond. & tempore existentis conditionis non sit sua, ut infra de le. 1. l. caetera. & infra eodem, existimo, & nisi respectu possessionis: vt infra eodem, l. si in emptione §. rei suae. & nisi ratione partium aliarum: quod est in casu: ut infra titu. j. quòd cū uno §. fin. & supra manda. qui negotia. § fin.

n Ementis.] quia respectu fructuarij est alienus. ut infra ad Sylla. l. 1. §. 1. & insti. de haere. insti. §. 1. Accursius.

Paulus li 33. ad edictum.

LEX XVII.

OFficio [o] tamen iudicis pretium minuetur.

12† Fl. lib. 9.

Pōp. lib 8. 12† ad Sabinū.

LEX XVIII.

SEd si cōmunis ea res emptori cum alio sit: dici debet, scisso pretio pro portione, pro parte emptionem ualere, pro parte non valere. [p]

Falsa demonstratio finium non adycit aliquid actui.

Si seruus [q] domini iussu in demonstrandis finibus agri uenditi, uel errore uel dolo plus demonstrauerit; id tantum 13† demonstratum accipi oportet, quod dominus senserit: & idem Alphenus scripsit de uacua possessione per seruum tradita.

13† Fl. tamen.

o OFficio.] sic institu. de lega. §. sicut.

p SEd si communis. Non valere.] nisi ratione aliarum partium, vt modo dixi, per id quod est infra tit. j. quod si uno § fi.

q Si seruus.] facit supra de iureiu. quanto magis.

Ex venditione in emptorem dominium nō transit nisi pretio soluto, vel habita fide de pretio. h. d. Bart. & Bald.

Quod

Idem li. 22. ad 1 † Q. Mutiū.

LEX XIX.

Quod vendidi, & tradidi, 2 † non aliter fit accipientis, quam si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, uel etiam fidem habuerimus emptori sine ulla satisfactione. a 3 †

Idem lib. 8. 4 † ad Sabin.

LEX XX.

Sabinus respondit, si quam rem nobis fieri velimus 5 † (ueluti statuam, uel uasa aliqua, 6 † seu etiam 7 † uestē) vt nihil aliud quam pecuniam daremus; emptionē b videri. nec posse ullam locationem esse, ubi corpus ipsum non detur ab eo cui id fieret; aliter atq. si aream darem, vbi insulam ædificares: quoniam tunc a me substantia proficiscitur. c

Paulus li. 5. ad Sabinum.

LEX XXI.

Labeo scribit 8 † obscuritatem pacti nocere potius debere uenditori, qui id dixerit, quam emptori: quia potuit re integra apertius dicere. d

Vlpianus lib. 28 ad Sabin.

LEX XXII.

Hanc legem venditionis; e Si quid sacri, uel religiosi est, eius nihil uænit: superuacuam dicimus 9 † nō esse, sed ad loca modica pertinere. cæterum si omne religiosum, uel sacrum, uel publicum uænierit, nullam esse emptionem. f

Paulus lib 5. ad Sabinum.

LEX XXIII.

Et quod soluerit eo nomine emptor, condicere potest.

Vlpianus lib. 28. ad Sabin.

LEX XXIIII.

In modicis g autem ex empto esse actionem; quia non specialiter locus sacer, uel religiosus uenit, h sed emptioni maioris partis accessit. i

In alternatiua venditione est electio venditoris. Bartolus.

Idem lib. 23. 10 † ad Sabinū.

LEX XXV.

Si ita distrahatur illa aut illa res k vtram elegerit 11 † uenditor, hæc erit empta.

¶ Qui vendidit, l necesse nō habet fundum emptoris facere, ut cogitur, qui fundum stipulanti spopondit. m

Pompo li. 18. 12 † ad Sab.

LEX XXVI.

Si sciens emam ab eo, cui bonis interdictum sit, uel cui tempus ad liberandum de hæreditate, ita datū sit, n ut ei diminuendi potestas non sit: dominus non ero: dissimiliter, atque si a debitore sciens creditorem fraudari, emero. o

---

a Quod vendidi Satisfactione.] ideoque potest venditor vendicare: ut hic, & supra de tri. ac. l. procuratoris. §. penult. & institu de re di. §. venditæ. Sed nonne hoc ipso videor habere fidem, quod rem trado? Respond. sic. nisi forte dicebas te habere pecuniam ad manum, tum tamen non habeas, & sic tradam: vt supra de pignor. actio. si quasi. Item, quid si dedi diem solutioni? Respond. uideor sequi fidem emptoris: argum. C. de re iu. l. ad solutionem. Sed argumen. contra. C. de pac. inter empto. & vendi. l. commissoriæ. Sed certè immo est pro hoc, quia & ibi dominiū transierat in emptorem: sed ex ui pacti reddit ad venditorem. Accur.

Sabinus.] CASVS. dedi tibi decem, ut statuam mihi faceres. non est locatio, sed emptio. secus si dedi tibi aream, ut in ea ædificares: quia locatio est. Viuianus.

b Emptionem.] nec attenditur, an lignū, vel id ex quo statua, uel uasa facienda erant, specificetur, an non: vtrobique enim tenet emptio: quia & in eo, quod in genere est, tenet emptio: ut infra eod. l. conuenit. & hac lege innuitur.

c Proficiscitur.] & sic est locatio, vt hic, & inst. loca. §. item quæritur.

Labeo.] CASVS. In contrahenda uenditione ambiguum, siue obscurum uerbum contra uenditorem interpretandum est: ut supra de pact. l. ueteribus. Viuianus.

d Dicere. ut supra de pac. ueteribus. & infra de eui. l. qui libertatis. §. penulti. & da exemplum. infra eodem. cum in le. Sed contra infra loca. l. in re. Sol. ut ibi. secus autem in iudiciis: ut supra de iu. l. si quis intentione. Item non obst. huic l. infra eodem, si in emptione. in principio. quia ibi fuit dictum ab emptore: & idem interpretatio fit contra eum secundum Io. Item nec inf. eo. l. cum manu. quia ibi fuit dictum pro uenditore.

Hanc legem.] CASVS. Si in uenditione fundi conueniat, ut locus sacer excipietur, ualet conuentio, sed ad modica loca refertur, alioquin si maior pars religiosa fuerat, non ualet emptio. Sed quid si non excipiatur, & modica loca inueniantur religiosa? agetur ex empto. Viuianus.

e Hanc legem venditionis.] quæ apponitur pro uenditore, & fit uenditio fundi in specie, hoc dico, ut non teneatur venditor si quid erat sacri. si autem ad iugera, dic ut inf. l. sitiora. Accur.

f Nullam esse emptionem.] tenetur tamen ex empto emptori quatenus eius interest decepturn non fuisse ut infra eodem. qui officii. & insti. de contrahen. emptio. in fi. Accursius.

In modicis.] idest pro modicis. & intellige hanc legem, quando non fuerunt prædicta excepta a venditore, alias ad quid ageret emptor? & ualet uenditio.

h Venit.] nam tunc non ualet, ut sup. eo. l. sed Celsus.

i Accessit.] ipsa uenditione, nisi pactum excipiat: ut supra l. hac le. Et nota hic argum. quod quædam transeunt cum uniuersitate, quæ per se non transeunt: ut infra de acquiren. rerum dominio. l. quædam. & infra de actio. empti, si mercedem. §. j. & sup. man. si mandauero. §. Iulianus. & C. de reli. si sepulchrum. §. j. sed argu. contra. infra ad Trebel. l. quia perinde. §. j. & l. si patroni. in princ. & hæc omnia faciunt pro iure patronatus.

Si ita distrahatur.] CASVS. Vendidi tibi his uerbis, illam aut illam rem, quam uelium tradere, tradam, quia in mea electione est. Viuianus.

k Illa res.] sit tibi uendita, & puncta ibi, venditor. Vel dic, quod sunt uerba emptoris, sit mihi empta. ne sit contra. supra eodem Labeo, facit ad i. stit. iufra eodem. si in emptione. §. si emptio, & infra de iure do. l. plerumque. §. penult.

l Qui vendidit.] scilicet fundum.

m Spopondit.] scilicet dare: quia tunc tenetur facere rem accipientis: ut institutionib. de actio. §. sic itaque. aliud si promisit traderet ut infra de uerborum obligatio. si rem tradi. Accursius.

Si sciens.] CASVS. Emi ab aliquo, cui bonis interdictum erat, sciens, & ab aliquo, quem sciebam nihil posse de hæreditate vendere, quia acceperat tempus ad deliberandum. non sio dominus ex illa uenditione. aliter enim si emi a debitore creditorem fraudante, quia tunc bene sio dominus. Viuianus.

n Datum sit.] idest sub hoc pacto.

o Emero.] quia sio dominus licet reuocet a me per Paulianam: ut institutione de action. § item si quis. sed in primis duobus non, quia erat interdicta: ut hac l. & infra de usucap. l. si ab eo. & de uerborum oblig. l. is cui libertas autem etiam hoc tertio casu non ualet, quia in fraudem creditorum sit data: ut institutio. qui manu. non pos. in princ.

1 † Floren. lib. 11.

2 † Floren de eo, & tradidi.

3 † Aliat. satisfactione.

4 † Floren. lib. 9.

5 † Deest, ut ... uelimus.

6 † Flor. uas aliquod.

7 † Florent. de eo, etiam.

8 † Floren. scripsit.

9 † Floren. de eo, dicimus.

10 † Floren. lib. 34.

11 † Floren. elegerit.

12 † Floren. lib. 19.

a *Qui a quolibet.*] CASVS. Si emi rem ab aliquo, quē dñm puto, bona fide videor emere, si aūt à pupillo si ne tutoris, uel curatoris authoritate sciẽter emero, non videor bona fide emere. & hoc Sabinus scripsit. Viuianus. a *Ipsius esse.*] vel ipsum habere ius uendendi: ut ℐ. de uerborum sign. bona fidei. nisi colludat: ut infra pro emp. l. qui fundum. §. procuratori. nec obest si sciā alieni obligatum, uel usumfructum esse alienum: ut infra pro emp. qui fundum. §. fin. Accur.

b. *Non videtur bona fide.*] cum ille, qui a pupillo emit: debeat probare tuto. &c. ut supra de publi. quæcumque. §. fi. Accur.

R*Em alienam.*] CASVS. Bene ualet emptio si uendo rem alienam, sed res auferri potest ab emptore. Viuian.

c *Dubitatio.*] quia tenet contractus in præiudicium uendentis, quamuis in re mobili hoc non facilè fit, quia cum facilè ibi committatur furtum. ut insti. de usu ca. §. unde in rebus non erit emptio, secundum distinctionem positam infra eodem, §. in emptione. §. item si emptor. habet ergo locum hæc lex in re immobili, item in mobili, quando non fit furtum: sed & quando fit furtum, quandoque, ut patebit in d. l. si in emptione. infra eod. §. item. sed cum teneat uenditio rei alienæ, quarè non tenet pignoris obligatio: ut sup. de pig. act. l. 2. Resp. quia in pignore oportet, q̃ constituam ei ius in re. i. obligationem quandam, quod facere nō possum si res est aliena: sed in uenditione non teneor nisi quandam aliquam possessionem tradere, & me pro euictione obligare: & ita est ius in persona, quod possum etiam in re aliena: ut inf. de act. emp. l. ex empto. § j. Sed nonne sicut re euicta, tenetur uenditor sic obligans contraria? Resp. non: nam in uenditione sequitur usucapio. item agi potest, ut fiat promissio duplæ.

d *Potest.*] nam nobis inuitis non debet alius nostras res retinere, ut ℐ. sol. mat. si filio. §. j.

Q*uoties.*] CASVS. Si vendo tibi seruum, qui habet peculium, non uideor uendere peculium siue expressè excipiam, siue non: sed si seruus aliquam rem asportauit peculiarē, condici potest condictione furtiua, si ad emptorem peruenit: sed & agi potest ad exhibendum, & ex uendito. unde si postea aliquid accessit peculio, restituendum est uenditori: ueluti quia perceptum est ex operis Vicarii, uel partus est editus. & hoc dicit usque ad l. qui tabernas. Viuian.

2 † Floren. Paulus.

Idem 1 † li. 8. ad Sabinum.

LEX XXVII.

QVi a quolibet rem emit, quā putat ipsius esse a bona fide emit. At qui sine tutoris authoritate a pupillo emit, uel falso tutore authore, quem scit tutorem non esse, non uidetur bona fide b emere, ut & Sabinus scripsit.

Vlpianus lib. 41. ad Sabin.

LEX XXVIII.

REm alienam distrahere, quem posse nulla dubitatio c est. nam emptio est, & uenditio: sed res emptori auferri potest. d

Idem lib. 43. ad Sabinum.

LEX XXIX.

QVoties seruus venit, nō cum peculio distrahitur, e & ideo siue non sit exceptum, siue exceptum sit ne cum peculio væneat, non cum peculio distractus videtur. Vnde si qua res fuerit peculiaris a seruo surrepta, condici potest, videlicet quasi furtiua. hoc ita, si res ad emptorem peruenerit.

Idem lib. 36. ad edictum.

LEX XXX.

SEd & 2 † ad exhibendum agi posse nihilominus ex vendito f puto.

2 † Flor. dicest, &.

Pomponius li. 22. ad edic.

LEX XXXI.

SEd & si quid postea accessit g peculio, reddendum est uenditori: ueluti partus, 3 † & quod ex operis vicarii h perceptum est.

Qui vendit rem, videtur vendere solummodo ius, quod habet in re. Bald.

Vlpianus lib. 17. 4 † ad Sab.

LEX XXXII.

QVi tabernas argētarias, i vel cæteras, quæ in solo publico sunt, vendidit: 5 † non solum, sed ius vendidit, 6 † cum istæ tabernæ publicæ sint, k quarum usus ad priuatos pertinet.

Verba quæ possunt intelligi actiuè & passiuè, in præiudicium venditoris intelliguntur actiuè. unde hic intelliguntur de stillicidijs dominantibus, non seruientibus. Bald.

Pomponius lib. 33. ad Sabi.

LEX XXXIII.

CVm in lege uenditionis, ita sit scriptum: Flumina, uel 7 † stillicidia uti nunc sunt, ut ita sint: nec additur, quæ flumina, uel stillicidia: primum spectari oportet quid actum 8 † sit. si non id appareat: tunc id accipitur, quod uenditori nocet. l am bigua enim oratio est.

Dissensus circa accessoria contractum non uitiat, & in dubio fit interpretatio contra creditorem. Bar. & Bald.

Paulus lib. 6. 9 † ad edictum.

LEX XXXIIII.

S1 in emptione fundi dicatur accessisse ...

e *Distrahitur.*] ut ℐ. de eui. l. 3. in prin. & ℐ. de pig. l. j. §. j. & ℐ de pe. l. quis ergo in princ. & ℐ. de pec. leg. si legatus. & arg. inf. de fun. inst ru. l. 2. §. fi. Accur.

f S*Ed & ad exhibendum. Ex uendito.*] sic ergo ex vendito agitur ad id, quod in venditione non venit: ut C. de act. emp. l. 2. in fi. Accursius.

g S*Ed & Accessit.*] 3 † *Alias per* ex re venditoris, *sius Jouellas.* vel ex re serui Vicarii.

h *Vicarij.*] quem habebat in peculio. Accursius.

Q*Vi tabernas.*] CASVS. Vendidi tibi tabernas meas argentarias, & cætera, quæ sunt in loco publico. quæritur, an uendam tibi solum? Et dicitur, q̃ non, sed ius tabernæ: cum ipsæ tabernæ publicæ sint, quarum usus priuatus est, & ille intelligitur uenditus. Viuian.

i *Quæ tabernas argentarias.*] idest, vbi argentum vendebatur.] Adde, has circum forum a Tarquinio extructas Dionys. Halicarn. lib. 3. testatur. a quibus circumforaneum æs Cic. appellat lib. 2. epist. ad Atticum epist. 2. circa fin.

k *Publicæ sint.*] ubi talia uendebantur. sic & in legato: ut infra de leg. prim. l. sed si domus. & l. si domus. § fi. Accur.

4 † Floren. lib. 44.

5 † Fl. vendidit.

6 † Flor. quia eæ.

7 † Flor. Aenesi, uel.

C*Vm in lege.*] CASVS. Si vendo tibi domum, & dico, ubi seruitutes sunt, ita sint: dubium potest esse utrū domui meæ debeatur seruitus, an ipsa debeat: & ideo contra me fiet interpretatio, ut potius ei debeatur, quā debeat, quia ambigua est oratio. Viuian.

8 † Floren. ...

l *Nocet.*] ut infra eodem, ea quæ. §. fina. & supra de pac. l. ueteribus & supra eod. Labeo. hoc est, ut potius recipiantur stillicidia uenditarum ædium: ut supra de seru. urban. præd. si arborem. §. fi. & facit inf. de reg. iur. l. in contrahenda. & inf. pro emp. l. 2. §. cum Stichum.

9 † Floren. lib. 33.

S*I in emptione.*] CASVS. Si fundus uenditus est, & emptor dicat Stichum accessisse, & de alio senserit emptor, de alio uenditor. quem elegerit uenditor dabitur, an autem refert, plus fuit in accessione quam in re? Et respon. quod non.

¶. *Omnium.*] In isto §. traditur regula quia emptio consistere potest omnium rerum, quas possidemus. & persequi potest. in illis autem, in quibus natura, ius gentium, uel mores non patiuntur commercium, uenditio contrahi non potest, & de hoc subiicit exemplum. liberum hominem sciens emere non possum: & si dicam, cum ser uus esse, non est talis, casus expectandus. item in re furti ua si uenditor ignorabat, emptor autem scit, non obligatur uenditor. si tamen agat ex uendito, nihil consequetur nisi

ctum ſit a accedere Stichum ſeruum; neque intelligatur quis ex pluribus acceſſerit, cum de alio emptor, de alio uenditor ſenſerit: b nihilominus fundi uenditionem ualere conſtat. Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem uenditor 1† intellexerit. c Nec * refert d quanti ſit acceſſio, ſiue plus in ea ſit, quam in ipſa re, cui accedit, ſiue minus. Pleraſque enim res aliquando propter acceſſiones emimus: ſicuti cum domus propter columnas marmoreas, & ſtatuas, & tabulas pictas emitur. 2†

Omnia, quæ poſſunt haberi, & poſſideri poſſunt vendi, ſecus ſi non poſſunt haberi, & poſſideri. Bald.

¶ Omnium rerum, quas quis habere, e uel poſſidere, f uel perſequi poteſt, uenditio recte ſit: quas verò natura, g uel gentium h ius, uel mores i ciuitatis commercio exuerunt, 3† earum nulla uenditio eſt.

¶ Liberum hominem ſcientes emere non poſſumus. * Sed nec talis emptio, aut ſtipulatio admittenda eſt. k Cũ ſeruus erit: quamuis dixerimus l futuras res emi poſſe. Nec enim fas eſt eiuſmodi caſus expectare. m

Rei quæ eſt furtiua in ipſo contractu, uel eius executione: non tenet emptio vtroque ſciente vitium, vel emptore ſolo, ſed ſcientia ſolius uenditoris non officit. Bald.

¶ Item ſi & emptor, & uenditor ſcit furtiuum n eſſe, quod uenit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor ſolus ſcit, non obligatur uenditor: nec tamen 4† ex uendito quicquam conſequitur, niſi ultro quod conuenerit præſtet. o Quod ſi uenditor ſciuit, emptor ignorauit: utrinque obligatio contrahitur, & ita Pompon. quoque ſcribit.

¶ Rei ſuæ emptio tunc ualet, cum ab initio 5† id agitur, ut poſſeſſionem emat, quam fortè uẽditor habuit: ut 6† in iudicio poſſeſſionis potior p eſſet.

¶ Alia eſt cauſa deguſtandi: alia metiendi. Guſtus enim ad hoc proficit, ut improbare q liceat: menſura uerò non eo proficit, ut aut plus, r aut minus ueneat: ſed ut appareat quantum ematur.

Si fiat uenditio plurium rerum alternatiuè, erit in poteſtate venditoris, quæ res ſit vendita. & ſi duæ res vendantur alternatiuè, prima perempta, altera remanet in venditione. Bald.

¶ Si emptio ita facta fuerit, Eſto 7† mihi empt' Stichus, aut Pamphilus: in poteſtate eſt uenditoris quem uelit dare: ſicut in ſtipulationibus: s ſed uno mortuo, qui ſupereſt dandus eſt: & ideo prioris periculum ad uenditorem, poſterioris ad emptorẽ reſpicit. t Sed & ſi pariter deceſſerint, pretiũ debebitur. u unus. n. utiq; periculo emptoris uixit. Idem dicendum eſt & ſi emptoris fuit arbitriũ quẽ uellet habere: ſi modo hoc ſolũ arbitrio eius commiſſum ſit, ut quem uoluiſſet, emptum 8† haberet: non etiam illud, an emptum 9† haberet. x

¶ Tutor rem pupilli emere non poteſt. y idemque porrigendum eſt ad ſimilia, ideſt, ad procuratores, & qui negotia aliena gerunt.

niſi præſtiterit, q conuenit. Si autem emptor ignorabat, oblig. eſt utrobique, & ita ſcribit Papinianus.

¶ *Rei.*] Emo rem meam. non ualet emptio, niſi emo ſimpliciter poſſeſſionem, quam habet uenditor, & in quo uincar me iudicio poſſeſſorio.

¶ *Alia.*] Si emo uinũ, alia cauſa eſt guſtandi, alia menſurandi, nã guſtus proficit, ut liceat probare, uel improbare. menſura autem proficit, ut ſciatur quantum uenditur. ſed poſt menſurationem non improbat.

¶ *Si emptio.*] Vendo Stichũ, aut Pamphilum his uerbis: ſi uenditus Stichus, aut Pamphilus dicitur, quòd in uenditoris poteſtate eſt quẽ uelit tradere. ſed ſi unus deceſſerit, alter eſt in obligatione, & ita primus eſt periculo uenditoris, ſecundus periculo eſt emptoris. unde ſi ambo mortui ſunt, pretium debetur, quia unus fuit periculo emptoris. & idẽ erit ſi electio emptoris ſit, dummodo hoc ſolum cõſtitutum ſit in arbitrio ſuo quẽ uelit, non hoc, an uelit emere.

¶ *Tutor.*] Si tutor uelit emere rem pupilli ſui, non ualet emptio. idẽ in curatore & procuratore, & alijs, qui aliena negotia gerunt. Vi. uia.

a *Dictum ſit.*] ſ. ab emptore, & ſic obſcuritas debebit nocere illi.

b *Senſerit.*] i. ſenſiſſe dicitur. ſo. ſic C. de hered. inſt. l. 3. & C. de quæſtio l. 3 & aliàs cõtra. ſupra eodem, in uenditione, uel hic in acceſſorijs.

c *Intellexerit.*] imò uidetur contra. ſupra eodem, l. Labeo & l. proxi. & de pac. l. ueterib. & infra de reg. iu. l. in contrahenda. Solu. hic ab emptore fuit dictum.

d *Refert.*] ſcilicet aliàs. & ſic innuit caſum, cum, non homo, ſed alia res accedit. Alioquin contra; ut infra de ædil. edi. l. iuſtiſſimè. quę eſt contra. Item aliud in fideiuſſoria obligatione; ut inſtit. de fideiuſ. § fideiuſſores. quæ eſt contra. Accurſius.

e *Habere.*] ciuiliter.

f *Poſſidere.*] ſcilicet naturaliter.

g *Natura.*] ut homo liber.

h *Gentium.*] ut ſacer, uel religioſus locus.

i *Mores.*] ut res publica in publico uſu: ut inſtitutione, eo §. fin.

k *Admittenda eſt.*] ut inſtit. de inuti. ſtipu. §. j. & infra de ſol. qui res. §. ateam. in princ. & infra de fideicom. li. l. generaliter. §. ſi libero.

l *Dixerimus.*] ut ſupra eodem, eo. l. nec emptio.

m *Expectare.*] quia caſum aduerſamque fortunam liberi hominis expectare, neque ciuile, neque naturale ius eſt: ut infra de uerb. oblig. inter ſtipulantem. §. ſacram. ſed libertas etiam libero homini relinqui poteſt: ut inf. de fideiuſ. li. l. generaliter. §. ſi libero. Accurſius.

n *Furtiuum.*] ſiue aliàs ſurreptum, ſiue ipſa contrectatione: quia uenditur, ut quia res mobilis eſt, ut inſtitu. de uſuca. § furtiuæ. Itẽ idem in depoſito, & commodato diſtinguitur ſecundum Ald. Sed quid ſi uterq; ſcit rem alienam, non furtiuam? Reſp. ualet; ut ſup. eod. l. rem alienam.

o *Præſtet.*] ſ. emptori, & ſic not. quòd emptor aliquid conſequitur excipiendo, quod non conſequitur agendo, ſic & ſupra de compen. ſi cum filiofam. Item in domo combuſta ſecus ſeruatur; ut infra eod. domum. Accurſius.

p *Potior.*] ſ. emptor, aliàs uenditor. & facit inf. de acqu. poſſeſ. ſi aliquis.

q *Vt improbare.*] non ergo poſt menſuram improbare licet, ſicuti poſt guſtum ante menſuram, ſiue ut ſpecies, ſiue ut quantitas uenierit. Azo.

r *Aut plus.*] i. maiori pretio.

s *In ſtipulationibus.*] quã in alternatiuis electio eſt promiſſoris, ut hic, & ſup. de eo, quod certo lo. ſ non utique. j. reſpon. & etiam poteſt mutare uoluntatem; ut inf de u. r. obl. eum qui certarum. §. ſi. Ac.

t *Reſpicit.*] ſic inf. de leg. 1. cum res. & C. de peri. & com. rei uen. l. mortis.

u *Debebitur.*] ſ. uenditoris.

x *Haberet.*] quia tunc non tenet contractus; ut C. eod. in uendentis. Accurſius.

y *Non poteſt.*] imò uidetur, quod ſic poteſt, ut C. eo. l. cum ipſe. contra Sol. hic de eo dicit, qui adminiſtrauit, ibi non, ut arg.

1† *Cuiac. li. 1. obſer. c. 20. le ge. emptor.*

* *Bald. no. eſſũ text q inſpicitur illud, q eſt principaliter licet acceſſoriũ ſit maioris ualoris.*

2† *Flor. ſit.*

3† *aliàs, exterminerunt.*

* *Vi. Deuter. cap. 24.*

4† *aliàs, non tum.*

5† *Fl. initio agatur ut.*

6† *Fl. &.*

7† *Fl. eſt*

8† *aliàs, emptor.*

9† *aliàs, emptor.*

ut arg. infra de autho. tut. l. tutores quibus. Vel melius, cũ plures sunt tutores, ualet emptio ab initio facta alterius tutoris authoritate: ut argum. infra de autho tu. l. 4. & l. 5. sed & si cum, aliàs non: ut hic. Vel dic, quod palam & bona fide potest à pupillo emere, & sibi ipsi author fieri, non autem clam: ut argum. infra de admi nist. tuto. l. non existimo. & de autho. tuto. l. pupillus. §. sanè. & hæc habent locum in omni officio publico, uel priuato, aliàs punitur: ut hic. & infra eodem, l. non licet. Item opponitur de eo, quod est infra de administr. tutor. l. tutor rerum, in fine. ubi dicit pupillum rem uendicare nõ posse quam sibi tutor accepit de bonis eius, & pretium rationibus pupilli imtulit. Sed respon. ibi est ideo, uel quia usucapta sit ab hærede tutoris, uel quia bona fide accepit fructus talés, non quia ipse tutor poterat emere à seipso: nisi ipse faciat palam, & bona fide: ut prædicta l. de auth. tut. l. 5. §. 1. & §. sanè, uel dic, non potest uendicare nisi reddat pretium, quod in suam utilitatem peruenit: argu. C. de præ. mi. si prædium. Accur.

Caius li. 10. ad edict. proui.

LEX XXXV.

Quod sæpe arræ nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arra cõuentio nihil proficiat: sed ut euidentius a probari possit conuenisse de pretio.

Non valet venditio si pretij quantitas in emptoris voluntatem, vel arbitrium conferatur. Bart.

¶ Illud constat, * imperfectum esse negotium cũ emere uolenti sic uenditor dicit. Quanti uelis, quanti æquum putaueris, quanti æstimaueris habebis emptum. b

¶ Veneni mali quidam putant 1 † emptionem non contrahi: quia nec societas, c aut mandatum d flagitiosæ rei ullas uires habet. Quæ sententia potest sanè uera uideri de ijs, quæ nullo modo per adiectionem 2 † alterius materiæ usui 3 † nobis esse possunt. De his uerò, quæ mixta alijs materijs adeo nocendi naturam deponunt, ut ex his antidota, e 4 † & alia quędam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest.

¶ Si * quis amico peregrè eunti mandauerit, ut fugitiuum suum 5 † quærat, & si inuenerit, uendat: nec ipse cõtra senatusconsultum f commisit, quia non uendidit: nec 6 † amicus eius, quia præsentem uendidit. 7 † emptor quoq;, qui pñentẽ emit, rectè negotiũ gerere intelligitur.

Venditor tenetur præstare custodiam in re vendita: & si sine culpa sua perdatur, non tenetur, nisi vt actionem cedat: quam si cedere non potest sine culpa, tenetur. Bar.

¶ Si res uendita per furtum perierit, prius animaduertendum erit, quid inter eos de custodia rei conuenerat: si nihil appareat conuenisse: talis custodia desideranda est à uenditore, qualem bonus paterfamilias suis rebus adhibet: g quam si præstitit, & tamen rem perdidit, securus esse debet: ut tamen 8 † scilicet uendicationem rei, & cõdictionẽ exhibeat emptori. h Vnde uidemus in persona eius, qui alienam rem uendiderit, cum is nullam uendicationem, aut condictionem hẽre possit, i an 9 † ob id dãnandus est? Respon. & certè ob idipsum damnandus est: quæ est litera Pisan. Vel si non habes hoc, lege interrogatiuè; & supple quid iuris sit? Et respon. ob id ipsum.

Quod sæpè.] CASVS. Dicitur quod emptio ualet etiam sine arris.

¶ Illud.] imperfecta est emptio, ita contracta, habeas emptum quanti uolueris, uel quanti arbitratus fueris.

¶ Veneni.] Vendidi uenenum, an ualeat emptio? Quidam dixerunt quod non, sicut societas, & mandatum flagitiosæ rei non ualet. sed ista sententia, ita demum uera est, si tale sit uenenum, quòd nullo modo utile posset esse cum adiectione alterius materiæ: sed si potest aliàs medicamentum ex eo confici bene ualet uenditio.

¶ Si quis.] Habebam seruum, qui fugerat. mandaui amico meo peregrinanti, quod eum quærat, & uendat. si inuenerit, & uendiderit, non facio contra senatusconsultum Libonianum quo cauetur, ut non uendatur seruus in fuga constitutus, quia uendo neq; amicus meus facit contra senatusconsultum: quia uendit. uidetur enim præsentem uendere, & rectè emptor contrahit negotium.

¶ Si res.] Si uendita res perijt furto penes uenditorẽ, quæritur cuius sit periculum? attendendum est quid de custodia conuenit. si enim nihil conuenit, in eo casu talem diligentiam præstare debet uenditor qualem bonus paterfamil. præstaret in rebus suis: quam si præstiterit, securus erit ab emptore, uendicationem tamen rei, & cõdictionẽ cedere debet emptori. Sed pone, quod res sua non erat, & uendidit, quod non habet: non potest cedere scilicet uendicationem, & condictionem. numquid ex ipso damnabitur? Responsio huius quæstionis, non est in litera: & secundum omnes respondetur, q damnatur: quia si suam rem uendidisset, potuisset emptori actiones suas cedere.

¶ In his.] Cum uinum, uel quid aliud, quod in pondere numero, uel mensura consistit, aut in genere, aut in quantitate, seu specie uenduntur: secundo casu post mensurationem transit periculum ad emptorem, primo casu statim post celebratum contractum. Viuia.

a Euidentius.] nam est arg. emptionis futuræ: ut instit. eo. in princ. sic, & in scriptura, quia & sine ea ualet, quòd agitur: & infra de fide instru. l. pe. data autem arra si emptor pœnitet, perdit quod dedit. Si uenditor, reddit in duplũ, ut insti. eo. §. j. sed an nihilominus ad interesse agitur? Quidam ut Io. & Bul. quòd sic. Azo. quod non, quia uidentur renunciasse agere ad interesse. Itẽ qua actione agitur ad arras reddendas? Respon. condi. ex lege: ut C. de fide instru. l. contractus. uel iudicis officio. actione autem ex empto agitur, quando est sine scriptura. aliàs non, nisi scriptura tota completa, quia tunc demum est perfecta uenditio: ut d. l. contractus.

b Emptum.] Nota tria, aut enim pretium confertur in arbitrium alterius eorum, & tunc non ualet: ut hic: aut contractus, & tunc non ualet. ut C. eod. l. in uendentis. aut res, uel eius qualitas, & hoc potest fieri, ut institutio. eodem. §. penul.

c Societas.] ut supra pro socio. nec prætermittendum. Accursius.

d Mandatum.] ut supra mand. si remunerandi. §. rei.

e Antidota.] nomen medicamenti. & facit infra de uerb sign. l. qui uenenum.

f Contra senatusconsultum.] Libonianum. Vel dic, quod non habemus nomen eius; & cauetur in eo, quod nemo uendat seruum in fuga constitutum: ut hic, & C. ad legem Flauiã, de pla. l. in fuga. & infra de pla. l. sciendum.

g Adhibet.] licet ipse suis rebus talem non adhibeat: ut infra de peri. & commo. rei uend. l. custodiam. & instit. eo. §. cum autem.

h Emptori.] actionem etiam furti, quæ uenditori competit: ut infra de fur. l. eum qui in principio. & l. si uendidero. & infra de actio. empti. l. si ea res. in principio. Accursius.

i Habere possit.] damnandus est? Respon. & certè ob idipsum damnandus est: quæ est litera Pisan. Vel si non habes hoc, lege interrogatiuè; & supple quid iuris sit? Et respon. ob id ipsum. Item quod dicit, quod in re aliena non potest cedi condictio; uerum est ratione dominij, sed ratione possessionis potest; ut supra de condi. tri. l. 2. sed ob id non liberatur. Item no. quod imputatur ei, qui cedere non potest actionem, cum debeat cedere, ut hic. & inf. de Sol. Stichum. §. pen. & infra de admini. tuto. si pupillus alterum. sic & inf. loca. l. si quis domum. in prin. & l. hac distinctio. Sed argu. contra, inf. de fideius. si stipulatus. §. si ex duobus. Accurs.

* ad intell. huius §. vide Ambr. op. Te. in l si quis ar bitratu. n. 49. de verb. obl.

1 † Fl. putant.

2 † Fl. nullo modo adiectione.

3 † Fl. usu.

4 † Fl. antidota.

* Facit ad hunc §. gl. 1. in c. consulti contra de ver. gn. mutat. infra g. Adde ad intelligentiam istius §. ambi. in l. l. in h. c. col. 1. versic. ff. de ma. obl. & Iac. de Nigris sindi num. 53.

5 † aliàs, seruum.

6 † Fl. neque.

7 † Fl. uende.

8 † aliàs, sciturum.

9 † aliàs, certe ob id ipsum.

Verfissa

a *Perfecta venditio.*] quantum ad periculum, sic & C. de peric. & commo. rei ven. l. 2. Accur.

b *In cæteris rebus.*] hoc ita in vino si & degustatio intercesserit, secundum Bul. vt infra de peric. & cómo. rei. ven. l. 1. §. 1. & l. si quis vina. Et idem in qualibet alia re, quæ venditur ad saporē, vt post degustationē demū fit emptoris periculū. Sed tu dic etiā in vino quod statim etiam ante degustationē cū venditur in specie, vt in cæteris reb. vt hic. & supra prox. §. nec obst. d. l. infra de peric. & commo. rei ven. l. prima, §. 1. quia ibi de periculo conuenit, & si quidem intra tempus, bene est, aliàs int. Igitur vsque ad degustationem: si autem nil de periculo conuenerit, seruatur quòd hic dicitur. Item non obst. dict. lex, si quis vina. quia loquitur ibi in vino vendito ad mensuram quod erat degustandum post diē certum.

c *Constant.*] vt oues.

d *Appensave sint.*] hoc nisi fit. tit per emptorē quo minus hæc fiāt vt infra de peri. & cō. rei ven. l. si per emptorem, §. si verbi gratia.

e *Adnumerauerit.*] f. pretium constituatur, sic ergo sub hac conditione videtur fieri, si hæc mensurentur, vel appendantur, vel numerentur, vt hic dicit ergo pendente conditione periculum p. eptionis est venditoris sed deteriorationis est emptoris, & si a osis vel mucoribus quod B. plané concessit, & in qualibet alia conditionali venditione, vt infra de peric. & commo. rei vend. l. quòd si pendente. Sed certè hoc est falsum, & idem Bul. postea more sapientis mutauit consiliu, nam indistinctè omne periculum est venditoris, vt hic. Et sic aliud erit in hac conditione tacita quàm in aliis, quia venditori datur facultas etiam per corbes tantundem effundere, & sic potest se facilè periculo liberare, vt infra de peric. & cōmo. rei v. nd. l. 1. in fi. Accursius.

f *Admetiatur.*] & degustetur: nam hæc duo sunt necessaria, vt infra de peric. & commo. l. si quis vina. & ex hoc apparet. ibi, dicit ille dicto prin. l. a. vor Acc.

(sit. 2 † Et certè ob idipsum damnandus) est, quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre.

In iis, quæ venduntur vt species, periculum est emptoris incontinenti: in iis, quæ venduntur vt pondus, numerus, vel mensura, est periculū emptoris, cum distinctione, quæ hic habetur. Bart.

¶ In iis, quæ pondere, numero, mensurave constant, veluti frumento, vino, oleo, argento, * modo ea seruentur, quæ in cæteris, ut simul atque de pretio conuenerit, videatur perfecta venditio, a modo vt etiam si de pretio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam si admensa & appensa, adnumeratave sint. Nam si omne vinum, vel oleum, vel frumentum, uel argentum, quantumcunque esset, uno* pretio uenierit, idem iuris est quod in cæteris rebus. h Quòd si uinum ita uenierit, ut in singulas amphoras, item oleum, ut in singulas 2 † metretas: item frumentum, ut in singulos modios: item argentum, ut in singulas libras certum pretium diceretur, quæritur, quando uideatur emptio perfici? quod similiter quæritur & de iis quæ numero constant, e si pro numero corporum pretium fuerit statutum. Sabinus & Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, admensa, appensave sint, d quia venditio quasi sub hac conditione uidetur fieri, ut in singulas 3 † metretas, aut in singulos modios, quasve admensus eris, aut in singulas libras, quas appenderis, aut in singula corpora, quæ adnumeraueris. e Ergo & si grex uenierit, si quidem vniuersaliter vno pretio, perfecta videtur postquā de pretio conuenerit: si uero in singula corpora certo pretio, eadem erunt, quæ proximè tractauimus.

¶ Sed & si ex doliario * pars uini uenierit, uelutì metretæ centum, verisimilius est (quod & constare uidetur) antequam admetiatur, f omne periculum g ad uenditorem pertinere. Nec interest, unū 4 † pretium omnium centum metretarū insimul 5 † dictum sit, an in singulas eas. 6 †

¶ Si quis in uendendo prædio confinem celauerit, h quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri i uenditorem dicimus. 7 †

Vlpianus li. 43. ad edictū.

L E X XXXVI.

CVm in uenditione quis pretium rei ponit, donationis causa non exacturus, k non uidetur vendere. l

Quando pretium incertum in aliquem casum certificandum confertur, non perficitur venditio si certificari non possit. Bar.

Idem li. 5 8 † disputationū.

L E X XXXVII.

SI quis fundum iure hæreditario sibi delatum ita vendidisset, Erit tibi emptus 9 † quāti à testatore emptus est, & 10 † mox inueniatur non emptus, sed donatus testatori, uidetur quasi sine pretio facta uenditio. Idcoque similis erit m sub conditione factæ uenditioni, quæ nulla est, si conditio defecerit. n

Valet donatio commixta venditioni, licet ei intercidat donatio: nisi inter prohibitos. Bartolus.

Idem lib. 7. disputationum.

L E X XXXVIII.

SI quis donationis causa minoris vendat, venditio

g *Omne periculum.*] nō ergo solum peremptionis, sed etiā acoris & mucoris. Item, non solum si pars pereat, sed & si totum illud dolium, ut hic. & hoc nisi emptor fuerit in mora, vt infra de peric. & commo. l. si per emptorem. §. si verbi gratia. Accursius.

h *Confinem celauerit.*] i. malum vicinum, quos vicinos tenetur dicere, si sunt mali, vt hic; vel si hoc ita actū sit, non alias, ut infra eo. cum seruo. § fin. ac ipsos terminos agri se per tenetur dicere, vt infra de ac. emp. l. Titius hæres.

i *Teneri.*] scilicet ad interesse. Accur.

CVm in venditione.] CASVS. Si aliquis venditor apponat pretium in venditione causa donationis, non videtur vendere. Viu.

k *Non exacturus.*] focus si apponeret exacturus, & postea remitteret, vt infra loca. si tibi habitationem. quæ est contra. Item hic quādo vtraque pars in hoc consensit. Sed quid si venditor tantum hoc gerebat in animo, ne exigeretur pretium? Respon. vterque alteri obligatur, licet enim tibi proposui donare, non tamen donaui.

l *Non videtur vendere.*] ut ex empto, uel uendito agatur, ut infra loca. & cōdu. l. sicut emptio. & supra pro socio. l. 5 in fi. sed tamen est donatio, ut C. eo. l. empti. Accur.

SI quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum, qui hæreditario iure mihi deferebatur, & ita dixi: Vendo tibi fundum talem quanti emptus fuit à testatore. apparet postea quod testator non emit, sed sibi donatus fuit. quasi sine pretio uenditio est, & ita nulla, quasi sub conditione facta, deficiente conditione.

m *Similis.*] non est uerè conditio, cum in præteritum cōferatur, ut supra §. certum petitur. itaque.

n *Si conditio defecerit.*] secus in legatis quibus adiecta falsa causa, uel etiam demonstratio non nocet. ut institu. de leg. §. huic. Accursius.

SI quis donationis causa.] CASVS. Vendidi tibi equum pro 5. quod ualebat 10. an ualeat uenditio? Dic

huius.

1 † Fl. inclusa desunt.

* Quidā hæc particulā rā hic, quam in fermis delendam putant.

* Hæc vēditio dicitur facta auersione. Ant. August. emē. li. 4. c. 6.

2 † Fl. singulas.

3 † Fl. singulas.

1 De cōmoditate. seu in cōmoditate. à uicino pulchre Luc. Collumella, de re rustica. l. 1. c. 5. & ī adagiis in expositione illius prouerbij, Aliquid mali propter uicinū malū, & Temistocles apud Plutar. in apophteg. pdiū uendens proclamabat bonum habere uicinum.

* De uino doliario aut (quod idem est) doliari. patchrā Bud. infra de peric. & com. rei vend. l. 5. vlt.

4 † Aliàs vtrum.

5 † Fl. in simul.

6 † Fl. singulas eas.

7 † Fl. dicimus.

8 † Fl. lib. 8.

9 † Duarum. emptus tanti quanti.

10 † Fl. deest, &.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE, & venditione, &c.

Licet super rebus multa contrahantur obligationes, ut dictum est ab illo titulo supra de rebus credit. usque huc: hæc tamen una est præcipua, scilicet emptionis, ideoque super ea specialem librum ponit Accursius.] *Rationem situationis ponit Cuiacius in paratitlis ad hunc titulum.*

DIGESTORVM, SEV PANDECTARVM Liber XVIII.

TITVLVS I.

De contrahēda emptione & venditione, 1 † & de pactis inter emptorem & venditorem conuentis, 2 † & quæ res venire possint.

Paulus lib. 30. 3 † ad edic.

LEX PRIMA.

ORigo [a] emendi, vendendique, a permutationib. cœpit. Olim. n. non ita erat nūmus, [a] neq; aliud merx, [b] aliud precium vocabatur: sed vnusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum vtilibus [c] inutili permutabat: quoniam 4 † plerumque euenit, vt quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, vt cum tu haberes quod ego desiderarem, inuicem ego 5 † haberem, quod tu accipere velles: electa materia est, [d] cuius publica ac perpetua [e] æstimatio difficultatibus [f] permutationum æqualitate quantitatis subueniret. ea 6 † materia forma publica percussa, vsum, dominiumque non tam ex substantia [g] præbet: [h] quam ex quantitate: 7 † nec vltra merx vtrumque est, 8 † sed alterum precium vocatur.

¶ Sed an sine nummis venditio dici hodie quoque 9 † possit, dubitatur, veluti si ego togam dedi, vt tunicam acciperem. Sabinus & Cassius esse emptionē & venditionē putant: [i] Nerua & Proculus permutationem, non emptionem hoc esse Sabinus Homero teste utitur, qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibusque vinum emere refert illis versibus [k] Græcis, 10 † (Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο 11 † παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι) Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί, Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ, Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν, Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν.

Sed hi versus permutationem significare videntur, [l] non emptionem: sicut & illi: [m] ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς, ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Magis autē pro hac sententia [n] illud diceretur, quod alias idem Poeta dicit, [o] κτεάτεσσιν ἑοῖσιν, πρὸ ἕβην δ' ... [illegible]

¶ Sed verior est Neruæ & Proculi snīa. Nam ut aliud est vendere, aliud emere, alius emptor, alius vēditor: sic aliud est preciū, aliud merx: qđ p in pmutatione discerni nō pōt, 12 † vter emptor, vter venditor sit. Est autem emptio iuris gentium, [q] & ideo consensu peragitur: [r] & inter absentes contrahi potest & per nuncium, & per literas. [s]

ORigo.] CASVS. Olim cū denarii, nō erant in vsu, & unus rem alterius desiderabat: cum re alia fiebat permutatio: sed q̄a multoties contingebat, ut quod uni deerat, alius non haberet, postea inuenta est materia ex qua fiebant emptiones, &c.

¶ *Sed an.*] Apud antiquos dubitatum fuit, an emptio & uenditio sine nūmis contrahi posit: puta, do tibi togā, ut tunicam accipiam: & in hac quæstione dicit Sabinus & Cassius emptionem & venditionem esse. Proculus dicit permutationē. Sabinus utitur ar. Homeri, quia exercitu Græcorū de ferro uinum emebat & dicebat Nerua esse permutationem, cuius est uera sententia. Nam sicut alius est venditor alius emptor: ita debet esse aliud merx, aliud precium, q̄ non est in hac pmutatione: est autem emptio contractus iurisgent. & ideo consensu fit: & inter absentes & per nuncium fieri potest, & per literas. Viuianus.

a *Nummus*] sicut hodie.

b *Aliud merx.*] idest, res uendita.

c *Vtilibus*] sibi. Inutilia, aliis.

d *Electa materia est.*] scilicet auri, uel argenti.

e *Perpetua*] idest generalis omnium rerum: sic & Instit. de satisdat. tut. § primo. Accursius.

f *Difficultatibus.*] nā erat difficile, quod tu semper haberes, quod ego desiderarem.

g *Ex substantia.*] argenti, uel auri.

h *Præbet*] nota, quod ex duobus præbet utilitatem, sui usus, & sui dominii. Primo ex substantia, quia tantum ualet unus nūmus, quantū argenti tantundem in massa. Secundo ex quantitate: quia æquiparatur quantitas nummi æquiualentiæ rei: & sic per nummum fit æqualitas in quantitate.

i *Putant.*] sed male. Accursius.

k *Versibus*] apud Homerum Iliad. 7. circa finem. quorū hæc est interpretatio. Affuit ex Lemno ratibus, tunc copia uini. Cæsarie insignes redimunt hic uina Pelasgi. Pars dedit æs, nitidū ferrū pars altera, bobus. Tergora diripiēs hic protulit, ille agit ipsos. Ad naues tauros, hic bello corpora capta.

l *Videntur.*] quia in prædictis uersib. non erat emere, sed comparare. Accur.

m *Sicut illi.*] Iliad. 6. quorum hic est sensus: Iupiter eripuit mente hic præcordia Glauco. Qui cum Tytide demens crepitantia mutat. Arma subaratis, auro visenda coruscō.] uide Bud. hic, & Alciat lib. 2. prætermiss.

n *Pro hac sententia.*] scilicet prædicta Sabini, licet nec hoc multum faciat.

o *Dixit.*] Homer. 1. Odyss. quod sic uertitur: Hanc propriis rebus Laertes emerat olim, uigintique boues promp͂sit pro impube puella.

p *Quod*] pro sed. Io. uel [illegible] præpone. Azo. & facit ad §. Inst. eo. §. it. in precium.

q *Iurisgentium.*] ut supra de iust. & iu. l. ex hoc. Accur.

r *Consensu peragitur.*] id est sine solennitate uerborum, quæ est tantum a iure ciuili inducta, ut Instit. de actio. §. de pecunia. Accursius.

s *Et per literas.*] ut Ins. de actio. & obl. l. consensu & quod de nuncio dicit, sic accipe, ad hoc, destinatos scu nūn. si dicerem, uendetem rem istam Titio pro 2. & aliquis audiens afferat ei uerbatenam non est uenditio, licet quidā contradicant: & idem in dono dicunt, q̄ non puto uerum. Item, quid si antequam literæ, uel nuncius ad eum perueniant, uenditor renunciat, quidam dicunt non ualere contractum, arg. contra. C. de repud. licet. & ff. de manu. uin. l. si pater, ij r. sp. & iii. l. sed & Ald. dicit tenere, quod puto uerum, ut arg. ff. tie. i. l. sed & locius. §. i. & ff. quod iussu. l. j. §. si ego. Accur.

1 † Fl. deest, & venditione.

2 † Fl. comp͂sitio.

3 † Floren. lib. 33.

n *Vide ad hæc Arist. in Pol. 1. c. 6. et Eth. 5. cap. 5. & Plin. lib. 7. c. 57.*

4 † Floren. quando.

5 † Fl. deest, ego.

6 † Diuersa que mater.

7 † Buda. qualitate.

8 † Flor. deest, est.

9 † Flor. hodieque.

10 † Fl. deest Græcis. & uide Buda. in ann. prio. ad Pandectas, in hoc titulo: Alciat. lib. 1. prætermiss. in hoc etiam titulo.

11 † Fl. inde iusta O desunt.

12 † *Alias non potest, neque vter emptor neque vter venditor sit.*

Inter patrem.] CASVS. Si pater vendat filio, & econuerso, venditio non valet, nisi de castrensibus, & hoc in prima. Secundo dicit, quod venditio non est sine pretio, sed conuentio pretij non numeratio sola perficit emptionem contractam sine scripturis. Viuianus.

a *Non potest.*] ut obligatio cum effectu, vel actio nascatur, ut ff. de iu. l. sis.

b *Sine pretio.*] in quantitate certa consistente, ut C. eo. l. empti. & insti. eo. §. item pretium.

c *Conuentio.*] unde et aliud pro pretio dari potest uolente utroque: ut C. de rescin. uen. l. pretii. Accur.

d *Sine scriptis.*] Si enim in scriptis, tunc oportet perfici scripturam totam: ut insti. eod. §. i. & dic quid sit in scriptis, ut ibi dixi.

Si res.] CASVS. Vendidisti mihi rem, ut si displicuisset, esset inempta, dicitur, quod hic non contrahitur emptio sub conditione, sed resoluitur sub conditione, si displicuerit. Viuianus.

e *Distracta.*] imò uidetur conditionalis, ut insti. eod. § emptio, quæ est contra. Sol. refert, an dicat, si displiceat, sit inempta, & tunc obtinet, quod hic dicit an sic, uendo nisi tibi displiceat, uel uendo si tibi placuerit, ut ibi. arg. ff. de in diem addi. l. 2. & infra de usucap. pro emp. l. 2. §. si in diem arg. ins. de adi. leg. l. si legatum Vel illa secundum istam, quia est sub conditione. Accur.

Et liberi.] CASVS. Si emo hominem liberum, & rem sacram, & religiosam, ignorans, valet emptio & uenditio, quia difficile est dignoscere liberum hominem a seruo. Viuian.

f *Ab ignorante.*] ut ff. de usuca. l. iusto. in si. j. resp. & insti. e. §. fina. non autem cum sciat, uel ignoret uenditor: ut j. eo. l. liberi hominis. Accur.

Sed Celsus.] CASVS. Si sciens emerit quis hominem liberum, aut aliam prohibitam rem, & inutiliter contrahit, quod est verum de omni re, cuius est prohibita alienatio, veluti res sacra, & religiosa, & dedicata vsibus pub. ut campus Martius.

1 † Flo. lib. 1.

2 † Flo. li. 9.

3 † Fl. lib. 9.

4 † Flor. cuiusquamque.

5 † Duar. alienationem non esse: ut.

6 † Flor. &.

Vlpian. lib. 50. 1 † ad Sab.

LEX II.

Inter patrem & filium contrahi emptio non potest, a sed de rebus castrensibus potest.

¶ Sine pretio b venditio nulla est. Non autem pretii numeratio, sed conuentio c perficit sine scriptis d habitam emptionem.

Idem lib. 28. ad Sabinum.

LEX III.

Si res ita distracta e sit, ut si displicuisset, inempta esset: constat non esse sub conditione distractam, sed resolui emptionem sub conditione.

Pomp. lib. 8. 2 † ad Sabin.

LEX IIII.

Et liberi hominis, & loci sacri, & religiosi, qui haberi non potest, emptio intelligitur, si ab ignorante f ematur.

Paulus lib. 5. ad Sabinũ.

LEX V.

Quia difficile dignosci pôt liber homo a seruo.

Potest agi in contractu ad rescissionem contractus. Bald.

Pomponius lib. 8. 3 † ad Sabin.

LEX VI.

Sed Celsus filius ait hominem liberum scientem te emere non posse: nec cuiusquam 4 † rei si scias alienationem 5 † intellectam esse, vt sacra aut 6 † religiosa loca, aut quorum commercium non sit, vt publica, quæ non in pecunia g populi, sed in publico vsu habentur, vt est campus Martius. h

Vbi contractus ex conuentione resoluitur, actione ex eo contractu agitur ad id, quod est actum. Bar.

¶ Si fundus annua bima trima die ea lege venisset, ut si in diem statutum pecunia soluta non esset, fundus inemptus foret, & ut si interim emptor fundum coluerit, fructus, 7 † quos ex eo perceperit, inempto 8 † eo facto restituerentur, & ut quanto 9 † minoris postea alii vænisset, id 10 † emptor venditori præstaret: ad diem pecunia non soluta, placet venditori ex uendito eo nomine actionem esse: i Nec conturbari debemus eo, 11 † quod inempto fundo facto, dicatur actionem ex vendito futuram esse. In emptis enim & venditis potius k id quod actum, quam id quod dictum sit, sequendum l est & cum in 12 † lege id dictum sit, m apparet hoc duntaxat actum esse, ne venditor emptori pecunia ad diem non soluta obligatus esset, nõ vt omnis obligatio empti & venditi vtrinq. n 13 † solueretur.

¶ Conditio. o quæ initio cõtractus dicta est, postea alia pactione mutari 14 † potest, sicut etiam abiri a 15 † tota emptione potest, si nondum impleta sunt, quæ vtrinque præstari debuerunt. p

Si in alterius ex contrahentib. arbitrium conditio conferatur, intelligitur de arbitrio boni viri, & tunc arbitrãdi facultas extinguitur, cum in mora fuerit. Bart.

Vlpianus lib. 28. ad Sabinũ.

LEX VII.

Hæc venditio serui, Si rationes domini putarit 16 † arbitrio: conditionalis est. Conditionales aũt uen-

¶ Si fundus] vendidi tibi fundum, sed eo pacto, ut nisi sua die, scilicet annua bima trima die, totum pretium esset solutum, quod fundus esset inemptus, & si inemptus esset, quod fructus medio tempore percepti mihi restituerentur: ita conuenit, si minus postea quam factus esset inemptus uendere possem, ut hoc refunderes si non soluatur sua die pretium, an te conuenire possim, quæritur? Et respon. quod ex vendito competit actio, non obstante eo, quod fundus sit inemptus, quia non agis inspiciendum est, quod actum est, quam quod dictum est, actum autem est, ut non soluta sua die pecunia uenditor emptori obligatus non sit, sed non econtra. & h. d. nõ ut cis, &c.

g *Conditio*] Vendidi tibi rem pro decem, si re integra conuenit, ut eam haberes pro v. & post recessum est a primo contractu: in hoc casu perinde est, ac si, re integra, nec pretio soluto, neque tradita conuenisset, ut à tota emptione recederetur, quia illud, sicut hoc fieri potuit. Viuianus.

g *In pecunia.*] ut modendina communis. Accursiosi

h *Campus Martius*] nota hanc distinctionem de publico.

i *Actionem esse.*] ut ff. de lege com. si fundus. & ff. de act. empt. l. ex empto. §. is qui uina. Accur.

k *Potius.*] electiuè.

l *Sequendum est.*] nota sensum magis, quam uerba spectari. sic ff. de adi. leg. l. 3. §. conditio. & C. de liber. pr. l. 3. per præ licta tamen apparet actũ, ut sul iter.

m *Dictum sit.*] quod in pactis præmissis continetur.

n *Vtrinque.*] diuisim accipe, na ex empto emptori, ex uendito uenditori datur, ut insti. eo. §. 2 sic coniũctum diuiditur. C. de bo. quæ lib. l. si. §. sin autem. ibi, si inopia ex utraque de c. & ff. de lib. & posthu. si ita scriptum. & de cõdi. & demon. fallam. §. si Accur.

o *Conditio.*] idest pactio.

p *Debuerunt.*] ut sup. de pactis. l. sufficientium. §. adeo. & infra de rescin. uen. l. si qua. Accursius.

7 † Flo. fructusque ex eo

8 † Alias, id inempto fundo facto restituerentur.

9 † Flo quãto.

10 † Flor. id.

11 † Flo. dicto ipso.

12 † Flo. dicto ipso.

13 † Flor. vtrique.

14 † Floren. immutari.

15 † Floren. abiretur tota empt.

16 † Flo. computasset, & ad hanc l. vi. Ambr. apice in l. si quis hæres ita. nu. 17. & 52 de verb. oblig.

Hæc venditio.] CASVS. Vendidi tibi seruum hoc pacto, si rationes redderet meo arbitrio. an hæc venditio sit conditionalis, an pura? Et respon. quod conditionalis, neque est perfecta nisi completa conditione. sed vtrum sit redigendum ad arbitrium boni viri, quæritur? Et rñ quod nulla est uenditio, si ad arbitrium mei venditoris refertur. qa fortè ego nunquam arbitrorr (sicut si quis tibi

vendidit, si voluerit. C. eodem, l. in vendentis.) quia non debet conferri in arbitrium rei, an sit adstrictus. vnde si rationes accipere nolim, ex empto poterit me conuenire.

¶ *Huiusmodi.*] Digestum à Titio emi pro ea pecunia, quæ in arca mea est, vel quanti Titius emerit, an valeat talis venditio, cum incertum videatur pretium in vtroque casu? Et respon. quod valeat.

¶ *Si quis.*] Emi à te fundum pro centum, & quanto plus ego emptor possem vendere, an valeat talis venditio? Et resp. quod sic. Videbatur, quod non, quia videtur pretium incertum propter clausulam additam. & quanto plus &c. Verius tamen est, ut si certum constitutum sit pretium, licet postea augeatur pretium, ualeat tamen venditio. Viuianus.

a *Conditio.*] sicut & qualibet conditionalis obligatio, ut j. de verborum signif. l. cedere.

b *Arbitrio.*] quomodocumque, bene vel malè. Accur.

c *Si voluero.*] vt C. eodem, l. in vendentis.

d *Obstrictus.*] ut si dicam per si, ut; si uolam, vel, si uoluero, non ualet, ut infra de actio. & oblig. l. sub hac. & infra de verborum obligationibus, centesimis. §. si. si autem per, cum, tunc ualet, si dicam cum voluero. quia teneor, ex quo constitui semel me uelle. secus si dicam, cum volam, quia tunc nō valet, ut infra de verborum obligationib. l. centesimis. & l. si quis stipulatus. & est ratio, quia hac. cum volam, habet statū quia forma eũ prę senti indicatiui, qđ est incertum: sed futurum subiunctiui, si voluero, formatur à præterito indicatiui, quod est certū. vnde ex quo semel constituit se velle, mutare voluntatem non potest. Accursius.

1 † Florent. pendeat.]

2 † Flor. domini.

3 † Flor. de. est, vel.

4 † Flor. de. est, m.

5 † Est.

e Ioan. de Imo. in l. si stipulet j. de verb. oblig. & Alex. hic ad B. istam gl. reputant sing. in ea dicta quā ponit de emendo rem, quæ gl. est clara, & non eget supplemento. Bal.

ditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit cōditio.[a] Sed vtrum hæc est venditio nir conditio, si ipse dominus putasset suo arbitrio, an vero si arbitrio[b] boni viri? Nā si arbitrium domini accipiamus, nula est venditio: quemadmodum si quis ita vendiderit, Si voluerit, uel stipulanti sic rńdeat: 1 † Si uoluero,[c] decem dabo. Neque. n. dēt in arbitrium rei conferri, an sit obstrictus.[d] Placuit itaque ueteribus, magis in uiri boni arbitrium id collatum, q̃ in 2 † domini.[e] Si igitur rationes potuit accipere, nec accepit,[f] uel accepit, fingit autem se non accepisse, impleta conditio emptionis est, & ex empto venditor conueniri potest.

Non videtur incertum, quod ex alio potest certificari. Bart.

¶ Huiusmodi emptio, quanti tu eum emisti,[g] uel 3 † quantum pretij in arca[h] habeo: nec enim ualet. incertum est pretium in 4 † tam euidenti venditione. magis enim ignoratur quanti emptus sit, quam in rei veritate incertum est.

Adiectio pluris nisi certificetur per aliud: nil releuat. B. Vel sic: Venditio potest esse conditionalis.

¶ Si quis ita emerit, Est i 5 † mihi fundus emptus cētum

e *Quam in domini.*] sic & in locatione, ut infra loca. si in lege. & societate. ut supra pro socio. l. si societatem. & generaliter in quolibet bo. fi. contractu: ut infra de reg. iur. l. in personam. § generaliter.

f *Nec accepit.*] & sic per eum stat. sic supra de procurat. l. si. & infra eod. si mihi bibliothecam. & infra de condit. insti. l. fina. concordat huic. infra de conditio. & demonst. l. quamuis.

g *Emisti.*] quo casu si non emit, non est emptio: ut infra eod. l. si quis fundum. Accur.

h *Quantum pretij in arca.*] facias vim in eo, quod dicit quantum, nam in quantitate debet consistere: ut hic, & C. eo. emptio. & insti. eo. § pretium. secus ergo si diceret pro eo pretio, q̄ in arca habeat, cum tūc, vt species diceretur: vt j. de leg. j. planè. §. j. & l. sed si certos. vnde non est emptio, sed innominatus ɔ̄tus esset: vt j. de cond. ca. da. l. si.

i *Est.*] ideo esto.

k *Pretium.*] sub conditione, scilicet hac, si pluris, &c. & concordat huic, & j. de reg. iur. l. aic prætor. §. fina. & infra de pac. do. si pater. §. penul.

& quanto pluris eum vendidero: ualet venditio, & statim impletur. habet enim certum pretium centum. augebitur autem pretium[k] si pluris emptor fundum vendiderit.

Si venditur res, non valet venditio nisi res extet. Si venditur dubius euentus: consistit venditio, licet nil sequatur. h. d. Bart. vel sic: Consistit emptio, siue fundetur super re, siue super spe. Bald.

Pomp. lib. 8. 6 † ad Sabinū.

LEX VIII.

NEc emptio, nec venditio sine requæ veneat,* potest intelligi. Et tñ fructus & partus futuri rectè emuntur:[l] 7 † vt cum editus esset partus, 8 † iam tunc[m] cum contractum esset negotium, venditio facta intelligatur.[n] Sed si id egerit venditor ne nascatur[o], aut fiat: ex empto agi potest. 9 † Aliquando tamen & sine re venditio intelligitur: ueluti cum quasi alea emitur: quod fit cum captus 10 † piscium, uel auium, uel missilium[p] emitur. Emptio enim contrahitur, etiam si nihil inciderit: quia spei emptio est. Et quod missilium, nomine eo casu captum est, si euictum fuerit: nulla eo nomine ex empto obligatio contrahitur, quia id actum intelligitur.[q]

NEc emptio.] CASVS. Sine re nulla est emptio, vel venditio. an autem res futura, partus ancillæ, vel fructus talis fundi possit vendi? Et respon. quod sic, Videbatur, quod non, quia futurum nondum extitit, & solum præsentis rei debebat esse venditio. sicut fit & si venditor procuret quo minus futura res nascatur, tenebitur ex empto. hoc in prima. Sed videtur, quod sine re possit consistere emptio. uerbi gratia si emerit quis iactum retis, uel quod fuerit in alea: quia, licet non incidat in rete piscatoris, vel aleatione non lucratus fuerit, tamen ualet emptio: quia spes emitur: sic quod ex missilibus acquiritur, sine catur, & si missilia euicta fuerint, eo nomine ex empto pro euictione contra venditorem non competit actio. Viuianus.

l *Emuntur.*] & obligantur: ut infra de pig. & quæ nondum, in principio, & promittuntur: vt infra de verborum obligationib. l. interdum. & leganturː ut insti. de leg. §. ea quæ. sed tamen inest semper tacita conditio, si nascantur, vt infra de cond. & de monst. l. j. in fine.

6 † Floren. lib. 9.

* Idest, sine merce. d. l. sup. eod.

7 † Flo. emantur.

8 † Flor. ut cum editus esset partus, iam tunc venditio facta intelligatur.

9 † Floren. posse.

10 † Floren. captum.

m *Iam tunc.*] olim iam dudum, &c. hoc ergo præteritum requirit.

n *Intelligatur.*] vt sic retrotrahatur, ut hic, & infra qui po in pig. habe. potior § videamus.

o *Ne nascatur.*] sic supra l. prox. in fi. j. respon. & sup. de arb. dictio. §. si quis, & hoc casu tenetur venditor ad interesse. i. si certum est venditori ne nascatur, ut quia uendit partum sterilis ancillæ: ut infra de act. empt. si sterilis. nisi sit actum, ut ematur, ut alea: ut infra proxi. & inf. de hære. ven. l. nam hic. & l. si.

p *Missilium.*] quæ iactantur in vulgus, & fiunt occupantium: ut insti. de rer. diui. § hoc amplius.

q *Intelligatur.*] i. præsumitur. sic & in partu, & fructu quo ad duplæ stipulationem, licet actione ex empto teneatur: ut j. de eui. l. venditor hominis, & l. si prægnans. sed qui vendidit in alea nullo modo tenetur: ut inf. qua. re. ac. iud. detur. l. fi. & facit j. de act. emp. si iactum. Accur.

In ven-

Dissensus circa pretium venditionis, seu in pretio, seu in materia, vel sexu, contractum venditionis vitiat: dissensus autem in nomine, si de corpore constet, non habet vitiare. h. h. usque ad fi. l. in huiusmodi. Bald.

Vlpianus lib. 28. ad edictum.

LEX IX.

IN venditionibus, & emptionibus consensum debere intercedere palam est. [a] Cæterum siue in ipsa emptione [b] dissentiant, siue in pretio, [c] siue in aliquo [d] 1† alio: emptio imperfecta est. Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putasti: quia in 2† corpore dissensimus, emptio nulla est. Idem est si ego me Stichum, tu Pamphilium absentem [e] vendere putasti. Nam cum in corpore dissentiam*, 3† apparet nullam esse emptionem. [f] Planè 4† si in nomine dissentiamus, verum de corpore constet: [g] nulla dubitatio est, quin valeat emptio & venditio. nihil enim facit error nominis, cum de corpore constat. Inde quæritur, si in ipso corpore non erretur, sed in substantia [h] error sit: vt puta si acetum pro vino væneat, [i] aut 5† æs pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento simile: an emptio & venditio sit? Marcellus scripsit li. 7. 6† Dige. emptionem esse & venditionem: [k] quia in corpus consensus [l] 7† est, & si in materia sit erratum. Ego in vino quidem consentio: [m] quia eadem prope οὐσία [n] * est, si modo vinum acuit. Cæterum si vinum non acuit, sed ab initio [o] acetum fuit cum emebam: 8† aliud pro alio venisse uidetur. In cæteris autem nullam esse uenditionem puto, [p] quoties in materia erratur.

Paulus li. 5. ad Sabinum.

LEX X.

ALiter æque si aurum quidem fuerit, deterius autem quam emptor existimaret: tunc [n] emptio ualet. [q]

Vlpianus li. 28. ad Sabinū.

LEX XI.

ALioquin [r] quid dicemus, si cæcus emptor fuit, vel si in materia erretur 9† minus perito discernendarum materiarum? in corpus eos consensisse dicemus? & quemadmodum consensit, 10† qui non uidit?

¶ Quod si ego me virginem emere putarem, cum esset iā mulier, [s] emptio valebit. [t] in sexu enim non est erratū: cæterum sic, cum 11† ego mulierem uenderem, tu puerum emere existimasti, quia in sexu error est, nulla emptio, nulla venditio est.

Inspicitur dissensus vel consensus contrahentis: non autem illorum quib. acquiritur, hoc dicit. cum l. seq. Baldus.

IN venditionibus.] CASUS. In venditione & emptione consideratur consensus. si ergo dissentiunt in emptione, puta quia vnus vendidit, alius credidit sibi donari, vel in pretio, vt quia emptor de minori, venditor de maiori intelligat: vel si in re erratum fuerit quia credidit quis se vendere fundum Sempronianum, & vendidit Cornelianum: & econtra emptor errauit: an valeat venditio, quæritur, & respon. q non. hoc in prima. Sed quid si constet de corpore, & in nomine erratum sit: puta, quia emptor credit emere Stichum, & ille vocatur Pamphilus, an valeat vēditio, quæritur? Et respon. quòd non ideo minus. hoc in secūda. Sed quid si vnus credit emere vinum, alius vendit acetum? Marcellus indistinctè dicit consistere uenditionem in vino. Vl. distinguit: aut vinum erat uinum ab initio, sed post acuit. aut non erat vinum, sed acetū. Primo casu valet venditio: secundo non, qa vnum pro alio uendi uidetur. hoc in tertia. Sed quid si emptor argentum credat esse melius quam sit, nunquid propter hoc infirmabitur uenditio? Et respō. quòd non, sed agetur act. empti aduersus vēditorem. hoc in quarta. Sed quid si emptor credat emere virginē, & emat corruptam: ualet, quia non erratur in sexu. aliter si in sexu erratur, non ualet. hoc in quinta. hoc dicit cū duabus legibus seq.

a *Palam est.*] ut C. eo. l. 2. & hic, & instit. eo. in princ.

b *Emptione.*] ut quia ego vendo, tu credis tibi donari, uel econtra, ut sup. si certum pet. l. si ego.

c *In pretio.*] quia uenditor de maiori intelligit: emptor de minori. secus econtra: ut infra loca. si decem.

d *Aliquo alio.*] ut corpore uel materia: ut inf. eo. l. & in sexu. & infra eod. l. alioquin. Item si in essentia: ut inf. eod. domum. & l. & si consensum. Et sic sunt sex errores, qui impediunt contractum istum.

e *Absentem.*] quid si præsens esset? Resp. idem, si tamen putabat hunc esse alium, quàm per famā perceperat. aliàs non idem: & idem dicas in matrimonio, si credam filiam talis accipere cum alia sit: non enim consensi in hanc, sed in eam, quàm hanc putaui, ut 29. q. 1. §. sicut ergo. Item, quid si dico, vendo Flaccum pistorem, cum sit ille: & quidam alius, scilicet fullonicus sit pistor? Respon. distingue, an uenditor nomina seruorum habeat nota, ut tunc ille qui nominatus est dicatur an non: & tunc ille cuius artificium sit expressum ut ar. J. de re dubi. l. qui hēat.

f *Nullam esse emptionem.*] & nullam esse vsuca. vt inf. pro empt. l. 2. §. cum Stichum.

g *Constet.*] vt C. de testa. l. si in nomine. & sup. de rei vendica. l. idemque Pomponius §. fru. §. fi.

h *In substantia.*] i. in substantiali qualitate, vel materia.

i *Væneat.*] non proposito decipiendi.

K *Emptionem esse, & venditionem.*] scripsit, sed malè.

l *Consensus.*] hoc est verum, quòd est consensum in corpore. Sed quare non dicitur hic error in corpore, sicut in superiori casu de Sticho, & Pamphilo. respon. hic non potest assignari corpus aliud quam demonstratum, in quo videatur consentire vellè, ideo nec error in hoc potest esse, ibi sic.

m *Consentio.*] cum distinctione tamē quàm subijcit.

n *Vsia.*] i. qualitas substantialis eadem vini, & aceti est quo ad saporem: licet acetum fortius sit prope autē ideo dicit, quia vinum est calidum & humidum, sed acetū frigidum, & siccum: corpus autem idem esse negari non potest, de quo uterque sentit.

o *Ab initio.*] ita quòd nunquam fuit uinum, sed semper acetum: ut idest sicut erat acetū, quando emebam quod potest esse, quòd fuit factum de aqua cum rasura vegetis, vel ex vuis immaturis, vel si tingatur panis in aceto, & postea in aqua ponatur, vel succo herbarum. Et sic no. hic primam rei originem considerari: ut infra de vsuca. sequitur. §. si ex lana. Argum. contra. supra ad exhiben. Iulianus. §. sed & si quis rem. & infra de auro, arg. leg. Seta in fi. sed quidam dicunt interesse, an esset acetum tempore contractus, vt tunc non teneat. an postea fiat: ut tunc valeat.

p *Venditionem puto.*] ut infra eodem, l. qui tamen. in fine, & hoc quo ad rem, teneatur tamen ad interesse emptoris uenditor: ut infra de actio. emptio. si sterilis. §. quamuis.

q ALiter. Valet.] sed agi potest ad deceptionem si uenditor sciuit, ut infra de actio. empti, Iulianus. §. si venditor.

r ALioquin.] hoc adiungitur ei, quod de errore in corpore dixit, & in materia Azo. & continua bene dicto errorem materiæ nocere. Accur.

s *Mulier.*] idest corrupta: sic infra de manumis. vin. si collectaneus.

t *Valebit.*] vt agatur ex empto ad resoluendam uenditionem

1† Fl. in quo.

2† Aliàs qa in corp.

3† Fl. dissentiatur.

4† Fl. dissentiendi.

† Fl. desit ut.

† Fl. lib. 6.

* Vide Budæum hic qd dicatur vsia.

7† Fl. consensum.

8† Fl. embāma. Est autē embamma, acetum sibi tinctum.

9† Fl. erratur. vel in minus perito.

10† Fl. sensit.

11† Fl. dissensum.

r No. q illa mulier dr quæ est corrupta. & hoc ppriè & strictè sumēdo. uide gl in l. ex empto. §. si qs uirginē J. de ac. em. gl. plenē loquētē in l. mulieris appel. J. de uer. signi. Adde Bar. in l. seruis legatis J. de leg. 3. addo ego ulterius text. & ibi glo. in c. mulier. 32. q. 2.

tionem: vt infra de actio. emptio. l. ex empto. §. si quis virginem. quandoque tamen & virgo appellatione mulieris continetur: vt cum legatur vestis muliebris: vt infra de auro, & argento legato. l. argento. §. muliebri. Accursius.

1† Fl. l. 31. IN huiusmodi.] CASVS. Cum errans uel in corpore, uel in pretio, uel in sexu, uel in qualitate, uel materia emens, vel vendens: non inspicitur opinio eius cui acquiri potest actio, verbi gratia, si filius uel seruus meus emit me præsente: filij uel serui consideranda est opinio, non mea, si ignoranter emant, non valet emptio, si scienter, sic. hoc cum suo nomine emit seruus, uel filius. Sed quid si mandaui alicui, ut seruo meo vendat Stichum, & ille sciens fugitiuum vendit, & hoc ignoret seruus, & ego sciam? ego sciens non agam, & hoc cum de certo homine emendo mandaui. & hoc in secunda. Viu.

2† Fl. lib. 9.

a *Quæstionibus*.] quando res venditæ sunt alterius qualitatis.

b *Me præsente*.] & prohibere non valente: aliter contra infra de lib. cau. l. imò in fi. & de hac materia dices plenè infra de ædil. edic. l. cum mancipium.

3† Fl. erra rint. 4† Fl. putaret. 5† Fl. defu. cum. 6† Fl. auriolã, & ad hunc lo cum vid. Alcia. li. par. 4. c. 8. & Pom. li. 33. de j. 7† Fl. hæredi.

c SEd si seruo mandauero.] de certo emendo meo nomine non peculiari.

d QVid tamen dicemus.] scilicet quia unus unum, alius aliud putauit. Accursius.

e *Exquisito*.] s. ab alijs.

f *Constat*.] imò contra. ut infra eod. cum ab eo. §. fi. fol. speciale inter cohæredes vel solus, mihi.

8† Al. Alias. Sed & si.

g *Putem*.] si in totum. cum pars tantum sit aurea.

h *Non valet*.] scilicet in ære: sed in tanto auro in genere vt nosupra de pig. act. l. j. in fine.

i ET si consensum. Emptio est.] vt inf. eod. l. domum. & supra eod. nec empto. Accur.

k *Ignorantia*.] exemplum pone inf. eod. l. ea quæ. & facit infra de iur. & fac. ig. l. regu-

Pōp. li. 25. 1† ad Qui. Mu.

LEX XII.

IN huiusmodi autem quæstionibus [a] personæ ementium & vendentium spectari debent, non eorum quibus acquiritur ex eo cōtractu actio. Nam si seruus meus, vel filius, qui in mea potestate est, me præsente [b] suo nomine emat; non est quærēdum quid ego existimem, sed quid ille, qui contrahit.

Idem li 8. 2† ad Sabinum.

LEX XIII.

SEd si seruo meo uel ei cui mandauero, [c] vendas, sciens fugitiuum, illo ignorāte, me sciente non teneri te ex empto uerum est.

Vlpianus lib. 28. ad Sabin.

LEX XIIII.

QVid tamen dicemus [d] si in materia & qualitate ambo errarint, 3† ut puta si & ego me vendere aurum putarem, 4† & tu emere, cum æs esset? vt puta cum 5† cohæredes aureolam 6† quæ aurea dicebatur, pretio exquisito [e] uni hæredum 7† vendidissent, eaque inuenta esset magna ex parte ænea? Venditionem esse constat [f] ideo, quia auri aliquid habuit. Nam si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem: [g] ualet venditio. Si autem æs pro auro ueneat; non ualet. [h]

Paulus lib. 5. ad Sabinum.

LEX XV.

ET si 8† consensum fuerit in corpus, id tamen in rerum natura ante venditionem esse desierit: nulla emptio est. [i]

¶ Ignorantia [k] emptori prodest, quæ non in supinum hominem cadit.

Error dominij impedit translationem. ad hoc allegatur. Vel sic, emptio rei meæ non valet, & si iussu meo alij tradatur, in illum dominium nō transfertur.

Idem in donatione, quæ fieret mihi de re mea. & prædicta locum habent quod emptio rei meæ non valeat, siue ignoranter, siue scienter quis rem suam emat. h. d. cum l. seq. Bald.

¶ Si rem meam mihi ignoranti uendideris, & iussu meo alij tradideris, non putat Pōp. dominium in eum transire: quoniam non hoc mihi propositum fuit, sed quasi tuum dominium in 9† eum transire. Et ideo etiam si donaturus mihi rem meā, iussu meo alij tradas, idem dicendum erit.

Pomp. li. 8. 10† ad Sabinū.

LEX XVI.

SVæ rei emptio non valet, siue sciēs, siue ignorās [m] emit. 11† Sed si ignorans emi; quod soluero, repetere potero: quia nulla obligatio fuit: nec tamen emptioni obstat si in ea re ususfructus dūtaxat ementis [n] sit.

Paulus li 33. ad edictum.

LEX XVII.

OFficio [o] tamen iudicis pretium minuetur.

Pōp. lib. 8. 12† ad Sabinū.

LEX XVIII.

SEd si cōmunis ea res emptori cum alio sit: dici debet, scisso pretio pro portione, pro parte emptionem ualere, pro parte non valere. [p]

Falsa demonstratio finium non adycit aliquid actui.

¶ Si seruus [q] domini iussu indemonstrandis finibus agri venditi, uel errore uel dolo plus demonstrauerit; id tantum 13† demonstratum accipi oportet, quod dominus senserit: & idem Alphenus scripsit de uacua possessione per seruum tradita.

Ex venditione in emptorem dominium nō transit nisi pretio soluto, vel habita fide de pretio. h. d. Bart. & Bald.

la. §. sed & facti. & infra de ædi. edi. cum seruus. in fin. Accursius.

l *Transire*.] Sed contra sup. si cer. pet. eius qui. §. quia verò. Solut. ibi seruus erat dominus, quia hæres, licet hoc ignoret, & transferre volebat dominium: hic autem noluit, sed illud quod credebat à vendente hærede. Sed non videtur quòd teneat hæc sol. quia etiam si sit dominus in l. contraria, non debet etiam errans transferre dominium: vt infra de acq. rer. do. si procurator. Sed respon. ideo in procuratore, uel simili dicitur non transire dominium, quia sic officium suum esset ei damnosum: quòd esse non debet: vt infra quemad. testa. app. si quis ex signatoribus: hic vero in l. eius qui, nullum fuit officium. Vel dic quod in l. eius qui, fuit specialiter in pecunia numerata. arg. supra si cer. pet. l. singularia. Vel dic, quòd ibi manumissus non errabat: putabat enim domini, ergo suam: cū hæres sit eadem persona cum defuncto. ut in aut. de iureiu. à mor. præ. §. j. col. 5.

9† Fl. ad. 10† Fl. li. 9. 11† Fl. emi.

m SVæ Ignorans.] Nota etiam quod ignorans non dicitur posse rem suam emere: ut hic, & supra de cond. inde. seruum. & C. eo. cum res. & supra de pigno. act. l. debitor. nisi sub cond. & tempore existentis conditionis non sit sua, ut infra de le. 1. l. cætera. & infra eodem, existimo, & nisi respectu possessionis: vt infra eodem, l. si in emptione §. rei suæ. & nisi ratione partium aliarum: quod est in casu: ut infra titu. j. quòd si uno §. fin & supra manda. qui negotia. § fin.

12† Fl. li. 9.

n *Ementis*.] quia respectu fructuarij est alienus. ut infra ad Sylla. l. 1. §. 1. & insti. de hære. insti. §. 1. Accursius.

13† Fl. tant.

o OFficio.] sic inst. de lega. §. sicut.

p SEd si communis. Non valere.] nisi ratione aliarum partium, vt modo dixi, per id quod est infra tit. 1. quod si uno § fi.

q *Si seruus*.] facit supra de iureiu. quanto magis.

Quod

a Quod vendidi Satisfactione.] ideoque potest venditor vendicare: ut hic, & supra de tri. ac. l. procuratoris. §. penult. & institu de re. di. §. venditæ. Sed nonne hoc ipso videor habere fidem, quod rem trado? Respond. sic. nisi forte dicebas te habere pecuniam ad manus, cum tamen non habeas, & sic tradam: ut supra de pignor. actio. l. si quasi. Item, quid si dedi diem solutioni? Respond. uideor sequi fidem emptoris: argum. C. de re iu. l. ad solutionem. Sed argumen. contra. C. de pac. inter empto. & uendi. l. commissoria. Sed certè immo est pro hoc, quia & ibi dominium transiterat in emptorem: sed ex ui pacti reddit ad uenditorem. Accur.

f Nullam esse emptionem.] tenetur tamen ex empto emptori quatenus eius interest deceptum non fuisse: ut infra eodem. qui officii. & insti. de contrahen. emptio. in fi. Accursius.

g In modicis.] idest pro modicis. & intellige hanc legem, quando non fuerunt prædicta excepta a uenditore, alias ad quid ageret emptor? & ualet uenditio.

1 † Floren. lib. 21.

Idem li. 11. ad 1 † Q. Mutiũ.

LEX XIX.

Quod vendidi, & tradidi, 2 † non aliter fit accipientis, quam si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, uel etiam fidem habuerimus emptori sine ulla satisfactione. a 3 †

2 † Floren de eo, & tradi dit

3 † Aliat. sa tisfactione.

Idem lib. 8. 4 † ad Sabin.

4 † Floren. lib. 8.

LEX XX.

Sabinus respondit, si quam rem nobis fieri velimus 5 † (ueluti statuam, uel uasa aliqua, 6 † seu etiam 7 † uestẽ) ut nihil aliud quam pecuniam daremus; emptionẽ b videri. nec posse ullam locationem esse, ubi corpus ipsum non detur ab eo cui id fieret; aliter atq. si aream darem, ubi insulam ædificares: quoniam tunc a me substantia proficiscitur. c

5 † Dnar. ve lumus et vela ri.

6 † Flor. vas aliquod.

7 † Floren de est, etiam.

Paulus li. 5. ad Sabinum.

LEX XXI.

Labeo scribit 8 † obscuritatem pacti nocere potius debere uenditori, qui id dixerit, quam emptori: quia potuit re integra apertius dicere. d

8 † Floren. scripsit.

Vlpianus lib 28 ad Sabin.

LEX XXII.

Hanc legem venditionis; e Si quid sacri, uel religiosi est, eius nihil uenit: 9 † superuacuum dicimus 9 † nõ esse, sed ad loca modica pertinere. cæterum si omne religiosum, uel sacrum, uel publicum uænierit, nullam esse emptionem. f

9 † Floren. de est, dicimus.

Paulus lib 5. ad Sabinum.

LEX XXIII.

Et quod soluerit eo nomine emptor, condicere potest.

Vlpianus lib. 28. ad Sabin.

LEX XXIIII.

In modicis g autem ex empto esse actionem; quia non specialiter locus sacer, uel religiosus uenit, h sed emptioni maioris partis accessit. i

In alternatiua venditione est electio venditoris. Bartolus.

Idem lib. 23. 10 † ad Sabinũ.

LEX XXV.

Si ita distrahatur illa aut illa res k utram elegerit 11 † uenditor, hæc erit empta.

¶ Qui vendidit, l necesse nõ habet fundum emptoris facere, ut cogitur, qui fundum stipulanti spopondit. m

Pompo li. 18. 12 † ad Sab.

LEX XXVI.

Si sciens emam ab eo, cui bonis interdictum sit, uel cui tempus ad liberandum de hæreditate, ita datũ sit, n ut ei diminuendi potestas non sit: dominus non ero: dissimiliter, atque si a debitore sciens creditorem fraudari, emero. o

Sabinus.] CASVS. Si dedi tibi decem, ut statuam mihi faceres. non est locatio, sed emptio. secus si dedi tibi aream, ut in ea ædificares: quia locatio est. Viuianus.

b Emptionem.] nec attenditur, an lignũ, vel id ex quo statua, uel uasa facienda erant, specificetur, an non: vtrobique enim tenet emptio: quia & in eo, quod in genere est, tenet emptio: ut infra eod. l. conuent. & hac lege innuitur.

c Proficiscitur.] & sic est locatio, ut hic, & inst. loca. §. item quæritur.

Labeo.] CASVS. In contrahenda uenditione ambiguum, siue obscurum uerbum contra uenditorem interpretandum est: ut supra de pact. l. ueteribus. Viuianus.

d Dicere.] ut supra de pac. ueteribus. & infra de eui. l. qui li bertatis. §. penulti. & da exemplum. infra eodem. cum in le. Sed contra infra loca. l. in re. Sol. ut ibi. secus autem in iudiciis: ut supra de iu. l. si quis intentione. Item non obst. huic l. infra eodem, si in emptione. in principio. quia ibi fuit dictum ab emptore: & idem interpretatio fit contra eum secundum Io. Item nec inf. eo. l. cum manu. quia ibi fuit dictum pro uenditore.

Hanc legem.] CASVS. Si in uenditione fundi conuenit, ut locus sacer excipietur, ualet conuentio, sed ad modica loca refertur, alioquin si maior pars religiosa fuerat, non ualet emptio. Sed quid si non excipiatur, & modica loca inueniantur religiosa? agetur ex empto. Viuianus.

e Hanc legem venditionis.] quæ apponitur pro uenditore, & fit uenditio fundi in specie, hoc dico, ut non teneatur venditor si quid erat sacri. si autem ad iugera, dic ut inf. l. littora. Accur.

h Venijt.] nam tunc non ualet, ut sup. eo. l. sed Celsus.

i Accessit.] ipsi uenditione, nisi pactum excipiet: ut supra l. hac le. Et nota hic argum. quod quædam transeunt cum uniuersitate, quæ per se non transeunt: ut insti. de acquiren. rerum dominio. l. quædam. & infra de actio. empti, si mercedem. §. j. & sup. man. si mandatero. §. Iulianus. & C. de reli. si sepulchrum. §. j. sed argu. contra. infra ad Trebel. l. quia perinde. §. j. & l. si patroni. in princ. & hæc omnia facimus pro iure patronatus.

Si ita distrahatur.] CASVS. Vendidi tibi his uerbis, illam aut illam rem: quam uelium tradere, tradam, quia in mea electione est. Viuianus.

10 † Floren. lib. 24.

11 † Floren. degat.

k Illa res.] sic tibi edita, & puncta ibi, venditor. Vel dic, quod sunt uerba emptoris, sit mihi empta. ne sit contra. supra eodem Labeo, facit ad l. asti. infra eodem. si in emptione. §. si emptio, & infra de iure do. l. plerumque. §. penult.

12 † Floren. lib. 19.

l Qui vendidit.] s. fundum.

m Spopondit.] scilicet dare: quia tunc tenetur facere rem accipientis: ut institutionib. de actio. §. sic itaque. aliud si promisit traderet ut infra de uerborum obligatio. si rem tradi. Accursius.

Si sciens.] CASVS. Emi ab aliquo, cui bonis interdictum erat, sciens, & ab aliquo, quem sciebam nihil posse de hæreditate vendere, quia acceperat tempus ad deliberandum. non fio dominus ex illa uenditione. aliter enim si emi a debitore creditorem fraudante, quia tunc bene fio dominus. Viuianus.

n Datum sit.] idest sub hoc pacto l

o Emero.] quia fio dominus licet reuocet a me per Paulianam: ut institutione de action. § item si quis. sed in primis duobus non, quia erat interdicta: ut hac l. & infra de usucap. l. si ab eo. & de uerborum oblig. l. is cui libertas autem etiam hoc tertio casu non ualet, quia in fraudem creditorum fit datas: ut institutio. qui manu. non pos. in princ.

Qui a quolibet.] CASVS. Si emi rem ab aliquo, quē dām puto, bona fide videor emere, si aūt à pupillo sine tutoris, uel curatoris authoritate scienter emero, non videor bona fide emere. & hoc Sabinus scripsit. Viuianus.

a Ipsius esse.] uel ipsum habere ius uendendi: ut j. de uerborum sign. bonæ fidei, nisi colludat: ut infra pro emp. l. qui fundum. §. procurator. nec obest si sciā alicui obligatum, uel usumfructum esse alienum: ut infra pro emp. qui fundum. §. fin. Accur.

2 † Floren. Paulus.

b. Non uidetur bona fide.] cum ille, qui a pupillo emit: debeat probare tuto. &c. ut supra de publi. quæcumque. §. fi. Accur.

Idem 1 † li. 8. ad Sabinum.

LEX XXVII.

QVi a quolibet rem emit, quā putat ipsius esse a bona fide emit. At qui sine tutoris authoritate a pupillo emit, uel falso tutore authore, quem scit tutorem non esse; non uidetur bona fide b emere, ut & Sabinus scripsit.

Vlpianus lib. 41. ad Sabin.

LEX XXVIII.

REm alienam distrahere, quem posse nulla dubitatio c est. nam emptio est, & uenditio: sed res emptori auferri potest. d

Idem lib. 43. ad Sabinum.

LEX XXIX.

QVoties seruus venit, nō cum peculio distrahitur, e & ideo siue non sit exceptum, siue exceptum sit ne cum peculio væneat, non cum peculio distractus uidetur. Vnde si qua res fuerit peculiaris a seruo surrepta, condici potest, uidelicet quasi furtiua. hoc ita, si res ad emptorem peruenerit.

Idem lib. 36. ad edictum.

LEX XXX.

SEd. & 2 † ad exhibendum agi posse nihilominus ex vendito f pacto.

Pomponius li. 22. ad edic.

LEX XXXI.

SEd & si quid postea accessit g peculio, reddendum est uenditori: ueluti

Rem alienam.] CASVS. Bene ualet emptio si uendo rem alienam, sed res auferri potest ab emptore. Viuian.

c Dubitatio.] quia tenet contractus in præiudicium uendentis, quamuis in re mobili hoc non facilè fit, quia cum facilè ibi committitur furtum. ut insti. de usu ca. §. unde in rebus non erit emptio, secundum distinctionem positam infra eodem, si in emptione. §. item si emptor. habet ergo locum hæc lex in re immobili, item in mobili, quando non fit furtum: sed & quando fit furtum, quandoque, ut patebit in d. l. si in emptione. infra eod. §. item. sed cum teneat uenditio rei alienæ, quare non tenet pignoris obligatio: ut sup. de pig. act. l. 2. Resp. quia in pignore opportet, φ constitutam ei ius in re, obligationem quandam, quod facere nō possum si res est aliena: sed in uenditione non teneor nisi quandam asinium possessionem tradere, & me pro euictione obligare: & ita est ius in persona, quod possum etiam in re aliena: ut inf. de act. emp. l. ex empto. § j. Sed nonne sicut re euicta, tenetur uenditor sic obligans contraria? Resp. non: nam in uenditione sequitur usucapio. item agi potest, ut fiat promissio duplæ.

3 † Flor. de ost. &c.

d Potest.] nam nobis inuitis non debet alius nostras res retinere, ut j. sol. mat. si filio. §. j.

Quoties.] CASVS. Si vendo tibi seruum, qui habet peculium, non uideor uendere peculium siue expressē exceptum, siue non: sed si seruus aliquam rem asportauit peculiarē, condici potest condictione furtiua, si ad emptorem peruenit: sed & agi potest ad exhibendum, & ex uendito. unde si postea aliquid accessit peculio, restituendum est uenditori: ueluti quia perceptum est ex opere Vicarii, uel partus est editus. & hoc dicit usque ad l. qui tabernas. Viuian.

e Distrahitur.] ut j. de eui. l. 3. in prin. & j. de pig. l. 3. § 1. & j. de pecul. quis ergo in princ. & j. de pec. leg. si legatus. & arg. inf. de fun. inst. tu. l. 3. §. fi. Accur.

f Sed & ad exhibendum. Ex uendito.] sic ergo ex uendito agitur ad id, quod in uenditione non uenit: ut C. de act. emp. l. 2. in fi. Accursius.

partus, 3 † & quod ex operis vicarii h perceptum est.

g Sed & Accessit.] ex re venditoris, uel ex re serui Vicarii.

3 † Alias: per ancillam.

h Vicarii.] quem habebat in peculio. Accursius.

Qui vendit rem, videtur vendere solummodo ius, quod habet in re. Bald.

Vlpianus lib. 17. 4 † ad Sab.

LEX XXXII.

QVi tabernas argētarias, i vel cæteras, quæ in solo publico sunt, vendidit: 5 † non solum, sed ius vendidit, 6 † cum istæ tabernæ publicæ sint, k quarum usus ad priuatos pertinet.

Qui tabernas.] CASVS. Vendidi tibi tabernas meas argentarias, & cætera, quæ sunt in loco publi. quæritur, an uendam tibi solum? Et dicitur, φ non, sed ius tabernarum cum ipsæ tabernæ publicæ sint, quarum usus priuatus est, & ille intelligitur uenditum. Viuian.

4 † Floren. lib. 44.

5 † Fl. vendit.

6 † Flor. quia sit.

i Qui tabernas argentarias.] idest, vbi argentum vendebatur.] Adde, has circum forum a Tarquinio extructas Dionys. Halicarn. lib. 3. testatur. a quibus circumforaneum æs Cic. appellat lib. 2. epist. ad Atticum episto. 1. circa fin.

k Publicæ sint.] ubi talia uendebantur. sic & in legato: ut infra de leg. prim. l. si fenestra § fina. & l. si domos. § fi. Accur.

Verba quæ possunt intelligi actiuè & passiuè, in præiudicium venditoris intelliguntur actiuè. unde hic intelliguntur de stillicidiis dominantibus, non seruientibus. Bald.

Pomponius lib. 33. ad Sabi.

LEX XXXIII.

CVm in lege uenditionis, ita sit scriptum: Flumina, uel 7 † stillicidia uti nunc sunt, ut ita sint: nec additur, quæ flumina, uel stillicidia: primum spectari oportet quid actum 8 † sit. si non id appareat: tunc id accipitur, quod uenditori nocet. l ambigua enim oratio est.

7 † Flor. flumina, uel.

Cum in lege.] CASVS. Si vendo tibi domum, & dico, ubi seruitutes sunt, ita sint: dubium potest esse utrū domui meæ debeatur seruitus, an ipsa debeat. & ideo contra me fiet interpretatio, ut potius ei debeatur, quā debeat, quia ambigua est oratio. Viuianus.

8 † Floren. actū.

Dissensus circa accessoria contractum non uitiat, & in dubio fit interpretatio contra creditorem. Bar. & Bald.

l Nocet.] ut infra eodem, ea quæ. § fina. & supra de pac. l. ueteribus & supra eod. Labeo. hoc est, ut potius recipiantur stillicidia uenditarum ædium: ut supra de seru. urban. præd. si arborem. §. fi. & facit inf. de reg. iur. l. in contrahenda. & inf. pro emp. l. 2. §. cum Stichum.

9 † Floren. lib. 31.

Paulus lib. 5. 9 † ad edictum,

LEX XXXIIII.

SI in emptione fundi di-

Si in emptione.] CASVS. Si fundus uenditus est, & emptor dicat Stichum accessisse, & de alio senserit emptor, de alio uenditor. quem elegerit uenditor dabitur, an autem refert, plus fuit in accessione quam in re? Et respon. quod non.

¶ Omnium.] In isto §. traditur regula quia emptio consistere potest omnium rerum, quas possidemus, & persequi potest. in illis autem, in quibus natura, ius gentium, uel mores non patiuntur commercium, uenditio contrahi non potest, & de hoc subiicit exemplum. liberum hominem sciens emere non possum: & si dicam, cum seruus erit, non est talis, casus expectandus. item in re furtiua si uenditor ignorabat, emptor autem scit, non obligatur uenditor. si tamen agat ex uendito, nihil consequetur nisi

nisi praestiterit, q conuenit. Si autem emptor ignorabat, oblig est utrobique, & ita scribit Papinianus.

¶*Rei.*] Emo rem meam. non ualet emptio, nisi emo simpliciter possessionem, quam habet uenditor, & in quo uincat me iudicio possessorio.

¶*Alia.*] Si emo uinū, alia causa est gustandi, alia mensurandi, nā gustus proficit, ut liceat probare, uel improbare. mensura autem proficit, ut sciatur quantum uendatur. sed post mensurationem non improbat.

¶*Si emptio.*] Vendo Stichū, aut Pamphilum his uerbis: si uenditus Stichus, aut Pamphilus dicitur, quòd in uēditoris potestate est quē uelit tradere. sed si unus decesserit, alter est in obligatione, & ita primus est periculo uenditoris, secundus periculo est emptoris. unde si ambo mortui sunt, pretium debetur, quia unus fuit periculo emptoris. & idē erit si electio emptoris sit, dummodo hoc solum cōstitutum sit in arbitrio suo quē uelit, non hoc, an uelit emere.

¶*Tutor.*] Si tutor uelit emere rem pupilli sui, non ualet emptio. idē in curatore & procuratore, & alijs, qui aliena negotia gerunt. Vinia.

a *Dictum sit.*] sab emptore, & sic obscuritas debebit nocere illi.

b *Senserit.*] i. sensisse dicitur. Io. sic C. de haered. inst. l. 3. & C. de quaestio l. 3 & aliàs cōtra. supra eodem, in uenditione, uel hic in accessorijs.

c *Intellexerit.*] imò uidetur contra. supra eodem, l. Labeo & l. proxi. & de pac. l. ueterib. & infra de reg. iu. l. in contrahenda. Solu hic ab emptore fuit dictum.

d *Refert.*] scilicet aliàs. & sic innuit casum, cum, non homo, sed alia res accedit. Alioquin contra; ut infra de aedil. edi l. iustissimè. quę est contra. Item aliud in fideiussoria obligatione; ut instit. de fideiuss. § fideiussores. quae est contra. Accursius.

e *Habere.*] ciuiliter.

f *Possidere.*] scilicet naturaliter.

g *Natura.*] ut homo liber.

1† Cuiac. h. t. obser. c. 20. le ga. emptor.

* Bald. no. istū frat ꝙ inspicitur illud, ꝙ est principaliter licet accessoriū sit maioris ualoris.

2† Flamat.

3† aliàs, exuerunt.

* Vi. Deuter. cap. 24.

dictum sit a accedere Stichum seruum, neque intelligatur quis ex pluribus accesserit, cum de alio emptor, de alio uenditor senserit: b nihilominus fundi uenditionem ualere constat. Sed Labeo ait, cum Stichum deberi, quem uenditor 1† intellexerit. c Nec * refert d quanti sit accessio, siue plus in ea sit, quam in ipsa re, cui accedit, siue minus. Plerasque enim res aliquando propter accessiones emimus: sicuti cum domus propter columnas marmoreas, & statuas, & tabulas pictas emitur. 2†

Omnia, quae possunt haberi, & possideri possunt vendi, secus si non possunt haberi, & possideri. Bald.

¶ Omnium rerum, quas quis habere, e uel possidere, f uel persequi potest, uenditio recte fit: quas verò natura, g uel gentium h ius, uel mores i ciuitatis commercio exuerunt, 3† earum nulla uenditio est.

¶ Liberum hominem scientes emere non possumus. * Sed nec talis emptio, aut stipulatio admittenda est. k Cū seruus erit: quamuis dixerimus l futuras res emi posse. Nec enim fas est eiusmodi casus expectare. m

Rei quae est furtiua in ipso contractu, uel eius executione: non tenet emptio vtroque sciente vitium, vel emptore solo, sed scientia solius uenditoris non officit. Bald.

¶Item si & emptor, & uenditor scit furtiuum n esse, quod uenit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor solus scit, non obligatur uenditor: nec tamen 4† ex uendito quicquam consequitur, nisi ultro quod conuenerit praestet. o Quod si uenditor sciuit, emptor ignorauit: utrinque obligatio contrahitur, & ita Pompon. quoque scribit.

¶Rei suae emptio tunc ualet, cum ab initio 5† id agitur, ut possessionem emat, quam fortè uēditor habuit: ut 6† in iudicio possessionis potior p esset.

¶ Alia est causa degustandi: alia metiendi. Gustus enim ad hoc proficit, ut improbare q liceat: mensura uerò non eo proficit, ut aut plus, r aut minus uaeneat: sed ut appareat quantum ematur.

Si fiat uenditio plurium rerum alternatiuè, erit in potestate venditoris, quae res sit vendita. & si duae res vendantur alternatiuè, prima perempta, altera remanet in venditione. Bald.

¶ Si emptio ita facta fuerit, Esto 7† mihi empt⁹ Stichus, aut Pamphilus: in potestate est uenditoris quem uelit dare: sicut in stipulationibus: s sed uno mortuo, qui superest dandus est: & ideo prioris periculum ad uenditorem, posterioris ad emptorē respicit. t Sed & si pariter decesserint, pretiū debebitur. u unus.n. utiq; periculo emptoris uixit. Idem dicendum est et si em ptoris fuit arbitriū quē uellet habere: si modo hoc solū arbitrio eius commissum sit, ut quem uoluisset, emptum 8† haberet: non etiam illud, an emptum 9† haberet. x

¶ Tutor rem pupilli emere non potest. y idemque porrigendum est ad similia, idest, ad procuratores, & qui negotia aliena gerunt.

h *Gentium.*] ut sacer, uel religiosus locus.

i *Mores.*] ut res publica in publico usu: ut institutione, eo §. fin.

k *Admittenda est.*] ut instit. de inuti. stipu. §. j. & infra de sol. qui rec. §. iteam. in princ. & infra de fideicom. li. l. generaliter. §. si libero.

l *Dixerimus.*] ut supra eodem, eo. l. nec emptio.

m *Expectare.*] quia casum aduersamque fortunam liberi hominis expectare, neque ciuile, neque naturale ius est: ut infra de uerb. oblig. inter stipulantem. §. sacram. sed libertas etiam libero homini relinqui potest: ut inf. de fideiuss. li. l. generaliter. §. si libero. Accursius.

n *Furtiuum.*] siue aliàs surreptum, siue ipsa contrectatione: quia uenditur, ut quia res mobilis est, ut institu. de usuca. § furtiuae. Idē idem in deposito, & commodato distinguitur secundum Ald. Sed quid si uterq; sciret rem alienam, non furtiuam? Resp. ualet; ut sup. eod. l. rem alienam.

o *Praestet.*] s. emptori, & sic not. quòd emptor aliquid consequitur excipiendo, quod non consequitur agendo, sic & supra de compen. si cum filiofam. Item in domo combusta secus seruatur; ut infra eod. domum. Accursius.

p *Potior.*] s. emptor, aliàs uenditor. & facit inf. de acqu. possess. si aliquis.

q *Vt improbare.*] non ergo post mensuram improbare licet, sicuti post gustum ante mensuram, siue ut species, siue ut quantitas uenierit. Azo.

r *Aut plus.*] i. maiori pretio.

s *In stipulationibus.*] nā in alternatiuis electio est promissoris, ut hic, & sup. de eo, quod certo lo. s non utique. j. respon. & etiam potest mutare uoluntatem; ut inf de uer. obl. cum qui certarum. §. si Ac.

t *Respicit.*] sic inf. de leg. j. cum res. & C. de peri. & com. rei uen. l. mortis.

u *Debebitur.*] s. uenditoris.

x *Haberet.*] quia tunc non tenet contractus; ut C. eod. in uendentis. Accursius.

y *Non potest.*] imò uidetur, quod sic potest, ut C. eo. l. cum ipse. contra Sol. hic de eo dicit, qui administrauit, ibi non, ut arg.

4† aliàs, necnon.

5† Pl. initio agatur ut.

6† Pl. 6.

7† Pl. esse.

8† aliàs, emptor.

9† aliàs, emptor.

ut arg. infra de autho. tut. l. tutores quibus. Vel melius, cũ plures sunt tutores, ualet emptio ab initio facta alterius tutoris authoritate: ut argum. infra de autho. tu. l. 4. & l. 5. sed & si cum, aliàs non: ut hic. Vel dic, quod palam & bona fide potest à pupillo emere, & sibi ipsi author fieri, non autem clam: ut argum. infra de admini. tuto. l. non existimo. & de autho. tuto. l. pupillus. §. sanè. & hæc habent locum in omni officio publico, uel priuato, aliàs punitur: ut hic. & infra eodem, l. non licet. Item opponitur de eo, quod est infra de administr. tutor. l. tutores rerum, in fine. ubi dicit pupillum rem uendicare nõ posse quam sibi tutor accepit de bonis eius, & pretium rationibus pupilli intulit. Sed respon. ibi est ideo, uel quia usucapta sit ab hærede tutoris, uel quia bona fide accepit fructus tutoris, non quia ipse tutor poterat emere à seipso: nisi ipse faciat palam, & bona fide: ut prædicta l. de auth. tu. l. 5. §. 1. & §. sanè, uel dic, non potest uendicare nisi reddat pretium, quod in suam utilitatem peruenit: argu. C. de præ. minor. si prædium. Accur.

*ad intell. huius §. vide Ambr. op. Co. in l. si quis arbitratu. n. 49. de verb. obl.

2† Fl. putan.

2† Fl. nullo modo adiectione.

3† Fl. usu.

4† Fl. antidota.

Caius li. 10. ad edict. proui.

LEX XXXV.

QVod sæpe arræ nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arra cõuentio nihil proficiat: sed ut euidentius a probari possit conuenisse de pretio.

Non valet venditio si pretij quantitas in emptoris uoluntatem, vel arbitrium conferatur. Bart.

¶ Illud constat, * imperfectum esse negotium cũ emere uolenti sic uenditor dicit. Quanti uelis, quanti æquum putaueris, quanti æstimaueris habebis emptum. b

¶ Veneni mali quidam putant 1 † emptionem non contrahi: quia nec societas, c aut mandatum d flagitiosæ rei ullas uires habet. Quæ sententia potest sanè uera uideri de ijs, quæ nullo modo per adiectionem 2 † alterius materiæ usui 3 † nobis esse possunt. De his uerò, quæ mixta alijs materijs adeo nocendi naturam deponunt, ut ex his antidota, e 4 † & alia quędam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest.

¶ Si * quis amico peregrè eunti mandauerit, ut fugitiuum suum 5 † quærat, & si inuenerit, uendat: nec ipse cõtra senatusconsultum f commisit, quia non uendidit: nec 6 † amicus eius, quia præsentem uendidit. 7 † emptor quoq;, qui pſentẽ emit, rectè negotiũ gerere intelligitur.

Venditor tenetur præstare custodiam in re vendita: & si sine culpa sua perdatur, non tenetur, nisi vt actionem cedat: quam si cedere non potest sine culpa, tenetur. Bar.

¶ Si res uendita per furtum perierit, prius animaduertendum erit, quid inter eos de custodia rei conuenerat: si nihil appareat conuenisse: talis custodia desideranda est à uenditore, qualem bonus paterfamilias suis rebus adhibet: g quam si præstitit, & tamen rem perdidit, securus esse debet: ut tamen 8 † scilicet uendicationem rei, & cõdictionẽ exhibeat emptori. h Vnde uidemus in persona eius, qui alienam rem uendiderit, cum is nullam uendicationem, aut condictionem hĩe possit, i an 9 † ob id dãnandus...

numero, uel mensura consistit, aut in genere, aut in quantitate, seu specie uenduntur: secundo casu post mensurationem transit periculum ad emptorem, primo casu statim post celebratum contractum. Viuia.

a *Euidentius.*] nam est arg. emptionis futuræ: ut instit. eo. in princ. sic, & in scriptura, quia & sine ea ualet, quod agitur: & infra de fide instru. l. pe. data autem arra si emptor pœnitet, perdit quod dedit. Si uenditor, reddit in duplũ, ut insti. eo. §. j. sed an nihilominus ad interesse agitur? Quidam ut Io. & Bul. quod sic Azo. quod non, quia uidentur renunciasse agere ad interesse. Itẽ qua actione agitur ad arras reddendas? Respon. condi. ex lege: ut C. de fide instru. l. contractus. uel iudicis officio. actione autem ex empto agitur, quando est sine scriptura. aliàs non, nisi scriptura tota completa, quia tunc demum est perfecta uenditio: ut d. l. contractus.

b *Emptum.*] Nota tria, aut enim precium confertur in arbitrium alterius eorum, & tunc non ualet: ut hic: aut contractus, & tunc non ualet. ut C. eod. l. in uendentis. aut res, uel eius qualitas, & hoc potest fieri, ut institutio. eodem. §. penul.

c *Societas.*] ut supra pro socio. nec prætermittendum. Accursius.

d *Mandatum.*] ut supra mand. si remuneran. di. §. rei.

e *Antidota.*] nomen medicamenti. & facit infra de uerb. sign. l. qui uenenum.

* Vorh ad hũc §. gl. 1. in c. cunctis sua sta tra de ver. g... Adde ad intelligentiam istius §. ami... Iaf. in h... ...ter... ff de ... ubi & Lac. de Nigris ... num 53.

5† aliàs, seruum.

6† Fl. neque.

7† Fl. uendit.

8† aliàs, tantum.

9† aliàs, certe ob id ipsum.

¶ *Veneni.*] Vendidi uenenum, an ualeat emptio? Quidam dixerunt quod non, sicut societas, & mandatum flagitiosæ rei non ualet: sed ista sententia, ita demum uera est, si tale sit uenenum, quod nullo modo utile posset esse cum adiectione alterius materiæ: sed si potest aliàs medicamentum ex eo confici bene ualet uenditio.

¶ *Si quis.*] Habebam seruum, qui fugerat, mandaui amico meo peregrinanti, quod eum quærat, & uendat. si inuenerit, & uendiderit, non facio contra senatusconsultum Iliburnianum quo cauetur, ut non uendatur seruus in fuga constitutus, quia uendo neq; amicus meus facit contra senatusconsultum: quia uendit. uidetur enim præsentem uendere, & rectè emptor contrahit negotium.

¶ *Si res.*] Si uendita res perijt furto penes uenditorẽ, quæritur cuius sit periculum: attendendum est quid de custodia conuenit. si enim nihil conuenit, in eo casu talem diligentiam præstare debet uenditor qualem bonus paterfamil. præstaret in rebus suis: quam si præstiterit, securus erit ab emptore, uendicationem tamen rei, & cõdictionẽ cedere debet emptori. Sed pone, quod res sua non erat, & uendidit, quod non habet: non potest cedere scilicet uendicationem, & condictionem. numquid ex ipso damnabitur? Responsio huius quæstionis, non est in litera: & secundum omnes respondetur, q damnatur: quia si suam rem uendidisset, potuisset emptori actiones suas cedere.

¶ *In hic.*] Cum uinum, uel quid aliud, quod in pondere

f *Contra senatusconsultum.*] Liburnianum. Vel dic, quod non habemus nomen eius: & cauetur in eo, quod nemo uendat seruum in fuga constitutum: ut hic, & C. ad legem Flauiã, de pla. l. in fuga. & infra de pla. l. sciendum.

g *Adhibet.*] licet ipse suis rebus talem non adhibeat: ut infra de peri. & commo. rei uend. l. custodiam. & institu. eo §. cum autem.

h *Emptori.*] actionem etiam furti, quæ uenditori competit: ut infra de fur. l. eum qui in principio. & l. si uenditor. & infra de actio. empti. l. ea res. in principio. Accursius.

i *Habere possit.*] damnandus est? Respon. & certè ob idipsum damnandus est: quæ est litera Pisana. Vel si non habes hoc, lege interrogatiuè; & supple quid iuris sit? Et respon. ob id ipsum. Item quod dicit, quod in re aliena non potest cedi condictio; uerum est ratione dominij, sed ratione possessionis potest; ut supra de condi. tri. l. 2. sed ob id non liberatur. Item no. quod imputatur ei, quia cedere non potest actionem, cum debeat cedere, ut hic, & inf. de sol. Stichum. §. pen. & infra de admini. tuto. si pupillus alterutro. sic & inf. loca. l. si quis domum. in prin. & l. hæc distinctio. Sed argu. contra, inf. de fideiuſ. si stipulatus. §. si ex duobus. Accur.

Iussisti

a *Perfecta venditio*] quantum ad periculum, sic & C. de peric. & commo. rei ven. l. 2. Accur.

b *In cæteris rebus.*] hoc ita in vino si & degustatio intercesserit, secundum Bul. vt infra de peric. & cõmo. rei. ven. l. 1. §. 1. & l. si quis vina. Et idem in qualibet alia re, quæ venditur ad saporẽ, vt post degustationẽ demũ fit emptoris periculũ. Sed tu dic etiã in vino ꝙ statim etiam ante degustationẽ cũ venditur in specie, vt in cæteris reb. vt hic, & supra prox. §. nec obst. d. l. infra de peric. & commo. rei ven. l. prima, §. 1. quia ibi de periculo conuenit, & si quidem intra tempus, bene est, aliàs int. Il- gitur vsque ad degustationem: si autem nil de periculo conuenerit, seruatur quòd hic dicitur. Item non ob. dict. lex, si quis vina. quia loquitur ibi in vino vendito ad mensuram quod erat degustandum post diẽ certum.

c *Constant.*] vt oues.

d *Appensa ve sint.*] hoc nisi steterit per emptorẽ quo minus hæc fiãt vt infra de peri. & cõ. rei ven. l. si per emptorem, §. si verbi gratia.

e *Adnumerauerit.*] s. pretium constituatur. Sic ergo sub hac conditione videtur fieri, si hæc mensurentur, vel appendantur, vel numerentur, vt hic dicit ergo pendente conditione periculum perẽptionis est venditoris sed deteriorationis est emptoris, & si a osis vel mucoris, quod B. planè concessit, & in qualibet alia conditionali venditione, vt infra de peric. & commo. rei vend. l. quòd si pendente. Sed certè hoc est falsum, & idem Bul. postea more sapientis mutauit consiliũ, nam indistinctè omne periculum est venditoris, vt hic. Et sic aliud erit in hac conditione tacita quàm in alijs, quia venditori datur facultas etiam per corbes tantundem effundere, & sic potest se facilè periculo liberare, vt infra de peric. & cõmo. rei v. nd. l. 1. in fi. Accursius.

f *Admetiatur.*] & degustetur: nam hæc duo sunt necessaria, vt infra de peric. & commo. l. si qs vina. & ex hoc apparet. ibi, dist. ile ... in prin. ... Acc.

g *Omne periculum.*] nõ ergo solum peremptionis, sed etiã acoris & mucoris. Item non solum si pars pereat, sed & si totum illud dolium, vt hic. & hoc nisi emptor fuerit in mora, vt infra de peric. & commo. l. si per emptorem. §. si verbi gratia. Accursius.

1† Fl. inclusa desunt.

* Quidã hãc particulã tã hoc, quam in ferius delendam putant.

* Hac cõditio dicitur facta auersione. Ant. August. emẽ li. 3. c. 6.

2† Fl. singulas.

3† Fl. singulis.

(sit. 1 † Et certè ob idipsum damnandus) est, quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre.

In ijs, quæ venduntur vt species, periculum est emptoris incontinenti: in ijs, quæ venduntur vt pondus, numerus, vel mensura, est periculũ emptoris, cum distinctione, quæ hic habetur. Bart.

¶ *In ijs, quæ pondere, numero, mensurave constant, veluti frumento, vino, oleo, argento,* * modo ea seruentur, quæ in cæteris, vt simul atque de pretio conuenerit, videatur perfecta venditio, a modo vt etiam si de pretio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam si admensa & appensa, adnumeratave sint. Nam si omne vinum, vel oleum, vel frumentum, uel argentum, quantumcunque esset, uno * pretio uenierit, idem iuris est quod in cæteris rebus. b Quòd si uinum ita uenierit, ut in singulas amphoras, item oleum, ut in singulas 2 † metretas: item frumentum, ut in singulos modios: item argentum, ut in singulas libras certum pretium diceretur, quæritur, quando uideatur emptio perfici? quod similiter quæritur & de ijs quæ numero constant, c si pro numero corporum pretium fuerit statutum. Sabinus & Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, admensa, appensave sint, d quia uenditio quasi sub hac conditione uidetur fieri, ut in singulas 3 † metretas, aut in singulos modios, quasve admensus eris, aut in singulas libras, quas appenderis, aut in singula corpora, quæ adnumeraueris. e Ergo & si grex uenierit, si quidem vniuersaliter vno pretio, perfecta videtur postquã de pretio conuenerit: si uero in singula corpora certo pretio, eadem erunt, quæ proximè tractauimus.

¶ Sed & si ex doliario * pars uini uenierit, ueluti metretæ centum, verissimũ est (quod & constare uidetur) antequam admetiatur, f omne periculum g ad uenditorem pertinere. Nec interest, unũ 4 † p̃tium omnium centum metretarũ insimul 5 † dictum sit, an in singulas eas. 6 †

¶ Si quis in uendendo prædio confinem celauerit, h quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri i uenditorem dicimus. 7 †

Vlpianus li. 43. ad edictũ.

LEX XXXVI.

CVm in uenditione quis pretium rei ponit, donationis causa non exacturus, k non uidetur vendere. l

Quando pretium incertum in aliquem casum certificandum confertur, non perficitur venditio si certificari non possit. Bar.

Idem li. 5 8 † disputationũ.

LEX XXXVII.

SI quis fundum iure hæreditario sibi delatum: ita vendidisset, Erit tibi emptus 9 † quãti à testatore emptus est, & 10 † mox inueniatur non emptus, sed donatus testatori, uidetur quasi sine pretio facta uenditio. Idcoque similis erit m sub conditione factæ uenditioni, quæ nulla est, si conditio defecerit. n

Valet donatio commixta venditioni, licet ei intercidat donatio: nisi inter prohibitos. Bartolus.

Idem lib. 7. disputationum.

LEX XXXVIII.

SI quis donationis causa minoris uendat, uenditio

h *Confinem celauerit.*] i. malum vicinum, quos vicinos tenetur dicere, si sunt mali, vt hic; vel si hoc ita actũ sit, non aliàs, vt infra eo. cum seruo, § fin. ac ipsos terminos agri sẽper tenetur dicere, vt infra de ac. emp. l. Titius hæres.

i *Teneri.*] scilicet ad interesse. Accur.

CVm in venditione.] CASVS. Si aliquis venditor apponat pretium in venditione causa donationis, non videtur vendere. Viu.

k *Non exacturus.*] secus si apponeret exacturus, & postea remitteret, vt infra loca. si tibi habitationem. quæ est contra. Item hic quãdo vtraq; pars in hoc consensit. Sed quid si venditor tantum hoc gerebat in animo, ne exigeretur p̃tium? Respon. uterque alteri obligatur, licet enim tibi proposui donare, non tamen donaui.

l *Non videtur vendere.* ut ex empto, uel uendito agatur, ut infra loca. & cõdu. l. sicut emptio. & supra pro socio. l. 5 in fi. sed tamen est donatio, ut C. eo. l. empti. Accur.

SI quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum, qui hæreditario iure mihi deferebatur, & ita dixi: Vendo tibi fundum talem quanti emptus fuit à testatore. apparet postea ꝙ testatori non emit, sed sibi donatus fuit. quasi sine pretio uenditio est, & ita nulla, quasi sub conditione facta, deficiente conditione.

m *Similis.*] non est verè conditio, cum in præteritum cõferatur, ut supra si certum petatur. itaque.

n *Si conditio defecerit.*] secus in legatis quibus adiecta falsa causa, uel etiam demonstratio non nocet. ut instit. de leg. §. huic. Accursius.

SI quis donationis causa.] CASVS. Vendidi tibi equum pro 5. ꝙ ualebat 10. an ualeat venditio? Dic

hinc

* De cõmoditate. seu in cõmoditate à uicino pulchre Luc. Collumella, de re rustica. l. 1. c. 3. & in adagijs in expositione illius prouerbij, Aliquid mali propter uicinũ malũ, & Temistocles apud Plutar. in apophteg. prædiũ uendens proclamabat bonum habere uicinum.

* De vino doliario aut (quod idem est) doliar. pulchrè Bud. infra de peric. & com. rei ven. l. 1. ... vlt.

4 † Aliàs, vtrum.

5 † Fl. in solidum.

6 † Fl. singulos eas.

7 † Fl. desit, dicimus.

8 † Fl. lib. 3.

9 † Duar. emptus tanti, quanti.

10 † Fl. deest, &.

huiusmodi venditionem valere, aliàs non, cùm tota venditio donationis causa fit. si enim viliori pretio fiat: valet nihilominus, nisi inter virum & vxorem, & hoc dicit. Vi. uimus.

a *Facta est.*] vt supra eo. l. cum in venditione. Accursius.

b *Nullius momenti est.*] vt sup. ad Velleia. l. vir vxori, & infra de iure dot. si res, in prin. Hoc tamen si principaliter donare intendebat, secus si principaliter vẽdere: quia tunc eatenus irritatur, quatenus fuit donatio: vt infra de dona. inter virum & vxo. si sponsus, §. circa. Accursius.

valet. Toties enim dicimus in totum venditionem non valere, quoties vniuersa vẽditio donationis causa facta est. a quoties vero uiliore pretio res donationis causa distrahitur, dubium non est uenditionem ualere. Hæc inter cæteros. Inter virũ enim, 1 † & vxorẽ donationis causa uenditio facta pretio uiliore, nullius momenti est. b

Emptio rei sua non valet, etiam si ematur à creditore, cui obligata est. Bald.

Iulianus lib. 13. 2 † Digest.

LEX XXXIX.

SI debitor rem pignoratã à creditore redemerit, quasi suæ rei emptor actione ex vendito non tenetur, c & omnia d integra 3 † sunt creditori. e

¶ Verisimile est eum, qui fructum oliuæ pendentis vendidisset, & stipulatus esset f p̃ 4 † x. pondo olei quod natũ esset, g 5 † pretium h constituisse ex eo quod natum i esset, usque ad x. pondo olei. ideirco solis v. collectis, non amplius emptor petere põt quam v. pondo olei, quæ collecta essent & hoc 6 † à plerisque k responsum est. l

1 † Fl. uiri.

Si debitor.] CASVS. Emi rem à Titio, quam ei pignorauerã, an teneat ac. ex vendito? Dicitur quod non.

¶ *Verisimile.*] Vendidi alicui fructum oliuæ meæ pendentis pro x. pondo olei quod natum esset. Dicitur, q verisimile est ita constitutum pretium esse vt si x. colligeret, siue x. nascerentur, x. præstarentur: si tantum v. præstarentur, v. quæ collecta essent, & hoc à quibusdam responsum est.

2 † Fl. lib. 15.

3 † Fl. in integro.

c *Non tenetur.*] ad pretium.

d *Omnia.*] tam in actione reali quam in actione personali: vt hic, & sup. de pig. ac. l. deb. hor. Sed contra. ff. man. si mandauero, §. si hic Sol. ibi alium supposuit. non ipse debitor emit. Accur.

4 † Fl. decẽ, pro.

e *Creditori.*] aliàs venditori.

5 † Aliàs, verisimile est eũ, qui fructũ oli. pen. vendidit, & stipulatus est, Decẽ pondo olei, qđ natũ est ꝑ pretium &c.

f *Et stipulatus esset.*] idest promisisset siue conuenisset, sic sup. de cond. inde. l. non sortem, §. si decem. Vel dic stipulatus esset. scilicet pretium. x. pondo &c. ut hic sint casus genitiui. & hoc si non est pro. aliàs planum.

6 † Fl. decẽ, & hæc

g *Esset.*] scilicet pretium.

Renunciatio facta post terminum conuentionalẽ, nullius est momenti. h.d. Item per vniuersalem renunciationem satisfit termino, si aliud non est actũ expresse. h.d. ista l. quam no. Bar.

h *Pretium.*] nunc respondet. Accursius.

i *Ex eo quod natum*] quia hæc uerba, quod natum erit, causam taxationis obtinent: ut infra de tri. ui. & oleo leg. l. 5. Azo.

k *A plerisque.*] subaudi etiam. Accur.

l *Responsum est.*] sed & pretium plus quàm pro v. non soluetur: & si soluerit, per condi. sine causa repetitur. Accursius.

QVi fundum.] CASVS. Vendidi Titio fundum: & dixi 100. iugera esse: & in pacto ita conuenit, vt emptor intra xxx. dies mensuraret fundum: & nisi mensuraret intra tempus statutum, fides venditionis solueretur idest vt venditor ulterius de pretio refundendo non teneretur, nec emptor mensurauit: sed dixit quanto minorem esse credebat intra diem mensurationis præfinitum & pretium accepit: postea vendidit, & inuenit longe minorem esse quàm dixerat, quæritur an hoc recuperet à primo venditore? Disting. si fuit actum intra xxx. dies proximos renunciaret q postea renunciauit, sibi non proficit. sin autem actum fuerit quod metiretur intra xxx. proximos, & renunciaret quandocumque, in eo casu recuperat si post multos annos renunciauit.

Paulus libro 4. ἐπιτομῶν. Alpheni Digestorum.

LEX XL.

QVi fundum uendebat, in lege ita dixerat, vt emptor in diebus 30. proximis fundum metiretur, & de modo * renunciaret, * & si ante eam diem non renunciasset, ut uenditionis 7 † fides soluta esset. m Emptor intra diem mensuræ, quo minorem modum esse credidit, renunciauit, & pecuniam pro eo accepit. n postea cum fundum uendidit, o & cum ipse emptori suo admetiretur, multò minorem agri modum quam putauerat, p inuenit. Quærebatur 8 † an id, quo 9 † minoris esset, consequi a suo uenditore posset? Respondit interesse quemadmodum lex dicerotur. nam si ita dictum esset, Vt emptor in diebus 30. proximis q fundum metiatur, & domino renunciet 10 † quanto modus 11 † agri minor sit, quod 12 † post trigesimum diem renunciasset, nihil esse 13 † ei profuturum. Sed si ita pactum esset, ut emptor in diebus p̃ximis r fundum metiatur, & de modo agri renunciet, s si 14 † in dieb. 30. renunciasset, 15 † minorẽ modũ agri esse, t quis multis postea annis, posse eũ quo minoris mod᷑ agri fuisset, repetere.

¶ *In lege.*] Vendidi tibi fundum: & in pacto dixi aquam accessurã, quæritur an iter ad aquam tradere debeã? Dicitur quod sic, quia id actum videtur.

¶ *Qui agrum*] Vendidi agrum: & dixi esse xviij. iugerum: & conuenit vt certum pretiũ solueretur, pro quolibet iugere super. hoc inuento per mensurationem. Dr̃ q si xx. iugera inueniantur, pro xx pretium soluatur.

*Modo. l. specie. Paulus libro 2. sent. ti. 18.

¶ *Fundi.*] Vendidi fundum, & excepi frumẽta manu sata. quæritur an videatur exceptum frumentum natum ex stipula? Dr̃ q considerandũ est quid actum sit: quia ex verbis non sunt illa excepta: sicut neque illa quę sũt ex sacco saccarij, vel aliàs ex ore auium cecidissent.

*Quid sit renunciare. pulchrè Buda. hic. et in hanc legem plurima, tu illum videto.

7 † Fl. venditoris.

¶ *Cum fundum.*] Si vẽdo fundum, & excipio frumentum, vel fructum omnem, videor excipere arundinem, & syluam cæduam, q̃ loco fructuum sunt.

8 † Fl. quærebat.

9 † Fl. quod.

¶ *Dolia.*] Ego procurator vendidi fundum: dixi accessura dolia domini, quæ ibi erant empta de peculio. an aũt accedent? Dicit q sic.

10 † Adijciũt quidã hic loco intra id tẽpus.

¶ *Rota.*] Si ædificia sint vendita: accedit rota per quam aqua? hauritur: quia ædificij est, sicut situla. Viuia.

11 † In archet. q̃ modus scriptũ erat, domus vt. Ant. August. li. 4. c. 2.

m *Soluta esset*] vt nõ teneatur emptori.

12 † Fl. et.

n *Accepit.*] i. recepit à uenditore: quia minorẽ modũ iuenerat. Ac.

13 † Fl. desisse.

o *Vendidit.*] s emptor.

p *Quam putauerat.*] s prima mensuratione.

14 † Fl. & si.

15 † Aliàs nõ renunciasset. Haloan. & male, ut per Ant. August. lib. 4. c. 17.

q *Triginta proximis.*] hic distinguitur: sed quamquam obscurè ponatur hic distinctio, potest sic clarè dici, ut dicas: an dixit intra xxx. dies renuncia quanto sit minor: an quod sit minor: ut ex litera obscure colligitur. Vel dic secundum Io. an dixerit metiretur, & renunciaret intra xxx. dies: an dixerit, ut metiretur intra xxx. dies, & renunciaret. s. quandoque, & sic non sit repetitio dierum. Et sic est arg. contra institu. ad leg. Aqui. §. hoc tamen capite. Item no. quod hæ interpretationes habent locum, non apparet quid actum est: ut infra de ac. emp. l. 2. Item quando venditor fuit ignorans modum. alias perpetuo tenetur: vt infra de act. empt. l. emptorem. §. Iulianus. Mensor autem si dolo fecit protractionem istam, tenetur de dolo: ut supra si mē. fals. mo. di. l. si mensor. in princ. Accur.

r *In diebus proximis.*] scilicet triginta.

s *Renunciet*] s. licet quandocumque. Accur.

t *Agri esse.*] sed non tantum quanto minor erat.

Dixit.]

a *Dixit.*] s. venditor.
b *Oportere.*] tanquam accessoriũ. vt j. ea. l. in fin. & l. fistulas. s. resp. & ff. de reli. si. vẽditor & supra de ser. vrb. præd. l. binas, & de ser. rust. præd. item. §. qui habet, & j. de act. empt. si venditor §. fin.

¶ Flor. deest, &c.

c *Eius*] s. fundi, etiã si vltra dictã mẽsurã sit, vt statim innuit.] & sic pro eo, rectius fortè esset plus. d
d *Fuerat.*] s. venditor.
e *Receperat.*] alias excepat. aliter. n. ad emptorem sequerentur, vt j. de ac. emp. l. Iulianus, §. si fructibus. & C. de ac. emp. l. fructus, & s. de v sufr. l. si pendentes. in respon.
f *Stipula.*] quam vulgariter stopolam appellamus, s. quando inde lectum est frumentum, vt j. de ver. sig. tylus. s stipula.

2 † Flo. erit.

3 † Flo. enat.

g *Saccary.*] idest alutarij, asinarij sunt q deferunt saccos.
h *Enore.*] idest rostris, de quo non fuit cogitatum. & sic non intelligitur, exceptũ, vt supra de transac. l. cum Aquiliana.
i *Syluam.*] scilicet cæduam.
k *Dixit.*] s. procurator domini mãdato.
l *Ea.*] s. dolia.
m *Rota.*] ut in palatio domini Accursij. vbi rota est, per quã trahitur aqua.
m *Rota.*] facit supra ead. l. §. in lege. & inf. eodem. l. si aquæductus.

4 † Fl. Cæterum secundũ verba, esse actum quod ex stipula aliàs non esset actũ. Haloan.

5 † Flor. deest, ex eo quod.

6 † Flo. aut ex eo quod.

7 † Flor. excidere.

C*Vm ab eo.*] CASVS. Habebam librum meum obligatum penes aliquẽ, vendidi eum Titio, si luero librum intra cal. quæritur an possit Titius agere contra me ac ex empto vt librum luam intra cal. Distinguit, quid actum fuerit inter emptorem & venditorẽ, si enim actum fuerit, quod ego venditor omnino luerẽ, tunc bene potest me conuenire. verbi gratia. si ita dictum fuerit ab emptore, erit mihi fundus emptus, si intra calendas redimas, in hoc casu tenetur ex empto redimere venditor. neque intelligitur vẽditio sub conditione contracta.

8 † Flor. in fructum.

9 † Alias, ass fura.

10 † Aliàs remisisset peculia, emptori.

11 † Flor. ess fura.

Vnum accessorium trahit ad se aliud accessorium. Baldus.

¶ In lege fundi aquam accessuram dixit. a quærebatur an etiam iter aquæ accessisset? Et 1 † respondit sibi videri id actum esse: & ideo iter quoque venditorem tradere oportere. b

Cum fundus vẽditur ad mensuram, si plus fuerit inuentum quam fuerit dictum, pro toto debetur pretium. Bald.

¶ Qui agrum vẽdebat, dixit fundi iugera x. & 8. esse, & quod eius c admensum esset, 2 † ad singula iugera certum pretium stipulatus fuerat, d 3 † viginti inuẽta sunt, p 20. deberi pecuniam rñdit.

¶ Fundi venditor frumenta manu sata receperat, e in eo fundo ex stipula f seges erat enata. quæsitum est an pacto contineretur? Respõdit, maxime referre quid actum esset. Cæterum 4 † secũdũ verba, non esse receptum quod ex stipula f nasceretur, nõ magis quam si quid ex eo, quod 5 † ex sacco saccarij g cecidisset, aut 6 † quod auibus ex ore h 7 † cecidisset, natum esset.

Appellatione fructus continentur etiam arundines. Bald.

¶ Cum fundum quis vendiderat, & omnem fructum receperat, & arundinẽ cęduam, & syluam i in fructu 8 † esse respondit. ¶ Dolia, quæ in fundo dñi essent, accessura 9 † dixit. k etiam ea, l quæ seruus, qui fundum coluerat, emisset peculiaria, 10 † emptori accessura 11 † rñdit. ¶ Rotam quoque, per quam aqua traheretur, nihilominus ædificii est, quam fistula.

Modus adiectus contractui, cõtractum non suspẽdit, & actione ex eo cõtracta, quis modum implere cogitur, secus in conditione. Bart.

Iulianus lib. 3. ad Vrseium Ferocem.

LEX XLI.

CVm ab eo, qui fundum alii obligatum habebat, quidam sic emptum rogasset: Vt esset is sibi emptus, si eum liberaret, 12 † dummodo ante calendas Iulias liberaret.* quæsitum est, an vtiliter agere posset ex empto in hoc, vt venditor eum liberaret? Respondit, Videamus quid inter ementem & vendentem actum sit. Nam si id actum est, ut omnimodo intra calendas Iulias venditor fundum liberaret, ex empto erit actio vt liberet. Nec sub conditione n emptio facta intelligetur, veluti, & 13 † si emptor hoc modo interrogauerit, Erit mihi fundus emptus ita vt eum intra calendas Iulias liberes. vel ita. Vt eum intra calendas Iulias a Titio redimas. Si vero sub conditione facta est emptio, non poterit agi vt conditio impleatur. ¶ Mensam o 14 † argento coopertam mihi ignoranti pro solida vẽdidisti imprudẽs, nulla ẽ emptio, p 15 † & pecunia, quæ eo nomine data est, condicetur.

Marcianus lib. 1. Institu.

LEX XLII.

DOmini neque per se, neque per procuratores suos possunt saltem q criminosos seruos vendere, r vt cum bestiis pugnent. 16 † & ita diui fratres rescripserunt.

Commendatio generalis non obligat commendantem, & promissio generalis non refertur ad id quod emptor sciebat. Bart. & Bald.

Flor. libro 8. Institutionum.

LEX XLIII.

EA, quæ commendandi causa in venditionibus dicũtur, si palam esse 17 † appareant, venditorem non obligant, veluti si dicat seruum speciosum, domum bene ędificatã. At si dixerit hominem literatum, uel artificem, præ-

Si vero sub conditione fuerit facta venditio, tunc non põt agi cum eo vt redimat.

¶ *Mensam.*] Vendidi coopertã mensam argento et, qui credebat eã solidã. Dr. q non valet venditio, & pecunia data p hoc condicetur. Viuianus.

12 † Flo. liberasset.

* Intererat enim ante calendas illas liberari vt. si vellet illas inhantare posset, aut aliy locare. Anto. Augus. li. 4. ca. 14. vbi ait, calendas Iulias fuisse solemnem diem migrationis inquilinorum, quod & Bituriges obseruant.

n *Sub conditione.*] vt sit mihi emptus si eũ liberaueris. Nã conditio per si, modus per vt, tã p quia, ponitur, vt hic, & j. de cõdi. & demonst. falsa. §. fin. quãq; tñ vt, p cõditione poniť, vt arg. j. de condi. & demonst. l. à testatore. in fin. Et est rõ q non põt agi, quia, conditio in potestatẽ, hoc est in voluntatẽ suã erat collata, alias si ex alterius facto penderet, si staret per istum, esset, vt j. eod. l. si mihi bibliothecam. quæ est contra Accur.

13 † Flo. deest, &c.

o *Mensam.*] æneam, vel ligneam.
p *Nulla est, emptio.*] imo, vt s. eo. q d tñ. Sol. nulla est quo ad æs, sed quo ad aurum sic. Vel distingue, an possit separari, & tunc valet ẽt in au. vel argento, ut ibi, an non, & tũc non ualet ẽt in auro vel argento, vt hic. Vel distingue q valet, vt si argentũ, valeat, si æs, nõ ualeat. Vel dic, q hic specialiter fuit actũ ut insolidũ eẽt argentea. uel melius, non ẽ emptio quantũ ad rẽ, i. æs. dr tñ aliqua fauore emptoris, ne decipiatur, vt insti. eo. § fin. Accursius.

14 † Alias massam argẽti coopertam. ms. igne, pro solido.

15 † Flo. emptio, pecuniaque eo nomine data condicetur.

16 † Flo. pugnarent.

D*Omini*] CASVS. Si dñs velit uendere seruũ suũ ut pugnet cũ bestiis, neque potest per se, neq; per procuratorem, etiam criminosum seruum.
q *Saltem.*] ponitur ibi pro, etiam. Accur.
r *Vendere*] scilicet hoc pacto q subiicit, & infra ad legẽ Cor. de sica. l. circumcidere. §. seruo. Item facit institu. de iis qui sunt sui vel alieni. iur. §. fina. Accur.

E*A qua*] CASVS. vendebam seruum, commendabam eum de iis, quæ pàlam apparebant, quia eum dicebam speciosum, vel domum

17 † Flor. deest, esse.

mum bene ædificatam. ista talia, quæ commendandi causa dicebam, cum publica sint, non obligant venditorem. alias si dicam seruum artificem vel literatum, cum hæc palam non sint, bene obligabor. Idem est in aliis quibusdam pollicitationibus, si promitto seruum sanum, cum monoculus sit, non obligabor, cum emptor aperte uideat, quod monoculus est. unde cum de sanitate stipuletur, uidetur de cæteris partibus serui stipulatus, non de illa, de qua stipsum decipit.

¶ *Dolum.*] Venditor debet hoc præstare quod dolus a se absuerit in uenditione, unde generaliter de dolo tenetur commisso in contractu. siue fallendi causa cum obscure loquitur, siue insidiose obscuritatem dissimulat. Viuia.

a *Non ignorauerit.*] vel scire potuerit, & dicas plene, ut supra de dolo. l. quod venditor. Accur.

b *De sanitate stipuletur.*] generaliter. Sed si nominatim stipulatus est eum uidere, quamuis sciebat eum non uidere, tenebitur venditor, quia hoc conuenit, sicut is, qui sciẽs emit fugitiuum, & stipulatur non esse fugitiuum, ut infra, de excep. don. apud Celsum, §. item Labeo scribit, si quis fugitiuus. quæ est cõtra. Vel dic, quod ibi pretium fuit stipulatus, hic non, sed tantum de sanitate. Accursius.

c *Fallendi.*] ut si dicat æquum non ascẽdere arborem, ut sic non teneatur ideo quia non ascendit põtem. Vel dicat emptor, non est seruus artifex, & uenditor statim subiiciat, ego promitto. Accur.

d *Dissimulat.*] scilicet tacendo, uel in aliis verbis se intromittendo, ut infra, de actio empt. l. prima. §. primo. Accursius.

stare debet. nam hoc ipso pluris vendidit. 1 † Quadã etiam pollicitationes venditorem non obligant, si ita in promptu res sit. vt eam emptor nõ ignorauerit, a veluti si quis hominem luminibus effossis emat, & de sanitate stipuletur. b nam de cætera parte corporis potius stipulatus uidetur, quam de eo, in quo se ipse decipiebat.

¶ Dolum malum a se abesse præstare uenditor debet, qui non tantum in eo est, qui 2 † fallendi c causa obscure loquitur, sed etiam, qui insidiose obscuré dissimulat. d

Martianus li. 3. regularũ.

LEX XLIIII.

SI duos quis seruos emerit e pariter vno pretio, quorum alter ante traditionem 3 † mortuus est, neque in viuo constat emptio. f

Idem lib. 4. regularum.

LEX XLV.

LAbeo libris 4 † posteriorum scribit, si vestimenta interpolata 5 † quis ꝑ nouis emerit, Trebatio placere, ita ẽmptori præstãdũ qđ interest, g si ignorans interpolata 6 † emerit. quam sententiam & Pomponius probat, in qua & Iulianus est, qui ait, si quidem ignorabat venditor, ipsius rei nomine teneri. h si sciebat, etiam damni quod ex eo contigit, i quemadmodum 7 † & si quis auri chalcum ꝑ auro vendidit 8 † ignorans, tenetur ut aurum quod vendidit, k præstet.

Officialis in loco vbi ad ministrationem gerit, contractus per se vel per aliũ facere non potest. Bart.

Idem lib. sing. de delatorib.

LEX XLVI.

NOn licet ex officio l qđ administrat quis, emere quid vel per se, uel per aliam personam, m alioquin non tantum rem amittit, sed & in quadruplum n conuenitur, secundum constitutionem diuorum 9 † Veri 10 † & Antonini. & hoc ad procuratorem quoque Cæsaris pertinet. Sed hoc ita se habet, nisi specialiter quibusdam hoc concessum 11 † sit. o

Iura realia accedunt rei sine aliqua expressione. Baldus.

Vlpianus li. 35. 12 † ad Sab.

LEX XLVII.

SI aquæductus debeatur prædio: p 13 † ius aquæductus 14 † transit in emptorem, etiam si nihil dictum sit, q sicut & ipsæ fistulæ, per quas aqua ducitur.

Paulus lib. 5. ad Sabinũ.

LEX XLVIII.

LIcet extra r ædes sint,

SI duos.] CASVS. Vendidi Titio duos seruos uno pretio, scilicet pro decem si vnus moriatur, an in superstite remaneat uenditio, quæritur? Et dicitur quod non. Viuianus.

e *Emerit.*] putans vtrumque uiuere, cum unus tantum uiueret.

f *Constat emptio.*] forte quia non esset empturus nisi vtrumque simul, ut infra de in diem addic. quod si unõ. §. Celsus. & insti. ad legem. Aqui. §. his autem uerbis. Alioquin contra, ut infra eo. l. domum. Item contra supra eod quid tamen. Sol hic non crediderunt, licet crediderunt eum uiuere, sed supra sic. Accur.

LAbeo.] CASVS. Vendidi vestimenta mea antiqua pro nouis, emptor, qui putabat esse noua, agere potest contra me, quamuis ego ignorem uetera. Additur, si orichalcum pro auro venderem, quod etiam ignorans teneor vt aurum quod vendidi tradam. Viuianus.

g *Interest.*] scilicet cum melior sit noua uestis, sicut & nouum mancipium, ut infra, de ædil. edict. l. præcipiunt. Accursius.

h *Teneri.*] scilicet actione ex empto quanto minoris esset empturus si sciuisset, ut infra, de ac. empti. Iulianus, in prin. Accur.

i *Contigit.*] vt quia forté uendidit alii, & emptori promisit per eam, si ea inueniret interpolata, ut infra de actio. empt. Iulianus. circa prin.

k *Quod vendidit.*] id est quia putabat uendere, ac si sciisset tunc omne damnum, ut supra proxi. & actione de dolo, non ex empto secundum M. cũ nulla sit venditio. Accursius.

NOn licet.] CASVS. Tutor & curator, & procurator vel quicumque alius non possunt emere, ex officio qđ administrant, aliquid neque per se, neque per interpositam personam & si fecerint, rem emptam amittent, & quadruplum præstabunt. quod etiam est in procuratore Cæsaris: hoc tamẽ nisi specialiter quibusdam certis personis concedatur. Viui.

l *Non licet ex officio.*] vt ab eo cuius gerit officium publicũ uel priuatum, uel etiam ab eo, qui de sua iurisdictione est, ut hic, & C. de contrac. iud. l. i. & supra de cer. pe. l. principalibus. Sed contra. C. eo. cum ipse. Solu. ut dixi supra eo. si in emptione. §. fi. Item contra. infra de admin. tut. l. quoties. §. non tantum. Sed ibi in pecunia mutua speciale, ut tutor sibi possit soluere, & mutuum sumere.

m *Personam.*] C. quod met. cau. si per impressionem sit & in auth. de alien. & emph. §. secundo nos col. 9.

n *In quadruplum.*] quod forte fisco applicatur. ut infra, de iure fisc. l. aufertur § quod a præside.

o *Concessum sit.*] ut lege, ut in casu, qui est infra eod. ti. l. officii. Vel a Principe in priuilegium. hoc tamen uidetur probari. C. de contra. iud. l. 1.

SI aquæductus.] CASVS. Si ductus aquæ cõpetat domui meæ, & eam uendam illud ius transit ad emptorem, etiam si nihil dictum sit, sed & fistulæ, per quas trãseunt, licet extra ædes sint sed & si ductus aquæ non transeat, quia sit tpe amissus, tũ fistulæ & canales ad emptorem pertineant, & h. d. cum duabus ll. sequen. Viuian.

p *Prædio.*] vrbano forte. Accursius.

q *Dictum sit.*] ut infra, de euic. l. pen.

r LIcet extra.] Hic ergo nota, quod ratione accessionis aliquid debetur, ut infra eo. l. fistulas, & inf. de leg. 3. uxori. §. legauerat. & l. cui. & l. prædiis. § pen. & §. fin. & C. de donat. ante nupt. l. si constante. §. pactum. & infra de

Marginal notes: 1 † Flo. vendit. — 2 † Aliter, qui aliquid. — 3 † Fl. conditionem. — 4 † Flo. libro. — 5 † Flor. interpola. — 6 † Flor. interpola. — 7 † Flo. quemadmodum si vas aurichalcum. — 8 † Flor. vendidisse. — 9 † Flo. diui. diuorum. — 10 † Flo. Seueri. — 11 † Flo. concessum. — 12 † Flo. lib. 29. — 13 † Deest ius. — 14 † Flor. de est, ductus.

de act. emp. l. si venditor. §. fin. & dixi supra eodem, qui fundum. §. 1.

a *Quod*] id est, quia. Accursius.

L *Abeo*] CASVS. Vendidi alicui bibliothecam, & ipse emit, & decuriones campani locum vendidissent sibi: si per me stetit quod ipse non impetrauit à campanis quòd locum venderent, an ex uendito agere possim ut soluat pretium? Dixerunt quidam, quòd præscriptis uerbis actio locum habet. dicit Iurisconsul. quòd rectè habet locum actio ex uendito, cum uideatur esse completa conditio, cum per emptorē stetit, quòd non compleatur. Viuianus.

b *Bibliothecam*] id est uas quoddam, uel armarium, in quo libri reponuntur, ut infra de l. 3 librorum, §. sed & si bibliothecam, & habet tres significationes, ut ibi. *

c *Vendidissent.*] id est parati essent, uel uoluerunt vendere, sic ff. de verb. obl. l. si stipulatus fuerim. & sic nō est contra supra eo. l. cum abeo Accursius.

d *Verbis agi*] contra me ut impleatur uenditio, non inspecto quasi non sit impleta conditio, quia pro impleta habetur, ut subijcit, ut supra de contrahen. empt. hæc uenditio. & infra de verborum obli. l. in executione, §. fin. & infra de condi. & demon. l. iure ciuili. Accur.

L *Littora*] CASVS. Si fundus vendatur, & littora, uel uiæ publicæ, uel loca sacra circumstent, illa, cum nullius sint, uenditioni non accedunt, nisi conueniat ab initio, quia tamen à uenditore præstanda est cautio. Viuia.

e *Littora.*] quæ si sint maris, communia sunt, si fluminis, sunt publica. * ut insti. de rerū diui. §. item. Acc.

f *In modum.*] qui est præstandum à uenditore Accursius.

g *Publica.*] scilicet alias autem nō cedunt, ut hic, & inf. de pericu. & commo. l. id quod §. 1. Accur.

1 † Fl. lib. 29.

2 † Duar. dis. sub seq.

3 † Fl. lib. 11.

* Ad intel. huius l. vide Ferr. Gatem in l. iuris. item m. 5 de pact. & Berteng. Fernā. in l pacta conuēta n. 50. infra eo & per Gelo. in l. 8. num. 37. C. de pact.

* Ibi Iuolūt qdā Labeonē hic accipere, Bibliothecā pro libris, eorūque numerum. Pro armario, ãt accipi (non ut uoluit. Acc. hic) sed in l. ...ditum §. instructo. ff de fun. instru.

4 † Fl. lib. 21.

5 † Fl. decis. agro.

* Publica.] nota quod proprie littora maris, Ripæ ãt fluminis, dār. l. pen. §. 1. de acq. rer. do. de ripa habes in l. 5. ff. de flumin.

Vlpianus li. 28. 1 † ad Sab.

LEX XLIX.

ET quanquam ius aquæ non sequitur, quod a amissum est, attamen fistulæ & canales dum 2 † subsequuntur, quasi pars ædium ad emptorē perueniunt. & ita Pomponius lib. 10. putat.

Conditio habetur pro impleta quantum ad illum contrahentem per quem stat. Bald.

Idem lib. 17. 3 † ad edictum.

LEX L.

Labeo scribit, * si mihi bibliothecā b ita vendideris, si decuriones Campani locū mihi uendidissent, c in quo eam ponerem: & per me stet quo minus id à Campanis impetrem, non esse dubitandum quin præscriptis uerbis agi d possit. Ego ét ex uendito agi posse puto, quasi impleta conditione, cū per emptorē stet quo minus impleatur.

Circunstantiæ agri, quæ non sunt iuris priuati, nec cedunt emptori, non computantur in modum agri. Bartr.

Paulus libro 28. 4 † ad edict.

LEX LI.

Littora, e quæ fundo uendito coniuncta sunt, in modū f agri 5 † non computantur, quia nullius sunt, sed iure gentium omnibus uacant, nec uiæ publicæ, aut loca religiosa, uel sacra. Itaque ut proficiant uenditori, caueri solet, ut uiæ, item littora & loca publica g in modum cedant.

Quis non potest vendere ædificia domorum causa discooperiendi, vel demoliendi. Bal.

Idem libro 54. ad edictum.

LEX LII.

SEnatus h censuit, ne quis domum villamve dirueret, quo plus sibi acquireretur, i neve quis negotiandi causa eorum quid emeret, uenderetve, pœna in eum, qui aduersus Senatusconsultum fecisset, constituta, 6 † ut duplum k eius quanti emisset, in ærarium inferre cogeretur; in eum uero, qui uendidisset, ut irrita fieret uēditio. Planè si mihi pretium solueris, cum tu duplum ærario debeas, repetes à me, l quòd m à mea parte irrita facta est venditio. Nec solum huic Senatusconsulto locus erit, si quis suam uillā, vel domum, sed & si alienam uendiderit.

Ad hoc vt dominium transeat in emptorē, paria sunt pretium esse solutum, vel fideiussorem datū, vel esse aliter satisfactū. Bal.

Caius lib. 28. ad edict. prouin.

LEX LIII.

VT res emptoris fiat, nihil interest, utrum solutum sit pretium, an eo nomine fideiussor datus sit. Quod autem de fideiussore diximus, plenius acceptum est, 7 † qualibet ratione uenditori de pretio satisfactū est, ueluti expromissore n aut pignore dato o pinde 8 † sit, ac si pretium solutum esset.

Vlpianus 9 † lib. 1. ad edictum ædilium curulium.

LEX LIIII.

REs bona fide uendita, * propter minimam causam inempta fieri non dēt. p

S *Enatus*] CASVS. Si domum suam distrahat particulatim quis, ut sic plus consequatur, cum hoc à Senatu prohibetur, emptor duplum præstabit fisco. si tamen pretium soluit, repetet à uenditore, quia in persona sua in irritum recidet uenditio, neq; refert uendidit quis domum propriam, an alienam. Viuia.

h *Senatus.*] factum à Viola & Pan consulibus, * ut infra de leg. 1. cætera. §. fi. Accur.

i *Acquireretur*] ex negotiatione, aliàs, id est si ut ponat in alieni domum, licet, ut C. de ædi priua. l. 2. Quādoque non licet, etiam si non fiat causa negotiationis, ut si legauerit quis marmora quæ tunc sunt iuncta uel quæ postea ab hæredibus iunguntur, ut infra de leg. 1. cætera. §. primo, & l. Senatus, primo respon. Econtra quandoque licet, ut infra de donat. inter uirū & uxo. l. Marcellus, & infra de legato primo. Senatus. §. primo. Item ad opus publicum, ut infra de dam. infec. l. fin. Accursius.

k *Duplum.*] imò uidetur quòd in simplū emptor, & in simplū uenditor puniatur, ut infra de dam. infe. l. fi. 2. respon. quæ est contra. Solu. immo concordat si bene intelligatur. Nam si emptor pretium non soluit adhuc, & habet rem, tenetur in duplum, ut hic. Et ratione unius simpli est pœna uenditoris, cum irrita fit quo ad eum uenditio ut hic subijcit. Si autem non habet rem, nec pretium soluit, tunc quilibet in simplum, ut ibi. Si autem & pretium soluisset, & rem non haberet, tunc uenditori in duplum, & erit pœna emptoris ratione unius simpli. Alij dicunt quod ibi utrumque faciebat illicitum contractum, hic emptor solus. Accursius.

l *Repetes à me.*] scilicet pretium quòd dedisti.

m *Quod*] id est, quia.

V *T res.*] CASVS. Si uendo alicui rem, & trado, ad hoc quòd fiat res emptoris, requiritur quòd pretium solutum sit, uel fideiussor datus, pro pretio, uel largius quocumque modo sit facta fides de pretio uenditori, ut quia expromissorem habet, uel pignus. Viuianus.

n *Expromissore.*] interueniente animo nouandi.

o *Dato.*] supple ut perinde &c. & facit supra eodem, quòd uendidit, & institu de rerum diui. §. uendita. Accursius.

R *Es.*] CASVS. Si res bona fide uendatur, & deceptus fuerit emptor, propter minimam causam uenditio facta non rescinditur. Viuianus.

p *Non debet.*] ueluti si ita uendita sit, ut nisi die statuta fuerit

* Dic tu. Aniola & Pansa Cōsanti quinto Imperij Adriani, ut refert Spartian. in eo. & dū allegat §. fin. dicas quòd est princ. legis.

6 † Duas conflat ...

7 † Fl. decis. ...

8 † Fl. pendo.

9 † Fl. Paulus.

* In hac lege Alex. ab Alex. lib. 9. genial. dier. c. 1. uidendus est.

fuerit soluta tota pecunia, res sit inempta. nam licet unus nummus desit ad soluendum, non sit inempta, sed hæc positio reprobatur, ut infra de cond. & demon. l. cum fundus, & infra eo. fistulas, §. qui fundum, & C. de distra. pig. l. quamdiu. & inf. de solutio. l. etiam circa. & inf. de usur. l. tutor. §. Lucius. Dic ergo casum, ut si est deceptus alter contrahentium intra dimidiam iusti pretij, non rescinditur, si autem ultra, rescinditur, ut C. de rescin. uen. l. 2. & l. si uoluntate. Accur.

tereße uenditor tenebitur. Si emptor scit, venditor ignoret, solidum pretium soluit. Si uterque sit in dolo, dolus cum dolo compensabitur. Viuia.

c *Nihil.*] cum sine re quæ ueneat, non possit esse uenditio, ut supra eodem, l. nec emptio. & infra de hære. uendi. l. cum hereditatem.

N*Vda.*] CASVS. Si fingam uendere, cum non uendã, talis dicitur nuda uenditio & imaginaria, unde non ualet, & pro non facta habetur, neque intelligitur res in tali uenditione alienata. Viuia.

1† Fl. lib. 56.

a *Nuda.*] quia fingit uendere, cum non uendat, nec tamen agit ut ualeat tanquam donatio, quia tunc fieret alienatio ex causa donationis, ut C. eodem, l. empti fides, & facit infra eodem, l. cum manu. in fi. & infra de manu, l. 4. §. si ab ignoto. & C. eo. si donationis. Accur.

2† Fl. e uenierit.

S*I quis.*] CASVS. Vendidi ancillam eo pacto ne prostituatur, & si prostitueretur, quod liceret mihi abducere. ille cui uendidi, uendidit emptori secundo, secundus vendidit tertio, & ita per plures uenditores transiu[it] si ab aliquo eorum prostituta fuerit ancilla, an mihi priori uenditori liceat abducere eam, & de quolibet? Dicit quod sic. Viuianus.

b *Potestas sit.*] ut C. si mancip. ita fuc. ali. l. prima, in fine, & infra de ser. expor. l. Titius, & sit uẽditor dominus non ex pacto, sed rei apprehensione sit & infra de usucu. si fur. & l. si pendente. §. fin. Accur.

3† Fl. dess, e.

4† Fl. de hãc quæstionem.

5† Fl. consumptæ.

D*Ominum.*] CASVS. Si res nõ sit præsens quæ distrahitur, puta domus, & combusta sit, aut uterque tã emptor quam uenditor ignorant aut econuerso. Primo casu, aut tota combusta est, aut pars. Secundo casu, aut maior dimidia, & non compellitur emptor implere uenditionem. Si uero minor pars combusta sit, compellitur uenditionem implere, sed minor sit æstimatio, pretio definiendo arbitrio boni uiri, ut decrescat pretium iuxta deteriorationem. Si uerò uenditor sciebat, emptor ignorabat, si tota domus comburitur, nulla est uenditio. Si uero pars, non refert, an maior, an minor, quia ad in-

Idem libro secundo ad edictum ædilium curuliũ.

L E X LV.

NVda a & imaginaria uenditio pro non facta est, & ideo nec alienatio eius rei intelligitur.

Pactum manus iniectionis prosequitur rem penes quemcumque possessorem. Bart.

Idem lib. 60. 1 † ad edictum.

L E X LVI.

SI quis sub hoc pacto uendiderit ancillam, ne prostitueretur, etsi contra factum esset, ut liceret ei abducere, & si per plures emptores mancipium concurrerit, a 2 † ei, qui primo uendidit, abducendi potestas sit. b

Si res, quæ uenditur, nõ subest, non valet uenditio, sed si subest pro parte, valet, & per officium iudicis pretium minuitur, & interesse præstabitur. Bar.

Paulus lib. 5. ad Plautium.

L E X LVII.

DOmum emi, cum eam & ego & uenditor combustam ignoremus, Nerua, Sabinus, & 3 † Cassius nihil c uenisse, quãuis area maneat, pecuniamque solutam condici posse aiunt. Sed si pars domus maneret, Neratius ait in hac 4 † quæstione multũ interesse, quanta pars domus d incendio consumptæ 5 † permaneat, ut si quidem amplior domus pars e exusta sit, non compellatur emptor perficere emptionem, sed etiam quod forte solutum ab eo est, repetat. Sin uero uel dimidia pars, vel minor quàm dimidia exusta fuerit, tũc coarctandus est emptor uenditionem adimplere, f æstimatione boni uiri arbitratu habita, ut quod ex pretio propter incendium decrescere fuerit inuentum, ab eius præstatione liberetur. Sin autem uenditor quidem sciebat domũ esse exustam, emptor autem ignorabat, nullam uenditionem g stare, si tota domus ante uenditionem exusta sit. Si uero quantacumque pars h ædificij remaneat, & stare uenditionem, & uenditorem emptori quod interest, restituere. Simili quoque i modo ex diuerso tractari oportet, ubi emptor quidem sciebat, uenditor autem ignorabat. Et hic enim oportet, & uenditionem stare, & omne pretiũ K ab emptore uenditori, si non depensum est, solui, uel si solutum sit, non repeti. Quòd si vterque sciebat, & uenditor & emptor domum esse totã exustam, uel ex parte, nihil actum l fuisset, dolo inter utramque partem compensando, m & iudicio, quod ex bona fide descendit, dolo ex utraque parte ueniente uenditionẽ 6 † stare non cõcedere.

Papinianus lib. 10. quæst.

L E X LVIII.

ARboribus quoque uento deiectis, uel igne absumptis, dictum est emptionem fundi non uideri esse contractam, n si contemplatione illarum arborum (veluti oliueti) fundus comparabatur, siue sciente, siue ignorante uenditore. Siue autem emptor sciebat, uel ignora-

d *Quanta pars domus.*] idest ædificij, aliàs stricte accepto uocabulo, cum remaneat maxima pars, semper dicetur remanere, ut infra de sol. l. qui res. §. aream. In fine, & sic non esset locus huic distinctioni.

e *Amplior pars domus.*] idest ædificij, ut dictum est.

f *Adimplere.*] contra supra eod. si duos. Sol. ut ibi.

g *Nullam uenditionẽ.*] imò contra, ut supra eodem, si in emp. §. item si. Sol. ibi res subsistebat, licet uitiosa, hic uero error substantię magis impedit uenditionem, quam rei uitium.

h *Quantacunque pars.*] etiam minor, nam in odium decipientis superior distinctio locũ non habet.

i *Quoque.*] quando pars superest. Accur.

K *Et omne pretium.*] etiam pro destructa parte, quia non uidetur deceptus, &c. ut infra de act. emptio. l. prima.

l *Nihil actum.*] si in totum est destructa, non est hæsitatio, quia propter defectum substantiæ est nulla, ut supra eodem, §. sin autem. Sed ubi pro parte, cur non tenet in parte, quę superest? Respon. imò tenet. & quòd dicit nil actum est, quantum ad partem destructam, scilicet est intelligendum, & sic quod iuris est in toto quo ad totum, idem in parte quo ad partem, ut infra de usur. qui scit. *

6 † Fl. dess, uenditionem.

* Adde. l. q. de tota. de scindendo.

m *Compensando.*] ut supra de dolo leg. si duo. & supra de eo per quem fac. est. l. fin. §. pen. Accur.

A*Rboribus.*] CASVS. Si contemplatione arborũ, quæ in fundo erant, fundum emerim, & aliquo casu consumptæ sint, uenditio nulla est, hæc sunt uera, siue sciuerim, siue ignorauerim ego tantum, siue uterque. Viuianus.

n *Contractam.*] quia nihil superest de arboribus, quarum contemplatione fuit facta uenditio, uel forte hic in emptoris erat arbitrio. ut infra de pactis. & commo. l. si post. & infra eo. in uendendo. §. 4.

Dicto

a *Dicta sunt.*] supra l. proxi. Accursius.

CVm venderes.] CASVS. Vendidi tibi fundum, & dixi, non est optimus, nec est maximus, licet seruitutem alii debeant fundo, nihilominus valet venditio. Vi.
b *Cum venderes*] quidam sic de plano intelligunt, quia nō dixi, vti optimus. sic etiam seruum tradere possum, cum transeat cum sua causa, ut infra, de acqui. rerum domin. traditio. & infra eo. l. alienatio. Si autem dixissem, tunc liberum debeo præstare, non aūt quod sibi ab aliis seruiatur, ut inf. de euic. l. pen. & infra, de uer. bo. sign. l. qui vti. Tu dic, quod etiam si nō dicatur uti optimus, tamen liber debet pstari, ut infra, de act. empt. in uenditione, & infra, de euic. l. pe. no. quod si non fiat, quanto minoris erat empturus agit, ut infra, de œdi. edi. l. quoties. Quod hic dicit, conuerte non dixisti, &c. idest dixisti, uendo non uti optimus, &c. & sic me exonero, ut ar. infra, de ædi. edict. l. quæritur. § si venditor.

1 † *Flo. pro.*
2 † *Flor. de obl. all.*
3 † *Fl. lib. 6.*

Comprehensum.] CASVS. Conueni ut quod dolia, Titio venderem, & habebam. &c. Dicitur, quod in electione mea est qua 40 ex eis cadei pstare uelim. Vi.
c *Quæ dare vellet*] dū modo integra det, ut infra, de act. empt. l. pen. §. fin. Item ideo est in potestate debētis, quia in genere est debitum, ut instit. de leg. §. si generaliter, & de act. §. huic. Accursius.

4 † *Alias, in lege.*
5 † *Fl. lib. 20.*

EXistimo.] CASVS. Si velim emere rē meā sub conditione, si desierit esse meā, quia fortè sperabatur non mea fieri, bene possum.
d *Sub conditione.*] sic & stipulatio ualet suæ rei, ut inf. de ver. oblig. l. si rem meā. Accursius coniunge l. existimo, de uer. ob.

6 † *Flor. Regularum.*

QVi officij.] CASVS. Præses prouinciæ in puincia qua degit, aliqd emere n potest, nisi fortè sibi uēdantur prædia quæ fuerint patris sui.
¶ *Qui nesciens.*] Si ignorans emero rem sacram, uel religiosam, uel locum publicum pro priuato, agam ex empto contra vēditorē, licet venditio non ualuit, & agam ut consequar meum interesse.

bat, vel vterque eorum, hæc obtinent, quæ in superioribus casibus de 1 † ædibus dicta sunt. a

Celsus lib. 8. digestorum.

LEX LIX.

CVm venderes b fundum, non dixisti. Ita ut optimus maximusque est, 2 † Verum est (quod Quinto Mutio placebat) non liberum, sed qualis esset fundum præstari oportere. Idē & in vrbanis prædijs dicendum est.

In generali sermone est electio venditoris. Vel sic. Quando certitudo est habēda per viam electionis, est electio debitoris. Bal.

Marcellus lib. 5. 3 † digest.

LEX LX.

COmprehensum [c] erat lege 4 † venditionis, dolia sexaginta emptori accessura, cum essent centum. In venditoris fore potestate responsum est quæ dare vellet c.

Idem lib. 6. 5 † digestorū.

LEX LXI.

EXistimo posse me id quod meum est, sub conditione d emere, quia fortè speratur meum esse desinere.

Officialis non potest emere rem in loco, in quo officium gerit, nisi in casu, & emens rem sacram vel religiosam ignoranter, habet actionem contra venditorem ad interesse. Bar.

Modestinus lib. 5. respon. 6 †

LEX LXII.

QVi officij causa in prouincia agit uel militat, prædia comparare in eadem prouincia non potest, e præterquam si paterna eius a fisco distrahantur.

Qui nesciens loca sacra vel religiosa, uel publica, pro pri

¶ *Res.*] Si rem vendideris ut periculo meo sit, si dolū non commiseris, res periculo meo occidit uel interit. Vi.
e *Non potest.*] nec fortè studio culturæ militiam dimittat, vt C. loc. l. milites, nisi in casu, qui subauditur, quando a fisco distrahuntur, uel etiam ab alio. Item si finita est militia, ut hic, & infra, de re milit. l. milites. Item nec nauem fabricare, nec fabricatam emere, ut ī. & iur. fis. aufertur. §. & a præside. & facit §. eo. non licet. Accur.
f *Non teneat.*] quo ad rem. Accur.
g *Ex empto.*] imò ui detur actione in factum, ut sup. de reli. l. ossa. §. 1. quæ est cōtra. Sol. ut ibi. Accursius.
h *Interfuit.*] ut insti. eo. §. fi.
i *Res in aduersione.*] idest ut omnē aduersum casum suscipiat emptor sic & infra, de peric. & cōmo. rei. uend. l. si quis uina. §. 1.
K *Assignata*] idiam tradita.

7 † *Flor. in auersione, & c. vide Ang. August. lib. 1. c. 3.*

CVm seruo.] Casus planus lest.
¶ *Demonstratione*] Si fundum, quem tibi uendidi, demonstrauero, an uicinos tibi nominare teneat? Et resp. quod nō, nisi hoc conuenisset. Viuianus.
l *Iusserit.*] alii non uenditurus, ut arg. supra de dolo, & elegāter. §. s. ibi, aut nulla &c. & infra de iniur. l. cum qui. §. finalias cuilibet uendere posset, licet unum nominasset dominus ut arg. inf. de oper. nou. nunc. l. 1. §. inde quæritur, & facit ad hoc i. supra manda l. diligenter. Accur.
m *Demonstratione*] idest non tenetur uēdi. nominare conuicinos, ut hic, sed terminos sic, ut inf. de act. empt. l. Titius heres, in quibus si erretur, non nocet, ut in legatis, ut & infra, de lega. 3 patronus. §. 1. & 2.
n *Nominentur.*] idest si promittatur, quod nominabuntur, alias licet unū nominet, alios nominare non tenetur, ut arg. C. de excu. tuto. l. uoluntaria. Item & in alio casu tenetur dicere quando habet malos

8 † *Fl. lib. 9*
9 † *Flor. comp. dedisset.*
10 † *Flo. fi. nes.*
11 † *Flo. de off. autem.*
12 † *Haloander, si non nominentur. vi. Angu. li. 1. c. 3.*
13 † *Flor. nominare.*

natis comparauit, licet emptio nō teneat, f ex empto g tamen aduersus venditorem experietur, ut consequatur quod interfuit h eius, ne deciperetur.

Appellatione periculi cōtinentur etiam casus fortuiti: nimirum hoc, quia veniebant etiam natura contractus. Bart.

¶ Res 7 † in aduersione i empta, si non dolo uenditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam si res assignata k non sit.

SI post] CASVS. Antequam uenderem fundum, quem habebam uænalem, ostendi arbores, an si arbores interim deiectæ erant, postea uendã, ille arbores cedãt emptori? Et respond. quod non. sed si emptor ignoret, ego sciens tenear ad interesse emptori, si ipsum non certioraui. Cætera plana sunt usque ad dictos. Viuianus.

h *Si post inspectum.*] scilicet ab emptore. Azo.

i *Si modo uænit.*] id est si uenditio tenuit. nam quandoque non tenet, ut si contemplatione arborum tãtum emebat, ut supra de contrahenda emptio. l. arboribus Accur.

K *SI in uenditione.*] facit infra de iure dot. si mancipia. Accursius.

l *Non potest.*] sed si ad mensuram uenit, nonne perit periculo uenditoris: ut sup. e. l. 1. §. sed & custodiam. quæ est contra. Sol. ut ibi. Accur.

1 † Flor. in clausa haec uerba () desunt, alias legitur sic, sunt: si pen. condit. res fuerit extincta perimitur enim emptio, sicuti & stipul. & leg. condic. perimuntur sane, &c.
2 † Flo. de ess. ues.
3 † Flor. est.
4 † Flor. de esse.
5 † Te uiuo.
6 † Me mortuo.
7 † Flo. scie.
8 † Flor. uenit.
9 † Flor. lib. 7.

Si uen-

a SI *vendita. Fieri non posset.*] immo quandoque: ut supra de offic. præfec. vig. l. 3. §. primo. In eo, quod ibi ponit plerunque. Solu. ut ibi. Accur.

b *Dominus.*] horum seruorum.

LEctos.] CASVS. Emi lectos: postea positos eos in Via publ. custos ędiū conscidit cuius erit periculum? Distinguitur, aut mihi traditi erant, aut per me stetit, quo minus traderentur: & mihi pereunt. aut non, & tunc uenditori ita tamen in primo casu agam, leg. Aquil. contra ædilem, si non iure hoc fecit. aut ex empto contra venditorem, ut cedatur mihi actio contra ædilem. Cætera plana sunt vsque ad l. serui

c *Lectos emptos.*] in genere, uel ore in specie: ut dices statim in l. quod si neque. Accur.

d *Eum.*] scilicet emptorem.

e *Placet.*] sic, & supra de pign. act. l. fin. §. fin.

f EVmque.] scilicet emptorem. Accursius.

g *Aquilia.*] primo casu, quando fuerant traditi.

1 † *Flor. ecu videt. si tradita essent.*

h *Cum venditore.*] scilicet secundo casu.

i QVod si. *Venditoris.*] Sed nonne post emptionem emptoris debet esse periculum? Respondit, quod si in specie facta fuit venditio, pacto suscepit uenditor periculum: si autem in genere, tunc est planum, quia genus non perit: ut infra ad legem Falcid. in ratione. §. uerum est.

K *Materia.*] scilicet calce uendita ad mensuram.

l *Si minus.*] idest si non tradita esset. Azo.

m *Trabes.*] dominus nemoris duas trabes mihi uendidit.

n *Signasset.*] No. signationem, uel designationem pro traditione haberi: ut hic, & sup. eau. eau.

Factum familiæ non facit transire periculum casus in dominum, quia dominus non tenetur pro suo familiari h. d. facit extra de restit. spol. cum ad sedem. Bal.

Alphenus Varus lib. 2. Dige.

LEX XI.

SI vendita insula combusta esset: cum incendium sine culpa fieri non possit, a quid iuris sit? Respondit, quia sine patrisfamilias culpa fieri pōt, neque si seruorum negligentia factum est, continuo dominus b in culpa erit, quam ob rem si diligentiam venditor eam adhibuisset in insula custodienda, quam debent homines frugi, & diligentes præstare: si quid accidisset, nihil ad eum pertinebit.

De periculo contingente post traditionem, vel post moram emptoris non tenetur venditor: sed de contingente ante traditionem, uel moram emptoris, si fuit in culpa. hoc dicit cum dualus ll. seq.

Paulus lib. 3. ἐπιτομῶν. Alphe. Digest.

LEX XII.

LEctos emptos c ædilis, cum in via publica positi essent, concidit. 1 † si traditi essent emptori, aut per eum d stetisset, quo minus traderentur, emptoris periculum esse placet. e

Iulia. libro 3. ad Vrseium Fero.

LEX XIII.

EVmque f cum ædili, si id non iure fecisset, habiturum actionē legis Aquiliæ: g aut certè cum venditore h ex empto agendum esse, ut is actiones suas, quas cum ædili habuisset, ei præstaret.

Paulus li. 3 ἐπιτομῶν Alpheni, Digestorum.

LEX XIIII.

QVod si neque traditi essent, neq. emptor in mora fuisset, quo minus traderentur: venditoris i periculum erit.

¶ Materia K empta, si furto periisset, postquam tradita esset, emptoris esse periculū 2 † rñdit; si minus, l uenditoris. Videri aūt trabes m traditas, quas emptor signasset. n

Caius libro 2. rerum quotidianarum siue aureo.

LEX XV.

SI vina, quæ in doliis erāt, venierint, eaque ante, quam ab emptore tollerentur sua natura corrupta fuerint: si quid 3 † de bonitate p eorum affirmauit uenditor, tenebitur emptori; quod si nihil affirmauit, emptoris erit periculum: quia siue non degustauit, siue degustando male probauit, de se queri debebit. 4 † Plane si cum intelligeret uenditor bonitatem eorum q non duraturam vsque 5 † in eum diem, quo tolli deberent, non admonuit emptorem, tenebitur ei, quanti eius interesset admonitum fuisse.

Iaboienus lib. 7. ex Cassio.

LEX XVI.

SErui emptor, si eum conductum rogauit, donec p̄tium solueret, nihil per eū seruum acquirere poterit: r quia non videtur traditus is, cuius possessio per locationē retinetur s a venditore; & 6 † periculum eius serui ad emptorem pertinet: quod tamen sine dolo uenditoris interuenerit.

Posterior mora nocet, uel ultima mora illam absorbet. Bar.

Pompo. lib. 31. ad Qu. Mut.

LEX XVII.

ILlud sciendum est, cum moram emptor adhibere cœperit, iam non culpam tantum, 7 † sed & dolum præstandum a uenditore. t Quod si per emptorem, & uenditorem mora fuerit, Labeo quidem scribit, u emptori potius nocere, quam venditori moram adhibitā. Sed uidendum est ne posterior mora ei damnosa sit. x quid enim si interpellauero uenditorem, & non dederit id, quod emeram, deinde postea 8 † offerente illo, ego non acce-

sta. l. 1. §. idem ait. in princ. sed secus in uino, & aliis similib. ut no, ut supra l. 1. §. si dolū. quæ est contra.

2 † *Psi riculū.*

o SI *vina. Venierint.*] scilicet in specie.

p *De bonitate.*] dicendo bonitatem eorum duraturam. & sic nofalsam asseuerationem esse iu culpa ut infra de act. emp. l. Iulian. §. quid tamen. & C. eo. l. dolum.

q *Eorum.*] scilicet ut notum.

3 † *Flo. si quid dem.*

SErui.] CASVS. Emi seruum a te. non habeo pretium ad manum, rogaui te, ut eum mihi precario concederes donec pretium soluerē, quicquid interim acquirit: tibi, non mihi acquirit: & periculo meo erit: nisi fueris in dolo.

4 † *Flor. de hoc.*

5 † *Duar. vsque ad in eum item.*

r *Poterit.*] imò videtur, quod per eum acquirat: ut infra de acquir. poss. l. Iulianus §. possessionem, quæ est contra, ubi dicit, quod si precario tradita sit possessio, ipse emptor possidet: ergo tunc in eodem casu per seruum debet acquirere ex operis: ut infra de acquirenda dom. l. quæsitum. quod hic prohibet? Respon. illa regula tenet in possidentibus ciuiliter, & naturaliter: hic autem emptor non ita possidet, uel ibi fuit vtraq; possessio translata in precario, hic non, uel aliud in seruo ut hic, & aliud in fundo, ut ibi, & pōt esse ratio: ut infra de acquiren. possess. si rem. & l rem quæ in eo, quod homo habet propositum & facit infra precario. l. ea quæ.

6 † *Flor. de eo, &c.*

s *Retinetur.*] sic infra de acqui. pos. l. re pignoris.

t ILlud sciendum. *A venditore.*] ut sup. eo. si per emptorem. Accur.

7 † *Duar. nō culpa, sed dolum maiorē tantum præstandum à ven.*

u *Scribit.*] & bene qn ambo simul eodē tpe sunt in dolo: ut hic dicit, & infra de act. empt. si per emptorem, & pone, ne ibi non secus, si diuersis, ut hic subiicit.

x *Et damnosa sit.*] qui eam commisit. Acc.

8 † *Flor. ut offerente.*

Nostre-

a *Nocere.*] vt etiam periculo rei liberetur. & sic posterior mora nocet: vt hic, & infra de iu. dot. si rem. & infra de ver. oblig. si seruum. §. sequitur. & l. inter dum. § fi. adeo, vt etiam debitor emptori personaliter obligatus non teneatur si obligatam pecuniam perdiderit: vt infra de exce. doli l. si opera. & inf. de solu. l. qui decem. in princip. & infra de manu. test. qui filiũ. §. itaq; Sed contra. sup. de cond. fur. l. si. vbi non liberatur, licet res intereat. Sed ibi nõ obtulit, secus si obtulisset, vt in eo. tit. l. parui. Item contra inf. de sol. creditor. Sed hic non obtulit congruo loco, & tempore: vt in eo. tit. si soluturus.

1 † *Flo. in integro.*

b H *Abitationum.* Casus est, vendidi domum, in qua secundum voluntatem defuncti, cui successi, debebã habitationem libertis, & cum hoc pacto vendidi, & sic minori pretio tunc subito liberti mortui sunt, non tamẽ plus pretij, vel aliud petã ab emptore.

c *Super*] idest præter.

d *Ante pretium.*] quod venditori dabatur.

e *Solutum*] ab emptore, habita tamen fide de pretio. aliàs non transiret dominium: vt sup. de contrahen. empt. quod vendidi.

f *Quæstione mota.*] extra iudiciũ. & sic imminebat in limine contractus euictio: vt C. de eui. l. si post perfectam. & Ti. tit. j. l. fi.

2 † *Fl. deest, nomine. sed sub intelligi debet. Aug. lib. 2. e. 1.*

* *ad intel. huius l. vi. Petr. Rebuff. in l. vnica. nu. 519. C. de senten. quæ pro eo, quod inter.*

g V *Enditori. Potuit.*] de hoc no vt inf. de act. empt. l. sterilis. §. cum per venditorem.

3 † *aliâs, vænient. vt in indi. tit. 4 † aliâs, additur, aut ne prostituatur.*

h DE SERVIS EXportandis, &c.

De ista prima parte tractatur inf. eod. l. ij. et l. cum pacto. Ac] *Pactiones autem hoc tit. enarrantur, quæ in seruorum venditionib. adijci solent, quas declarat, & ponit, quæ*

perim? Sanè hoc casu mihi nocere deberet. Sed si p emptorem mora fuisset, deinde cũ omnia integra [1] † essent, moram venditor adhibuerit, cum posset se exoluere: æquum est posteriorem moram venditori nocere. [a]

Papinianus libro 3. respon.

LEX XVIII.

HAbitationum [b] oneribus morte libertorum finitis, emptor domus ob eam causam venditori non tenebitur, si nihil aliud conuenit, quam vt habitationes secundum defuncti voluntatem super [c] pretium libertis præstarentur.

Quando in limine contractus emerserit periculũ euictionis, tenetur venditor satisdare pro euictione. Bart.

¶ Ante pretium [d] solutum [e] dominij quæstione mota, [f] pretium soluere emptor non cogitur, nisi fideiussores idonei à venditore eius euictionis nomine [2] † offerantur.

Herm. li. 2. Iuris ἐπιτομῶν.

LEX XIX.

VEnditori [*] si emptor in pretio soluẽdo moram fecerit, vsuras duntaxat præstabit, non omne omnino, quod venditor mora non facta consequi potuit: [3] veluti si negotiator fuerit, & pretio soluto ex mercibus plus, quàm ex vsuris quærere potuit.

TITVLVS VII.

De seruis [h] exportandis, [i] vel si mancipium, ita vænierit, [3] † vt manumittatur, [4] † vel contra.

Quis potest renunciare ei, quod in sui fauorem introductum est. vel sic: Pacto prohibitorio potest renunciari ab eo, cuius fauore fuit introductum. Bal.

Vlpianus li. 32. ad edictum.

LEX PRIMA.

SI fuerit distractus seruus, ne aliquo loci [k] moretur: qui vẽdidit, in ea conditione est, vt possit legem remittere, & [5] † Romæ ipsum [l] retinere: [m] quod & Papinianus lib. 3. respondit. Propter dominij enim (inquit) securitatem custoditur lex, [n] ne periculũ subeat. [o]

Dispositio limitata limitatum producit effectũ. h. d. Et ad hoc allegatur ista l. Bal. Idem habetur in l. cum seruo. sup. de contrah. emp.

Martianus li. 2. Publicorum.

LEX II.

EXportandus ab Italia si vænierit, in puincia morari [p] potest: nisi specialiter prohibitum fuerit.

Quando ex contractu innominato venit quærendũ ius tertio: ibi habet locũ pœnitentia. Bal.

Paulus lib. 50. ad edictum.

LEX III.

SI [*] quis hac lege vænit, vt intra certum tempus manumittatur: si non sit manumissus, liber fit: si tamen, is qui vendidit, in eadem voluntate perseueret, [q] Hæredis enim [6] † voluntatem non esse [r] exquirendam.

Vbi est inhabilitas personæ à principio: actus non potest confirmari, licet conferatur in tempus permissum. Bald.

Marcellus libro 24. digestor.

LEX IIII.

SI minor [*] viginti annis seruum tibi in hoc vendiderit, & tradiderit, [7] † vt eũ manumitteres: nullius momenti est traditio: [s] quanquam ea mente tradiderit, vt cùm viginti annos ipse explesset, manumitteres. Non enim multum facit, quòd distulit libertatis præstationem. lex quippe consilio eius quasi parum firmo restitit.

sit. Cuia. in paratitl. ad ipsum.

i *Exportandis.*] adhuc ponit de qbusdam pactis, q̃ fiunt in venditionib. seruorum.

k S *I fuerit. Loci.*] puta Romæ, vel Bononiæ, vel alia ciuitate: vt no. inf. eo. l. cui pacto. Accur.

5 † *Flo. ipse Romæ retinere.*

l *Ipsum*] aliàs ipse.

m *Retinere.*] l. per emptorem.

n *Lex*] idest pactio apposita in venditione: adeo ei renunciare potest: vt subijcit.

o *Subeat.*] fortè vxoris, & sic potest renunciare suo iuri: vt C. de ser. expor. l. ij. in fi. & supra de lege cõ. l. ij. & iij. & C. si man. ita fue. alie. ne pro l. j. §. j. Argu. contra. infra qui sine ma. ad liber. l. j. Accur.

p E *Xportãdus. Morari.*] non tamen in sua ciuitate: vt infra de inter. & re. l. relegatorum. §. cõstitutũ est. n. Azo.

q S *I quis hac. Perseueret.*] potest ergo pœnitere: vt hic innuit, & C. si man. ita fue. alie. vt ma. l. fi. in fi. & sup. man. l. si hominem. Sed contra. inf. eodem, l. quæsitum. & infra qui sine ma. ad li. l. j. Solu. si apponitur gratia venditoris tm̃, obtinet, qd̃ hic. si gratia emptoris, vel vtriusque, obtinet, quod in cõtrarijs, vt discedi non possit voluntate venditoris: vt C. de ac. & obl. l. sicut & est pro hac solutione ar. T. de pac. si cũ fundus. in fi. sit autem gratia vnius eorum, vel vtriusque, quia fortè alteri, vel vtrique est consanguineus, & affectionis ratio habetur in bo. fid. iudicijs: vt sup. man. l. cum seruus.

* *Cum l. ista iunge l. quoties. C. de don. q̃ sub modo. & l. si Roma. §. Flauius. ff. de ver. obl.*

6 † *Fl. deest, enim.*

r *Non esse.*] hoc casu. aliàs autẽ quandoque sic: vt inf. de don. inter virum & vxo. sed interim. §. si vxor.

* *ad intel. huius l. vi. Cret. in l. si constante. nu. 31. Solu. mat. & in l. 1. §. nuntiatio. nu. 78. de no. oper. nunci.*

7 † *Fl. deest, & tradiderit.*

s S *I minor. Traditio.*] vt supra de mino. l. verum. §. quod si minor. & C. qui.

& de ædil edi quæritur. §.si venditor. & C.cred.euic.pig. non deb l si. Sed ar. contra infra de accep. l. an inutilis. j. respon.& infra quib.mo pig.vel hyp solu. l.sicut. §.non videtur.& facit supra de contrah emp. l.ea quæ.

a Quòd si. Liberabitur.] i.non tenetur, & ita impropriè ponit, vt infra de ver. obl. l.decem. Accur.

1† Duar. etsi nō ita.

Qui filijfamilias] CASVS Vendidi id quod debet mihi quidam filiusfam Dicitur q ego debeo præstare actiones, quas habeo contra patrem.

2† Fl.dēt.

¶ Si hæreditas.] Si vendo alicui hæreditatem debeo tibi tradere omnes res hæreditarias, neq; interest quanta fuerit hær. nisi nominatim actum fuerit. & ff.d. cum i.seq.

3† Fl.liberatur.

4† Fl.deest. &.

b Nomina.] i. actiones, quas habet contra filium, debet præstare de pecu.

5† Fl. venierit.

c Cum patre.] quia accessorias, vt infra eo. l.antep.& s.de publ. l.si ego. §.idem ait.

d Tradere.] sic & supra eod l.2.§ peruenisse. Accur.

e Nisi de substantia. Affirmauerit.] sic & j.de ædi. edi. l.si quid §.si & infra de euic. l.seruū venditor.

Si quasi hæres.] CASVS. Vendidi tibi hæreditatē quasi hæres, cum mihi esset restituta ex Senatusc. Treb teneor tradere emptori quanti sua interest propter Falcidiam ab hærede retentam. Viuia

f Quanti interfit emptoris.] f. pp Falcidiā quam modo nō hēt emptor, quia penes hæredem rogatū remansit, vt insti.de fideic. hæ. §. restitutā. idem pp iura sepulchrorum, & operas libertorum im quosdam, vt j.ad Treb. si patroni. & l quia per inde.§ j sed hoc non placet, quia non pertinent ad emptorē, sicut nec ad fideicommissa. vt ibi dicitur.

Nomina.] CASVS Si habeam debitorem sub conditione vel in diem, talia nomina bene possum vendere. Vi.

6† Fl. Iabunus. lib. 85. Digest.

g Potest.] vt C. de do.l spem ergo & pignorari, vt infra de pi.l.sed & quod. §.j. Accursius.

Paulus lib. 14. ad Plautium.

LEX XII.

Quòd si sit hæreditas, & 1† non ita conuenit, vt quicquid iuris habet venditor, habere emptor, tunc hæredem se esse præstare debebit. 2† Illo vero adiecto, liberabitur 3† venditor, & 4† si ad eum hæreditas nō pertineat.

Idem lib. 33. ad edictum.

LEX XIIII.

Qui filijfamilias nomina b vendidit, actiones quoque, quas cum patre c habet, præstare debet.

¶ Si hæreditas veneat, 5† venditor res hæreditarias tradere d debet. Quanta autem hæreditas est, nihil interest.

Caius lib. 10. ad edict. prou.

LEX XV.

Nisi de substantia eius affirmauerit. e

Venderis tanquam hæres cum sit fideicommissarius vniuersalis, tenetur ad interesse emptori. Bal.

Paulus lib. 33. ad edictum.

LEX XVI.

Si quasi hæres vendideris hæreditatem, cum tibi ex Senatusconsulto Trebelliano restituta esset hæreditas, quanti intersit emptoris f teneberis.

Vlpia. lib. 43. ad edictum.

LEX XVII.

Nomina eorum, qui sub conditione vel in diem debent, & emere & vendere solemus. ea enim res est, quæ emi & venire potest. g

Si vnus ex pluribus hæredibus pecuniam, quæ à testatore sub pœna debetur, soluit, & hæreditatem alijs hæredibus vendit, potest illud solutum ab emptore repetere. Bal.

Alphenus 6† lib. 5. digest.

LEX XVIII.

Si ex pluribus hæredibus vnus, antequam cæteri adirent hæreditatem, h pecuniam, quæ sub pœna debebatur à testatore, omnem soluerit & hæreditatem vendiderit, nec à cohæredibus suis propter egestatem eorū quicquam seruare poterit, cum emptore hæreditatis vel ex stipulatu, i vel ex vendito rectè experietur. Omnem enim pecuniam hæreditario nomine datam k eo manifestius est, quòd in iudicio familiæ erciscundæ deducitur, l 7† per quod nihil amplius vnusquisque à cohæredibus suis consequi potest, quàm quod tanquam hæres impenderit. m

Idem lib. 25. digestorum.

LEX XIX.

Multum interest, sub cōditione aliqua obligatio n veneat, an cum ipsa obligatio sub conditione contracta 8† sit, purè veneat. Priore enim 9† casu deficiente conditione, nullam o esse venditionem, posteriore vero statim venditionem consistere. Nam si tibi Titius decem aureos 10† sub conditione debeat, & ego abs te nomen eius emam, cōfestim ex empto & vendito agere potero, vt vel acceptum p ei facias.

Africanus libro 7. quæst.

LEX XX.

Si hæreditatem q mihi Lucij Titij vendideris, ac post debitori eiusdem hæres existas, r actione ex empto teneberis. s Quòd simplicius 11† in illa propositione procedit, cum quis ipse creditori suo hæres extiterit, & hæreditatem vendiderit. t 12†

Ista lex secundum glo. habet tres partes, per quas ponit casum. quæ lex est no. & menti tenenda. & hoc dicit. Vbi venditur vniuersitas, pretium succedit loco rei. sed vbi venditur, vel quasi venditur res singularis, pretiū, vel pœna ab alio exacta loco rei non succedit, nec est propriè in obligatione. Bal.

Si ex pluribus.] CASVS. Plures erant hæredes, vnus ex illis soluit æs alienū, quod testator sub pœna soluere tenebatur, & vendidit hæredi. neq; pōt aliquid de eo qđ soluit consequi a cohæredibus pp inopiam eorum an ab emptoribus consequatur? Dī q sic. & inducit ar. q posset filius consequi p iudicium familiæ erciscūdæ de eo, quod tanquam hæres impendisset Viuia.

h. Hæreditatem.] s. totam cohæredibus ratum habentibus.

i Stipulatu.] emptæ & venditæ hæreditatis, vt infra eo l venditor ex.

K Datam.] scilicet esse.

l Deducitur.] scilicet pecunia dicta.

7† Fl. dicētur.

m Impenderit.] vt supra fam erc & puto. §.si dolo. & l.q erat. sed cōtra l. hæredes. § si filius. Sol speciale est in filijs, vt ibi. Accursius.

Multum.] CASVS. Si vendā alicui id. quod mihi pure debetur, sub cōditione, venditio nō est antequam conditio existat. sed si vendam purè id, quod mihi sub cōditione debetur, emptio statim situr. & statim potest agi ex empto, saltem vt acceptum debitori meo faciā. Viuianus.

8† Fl. deest. contracta.

9† Fl. deest. enim.

n Obligatio] pura.

o Nullam] sic sup de contrah. emp. si quis fundum.

10† Fl. deest. aureos

p Acceptum.] sic j. manda. idemque. §. si cui.

Si hæreditatem.] CASVS Vendidisti mihi hæreditatem Lucij, & postea extitisti hæres debitori eius, an tenearis mihi per act. ex empto præstare debitum? Dicitur quod sic, & illud magis expeditur in alia quæstione, cum venditor succedat suo creditori, & ita hæredi. vendat, quia illud debitum tenetur p̄stare per actiones ex empto Viuia.

11† Fl. simplicius it in illa.

12† Fl. vendidit.

q Si hæreditatem.] eiusdem Lucij Titij.

r Existas.] & sic ex factus debitor hæreditatis.

s Teneberis.] sic sup. de pec. l. si creditor. j.resp sic ecōtra agit ex vendito si creditori successit. vt infra eo.l.pe. & ibi sup proxi.

t Vendiderit.] nam & hic.

& hic tenetur ex empto, quia debitor est hæreditatis ex præterito. Accursius.

V *Enditor.*] CASVS. Vendidi hæreditatem, & interposui stipulationem de eius restitutione, quod ad me de hæreditate perueniret. persecutus sum postea rem hæreditariam vendidi eã alij. quæritur, an teneat ad rem, an ad pretium? Dicitur q stipulatio bis non cõmittitur. idest, non datur ad rem, & ad pretium. vnde si fuerit stipulatio interposita post venditionẽ rei, venit pretium in stipulatione. si ante, venit ipsa res, licet idem non sit in eo, qui mihi promisit Stichum, quod non tenetur eo mortuo ante moram, licet superiori casu teneatur, quia in casu superiori videtur ille potius gessisse negotiũ emptoris, quam ipsius hæreditatis. Sed hoc non cadit in venditione rei singulari, in tali exemplo: Vendidi tibi Stichum eo nondum tradito, vendidi eum alij, & tradidi eum. mortuo eo ante moram non teneor priori emptori, nisi moram in tradendo commisi, neque etiam teneor ad pretiũ, cum illum non propter rem, sed propter negotiationẽ hominis venditi habeam, quia tenebar ad rem, non ad pretium vel ad actio in hæreditate, aliud est in supradicta ratione, quia si quid tanquam hæres habeo, teneor hoc præstare emptori hæreditatis, quanquam illius negotium gessero, sicut fundi venditor si fructus percipiat, tenetur eos restituere ratione bonæ fide., & tamen si neglexit, non tenetur, nisi culpa obijci potest de hoc. Sed ponamus quod eam rem, quam vendidi, petij alio possidente, & litis æstimationem accepi, quia rem debebam, & non actionem sed si duplũ habuit res furtiua, vel vt detectas, mihi emptori debebit. nam si desinat venditor possidere sine culpa, liberatur p̃stando actionem, quam habet pro se nam aream tradendo exusto ædificio liberatur venditor. h. d. Vel dic aliter casum, vt in gl. seq.

a *Venditor.*] Diuiditur hæc lex in tres partes. Prima est, vendidit mihi Titius hæreditatẽ, & interposita est stipulatio emptæ & venditæ hæreditatis, deuenit ad Titiũ q̃dã res hæreditaria, quam vendidit, & pretium habuit. quęrit quid veniat in stipulationem? & distinguit, quia si post stipulationẽ deuenit dicta res & pretium eius ad Titiũ, vtrunq; venit committendum, sed nõ petendũ. si aũt prius vendidit, tunc tũ pretium venit, licet res interierit. Sed a pars est, quod hæc non sic seruantur in re singulari mihi vendita, & non tradita, & postea ab eodẽ alij vendita. nã nec res, nec pretiũ venit si res interierit, & sic quasi ex sua negotiatione venditor pretiũ lucratur, nec pot. fingi vt negotiũ gerat primi emptoris, sicut in hæreditate si aũt posset dici, certè & tunc idẽ diceretur, vt ponit de fructibus. Tertia pars est, vt qđ dixi in re singulari vẽdita, vel quasi vendita, vel promissã, si postea alij vendatur, vt quia litis æstimationem accepit venditor à possessore, cum culpa desierit possidere furto vel violentia. vel se non possidente vendidit primo emptori, & postea petijt sibi quod habuit litis æstimationem ab alio. nam non venit illa litis æstimatio in actione ex empto, nec aliqua actio est cedenda pœnalis, vel alia, sed res si extat, vel æstimatio, seu interesse si non extat. cum culpa desijt possidere, alias si non culpa, tunc non rem vel æstimationem, sed actiones tantum, quia eas habet, dare tenetur, quando scilicet res extat, aliàs nullo modo, imò pretium lucratur, vt prius dixi.

b *Ex hæreditate.*] idest de rebus hæreditarijs. Accursius.

Paulus lib. 16. quæstionum.

L E X X X I.

V Enditor [a] ex hæreditate, [b] interposita stipulatione, [c] rem hæreditariam consecutus, [1]† alij vendidit. quæritur, quid ex stipulatione prestare debeat? nam bis vtiquẽ non committitur [d] stipulatio, vt & rem & pretium debeat. Et quidem si postea, quam rem vendiderit hæres, intercesserit stipulatio: credimus pretium in stipulationẽ venisse. Quòd si antecessit [e] stipulatio, deinde rem nactus est, tunc rem debebit. [f] Si ergo hominem vendiderit, [g] & is decesserit, an pretium eiusdem debeat? [h] Non enim deberet Stichi promissor, [i] si eum vendidisset mortuo eo, si nulla mora præcessisset. [k] [2]† Sed vbi hæreditatem, [3]† & postea rem ex ea vendidi, potest videri vt ipsius [l] negocium potius [4]† agam, quam [m] hæreditatis. Sed hoc in re singulari non põt credi. [n] [5]† Nã si eundem hominem tibi vendidero, & necdum tradito eo, alij quoque vendidero, pretiumque accepero: mortuo eo videamus, ne nihil tibi debeam ex empto; [o] quoniam [6]† moram in tradendo non feci. Pretium enim hominis venditi, non ex re, sed propter negotiationem [p] percipitur, & sic fit quasi alij non vendidissem. [q] tibi enim rem debe-

c *Interposita stipulatione.*] quòd si quid ad eum perueniret, emptori restitueret, & econtra emptor promitteret, quod damna, quæ trahet venditor occasione hæreditatis, restituet ei, quæ stipulatio appellatur emptæ & venditæ hæreditatis, vt infra de leg. 3. quisquis sed an cum fideiussore? Respon videtur quod sic, vt supra l. a. in fi. j. respon. Accursius.

d *Non committitur.*] quantum ad effectũ, scilicet vt rem & pretium consequi possit. hoc enim esset iniquum, vt infra de ac. emp. l. emptorem §. fina ibi, neque enim bo. fi. vt infra de reg. iu. l. bona fi. committitur tamen in his, vt res vel pretium petatur tantum, quod est necesse eo casu quando res interijt, vt infra subijcit. nam & rem & pretium habuit post interpositam stipulationem. & sic ad vtrunque committitur, non vt vtrunque exigatur. sed & non interposita stipulatione alterutro modo posset agi actione ex empto, vt infra de vsur. si stipulatus § fi. Ad quid ergo interponitur? Respon quia quæ specialiter, &c. vt infra de inu. item apud § hoc edicto.

e *Quòd si antecessit.*] vt in nostra quæstione.

f *Debebit.*] vel pretium, etiam si res extet, vt innuit statim. Accursius.

g *Vendiderit.*] post hæreditatem venditam, & stipulationem interpositam.

h *An pretium eius debeat.*] videtur quòd non.

i *Promissor.*] idest venditor. vt subijcit. vel propriè supplẽ pretium vel æstimationem.

k *Præcessisset.*] vt hic, & infra de verborum obligat. si ex legato. & l. seq. & idem si manumiserit ante moram, & postea decessit. vt infra de ac. & obli. l. is, qui ex stipulatu. sed in casu præmisso aliud est, vt subijcit. sed vbi hæreditatem &c. Accursius.

l *Ipsius.*] scilicet emptoris & quod dicit potius, superfluit, vel electiuè, vel legas comparatiuè & sic vtriusque negotium gessit, non autem electiuè. Accur.

m *Quam hæreditatis.*] est enim quædam vniuersitas, & sic repræsentat personam. Accur.

n *Non potest credi.*] quòd in hæreditate dictum est, vt fingam gerere negotium emptoris, nisi in casu. & tunc idem est quod hic dicit in hæreditate. & infra ea. l. ibi, quemadmodum fundi venditor &c.

o *Ex empto.*] & vtique nihil, quoniam moram &c.

p *Propter negotiationem.*] sic & hæres, quia agit de sepulc. vio. non enim hæreditatem agnoscit. ex sua enim astutia eam exercet. vel ad vindictam non autem tanquam hæreditariam, vt infra de sepulc. vio. l. penult. sic etiam si hæres inopem hæreditatem multum vendidit, non prodest legatarijs, cum ex sua negotiatione vel emptoris stultitia habere videatur, vt infra ad l. fal. l. a. in princ. & § j. sic & supra man. l. i. a. vt omnes § j. & supra de pecu. eo tempore. § fin. in fine & infra de dam. infect. damni in fine. & infra solu. matrim. si vero. § item quicquid. Sed quidam de æquitate dant pretium primo emptori, vt supra si certum petatur, l. si eum seruum. Sed certè ibi iam erat res illius, cuius pretium redditur. Item, nonne crimen falsi committit, vt infra de fal. qui duobus, ergo ex eodem facto nõ debet pœnam & præmium consequi. vnde ex his approbo hanc opinionem, quod pretium debet dari priori emptori, quod à secundo emptore acceptum est, vt facit venditor vini, vt infra de peri. & com. l. j. § licet. & arg. C. de iud. l. placuit.

q *Non vendidissem.*] vt enim liberaret rei interitu, si ego possiderem, sic & nunc, vt hic, & supra de noxa. ele-

nuu a ctio.

1† Fl. prosecutus.

2† Fl. processisset.

3† Duar. hæreditatẽ vendidi, eo postea.

4† Flo. deest, potius. & alias. vt tam ipsius negotium agã, & vi. An to. August. lib. 4. c. 7. Duar. autem. vt negotiũ eius agã, quã.

5† Dici.

6† Aliàs, qui.

ctio. §. si is quem. Accursius.

a *Quemadmodum.*] bona est similitudo, vt enim venditor fundum colendo, & fructus percipiendo in meo. i. mihi debito, meos facit. ita & ille meum vel meæ hæreditatis gessit negotium. Azo. & ideo dicit bo. fi. ratione, quia secus esset si cõtractus esset stricti iur. vt infra de vsur. l. videamus § si actionẽ. & § ex causa. & §. pce.

b *Argueretur.*] vt q a fructus maturos patiatur corrumpi, vel habet eos, & nõ reddit, vt infra sol. matrim. l. si mora. Accursius.

c *Vendidi.*] priori emptori. Accur.

d *Possidente.*] & no. hic culpam in hoc q vendidi rem, quam non possidebam, vt sic tenear ad rem, vel ad interesse, non ad actionẽ, sicut si possiderem tempore venditionis, & postea p culpam desij possidere, vt furto, vbi similiter teneor ad rẽ, vel ad interesse. secus si sine culpa, q a tunc tantum ad actionem non rem, vel æstimationem, quia eam nõ habeo, sed actionẽ habeo, vt infra subijcit, nã & si sine, &c. Accursius.

e *Petij.*] à possidẽte.

f *Abstulero.*] i. accepero. s. per iudicem. sic infra de fur. qui vas. in prin.

g *Hoc.*] s. duplum. Accursius.

h *Ad emptorem.*] imò videtur cedenda, vt infra de fur. eñ qui. in prin. & supra de contrah. emp. qđ sæpe. §. si res. quæ sunt contra Solu. ibi loquitur cum sine culpa desiit possidere & ideo non tenetur ad rem, oneratur ergo saltem in hoc, vt cadat in actionẽ, etiam pœnalem. Vel si exegerit pœnam, reddet eam. sed hic, quia culpa desijt possidere, tenetur ad rem, vel æstimationem, & ideo retinet omnes pœnas. & secundum hoc reuertens non fuit admissus in litem vtiliter intrare volens. vel etiam vtiliter deiectum restituit, vel hic surrepta ante venditionẽ. & ideo pertinet pœna ad venditorem, vel loquitur ibi cum venditor non potest rem præstare.

i *Pertinebit.*] scilicet res.

k *Nam.*] bene dico rem deberi vbi fuit in culpa quia & vbi non fuit, tenetur ad aliquid i. ad cedendum Accur.

l *Actiones.*] hoc si non habuit litis æstimationem, & sic nec vendidit. Sed quid tunc cum cedere non possit? Resp. in hoc commisit culpam. & ita ad æstimationem vetam

1 † Fl. præstet.

2 † Flo. nisi si.

3 † Fl. actionem.

4 † Flo. Et si vi deiectus.

5 † Flo. desinere.

6 † In nonnullis exempl. additur, nec.

7 † Fl. alteram.

bam, non actionem. At cum hæreditas venit tacitè hoc agi videtur, vt si quid tanquã hæres feci, id præstem emptori, quasi illius negotiũ agam, quemadmodum [a] fundi venditor fructus præstaret [1]† bonæ fidei ratione, quamuis si neglexisset vt alienum, nihil ei imputare posit, nisi [2]† culpa eius argueretur. [b] Quid si rem, quam vendidi, [c] alio possidente [d] petij, [e] & litis æstimationem accepi, vtrum pretium illi debeo, an rem? Vtique rem. non enim actionem [3]† ei, sed rem præstare debeo. Sed [4]† si aut vi deiectus, vel propter furti actionem duplum abstulero, [f] nihil hoc [g] ad emptorem [h] pertinebit. [i] Nam [k] si sine culpa desijt possidere [5]† venditor actiones [l] suas præstare debebit, non rem, & sic [6]† æstimationem [m] quoque nam & aream tradere debet [n] exusto ædificio.

Donec soluatur pretium, potest res vendita loco pignoris retineri. Bal.

Scæuola lib. 2. responsorum.

LEX XXII.

Hæreditatis venditæ p̃tium, p parte accepi [7]† reliquũ emptore non soluente, quæsitum est, an corpora hæreditaria pignoris nomine teneantur? Respondit, nihil proponi cur non teneantur. [o]

Ille, qui vendit actionem, tenetur cedere non solum ius quod habet contra principalem, sed contra fideiussores. Bal.

Hermo. lib. 2. iuris ἐπιτομῶν.

LEX XXIII.

Venditor actionis, quam aduersus reum principalem habet, omne ius, quod ex ea causa ei competit tam aduersus ipsum reum, quàm aduersus intercessores huius debiti, cedere debet, [p] nisi aliud actum est.

¶ Nominis venditor quicqd vel compensatione, vel exactione [q] fuerit consecutus, integrum emptori restituere cõpellitur. [8]†

Ab emptione facta cum filio solo super re particulari potest recedi, etiam pacto, inito cum solo patre. Bal.

Labeo lib. 4. posteriorum à Iaboleno epitomatorum.

LEX XXIIII.

Hæreditatem Cornelij vendidisti, deinde Titius, [9]† cui à te hærede Cornelius legauerat, prius quàm legatum ab emptore perciperet, te fecit hæredem. Rectè puto ex vendito te acturum, vt tibi præstetur, quo [10]† ideo minoris [r] hæreditas venierit, vt id legatum præstaret [s] emptor. Nec quicquam interfit, vtrum Titio, [11]† qui te hæredem fecerit, pecunia debita sit, an legatario. [t]

Idem libro 2. πιθανῶν.

LEX XXV.

Si excepto fundo hæreditario veneat [12]† hæreditas, deinde eius fundi nomine venditor aliquid acquisierit, [u] debet id præstare emptori hæreditatis. Paulus. Imò semper quæritur in ea re, qd actum fuerit. si autem id non apparebit: præstare eam rẽ [x] debebit emptori venditor. nã id ipsum ex ea hæreditate ad eum peruenisse videtur, non secus ac si eum fundum in hæreditate vendenda non excepisset.

tenetur, vt argumen. infra de sol. l. Stichum. §. penultimo. Accursius.

m *Et sic æstimationem.*] repete, præstare non debet, sed id tantum quod habet. i. actiones, sicut & in area sequitur.

n *Debet.*] scilicet tantum, cum non habeat plus.

Hæreditatis.] CASVS. Vendidi hæreditatem, soluit emptor mihi partem pretii, aliam nõ soluit. quæritur, an p reliquo pretio teneantur res hæreditariæ loco pignoris. Dicitur quòd sic.

o *Cur non teneantur.*] vt j. de ac. emp. & vẽ. l. Iul. § offerri & arg. C de dist. pi. quãdiu. Accursius.

Venditor.] CASVS Qui vendidit hæreditatem, debet cedere actiones, quas hẽt contra reũ principalem, & contra eius fideiuss.

¶ *Nominis.*] Qui vẽdit nomen, siue percipiat aliquid in cõpensando, siue exigẽdo, vel quocunque modo, debet præstare emptori. Viuia.

p *Debet.*] vt sup. eo. qui. l. ij. in prin. & l. emptori. Accur.

q *Vel exactione.*] quã pot facere dominus, nisi in tribus casib⁹, vt C. de noua. l. 1. & supra de procu. l. per procuratorem.

Hæreditatem.] CASVS. Cornelius instituit me hæredem, & à me Titio legatum reliquit. vẽdidi hęreditatẽ mihi delatam. Titius, cui erat legatũ relictũ, me hæredẽ instituit antequam ab emptore legatum perciperet, agere potero ex vendito: quia tanto minus hæred. vendidi, quod emptor legatum soluere tenebatur. neque refert an dẽat pecuniã tanquã creditor ex cõtractu, an vt legatarius. Viuianus.

r *Minoris.*] sic sup. de ser. expor. si vẽditor. §. fin. & sup. de contrahen. emp. fundi. Accursius.

s *Præstaret.*] scilicet legatum.

8 † Fl. compellatur.

9 † Fl. Actium.

10 † Fl. quo ideo eo minus hereditas. alias, quando eo minus hæreditas.

11 † Fl. Actio.

12 † Fl. veneat.

t *Legatario.*] q d an vt creditori ex contractu, an vt legatario & facit. supra eo si hæreditatem. Accur.

Si excepto.] CASVS Vẽdidi tibi hẽditatẽ excepto fundo hẽditario occasione cui⁹ aliqua sum cõsecut⁹ hoc tibi teneor p̃stare, & perinde ac si fundum nõ excepissem. Vi.

u *Acquisierit.*] ex cautione de damno infecto Accur.

x *Eam rem.*] quã consecutus est ex cã p̃cedenti venditionẽ, vt si ante venditionem stipulatus erat de dam. infe. qđ timebat prædio inferri, & ante vẽditionẽ datũ est. nisi aũt sic intelligas hanc l. esset contra sup. eo. l. 2. §. si venditor.

DE

DE RESCINDENDA VENDITIONE.

Dictum est supra qualiter contrahatur venditio: nunc qualiter rescindatur altera parte inuita, & quando liceat discedere vtraque parte volente. Ac.] *Declarat latius Cuia. in paratit.*

TITVLVS V.

De rescindenda venditione, 1 † & quando liceat ab emptione discedere.

Pomponius lib. 15. ad Sab.

LEX PRIMA.

Celsus 2 † filius putabat, a si vẽdidisset mihi filiusfamilias rem peculiarẽ, & 3 † conueniat, vt habeatur ab ea venditione inter patrem & filium, & me conueniri debere, ne si cũ patre solo pactus sim, filius non possit liberari. b Sed quæritur, c 4 † vtrũne nihil agatur ex ea pactione, d anvero ego quidem liberer, filius maneat obligatus, e sicuti & 5 † si pupillus sine tutoris authoritate paciscatur, ipse quidem liberatur, non etiam qui cum eo pactus est. f Nam 8 qđ Aristo dixit, h posse ita pacisci, ut vnus maneat obligatus, non est verũ: quia pro una parte contrahentium abiri pacto ab emptione non potest. i 6 † Et ideo si ab vna parte renouatus sit contractus dr̃ non ualere huiusmodi pactionem. Sed dicendum est, k patre paciscente, & liberato aduersario, filium quoque obiter l liberari.

Ab emptione põt recedi ẽt nudo pacto, re integra: secus si res non est integra. Bal.

Idem lib. 24. ad Sabinum.

LEX II.

SI quam rem a te emi, eandẽ rursus 7 † pluris minoris ue emero, discessimus a priore emptione. Põt. n. dũ res integra est, conuentione nostra infecta fieri emptio: atque ita consistit posterior emptio, quasi nulla præcesserit. m Sed non poterimus eadem rõne uti post pretium solutum emptione repetita, cum post pretium solutum infectã emptionẽ facere non possimus. n 8 †.

Fideiussoris stipulatio nõ facit desinere rem esse integram, ut per hoc a priori contractu non possit recedi. Bal.

Paulus lib. 33. ad edictum.

LEX III.

EMptio * & uenditio sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu resoluitur, antequam res fuerit secuta. o Ideoq. quæsitum est, si emptor fideiussorem acceperit, uel uẽditor stipulatus fuerit, p an nuda uoluntate resoluaẽ obligatio? Iulianus scripsit ex empto quidem agi non posse, q a bonæ fidei iudicio exceptiones 9 † pacti q insunt. An aũt fideiussori utilis sit exceptio videndum est. 10 † Et puto liberato reo & fideiussorẽ liberari. r Item uenditorem ex stipulatu agentem s exceptione summoueri oportet, Idemque iuris est, 11 † si emptor quoque rem in stipulationẽ deduxerit.

Contractui alternatiuo non potest adimi vna pars de alternatiuis, & redigi in formam contractus. Ba.

Itẽ 12 † lib. 8. dig. Iul. Pau. no.

LEX IIII.

SI 13 † emptio cõtracta sit, togæ puta, aut lancis, & pactus sit uenditor, ne 14 † alterutrius emptio maneat, puto solui obligationem huius rei nomine duntaxat. t

In contractibus correlatiuis, facta resolutione ab vna parte, totus contractus resolutus est. Item, peremptio rei venditæ facit desinere rem esse integram. Bartolus.

a Celsus. Putabat.] sed male, vt in fi. huius legis. Accursius.

b Liberari] quia nõ sicut filius patri, & ita pater filio acquireret. Accur.

c Sed quæritur.] scilicet per Celsum filiũ. alias & quæratur, id est inquiratur. Accursius.

d Pactione.] facta cum patre solo.

e Obligatus.] quod sensit Celsus. Accursius.

f Pactus est.] scilicet de rescindenda venditione, quod quidam dicunt, & pro eis est infra de act. emp. l. Iulia. §. pen. & Instit. de autho. tuto §. primo. Sed certè dictæ leges loquuntur in obligationibus contrahendis hic autem loquitur in eis dissoluendis, vt non sit claudicatio, vt infra subiicit. & infra eo. si id quod. §. inde.

g Nam.] quasi dicat videtur me liberari a patre, cui tota fuit quæsita obligatio, sed non liberari filium a me, & hoc ratione prædicta de pupillo. Item hac alia: qa potest pacto hoc agi, vt ab vna parte inter aliquos expiatur contractus, sed hæc ratio non est bona, vt dicit hic. Accursius.

h Dixit.] in suis libris Accur.

i Non potest.] nec i pupillo, nec in maiore, vt infra eod. si id qđ in fi. sed contra supra de pact. si conuenit. Sol. ibi fuit iusta causa conuentionis, ut remitterentur ex vna parte tantum, puta illius anni sterilitas, ut infra loca. & condu. si vno. vel noon ualet vt dissoluatur contractus pro parte, sed remitti ex causa donationis potest, ut ibi. vel solutas. ut ibi.

K Sed dicendum est.] in casu præmisso.

l Obiter] idest ita im. Sed quid si cum solo filio paciscar? non videtur quod præiudicet patri, nec ergo liberabitur pater vel filius, vt C. de pact. l. filiusfamilias.

SIquam.] CASVS. Si vendo tibi rem aliquã, postea vẽdo eandem rem minori pretio, tibi aũt maiori pretio, vr̃ q recessum est a priore vẽditione, & posteriore emptio consistit sicut si prior facta non esset, hoc est verũ ante pretiũ solutũ. postea actio non põt resolui solo cõtractu. Vi.

m Præcesserit.] vt sup. de contrah. emp. l. pacta. Accur.

n Non possimus.] scilicet nudo pacto, sed demum re retro tradita, ut supra de pac. l. ab emptione. & C. quando lice. ab emp. di. l. j. in fi. Accur.

EMptio] Casus huius l. Regula traditur, quod emptio sicut contrahitur nudo consensu, ita contrario consensu resoluitur, re nondum secuta, unde quæritur, si emptor fideiusso. accepit, & venditor stipulatus fuerit de pretio, an possit recedi ab emptione nudo pacto, quod est i. o. fi. Et dicit q sic, quia excep. pacti in ac. bo. fi. locum habent. & si emptor agat cum fideiussore, remouebitur per exce. puta, hoc similiter, si venditor agat de pretio, procedere eodem modo. Viuia.

o Secuta.] vt C. qñ liceat ab emp. di. l. 2. Ac.

p Fuerit.] a fideiussore vel emptore.

q Pacti.] facti intentionis, non iuris.

r Liberari.] scilicet ipso iure.

s Agentẽ.] contra fideiussorem, qui verbis obligatur, ut Inst. de fideius. § fi. uel et contra emptorem: ut sup. dixit. Sed cũ reo liberato ipso iure fideiussor sit liberatus, qualiter hẽt exceptionẽ? Rñ. dic exceptionem facti vel intẽtionis, ut inf. de exce. l. 2. Vel dic, loq. hic, s. qñ fideiussori fuit factum pactum. & facit infra de solu. Stichum, §. fina. Accur.

SI emptio.] CASVS. Contraxi emptionem togæ & lancis, conuenit ut recederetur a uenditione altera Dr̃, q recessum est a venditione in vno dũtaxat de quo conuenit. Viuia.

t Duntaxat] in. ó vr̃ in totũ, ut sup. de pac. si vnus. §. sed si stipulatus, quæ est cõtra. Sol. ponitur hic, aut pro &. & sic sunt venditiones duæ, nõ una tñ. Vel dic q hic est disiunctio legis, non hominis, quod idẽ est. Vel dic, q pactum fuit ne alterutrius s tantum non vtriusque, arg. infra de excep. l. & per insiutandum §. si Stichum.

1 † Et quando non liceat. &c.

2 † Alias, officium.

3 † Flor. eis.

4 † Flor. & quæratur.

5 † Florent. de eo, &c.

6 † Floren. nõ posse.

7 † Duar. rursus a te pluris.

8 † Flor. possumus.

* Al. intel. huius l. vide Iac. Nic. r. in rubr. de verb. ob. nu. 147.

9 † Idest pactiones adnexa, ita & Vlpia. in l. iurisgentium. §. adeo. de pac. Duar.

10 † Flor. deest est.

11 † Flor. esse.

12 † Flor. deest, item alias. Paulus lib. 5.

13 † Alias emptio. Paulus notat. seu (quod in quibusdam scriptis exemplaribus est) Proculus notat.

14 † Alias vtr.

Cum emptor.] CASVS. Si facta venditione, fundi puta, vel alterius rei emptor liberet venditorem per acceptil. vel cōtra, perinde est actū inter eos ac si conuenisset, ne alter ab altero aliquid petat, & esset recessum a venditione, sed acceptilatio non sua natura, sed iure pacti valet.

l. q aut Sabinus & inf. de le. j. si seru. le. §. si seruus ali. Sic tñ ɔtra repio, q a p legatū si validū recedit a valido, ut j. & al. i. de l. legatū sub cōdōne §. si. Itē & p sm testū rūpit primū, licet ex scdo nemo hrs existat. Sed hoc iō, q a pscdū ē, ut inst. q. b. mod. test. infirment §. posteriore. q̄ ē cōtra. Ac.

¶ Emptio.] Resolui tur emptio nudo consensu si res nō fuerit secuta, si tñ res uendita pereat, secus est, & ideo act. ex uēdito & empto ualebunt. Vi. a Pereat.] secus si agetur, ut qd tm vnus remitteret, ex iusta cā minimè, ut su. & pac. si cōuenerit & j. loc. si tibi habitationē, q̄ sunt contra. Accur.

b Valet.] no. qd acceptilatio ualet ut pactum, ut dixi sup. de pac. si unus. ex. §. si acceptilatio.

c Conuentione.] ut si donandi animo remittat venditor emptori pretium.

d Manebunt.] hinc in de, cum non sit dissoluta. Accur.

1 † Alias, ut puta.

Si conuenit.] CASVS Hoc mō contraxi cū aliquo, q a uendidi alicui rē, & conuenit q si sibi displicuisset intra certū tps rescinderet emptio quitur q̄ actio oriat ex hoc cōtractu? Dr q actio ex empto & uendito, uel act. in factū. Viui.

* Vide Alciat. lib. 3. Parad. capit. 1.

e Displicuisset.] scilicet emptori.

f In factum.] i. praescriptis uerbis. ut inf. de pscr. ver. apud Labeonē. j. rñ. & l. si tibi polienda, in fi. & facit C. de adi. ac. l. pe. & inf. de aedi. edi. q si nolit. §. si qd ita. Ac.

2 † Flor. de eo, aliam.

Si id.] CASVS. Si emerim purè rē, & eādē sub cōdōne postea emero, i posteriori actione nihil agit.

¶ Si pupilli.] Si pupillus primo emat sine tutoris authoritate, deinde ipsius authoritate interueniente emat idē, licet ex prima obligatione venditor erat obligatus pupillo, tñ rescissa priori obligatione remanebit secunda, & hinc inde cōsistit obligatio. hoc in prima, q si primo emit tutore authore, deinde uult pupillus rescindere emptionem sine tutoris auth. perinde ac si sine tutore authore emptio facta fuisset, ut perinde sit ac si ab initio cōtractū fuisset sine tutore authore. sic pupillus nō obliget uēditori, & pupillo nō obliget uēditor donec soluatur sibi pretiū, an ualeat talis cōuentio? & rñ. q nō.

3 † Flor. in. terueniente.

g Nihil agitur.] nō idē econtra, q a p plenā a semiplena, si p semiplenā a plena emptiōe se cedit, ut sup. dcā dic addi.

Iulianus lib. 15. digestorum,

LEX V.

Cum emptor uenditori, vel uenditor emptori acceptum faciat, uoluntas vtriusque ostenditur id agētis, ut a negotio discedatur, & perinde hēatur, ac si conuenisset inter eos, vt neuter ab altero quicquam peteret. a Sed ut euidentius appareat, acceptilatio in hac cā non sua natura, sed potestate conuentionis valet. b

¶ Emptio nuda cōuentione c dissoluitur, si res secuta non fuerit. Mortuo aūt hoīe perinde habēda est uenditio, ac si traditus fuisset, ut puta 1 † cum uenditor liberetur, & emptori hō pereat. Quare nisi iusta conuentio interuenerit, actiones ex empto & uendito manebunt. d

Paulus lib. 2. ad edictum.

LEX VI.

Si conuenit, * ut res, quae venit, si intra certum tps displicuisset, e redderetur, ex empto actio est, ut Sabinus putat, aut proxima empti actioni 2 † in factum f datur.

Per contractum semiplenum seu imperfectum non receditur a contractu pleno seu perfecto, sed contra sic. Bald.

Idem lib. 5. quaestionum.

LEX VII.

Si id quod purè emi, sub condōne rurius emam, nihil agit g posteriore emptione. ¶ Si pupilli persona interuenit, q a aū sine tutoris authoritate deinde tutore authore emit, q̄uis uenditor i am ei obligatus fuit, tñ, quia pupillus non tenebatur, renouata uenditio efficit ut inuicē obligati sint. h Qd si ante tutoris authoritas interuenit, 3 † deinde sine tutore authore emit, nihil actum est posteriore emptione. Item 4 † pōt q̄ri, & 5 † si sine tutoris authoritate pactus fuerit, ut discedat ab emptione, i an perinde 6 † sit atq; si ab initio sine tutoris authoritate emisset, ut l. ipse non teneatur, k sed agente eo l retentiones m competant. Sed nec illud sine rōne dicetur, quum 7 † initio rectè emptio sit contracta, uix bonae fidei conuenitur, eo pacto stari, n quod alteri captiosum sit, & maximè si iusto errore sit deceptus.

Subscriptio, quā quis facit alieno noīe, nō nocet sibi ut teneatur nomine pprio in eo, quod ignorauit. Bart.

Scaeuola lib. 1. responsorum.

LEX VIII.

Titius Seii procurator, defuncto Seio, ab eo scriptus hrs, cum ignoraret, o fundum uendente seruo hrditario, quasi procurator subscripsit. Quaesitum est, an cognito p eo prius quam emptio perficeretur, q a uenditione discedere possit? R. fidit, Titiū si non ipse uendidit, non idcirco ciuilib. actionib. teneri, quod seruo uendente subscripserit, r 8 † sed serui nomine praetoria s actione teneri.

Si debitor offert se paratū soluere, nō īpeditur alienatio, sed per iudicē rescinditur, secus si offert pecuniā. h d. ita no. C. de distr. pig. l. si residuum. de hoc dixi in l. emptor. inf. de ope. no. nun. Bart.

Idem lib. 4. digestorum.

LEX IX.

Fundus, qui Lucii Titii erat, ob vectigal 9 † rei publicae uenit, t sed cum Lucius Titius debitor professus esset, paratū se esse u uectigal

h Obligati sint.] ut sic si promisi sine tutore primo, & postea cū tutore vt inf. de do. hoc iure §. idem. & in pupillo. Accur.

4 † Fl. Id.

5 † Flor. de est, &c.

6 † Flor. ipso iure.

i Ab emptione.] contracta cum authoritate tutoris. Accur.

k Nō teneatur.] ut j. de act. emp. Iul. §. pe. & supra eo. l. 1. & Insti. de auth. tu § 1. Ac.

l [Eo] i. pupillo. Accur.

m Retentiones.] quandiu soluatur pretiū, quia hoc aequum est.

7 † Flo. quū initio.

n Stari] i. non ualet pactum, & neuter est liberatus. Ac.

Titius.] CASVS. Si procu. absētis hns gnalē & liberā administrationē subscribit vēdōni factę a Seio, ignorās Seiū decessisse, haeres tñ tūc scriptus an sibi praeiudicet quo minus possit rescindere cōtractum. Dicitur q non. Viui.

o Ignoraret.] illū defunctū, & se hrdē. Ac.

p Cognito.] s. illum defunctum, & se esse haeredem.

q Perficeretur.] s. per rei traditionem. Ac.

r Subscripserit.] no. erroneā subscriptionem nō nocere, * ut sup. de pig. act. Caius & C. de re. ali. nō alie. l. 2. secus si ñ erronea, ut ar. cōtra sup. qd iussu, l. j. §. sed si. Item cōcordat huic inf. quorum leg. l. 1. §. quod ait.

8 † Flo. subscripserit.

s Praetoria.] s. ex empto, de peculio, uel de in rē uer so. Et sic no. actionē ex empt. de peculio praetoriam esse. & sic esset arg. cōtra ad id, qd diximus supra de peculio. l. 3. §. Iulianus. Accur.

Fundus.] CASVS. Publicanus uēdidit Lucii Titii fundū ob uectigal reip. postea professus fuerat Lucius Titius se totū pciū soluere paratū, cū minori summa uēditus fuisset fundus q̄ debitū esset, & postea praeses, qui uidit locū iussit venditionē rescindi, & fundū Lucio Titio restitui. q̄ritur, an statim lata sñia in bonis Lucii esse credatur? Dr q non, antequam pretium restituat emptori, uel si non soluit antequam satisfaciat de eo ro uectigali. Viui.

9 † Flor. ob uectigale.

t Venit] sed non solenniter. Accursius.

u Paratū se esse.] si aūt obtulisset & ɔsignasset, forte fieret rescissio statim, ut ar. C. d. dist. pi. l. si residuū. & l si pe. A.

Emptor

d *Mora fuerit.*] per diei lapsum, ut sup. & leg. cōmis. si fundus, in fi. Vel per interpellationem, ut infra, de verb. ob. l. si ex legati.

e *Vel quo venit*] imò videtur tempus, quo petitur, inspici, non præcedens, ut supra, si cer. pet. l. vinum, quæ est cōtra. Sol. illa in stricti iuris iudicio. hæc in bona fide. Huic solutioni est contra, sup. commoda. l. iij. §. in hac. quæ dicit idem in bo. fid. tempus non contractus, sed rei iudicandæ, id est moræ inspici. sed illa in fructibus, & similibus loquitur, hæc quo ad rei æstimationem, ut infra, de usur. l. videamus, §. si actionem, & §. seq. & hoc secundum quosdam. Tu dic, 3 quod hic a tempore contractus fuit in mora, quia sic conuenit, ut statim traderet. Et sic non obstat etiam sup. mand. l. hominem. Item opponitur, quia & in stricti iuris iudicio inspicitur tēpus moræ, ut supra, de rei vend. fructus cum tempus litis contestat. deberet inspici, ut §. in hac. sed dic, quod rei vendic. habet similia 4 cum actione bon. fid. & hoc secundum Io. Compendiosius autem hic dixisset Io. utrum, si dixisset, a tempore moræ quanti plurimi interest emptoris condemnationem faciendam. hoc enim est verum, vt sup. de triti. l. pen. in fi. & l. fin. & infra eod. sterilis, §. cum per venditorem.

3 † *Flo. fuisse.*
3 Approbatur per Alb. Bar. Bal. Pa. & Sal.
4 Ista est de mente Bart.

f *Agatur.*] s. si tunc est minus, quam in tempore præterito post moram in accipiendo factam, nam si in præterito minus ualuit, quam nunc, id minus præstabitur in præiudicium emptoris; vt J. de trit. l. pen. in fi.

quod sit cum agatur, f & quo loco g minoris sit. Mora autem uidetur esse, h si nulla i difficultas uenditorem impediat, quo minus traderet, & 4 † præsertim k si omni tēpore paratus fuit tradere. Item non oportet eius loci l pretia spectari, in quo agatur: sed eius, vbi uina tradi oportet. Nam quod a Brundusio m vinum uenit: n etsi uenditio alibi facta sit, Brundusii tradi oportet.

g *Et quo loco*] habitatione loci, & domicilij vbi fuit venditū. Item eo attento, an ibidem uina tradi oportuit, ut infra statim §. item nō oportet, &c. Accursius.

4 † *Flo. de eo, &c.*

h *Videtur esse.*] scilicet emptoris.

i *Si nulla.*] si. n. nulla difficultas interuenīat venditoris, emptor non est in mora, quia & si vellet accipere, non posset. Az.

k *Præsertim*] abundat, vt C. de test. ma. l. fi. §. j. Vel ideo dicit præsertim, quia etsi nō omni tpe, aliquo tamen se paratum dixit tradere, & illo saltem tempore emptor fuit 5 in mora, ut sup. de peric. & comm. rei vend. l. illud. Azo.

5 Ista lectura est de mente Alb. Bal.

l *Loci.*] s. tantum: sic inf. de bon. auth. iud. poss. l. iij. & hoc, siue emptor, siue venditor fuerit in mora, & hoc si est aptus locus ad petendum.

m *A Brundusio.*] i. in alio loco, q̄ Brundusii, vt hęc dictio a denotet 6 separationē.

n *Venit.*] Brundusii tradendum. Accur.

6 Approbatur per Alb. Bald. & Pa.

Antequā res euincatur, nō potest agi de euictione, sed ex empto propter qualitatem a sciente celatam. h. d. & sic venit ad declarationem secundi capitis positi supra eo. l. 1. §. 1. simile in l. tenetur, §. fin. infra eo. Bartolus.

Paulus libro 5. ad Sabinum.

LEX IIII.

SI seruum mihi ignoranti, sciens furem, vel noxium esse, uendideris; quamuis duplam promiseris, o teneris mihi ex empto, quanti mea interit scisse, quia ex stipulatu eo nomine agere tecum non possum, antequam mihi quid absit. p 5 †

5 † *Flo. abesse.*

SI *seruum.*] CASVS. Vendis mihi seruum ignoranti quod fur sit, & promittis duplam pro euict. possum agere ex empto quanti mea interest scisse seruum illum furem fuisse, non tamē possum ex stipulatu agere pro euic. antequā seruus a me per noxalē act. euincatur, quia tenetur, quia fur est.

Quod deficit in mensura, æstimatur respectu quantitatis mensuræ, nō respectu bonitatis loci, quia quod nō est, nō habet bonitatē, nec malitiam, & hoc venit ad declarationem tertij capitis positi in l. ij. in prin. sup. eo. tit. Bartolus.

q *Si modus*] Si vendidi tibi agrum quinquaginta iugerum, & non sit nisi quadraginta, teneor ex empto. Sed quid si uendideris mihi iugera uineæ, & prati, & tamen in eodem fundo, & ita per partes fiat uenditio, ut differat a priori casu: sed si in vinea minus, magis fit in pretio in hoc casu, quia maius damnum est si desit in uinea, quam si in prato deesset, quia melior est uinea, pro bonitate loci fiet æstimatio.

o *Promiseris.*] s. furtis, noxisque solutus non sit, quæ est alia, quam de euict. de hoc habes infra, de ædil. edic. quod si nolit, § quia assidua. Accursius.

p *Absit*] etiam si condemnatus sit, sicut & in stipulatione habere licere, ut infra, de euict. l. habere licere. Sed contra infra, de euic. si emptori. Sol. illa secundum istam vt non prius posit agi quam absit: 7 secus est in actione ea

9 Approbatur per Pau. & est sing. & nota per Cępolam̄ caut. suis, cautela 7.

ex empto, ut subiicit inf. eod. se tunc. h. fin. in princ. & ad-dr, quod no. inf. eo. empto rem. Accur.

a *Pro numero iugerum.*] hoc intellige cum in singulis iugerib. certum pretium constitutum erat: alioquin si modus non inuenitur minor, sed loci qualitas, bonitatis fiet æstimatio, ut infra statim sequitur.

b *Obligatus.*] s. ad tradendum, quod deest, uel ad tradendum pretium si ultra habet. Accur.

c *Si dictum est.*] ut si in uinea x. iugera esse debeant, in prato v. & in uinea deest magis enim detrahitur, quã si in prato deesset: & ut hic, & inf. eod. si in qualitate & inf. de eui. qui fundum, & inf. eo. si duor. in fin. Vel intellige hoc responsum venditione contracta in specie ut d. l. si duorum, in princ.

S *Hæres.*] CASVS. Si hæredem meum damnauero rem tibi vendere, eadem præstabit, quæ aliquis emptor præstaret, puta, fructus, non solum re, & cũ ex eo empto ages, hoc in prima. Sed & si non damnaui eum, credidit tamen se esse damnatum? non tenebitur ex empto, sed sibi agenti obstabit doli except. hoc in secunda. Sed & si putaret se esse damnatum dare alicui, & eidem promisisset agenti obstabit doli exceptio. Viu.

d *Propria sunt.*] idest accessoria rei emptæ, quæ sunt multa, ut per multas leges huius ti. & maxime inf. e. Iul. §. fi. & se. ll. Azo.

e *Ex testamento.*] ualet enim huiusmodi legatum, siue certum pretium testator statuerit, siue non, quo casu iustum intelligitur, ut inf. de leg. j si ita heredi §. meminisse.

f *Doli mali.*] repeteret enim si daret, ut sup. de pac. si cum te. ergo dolo, ut j de exceptio. do. l. dolo Accur.

g *Vt liberetur.*] i. fine causa, ut & sup. de condict. sine cau. l. iij.

T *Enetur.*] Casus clarus est usque ad §. si locum.

¶ *Si locum.* Vendidi tibi locum ad sepulchrum, ego autem ædificio ibi propè, ita quod deterior fit locus: tibi teneor act. empt.

¶ *Si tibi.*] Vendidi tibi seruitutem aliquam, sed tu non habebas fundum vicinum, cui acquiri posset, nihil tibi teneor. Sed si tibi uendidi fundum, & dixi ei deberi iter: tenebor tibi.

¶ *Si dolo.*] Si venditor faciat aliquid in re empta dolo malo, tenetur emptori.

¶ *Si venditor.*] Vendidi Titio fundum, quem sciui esse obligatum, aut alienum, & dixi in contractu me nolle teneri de euictio. quæritur, vtrum ego excusor ab acti. si fundus euincatur? Respon. quod non, propter dolum quem adhibui, quia tu cui eum esse obligatũ. est enim hoc iudiciũ bonæ fidei. Viu.

h *Venditor.*] ad pretium superfluum reddendum.

i *Ignorauerit.*] nihil interest, &c. ut infra de ędil. edict. l. 1. § causa & facit sup. eod. in emptione. i. respon. & sup. depositi. l. 1. §. si ignorauit. Accur.

k *Vt reficias.*] Not. quod agitur ex uendito ad id, quod est in facto, ut hic, & infra prox. & infra eod. Iulianus, §. penult. Accursius

l *Non intelligitur.*] sed est contractus innominatus: ex quo potest agi præscript. uer. ut infra de præscr. uer. si tibi areæ Sed contra. supra de contrah. emp. l. fundi partem. Sol. ibi interuenit pecunia, licet ex alia causa: præterea non fuit illius partis dominium trãslatum.

m *Ex re uendita.*] intellect de eo, quod mihi debes retradere, sed & si esset euictum, uel deperditum sine culpa, actio euanescit, ut hic innuit, & j. de ver. obl. si ex legati.

n *Superesset.*] sed pone: emptor fecit domum, & antequam tradetur, combusta est, nunquid liberatur? Accursius.

o *Emeris.*] & traditus est. Accur.

p *Et propius.*] scilicet situam debeat, uel lege sit statutum, ut supra finium regundorum, l. fin. hic autem emptor illius legis nõ habet beneficiũ, quia tempore ædificationis non habebat ius inferendi; unde redit ad actionem ex empto quo ad interesse, uel ut tollat ædificium.

q *Si uas.*] puta cupam argenteam.

r *Minus.*] ponderis, vel mensuræ.

s *Integrum.*] idest sanum. Accur.

* Not. sen. & f hoc alis quã liter nõ pot est se qualitas sine subiectoi Bal. in l. 2. ante medium C. de bon' pos. cõtra tab.

1 Ista lectura est de mẽte Paul.

1 † *De eadem que.*

2 † Fl. idẽ li. 5. ad Sabinum.

3 † Fl. consequentias emptionis.

4 † Fl. ignorauerit. sed rectius videtur, ignorauerit. Duat

¶ Si modus agri minor inueniatur, pro numero iugerũ a author obligatus [b] est: quia ubi modus minor inuenitur, non * potest æstimari bonitas loci, qui non extat Sed nõ solum si modus totius agri minor est, agi cum venditore potest, sed etiam de partib. eius, ut puta si dictum est, c vineæ tot iugera esse, uel oliueti, & minus inueniatur. ideo 1 † his casibus pro bonitate loci fiet æstimatio.

Si venditio fiat ex necessitate præcedentis actionis, actio ex eo contractu competit cum effectu, nisi per errorem facta fuerit.

Idem 2 † lib. 33. ad edictum.

LEX V.

SI hæres testamento quid uendere damnatus sit, & uendiderit; de reliquis, quæ per consequentiam 3 † emptoris propria sunt, d uel ex empto, uel ex testamento e agi cum eo poterit. sed si falsò existimans se esse damnatum uendere, vendiderit: dicendum est agi cum eo ex empto non posse: quoniam doli mali exceptione actor summoueri potest: quemadmodum & si falsò existimans se damnatum dare promisisset, agentem doli mali f exceptione summoueret Pomponius etiam incerti condicere eum posse ait, ut liberetur. g

Pomponius libro 9. ad Sab.

LEX VI.

TEnetur ex empto uenditor, h et si ignorauerit i 4 † minorẽ fundi modũ esse.

*Actio descendens ex contractu competit ad ea, quæ ueniunt in pacto incontinẽti apposito. h. d. in hoc §. po*tes accipere quartũ caput actionis ex eo contractu, quod deueniat pactum incontinenti appositum. simi le. infra §. prox.

¶ Si uendidi tibi insulam certa pecunia, ut aliam insulam meam reficeres, agam ex vendito, ut reficias k Si autem hoc solum, ut reficias 5 † eã, conuenisset; nõ intelligitur l emptio & uenditio facta, ut & Neratius scripsit. Sed si aream tibi uendidi certo pretio, & tradidi, ita ut insula ædificata partem dimidiam mihi retradas: uerum est, vt ędifices, agere me * posse ex uẽdito, & ut ædificatam mihi tradas. Quamdiu enim aliquid ex re uendita m apud te superesset; n ex uendito me habere actionem.

Tenetur venditor si rem faciat deteriorẽ antequam tradat. h. d. In hoc §. põt esse quintum caput, ad quod illa actio datur. s. si res facto uẽditoris efficiat deterior.

¶ Si locũ sepulchri emeris, o & propius p eum locum, * antequam mortuus ibi inferatur, ædificatum a uenditore fuerit: poteris ad eum reuerti.

Quod dictum est de modo agri, idem debet intelligi de mensura, & pondere vasis, &c. Bar.

¶ Si uas q aliquod mihi uendideris, & dixeris certam mensuram capere, uel certum pondus habere: ex empto te cum agam, si minus r præstes.

In locatione, vel venditione vasis in dubio intelligitur, ut incorruptum præstetur. Bar.

¶ Sed si uas mihi uendideris, ita ut affirmares integrum: si id integrum s non sit, etiã

5 † Fl. reficeres tam conuenisset.

* Iste text. est valde sing. secundum Pan. hic.

* Quid lege 12. tab. & Solon. circa hoc statutum fuerit pulchrè declarat Coe. lib. 9 de legi.

1 † Fl. desi, quidā putāt.
2 † Duar contra putat.
3 Approbat per Alb. Bar. & Pau.
3 † Fl. desi, id.
4 † Fl. Mini. tius.

a *Omnimodo.*] i. in distinctè, sciat vel non, in principali, vel accessoria, ut inf. de ædil. edic. l. proinde, & ˜j. eo. quicquid. Sed in commodato distinguitur, sciuerit, vel non, ut sup. commod. l. in rebus §. item qui sciens. & l. pen. Acc.
b *Respondisse.*] expressim. Azo. & facit infra loca. l. sed addes §. 1.
c *Titius fuerit.*] est. n. hæc iusta causa impedimenti, ut sup. cōmunia prædio. l. 1. Accur.
d *Dixero.*] ex prædio vicini. sed & si non dixero, a teneor emptori, si ideo amisit non vēdo, qui certioratus nō fuit, ut sup. de contrah. emp. l. in uendendo, §. 1. Accur.

a Idem Paulus.

e *Sicut paterfamilias.*] in omnibus enim, ut paterfamil. tenetur, ut hic. & inf. de actio. & oblig. l. filiusfamilias, & sup. depositi. l. 1. §. filiusfamilias.
f *Si dolo malo.*] vel culpa leui. Azo.
g *Dolum malum.*] qui tali casu interc. sit, ut & sup. eo. l. 1 & inf. eo. l. Iul. §. de Iulia. & l. quo & sup. de hær. vel l. hic autem. & ˜s. de contrah. emp. l. & cum fundum. § 1. & de peri. & com. rei ven. l. si vina, quæ in dol. js. in fi.

5 † Budæus hic loco laudare positum dicit: pro eo, quod est nominatim citare. & ad sui defensionē accersire, appellareq; quod vulgo summare dicimus. Ibidē vide.

F *Vndum.*] CASVS. Vendidisti fundū deducto usu pro Titio, quem dicebas esse Titij, cum apud te erat remansurus, non prius agam contra te, quam Titius mortuus fuerit, vel capite minutus. idē si dixisset esse Titij, cum esset Seij. Viui.
h *Cum sit Sey.*] & facit ad hanc l. sup. com. præd. si in venditione. & de vsufruct. sub conditione. & ˜s. de euict. l. minor. § fi. 3 & l. fundum cuius. Accur.

9 Ille, §. potius contrariatur secundum Pau.

i S *I tibi Liberum Incertis.*] non solum ex vendito, ut ˜s de ser. vrb. prædio. l. si binarum. & sup. de condi. indeb. l. sed & si patrem. § 1.
k S *Iis qui. Tollat.*] sic uino uendito, ut sup. de peri. & commo. rei vend. l. 1. §. licet.
l N *On est nouum.*] Quidam vendidit rem duobus diuersis temporibus, & cuilibet in solidum, & iste venditor promisit de euict. cuilibet: tandem cuilibet est euicta. vnde quilibet habet actio de euict. antequam aliquis emptorum ageret, decessit vnus emptor eorum, altero emptore relicto hærede. In secunda parte dicit: quidam vendidit rem uni, puta Titio, & tradidit. de euict. promisit deinde Titius emptor hanc eandem rem emit ab alio, & de euictio. fuit promissum. unus uenditor successit alij venditori. tandem euicta est res Titio hic venditor qui superest, tenetur de euict. & tanquam hæres venditoris, & tanquam venditor.

Hæredi-

6 † Fl. sciēs, cum.
7 † Duar. & adiectum.
8 † Fl. unde.
9 † Fl. desi m.

id, quod eo nomine perdiderim, præstabis mihi. Si uerò non id actum sit, ut integrum præstes, dolum malum duntaxat præstare te debere quidam putant. 1 † Labeo contra: 2 † & illud solum obseruandum, ut nisi in cōtrarium id actum sit, id, 3 † omnimodo a integrum præstari debeat, & est verum. Quod & in locatis dolijs præstandum, Sabinum respondisse b Mutius 4 † refert.

Si res euincitur facto emptoris, de euictione non agitur: secus si facto venditoris. h. d. & est sextum caput huius actionis. §. si res euincatur. Posset etiam dici, quod cōtineatur sub primo. §. si res non tradatur. Bar.

¶ Si tibi iter uendidero, ita demum authorem me laudare 5 † poteris, si tuus fuerit c fundus, cui acquirere seruitutem uolueris, iniquum est. n. teneri me, si propter hoc acquirere seruitutem non potueris, quia dominus uicini fundi non fueris. Sed si fundum tibi uēdidero, & ei fundo iter accessurum dixero, d omnimodò tenebor itineris nomine, quia vtriusque rei quasi vnus uenditor obligatus sum.

Ex hoc contractu tenetur filiusfa. sicut paterfa. h. d. & hoc est in omnib. cōtractibus, præterquam in voto, & in matrimonio.

¶ Si filiusfamilias, rem vendiderit mihi, & tradiderit, sicut paterfamiliās e tenebitur.

In hoc contractu uidetur tacitè promitti dolum malum abesse. vel aliter. Dolus in hoc contractu commissus per actionem ex eo contractu purgatur. Bart.

¶ Si dolo malo f aliquid fecit uenditor in re vendita, ex empto eo nomine actio emptori competit. nam & dolum malum eo iudicio æstimari oportet, ut id, quod præstaturum se esse pollicitus sit uenditor, emptori præstari oportebat.

Pactum, ne quis de euictione teneatur, nō prodesi ei, qui sciuit causam, ex qua res euinceretur, & tacuit. Bartolus.

¶ Si cum 6 † venditor sciens obligatum, aut alienum uendidisset, adiectum 7 † sit, ne 8 † eo nomine quid præstaret: æstimari oportet dolum malum g eius: quem semper abesse oportet in iudicio empti, eo 9 † quod bonæ fidei sit.

Mendacium circa substantiam personę non inducit hanc actionem, nisi emptoris incipiat interesse. h. d. vel aliter. Si quod attribuitur uni, alteri acquiratur, intelligitur cum omnib. conditionibus personæ nominatæ cohærentibus. Bart.

Idem libro 10. ad Sabinum.

LEX VII.

FVndum mihi cum venderes, deducto vsufructu, dixisti eum usumfructum Titij esse, cum is apud te remansurus esset, si cœperis eum usumfructum uendicare: reuerti aduersus te non potero, donec Titius viuat, nec in ea causa esse cœperit, ut etiam si eius vsusfructus esset, amissurus eum fuerit. nā tūc, i. si capite diminutus, vel mortuus fuerit Titius, reuerti potero ad te venditorem. idemq; iuris est, si dicas eum vsumfructum Titij esse, cum sit Seij. h

Si dolus re ipsa committitur, non ex proposito, per hanc actionem purgatur. Bart.

Paulus libro 5. ad Sabinum.

LEX VIII.

SI tibi liberum prædium tradidero, cum seruiens tradere deberem: etiam condictio incerti i competit mihi, ut patiaris eam seruitutem, quæ debuit imponi. Quod si seruum prædium in traditione fecero, quod liberum tibi tradere debui: tu ex empto habebis actionem, remittendæ eius seruitutis gratia, quam pati non debeas.

Emptor vt tollat rem venditam, actione ex vendito conuenitur. Bart.

Pomponius libro 20. ad Sabinum.

LEX IX.

SI is, qui lapides ex fundo emerit, tollere eos nolit: ex uendito agi cum eo potest, ut eos tollat. k

Duæ actiones eiusdem speciei competentes eidem ad diuersa, possunt simul in eodem libello cumulari. Bart.

Vlpianus libro 46. ad Sabinum.

LEX X.

NOn est * nouum, l ut duæ obligationes in eiusdem persona de eadem re

concurrant. Cum enim is, qui venditorem obligatũ habeat, ei 2 † hæres extiterit, qui eundẽ venditorẽ obligatum habebat: constat duas esse actiones in eiusdem persona concurrentes, propriam & hæreditariã, a & debere hæredem institutum, si uelit separatim duarum actionum commodo vti, ante aditam hæreditatem proprium venditorem conuenire, deinde adita hæreditate, hæreditarium. Quod si prius adierit hæreditatem, vnam quidem actionem mouere potest, b sed ita, vt per eam vtriusque contractus sentiat commodum. Ex contrario quoque, si venditor venditori hæres extiterit: palam est, duas euictiones eum c præstare debere.

Iurisconsultus præmitiit quędã circa naturam actionis ex empto, & vendito: nunc ordinate incipit tractare de natura actionis ex empto i omnibus capitibus suis vsque ad l. Iulianus, §. ex vẽdito. ibi tractat de natura actionis ex vẽdito vsque ad fin. l. postea tractat quæstiones extraordinatias circa materiã, & breuiter. h. d. Actio ex empto cõpetit emptori ad præmissa, & ad ea, quæ ueniunt ex natura contractus, hoc est, quod res tradatur, & de euictione obligetur. Bart.

Idem libro 32. ad edictum.

LEX XI.

Ex empto actione is, qui emit vtitur. Et in primis sciendum est, in hoc iudicio id demum deduci, quod præstari conuenit. Cum. n. bonæ fidei iudicium sit: nihil magis d bonæ fidei congruit, q̃ id præstari, quod inter contrahentes actum est. Quod si nihil conuenit, tunc ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt huius iudicii potestate. e Et in primis ipsam rẽ præstare venditorem oportet, id est tradere. Quæ res, si quidem dominus fuit venditor, facit & emptorem dominum. si non fuit, tamen 2 † euictionis f nomine venditorem obligat: si modo pretium g est numeratum, aut eo nomine satisfactum. Emptor autem nummos uenditoris facere cogitur. h

Actio ex empto datur quandoque, vt res vendita redhibeatur. Bart.

Redhibitionem quoq; contineri i empti iudicio 3 † Labeo, & Sabinus putant, & nos probamus.

Animalium quoque venditor cauere debet ea sana præstari. Et qui iumenta uendidit, 4 † solet ita promittere, * esse, k bibere, vt oportet.

Si emptor errauit in qualitate rei, venditore sciente, quam si sciuisset, non emisset, hac actione agitur ad resoluendum contractum. Bart.

Si quis virginem se emere putasset, cum mulier l venisset, & sciens errare 5 † eũ uenditor passus sit, redhibitionem quidem ex hac causa non esse: m veruntamen ex empto competere actionem ad resoluendam n emptionem, ut 6 † pretio restituto mulier reddatur.

Hæc actio datur ad resoluendum contractũ quando hoc est actum, & pro restitutione pretij, seu arrharum: quo casu concurrit cũ condictione ob causam. Bart.

¶ *Is* qui uina emit, arrhæ nomine certam summam dedit. postea conuenerat, ut emptio irrita fieret. Iulianus ex empto agi posse ait, ut arrha restituatur, utileque esse actionem ex empto, etiam ad distrahendam o (inquit) emptionem. ¶ Ego illud quæro, si annulus datus sit arrhæ nomine, & secuta emptione, pretioque numerato, & tradita re, annulus non reddatur, qua actione agendũ sit † vtrum condicatur, quasi ob

a *Hæreditariam.*] nec exceptione rei iud. repellit, 1 ut. j. de exce. rei iud. & an eadẽ, in princ. & §. actiones.
b *Mouere potest.*] non vtique, & est rõ: 1 m quosdã, quia absurdũ est eidem in eundem eiusdẽ rei nole duas actiones competere, sed 2 si diuersi generis essent, ueluti ex stipulatu una, ex testõ alia, tunc utramque exercere potest. inf. de act. & obl. l. si is q. Sed hæc rõ non est bona, quia non est absurdum, imò consonum iuri, cũ non appareat, quæ potius tolleretur ut inf. de fideius. l. generaliter, & l. si reus, & de duobus reis, l. si reus. Dic ergo, q̃ hæc sit rõ minuendarũ litium: arg. sup. pro so l. cum duobus, 3 § si plures, & fam. erc. hæredes, §. 1. & infra, de inior. ftor edixit, §. si mihi. & potero unam quam volam eligere, ut inf. de leg. j. si mihi & tibi, in princ. quæ est arg. contra. Azo.
ADDITIO Tu dic, q̃ illud non est verũ: quia utroq; proponitur: nec ob l. si mihi, & tibi: quia ibi per electionẽ vnius altera tollitur, quod non est hic, secundum Bart.
c *Eum.*] i. venditorem, & facit infra, de euic. l. serui uẽditor.
Ex *empto*] Casus usque ad §. si quis, est satis planus.
¶ *Si quis.*] Pro uirgine uendidisti ancillã corruptã, sciens mihi credẽti eam virginem, agã ad resoluẽdã emptionem: non quia sit uitiosa, vel morbosa: sed q̃ a me decepisti
¶ *Is quis.*] Vendo tibi vinũ, tu dedisti mihi annulum nomine arrharum, & emptio consensu nostro dissoluatur, reddam tibi annulũ ac. ex empto. Quid autẽ si emptio cõpleta sit re tradita, & pretio numerato, qua ac. repetes annulum tuum? & respon. q̃ condici potest, & agi ac. ex empto ad reddẽdum annulum.
Etiam.] Venditor serui multa debet promittere emptori. Primo, q̃ non sit fugitiuus. Secũdo, quod sit noxa solutus. Tertio,

ut liceat habere emptori. Cætera uide hic in glos. Viuianus.
d *Nihil magis.*] hy bolica locutio, ut sup. de pac. l. j. in princ. Acc.
e *Potestate.*] quæ autẽ hæc sint, sublicit, & in primis, &c. Accur.
f *Euictionis*] non autem facit dñm, ut & infra, de re. permu. l. i. circa prin. & inf. de acq. re. do. l. traditio.
g *Pretium.*] hoc ad utrumq. prædictũ casum refertur, ut sup. de contrah. emp. l. ut res, & l. q̃d uendidi, & inf. eo. l. Iul. §. offerri.
h *Facere cogitur.*] Sed q. est rõ, q̃d emptor cogitur, non autẽ uenditor facere rẽ accipientis? Rñ. latius tenet emptor, & ideo in hoc adstringit: sed uenditor in specie, & ideo releuat in hoc, ut ar. sup. de iureiu. l. eũ. q. & sic alibi, q. certõ hoiem promittit, statu liberũ dãdo liberat, ut inf. de statu lib. l. statu liberũ de medio. §. illud. sed i gñe nõ sic, ut inf. de sol. l. decem, §. si. & §. qui hominẽ, & l. cũ quis, §. iij fm H. & facit ad solutionẽ istã infra de euic. hæres fecuũ.
i *Contineri.*] ut ex empto agatur ad redhibendũ. i. ad resoluendũ contractũ qñque, ut inf. e. l. §. si quis uirginem, §. is q. uina. nõ tñ dico, q̃ pro uitiis, & morbis agi possit iure ciuili ad redhibendam, nisi p seruo fugitiuo, sed agitur ædil. edic. ut no. infra, de ædil. edic. l. sciendum, §. dictum. Azo.
K *Esse.*] i. edere, seu comedere.
l *Mulier.*] i. corrupta. Accur.
m *Non esse.*] l. actionem redhibitoriã, cũ non sit morbosa, uel uitiosa, alias haberet locũ redhibitoria, ut infra, de ædil. edi. l. ædiles aiunt, §. idemq. refert. Accur.
n *Ad resoluendam.*] ualebat enim, ut sup. de 3̃i emp. aloquin §. quod si ego me. & facit infra prox. §.
o *Ad distrahendã.* §.] ut & supra prox. §. & uẽditum, ex uẽdito, ut inf. de ædil. edic. l. cũ autem, circa princip. ibi, quod ñ sine iudice, &c. Sed nõne ipso

1 Idem Alberic.
2 † *Fac. si q. eundem venditorem obligatam habebat, hæres extiterit, constat.*
2 Approbatur per Alb. & Paul.
3 Alias, incipit, si fratres.

2 † *Vid. sum.*
3 † *Flor. & Labeo.*
4 Bar. hic, istam gl. cõmendat in hoc, q̃ ponit rõnem quare emptor tenetur ad dandum: venditor nõ.
4 † *Flor. vendidit.*
* † *Vide Var. lib. 2. de re.*
5 † *alias. errare.*
6 † *Flor. &.*
5 Bal. in l. hi qui ad ciuilis, C. de ap. dicit istã gl. solẽnẽ in §. col. vide per eum: vna cũ his quæ dicuntur hic in nouis in tepr. Bol.

iure solo consensu iam distracta est? Certè sic. Dic ergo, negatur, vt distrahat in eo, quod de facto processit, i. arrhæ datio, ut reddatur, & instra emptionis 2 cassentur, de iure non rescinditur, cum ipso iure sit nulla, & id quod nullum est, rescindi non potest, ut infra, de iniu. rup. test. l. nã & si.

Sequuntur hanc gl. Alber. B. r. Bal. Pau. & Salic.

causam datus sit, & causa finita sit; an vero ex empto agendum 1 † sit? Et Iulianus diceret ex empto agi posse. Certè etiam condici poterit, a quia iam sine causa apud venditorem annulus est.

1 † Alias, versa.

Venditor tenetur præstare seruum nõ esse fugitiuum, furtiuum, vel noxijs obligatum. Bartolus.

¶ Etiam 2 † si ignorans vendiderit: fugitiuum non esse præstare emptori b oportere Neratius ait. Idem Neratius, etiam si alienum c seruum vend.deris, furtis noxisque d solutum præstare te debere ab omnibus e receptum ait. & ex empto actionem esse, vt habere licere emptori caueatur, f sed & vt tradatur ei possessio. g

2 † Durr. Venditorem etiam si ignorantem.

a *Condici poterit.*] condictione ob causam. Sed contra, sup. vsufr. quemad. cau. l. si. Sol. hic erat venditor, & fur. quarutũ ad annulum quẽ dño inuito cõtrectabat, vel condicit rõne possessionis venditor. Vel dic, hic trãsſtulit dñium in accipientem ob cõtractum. Itẽ no. hic secundum quosdã ar. quod condictio ob cau. habet locũ in cõtractibus nõiatis. Sed tu dic cõtra, vt infra de rer. perm. l. j. in fi. & C. de cõh. emp. l. si nõ donationis, & dixi sup. de cond. ob cauſ. l. fin. ADDITIO. Sol. dic, quod hic dat pro arrha, sed arrha nõ est cõtractus nõiatus. nec ol. quod venit in actione ex empto, quia illud verum sicut cætera pacta incõtinẽti apposita, non tamẽ, quod stetet de per se cõtract⁹ arrhæ, &c. secundum Bart. hic.

b *Præstare emptori.*] i. promittere debet venditor emptori: ut hic, & C. eo. l. emptori. sed si non promisit, ignorans quanto minoris erat empturus, tenetur sciens in omne interesse, ut infra eo. l. Iulianus, §. ult. qui furem.

c *Etiam si alienum.*] non solum si suum, ut hic, & infra, de euic. l. euicta, §. fin. in fi.

d *Noxisque.*] s. aliis, i. quod nec furtum, nec aliud tale maleficium commiserit, pro quo debeat dari pro noxa, ut hic, & infra, de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus, § quod aiunt cum autẽ furẽ non esse promittendo non vr teneri: 2 vt inf. eo. l. Iulia. §. circa furẽ, &c. sed si fuerit promissum, tenet promissio, ut inf. de ædil. edic. quod si nolit, § j. nec est inutilis ratione impossibilitatis, ut inf. de euic. si ita quis. Acc.

2 Sequũtur hanc gl. Al. & Bart.

e *Ab omnibus.*] s. solutus, uel dic, ab omnib. s. sapientibus receptum est.

f *Caueatur.*] quid autem in hac cautione veniat, dic vt infra eo. l. prox. § qui autem.

g *Tradatur ei possessio.*] non præcisè, licet hoc quidem dicant: sed ut ad interesse damnetur nisi tradat, ut subiicit, & dixi supra eo. l. j. hic autem cauebatur de tradendo, quia in diem debuerat fieri traditio.

h *Tradentem.*] cum dies tradendi venit, vel quasi.

i *Quanti.*] supple condemnari uenditorem quanti, &c.

k *Intersit.*] s. singulariter, ut supra l. j. in princ.

l *Satis autem non dantem.*] s. de prædictis, uel de euictione. & accipitur satisdatio pro nuda promissione. nã venditor fideiussore satisdare non tenetur, ut infra, de præt. stip. l. j. in fi. & inf. de euict. l. emptori. Vel fortè hic iam erat mota qõ in limine contractus, & ideo fideiussor dari debet, ut sup. de peri. & com. rei ven. l. pen. § ante. Et nota, quod duplex 3 est hæc litera, auctorẽ, & actorem: secundum primã sic lege: Satis autem non dantem auctorem, i. uenditorem, qui est ẽptori auctor, oportet damnari quanti plurimi interest emptoris, secundum aliam sic: Sic autem non dantem: dicendã est condemnari quanti plurimi oportet periclitari emptorẽ, siue actorem. nam emptor dicitur actor. qui agit contra uenditorem: sed licet damnetur uenditor, quia de euictione non cauet, ut dictum est: differtur tamen exactio, donec certum sit quãti ipse periclitetur, ut supra ad leg. Aquil. l. in lege. videtur tamen contrarium inueni hic statim, dicit enim quod præstitum est: sic & infra, de euic. l. ij. Sed expone, qd hic subiicit, i. præstari ⁊ infuam & caue tibi, quia prauc hæc

3 Vtraque est de mẽte Alber.

I mo stat propriè. Alber.

litera loqui vr, s. vt qui cõsecutus est interesse, ideo quod non traditur, possit agere ad cautionẽ: quod apertè falsum est, vt infra l. prox. §. Cassius. Quid. n. mea interest caueri, cum non seruũ: sed interesse habeam? alio ergo casu dicit. sed si ideo prius agam, vt caueat, & quia non cauit seruũ solutũ esse noxiis, & cõsequar, pone x. postea experiar, ut caueatur de euictione, uel ut tradat, debebit æstimari totum interesse meũ, quod est (pone in xx.) si res nõ traderet, sed quia consecutus sum x. eis cõputatis in aliis x fiet cõdẽnatio, & ita habebo totũ interesse in xx. nec ultra debet venditor per consequentes actiones, vel cautiones dãnari, vt hic, & infra de euic. l. quadr, & l. cũ fundus. Accur.

Si non obseruetur, quod debet, actio ex empto committitur ad interesse totale: & de eo deducitur interesse particulare, quod præstitum est, si soluatur pecunia, secus si ipsa res traditur. h. d. Bart.

¶ Idem ait, non tradentem, h quanti i intersit, k condemnari: satis autem non dantem, l quanti plurimo 3 † auctorem periclitari oportet.

3 † Plurimum.

¶ Idem Neratius scribit, propter hæc omnia satis esse, qd plurimum est, præstari: id est, vt sequentibus actionibus m deducto eo, quod præstitum est, lis n æstimetur. Idem rectè ait, si quid horum non præstetur, o cum cætera p facta sint: nullo deducto condemnationem faciendam.

m *Sequentibus actionibus.*] i. actione sequẽti loco præposita propter aliã cautionem, vel actionem competenti nomine sequentiũ cautionum. Acc.

n *Lis.*] facta collatione omnium. & dic casum hic, & sequentẽ. sic secundum Io. Si quid venditor emptori præstiterit, fortè quia non cauebat, uel fortè, quia seruus fugitiuus erat, & conueniat modo, quia nõ tradidit, uel quia noxiis solutus non sit: deducto eo, quod præstitit, in residuũ fiet condẽnatio. Idẽ uidebat & si cauit & modo quia non tradidit, uel quia noxiis solutus nõ sit, cõdemnatur, quasi tũ faciat cauisse, quantũ (quia nõ cauit) soluisse, sed nõ est ita. nã vbi cauit, nulla fiat deductio: si vero, quia nõ cauebat quod præstitit, deducitur hoc quod præstitit, si postea conueniatur.

o *Non præstetur.*] i. aliqua illarum cautionum. Accur.

p *Cum cætera.*] i. cæterorũ noĩe promissio, sed non datio. plus enim facit datio, quam promissio. Al. & Bul. 5 Sed alii dicunt hic nullo deducto, i. de præstandis cautionib. Tertii dicunt, quod præstita per iudicẽ deducũtur. sine iudice non, sed emptori agenti ex tali condẽnatione doli exceptio opponitur. Alii construunt sic cætera facta sunt nullo deducto de cæteris, i. nullo remanente, quod non sit factum, solius præstandæ condemnatio fiat. prima uerior. Accursius.

5 Idem Bar. & Alber.

EMptorem.] CASVS. Vendidisti mihi seruũ, & promisisti noxa solutum postea apparuit eũ fecisse furtum Titio, qui Titius egit contra me, & ego ei satisfeci, uel tradendo seruum, uel dando x. quæritur quid a uẽditore consequar? Et respon. quod minus est, s. vt quantum fuit æstimatio serui, uel æstimatio damni, & hoc si agam ex ẽpto, siue ex promissione mihi facta noxa solutum. Postea dicit, siue defendi in causa noxali, siue non defendi, quia erat notorium delictum serui, agam prædicto modo.

¶ *Idem.*] venditor licet dñium nõ teneat trãsferre in emptorẽ, tñ posſdẽt trãsferre: alias tenet ex empto venditori.

¶ *Cassius.*] Vẽdidisti mihi Stichũ, & promisisti nõ esse fugitiuu, & noxa solutũ, & de euict. sub pœna dupli: postea euictus est, & egi ad duplã, quæritur an nihilominus agã ex aliis stipulationib. & sit fugitiuus? Dicitur quod non.

¶ *Iulianus.*] Aliquando euenit, quod re euicta non possit agi ad duplã, sed ex empto, ut in duob. exemplis. Primũ, uendidisti mihi seruum, hoc pacto, ut usque ad mensem cauere de dupla, & ultra non teneri ad aliquid uolo, si lapsus est mensis, & postea res euicta est, an agam de euictione, quæritur? Et resp. quod sic ex empto, si sciens alienum vendidisti, alias in nihilum. Secundum exemplum est in creditore, qui uendit pignus nam de euictione non tenetur ad duplã, uel ex empto ad pretium, nisi sciens rem non sibi obligatam vendidit, tunc. n. ex empto tenetur.

¶ *Qui autem habere.*] Vendidisti mihi fundum, promisisti mihi habere licere, postea quidã alius mihi euincit. an tenearis? Et rñ. aut promisisti habere licere per quoscunq;, & planũ est, quia teneris pro facto omnium, si res euincat, licet uideatur talis promissio continere simplex abnutiuum, sed non est uerum, quia ex natura uenditionis competit hoc fieri. Si uerò per te hæredesue tuos, tunc non teneris etiam ad pretium reddendum extraneo euincente: secundum quosdam: sed uerius est hoc casu te teneri ad pretium reddendum, sicut in hoc alio casu secundo, s. si fuit actum, quòd de euictio. non tenearis: nam te euicta teneris saltem ad pretium. Tertio si expresse fuit actum, ut etiam de pretio non tenearis? Rñ. ualet pactum, & stultè emo quasi spem, sicut si emerim iactum retis, quo casu si nihil cepit, nihil habeo, neque tamen repetitur pretium; immo si non est solutum, teneor soluere, sed in superiorib. casib. scilicet quando per te, & tuos promisisti habere licere, & quando egisti, ut de euict. non teneris, solum ad pretium teneris extraneo euincente, & non in plus nisi fueris sciens, quia tunc etiam ad interesse. Vi.

1† *Fl. est §. & incip. Idē li. 2. respon. ait, em ptorem.*

a *Emptorem.*] aliâs hic incipit lex, alias §. idẽ ait emptorem, &c.

b *Defungi potuit*] idest liberari ab eo, i. q. contra eum agebat noxaliter. Vel dic econtra. quanti potuit suũ liberare uenditorem. Accur.

† Inuito secus si a uolente. Pau.

c *Ex stipulatu agat.*] Ex illa stipulatione, noxijs solutum. Sed uidetur hic non committi, nisi cum abest, ut sup. eod. si seruum, quæ est contra. Sol. hic certum erat a emptori aliquid abfuturum: ibi non. Vel hic noxali iudicio iam erat damnatus: ibi non. Vel hic, quia seruum non defendebat, iussu prætoris fuit ductus. Vel uerius, ibi fuit sciens: unde tenetur ex empto ad omne interesse, quod hic non est, & ideo ibi non necesse est interim agi ex stipulatione. Accur.

2† Idem B. & Alb.

2† *Aliàs, ad Mutiũ. li. 5.*

3† *Fl. promittetur.*

d *Quia manifestũ fuit.*] idest notorium est, * quod probatione non indiget, ut sup. qui satisd. cog. l. si uerò pro condemnato, § qui euidentissimè. Accurs.

* De notorio eiusq; multiplici materia uide ut Nebris. in Lexic. in uer. Notoriũ

Qui non defendit rẽ emptã, hac actione aget, si notorium erat ementem habere iniustitiam. Bar.

Idem libro 2. respons. ait.

LEX XII.

Emptorem a 1 † noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum, cõsequi, quanti minimo defungi potuit. b Idemq; putat & si ex stipulatu agat, c & siue defendat noxali iudicio, siue non, quia manifestum fuit d noxium seruum fuisse: nihilominus, uel ex stipulatu, uel ex empto agere posse. e

Emptor debet effici potior in causa possessionis. Bart.

¶ Idem Neratius ait, uenditorem in re tradenda debere pstare emptori, ut in lite de possessione f potior sit. Sed Iulianus lib. 15. Digest probat, nec uideri traditũ, si superior in possessione emptor futurus non sit. g erit igitur ex empto actio, nisi hoc pstetur.

Qui consecutus est duplum, ex alijs capitulis huius actionis non aget. Bar.

¶ Cassius ait eum, h qui ex duplæ stipulatione litis æstimationẽ consecutus i est, aliarum rerum nomine, de quib* in uenditionibus caueri solet, K nihil consequi posse. Iulianus deficiente dupla ex empto agendum l putauit.

Qui ex aliquo casu de euictione non tenetur, poterit conueniri, si sciẽs est, uel in dolo repertus fuerit. Bart.

¶ Denique apud Mutium li. 10 2 † ait, si quis ea conditione m seruum uendiderit, ut intra xxx. dies dupla promitteretur, 3 † postea ne quid præstaretur, n & emptor hoc fieri intra diem non desidera uerit: ita demum nõ teneri o uenditorem, si ignorans alienum uendidit. tunc. n. in hoc fieri, ut per ipsum, & per hæredem eius emptorem habere liceret p Qui autem alienũ sciens uendidit, dolo (inquit) non caret, & ideo empti iudicio tenebitur. Sententiam Iuliani q uerissimam esse arbitror in pignoribus quoq;: nã si iure creditoris uendiderit r deinde hæc fuerint euicta, nõ tenetur, nec ad pretium restituẽdũ ex empto actione creditor. s hoc. n. multis constitutionibus expressũ 4 † est. Dolum planè uenditor præstabit: deniq; etiam repromittet de dolo. Sed & si non repromiserit, sciens tamen sibi non obligatum, 5 † uel non esse eius, qui sibi obligauit, uendiderit, tenebitur ex empto, quia dolum eum t præstare debere ostendimus.

Actio ex empto p euictione, cõmittitur p accessorio sicut pro suo principali: secus in actione ex stipulatu.

¶ Si quis rem uendiderit, & ei accessurum quid dixerit: omnia quidem, quæ diximus in re distracta, in hoc quoque sequenda sunt, u ut tamen euictionis nomine non in duplum teneatur, x sed in hoc tantum obligetur, ut emptori rẽ 6 † habere liceat: & non solum per se, sed per omnes.

Qui promisit de euictione pro se, & hærede suo tãtũ, alijs euincentibus nõ tenetur nisi ad pretium: nisi de hoc ẽt nominatim sit cautũ, ne ad pretiũ teneatur. h. d. usq; ad finem. Bart.

¶ Qui autem y habere licere promittens 7 † uẽdidit, uideamus quid debeat præstare. Et multum interesse arbitror, utrũ hoc polliceatur, per se, uenientesque a se personas

e *Posse.*] Bonam enim fidem agnoscere potest, ut infra de adm. tut. quoties. §. sicut. Non est ergo necesse rem per sententiam euinci, ut de euictione agatur. & sic est contra, supra de neg. gest. atqui natura, §. cum me. Solut. nec ibi defendit: sed subijcit petitorem: aliàs. n. non potest restituere, & ita confitendo in iure restituet. Vel sol. ut ibi. Vel etiam hic non dicit esse sententiam necessariam, 3 sed defensionem. Item contra sup. de rei uen. l. itaque, & inf. de euic. si dictũ §. 1. Solut. ibi nesciebat tempore cepti iudicij rẽ esse petẽtis: hic sic. unde confitens in iudicio rem esse petentis, & non defendens, damnatur, ut inf. de conf. l. Iulianus. debet tamen in princ. denunciari 4 uenditori, ut si uelit, alleget, uel appellet, ut C. de peri. & commo. rei uẽ. l. j. & inf. de euictio. l. si rẽ quam, § si. Accur.

3 Imò est necessaria secundum Bar. & P.

4 Sequitur Bar.

4† Fl. confessũ.

f *De possessione.*] idest interdicto uti possidetis.

5† Fl. obligatum.

g *Futurus non sit.*] Hic dic similia, & contraria si uis, quæ diximus, sup. eod. l. 1. in fi. & ratio in prin.

h *Eum.*] s. emptorẽ.

i *Consecutus.*] Re tradita, & postea euicta.

K *Solet.*] & cautum fuit, uel non fuit.

l *Agendum.*] i. in casibus sequentib. Acc.

m *Conditione.*] i. pacto. Accur.

n *Præstaretur.*] s. nomine euictionis, si emptor intra hoc tempus non denunciet uenditori, ut sibi caueat.

o *Non teneri.*] Nisi ad pretium, ut infra ead. l. §. qui autem.

p *Liceret.*] Et non tenetur ad plus.

q *Sententiam Iuliani.*] Dictam in superiori §. ut ratione doli teneatur: quia aliàs non teneretur. Acc.

6† F. domesticum.

r *Creditor.*] Vt & infra de euil. cum ea conditione, & inf. de distr. pig. & si is. Item legibus nouis, ut subijcit, & C. cre. eui. pi. impe. non pos. l. 1 & 2.

s *Eum.*] scilicet uenditorem.

t *Ostendimus.*] supra proxi. §. Azo.

u *Sunt.*] Vt & inf. eo. Iulianus, § in his & inf. de ædi. edic. hi. n.

7† Fl. desf. p mittens. unde Ant. Aug. li. 2. c. 2.

x *Teneatur.*] Nisi promisit, quia non pars rei est, ut inf. de euic. l. nauem.

y *Qui autem*] Exponere uult hæc uerba, habere licere, quæ habuimus sup. eo. §. etiam. Accur.

a *Non fieri.*] Quod constat valere. Accur.

b *An verò per omnes.*] Idem dico, & si simpliciter promittit habere licere. nam tunc per omnes similiter promittere videtur. unde quod iuris est qn per omnes, idem qn simpliciter, ut inf. de verb. obl. stipulatio ista. in prin.

c *Praestare.*] Innuit ergo hic, quòd si etiam per omnes promitteret, teneret promiss. Et sic est contra, infra de ver. obl. stipulatio ista, § quaesitum, & § sed, & si quis promittat. ubi dicit, quòd non valet. Solu. cum quis mihi rem alienam vendit, potest promittere mihi habere licere contra omnes ex natura contractus venditionis praecedentis, ex quo de euictione tenetur contra quemlibet euincentem, ut est hic. & ita non est simplex abnutiuum in obligatione, ut infra, de verb. obli. inter stipulantem, §. & qui spo det. at pro hac sol. infra de usur. si stipulatus sis. & sup. pron. §. cum vero sine tali praecedente contractu mihi possidenti promittis habere licere, vel de tua, vel de aliena re: si quidem contra omnes nulla est promissio, ut in l. contraria. Nec ob. quòd dicitur in ead. l. §. si quis fortè ubi contractus venditionis praecessit, & tamen non tenet quo ad omnes, ut ex praecedentibus & sequentib. ibi apparet. nam intellige ibi distractum ab alio, non a me, vel si a me, ita fuit factum, ut de euictione non teneatur: unde habetur pro non venditione: si vero per te, & tuos habere licere promittas, si quidem res ad te non pertineat, id videtur promissum, ne me conuenias, & ita est simplex abnutiuum in obligatione: alioquin si pertineat ad te, nulla est promissio, [1] quia [illegible] si velis conuenire me, non potes, & hoc in liberis, in seruis aliter exponitur verbum, haberi licere, ut in praed. l. stipulatio ista. §. hi.

[illegible] *El. hunc.*

[2] † *Fl. contra. [illegible] hac parte conuentionem, ut emptor.*

[illegible] Vl. in l. seq.

3 † *Fl. positis.*
4 † *Sunt qui pu tant legend. pantherâ numero plurali, [illegible] pro [illegible] retis. [illegible] quasi [illegible] contrahen. Vi. Alc. li. [illegible]*

1 Totâ hanc gl. sequitur Albe. B. Bal. Paul. & Sali.

non fieri, a quo minus habere liceat; an verò per omnes. b nam si per se, non videtur id praestare, c ne alius euincat. Proinde si euicta d res erit, siue stipulatio interposita est, ex stipulatu e non tenebitur; siue non est f interposita, ex empto non tenebitur. g Sed Iulianus lib. 15. Digestorum scribit, etiam si apertè venditor pronunciet, per se haeredemq; suum non fieri 1 † quo minus habere liceat; posse defendi, ex empto eum in hoc quidem non teneri, quod emptoris interest. h Veruntamen ut pretiũ reddat, teneri. Ibidem ait, idem esse dicendum, & si apertè in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine praestitum iri, pretium quidem deberi re euicta, utilitatẽ non deberi: neque enim bonae fidei contractum 2 † hanc pati conuentionem, i ut emptor rem amitteret, & pretiũ venditor retineret. k nisi fortè (inquit) si quis l omnes istas suprascriptas conuentiones recipiet: quemadmodum recipitur, ut venditor nummos accipiat, quam merx m ad emptorem non pertineat, velutr cum futurum iactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis impositis 3 † a venatore, vel panthera 4 † ab aucupe. nam etiam si nihil capit, nihilominus emptor pretium praestare necesse habebit. Sed in suprascriptis conuentionib. n contra erit dicendum: o nisi forte sciens alienum vendidit. tunc. n secundum supra a nobis relatam Iuliani p sententiam, dicendum est ex empto eũ teneri, q quia dolo facit.

Aestimatur incertum antequam certificetur, postea aestimatur ipsa res. Bart. et est singularis l. secundum Ludo. Ro. in l. stipulationes, in 32. col. de verb. obl.

Celsus libro 27. Digestorum.

L E X XIII.

Si iactum retis emero, & rete 5 † iactare piscator noluerit: incertum huius rei aestimandum est. r Sed 6 † si quod extraxerit pisciũ, reddere mihi noluerit: id aestimari debet, quod extraxit.

Qui tradit rem vitiosam scienter, tenetur ad interesse etiam extra rem; si ignoranter, tenetur quanto minoris fallit: i. seruo fure. B.

Vlpianus lib. 32. ad edictum.

L E X XIIII

Iulianus lib. 15. Digest. 7 † inter eum, qui sciens quid, aut ignorans vendidit, differentiam facit in condemnatione ex empto. Ait enim, qui pecus morbosum, aut tignum vitiosum vendidit, si quidem ignorans fecit, id tantũ ex empto actione praestaturum, quanto 8 † minoris

d *Si euicta.*] scilicet ab extraneo. Acc.

e *Ex stipulatu.*] s. ex ista stipulatione, habere licere. Acc.

f *Non est.*] idest non est hoc dictum, vt per se, & suos teneatur tantum, vt statim colligitur.

g *Ex empto non tenebitur.*] Etiam ad pretium: sed hoc statim corrigit. sed Iul. &c.

h *Interest.*] re ab extraneo euicta.

i *Conuentionem*] scilicet generalem. Azo.

k *Retineret.*] ut C. de iure d. li. tol l. 2 § illud. & etiam, C. ad Velle. l. pe. & ar inf. de euict. sed & si stipul. in prin.

l *Si quis.*] s. peritorum. & hoc in eo casu cum dicit nil euictionis nomine, &c. ut sup. prox. motus tali arg. quemadmodum, & ei Vel dicas, 2 si quis contrahentium, &c. ita demum valeat si pacifcatur, ut neque ad interesse, neque ad pretiũ teneatur secundum Iul. valet enim, ut hic,

2 Approbat per Albe. B. B. & P.

& l. de pac. l. in emptionib. in fi. & sup. e. l. ex empto. § 1.

m *Merx.*] idest res. Accur.

n *Conuentionibus.*] s. qn per se, & suos tantum promisit habere licere, & quando dixit ne teneretur de euictione, quibuscunque casib. agitur ad pretium tantum, 3 ut hic dicit, contra erit dicendum, nisi, &c. ut subjicit: tunc. n. & in praedictis casib. tenebitur ad interesse. & hoc siue exponatur litera, si quis contrahentium, siue exponatur, si quis peritorum. Azo.

3 Nisi pactũ apponatur i diuisione secundũ Bar.

o *Dicendum.*] s. ut teneatur ad pretium, nõ ad plus, nisi, &c. Azo.

p *Iuliani.*] quam habes, sup. eod. l. §. Iulianus. & § sententiam, & ad idem facit, sup. eod. l. tenetur, § fin. Accur.

q *Eum teneri.*] s. ad interesse. s. etiam si vicerit nil praestari nomine euictionis.

Iactum] CASVS. Emi iactum retis pro decem, venditor iactare non vult: agam ad interesse, & quantum est verisimile, quod caperet, quod est secundum quòd consueuit ibi capi: sed si iactum noluerit dare, agam ad aestimationem eius, quod extraxit. Vlpianus.

5 † *Fl. retem.*

6 † *Fl. dedit [illegible]*

r *Aestimandum est.*] supra ad legem Aquil. quemadmodum, §. sed ubi contra Sol. in in actione legis Aquil. non fit aestimatio talis incerti: sed in actione ex empto fit, ut hic dicit. Vel aestimatur quantum est verisimile, quòd esset captum, quod inspicitur, secundum quod consuetum est. Accur.

4 Ista sol. sequitur Bar.

Iulianus] CASVS. Iurisconf. facit differentiam inter eum, qui rem vitiosam vendit sciens, & eum qui ignorans vendit, quia qui sciens vendit, tenetur ad interesse, qui verò ignorans, tenetur ad pretium reddendum.

7 † *Fl. lib. 15. in ter eũ, de [illegible] [illegible] vnde Berengar. Pantaa. l. vn. nu. 128. & 130. [illegible] quae [illegible] inter.*

8 † *Alias [illegible]*

¶ *Si venditor.*] Si per dolum rei minoris, aut pluris venditur habet locum haec actio ad purgandum dolum.

¶ *Offerri.*] Emo aliquam rem a te, non offero pretium: an habeam act. ut tu mihi tradas rem illam? Et dicitur, quod non. Sed pone: emi rem pro viginti: dedi tibi decẽ, tu mihi rem tradidisti: postea res a me euincitur: m repetam a te decem tantum, quae dedi an viginti? Et respõ. decem tantũ repetam, ne obstet exceptio, dolo facit, &c.

¶ *Si fructibus.*] Vendidisti agrum in medio: fructus cedunt emptori. Vendidi domum in festo omnium sanctorum pentio dabitur emptori, nisi uelit deijcere inquilinum de fundo. Vendidi domum, & antè traditionem datum est in ea damnum actiones pro damno cedam emptori, & econtra. Caetera plana sunt usque ad § ex uendito.

¶ *Ex vendito.*] Quae possit venditor petere ab emptore, dicit per ordinem usque ad § aedibus.

Aedibus

esset 1 † empturus, a si id ita esse scisset. 2 † Si uerò sciens reticuit, & emptorem decepit: omnia detrimēta, quę ex ea emptione emptor traxerit, praestaturum ei. Siue igitur aedes uitio tigni corruerunt, b aedium aestimationē: siue pecora contagione morbosi pecoris perierunt, qđ interfuit c idoneè uenisse, erit praestādum. ¶ Item qui furem uendidit, aut fugitiuū: si quidem sciens, praestare debebit quanti emptoris interfuit, nō decipi: si uerò ignorans, 3 † circa fugitiuum quidem tenetur, quanto 4 † minoris d empturus esset, si cum 5 † fugitiuum scisset; circa furē nō tenetur. e Diffe rētia f est: quod fugitiuum quidē habere non licet: g & quasi euictionis h noīe tenetur uenditor: furem autē hře possumus. ¶ Quod autē diximus, i Quanti emptoris interfuit non decipi, multa continet: 6 † si alios secum sollicitauit ut fugerent, uel res quasdam abstulit. K Quid tamen si ignorauit quidē furem esse, asseuerauit autē bonae frugi, & fidū, & caro 7 † ēt 8 † uendidit? Videamus, an ex empto teneatur: & putō teneri. At qui ignorauit, sed non debuit facilè, q ignorabat, asseuerare. Inter hūc igitur, & eū 9 † qui scit, interest: quod 10 † qui scit, praeponere l debuit furē esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. m

Si per dolum res pluris minorisve venditur, per hanc actionem purgatur. Bart.

g *Apprehendit.*] hoc quando contra extraneum: sed inter se potior est possessor. sic & quando duo ab eodem domino, vt C. de rei vend. l. quoties. Sed contra ad id, quod hic dicitur: quia possessor videtur potior, quando à diuersis non dominis emimus: ut sup. de pu. l. siue autem, vers. vt si quidem quae est contra. Solut. hic loquitur cum ille possidet, cui primò tradita est res. Vel fortè cum neuter possideret sed pu. contra extraneũ experiuntur. si autem agerent inter se, semper possessor potior est: 1 cum à duob. diuersis non dominis bona fide emerint, ut in l. contraria argumentum infra, de pignorib. l. si debitor.

2 † Fl. desit, sed.
1 Sequuntur gl. Alber. & Paul.

h *Tuendus est.*] Nisi fuit creditor ille, qui vendidit habens ius distrahendi: ut C. de distr. pigno. l. antepenult. nisi nõ dominus antequam fieret dominus alij vendidisset: deinde postquam est factus dominus, alij vẽdat. vnde praefertur qui primo emit. & sic, qui emit à nõ domino, praefertur ei, qui emit ab eodem postea domino facto, vt sup. de rei vend. l. si Titio.

3 † Fl. lib. 21.

i *Si quis.*] super hac materia plenè dixi sup. de dolo, l. arbitrio, §. de eo. Accur.

4 † Fl. dari.

k *Plus.*] i. quod plus tradidit, quam debuit.

Neratius lib. 3. membranarũ.

LEX XXXII.

Si ea res, quam ex empto praestare debebam, vi mihi adempta fuerit: quamuis eam custodire debuerim, tamen propius est, vt nihil amplius, quàm actiones persequendae eius praestari a à me emptori oporteat: quia custodia b aduersus vim c parum proficit. Actiones autem eas non solum d arbitrio, sed etiam periculo tuo tibi praestare debebo: ut omne lucrum, ac dispendium te sequatur 1 † At si per me factum sit, quo minus eam suo tempore à me haberes: non solum id, quod ipse per eum acquisiui, praestare debeo: sed & id quod emptor iam tunc sibi tradito seruo acquisiturus fuisset. e

De duobus emptoribus ille est potior, cui est possessio tradita. Bart.

¶ Vterque nostrum eandem rem emit à non domino, cum emptio, venditioq; sine dolo malo fieret, traditaq; est: siue ab eodem emimus, f siue ab alio, atque alio: is ex nobis tuendus est, qui prior ius eius apprehendit: g hoc est, cui primum tradita est. sed 2 † si alter ex nobis à domino emisset, is oĩmodo tuendus est. h

Si quis contrahentium ex falsis mensuris decipiatur, potest per hanc actionem habere recursum. B.

Vlpianus lib. 40. 3 † ad edic.

LEX XXXIII.

Si quis i à me oleũ, quod emisset, adhibitis iniquis ponderibus accepisset, ut in modo me falleret: vel emptor circumscriptus sit à venditore ponderibus minoribus: Pompo. ait, posse dici, venditorem sibi dari 4 † oportere, quod plus k est, petere. quod habet rationem. ergo & emptor ex empto habebit actionem, qua contentus esse possit.

Idem li. 32. 5 † ad edictum.

LEX XXXIIII.

Et si vno pretio plures res emptae sint: de singulis l ex empto, m & 6 † vendito agi potest.

Idem libro 18. ad edictum.

LEX XXXV.

Si fundo vendito, in qualitate iugerum captio m est, ex empto n erit actio.

Euicta seruitute agitur ex empto, non de euictione. h. d. habes in l. quod ad seruitutem. inf. de euict. Bar.

Idem libro 70. ad edictum.

LEX XXXVI.

Si quis fundum emerit, quasi per eum fundum eundi agendi ius non esset, o & interdicto p de itinere actuq; priuato 7 † victus sit: ex empto habebit actionem. licet enim stipulatio de euictione non cõmittatur, quia nõ est de iure q seruitutis, per 8 † in rem actionem 9 † pronũciatum: tamen dicendum est ex empto actionem competere.

Ante traditionem venditor tenetur ad custodiam: propter quam etiam debet de damno infecto cauere. Bartolus.

Paulus libro 7. ad Plautium.

LEX XXXVII.

Venditor domus antè quã eam tradat, damni infecti stipulationem interponere debet: r quia antè, quã vacuam possessionem tradat, custodiam, & diligentiam praestare debet: & pars est diligentiae, custodiaeque, hanc interponere stipulationẽ: & ideo si id neglexerit, tenebit emptori.

Dolus venditoris non prodest emptori. Bart.

Idem libro 11. 10 † ad Plaut.

LEX XXXVIII.

Sicut aequũ est bonae fidei emptori alterius s dolũ

l *Et si vno. De singulis.*] vt & in pluribus rebus commodatis, ut sup. commo. l. in commodato, §. duobus. & etiam vnicè, ut dixi circa hoc. supra fam. ercis. haeredes, §. de pluribus.

5 † Fl. li. 2.
6 † Alij legũt, sint, &c.

m *Si fundo. Captio.*] Id est, deceptio. Accur.
n *Ex empto.*] Vt & j. eo. si in qualitate.

Si quis fundum.] CASVS. Vendidi tibi fundum liberum: postea quidam euicit tibi possess. seruitutis, non dico proprietatẽ: ages ex empto ad interesse, non de dupla. Viuia.

o *Ius non esset.*] s. vicino alicui.
p *Interdicto.*] s. primo, nõ secundo, vt statim hic subijcit. sunt enim duo: 2 vnum in quo tantũ agitur de quasi possessione: alterum in quo etiam de seruitutis iure, ut infra, de itin. actuque priua. vnde, §. hoc autem.

2 Idẽ Alb.

q *Quia non est de iure.*] maximè nam & si de seruitute pronunciaretur, non tamen ex stipulatione pro euictione rei ageretur, ut sup. de euict. quod ad seruitutes.

7 † Fl. deest, priuato.
8 † Fl. deest, per.
9 † Fl. actione.

Venditor.] CASVS. Vendidi tibi domum, non tradidi adhuc, debeo stipulari à vicino dãni infecti, si timeam dãnum: quasi hoc sit pars custodiae, quia custodire eam debeo. Viu.

r *Debet.*] vt supra, de contrah. emp. l. quod saepe, §. si res. & sup. eo. si ea res, primo respon. & Instit. de contrahẽ. emp. §. cum autem. & §. quod si fugerit. & j. de dam. infe. l. damni, §. emptor, 2. respon.

Sicut aequum.] CASVS. Vendo tibi fundum scio alienum: non nocet tibi quo minus praescribas, si bonam fidem habeas. sic econtra si malam fidẽ, non prodest tibi si tu vis vti accessione mea, id est, tempore. Viui.

s *Alterius.*] s. venditoris. Accur.

10 † Fl. li. 1.

Non

non nocere: a ita non est æquum eidem personæ venditoris b sui dolum prodesse.

Celsus libro 5. 1 † Digestorum.

LEX XXXIX.

SI venditor c hominis dixit, peculium eum habere decem, nec quicquam 2 † ademptum; d & si plus habet, totum præstet: nisi hoc actum est, ut dumtaxat decem præstaret, si minus est, præstet 3 † decem; & talem esse seruum, ut tantum peculij habeat.

¶ Si per emptorem steterit, quo minus ei mancipium traderetur: pro cibarijs, e per arbitrium indemnitatem posse seruare Sextus Aelius, & 4 † Drusus dixerunt: quorum, & mihi uidetur sententia iustissima esse.

Fistulæ, & canales cedunt domui. Bart.

¶ Firmus à Proculo quæsiuit, si de plumbeo castel o f fistulæ sub terram missæ aquam ducerent in equum g 5 † lateribus h circumstructum; an hæ, 6 † ut innexa fixaque, ædium essent; an, vt i ruta cæsaque, non essent ædium? Ille rescripsit referre quid actum 7 † esset. Quid ergo si nihil de ea re, neque emptor, neque venditor cogitauerunt, ut plerumque in huiusmodi rebus euenire solet? nonne propius est, ut inserta, & inclusa ædificio, sic 8 † partem eius existimemus k esse?

Modestinus libro 5. Responsorum.

LEX XL.

QVæro, si quis fundum, ita uendiderit, ut id 9 † uenundatum esse uideatur, quæ intra terminos ipse possedit, sciens tamen aliquam partem certam se non possidere, non certiorauerit emptorem; an ex empto iudicio teneatur, l cum hæc generalis adiectio ad ea, quæ specialiter nouit, qui uendidit, nec excepit, m pertinere non debeat? ne alioquin emptor capiatur, qui fortasse, si hoc cognouisset, uel empturus non esset, uel minoris empturus esset, si certioratus de certo loco fuisset; cum hoc, & apud ueteres sit relatum in eius persona, qui sic exceperat; Seruitutes, si quæ debentur, debebuntur: n etenim iuris authores responderunt, si certus uenditor quibusdam personis certis 10 † certas seruitutes deberi 11 † non admonuisset emptorem, ex empto eum teneri debere; quando hæc generalis exceptio non ad ea pertinere debeat, quæ uenditor nouit, quæque specialiter excipere, & potuit, & debuit; o sed ad ea, quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit. p Herennius Modestinus respondit, si quid circumueniédi emptoris causa uenditor in specie de qua quæritur, fecit; ex empto actione conueniri posse.

Qui emit arbores extantes, non facit eas suas, donec à solo separentur: & ideo vendicare non potest: sed aget ex empto. Bartolus.

Pomponius libro 31. ad Quintum Mutium.

LEX XLI.

QVintus Mutius scribit; Dominus fundi de prædio arbores stantes uendiderat, & pro his rebus pecuniam acceperat, 12 † & cum eas traderet nolebat, emptor quærebat, quid se facere oporteret, & uerebatur ne hæ arbores eius non uiderentur factæ. Pomponius. Arborum, quæ in fundo continentur, non est separatum corpus à fundo; & ideo, ut dominus suas specialiter arbores uendicare emptor non poterit, q sed ex empto habebit 13 † actionem.

a *Non nocere.*] Si non vult uti accessione sui auctoris: vt C. de præscript. longi tempo. l. prima. sed hodie etiam si uti nolit, vt in Authen. ut sponsar. §. rursus, collat. 7. Accur.

b *Venditoris.*] si velit uti accessione temporis sui auctoris. Azo. ut infra, de acquiren. possess. l. Pomponius, §. cum quis, & facit supra, de peri. l. summa, §. emptor. & C. de peri. & commo. l. dolum. Accursius.

SI venditor.] CASVS. Vendidi tibi seruum cum peculio, in quo dixi decem esse, & si plus esset quàm decem darem reliquum, & si nihil sit in peculio, quàm decem, dixi tamen decem præstare velle. dicitur, quod debeo istud pactum seruare, ut promisi.

¶ *Si per emptorem.*] Vendidi tibi equum: si es in mora accipiendi, dabis mihi sumptus eius.

¶ *Firmus.*] Vendo tibi fundum, quaritur, an veniat aquæductus, qui aliundè trahitur ad domum? Et respon. quòd sic: sicut ea, quæ sunt infixa domui: nisi contra actum sit. Viuianus.

c *Si venditor.*] hic incipit respondere.

d *Ademptum.*] uidebantur repetenda decem, vt l. cum seruus. sed non est repetitio, fecus. si hæc verba prætermissa essent, ut infra eodem, si seruus, §. fin. quæ est contra. sic & supra, de contrahenda emptione, l. qui fundum, §. si agrum. Sed argumen. contra infra, de condictio. institutio. l. cum seruus.

ADDITIO. Dic, quòd ibi erant verba, quæ inducebant repetitionem, secundum Alber.

e *Pro cibarijs.*] Facit supra commod. l. in rebus, §. possunt.

f *Castello.*] locus est circundatus ad modum castelli, vbi congeritur, & inde decitur aqua, ut infra, de aqua quotid. & æstiua. l. prima, §. penultimo.

g *In equum.*] fortè æneum per cuius os stillat aqua, alias ahenum.

h *Lateribus.*] i. lapidibus.

i *Vt.*] i. sicut.

k *Existimemus.*] certè sic, ut supra, de contrahen. emp. si aquæductus, & lege seq. & l. dolia. & argu. infra eod. creditor, in fine. Accur.

QVæro.] CASVS. Duo dicit. Primo: vendidi tibi fundũ magnum, quem ad oculum demonstraui dicens: Vendo tibi quicquid intra hos duos confines teneo. sciebam tamen quod unum iugerum erat ibi, quòd non possidebam, an teneor quasi deceperim? Et respon. quòd sic: ut in hoc alio, uendo domum, & addo, si quàm seruitutem debet, nolo teneri. & debebat vnam quàm sciebam, certe mihi nominus teneor. prædictum ergo pactum prodesset mihi in alijs, quæ ignorassem, non in his, quæ sciuit. Viuia.

l *Teneatur.*] & videtur, quòd teneatur, cum dicat. Accursius.

m *Excepit.*] specialiter. Accur.

n *Debebuntur.*] id est debebantur.

o *Et debuit.*] ut infra, de euic. l. qui libertatis, circa princ. & infra, de ædil. edic. l. quæritur, §. si venditor. Accursius.

p *Nequiuit.*] quo casu sua securitati prospectum uidetur, quòd ei permissum est, ut sup. eo. l. prima. Accursius.

q QVintus. *Mutius*] Vt potest. & C. de rei vend.

1 † Fl. lib. 5.
2 † Fl. quemquam.
3 † Fl. præstet esse.
4 † Fl. descr.
5 † Budaeus hic specum legit. Nã sũt specus quę, inter operæ aquariorũ. Frontinus. de aquaeductib. Quęcũq; post hanc legẽ rogatã riuos, specus, fornices, fistulas, castella, lacus aquarũ publicarũ, &c. l. 1. autem est, in alueũ. De his vid. Vitrub. 8. cap. 7.
6 † Fl. ambaedium essent: an ut ruta, cæsaque, fixaq; quæ ædium non essent.
7 † Fl. asset.
Imò idem secũdũ Alb. & Paul.
8 † Fl. desit, sic.
9 † Fl. uti uenaud.
10 † Fl. descr. certis.
11 † Fl. dom.
2 Idem. Paul.
12 † Fl. noceret.
13 † Fl. ab.

uen. seruum & supra de rei uendi. l. si age. & sup. e. l. qui pende tem Accur.

a *IN venditione.*] Pone casum: Habeo aquæductum per domum tuam Romæ constitutam ad domum meam: ut tamen pro aquæductu singulis annis soluã quandam summam, puta decem: postea vendo alii domum meam, & dico ei deberi aquæductum, sed de pensitatione taceo, teneor emptori, quia licet ipse non teneatur ad illam summam: (ut argumentum supra de contrahenda emp. l. si § si) tamen non potest uti a.tao seruitute nisi soluat: quia in totũ, aut in nihilũ debet seruare pactum meũ, ut infra de acquiren. poss. l. Pomponius §. cum quis. & supra de compen. l. si cum filio. & supra de pact. l. fin autem.

† Istam casus positionem sequitur. B. B. & Pau.

1 † Alias, pensatione pro aquæductum.

2 † Fl. infra.

b *Intra.*] alias infra.

c *Commemoratum est.*] scilicet a venditore.

d *Deceptus.*] scilicet emptor.

e *Ex vendito.*] scilicet actione.

f *Habebitur.*] ut hic fiat compensatio si pro usu seruitutis aliquid solutum est ab emptore: ut C. de cõpen. l. quoniam. Acc.

g *SI duorum. Non proderit.*] de rigore iuris, alius de æquitate, ut in fine huius legis. Acc.

h *Relatum est.*] & male, ut infra. Accu.

i *Vtique.*] scilicet maxime põt dubitari.

k *Iure perpetuo.*] scilicet actione ex empto quæ perpetua est.

l *Constet.*] & non soluit hanc quæstionem hic, sed in fine huius legis: eius tamen contrarium soluit, scilicet si plus inuenitur in prato, quam in vinea, ut supra eodem, l. si in qualitate. Accursius.

m *Dare iussum.*] & alium alia decem. Accur.

n *A duobus.*] statuliberis iussis dare viginti domino suo. sic & infra de euictione. l. si duos.

o *Suprascriptis.*] scilicet hac lege, sed &

Emptori decepto succurritur per actionem. Barto. Vel sic. Venditor, qui certificat emptorem de commodo, debet etiam certificare de onere, quod imminet ratione illius commodi, alias tenetur ad intereße. Paulus de Castro. Per hanc legem fundat se glo. in l. cũ venderes. de contrahenda emptione. quod vẽditor tenetur tradere rem liberam a seruitute.

Papinianus lib. 4. Respon.

LEX XLII.

IN venditione, a super annua pensitatione 1 † pro aquæductu intra b 2 † domum Romæ constitutam nihil commemoratum est, c deceptus d ob eam rem, ex empto habebit actionem. itaque si conueniatur ob pretium ex uendito: e ratio improuisi oneris habebitur. f

Si venditor in vna re decipitur per ignorãtiam, & in alia decipit. debet horum inuicem fieri compẽsatio. quem casum nota: quia nouus est. Istam legem intelligo, quando venditor fuit ignorans: secus si sciens, & sic in dolo. tunc enim non compensatur lucrum cum damno: vt l. si negotia. supra de neg. gest. item intelligo, quando fuit vna venditio, vt ponitur ĩ textu: secus si plures, & separati contractus fuissent: vt l. si quis negotia aliena, supra de nego. gest. & ibi dixi. Barto. Hæc lex pulchra est: quæ primo determinat quæstionem pro emptore, vsque ibi: Sed an exceptio. Secundo reuocat in dubium quid de æquitate. & in hac secunda arguit pro venditore vsque ibi, an non. Secundo pro emptore vsque ibi: Videamus tamen. Tertio redit ad venditorem, vsque ibi: Similis quæstio. Quarto antequam decidat, adducit alium casum similem, quo fit determinatio pro emptore de rigore, vsque ibi: Sed rectius. Quinto & vltimo in vtroque casu, tam in adducto, quam in alio, ad quem deducitur, determinat pro venditore de æquitate, vt id quod deficit in vno, suppleatur in eo, quod superfuit in altero. Pau. de Castro.

contra huic est supra pro socio. l. non ob eam.

ADDITIO. Dic, quod ibi intercessit culpa socii: hic uero non, secundum Albericum.

Tutus.

Paulus libro secundo Quæstionum.

LEX XLIII.

SI * duorum fundorum venditor separatim de modo cuiusque pronunciauerit, & ita vtrumque uno pretio tradiderit, & alteri aliquid desit, quamuis in altero exuperet: (forte si dixerit vnũ centum iugera, alterum ducentum habere) non proderit g ei, quod in altero ducentadecem inueniuntur, si in altero decem desint. & de his, ita apud Labeonem relatum est. h Sed an exceptio doli mali venditori profutura sit, potest dubitari: vtique i si exiguus syluæ modus desit, & plus in uineis habeat quam repromissum est: an non faciat dolo, qui iure perpetuo k vtitur? Nec enim id 3 † quod amplius in modo agri 4 † inuenitur quam alioquin dictum est, ad compendium venditoris, sed emptoris pertinet: & tunc tenetur venditor, cum minor modus inuenitur. Videamus tamen ne vlla 5 † querela sit emptoris in eodem fundo, si plus inueniatur 6 † in vinea, quam in prato: cum vniuersus modus constet. l 7 †

* Vetus vsi sing. & vnicus secundum Bar. in l. sicut. C. eo. tit. & profecto est tex. aureus. vide hoc in nouis interpreta. Bal.

3 † Flor. hoc.

4 † Fl. de agri.

5 † Fl. nulla.

6 † Fl. inueniat.

7 † Fl. constat.

¶ Similis quæstio esse potest ei, quæ in duobus fundis agitata est, & si quis duos statuliberos uno pretio uendat, & dicat unum decem dare iussum, m qui decemquinque dare debebat: (alterum 8 † decem, qui quinque debeat.) nam & hic tenebitur ex empto actione, quamuis emptor a duobus n viginti acceptiurus sit.

8 † Fl. inclusa desunt.

¶ Sed rectius est, in omnibus suprascriptis o casibus, lucrum cum damno compensari: & si quid deest emptori, siue pro modo, siue pro qualitate loci, hoc ei resarciri.

Emptor serui propter commodum iuris patronatus euictũ, habet actionem ex empto. Item intereße sumptum non debet excedere duplum rei, contra ignorantem, secus si cõtra scientem. hoc dicit, cum lege sequenti. Bartol. Vel sic. Si emptori serui euinceretur ius patronatus, habet actionem ex empto ad pretium, & ad intereße, sicut si euinceretur seruus.

Titius.] CASVS. Titius legauit Seiæ tres seruos, rogans, vt post annum legataria manumitteret, si cũ legataria non agnosceret legatum, hæres vendidit Sempronio ea mancipia, & nihil de libertate danda ei dixit, tandem emptor vnum nomine Arescusam manumisit: quæ postea non vult esse liberta emptoris, sed hæredis. Item alii duo uocauerunt hæredem ad ius, & compulsus est hæres manumittere, cum legataria non petente, apud hæredem cũ suo onere remanebit mancipia. nunc primo quæritur, an emptor possit repetere pretiũ Arescusæ quasi euictæ: cum non vult emptorem habere patronũ. Secundo, si emptor fecerit sumptus in seruis, dum erant apud eum: an repetat a venditore. Tertio, an Arescusa possit eligere in patronum, vel hæredẽ, vel emptorem, uel & legatariam. de cæteris enim duobus non quæritur ab hærede manumissi, cum habeant patronum. Et respon. per ordinem, primo primus tenetur emptori ad pretium. Secundo ad secundum: quia potest repetere sumptus, hi si excedant ultra pretium commune seruorũ: nam sicut agetur ex empto, ad minus si decreuisset seruorum pretium, ita ad plus, si accreuit: ui si sit immodicum, ut dixi. Videbatur impedire repetitiões sumptuum: quia si mihi aream alienam uendas, & in ea ædificando fecero sumptus, re euicta per verum dominum non repeto sumptus a venditore, quia eos potui habere a vendicante. ad idem, si emi seruum, in quem postea impendi, & se in libertatem euincit, iã non potero petere sumptus a uenditore: quia eos potui a uendicante se in libertatem consequi, quam eam possidebam: secus autem si domum, uel fundum non possidebam, sed alio possidente pretii, & succubui. quia non potui seruare sumptus per exceptionem, recupero hoc casu a uenditore actio. ex empto. Sed certe in nostro casu non potuit emptor excipere: quia non ipse, sed hæres fuit compulsus manumittere, quod autem dixi, venditorem non teneri ad sumptus, si emptor a vendicante consequi potuit, verum est, nisi venditor fuerit sciens alienum: & sic etiam in nostro casu esse posset: quia sciebat hæres idemque venditor libertatem deberi. In tertia quæstione dicit, quod potest eligere Arescusa, vel hæredem, vel emptorem pro patrono: & si eligit hæredem, tenetur ad pretium emptori, si emptorẽ eligeret, non repeteret pretium: h.d. cum duabus legibus sequen. Viuia.

Item interesse sumptuum, & expensarum factarum in re euicta, non debet excedere duplum rei contra venditorem ignorantem: nec potest ab eo repeti si potest ab euincente recuperari: secus cõtra scientem in vtroque: quia potest repeti, & excedere duplum. Item manumissus ab eo, qui habet causa a granato de manumittendo, potest eligere in patronum ipsum granatum, & euitare manumittentem, vel econuerso. h.d. cum l. seq. & sequen. vsque ad l. si quis alteram. secundum Bar. Baldum & Paulum de Castro.

Idem lib. 5. 1 † quæstionum.

LEX XLIIII.

Titius * cum decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum, & 2 † Arescusam per fideicommissum reliquit: eiusque fideicommisit, vt omnes ad libertatem post annum perduceret. Cum legataria fideicommissum ad se pertinere noluisset, a nec tamen hæredem a sua petitione liberasset: hæres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione b fideicommissæ libertatis facta. emptor, cum pluribus annis mancipia suprascripta sibi seruissent, Arescusam manumisit, & cũ cæteri quoque serui, cognita voluntate defuncti, fideicommissam 3 † libertatem petissent, & hæredem ad prætorem perduxissent: iussu prætoris ab hærede sunt manumissi. c Arescusa quoque nolle se emptorem patronum habere respondebat. 4 † cum emptor pretium a venditore empti iudicio Arescusæ quoque nomine repeteret, lectum est in auditorio, 5 † Domitii Vlpiani responsum, quo continebatur, Arescusam pertinere ad rescriptum sacrarum constitutionum, si nollet emptorem patronum habere: d emptorem tamen nihil posse post manumissionem a venditore consequi. ego 6 † tum memini Iulianum in ea sententia esse, ut existimaret, post manumissionem quoque empti actionem durare. e quæro, quæ sñia f vera sit? illud g etiam in eadem cognitione nomine emptoris desiderabatur, ut sumptus, quos in vnũ ex his quem erudierat, fecerat, ei restituerentur. Item 7 † quæro, h Arescusa, quæ recusauit emptorem patronum, 8 † & 9 † an possit, vel legatariam, quæ eam 10 † nõ liberauit, vel hæredem patronum habere, cum 11 † cæteri duo ab hærede i manumissi sunt? Respondi, k Semper probaui Iuliani sententiam, putantis manumissione 12 † ex empto actionem eo modo non admitti. l De sumptibus m vero, quos in erudiendum hominem emptor fecit, videndum est. Nam empti iudicium ad eam quoque speciem sufficere existimo. Non enim pretium continet n tantum, sed omne, quod interest emptoris, seruum non euinci.

a *Noluisset.*] idest, non voluisset, idest, non agnouerit legatum: non tamen repudiauit, ut subijcit, nec tamen. &c. sed tamen plerunque i pro repudiare ponitur, ut infra de conditio. & demonstratio. l. pater. 1. respon.

b *Commemoratione.*] semper tamen cum sua causa alienatur, vt tamen vendita mancipia possint eligere patronum, emptorem, vel hæredem, vt hic subijcit, & infra de fideicommiss. liber. l. quidam § primo, & l. generaliter. §. finali.

c *Manumissi.*] hæredes enim manumittere debent: quia, vt dixi, cum suo onere sunt apud quemlibet: & sic, apud hæredem remanent cũ suo onere: ut C. de caduc. tollen. §. ne autem. Sed qualiter potuit hæres manumittere, cum recta via fuerit facta legatariæ, quæ non repudiauit, ut infra de furtis. l. a Titio? Respondeo fortè hæredis erant mancipia. Sed tunc quare, cum in emptorem transit dominium? Respondeo, vt præualeat fideicommissaria libertas translatione dominii.

d *Patronum habere.*] quod posset eligere hæredem.

e *Durare.*] si eligat hæredem in patronum.

f *Quæro quæ sententia.*] Prima quæstio, id est, an habeat regressum emptor pro euictione, an non, quia manumisit, si postea manumissa hæredem patronum eligat.

g *Illud.*] Secunda quæstio est. Accursius.

h *Item quæro.*] Tertia quæstio.

i *Ab hærede manumissi sunt.*] quasi diceret, de his non est quæstio, quin sint liberti hæredis, & ideo pro eis de euictione agatur. Accur.

k *Respondi.*] hæc est responsio primæ quæstionis.

l *Non admitti.*] de euictio. si illa eligat hæredem patronum.

m *De sumptibus.*] respon. secundæ quæstionis.

n *Continet.*] actio de euictione.

1 † *Flo. lib. 4.*

* *Glossa in l. emi ... C. de seru. qua pro se, & ... mittere. verso. item opp. de h. Titius. dicit ipsum tex. sin. & mirabilem ad hoc propositum, quod interesse põt excedere duplũ. Bal.*

2 † *Flor. de ea, &c.*

3 † *alias, fideicommissariam.*

4 † *Flor. respondebat.*

5 † *Flor. dictum est, in auditorio.*

6 † *Flor. ego eum manumissum, & Iul.*

7 † *Flor. eadem.*

8 † *Duos patronos habere ...*

9 † *Flor. & est, &c.*

10 † *Flor. liberauit eam.*

11 † *Flor. nam.*

1 Sequitur gl. Alb. Bal. & Pau.

12 † *Flor. manumissionem non admitti ... de sumptib. & c. ... manumissione non admissa ... ex empto.*

a *Poenas.*] scilicet propter sumptum factum pro expensis emptoris.

b *Cum & fortè idem.*] scilicet venditor. Accursius.

c *Duplum.*] pretij communis. sic & C. de sent. quae pro eo, quod interest, in princ. & argum. sup. de pign. act. si seruus. sed cum male tradidit, vltra teneri debet: vt supra eod. l. Iulianus. Sol. & hoc corrigitur infra, eod. l. proxi. ibi, in omnibus, &c.

d *Idemq. Agitasse.*] id est, tractasse, vt scilicet, quòd interest reddatur, si modi cum excedat, ut supra dicitur.

e *Deterior.*] ita etiam augeri debet, ut infra de euict. l. euictio, in princip. & l. bonitatis, & l. si cum venditor, §. fin. Sed contra in l. illa ex mille, de euict. vbi tempus contractus inspicitur, licet creuerit rei aestimatio. Solut. hic agit ex empto, vnde ibi, interesse, quod est tempore euictionis, vente: ibi ex stipulatu, & ideo id duplicatur quòd fuit tempore venditionis. Accursius.

f *Illud expeditius.*] & hoc ar. est hic clarius, vt non videantur repeti posse sumptus.

g *Aedificauero.*] scilicet bona fide.

h *Dominus.*] scilicet verus.

i *Summouere.*] vt & supra communi diuidun. l. in hoc iudicio. & C. de euict. l. super empti.

K *In seruo.*] quem emi a non domino, & in eum erudiendum impendi. Accur.

l *In seruitute*] i. in seruitutis possessione eo constituto.

m *Dominus.*] qui vendidit: non ergo venditor.

n *Non possideat.*] sine dolo, & culpa. & hoc casu loquitur C. de euictio. & l. si constituerit iam. quae est contra superius hic responsum.

1 *ad intell. huius tex. & l. seq. vide Rebuff. in l. vnicam, n. 10. & multis seq. C. de sent. q. pro eo, quod inter. & ibid. per Berengarium Paulli n. 130. & 132*

2 † *alias, in tā magnam.*

3 † *Fl. lib. l.*

3 † *Duo. cum & forte.*

4 † *Duar. & non vltra. & est sing. tex. secundu Bar. in l. 1. col. C. de sent. q. pro eo, quod interest.*

5 † *Fl. decrescit.*

* *Paul. de Ca & Alex. in l. vendiires, in f. de verb. obl. reputant istum tex. singul. & aduerte, quia tex. ius nō loq. 3 ur de expen. iudicij si d de factis in re. Bo log.*

6 † *Duar. potē item dominū.*

7 † *Fl. in seruitutem nō in libertatē euincetur.*

8 † *Fl. mercedes, & impēs.*

Planè si in tantum * pretium excedisse proponas, vt non sit cogitatum a uēditore de tanta summa: veluti si ponas a agitatorem posteà factum b vel pantomimum, euictum esse eum, qui minimo venijt pretio: iniquum videtur in 1 † magnam quantitatem obligari venditorem.

Africanus li. 5. 2 † Quest.

LEX XLV.

Cum 3 † fortè idem b ex mediocrium facultatū sit: non 4 † ultra duplum c periculum subire cum oporteat.

Paulus li. 5. Quaestionum.

LEX XLVI.

Idemque Iulianum agitasse d Africanus refert, qd iustum est: sicut & 5 † minuitur praestatio, si seruus deterior e apud emptorem effectus sit, cum euincitur. ¶ Illud * expeditius f videbatur, si mihi alienam aream vendideris, & in eā ego aedificauero, g atq; ita eam dominus h euincat; nam quum possim petentem, 6 † nisi impensam aedificiorum soluat, doli mali exceptione summouere: i magis est, ut ea res ad periculum venditoris non pertineat. Quod & in seruo K dicendum est, si in seruitute l 7 † non in libertate euincatur: vt dominus m mercedes 8 † impēsas praestare debeat. Quòd si emptor non possideat n aedificium, vel seruū, ex empto habebit actionē. o

In omnibus tñ his casibus, si sciens quis alienū vendiderit: omnimodo p teneri debet. * ¶ Superest tertia deliberatio, cuius debeat esse liberta Arescusa, quae recusat emptorem. Et non sine ratione dicetur, eius debere effici libertam a quo vendita est, i. haeredis: quia & ipse ex empto actione tenetur. Sed hoc ita, * si non Arescusa elegerit emptoris patronatum, tunc enim illius remanet liberta, & ille ex empto actionem non habet: q quia nihil eius interest, cum eam libertam habeat.

Ius superueniens creditori prodest emptori. Bar.

Idem libro 24. quaestionum.

LEX XLVII.

Si quis alienam rem vendiderit, & medio tēpore haeres domino rei extiterit: cogetur implere r venditionem.

Poena in quam defunctus incidit, pōt exigi ab haerede: & cōmissio poenę nō impedit quin possit peti poena, interesse, & vsura. Bart.

Idem libro 6. responsorum.

LEX XLVIII.

Lucius Titius * accepta pecunia ad materias f vendendas sub poena certa, ita ut si non integras praestiterit 9 † intra statuta tempora, in poenam 10 † conueniatur: partim datis materijs decessit. Cum igitur testator in poenam commiserit, neq; eius hęrs reliquam materiam exhibuerit: t an in poenā, & in vsuras u conueniri possit, x

Si quis.] CASVS. Rem alienam mihi Titius vendidit: posteà domino rei extitit hęres, an compellatur tradere? Videtur quod non: sicut nec ille compelleretur, cui fuerit haeres, sed tamen dicit compellendum. Viuia.

r *Implere.*] i. rem tradere, & ea facere, quae in venditione desiderantur. ut infra de vsucap. l. cum vir praedium. non. n. tradiderat: sed se excusabat propter nouum dominium. nec est contra supra, si cert. pet. l. pro inde. q. uia ibi ex ea causa factus fuit dominus tradens, qua fingitur transtulisse dominium tradenti tempore traditionis. Item non ob. infra qui & à quibus ma. li. non fi. l. si seruo vbi non confirmatur libertas alieno seruo data: licet manumissor domino serui hęres existat. Sol. ibi à principio ipso iure non tenuit. sed hic venditio sic, cum in re aliena valeat, ut supra de contrah. emp. l. rem alienam. item facit C. de secun. nup. auth. sed & si quis. Accur.

Lucius.] CASVS. Lucius vendidit mihi decem tigna in genere certae longitudinis, & grossitudinis pro decem, quae ei dedi nunc, & ipse promisit daturum hinc ad mensem, sub poena, postea infra diem dedit v. & decessit; an haeres tenebatur ad poenam: maximè, quia non obtulit alia v. Et respon. quòd sic. Secundo quaeritur, an haeres teneatur ad vsuras pretij, quòd nunc emptor repetit actio. ex empto? Et respon. quod sic, post moram officio iudicis. h. d. cum l. seq. Viuianus.

f *Ad materias.*] puta vasa, vel uetius dic tigna.

t *Exhibuerit.*] maximè. nam & si exhibuerit, non purgat moram à defuncto commissam, ut C. de contrahē. stip. l. magnam. Vel etiam post mortem defuncti factam, ut infra, de naut. foeno. l. fin.

* *Sing. tex. non tā bene reperitur alibi quā hic secundum Paul.*

* *ad intell. huius Lcū l. Titius inf. eo. vide Fer. Gar. in l. transigere tium, nu. 25. de pact.*

* *de intell. huius l. & seq. vide Iac. à Nigr. in l. si insulā, n. 116. de uer. obl. & ibi Iod. Anuib. n. 82.*

9 † *Fl. repraesentauerit, alias, repraesentaue rit, ex l. mulier, §. 1. infra ad Trebell.*

10 † *Fl. in poena.*

o *Actionem.*] cum fuit superatus ab alio petendo. & sic fuit in nostro casu, quasi eos haeres non videatur possedisse & quo manumissi sunt.

p *Omnimodo.*] Possideat, vel non, excipiat, vel non: nam licet sit in culpa, dolum venditoris praeponderat, ut supra ad l. Aquil. si putator, in fi. & l. item si §. si. Et no. hic scientē plus teneri, z quàm si esset ignorans, ut sup. eo. tenetur, §. fin. & l. Iulia. in princ. & l. seruus, §. fi. & hoc etiam casu potest loqui noster casus.

q *Non habet.*] vtrumque enim habere non debet, 2 vt supra, de ser. corr. l. vt tantum, §. finali. Sed contra infra, de praescript. verb. l. naturalis, §. finali. Solut. ut ibi. 3 Item facit infra, de euictionib. sed hoc nomine, & l. venditor.

u *Vsuras.*] pretij reddendi emptori, vel quas emptor praestaret alij.

x *Possit.*] & sic vtrumque: quis pretium pro rata materię non traditę: de quo non est dubium. Item poenam, ut hic. Itē & vsuram quoque, ut hic subijcit, in hac &c. Et sic est contra sup. eo. Iulianus, §. idem Papinianus. vbi poena stipulatio non valet vltra legitimum modum vsurarum. hic autē erat legitima vsura petita, & tamen dicit posse peti poenam. Sol. 4 ibi stipulatio poenalis fuit adiecta soluendę quantitati, hic vero, vel aliqua: non quantitas soluenda. Item no. hic poenam committi totam: & tamen pro parte erat satisfactum. sic & J. de verb. oblig. l. in executionibus, §. pen. & dixi sup. familiae ercis. l. haeredes, §. in illa.

1 Sequit. gl. Bar. & Paul.

2 Idem Alberic.

3 Ibi manue misit, ut alterius satisfaceret voluntati, hic, ut proprię, secundum Bart. & Paulum ibidem.

4 Sequit. illā sol. Bar. hic.

a *Mutuatus*] in alio casu non posset petere vsuras, sed pœnam sic. Accur.

b E *X contractu. Posse.*] & sic vtrumque, quia pretiũ pro rata materiæ non traditæ: de quo non est dubium.

c *Intercedentem.*] id est, quæ in traditione materiæ fuit facta. Sed quid petitur actione ex empto? Respondeo rei traditio, vel interesse in quo inest vsura, quã emptor alij debet pro pretio mutuo 2 accepto. Sed nonnè ad hanc tenebatur emptor etiam re tradita sua die? Respõdeo 3 fortè venditurus erat rem: & sic pecuniam habiturus, secundum Azon. & nos sequimur hic, quòd pretium repetet, & sic agit ex empto, vt non damnificetur.

d *Vsurarum pretij.*] reddendi emptori, vel quas emptor præstaret alij.

cebat non habeo, qui colat: & ideo non emo venditor, vt decipiat dicit: ibi moratur quidam, qui perpetuo ibi moraturus est, quòd quandoque euenit: ut inf. loca. quæro, § fin. cum ibi liber homo moretur nullo modo adstrictus. Vel supponit 5 quendam colonum quem emptor non recepisset, & dixit: Vendo tali pacto, vt colonũ qui ibi est, retineas. emptor autem credebat de quodam alio, qui ibi consueuerat morari.

præsertim cum emptor mutuatus a pecuniam vsuras grauissimas expendit.

Paulus respondit.

LEX XLIX.

E X cõtractu, 1 † de quo quæritur, etiã hæredem venditoris in pœnam conueniri posse: b in actione quoque ex empto officio iudicis post moram intercedentem c vsurarum pretij d rationem haberi oportere.

Venditor tenetur emptori instrumenta, per quæ iura fundi declarantur, ostendere, cum expediens fuerit. Bartolus.

Scæuola lib. 2. responsorum.

LEX L.

T Itius hæres e Sempronij fundum Septitio vendidit e ita: Fundus Sempronianus, & 2 † quicquid Sempronij iuris fuit, erit tibi emptus, tot nummis: vacuamque possessionem tradidit, neq; fines eius demonstrauit. quæritur, an empti iudicio cogendus sit ostendere ex instrumentis hæreditarijs, & quid iuris defunctus habuerit, & fines ostẽdere? Respondi, id ex 3 † scriptura præstandum, quod sensisse intelliguntur quod si nõ appareat, debere uenditorem, & instrumenta fundi, & fines ostendere. f hoc etenim contractui bonæ fidei consonans esse. 4 †

Qui decipit emptorẽ supponendo colonũ, hac actione tenetur ad interesse. B.

Hermogen. libro secundo iuris ἐπιτομῶν.

LEX LI.

Q Vi per collusionem g imaginarium colonum circũueniendi emptoris causa supponit, 5 † ex empto tenetur; nec defenditur, si, quo facilius excogitata fraus occultetur, colonum, & quinquennij pensiones in suam fidem recipiat. h

Quæ veniunt iudicis officio mercenario, principaliter peti non possunt. facit l. vlt. C. de pos. Bart.

¶ Pretij sorte, licet post moram soluta, vsuræ peti non possunt: cum hæ non sint in obligatione, i sed officio iudicis præstentur.

Liberato vno ex contrahentibus ex dispositione legali, alter effectualiter non tenetur. Item in contractibus nominatis habet locũ condictio ob causam, si ex dispositione legis non implicatur. Bart.

Labeo libro 4. 6 † poster. à Iauoleno epitom.

LEX LII.

B Ona fides non patitur, ut cum emptor alicuius legis beneficio k pecuniam rei uenditæ debere desijsset antequam res ei traderetur, 7 † uenditor tradere compellatur, 8 † & re sua careret: 9 † possessione l autem tradita futurum est, ut rem venditor æquè amitteret: m 10 † utpotè cum petenti n eã rem, emptor exceptionem rei uenditæ, & traditæ objiciat: ut perinde habeatur, ac si petitor o ei, neq; uendidisset, p neque tradidisset.

Mora debitoris non inspicitur, cum etiam creditor est in mora. Bart.

Idem lib. 5. poster. à Iauoleno epitom.

LEX LIII.

S I & per emptorem, q & venditorem mora fuisset, quo minus uinum præberetur, & traderetur: perinde

1 † Requiritur hic gl. Bart. & Paul. & in hoc iste tex. nõ est alibi, secundũ Baldum.

2 Ista est diminatiua secundum P.

3 † Fl § alij l. præc.

T *Itius.*] CASVS. Vendidi fundum Sempronio, ipse petit à me, vt sibi fundi fines ostenderem, & instrumenta, quæ ad ius illius fundi pertinent, vtrum ad hoc cogi debeam? Et respon. quòd sic. Viuianus.

e *Vendidit.*] in scriptis, ut patet infra ex responso.

f *Et fines ostendere.*] instrumẽta sunt ostendenda, sed non tradenda: ut hic, 3. & infra eodem, l. creditor, primo respon. & C. de side instrum. l. instrumenta. & supra famil. ercisc. l. cætera, §. fin. Item no. quòd dicit hic fines demonstrari. Et sic est contra supra de contrahen. empt. l. cum seruo, §. fina. Solut. hic venditor erat certus ex instrumentis: ibi non. Vel hic confines, ibi vicinos. Vel ibi simpliciter vẽdidit: hic sic, 4. quicquid iuris, &c.

Ad hæc l. mi de Petr Garcet. in refragent. nu. 23 & 25 de pact. & Anton. Rub. in l. hoc edicto, §. nũciatio, n. 436. de no. oper. nunciat.

2 † Fl decil. &c.

3 Idem B. & Paul.

4 † Dumtaxat scrip.

4 Quodlibet pot esse bona fidum Bar. & Paul.

4 † Flaborat.

Q *Vi per.*] Casum in princip. ponit hic glos.

¶ *Pretij.*] Vendidi tibi fundum pro decẽ fuisti in mora soluendi, & sic teneris ad vsuras: puta in quinque ex officio iudicis. soluisti postea sortem. & dicis, quòd non petam vsuram: quia non potest durare officium, quòd est accessorium, sublata principali actione sortis. Viuianus.

g *Qui per collusionem.*] Casus est. Emptor di-

5 † Fl supponit.

5 Vtraq; lectura est bona secũdum Alb. Bart. & Paul.

h *Recipiat.*] Venditor in fide sua, ut moretur ille quem supposuerat: vel in fundo stare, vel venire fecerat. Accursius.

i *Obligatione.*] ut C. depos. l. quarta. Accursius.

B *Ona fides.* CASVS. Vendidi fundum minori, qui petit restitui, ad pretium non tenetur. certè nec ego ad rem tradendam. Quid autem si tradidi? Dic, repetã, ac si non vendidissem. Viuianus.

k *Beneficio.*] vtpote per in integrũ restitutionem. vel ius 6 iniquum impetrauit.

l *Possessione.*] id est, non solum cogitur 18 tradere: sed traditam potest venditor repetere.

m *Amitteret.*] id est, reciperet opposita complicatione contra exceptionem rei venditæ, & traditæ.

n *Cum petenti.*] id est, si uenditor peteret.

o *Petitor.*] id est emptor, qui fuit petitor quondam.

p *Neque vendidisset.*] id est, non videtur, neque vendidisse, neque tradidisse. nam si non vendidisset, sciret pretium se non habere.

S *I & per.*] CASVS. Vendidi tibi uinum: fui in mora tibi tradendi, tu etiam fuisti in mora recipiendi, quòd mora cum mora compensatur.

¶ *Quod si.*] Vendidi tibi fundum, pro decem, & promisisti mihi soluere in mense Iulij: ego venditor sum in mora recipiendi pecuniam, tu verò postea es in secunda mora soluendi, quæritur, utrum tibi noceat vltima tua mora? Et respon. quòd sic. Viuianus.

q *Si & per emptorẽ.*] 7 vt quia die quo tradi debuit.

Istud exemplum est verius secundũ Alber.

6 † Fl lib. 4.

7 † Fl traderetur.

8 † Fl compleltur.

9 † Fl careret.

10 † al. in, vt rem venditor eam amitteret.

Ang. To. & Imola, & illustris Doct. Frã. de Are. in l. si seruũ, in prin. ff. de ver. obl. reputãt istã tex. sing. cũ sua gl. & gl. clarè loquitur. Bolog.

debuit, dixit uenditor, nolo dare, & emptor dixit, nolo accipere.

1 † Fl. potest.
2 † Fl. mora, & est sing. tex. secundum Ja. in l. pter. § si inf. de o. pe. noui. nūc.
3 † Fl. facta.
4 † Fl. deest, posteriorem.

a *Stetisset.*] ut sup. de peric. & commod. rei uend. l. illud, i. resp.
b *Etsi.*] idest quamuis. & sunt hæc uerba Labeonis.
c *Lege sua.*] idest, usuras petere.
d *Dixi.*] ego Labeo. & sic posterior mora nocet, ut sup. de peri. & commo. rei uend. l. antep. & supra de arb. Celsus, circa finem.

1 Gl. sing. sūto tex. secūdū Paul. hic.

e *Dolo fecit.*] cum. sciebat emptorem pecuniam habere, noluit recipere, postea uerò cū sciuit non habere petijt. Accur.

C *Reditor.*] CASVS. Creditor, cui fundus tributarius obligatus est, & habet apud se instrumenta, & cautiones, quibus continetur, quod debitor soluit tributa: si postea sem uenditor, debet creditor exhibere illas cautiones, quas habet per act. ex empto.

5 † quandoq;
6 † Alias, minus ex pecunia soluatur.

q *Ante domum*] Titius habebat domum iuxta mare, & iuxta eā constituit aggeres, pilas, seu columnas domui coniunctas: an cedant domui uenditæ hæc, q̄ coniuncta sunt ei? Resp. quòd sic. Cætera satis plana sunt usque ad fi. tit. Viuta.
f *A conductore.*] qui dicitur publicanus.
g *In quo.*] s. saltu.
h *Venit.*] i. uenditur.
i *Emit*] qui & prius emerat, sed nunc ideo emit, quia credebat deberi tributa, & ideo publicanum uendere posse. Azo.
k *Exhibeantur*] ut ita probet se nō teneri publicano ad pretium, & si soluit, repetitur, quia nulla fuit uenditio à secunda, non tā hæc instrumenta tradet emptori, ut C. de fidei instrumen. ta. quæ est 3. & dixi sup. eo. Titius.

* Sing. tex. secundū Bal. in l. si ea, C. de usur.

l *Teneri.*] s. actione ex empto: & erat sit mariti quasi emptor, ut C. de iur. do. l. quoties. & inf. qui pot. in pig. hab. l. qui balneum, § fin. sed nec refert quo iure euincatur, aliàs 9 ueniatur, s. dominij, aut hypothecæ, ut hic fuit, & inf. de euic. l. si mancipium, § si cōmuni. & § fi. & l. seq. Sed uti maritus de euictio-

7 † Dua. si dicitur.

esse ait, quasi per emptorem solum stetisset. a non enim posse 1 † uideri moram 2 † per venditorē emptori factā 3 † esse, ipso emptore posteriorem 4 † moram faciente.

Vltima mora nocet: nisi dolus aduersarij intercesserit. Bart.

¶Quod si fundū emisti ea lege, uti des pecuniam calēdis Iulijs, etsi ipsis b calendis per uenditorem esset factum quo minus pecunia ei solueretur, deinde per te staret quo minus solueres: uti posse aduersus te lege sua c uenditorem dixi: d quia in uendendo hoc ageretur, ut quandocunque 5 † per emptorem factum sit, quo minus pecuniā 6 † soluat, legis pœnā patiatur. Hoc ita uerum puto, nisi si quid in ea re uenditor dolo fecit. e

Qui vendit iura actionis, debet emptori instrumēta ostendere, cū sibi opus erit. Vel sic: Venditor tenetur exhibere emptori, cum expedit, instrumēta, quæ pertinent ad fundum. Bart.

Scæuola lib. 7. Digestorum.

LEX LIIII.

CReditor fundū sibi obligatum, cuius chirographa tributorum à debitore retrò solutorum apud se deposita habebat, uendidit ex lege Mæuio, ut si quid tributorum noīe debitum esset, emptor solueret, idem fundus ob causam eorum tributorum, quæ iam soluta erant, à conductore f saltus, in quo g idem fundus est, uenit: h * eumq; idē Mæuius emit, i & pretium soluit. quæsitum est, an empti iudicio, vel aliqua actione emptor à uenditore cōsequi possit, ut solutionum suprascriptarum chirographa dentur. 7 † Respondit, posse emptorem empti iudicio consequi, ut instrumenta de quibus quæreretur, exhibeantur. k

Si filia se abstineat ab hæreditate paterna, debet prædium dotale ab hærede defendi. Bart.

¶Prædium æstimatum in dote à patre filiæ suæ noīe datū, obligatū creditori deprehendit, quæsitū est, an filius, qui hæreditatē patris retinet, cum ab ea se filia abstinuisset dote contenta, actione ex empto teneatur, ut à creditore lueret, & marito liberum 8 † præstaret? Respondit, teneri. l

Qui uēdit militiam, tenetur actiones suas cedere. B.

¶Inter uenditorem, & emptorem militiæ m ita conuenit, ut salarium n quod debebatur ab illa persona, o emptori cederet. quæsitum est, emptor militiæ quam quantitatem, à quo exigere, 9 † & quid ex huiusmodi pacto uenditor emptori præstare debeat? Respondit, uenditorem actiones extraordinarias p eo nomine, quas haberet, præstare debere.

Venditioni domus cedunt & pilæ, & columnæ extra domum domui iunctæ. B.

¶Ante domum mari iunctā, 10 † molib iactis 11 † pilam * constituit, q & uti ab eo possessa domus fuit, Caio Seio uendidit. quæro an pila 12 † quæ ab authore domui coniuncta erat, ad emptorē quoque iure emptionis pertineat? Respondit, eodem iure fore uenditam domum, quo fuisset prius quam ueniret. r

Qui uendit rem cum mercede debita, intelligitur debita uenditori. Bart.

Labeo lib. primo Posteriorum.

LEX LV.

SI mercedem insulæ accessuram 13 † emptori dictū est: quanti insula locata est, tātum emptori præstetur. Paulus. Imò si totam insulam eo 14 † nomine locaueris ut amplius 15 † conductor locet, 16 † & in uendenda insula mercedem emptori cessuram esse dixeris, id accedet s quod tibi totius insulæ conductor debebit. t

ne non agat. cum n. habeat exceptionem si à muliere conueniatur infra æstimationē fundi: ergo ipse agere de euictione non debet, ut inf. sol. mat. l. Mæuia, § fundus. quæ est 5. sol. alterum istorum quòd vult potest maritus facere, uel exceptionem obijcere, & de euictione non agere, uel cōtra de euictione agere, sed exceptionem non obijcere. utrumque autem non pōt, quia rem & pretium habere non debet, ut C. si ser. extero se emi man. l. j.

8 † Aliàs, liberū prædium.

m *Militia*] i. cuiusdā reditus, siue præbēda.
n *Salarium.*] i. reditus, siue præbenda.

9 † Dua exigere debet.

o *Ab illa persona*] puta à quodam Comite, uel barone.
p *Extraordinarias.*] facit in Auth. de exhib. & introd. reis, § optimum, coll. v. & C. de pign. l. fin. Accur.
q *Constituit.*] s. aliquis. Ac.] Adde l. ergo, § si pilas, de acq. rer. dom. & ultra apostil. de pilis uide Plin. li. 6. epist. & Dion Halicar. li. 9. ubi Horatiam pilam interpretatur.

10 † aliàs, iniectam.
11 † Fl. ripā.
* Pila, pter alia significat. & opus insigne ad tuēdas à fluctibus naues intra portus & naualia, qualiter his uidetur accipi.
12 † Fl. ripa.

r *Veniret*] ut sup. eo. si uenditor, § fi. & infra, de acq. rer. dom. l. ergo sic & in legato, ut j. de leg. 3. uxorem, § legauerat, & l. prædijs, § j. & inf. de seru. leg. l. j. sic & in alia qualibet tali concessione, ut sup. si serui. uend. l. testatis, § fin. Accur.
s *SI mercedem id accedit.*] i. tm̄. to.
t *Debebit.*] nec aliud credo Labeo sensisse, ut inf. ti. j insulam. licet largius intelligat Paul. cum dixisse.

13 † Dua accessuram esse.

u *Nominatim*] si nominatim excepi sepulchrum, n. etiam iter priuatū excepisse uideor, ut hic, & sup. de relig. si uenditor. si tacitè, refert sit iter publicum, ut hic, an non, & tunc obtinet, ꝰ de contrah. empt. l. in modicis, & l. seq. fi. Accur.
x *Minimè.*] s. uerum est quod prædixit.

14 † Fl. uero.
15 † Fl. & amplius.
16 † Fl. locauerit.

Vēditioni fundi cedit sepulchrum, nisi sit exceptū, uel aditum habeat ex publico. Bart.

¶Si eum fundū uendidisti, in quo sepulchrū habuisti, nec nominatim u tibi sepulchrum excepisti: parum tibi eo nomine cautū habes. Paulus. Minime, x si modo in sepulchrum iter publicū transit.

Habi- Sim

a *Habitatio.*] Ait Labeo. Et sic no. hic, quod in generali sermone non continetur persona loquentis, ut supra, de senat. l. j.
b *Recepta.*] Alias excepta.
c *Habitatoribus.*] verba pacti.
d *Parum cauetis.*] Ergo aut, ponitur pro &, ut C. de ver. sig. l. pen.
e *De his.*] Qui gratis habitant. Sed quid & ex donatione concesserat, & tali ex qua tenetur de euictione? Respon. idem quod in habitatoribus: secus autem ubi precario concesserat. Accursius.

2 † Fl. deest, eo.

f *SI seruus. Aut in cloacam.*] aut pro, i. nam catadromus dicitur cursus fluentium, à cata quod est fluxus, & dromos quod est currens. vnde hippodromus dicitur stabulum equorum currentium ab hippos, quod est equus, & ideo illud de Caesare dicitur, quod ipse tertio die ante mortem suam intrauit hippodromum suam, & inuenit asturconem suum flentem, quod fuit indicium mortis domini. & dicitur asturco ab astu, & torqueo: & ponitur pro dextratio, qui torquet inimicos hasta.

3 † Flor. deest, tunc.

g *Non fuerit.*] Plus ergo quàm in suis tenetur, ut & in vitro, ut infra sol. mat. si constante, §. si maritus. Accur.
h *Exceptum.*] s. à venditore ne imperet.

3 † Fl. deest, et.

i *Dirigenda est.*] ut si in culpa, uel dolo fuerit, teneatur: aliàs non, ut Inst. eo. §. cum autem. sic & in socijs, ut sup. eo. di. l. cõis seruus.

* *Machinam descensoriã, uel funem de cursorium intellige. Vide Suet. in Nero ne, c. 11. Alc. li. 1. parer. c. 20. & Bud. in hunc locum.*

k *Qua vult.*] ut & sup. de Sben. emp. l. comprehensum erat. non autem ola, nisi dictum esset, ne nihil adimeret, ut ar. sup. eo. si uenditor quae est ff. Alij quod secus in peculio, quod est quoddam totum, at dolia separata.

4 † Fl. potest.

l *Qualiacunque.*] imò sana debent esse accessoria, sicut & principalia vendita, ut supra eod. quicquid, & l. emptorem, §. si quis rem. quae sunt cõtra. Sol. hic conuenit praestari, qualiacunque sunt, ibi uerò non. Item enim hoc non est similiter contra ff. de aedil. edic. l. itaque, & l. proinde. Praeterea ibi plenius distingui-

5 † Fl. fuisset.

Si in venditione excepta sit habitatio, non intelligitur de habitatione vendentis, nec alterius ab eo causam obligatoriam non habentis. Bart.

¶ Si habitatorib. habitatio a lege uenditionis recepta b est, omnibus in ea habitantibus preter dominium, rectè recepta habitatio est. Pau. Immo si cui in ea insula quam uẽdideris, gratis habitationẽ dederis, & sit receperis, habitatoribus, c aut in 2 † quam quisque diem conductum habeat, parum caueris. d nominatim enim de his e recipi oportuit, itaque eos habitatores emptor insulae habitatione impunè prohibebit.

Venditor circa rem venditam tenetur de dolo, & culpa: & ideo quando ante uenditionem culpatur, post venditioné punitur. Bart.

Idem libro 2. πιθανῶν.

LEX LVI.

SI seruus tuus 3 † quem uendideras, iussu tuo aliquid fecit, & ex eo crus fregit, ita demum ea res tuo periculo non est, si id imperasti quod solebat ante uenditionem facere, & si id imperasti, quod etiam non uendito seruo imperaturus erat. Paul. Minimè. Nam & 3 † si periculosam rem ante uenditionem facere solitus est, culpa tua id factũ esse uidebitur puta enim eum fuisse seruum, qui per κατάδρομον γυράνον, * descendere, aut in cloacam f demitti solitus esset. Idem iuris erit si eam rem imperare solitus fueris, quam prudens, & diligẽs paterfam. imperaturus ei seruo non fuerit. g Quid si hoc exceptũ h fuerit, tũ potes 4 † ei seruo nouam rem imperare, quam imperaturus non fuisses 5 † si non uenisset, uelati si ei imperasti ut ad emptorem iret, qui peregrè esset. nam certè ea res tuo periculo esse non debet. itaque tota ea res ad dolum malum duntaxat, & culpam uenditoris dirigenda est. i

In obligatione generis sub alterni electio est debitoris, in obligatione caeterarum specierum non cadit electio. Bart.

¶ Si dolia 80. accedere fundo, quae in fossa essent, dictũ erit, & plura erunt, quod ad eum numerum, dabit emptori ex omnibus, quae vult, k dũmodo 6 † integra det. Si sola 80. sint qualiacunque l sunt 7 † emptorem sequentur, nec pro non integris quicquam ei uẽditor praestabit. m

Valet venditio serui, qui est apud hostes, & differtur praestatio donec redeat. Bart.

Pompon. lib. 10. ἐπιστολῶν.

LEX LVII.

SI seruus, qui emeretur, uel promitteretur, in hostiũ n potestate esset, 8 † Octauenus magis putabat ualere emptionem, & stipulationem, quia inter ementem, & uendentem esset commercium. Potius. n. difficultatẽ o in praestando eo inesse, quàm in natura: etiam & officio iudicis sustinẽda p esset eius praestatio, donec praestari possit.

TITVLVS II.

Locati 9 † & conducti.

Contractus locationis similis est emptioni: differunt tamẽ, quia in emptione & uenditione principaliter venit traditio, in locatione & conductione principaliter venit factũ. Bart.

Paulus libro 34. ad edictum.

LEX PRIMA.

LOcatio, & conductio, cum q naturalis sit & r oium gentiũ, s non verbis, t sed consensu contrahit, sicut emptio, & uenditio. u

Caius lib. 2. rerum cotidianarum.

LEX II.

LOcatio & conductio proxima x est emptioni, & uenditioni: eisdemque iuris regulis consistit. 10 †

tur in l. proinde.
m *Praestabit.*] secus si nulla sunt, ut ibi, ut supra eod. l. si quis cum fundũ, & l. quicquid, & l. si uenditor.
n *SI seruus. In hostium.*] secus si nõ hostes sint, sed semper hostium, ut infra, de verb. obl. liber homo. & Inst. eo. in §. quae est contra.

ADDITIO. Dic quod illud quod est hostiũ, & nunquam fuit nostrum, non põt uendi, nec per stipulationem promitti, ut ibi: secus si fuerit nostrum. & hoc per spem postliminij, ut l. id quod, infra de leg. j secundũ Bar. hic.

6 † Fl. dumtaxat.
7 † Fl. desit, sunt.

o *Difficultatem.*] quae difficultas praestationis non reddit stipulationem inutilem, ut inf. de uerbo. oblig. l. continuus, §. illud.
p *Sustinenda.*] id est, differenda.

LOCATI ET conducti.

8 † Fl. fit.

Locatio & cõductio est negotium ἀντίστροφον emptioni, & venditioni, quia proximum, & simile adeo, ut emptionis uenditionis, & pretij verbo promiscuè vtamur, etiã in locatione, conductione, & mercede. & est locatio conductio, conuentio nuda fruendi, faciendi ve aliquid certa mercede locatori, quo dat aliquid fruendum, vel faciendum, conductori qui ac spe. & locatori dat ut actio locati, conductori conducti, vtraque directa. Cuiac.

9 † Fl. deest, &, prout in lib. Basilicon. tit. 2. Harm. lib. 3. tit. 8.

q *LOcatio & conductio. Cum*] i. quia.
Et] pro id est.
r *Gentium.*] Ius enim gentium naturale dicitur, ut Instit. de iure nat. §. quod verò.
s *Non verbis.*] id est verborum solennitate, ut sit necessaria, adeo ut mutus interuenire possit, ut infra, de act. & obl. l. in quibus unque. & de re. iu. ubi non uoce.
t *Et venditio.*] ut Inst. eo. in princ. & de contrah. empt. in princ.
x *LOcatio. Proxima.*] quo ad tractatum, & quo ad sensum, ut subijcit.

10 † Fl. deest.

ur.]

a *Vt.*] ponitur pro sicut.
b *Mercede.*] si in pecunia consistente, ut dixi supra depo. l. 2. §. si quis seruum.
c *Vnū esse negotium.*] hoc propter illos, qui putabant duo esse negotia, emptionem materiæ, & locationem operæ, ut Instit. eo. §. item quæritur. & supra de contrah. empt. l. Sabinus resp. & l. conuenit mihi tecum. Accur.

CVm fundus.] CASVS. Locaui fundū, in quo erat plantitum ei deputatum, quod dedi colono æstimatū, dicit quod uidetur emere, quod fit suo periculo, sicut si darem seruum in dotem æstimatum. Viuia.
d *Emptum.*] & sic ac cessio locationis est venditio, ut infra e. l. quarto §. fin. & facit C. de iur. do. quoties.
e *Daretur.*] sed dos potest alio respectu æstimari quandoque, vt C. de iure do. si inheridem & hic. Quid enim si ad annum tātum locentur? certè non uidetur æstimatum ut sit uenditio.
f LOcatio. Tollitur.] est enim conditio p̄sona adiecta, ut infra de condi. & demonstr. si ita expressum. & est hoc uerum ut tantum stet conductor vsque ad terminum pro mercede constitutum, ultra non. Accur.

SI tibi.] CASVS. Locaui tibi fundū pro 50. tu alii eundem pro 60. secūdus conductor compellitur a vero domino, cum ego locator nō fuerim dñs, quæritur ad quid tibi tenear? & dicit ad 60. Secundo in l. seq. reuocat in dubium idem, & adhuc respon. idem Tertio dicit, quod in 60. quæ a me petis, computo vel compen so 50. quæ mihi debes si te habitare permisero Viuia.
g *Agendum.*] pro restituenda ut si male conductor in re fuerit uersatus. Itē cōductor aget, ut ei frui liceat, sed uidetur non agi aliquo modo ex contractu locationis,

Nam vt a emptio & venditio 1 † contrahitur, si de pretio cōuenerit, sic & locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede b conuenerit.

Si pecunia præstatur pro opera, dicitur contractus emptionis, etiam pro re in qua præstatur opera: si vero opera tantum, dicitur contractus locationis & conductionis. Pau.

¶ Adeo autem familiaritatē aliquam habere uidentur emptio & venditio, item locatio & conductio, ut in quibusdam quæri soleat, utrum emptio & uenditio sit, an locatio & conductio. Vt ecce, si cum aurifice mihi conuenerit, ut is ex auro suo annulos mihi faceret certi ponderis, certæque formæ, & is 2 † acceperit (verbi gratia) trecenta, vtrum emptio & uenditio sit, an locatio & conductio? Sed placet vnum esse negotium, c & magis emptionem & venditionem esse. Quod si ego aurum dedero, mercede pro opera constituta dubium non est, quin locatio & conductio sit.

Aestimatio facit in dubio emptionem, de qua materia gl. tangit in l. 1. infra ti. 1.

Pomponius li. 9. ad Sabinū.

LEX III.

CVm fundus locetur, & æstimatum instrumentum colonus accipiat: Proculus ait id agi, ut instrumentum emptum d hēat colonus: sicuti fieret cū quid æstimatum in dotem daretur. e

Voluntas morte finitur. Bart.

Idem lib. 18. 3 † ad Sabinū.

LEX IIII.

LOcatio præcariive rogatio ita facta, quoad is, q eam locasset, dedissetve, vellet, morte eius, qui locauit, aut dedit 4 † tollitur. f

Licet remittatur pensio ex postfacto, contractus tamen non resoluitur, licet ex eo agi potest ex vtraq; parte. Pau.

Vlpianus lib. 32. 5 † ad edict.

LEX V.

SI tibi habitationem locaue ro mox pensionem remittam: ex locato & conducto agendum g erit.

Conductor agit ad interesse contra locatorem, si ille qui ab eo conduxit, vti prohibeatur, in quantum sibi obligatus est, deducta mercede primo locatori debita. Par.

Caius lib. 10. ad edi. prouin.

LEX VI.

IS, qui rē conduxerit, non cogitur restituere id, quod rei, nomine tu actione consecutus h est.

Si conductor re conducta vti prohibeatur, agit actione ex conducto ad interesse. h. d. cum l. seq. Bar.

Paulus lib. 34. 6 † ad edictū.

LEX VII.

SI tibi alienam insulam locauero quinquaginta, tuque eandem sexaginta Titio locaueris, & Titius a domino prohibitus fuerit habitare: agentem te ex conducto sexaginta consequi dēre placet: quia ipse i Titio k teneris in sexaginta.

Triphonus 7 † li. 8. disput.

LEX VIII.

NOs videamus ne l non sexaginta m præstanda, nec quinquaginta n sunt, sed quanti interest o perfrui conductione. p 8 † tūi q 9 † deniq. r consequaē medius, quātū p̄stare debat ei, q a te cōduxit: s qn emolumentū t conductionis ad comparationem vberioris mercedis cōputatū, maiorē efficit cōdēnationē, & tā primus locator reputationem habebit u pro 10 † quinquaginta, q̄ ab illo perciperet, si dñs insulæ habitare nouissimū conductorē non vetuisset. quo iure vtimur.

Si conductor non potest vti re conducta, potest agere, ut sibi frui liceat locato r uero liberatur prestando interesse. uel aque commodam habitationē. Bart.

Vlpianus libro 32. ad edictū.

LEX IX.

SI quis domum bona fide emptam, vel fundum

sicut nec ex uenditione, ubi nullū sit pretium, ut sup. de cont. emp. si quis dona. & l. cū in uenditio. Sed hic fuit ab initio contractus factus animo exigendi mercedem, ibi non & de hac materia dixi sup. de pac. si conuenerit.
h IS qui Conseccutus.] idē est in commodatario, ut C. de fur. l. si §. sed cum sed secus in creditore, ut supra de pi. & si pignore. & est ratio diuersitatis, ut ibi dixi.
i SI tibi. Ipse.] scilicet tu.
k *Titio.*] seruo. Acc.
l NOs videamus ne.] idest an.
m *Sexaginta.*] scilicet tantum.
n *Quinquaginta.*] scilicet sola.
o *Interest.*] scilicet secundi, quod est q̄tum interest tertii.
p *Conductione.*] scilicet tertium.
q *Tantum.*] subaudi. & certe tā ad minus.
r *Denique.*] subau. & certe tantum ad minus. plus .n. esse pōt quando prohibere posset, nec ēt quando sciens alienū locasset, ut infra, l. si fundus & l. qui insulam. & incip. respondere.
s *Conduxit.*] cui tenetur ad exonerationem mercedis pro rata, uel ut restituat accepit, cum primus locator dominū prohibentem frui prohibere non posit, alias etiam ultra tenetur, ut infra eo. si fundus. in fi. & l. qui insulā. in prin.
t *Emolumentum.*] hic est sensus prior, cōductor cariorem hēt cōductionem, siue habitādi commoditatē quā ei pro mercede constiterit, & hoc patet per comparationem maioris siue uberioris mercedis quā pcepit, q cōduxerit, & hac computatio facit crescere condemnationem vltra 50.
u *Habebit.*] si nondū sunt soluta, alias & illa & decem id minus reddet medio, ut supra dixi.

SI quis.] CASVS. Locaui tibi domum alienam quam bona fide possidebā

ab

ab initio: postea sciens alienam verus dñs te deiecit: ages contra me vt faciã cum eo ꝙ tibi permittat habitare: aut si facere non possum, teneor ad exonerationem mercedis nisi sim paratus aliam æque bonam domum dare ad habitandum. Item dicit, si ille, qui hẽt vsumf. in fundo, locauit eũ i quinquẽniũ, & intra hoc tẽps decesserit, non tenebitur hæres fructuarii ad interesse, sed ad exonerationem mercedis. sic est in fundo & in seruo locato in quinquennium a fructuario. Si interim fructuarius fecit impensas, non recuperat, quia potuit prospicere id posse euenire. & hoc, nisi fructuarius locauit, ut dominus. Vinia.

locauerit a mihi, isq; sit euictus sine dolo malo culpave b 1 † eius: Pomponius ait, nihilominus eũ teneri ex cõducto ei qui conduxit. ut ei præstetur frui, quod conduxit licere. c Planè si dñs non patiatur, & locator paratus sit aliam habitationem non minus commodam præstare: æquissimum esse ait absolui locatorem. d

Si conductor desinit posse vti re absq; culpa locatoris, fit ei remissio mercedis: si uero culpa locatoris interuenit, ad totale interesse tenetur. Barto. no. istum §. quia semper allegatur.

¶ Hic 2 † subiungi põt quod Marcellus lib. 6. digest. scribit, 3 † si fructuarius locauerit fundum in quinquenniũ, & decesserit: hæredem eius in quinquenniũ 4 † non teneri e vt frui præstet, nõ magis quam vt 5 † insula exusta teneretur locator conductori. Sed an ex locato teneaẽ conductor, ut pro rata tẽpis, quo fruitus est, pensionem pstet. Marcellus q̃rit: queadmodũ præstaret si fructuarii serui operas f conduxisset vel habitationẽ. g Et magis admittit teneri eũ: & est æquissimum. ¶ Idem quærit, si sumptus fecit in fundum, quasi quinquennio fruiturus: an recipiat, Et ait, non recepturũ: quia hoc euenire posse pspicere * debuit. h Quid tñ si non quasi fructuarius ei locauerit, sed si quasi fundi dñs? Videlicet tenebitur: decepit. n. conductorem. & ita Imperator Antoninus cum diuo Seuero rescripsit.

¶ In exustis quoque ædibus, eius temporis quo ædificium stetit, mercedem præstandã rescripserunt.

Valet pactum quod quis teneatur de casu fortuito. Bart.

Iulianus lib. 15. digestorũ scribit.

LEX X.

SI 6 † quis i fundum locauerit ea lege, vt etiã si quid vi maiore accidisset, hoc ei præstaretur: k pacto standum esse.

Qui promisit innocentẽ ignem habere. si casu fortuito oriatur incendium, non tenetur. Bar.

¶ Si colonis prædiorum lege locationis, ut innocentẽ ignẽ habeant, denunciatum sit: si quidem fortuitus casus incendii causam intulerit, non præstabitur periculum locatori. l Si vero culpa locatoris, m q̃ præstare necesse est, damnũ fecerit: n tenebitur. o

Iste § legitur tribus modis, & breuiter hoc intendit. Pro tempore, quo cõductor non potest vti re, fit remissio mercedis non solutæ: & soluta repetitur. h. d. qualibet lect. gl. potest esse vera, teneas quã vis.

¶ Imperator Antoninus cũ patre suo, 7 † cum grex esset abactus, quẽ quis conduxerat, p ita rescripsit: Si capras latrones citra tuam fraudem abegisse q probari r põt, iudicio locati casum pstare non cogeris: atq; 8 † tẽpis quod insecutum est, mercedes, ut indebitas, recuperabis. s

a *Locauerit.*] cum sciret alienam.
b *Culpave*] adhibita in euincendo: fuerit tamẽ adhibita in eo, qui scienter rem alienam locauit.
c *Licere.*] non autem ad exonerationem mercedis tantum, & sic est contra. inf. e. si fundum, i si. Sol. hic scienter alienum locauit, ibi non, ut inf. e. l. & hæc distinctio, in si primi respon.
d *Locatorem.*] vt inf. e. l. cũ plures. i. 16. in fi. sic & sup. de const. pe. l qui autẽ. §. ꝙ si ante. & sup. de reli l. 1 §. locũ. & i Hoc differt a venditore.
e *Non teneri.*] ad interesse, sed ad pretii exonerationem, ut infra subiicit.
f *Operas.*] hic põt notari conductorẽ operarum pro rata tantũ temporis teneri & si ex parte locantis operas fortuitus casus interueniat. Acc.
g *Vel habitationem.*] scilicet domus, quæ nũc exusta sit, uel defuncto fructuario seu habitatore finita sit.
h *Prospicere debuit.*] hoc si locauit tãquã fructuarius, secus si tanquam dominus, vt statim subiicit Et no. hic debere inspici ꝙ euenire põt, ut in seq. dam. infec. l. g bona 5 cum inter, & infra ad Tre. Lucius. in §. pe. & sup. ex quib. ca. ma. l. sed & si per præ. §. si feriæ, & dixi de hoc sup. de iurisd. om. iud. l. 1 idem. in fi. Accur.
i *SI quis.*] alias. l. si quis, alias, § Iulianus.
k *Et præstaretur*] i. conductori a locatore. valet. n. pactũ, quo quis recipit in se fortuitum casum, vt hic, & C. de neg. gest. negotiũ. & sup. de pac. l iurisgentium §. item si quis. & inf. e. itẽ quærit §. si gemma. uel econtra locator conductori, ut non exigat mercedem: nam & hoc ualet. ut arg. sup. depo. l. 1 §. si cõuenit. & hoc si specifi. acti sunt, ut no. in d. l. sed & si quis. §. quæsitum, supra si quis cau.

l *Locatori*] vt inf. eo. l. videamus. §. si hoc.
m *Locatoris.*] idest conductoris. sed & propriè poni põt.
n *Fecerit.*] scilicet fortuitus casus.
o *Tenebitur.*] scilicet conductor.
p *Quem quis conduxerat.*] causa stercorandi agrum, vel lactis, vel lanæ, non autem custodiendi.
q *Abegisse.*] dicunt abigei, qui aliena surripiunt animalia. * & abigere dicitur qui surripit. sic & in Authen. de nup. §. si igitur. coll. 4.
r *Probari põt.*] quasi culpa contra eum psumpta, arg. sup. commo. l. eũ qui §. fi. Io. & secundũ hoc ponitur casus, ꝙ loquatur de caprario, qui certã mercedẽ præstabat, si ei permitteret fructus gregis percipere vsq; ad annum, & secundum hoc prosequere literã. Vel dic, ꝙ loquitur de locatore, qui certam mercedẽ præstitit caprario, si vsq. ad annum gregem seruaret. Si opponatur de l. inferiori, qui operas. inf. eo. Respon. quia hic culpa caprarii abactæ fuerint. Vel dic tertio, retẽto eodem casu, quod loquitur caprario, qui se teneri putabat ex casu fortuito ut mercedẽ restitueret nam repetit condictione indebiti, & sic q. diuersis modis litera concordat. Sed opponitur secundum duos vltimos casus, quomodo quis probat se sine fraude amisisse: immo qui fraudem dicit, eam probet, ut infra de probat. l. quoties, §. qui dolo. & de leg. 1. cum ita, §. species, Respond. probat hic eo ipso, quod contrarium non probatur, ut C. qui mi. non po. l. fi. secũdum vltimos duos casus. Alii dicunt, quem debere probare se sine culpa vel fraude perdidisse, ut hic, & arg C. de pig. act. si nulla. & sic dicunt creditorẽ hic probare, si dicat se pignus amisisse. Tertii, ut Bul. distinguunt, Vt no. in l. si creditor. C. de pig. act. casum autem quis probet? dic. ꝙ primo dolus, uel culpa est probanda, deinde ille contra quem hæc probantur, probet casum, ut dixi supra de eo ꝗ certum quis ex argentariis. §. pen. in fi.
s *Recuperabis.*] secundum primum & tertium loquit caprario, secundum loquitur dño. Sed qua actione repetuntur? Respon. ex conducto actione. si prius eas soluerat prorogando mercedem, ut inf. eo. sed addes §. si quis. sed si post amissionem est solutum, indebiti condictio cõpetit, ut hic dicit, sed videtur ꝙ indebiti nunquam locũ habeat,

1 † Flo. culpaque.
2 † Alias, huic.
3 † Flo. scripsit.
4 † Flor. deest, in quinquennium.
5 † Fl. deest, ut.
* Contr. tex. in cano. cũ Hadrianus 63. dist. text. in cano. commentib. 1. q. 7. & glo. in cano. immensæ domi. 23. dist. Bolog.
* Abigei, ꝙ dicantur vide l. 1. de abig. & l. aut facta. §. quantitas. de pœ. vbi quid propriè abigeus & quid fur. & l. fi. de abig.
6 † Flor. est §. & magis Iulia. &c.
7 † Flor. deest, sup.
8 † Alias, ad quæ adeo tem poris.

habeat, sicut & si pr mulieris soluat genero dotē iam sol. matrimonio non per cōditionem indebiti, sed pro dote actione repetitur, ut inf. sol. mat. si pater ignorans. quę est contra. Sol. ibi speciale ut cesset condictio indebiti fauore dotis, ut sup. de cond. indeb. cum is qui. & mulier. Vel dic aliud in mercedibus, q non debētur nisi tēpore tpis quo quis est fruitus, ut hic, ubi verò dos debebatur adimpleta conditione contracti matrimonij. Item nō. hic, quē non præstare casum, ut hic, & C. de pig. act. quæ fortuitis, & sup. pro soc. l. cum duo, § damna. Acc.

a *Culpa.*] ut supra ad leg. Aqui. l. idem iuris, in fi. & Instit. ad l. Aquil. § imperitia.

b *Scripsit.*] hoc casu qui sequitur.

c *Ex locato.*] ratione futuri temporis, ut arg. tit. j. l. cui licet tenetur ut possessionem restituat, ut C. eod. l. qs conductionis.

d **E** *T ego. Recte agam.*] non solum habebo exceptionem, sed etiam &c. sic sup. de usufr. quoties, § si colono.

e *Vel*] pro saltem.

f *Liberer*] pro futuro tempore.

g **V** *Ideamus. Etc.*] i. liberos.

h *Induxerit.*] in domum locatam.

i *Suo nomine*] i. ergo noxaliter, ut j. de publicum si exhibuisset. & sic est § i. nau. caup. stab. l. fi. § hac. It actione. sed hic in actione, q est ex contractu: ibi ex quasi maleficio. Itē secus est cū qs a locator dat noxa, conductori, ut j. eod. si tibi domū, q est ctra. Itē no. q electio mala est in culpa ut in solidū teneatur, ut & j. ad legē Aqui. l. seruus seruū, § Proculus, & § si fornacarius, & sup. si mēsor fal. mo. dix. l. 3. § fi. & sup. de neg. gest. l. nā & Seruius, § fi. & sup. pro soc. de illo. & infr. eo. cū in plures, & sup. com. l. cum qui. & l. qui non tam. & l. si ut certo, § sed interdū, & l. in rebus. Item no. q tribus modis dicimur quis in culpa. primum, si non fecit, q di-

1† Fl. desit, puta.

* Hanc politure agrorum, ut § 32 sup pro socio. & vide [illegible]

2† Fl. [illegible] ad Vrsium.

3† Fl. præstat.

4† Fl. desit sed.

5† Fl. ita.

6† Fl. &.

7† Fl. admiserit.

Imperitia culpæ annumeratur. Bart.

¶ Celsus etiam imperitiā culpæ a annumerandam li. 8. ff. scripsit, b puta 1† si quis vitulos pascendos, vel farciendum quid, poliendū ve* conduxit: culpā eum præstare debere: & quod imperitia peccauit, culpam esse: quippe ut artifex (inquit) conduxit.

Si res locata efficitur conductoris, potest agi ut à pensione liberetur. Bart.

¶ Si alienam domum mihi locaueris, eaque mihi donata vel locata sit, non teneri me tibi ex locato c ob pensionē: sed de tempore præterito videamus, si quid ante legati diem pensionis debeatur, & puto soluendum.

Iulia. lib. 2. 2† ad Vrseium Ferocem.

L E X XI.

ET ego ex conducto rectè agam d vel e ut hoc ut me liberer. f

Conductor tenetur locatori de alijs secum habitantibus, si in culpa fuerit malos homines inducendo in domum. Bart.

Vlpianus lib. 32. ad edictum.

L E X XII.

VIdeamus an, & seruorū culpam, & quoscunque induxerit, præstare conductor debeat; & quatenus præstare, 3† utrum ut noxæ seruos dedat, an verò suo nomine teneatur: sed 4† & adueisus eos g quos induxerit, h utrū præstabit tantum actiones, an quasi ob propriam culpam tenebitur? Mihi itaq; 5† placet ut culpam etiam eorum quos induxit, præstet suo nomine, i etiam 6† si nihil conuenit, k si tamen culpam in inducendis admisit, 7† q tales l habuerit, vel suos, vel hospites. & id Pomponius libro 63. ad edictum, probat.

Qui promisit ne ignem habeat, tenetur qualitercumq; habuerit. h. d. Et est contra l. si quis fundū, § 1. inf. eo. Sol ut ibi. Bart.

¶ Si hoc m in locatione conuenit, ignem ne habeto: & habuit, tenebitur: etiam si fortuitus casus admisit incendium: quia non debuit ignem habere. Aliud enim est n ignem innocentem habere, (aliud 8† omnino non habere,) permittit enim habere, sed innoxiū ignem. ¶ Itē prospicere debet conductor, ne in 9† aliquo, vel ius rei o vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur.

Conductor tenetur reddere locatori possessionem rei locatæ absque controuersia, nisi culpa locatoris acciderit. Bart.

¶ Qui vinum de Campania transportandū conduxit, 10† deinde mora à quodam controuersia, p signatum suo, & alterius sigillo in apothecam deposuit. 11† ex locato tenetur ut locatori possess. vini sine controuersia reddat: nisi culpa careret conductor.

Tenetur cōductor, si cōtra pacta locationis fecit. Bar.

¶ Inter conductorem, & locatorē conuenerat, ne in villa urbana fœnum poneretur, 12† conductor posuit: q deinde seruus r igne illato succendit. 13† ait Labeo teneri cōductorem ex locato: s quia ipse causam præbuit t inferendo u fœnum 14† contra conductionem. x

Herm. li. 2. iur. ἐπιτομῶν.

L E X XIII.

SEd & si quilibet extraneus ignē iniecerit: damni ratio iudicio 15† locati habebitur.

Si conductor fuerit in culpa, tenetur: aliàs nō. et hoc probatur per multa exēpla vsq; ad § si in lege. &c. B.

Vlpianus lib. 32. ad edictum.

L E X XIIII.

ITem quærit, y si cisiarius, i. carucharius, dum cæto-

ligere faceret, secundus [illegible] mora, ut probatur p legē istā & [illegible] & terram.

k *Conuenit.*] i. expresse [illegible].

l *Tales*] qui rem deteriorem faciunt.

m *Si hoc.*] si pro, quouis. nam culpa præcessit casum.

n *Aliud enim est*] respōdet tacitæ obiectioni superioris, l. si quis domum, § si colonis, j. hoc tit. Accur.

o *Ius rei.*] i. seruitutem patiatur amitti.

p *Controuersia.*] culpa sua, qui iam erat in mora restituendi.

q *Tesrit*] i. cōductor.

r *Seruus.*] scilicet conductoris.

s *Ex locato*] nec liberati volens noxæ dedere, ut sup. eo. l. j. j. rō.

t *Præbuit*] incēdio, unde teneri, ut j. ad l. Aqu. l. si furnus, § in hac.

u *Inferendo.*] i. fœnum.

x *Conductionem*] i. pactum [illegible] appositū, ut & s. § si. hoc.

I *Tem quæritur.*] Casus planus est vsque ad § duo.

¶ *Duo.*] Duo possūt insolidū locare candē rem, ut merces utriq; insolidum debeat.

¶ *Si in lege.*] Locaui tibi Codicē ad scribendū, & ad cōplendū ad certū diē, eo pacto, ut si tunc non esset perfectus, liceret mihi relocare alij, & q plus daréalij, mihi redderes, postea locaui alij, & dedi plus, an repetam, quærit? Et rñ. q sic, si post tps cōsimili scriptori locaui nō aliter.

¶ *Qui impleto.*] Locaui tibi fundum in annū pro x. anno finito fructi in eodē: videris reconducere in aliū annū simili mercede. idem si res publ. vel fiscus uū p lium in annum locauit. Sed quid si in quinquennium locaui ab initio? Et rñ. q si stetisti postea, de anno in annū videris reconducere: nō de lustro in lustrū: sed in domo locata est secus. nā nō intelligit si conduxit per annū, ut videatur reconducere stādo ultra annum, sed tantum in tempore quo habitat, & non per annum. Vsuia.

y *Item quæritur.*] quid iuris sit. Ioan.

8† Fl. inclusa desunt.

9† Fl. [illegible]

10† Fl. contro[illegible] uersia.

11† Fl. [illegible] fuisset.

12† Fl. cum per[illegible] neretur, cōposuit: deinde seruus.

13† Fl. si recte dit super [illegible] sit ut [illegible] & [illegible] manuf. [illegible] gitur [illegible] dit, ut & in vulg. sed in margine [illegible] manu [illegible] adscriptū est [illegible] adiectio [illegible] sic leges Pisa. q & Taurel. monet. puto tamē restius esse, succendit.

14† Fl. desit, fœnum.

15† Fl. desit, inducto. & legitur, damni locati habebitur ratio.

ros transire contendit, cisium * euertit, & seruum quassauit, vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem. temperare a enim debuit. Sed & vtilis Aquiliæ b 1 † dabitur.

¶ Si nauicularius onus Minturnas c vehendum conduxerit: & cum flumen Minturnense nauis ea subire non posset, in aliam nauem d merces transtulerit, eaque nauis in ostio fluminis perierit: tenetur prior 2 † nauicularius. Labeo, si culpa caret, non teneri ait: cæterum si, uel inuito domino e fecit, uel quo non debuit tempore, aut si minus idoneè naui imposuit; 3 † tunc ex locato agendum. f

¶ Si magister nauis sine gubernatore in flumen nauem immiserit: & tempestate orta temperare non potuerit, & nauem perdiderit, vectores habebunt aduersus eum ex locato actionem. g

¶ Si quis seruum docendum conduxerit, eumque duxerit peregrè, & aut ab hostibus captus sit, aut perierit: ex locato esse actionem placuit: h si modo non sic conduxerit, ut peregrè duceret.

¶ Item Iulianus libro 86. ff. scribit, 4 † Si sutor puero parum bene facienti, i forma calcei tam vehementer decem percusserit, ut ei oculus effoderetur: 5 † ex locato esse actionem patri eius. Quamuis enim magistris leuis castigatio concessa sit, * tamen hunc modum non tenuisse: sed & Aquilia, K 6 † ut supra diximus. l Iniuriarum autem actionem competere Iulianus negat: quia non iniuriæ faciendæ causa hoc fecerit, sed precipiendi. m

¶ Si gemma includenda, aut insculpenda, data sit, eaque fracta sit: si quidem uitio materiæ factum sit, non erit ex locato actio. si imperitia facientis, erit. n Huic sententiæ addendum est, nisi periculum o quoque in se artifex receperat: tunc enim & si uitio materiæ id euenerit, erit ex locato actio.

¶ Si fullo uestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint: eo locato tenetur, quia debuit ab hac re cauere. p Et si pallium fullo permutauerit, & alij alterius dederit: ex locato actione tenebitur: etiã si ignarus q fecerit.

¶ Exercitu ueniente migrauit r conductor: deinde ex 7 † hospitio milites fenestras & cætera sustulerunt. Si domino non denunciauit, f & migrauit, ex locato tenebitur. Labeo etiam, 8 † si resistere potuit, & non restitit, 9 † teneri ait. quæ sententia uera est. Sed si denunciare non potuit, non puto eum teneri.

¶ Si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit: si quidem iniquæ fuerunt, Sabinus distinguit, utrũ scit conductor, an non. Si scit; esse ex locato actionem. si minus: non. quòd si æquè sunt: ita demum eum teneri, si culpa t eius id fecerit ædilis. & ita Labeo & Mela scribunt.

¶ Duo rei locationis insolidum esse possunt.

Excessus in mercede dicitur tunc quando est eisdem pactis facta vtraque locatio. Bart.

¶ Si in 10 † lege operis locandi comprehensum esset, ut si ad diem effectum non esset, alij 11 † relocare x id liceret: non aliàs prior conductor ex locato tenebitur, quàm si eadem lege y relocatum esset. Nec ante relocari id potest, quam dies efficiendi præterijsset.

Iste §. diuiditur in tres partes. Primo loquitur in prædio rustico. Secundo in prædio vrbano. Tertio imponitur quædam limitatio circa prædicta. Secunda ibi, In vrbanis. Tertia in l. Qui ad certum. Item prima subdiuiditur: quia primo ponit vnum dictum. Secundo illud limitat. Tertio illud extendit dictum. Quarto illud dictum declarat. Secunda ibi, Sed hoc ita. Tertia ibi, Eadem. Quarta ibi, Quod autem. Item secunda subdiuiditur: quia primo ponitur dictum: secundo exceptio. Secunda ibi, nisi in scriptis. & hoc intendit. Si conductor post tempus remanet in prædio rustico, videtur in annum renouata conductio, & pignora eiusdem: secus si alterius.

Supra.

* *Cisiũ genus est vehiculi biroti Bud. hic. vnde cisiarius ductor cisij.*

a *Temperare.*] scilicet cursum, & voluntatem suam.

b *Aquiliæ.*] scilicet in factum.

c *Minturnas.*] nomen ciuitatis, vel prouinciæ.

1 † *Dabitur.*

d *Nauem.*] quam conduxit fortè. Accur.

e *Domino.*] etiam idoneæ naui imponendo, ut sup. de vsu & hab. l. fin. Accursius.

f *Agendum.*] erit, ut supra, ad leg. Rho. de iac. l. fi. § si ea.

g *Actionem.*] fuit enim in culpa, ut sup. de rei uend. l. qui petitorio, §. culpæ.

2 † *Fl. prior.*

h *Placuit.*] quia culpa præcessit casum, nisi hoc à prin. sit dictum, ut hic subijcit, & supra commod. l. si vt certo, §. interdum.

3 † *Fl. deest, imposuit.*

i *Parum benefacienti.*] i. non benefacienti.

K *Aquilia.*] scilicet tenetur.

l *Supra diximus.*] ut sup. ad leg. Aquil. sed & si quemcunque §. fi. vna tamen intentata tollitur altera, ut infra eod. si vulnerauerit.

m *Præcipiendi.*] quod est necesse, ut infra, de iniur. l. illud relatum.

n *Erit.*] similis distinctio habetur. & supra ad leg. Aqui. si seruus seruum, §. si calicem. & infra eodem, l. fin. & facit supra, quod quisque iur. l. 2.

o *Nisi periculum.*] id est casum fortuitum. sic & ponitur sup. eo. si quis domũ, §. si colonis, & §. si quis vitulos. propriè tamen dicitur periculum, quod culpa contingit, ut j. eod. l. opus. Vel dic hic periculum propriè si qualis qualis culpa interueniat, ut infra eod. l. & hæc distinct. j. responso, & l. opus, §. quod uerò.

4 † *Fl. scripsit.*

5 † *Fl. effunderetur. idē fecisse Alex. magnũ accidisse, ait Plutarchus in ... & vide Ant. Aug. li. 1. c. 7.*

* *Sit.*] vide Quintil. in ... orat. li. 1.

6 † *Fl. sed & de Aquilia supra dixi.*

p *Cauere.*] & in locum tutiorem transferre, ut argum. inf. de damno infec. l. utique.

q *Etiam si ignarus.*] quia cum errauit in suo facto non est probabilis ignorantia, ut inf. eod. sed addes, §. j. & supra ad Velle. l. quanquam.

r *Migrauit.*] i. de colonia discessit. sic accipitur inf. de migrando.

f *Non denunciauit.*] Nõ quem teneri denunciare, ut in Auth. ut licitum & quis §. si verò citra imperium, coll. §. ... quem debere resistere vi, * vt subijcit, & infra, si uen. no. mu. l. dolo & inf. ad Syll. l. j. §. occisorum aliàs autem si nõ potuit resistere, vi, conductor non tenetur: sed ei merces pro rata dimittitur, ut hic subijcit, & infra eod. l. si fundus, in fine. & l. habitatores, § j.

t *Si culpa.*] fortè si ædilibus euntibus in viam rem locatam inuenerunt, ut arg. supra de peric. & commod. rei vend. l. lectos.

u *Esse possunt.*] iure isto, ut hic, & C. eod. si diuisa, §. j. & infra eo. l. cum apparebit, & inf. de duo. re. l. eadem. Sed hodie est contra, nisi actum sit, vt in Auth. de duob. re. §. primo, coll 8.

x *Relocare.*] id est, præstare ei quantum deest pro secunda locatione; & ponitur hic casus infra eod. l. ea lege. Alij dicunt, ut l. primum conductorem promisisse pœnã si non faceret intra certum diẽ: quæ pœna non committitur nisi alij relocetur similibus pactis: & sic appareret conductorem non esse deceptum, sed tunc ageretur ex stipulatu, non ex locato, ut hic dicit.

y *Eadem lege.*] i. si eadẽ qualitate, & quantitate, & mensura relocaret, qua & priori locauerat secundum Bar. & Ioan. vel fortè leuiori. item ut alij faciendum daret, non ipse faceret, ut infra, de fideiuss. l. stipulatus.

Durare.

* *Vi.*] huc refert illud Persij, Fregerit hemistias Arreti ædilis iniquas. id est Iuuenal. Saty. 14.

7 † *Fl. deest, ex.*

8 † *Fl. autem.*

9 † *Fl. restitit.*

10 † *Fl. deest in.*

11 † *Fl. deest, alij.*

a *Durare.*] si sunt coloni. si autem extranei, non sic, ut hic statim subiicit. Accur.
b *Huius.*] scilicet extranei. Accur.
c *Necessarius.*] ut C. eod. si cum Hermes. & infra de iure po. l. stipulatio. Accursius.

in prædio vero urbano quatenus habitauerit, renouata videtur nisi in scriptis primo conductio celebrata fuerit vel nisi dominus ipse se consentire desierit. Bar.

¶ Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione: non solum reconduxisse videbitur, sed etiam pignorum videtur,[1] † durare[a] obligatio. [2] † Sed hoc ita verum est, si nō alius pro eo in priore conductione res obligauerat. huius[b] enim nouus consensus erit necessarius.[c] ¶ Eadem causa erit & si reipublicæ[d] prædia locata fuerint. ¶ Quod aūt diximus taciturnitate vtriusque partis colonum reconduxisse videri, ita accipiendum est, ut in ipso anno quo [3] † tacuerunt, videantur eandem locationem renouasse, non etiam in sequentibus annis, & si lustrum forte ab initio fuerat conductioni præstitutum.[e] Sed & si secūdo quoque anno post finitū lustrum nihil fuerit contrarium actum: eandem videri locationem & [4] † in illo anno permansisse: hoc. n. ipso quod tacuerunt consensisse[f] vīr. & hoc deinceps in vno quoque anno obseruandū est. ¶ In vrbanis autem prædiis alio iure vtimur, vt prout quisque[g] habitauerit, ita & obligetur: nisi in scriptis certum tempus conductionis [5] † cōprehensum est.

Idem lib. 71. ad edictum.

L E X X V.

Qvi ad certum tempus conducit, finito quoque tempore colonus est.[h] Intelligitur enim dominus, cum patitur colonum in fundo[i] esse, ex integro locare.[k] Et huiusmodi contractus,[l] neque verba, neque scripturam vtique desiderant, sed nudo consensu conualescunt. Et ideo[m] si interim[n] dominus furere cœperit, vel decesserit: fieri non posse[o] Marcellus ait, ut locatio redintegretur: & hoc verum est.

In actione ex conducto veniunt ea, quæ hac lege exprimuntur. Bart.

Idem libro 32. ad edictum.

L E X X V I.

Ex conducto actio cōductori datur. competit autem ex his causis ferē,[p] vt puta, si re, quam conduxit, frui ei non liceat: fortè quia possessio ei aut totius agri, aut partis non præstatur, aut uilla nō reficitur,[q] vel stabulum, vel vbi greges eius stare oporteat, vel [6] † si quid in lege cōductionis conuenit, si hoc non præstatur, ex conducto agere.

Propter casum cōtingentem in fundo vel fructibus antequam separentur a solo, fit remissio mercedis, si damnum est incurabile: secus si contingit in fructib. iam collectis. Item vbertas unius anni cum sterilitate alterius compensatur. Bartolus.

¶ Si vis tēpestatis [7] † calamitosæ contigerit: an locator conductori aliquid præstare dēat[r] videamus. Seruius omnem vim, cui te sisti non po-

1 Facit ad hoc qui tacet extra de reg. iu. in 6. vbi et per Dy. & do. Ioan. Andr. in mercuria libus.
1 † Flor. pignora videntur.
2 † Flo. obligata.
3 † Alias, quod.
4 † Flor. de eis, &c.
5 † Flor. conductione.
6 † Alias, sed & quod.
7 † Vide Bar. hic.

d *Reipublicæ.*] ut quia prædium reipublicæ cuidā colono est locatum. Accur.
e *Præstitutum.*] non tamē nisi in annum videtur facta relocatio, ut hic dicit.
f *Consensisse.*] notacitem videri consentire,[1] vt hic. & infra de præca. l. in rebus. in fi. l. & C. de vsu. l. quamuis passa. & infra sol. ma. si mulier. & Inst. de eod. §. non tantum, & infra qui mo. pigno. vel hypo. sol. l. sicut. §. non uidetur. & sup. de nego. insc. si pupius in fi. & infra ad municip. quoties & inf. e. l. cū in plures. §. locator. & C. de ædi. pri. l. an in totū. & sup. de tributo. l. 1. §. scientiam.
g *Prout quisque.*] hæc verba prout quisque exponuntur trib. modis: & primo ut in nullum tempus uideatur reconduxisse. Secundo, ut in id tantū in quo habitauit postea. Tertio, ut in id totum quo habitauerit ex primo, ut tunc respiciat ex ceptione, nisi in scrip. &c. & dic ut tunc in totum primum. Secundo, vel solū quo postea. Tertium, uel in nullum. Addo quartū, vel sicut in rustico. Ex prædictis aūt colligē tria: & quatuor. Primo ex tribus tedde excipiendo de quatuor primum, secundum & vltimum. Secūdo primum & tertium & ultimū. Tertio, quæ sunt tria post primum secundū lo. hanc notulam. Io ab illo loco illa & quatuor, sic expone. Tria sunt scilicet primo dicta vsq; illuc, & tunc &c. Secundum, quæ exponitur, prout quisque, &c. sed quatuor quæ sunt ab inde vsque illuc, ex prædictis, &c. secundum quæ quatuor expone exceptiones, quæ sunt in tex. nisi in scriptis, &c. hoc modo, quatuor scilicet sunt quorum quodlibet potest poni in exceptione. nam & si verbum illud, prout quisque, &c. exponatur secundum primum modum de tribus, duo alii modi ponuntur in excipiendo, si exponatur secundo modo, excipitur primus & tertius modus. Si vero tertio modo, duo primi ponuntur excipiendo: additur & quartum in quolibet: uel sicut in rustico. Secunda placet & no quod tantum ualet facere exceptionem de duobus ex tribus addito, uel sicut in rustico: quantum excipere tria ex quatuor. Quinto etiam modo possunt exponi illa verba, nisi in scriptis, &c. scilicet, quando in scriptis certum tempus comprehensum est, nisi aliud dictum est, ut sit idem sicut in rustico, sed sa dixit sexto, idest, vbi primus attactus fuerit in scriptis, quod non placet, ut supra de pac l. pactū. Vel dic septimo, nisi in scriptis, idest, nisi iterum conducat. Item quid si prima locatio fuerit minus anno in rustico? Resp. adhuc dico, sm Azo. videri in annum, secus in vrbanis, ut dicit. sed quare secus? Resp. quia non esset vtilis minus anno in rusticis, cum semel in anno colligantur fructus in rusticis, sed in vrbanis etiā vna die esset utile. Item quid si in rusticis tantum biennio vel quinquennio percipitur fructus, tamen semel videtur in tantū reconduxisse, & non in annum solum. Vel quid si bis in anno videt reconductio in minus anno, arg. infra sol. matr. diuortio. §. qui in anno. & §. item si locatio. sed dummodo est ab hac lege recedere. Item quid de mobilibus? Respond. non sic, sed finito tēpore facit furtum, nisi credat dominum permissurum, ut inf. de fur. in ter eos §. recte. & l. qui rē commodata. & sic in nullum tempus videtur reconduxisse.
h *Qui ad certum,* *Colonus est.*] idest, durat alia translocatio, ut infra l. proxi.
i *In fundo.*] post tempus finitum.
k *Locare.*] vt & supra l. proxi. in fi.
l *Contractus.*] scilicet locationis tacitæ.
m *Et ideo.*] quia exigitur cōsensus saltem tacitus: tō &c. ut hic, & inf. de pca. l. certe i prin. & inf. de op. leg. si tibi §. vnius. Accur.
n *Interim.*] idest ante conductionem finitam.
o *Non posse.*] imò vt in tacito cōsensu furiosus cōsentire. vt inf. sol. mat. l. 2. §. pen. sol. ibi speciale propter partem.
p *Ex Conducto Ferē.*] quia & ex aliis causis competit, veluti si quis in eam rem impenderit.
q *Reficitur.*] id quod tenetur locator: secus autem in fructuario & vsuario, quibus dominus non tenetur, ut supra de vsuf. sed cum, fructuarius § 2. & de vsu, & habitatione. l. si domus. Accur.
r *Præstare debeat.*] vt eum scilicet exoneret a præstatione mercedis, non ut dominus ad interesse teneatur, ut supra l. proxi. §. vbicunque. sic intelligitur. C. eo. l. excepto. Acc.

a *Fluminum.*] alias fluminis. alias fluminum. Accursi.
b *Graculorum.*] genera auium sunt.] Vilia quidem, & obstrepentia, hinc adagium illud contra obstrepentem. graculus inter musas es.
c *Raucis.*] idest spinis.

¶ *Vbicumque.*] Locaui tibi fundum. fructus non percepisti. refert an propter sterilitatem: & tunc teneor tantum ad remissionem mercedis; & damnum seminis est coloni: an propter hoc, quod ego uel alius a quo te defendere potui, non permisi te uti: & tunc ad omne interesse teneor.

ADDITIO. Imo vero raucæ sunt uermes terreni: de quibus plura hic Budæ. In priori. anno. ad Pandect. Cæterû sũt, qui hic rufcis legẽdû putẽt, nec male meo iudicio. Porro quid sit rufcũ facile quis uel ex lexicis didicerit.
d *Vredo.*] idest vrens fructus.* Accursius.
e *Aliquid.*] modicũ, scilicet alioquin contra, ut supra prox. §. si uis, & ad hoc C. de iure emph. l. j. & inf. de dam. infec. l. inter quos, §. damni. in fin.
f *Vt frui.*] alias ut frui, & tunc plana est litera, ut supra ead. l. in prin, alias tolli. & tunc subaudi, scilicet fructus, ex eo.
g *Fundi.*] idest fructus fundi.
h *Coluisti.*] ideo dicit si coluisti: quia si non coluisti, statim teneris ad interesse. unde licet superueniat incẽdiũ, nõ decresceret obligatio, arg. infr. de ædi. edi. iustissimè. §. fi. & infra eodem, l. si prius. Vel forte subaudiendũ est, maxime, nã superueniẽs incendium excusat, ut arg. intra quod ui aut clã. si aliis §. est, & alia. Vel ideo quia si non coluisti, fructus non percepisti, & sic cenburi non possent, cũ non essent.

S[I uno] CASVS. Locaui tibi fundũ in v. annos ĩ uno fuit sterilitas: & sic remisi mercedẽ illius anni In secundo anno superfuit ubertas. dicit quod debes mihi restaurare pro præcedenti anno, etiam si in remittendo sui usus uerbo donationis, dicendo: dono tibi mercedẽ huius anni propter sterilitatẽ. secus econtra si ultimus annus est sterilis, & præcedẽtes uberes. nam si remisi pro ultimo, sciẽs ubertatem præcedentium, non possum postea petere restaurari.

test, dominum colono præstare debere ait: vtputa fluminum, a graculorum, b sturnorum, & si quid simile acciderit, aut si incursus hostium fiat. Si qua tamen vitia ex ipsa re oriantur, hæc damno coloni esse: ueluti si vinũ coacuerit: * si raucis c 1 † aut herbis segetes corruptæ sint.

¶ Sed & si labes 2 † facta sit omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse: ne supra damnum seminis amissi, mercedes agri præstare cogatur. Sed & si vredo d fructum oleæ corruperit, aut solis feruore non assueto id acciderit: damnum domini futurum. Si vero nihil extra consuetudinem acciderit: damnum coloni esse: idemque dicendum esse, 3 † si exercitus præteriens per lasciuiam aliquid e abstulerit. Sed si 4 † ager terræmotu ita corruerit, ut nusquam sit: damnũ domini esse: oportet enim agrũ præstari conductori, ut frui f possit.

¶ Cum quidam incẽdiũ fundi g allegaret, & remissionem desideraret, ita ei rescriptum est, Si prædium coluisti, h propter casum incendii repentini non immerito subueniendum tibi est.

Nota hic, quod verba accipiuntur secundum naturam contractus: & sic verba debent intelligi secũdũ subiectam materiam. simile in l. dam. infe. in prin. infra de dam. infe. & l. si stipulatus. infra de vsuris. Bartolus.

Papinianus lib. 4. respon. ait.

LEX XVII.

SI vno i 5 † anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequẽtibus annis contigerit vbertas: nihil obesse domino remissionem: sed integram pẽsionem, etiam eius k anni quo remiserit, exigendam. Hoc idẽ & in vectigali l 6 † damno respondit. Sed & si verba donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum quasi non sit donatio, sed transactio. m Quid tamen, si nouissimus erat annus sterilis in quo ei remisit? Verius dicetur, & si superiores vberes fuerunt, & scit n locator: nõ debere eum ad computationem vocari.

Licet sterilitas tribuat remissionem, secus tamen in exiguitate fructuum.

¶ Cum quidam de fructuum exiguitate quæreretur, non esse rationem eius habendam rescripto diui Antonini continetur o Item alio rescripto ita continetur: Nouam rem desideras, ut propter vetustatem vinearum remissio p tibi detur

Subtilem materiam habet iste § & breuiter h. d. Casus contingens ex parte locatoris, propter quem impeditur vsus conductoris, inducit repetitionem mercedis. h. d. Primo loquitur in quodam casu singulari. Secundo ipsum vniuersaliter extendit ad omnes. Secunda ibi, Quod in omn. b. & in tota ista materia appello conductorem illum, qui dat pecuniam: locatorẽ illum, qui dat operas, vel prabet vsum rei, vt l. 1. §. si quis, supra depositi. Bartolus.

¶ *Interdum*] Licet actio locati competat ad mercedem, tamen quandoque competit ad id solum ut liberet locator a rei præstatione. & de hoc ponit exemplum in l. seq. Viuia.
i *Si uno*] alias §. Papi. & alias. l. si uno.
k *Etiam eius.*] non solum vberioris, sed etiam &c. ut hic, & C. eod. licet & infra de annuis, sc. l. legatũ. § uini phalerni. Sed quero quñ sterilitas dicatur? dicunt quidam quñ semẽ non est inde perceptũ, ut supra ea. l. §. sed & si labes. & infra ead. l. §. ubicumque sed Ioã. dicit inspici uulgi opinione Item dicunt recõpensari quãdo bis tantũ habuit quam solitus erat habere: ut si solitus erat habere 20. & hẽt 40 sed Ioã. dicit tunc quñ tantum habuit in sequẽti, ut cõpensatione facta neutra dicatur sterilis. ut si solitus erat habere 30. si hẽt 15 non est sterilis ponc ergo quod in vno anno nihil habitũ est & sequenti anno 30. habita sunt: tunc ergo petitur merces.
l *In vectigali.*] idest, in damno prædii pro quo uectigal præstat reipublicæ, ut hic, & infra de censi. l. forma citra prin. ibi, illã æquitatem.
m *Sed transactio*] idest a petitione recessio. Et sic no. hic ex qualitate contractus uerba accipi contra propriam significationẽ, * ut hic, & infra eo. l. in lege.
n *Et scit.*] scilicet vbertatem præcedentium: quo casu uidetur donare. & ideo non debet uocari ad computationem, ut hic subiicit, sed ut computet ubertatem superioris anni cum sterili: in quo anno pensionem remisit: secus autem si dominus ignorauit ubertatem præcedentium annorum: quod facile potuit euenire. tunc enim donare non uidetur, nec renunciare computationi, sicut nec pro futura ubertate, nisi indistincte recipiat cõputatio.
o *Continetur*] nisi esset passus sterilitatem, ut supra eo. l. prox. §. si vis.
p *Remissio*] cũ debeat colere & propagare, ut bonus paterfa. & ideo

* Vi. Pli. li. 18. nat. histo. ca. 17.
1 † Alias, rufcis unde, rumare verbũ, quo vsus est Cato de re rustic. c. 2 Cl. li. 2. ca 9. Pli. lib. 18. c. 21. Ale. parer. 7 c. 5. legendum putat, ervcis Tadis ut in text. nã raucas vermis radices corrodens. Pli. lib. 17 ca. 18.
* Vredinem morbũ herbarũ, frugũ, &c. uocat Nebris. in lexico in ver. vredo, ubi alio a iectare bunculũ appellari posse ait. plura vide apud Prat. ex Theophr. & Plin. in Lexi. in uerbo uredo ubi de eius causis.
2 † Fi. labes. vide Bu. hic.
3 † Fier. de est. esse.
4 † Duar. Sed & si.
5 † Fl. ist. § & incip. Tapon. &.
6 † Fhr. Et vectigalis damnũ.
* Significati.] uerba quandoque contra propriam significationem capiuntur. vi. in ind. trac. in uer. uerba miscellanee, uir. quandoque.

¶ *Cum quidam.*] Propter sterilitatem fit remissio, nõ propter hoc quod habeat minus solito, habet tamen sufficienter.
¶ *Item.*] Quidã procu. Cæsaris uel etiã homo priuatus cõduxit naucũ a nauta, ut ex ea merces portarentur: ut iste [illegible] nautæ, ut dicit quod reddat mercedem.

¶ Item cum quidam naue amissa vecturam quam pro inuecto 1 † acceperat, repeteretur: a 2 † rescriptum est ab Antonino Augusto, non immerito procuratorem b Cæsaris hunc 3 † ab eo uecturam repetere, cum munere uehendi functus non sit. Quod in omnibus personis c similiter obseruandum est.

Propter casum conductor non potest agere ad interesse, sed ad exonerationem mercedis: secus si facto suo vel culpa impeditur. Bal.

¶ Vbicunque tamen remissionis ratio hr̄ ex causis supra relatis; d non id quod sua interest, conductor consequitur, sed mercedis exonerationē pro rata temporis. 4 † Supra e denique damnum seminis amissi 5 † ad colonum pertinere 6 † declaratur. Plane si forte dominus frui non patiatur, vel cū ipse locasset, vel cum alius alienū, vel quasi procurator, f vel quasi suum, quod interest, g præstabitur: & ita Proculus in procuratore respondit.

Pupillus restitutus, vt adeat, agit, vt a locatione defuncti liberetur, si res alij locata erat: sed contra tutorem habet regressum si fuit in culpa abstinendi. hoc dicit, cum l. seq. Bartolus.

¶ Interdū ad hoc ex locato h agetur, ut quis locatione liberetur: i quemadmodū 7 † Iulianus lib. 15. digestorum scripsit: vtputa, fundum Titio locaui, isq; pupillo hærede instituto decessit: & cum tutor constituisset abstinere pupillum hæreditate, ego fundum pluris locaui: deinū pupillus restitutus est in bona p̄rna: ex conducto nihil amplius eum consecuturum, q̄ vt locatione i liberetur: mihi enim iusta causa fuit locandi.

& ideo non debet habere commodum, * de quo puniendus est, ut sup. de neg. gest. l. siue hæreditaria.

a *Repeteretur.*] id est exigeretur, ut redderet.

b *Procuratorem.*] qui nauem conduxerat. Acc.

S *Icut.*] CASVS. *Interdum*] Vendidi tibi fundum pro centum soluendis hinc ad annum: interim locaui fundum eidem emptori, fundus perijt, non teneor remittere mercedem, neque facere, ut possit frui: & sic ego non sum obligatus, sed conductor

7† Pl. ast. § 3 neque, Papin. quog. 1 4 & c. & ut est similis supra de off. asses. l. dum functo.

xisset, pensionem totius anni dederit: deinde insula post sex menses corruerit: 1 † uel incendio consumpta sit: pensionem residui temporis rectissime Mela scribit ex conducto actione repetiturum, a non quasi indebitum condictum. Non. n. per errorem dedit plus, sed ut sibi in causam conductionis prospiceret. 2 † Aliter atque si quis cum decem conduxisset, xv. soluerit: hic enim si per errorem plus 3 † soluit: dum putat se xv. conduxisse: ex conducto actionem nō habebit, sed solam cōdictionem. b Nam inter eum qui per errorem soluit, & eum, qui pensionem integram prærogauit, 4 † multum interest.

Infante nato in naui, pensio non debetur. Bar.

¶ Si quis mulierem vehēdam naui conduxisset, deinde in naue infans natus fuisset: probandum est pro infante nihil deberi, c cum neque vectura eius magna d sit, neque his e omnibus utatur, quæ ad nauigantium f vsum parantur. ¶ Ex conducto actionem etiā ad hæredem transire palā est.

Casus contingens in personam conductoris, cum non liberat a mercede, nisi locator alii suas operas locet. Bartolus.

¶ Cum quidam exceptor g operas suas locasset, deinde is, qui eas conduxerat decessisset: Imperator Antoninus cum diuo Vero 5 † rescripsit ad libellum h exceptoris in hæc verba, Cum per te non stetisse i proponas, quominus locatas operas Antonio Aquilio 6 † solueres: k si eodem anno mercedes ab alio non accepisti, fidem contractus impleri æquum est. l

Papinianus 7 † libro tertio respon. scripsit.

LEX XXII.

D Iem functo legato Cæsaris, salarium comiti-bus residui m temporis præstandum, modò si non postea comites cum alijs eodē tempore fuerint. 9 †

Si venditor locat rem venditam emptori, quo ad pretium soluatur, solus conductor obligatur. h. d. cum l. seq. Bar.

Paulus libro 34. ad edictum.

LEX XXIII.

S Icut emptio, ita & locatio sub conditione fieri potest, sed donationis n causa contrahi non potest.

¶ Interdum o locator non obligatur, conductor obligatur: ueluti cum emptor fundum cōducit, donec pretium exoluat. p 9 †

Iauolenus li. 11. ἐπιστολῶν.

LEX XXIIII.

C Vm venderem fundum, conuenit, ut donec pecunia omnis persolueretur, certa mercede emptor fundum conductum haberet: an soluta pecunia, merces accepto ferri 10 † debeat? Respondit, Bona fides exigit, ut quod conuenit, fiat: sed non amplius præstat is venditori, quam pro portione eius temporis quo pecunia numerata non est. 11 †

Paulus li. 34. ad edictum.

LEX XXV.

I Tem si pretio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locato q erit actio. ¶ Quoties 12 † faciendum aliquid datur, locatio r est.

Si loco opus ædificandum in solo meo de materia conductoris, dicitur locatio, licet in me transferat proprietatem suæ materiæ, non autem emptio. Pau.

¶ Cum insulam ædificandam locauero, s 13 † ut sua impensa conductor omnia faciat: proprietatem quid 14 † eorum ad me transfert, & tamen t locatio est. Locat enim artifex operam suam, idest, faciendi necessitatem.

In pretio & in pensione licitum est contrahentibus se decipere inuicem, sine dolo. Bart.

mihi sic: & similis casus est infra l. proxi. Viuian.

n *Sed donationis.*] sicut nec emptio, ut supra de contrah. emp. si quis donationis. Accursius.

8† Fl. fuerint.

o *Interdum.*] & sic claudicat contractus ut sup. mand. l. potest. & infra de act. empt. l. Iulianus §. antepe. Accur.

p *Exoluat.*] non est enim obligatus locator, idemq; uenditor ad exonerationē mercedis, si res perierit: quia post perfectam emptionem omne cōmodū spectat ad emptorem. & facit infra eodem. l. proxi. nec ad rem tradendam, ut frui possit. Accur.

I *Tem si pretio.*] CASVS. Vendidi tibi fundum, ut si non soluas pretium hinc ad annum, sit inemptus, & decem mihi des mercedis nomine, non soluisti pretium, agam ex locato ad mercedem; cætera sunt plana. Viuia.

9† Fl. exsoluat.

q *Ex locato.*] scilicet & res uendita sit hoc pacto, ut pecunia non soluta res fiat inempta, & merces certa soluatur.

r *Locatio.*] interueniente mercede in pecunia, ut infra de præ. ser. uer. l. naturalis §. rip. primo. & supra de posi. l. prima. § si quis seruum.

10† Fl. accepto ferri.

s *Locauero.*] scilicet in solo meo, conducendo à te operas tuas. Accursius.

11† Fl. non est.

t *Et tamen.*] licet dominium transferre sit contra naturam locationis, ut inf. eodem, l. non solet.

Circum-

12† Fl. autē.

13† Fl. loca.

14† Fl. quid.

¶ Quemadmodum in emendo, & vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit minoris emere, & minoris sit pluris vendere, & ita inuicem se circumscribere: a * ita & in 1 † locationibus quoque & conductionib. idem 2 † iuris est.

Hermogen. libro 2. iuris epitomarum.

LEX XXVI.

ET ideo pretextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus aduersarij probari possit, rescindi locatio non potest.

Quod committitur alterius arbitrio, intelligitur de arbitrio boni viri: Item qui habet arbitrium super facto, non intelligitur habere super termino facti. Itē arbitrium dolosè latum nullius est momenti. Bar.

Paulus libro 34 ad edictum.

LEX XXVII.

SI in lege b locationis cōprehensum est, ut arbitratu domini opus c approbetur, perinde habetur ac si viri boni d arbitrium comprehensum esset, 3 † idemque seruatur si alterius cuiuslibet arbitrium comprehensum sit. Nam fides bona exigit, ut arbitrium tale praestetur, quale viro bono conuenit: ideoque 4 † arbitrium ad qualitatem operis, non ad tempus prorogandum, quod lege e finitum sit, pertinet: nisi idipsū f lege comprehensum sit. Quibus consequens g est ut irrita h sit approbatio dolo conductoris i facta, ut 5 † ex locato agi possit.

Res secundi conductoris obligata primo conductori ex conuentione, non intelligitur obligata primo locatori. Bart.

¶ Si colonus locauerit fundum, res posterioris conductoris domino non obligantur: sed fructus in causa pignoris manent, k quemadmodum & si 6 † primus colonus eos percepisset.

Quando obligatio committitur propter non factum ab initio, & certum est posse fieri ex postfacto, statim agitur ad totale interesse, vt in contractibus bonae fidei. Bar.

¶ Si domus, vel fundus in quinquennium pensionibus locatus sit, potest dominus, si deseruerit habitationem, vel fundi culturam colonus, vel inquilinus, cum eis statim agere. l Sed & de his, quae praesente die praestare debuerunt: veluti ut 7 † opus aliquod efficerent, m vel propagationes n facerent: agere similiter potest.

Quando obligatio committitur ad interesse propter maleficium, ab ipso initio potest agi ad totale interesse, si illud maleficium suum effectum porrigit ad totum tempus. Item mora potest purgari intra paucos dies. Bartolus.

a *Circumscribere.*] ut supra de mino. l. in causae. §. idem Pompon. hoc autem in pretijs, non vitijs rerum, ut diximus supra de actio. emp. Iulianus. in princ. Item hoc intellige dolo non interueniente ab aliqua parte: & sic impropriè dicitur ibi circumuentio, vel deceptio: alioquin si dolus inesset, purgaretur, ut supra titu. primo. l. Iulianus. §. si venditor. & §. per contrarium. & §. ibidem Iulianus. & sup. de in. resti. sed & si pup. § sed & si aliàs. quae sunt contra. Sed nunquid eo ipso est dol⁹, quod minore pretio sciens emit, cum venditor non putat eam esse maioris pretij: si enim scit, non videtur esse deceptus? Respō. non videtur nisi aliquid dicat propter quod eū ad vendendum tali, & tanto pretio induxit, ut quia dicebat, & affirmabat eum non esse maioris pretij.

Si in lege] CASVS. Locaui tibi opus scribendi ad sex menses, & ut tale faceres, quod ego probarem, vel quod Titius probaret: intelligitur de boni viri arbitrio si ego, vel Titius malè arbitraremur: puta opus probabile reprobamus: non autem de die quicquam est arbitrandum: cum in lege sit dictum, nisi sit actum, vt & de die arbitraretur. Item si erat actum, ut in arbitrio conductoris: si iniquè, & dolosè arbitretur recurritur similiter ad arbitrium boni viri.

¶ *Si colonus*]. Praesupponitur, quod ea, quae in fundum inferuntur, sunt tacitè obligata pro mercede locationis. Nunc pone sic casum. Locaui Titio fundum certa pensione. Titius locauit eum Maeuio, utrum res Maeuij sint mihi obligatae, sicut res Titij, dicitur quod non: tamen fructus fundi etiam mihi obligati: caetera satis plana sunt, vsque ad l. in operis. Viuianus.

b *Si in lege.*] id est in pacto.

c *Opus*] quod fuit locatum, ut fieret in certum tempus.

d *Viri boni.*] sic & sup. de contrahen. emp. l. haec venditio & supra pro socio, l. si societatem.

e *Quod lege.*] id est pacto.

f *Id ipsum.*] vt prorogetur tempus. Accur.

g *Consequens*] id est simile superioribus: quia sicut pro nullo habetur approbatio dolo locatoris facta, ut nihilominus teneatur ex conducto in quantum bono viro videbitur: ita in conductore dicendum est.

h *Irrita.*] id est pro non facta habetur, adeo ut possit agi ex locato, & conducto in quantum viro bono videbitur aequum.

i *Conductoris.*] Erat fortè dictum, ut arbitrio conductoris opus approbaretur.

k *Manent.*] scilicet fructus fundi obligati, ut hic, & infra eod. l. qui fideiussor. & inf. quibus mod. pig. tacitè contrahi. l. in praedijs. Sed contra infra de pign. l. cum tabernam. in princ. ubi etiā postea illata obligentur. Sed ibi ab eodē, non ab alio conductore. Item contra infra de pig. l. 1. §. cum praedia. Sol. vt ibi. Item contra supra de pign. actio. l. solutum. §. solutum. Sol. potest dici aliud in vrbanis. ut supra & aliud in rusticis, ut hic. Vel quod hic dicit non obligari, verū est in totum: obligatur tamen pro parte, ut sup. dicitur. Vel dic, a quod res istius posterioris non erant inuectae, sed expressa cōuentione obligatae primo colono, ut ibi dixi Accur.

l *Statim agere.*] etiam pro mercede futuri tēporis, ut j. eo. l. habitatores. in fi. & l. dūs [illegible] si. nam de ea, quae dātur ratione praesentis temporis, vel praeteriti, non est dubium, ut subijcit hic statim. z Sed contra inf. de migrando. l. 1. §. si pēsio. ibi, ita tū & c. ubi dicit inquilinum non teneri de futura pensione, nisi nominatim actum est ne ante annū recedat. Sol. ibi loquitur cū, ex necessitate migratur, hic ex voluntate nam & dūs ex necessitate pōt inquilinum inuitum expellere, vt j. eo. l. qui insulā in prin. & C. eo. l. 3. per eadem aequitate colonus, vel inquilinus necessaria causa interueniente poterit migrare, secundūm Io. sed Azo. dicit, quod pro futura pensione nō agit dominus: nec hoc hic expressè dicit, licet dicat q statim potest agere: inquilinus tamen non agit intellige de migrando, nisi soluat totius temporis pensionem etiam futuri: hoc tamen ita, si specialis conuentio fuit de non recedendo ante tempus, ut d. l. contraria. sed certè licet sic istam soluas, aliae tamen remanent contrariae, s. illa habitatores: & illa dominus, ut inf. eo. §. fi. vnde prima est verior.

m *Efficerent.*] De quo faciendo conuenerat: puta fossata in fundo facere, ut conuenerat.

n *Propagationes.*] id est plantationes. Accursius.

Vi. Pan. ad Thesal. 1. c. 4.

1 † Vi. decis. [illegible]

2 † Vi. decis. idem.

3 † Vi. [illegible]

4 † [illegible]

5 † aliàs ut & ex bono.

6 † Vi. quemadmodum esset si prim⁹.

z Istā tenet Bart. hic.

z Imò ex pst. ad d. F. hic est in tex. postea subijciat, ibi: sed & de his &c. secundum Bar.

7 † Vi. vel ut opus.

Colo-

* ad hanc legem hunc text. uide de lat. de Ni gr. in l. si in solum. nam. 94. de verb. oblig.

1 † Fi ex do ipso, num.

2 † Fin in integro.

* Principium huius uidetur esse aptum a Triam. ex l. ultima de contrah. empt.

a Colonus.] sin quin quennium.

b Statim recte.] scilicet ad interesse quam si percepisset in eo tempore conductionis, deducitur tamen quantum ualet plus, quia nunc percepit, quam si temporibus sequentibus perciperet, ut infra soluto matrimo. l. si constante, §. quoties. & sic intellige etiam superiorem §. in casu contrario.

c Etsi]id est quamuis.

d Duabus.] scilicet conductionibus.

e Neque] pro non.

f Consequetur.]ut infra eodem, l. si fundus, in fi.

g Obligatione.]quasi ta locatori. Accur.

h Mora minuet.]non paruam moram non æstimari, cum damnum non afferat, ut hic, & sup. de constit. pecu. l. sed si alia, in prin. & de iud. l. si debitori, & de contrah. empt. l. qui fundum, in fi. j. respon. & inf. de verb. oblig. l. si ita quis, § S. ia, & l. qui Romæ, § Flauius, & sup. de arbit. l. si cum dies, in fine. & l. sequen. & l. litigatores, in prin. & in l. item si unus, in princip. ibi, si multo.

i Conuenerant.] puta, ut possit uti, ut subijcit.

k Prohibere potest.] si autem prohibere non possunt, tenentur ad hoc, ut mercedem remittant, uel reddant, si iam habent, ut inf. eod. si fundus qui, in fi.

l Liberaret] a pensione sequentium annorum.

m Tenetur.] ut infra, de liber. lega. l. sei cui, & seq. & l. Cassius.

n Si merces. Non uidetur.] sicut nec uenditio, nisi in casu, ut inf. de pigno. l. si fundus, §. fin. lo. & est ratio, quia nec personam certã, nec quantitatem certam definiunt, secundum Irnerium in assumenda persona, possem dissentire, ut sup. de arbit. l. item si unus, §. si in duos. sed contra C. de dot. promis. l. si. cum ea. ub. promissio potius fit incerta

¶ Colonus, a * si ei frui non liceat totius quinquenii nomine statim recte b aget, etsi c reliquis annis dñs fundi eum 1 † frui patiatur. Nec n. semper liberabitur dñs, eo quod secundo uel tertio anno patietur fundo frui. Nam & qui expulsus a conductione, in aliam se coloniã contulerit, non suffecturus duabus, d neque e ipse pẽsionum nomine obligatus erit. & quantum per singulos annos compendii facturus erat, consequetur. f Sera est enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore quo frui colonus aliis rebus illigatus non potest. Quod si paucis dieb. prohibuit, deinde pœnitẽtiam agit, omniaque colono integra 2 † sunt; nihil ex obligatione g paucorum dierum mora minuet. h Item ex conducto utiliter aget is cui secundum conuentionem non præstantur, quæ conuenerant: i siue prohibeatur frui a domino, siue ab extraneo quem dominus prohibere potest. k

Ad obseruantiam contractus agitur ex conducto, sed ad remissionem mercedis relictam in testamento agitur ex testamento. h. d. notabiliter iste §. Paulus de Cast.

Qui in plures annos fundũ locauerat, testõ suo damnauit hæredem, ut conductorẽ liberaret. l Si non patiatur hæres eum reliquo tpe frui, est ex conducto actio: quod si patiatur, nec mercedes remittat: ex testõ tenetur. m

Si committitur merces arbitrio incertæ personæ, non ualet: idem si certa, quæ noluit arbitrari, vel non potuit. Bartolus.

Caius lib. 10. ad edictum Prouinciale.

LEX XXVIII.

SI merces * promissa sit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non uidetur: n sin autem quanti Titius o æstimauerit: sub hac conditione stare locationem, ut si quidem ipse qui nominatus est, mercedem definierit: p omnino 3 † secundum eius æstimationẽ & mercedem persolui oporteat & conductionem ad effectum peruenire. Sin autem ille, uel noluerit, uel nõ potuerit mercedem definire; tunc pro nihilo q esse conductionem, quasi nulla mercede statuta.

Si emptor repellit conductorem, vẽditor tenetur ei ad interesse. Bart.

¶ Qui fundũ fruendum, uel habitationem alicui locauit: r si aliqua ex causa fundum, uel ædes uendat, curare debet, ut apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat: alioquin prohibitus s is aget cum eo ex conducto.

Si habitatio incommodatur, licet inquilino recedere, & ad pensionem pro rata tenetur. Bart.

¶ Si vicino ædificante obscurentur t lumina cœnaculi u teneri locatorem inquilino. x Certe quin liceat colono, uel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio est. de merced. b. quoque si cum eo y agatur, reputationis z ratio habenda est. a Eadẽ intelligemus, si ostia b fenestrasve nimiũ corruptas locator non restituat. c

Conductor fundi tenetur omnia facere, quæ secundum consuetudinem locorum requiruntur. Bart.

¶ Conductor omnia secundũ legem conductionis facere debet. d Et ante omnia colonus curare debet, ut opera rustica suo quoque 4 † tempore faciat: ne intempestiua e cultura deteriorem fundum faciat: præterea villarum f curã agere debet, g ut eas incorruptas h habeat.

Damnum quod quis patitur ab inimicis proprijs sua culpa pati intelligitur. Bartolus.

¶ Culpæ autem ipsius & illud annumeratur, si propter inimicitias i eius vicinus

& tamen tenet. Sol. speciale fauore dotis est ibi.

o Titius.] scilicet tertius: in contrahentis enim arbitrium conferri non debet: ut supra, de contrahen. emptio. l. quod sæpe, §. primo.

p Definierit.] ut bonus uir.

q Pro nihilo.] ut Instit. de contrahen. emptio. §. pretium. & l. locati, in princip. & infra, de uerborum oblig. l. fin. in fi. primo respon.

r Locauit.] quia nec emptor, nec legatarius habent necesse stare colono, ut C. eodem, l. emptorem, & infra eodem, qui fundum.

s Prohibitus.] ab emptore.

t Obscurentur.] multum, non modice, ut infra eodem, habitatores.

u Cœnaculi.] conducti.

x Inquilino.] Hæres autem potest obscurare ædes in quibus testator reliquit usumfructum, dum tamen modicum lumen habitantibus relinquat, ut sup. de usufruc. l. si is qui binas.

y Cum eo.]scilicet inquilino.

z Reputationis] ut tanto minus soluat inquilinus, quanto habitare non potuit.

a Habenda est.] primo & secundo casu.

b Ostia.] domus locatæ.

c Non restituat.] idest reficiat: quia potest haberi ratio cum locator reficere teneatur.

d Facere debet.] etiã si nihil dictum est.

e Intempestiua]id est minus tempestiua, uel nimis sera.

f Villarum.]id est parturum domum.

g Debet.] scilicet colonus.

h Incorruptas] quo ad se, alias contra, supra eo. ex conducto, in prine.

i Inimicitias]hoc intelligitur de illis inimicitiis, quas conductor sua culpa patiebatur, ut infra soluto matrimon. l. penult. primo respon & supra eo. l. l. videamus, §. qui

3 † Fi. omni modo.

4 † alias, quoque.

§.qui vinum vel etiā sine culpa:cum cui in habet inimicitias,cautius debet custodire: est.n.æquum, vt ꝙ eius culpa damnū patiatur locator,eidē locatori satisfiat,vt hic & sup communi divid.l.si is cum quo,& ad leg. Rhod.de iac.l.1.& 2 §.æquissimum. & supra pro socio,l. cum duobus,§.quidam.

a *Cæsarum.*] in duplum,ut inf.arb. fur. cæs.l.furtim,in fine.]

b *Cæteras.*]f. rei persecutorias, non pœnales,nisi in id quod excedit,ut supra com modi. vnde quæritur, in fi & infra eod.l & hæc distinctio, in fi.

c *Omittat.*]una effectum sortiente.

d *Fructus.*]puta opinione hotum nt ſteriſitas,quod dic,ut sup. eod.l.si uno,in princ. hæc aūt euenit forte vel ꝑ exercitū, uel aliam uim. Accur.

e *Cui.*]alias cuisſ.co lono:& alias cum immodicum &c. & dic immodicum, i. ual.le modicū, uel simpliciter modicū: apparet ergo, ꝙ si maximum fuerit lucrū,puta, ꝙ in duplum creuerunt fructus, ꝙ duplicari debeat merces,uel ser uitium ꝙ pro re præstatur: quia ꝙ in uno permittitur, in aliis prohibetur,quia n odicum non aufertur: in altero. i. eius contrario contrarium statuitur,ut arg infra,de test.ex co.& supra, de iud. l.cū prætor, i.rñ. accedit & illud, ꝙ si diminuti essent fructus, diminueret merces,ut C.eod. l. licet. ergo si aucti fuerint, pēsio debet augeri,& probātur hic duo concurrentia generalia. Primum tñ:quia cōtrariorum eadem est disciplina,ut infra,de leg.3.in l.fi.& inf.ubi pu.edu.l.iij.§ fi Secundum est,quia emolumentū debet comitari onus, ut inf.de re. iur. l.in naturam. succedit & alia similitudinaria rati quia hoc cauetur in tributis,ut C. de allu.l.2.hic ergo idem dicendum,ut sup.de legib.& senatusc.l nō possunt,& l.nā ut,nec dicas aliud hic,aliud ibi:quia & hic non agitur,nisi ex cōuentione,unde si non petatur,nisi i l quod est conuentum,non est mirum:at ibi ex lege agitur potest enim dici hic tacite uideri conuētū in futuro incremento,quod est in primo pacto,ut inf. de pac.dot l inter socerum,§.cum inter ea maxime ratione, quia quæ postea emergunt,auxilio indigent, ut infra, de interrog.actio.l.de ætate,§. ex causa,& inf. de except.rei iud.l.si mater,§.eandem econtra uidetur in rebus principalibus nouum canonem non exigendum,ut C. noua uectig.institui non posse.l.2 & 3.nec in accessionibus,ut C. de pascuis & palu.l.j in prin.maxime ideo,quia mea diligentia,quā in ampliatione fructuum adhibui, mihi nocere non debet, sed potius prodesse: etiam si alias teneri deberem,ut inf ad l Falc.l.iij.1 respon.& sup.de rei ven. l.cæterum.præterea non potest dici de eo pactum, quod ignorabatur, sic ut est in donatore,ut C. de donatio.l nec ignotum. & ita Aquilius ārp.aluerat,ut sup.de transact. l.cum Aquilius:nec potest dici idem pactum intelligi in incremento,quod dic,ut supra eodem,l.sed addes,§. si quis mulierem & infra eod.ea.le.primo respon. Solu.secundum quosdam,quod ampliatur merces propter incrementum fructuum. Sed contra hoc valde est,quod dicitur C. de fun. reipu. l. ij. & de omni agro deser.l.fin. Unde apertius & latius distinguo,sicut in sterilitate distinguitur,an cōtingat casu fortuito, an consueto,uel ex uitio, vel ex debilitate rei, ut in primo casu fiat remissio: in aliis non,ut supra eod.l.ex conducto, §. 1 vsque in fi & l.si uno, §. cū quidam.ergo sic & si casu fortuito contingat ubertas. Idem secus si diligentia possessoris, ut in prædictis legib. Fin. Azo.

*Recitat Pl. lib.17.cap.1.

1 † Id est,cū damnū, Græci.n.temp.stas.procellas, similiaq; mala,damna ita solent adscribere. vide Alciat lib præterm. forum, & Pl.lib. 18. cap. 28. ait duo esse genera calisus miseria. vide illum.

2 † Fls. damnosa.

arbores exciderit. Ipse quoque si exciderit, non solū ex locato tenetur,sed etiam lege Aquilia,& ex lege xij. tabularum * arborum furtim cæsarum, a & interdicto, quod vi aut clam.Sed vtique iudicis, qui ex locato iudicat, officio continetur, vt ceteras b actiones locator omittat. c

Pro damno intolerabili sit remissio mercedis conductori:secus si sit damnū modicum, quia tunc non sit remissio:sicut nec augetur pensio propter modicū augmentum: & hoc non habet locum in colono partiario. Bart.

¶ Vis maior, quam Greci Θεοῦ βίαν. 1 † appellāt,nō debet conductori damno 2 † esse, si plus quā tolerabile est, læsi fuerint fructus: d alioquin modicum dānum æquo animo ferre debet colonus, cui e immodicū lucrum non aufertur: apparet autē de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: alioquin partiarius colonus quasi iure societatis f & damnum & lucrum cum domino fundi partitur.

Qui locat operas suas tā quam artifex, tenetur de damno cōtingenti ex culpa leuissima illius, vel illorū, quorum opera vtitur. h.d. secundum intellectum, quem puto verum. Pau. de Cast.

¶ Qui columnam transportādam conduxit si ea,dum tollitur,aut portatur, aut reponitur, fracta fit, ita id periculum præstat,si qua ipsius eorumque, quorum opera vtitur, 3 † culpa acciderit. Culpa autem abest,si omnia facta sunt, quæ diligentissimus g quisque obseruaturus fuisset. Idem sane 4 † intelligemus, & si dolia, uel tignum transportandum aliquis conduxerit: idemque etiam ad cæteras h res transferri potest.

Soluenti æstimationem litis cedenda est actio contra possessorem rei. Paul. de Cast.

¶ Si fullo, aut sarcinator vestimenta perdiderit, i eoque nomine domino satisfecerit, necesse est domino uendicationem eorum & condictionem cedere. k

Operæ promissæ duobus, illi sunt prius præstandæ, cui prius sunt promissæ. Paulus de Castro.

Vlpianus lib. secundo Disputationum.

LEX XXIX.

IN operis l duobus simul locatis, conuenit priori conductori ante satisfieri.

3 † Fls. vtebatur.

4 † Flor. sic dicetis.

f *Iure societatis.*] ut supra pro soc. l. cum duobus,§.quidam ſe. geriam.

g *Diligentissimus.*] i. diligens, ut ponatur superlatiuus pro positiuo, ut econtra sæpe cōtingit:nec enim dubium est locatorē operæ non teneri de leuissima culpa, ut arg.supra commod. l. ut certo,§ nunc videndum. & infra, de re.iu.l.contractus.sed secundum M.est speciale in columna & aliis rebus, quæ leuiter franguntur, ut exactissima diligentia præstetur.Et no hic, quē excusari a culpa siomnia faciat, quæ diligens faceret,ut hic,& supra ad le. Aquil. si putator. & Instit. ad leg. Aquil. §. itē si putator. Accur.

h *Ad cæteras.*]scilicet omnes,secundum nos : sed secundum M. scilicet similes dictis,cum dixerit in talibus speciale.

i *Perdiderit.*]etiam si dolo,ut inf.de re.iu.in deposito.secus in eo,qui simpliciter possidebat,secundum nos,ut supra,de rei uend l.si qui dolo. Accur.

k *Cedere.*] scilicet fulloni.Accur.

IN operis.] CASVS. Scriptor locauit operas suas uni, item ealia die alii, ita quod in idem tempus concurrant ambo conductores: postea coram eodem iudice agunt ambo conductores: uel petunt sententias exequi, cum ambo obtinuerunt, dicitur primo priori satisfaciendum. Viuia.

l *In operis.*]hæc lex uidetur sibi contraria,nam dicit simul esse locatas,& dicit postea aliquem esse priorem. So lu.dico,quod hæc dictio,simul,denotat identitatem operarum eiusdem hominis,& in idem tēpus faciendarum, non temporis cōtractus, id est,non eadem hora,alioquin nullus esset ordo temporis,quod hic negatur,& probatur infra qui pot.in pigno.hab.l.idemque, §.fin. Vel dic simul,id est eodem die,ut inf qui pot.in pig.hab.si fundus §.si duo.Item intellige secundum quosdam hanc legem, quando coram eodem iudice ambo conductores agunt, nā tunc ex officio suo,quia simul vtrique non potest ope-

turi, priori iubet satisfieri: secus in chirographariis creditoribus: nam omnes concurrunt in pecunia, prout omnib. de rebus satisfieri potest. Nec ob supra de iud. l. qui prior, quia licet in ventilatione causæ sit prior, qui ante prouocauit, licet post conduxerit, non tamen in executione sententiæ. Vel dicas apud diuersos agi: si tamen vnus iudex exequatur vtramque sententiam, debet iubere priori satisfieri ante omnia. Item quæro, quomodo hic æstimatur priuilegium in personali actione ex tempore: hoc enim esse non debet, ut inf. de priuil. cred. l. priuilegia? Respon. hic, secundus conductor sciebat alij prælocasse operas, & nō posse eum satisfacere duobus, ibi ignorabat. Vel hic in faciendo, vbi impossibile est vtrumque simul fieri: ibi in dando non æstimatur ex tempore, vt si unus duorum tutelam fecit, primo vni, & postea alij: certè actione tutelæ ambo admittuntur æqualiter, vt d. l. priuilegia, sed in hypothecaria secus: fallit autem hoc in dote, in qua, siue personali, siue hypothecaria agatur, confertur prius filijs primi matrimonij, vt C qui potio in pig. habe. l. assiduis § penult. Ex his colligit, quod si quis obligauerit alii in priuato, quæ habet habiturúue est, & postea fisco, præfertur priuatus in his, quæ habebat tempore obligationis: nam in his, quæ postea quæsiuit, præfertur fiscus, ut infra de iure fisci l. si is qui mihi. Item intellige hanc l. cum ipsum factum faciendum est, aliàs si interesse præstandum est, tunc satisfit utrique simul, ut dixi in personali.

1 † Fl. deest, a Paulo epitomatorum.
2 † Aliàs non factum si.
3 † Fl. transuersarium.
4 † Duo, inter rogatus est & inde quando que fisco præfertur.
5 † Fl. deest, an.
6 † Fl. deest, iusta.

Modica incommoditas conductoris non inducit veram remissionem mercedis Bart.

Alphenus lib. 2. Digestorū a Paulo epitomatorum. 1 †

LEX XXX.

Habitatores a non 2 † si paulo minus cōmodè aliqua parte cœnaculi vterentur, statim deductionem ex mercede facere oportet. Ea n. conditione habitatorē esse, b vt si quid aduersarium c 3 † incidisset, d quam ob rem dominum aliquid demoliri e oporteret, aliquam partem incommodi paruulam sustineret: non ita tamen, ut eam partē cœnaculi dominus aperuisset, in quam magnam partem vlus habitator haberet. f

Iustus timor facit, vt fiat mercedis remissio, licet non sit secutum periculum: secus in timore iniusto, vel si inde non recesserit. Bart.

¶ Iterum interrogatus 4 † si quis timoris causa emigrasset, an 5 † deberet mercedem necne? respondit, si iusta 6 † causa fuisset, cur periculum timeret: quamuis periculum verè g non fuisset, tamen non debere mercedem: sed si causa timoris iusta non fuisset, mercedem 7 † nihilominus eum 8 † debere. h

Iabolenus libro 9 † tertio posterioribus Labeonis.

LEX XXXI.

Quòd si domus i 10 † habitatione conductor æque vsus k fuisset: 11 † etiā eius domus mercedem, quę vitium fecisset, l deberi putat. Idem iuris esse, si potestatē m conducendi habebat, n uti pretium conductionis præstaret, dominus. 12 † Sed & si locator cōductori potestatem conducendæ domus non fecisset, o & is in qua habitaret conduxisset: tantum ei pręstandum p putat, quantum sine dolo malo præstitisset. q Cæterum si gratuitam habitationem habuisset r pro portione temporis ex locatione domus deducendum s esse.

Verba, ne, siue, neve, important, ne quis faciat: & quod curet ne per alium fiat.

Alphenus lib. 7. Digestorum.

LEX XXXII.

In lege locationis scriptū

7 † Fl. deest, mercedem.
8 † Fl. deest, eum.
9 † Fl. Iabolenus l. 4. posteriorū epitomatorū Iauolenus.
10 † Fl. domū.
11 † Fl. fuisset præstaturū. & etiā, eius.
12 † Fl. deest, dominus.

Habitatores] CASVS. Locaui tibi domum, quæ indiget aliqua refectione, & reficiendo impediuit: si paruum damnum est, pati debes: alioquin remittam de mercede. Secundo, si colonus timens ruinam recessit: an sit remittenda pensio, si iuste recedit, sic: aliàs non. Tertio, si nihilominus habitasset, licet iuste potuisset timere, debet mercedem. Quartò, si migrauit, & non aliam conduxit, & ego dedi ei potestatem secundæ conducendæ: tenebitur mihi ad totam mercedem. Idem si dedi mercedem secundæ conductionis: nam dare teneor, & sic tenebitur mihi ad mercedem primæ: nisi magis velim remittere de prima pensione. Vltimo, si aliam habuit gratis, tunc tantum mercedem pro rata, cum iuste tenuerit: non autem dabo mercedem secundæ: cum nulla fuit. h. d. cum l. sequen. Viuianus.

a *Habitatores*] id est inquilini.

b *Habitatorem esse.*] scilicet oportet.

c *Aduersarium.*] id est, casum fortuitum, vel aliud nouū emergens Accursius.

d *Incidisset.*] quia tignum ruptum vult reparare.

e *Demoliri*] id est rem veterem ruptam, ut apponat sana. Quid si ex voluntate facit? Respon. tunc fieri deductionem de mercede, si vult pati: nam potest, si vult, resistere, ut infra uti possid. l. si duo. §. cum inquilinus. Accur.

f *Haberet.*] facit ad hoc supra commod. in rebus. §. possunt, & inf. de impen. omnino. Accur.

g *Verè.*] sufficit ergo iustus timor, quamuis malum non contingat, vt & sup. ad legem Aquil. si quis fumo. §. quod dicitur. & inf. de dam. infec. l. in hac stipula. Item hoc quando post conductionem causa timoris interuenit: secus si iam instat, ut inf. de dam. infec. l. qui bona. §. de illo. Sed arg. contra j de don. cau. mor. l. pen. vbi et sufficit nō iusta causa suspicionis.

h *Debere.*] scilicet prę stare conductorem. Accursius

i *Quòd si domus.*] quod pro, sed Azo.

k *Æquè vsus.*] id est, sine causa migrauerit, secundum Irn. & quod dicit vsus fuisset, dic, id est, vti potuisset: quod nihil est, secundū hoc nil adderet prædictis: dic ergo, æquè vsus, scilicet ac si nullam ruinam minaretur: nam in veritate minabatur.

l *Fecisset*] post tēpus locationis comprehensum. Vel dic ante: sed præstatur pro præterito tempore. Azo. & caue tibi, quia litera sequens, deberi putat: est cancellata in li. Io. & bene. vel, si vis, dicas, subaudiri putat. Vel dic, scilicet Labeo Accursius.

m *Si potestatem.*] scilicet quia tenetur etiam hic ad totam mercedem.

n *Conducendi habebat*] s. conductor aliam domum, qui iuste timet: subaudi ab eo habet potestatem, ut etiam conduxerit, & pretium, id est mercedem alterius locator conductori præstaret: & hoc intellige de alia æque idonea domo: ut arg. sup. eo. si quis domum. § j. Vel dic, habebat potestatem ex pacto conducendi aliam: non tamen conduxit.

o *Non fecisset.*] puta non præstando ei mercedem domus conducendę. Az. cū cōductor domus migret uitio domus.

p *Præstandum.*] a domino vitiosæ domus.

q *Præstitisset.*] scilicet pro secunda conductione: & intelligas hic, quod teneatur dare locator mercedem secundæ conductionis, nisi mercedem pro rata temporis remittere velit: nam in plus teneri non debet: ut sup. e. l. sed addes. §. si quis cum, vel compensabitur: ut supra eod. l. si quis in domum. & l. in leg. §. §. colonus.

r *Habuisset.*] s. secundo & hoc facta migratione. Acc.

s *Deducendum.*] pro rata temporis conducendo, cum iuste migrauit: non autem ad mercedem secundæ conductionis, quæ nulla fuit. Ex prædictis autem collige, secūdum le. si domo conducta non vteris, siue vitium faciat, siue timor iustus immineat, cum tamen interim, vel conducas aliam, vel potestatem conducendi habeas; non remitto tibi mercedem pro rata temporis: sed pretium duntaxat secundæ conductionis, sed si absque causa migras, mercedem omnino præstas, s. totius temporis Accur.

In lege.] CASVS. Locaui syluam custodiendam, & conueni mercede data cum custodiente syluam, quod

aliquod damnum in sylua non fineret alium dare: quaeritur an videns casu teneatur prohibere aliquid dari damnum, an & curare vt videat? Dicitur quod debet curare vt videat. Viui.

a *Redemptor.*] idest conductor, qui dicitur syluanus. Azo.

b *Cingito.*] cingere, idest, deglabrare, ut infra arbo. fur. cae. l. caedere. lo.

c *Vtramque.*] scilicet ut ipsum prohibeat & quod uidere procuret: non est tamen aequiuocum, quia utrumque semper in se continet, secundum quosdam: imò alterum, ut hæc litera clarè innuit.

d *Cadere.*] non est ergo simplex abnutiuum. Accur.

e *Caderet.*] ut infra e. prox. §. qui mulas. & infra de uerb. obl. inter stipu. cir. a princip. & infra eodem, si dam no. & hic e.o. obscurum pactum interpretati pro eo qui rem apposuit. Et sic est contra. supra de contrahen. empt. l. Labeo. & supra de pac. l. ueteribus. Sol ideo pro locatore fit interpretatio, ne illa adiec. neve quem cingere, &c. nil operetur. Sic est arg. opti. infra de leg. 2. si quando. nil autem operaretur si id duntaxat significaret: ut si quem earum rerum quid facere videret, prohiberet: nam per prima verba hoc idem significabatur quib. promisit se non caesurum: caedere enim videtur qui patitur caedere, ut supra de his qui not. infa. l. quid ergo §. certe. & C. de sacrosan. eccl. l. iubemus. §. œconomus autem, & infra, & in par. l. adigere. in princip. Vel dicas, quòd hoc est ex officij suscepti solicitudine, nam ex natura, & qualitate contract. verba intelliguntur. supra eodem. si uno. secundum Azo.

Q *Vi insulam.*] CASVS. in hac lege est planus vsque ad §. qui aedem.

§. *Qui aedem.*] Conueni tecum, ut faceres mihi rem &. pro singulis pedib. darem tibi 6. aureos, & tu debebas facere totum de tuis sumptib. fecisti dimidiam: nunquid eriam mensuratam di pedes factos, ut sic soluam, an debemus

expectare donec perficiatur antequam admensuretur, & dicit quod etiam antequam perficiatur. Viuianus.

f *Quod eius.*] id est, per quod. Azo.

g *Habitare.*] nisi aliam conduxit, tunc id praestaretur, ut supra eod l. quod si domi.

erat: Redemptor a * syluam ne cedito, neue cingito, b 1 † neue deurito, neue quem cedere, cingere, urere finito. Quaerebatur utrum redemptor, si quem quid earum rerum facere vidisset, prohibere deberet: an etiam ita syluam custodire, ne quis id facere possit? Respondi, uerbum, finere, utramque c habere significationem: sed locatorem potius id uideri uoluisse, ut redemptor non solum, si quem casu uidisset syluam caedere, d prohiberet: sed uti curaret, & daret operam ne quis etiam 2 † caederet. e

Refectio necessaria, quae impedit habitationem conductoris, inducit remissionem mercedis pro rata: nō necessaria obligat locatorem ad interesse. Bar.

Idem libro 3. Digestorum a Paulo Epitomatorum.

LEX XXXIII.

Qvi insulam xxx. conduxerat, singula cœnacula ita locauit, 3 † ut xl. ex omnibus colligerentur; dominus insulae, quia aedificia uitium facere diceret, demolierat eã. Quaesitum est quanti lis aestimari deberet, si is qui totam conduxerat, ex conducto ageret. Respondit, si uitiatum aedificium necessario demolitum esset, pro portione quanti dominus praediorum locasset, quod eius f temporis habitatores habitare g non potuissent, in 4 † rationem deduci, 5 † & tanti litem aestimari. h Sin autem non fuisset necesse demoliri: sed quia melius aedificare vellet, id fecisset, quanti conductoris interesset i habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere.

Conductori fit remissio mercedis pro rata temporis, quo re frui non potest.

etiam si alteri gratis concessit. Bart.

¶ Aedilis k in municipio balnea 6 † cõduxerat, ut eo anno municipes gratis lauarentur: post tres menses incendio facto combusta l 7 † sunt. Respondit, posse agi cum balneatore m conducto, ut proportione temporis quo lauationem non praestitisset, pecuniae contributio n fieret.

Qui animal conductum onerat pondere grauiori: hac actione tenetur. Bar.

¶ Qui mulas ad certum pondus oneris locaret: 8 † cum maiore onere conductor eas rupisset, consulebat o de actione. Respondit, vel lege Aquilia, vel ex locato recte eum agere: sed lege Aquilia tãtum cum eo agi posse, qui tum mulas egisset: 9 † ex locato, ét si alius eas rupisset, p cum conductore rectè agi.

Pensio, quae praestatur ad mensuram tantū, pro rata operis facta peti pōt. Bart.

¶ Qui aedem faciendam locauerat, in lege dixerat. Quã q 10 † in opus lapidis q opus erit pro lapide & manus r pretio s dominus redemptori t in pedes singulos septem u dabit; quaesitum est utrum factum opus, x añ etiam imperfectum y metiri oporteret: respondit etiam imperfectum.

Exceptio uiolentiae intelligitur de ea, quae infertur ab extraneo; non de ea quae a se suel a suis infertur. B.

¶ Colonus z hac lege villas 11 † * acceperat, ut incorruptas 12 † redderet praeter uim & vetustatẽ: a coloni seruus uillas 13 † incendit, non fortuito casu. Non uideri eã uim b exceptam, respõdit, nec id pactum esset, ut si aliquis domesticus eas incẽdisset, ne praestaret sed extrariam c uim utrosque excipere noluisse.

h *Aestimari.*] ut & 7. prox. §. & inf. e. si fundum §. fin. & l. & hæc distinctio. & sup. eod. l. sed addes §. si quis cum.

i *Interesset.*] ut & infra eod. & hæc distinctio. & l. nos uidemus. & sup. eo si tibi alienam.

k *Aedilis.*] forte curialis, qui curam aedium habebat. *

l *Combusta.*] balnea.

m *Balneatore.*] i. cum domino balnei: aliàs locatore. Accur.

n *Contributio.*] i. compensatio. & facit supra eod. sed addes §. si quis cum.

o *Consulebat.*] scilicet locator.

p *Rupisset.*] si tamen in custodiendo conductoris probetur culpa ut ff. ad le. Aquil. si fer uus ser. §. si fornacarius, & §. Proculus & § si mulier. Az. & sup. l prox. in fi.

q *In opus lapidis.*] i. pro eo q neccessarium, est in opus lapidum, ut calx. & arena, & similia. Azo.

r *Et manus.*] i. operamanuum, aliàs, manus i. artificij, ut & inf. de verb. sign. l. mulieris. §. res ab esse.

s *Pretio.*] subaudi pro quo. s. pretium dabat conductor alijs.

t *Redemptori.*] idest, conductori.

u *Septem.*] scilicet aureos. Azo.

x *Opus.*] idest, domo perfecta domum.

y *Imperfectum.*] aedificium nōdum consummatum: sed nos nisi pro consummatis pecuniam dabat, fit alias dicatur ... factum esse ... sed hoc quomodo potest aestimari, quod non est?

z *Colonus.*] casu incensae sunt. Azo. & incipit respondere.

a *Vetustatem.*] superfluum uidetur pactum istud, cum de his & sine pacto non teneatur.

b *Eam uim.*] Igitur incendium est uis.

c *Extrariam.*] In generali sermone ergo non continetur persona loquentis ut supra de actione empti. l. si merces. §. fina. & supra eodem.

* *Redemptor dicitur, qui opus aliquod faciendū certo precio sibi proposito addixit: & accipitur p conductore l. Caesar. de public.*

1 † *Alias, de glabrato.*

2 † *Al. decidisset, quam.*

3 † *Fl. centdenae: & hāc p hac Duar. ce qd ueteres his uocibus promisere ... sup 10 praes. eam l. seq. ad*

4 † *Fl. deest, in.*

5 † *Fl. dari.*

6 † *Fl. balneas*

7 † *Fl. deest, balnea sunt aliàs legitur aedes combustae sunt.*

* Habebat.] Dic qđ loquitur de aedilibus municipiorū (erant n. & aediles patritij, qui Cereris dicebantur.) qui interdū quicquam locasse rant, & colonis agros in lustrū locabāt. ex Dion. & Pōponio.

8 † *Fl. locare.*

9 † *Fl. agi posset.*

10 † *Fl. quae ad aliquid opus lapidis erit pro sin pedes, & manus pro eo mo. in pe. singul septem dabit.*

11 † *Fl. villam.*

12 † *Fl. incorruptam*

13 † *Fl. uillam.*

communis ſſ. l. quicquid. & de ſena. l. ſ. in ſi. & C. de ſol. l. ing ſ. tu. Sed 12 ℥. ſſ. de ædi. edi. l. ꝗ ſi nolit §. ſ. & ſſ. de in diē addi. l. q. ſi unc § ſi & l. aēp. & ſſ. de pig. l. Pa. § ſi. Acc.

IN naue.] CASVS. Multi mercatores miſerunt frumenta in naue Saupheli, qui erat nauta, & fecit aceruū cōmunem, conueniendo vt ex illo aceruo cuilibet redderetur tanta quantitas quantam ibi miſit: & cum nauis ad portum ueniſſet, reddidit uni, & antequā redderet alijs, nauis periſt cum alio frumento. quæritur, an nautæ ſit periculum. & antequā ſoluat, duo præmittit. Primo, quod rerum locatarum duo ſunt genera; nam quandoque tranſit dominium, ut ſi do argentum, ut facias vas ex hoc, vel ex alio. quandoque non, ut in veſte data poliendi. ſecundum quòd rerum depoſitarū duo ſunt genera. nam quandoque tranſit dominium, ut in pecunia depoſita ad dominium. quandoque non. ex quibus colligitur tertiū ſ. quòd dominium frumenti fuit factum Saupheli, & ideo rectè reddidit: ſecus autem ſi fuiſſet ſeparatum, & uni reddidiſſet, quod eſſet alterius, tunc teneretur nauta locati, & furti, & qui ſciens accepit, teneretur furti. nō autem periculum frumēti amiſſi ſit nautæ, ꝗ fuit prima quæſtio. Dicit quod non, ſi non fuit in culpa primæ redditionis: non autem fuit in culpa: quòd uni reſtituit primo. Viuianus.

Actio oneris aduerſi non habet locum in re, quæ remanet locatoris, & cum actione alia non concurrit. Item, debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei liberatur, ſi illa ſpecies caſu interijt. h. d. Primo ponit thema, & quæſtionem. Secundo ponit quædam argumenta facientia ad determinationem quæſtionis. Tertio determinat quæſtionem. Secunda ibi, Reſpondit. Tertia ibi, ſecundum quæ. Bart.

Idē lib. 5. Digeſt. a Pau. Epiſt.

LEX XXXIIII.

IN naue 1 † Saupheli a cum 2 † complures frumentum confuderant, b Saupheus 3 † vni ex his frumentum reddiderat de communi: c eaq; 4 † nauis perierat. d Quæſitum eſt, an cęteri pro ſua parte frumenti cū nauta agere poſſent oneris e aduerſi 5 † actione. Reſpondi, rerum locatarum duo genera eſſe: ut aut idem redderetur, ſicut cum veſtimenta fulloni curanda locarentur. f aut eiuſdem generis redderetur: veluti cum argentum puſtulatum g 6 † fabro daretur, vt vaſa fierent, h aut aurum, vt annuli, i ex ſuperiore k caſu 7 † rem domini manere. ex poſteriore l in creditum m iri. idem iuris eſſe in depoſito. Nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, vt neq; clauſam 8 † neq; obſignatam traderet, ſed adnumeraret: nihil aliud eum debere, apud quem depoſita eſſet, niſi, vt 9 † tantumdem pecuniæ ſolueret. n ſecundum quæ, o videri triticum factum Saupheli, 10 † & rectè datum. p Quod ſi ſeparatum 11 † tabulis, aut beronibus, q 12 † aut in alia 13 † culpa clauſū 14 † vniuſcuiuſq; triticum fuiſſet, ita ut internoſci poſſet, qꝺ 15 † cuiuſque eſſet, non potuiſſe r nos ſ permutationem facere: ſed tunc poſſe eum cuius fuiſſet triticū, quod nauta ſoluiſſet, vendicare: t & ideo ſe improbare actiones oneris aduerſi, 16 † quia ſiue eius generis eſſet merces, ut ſi 17 † nautæ traderent, & continuò eius fieret, & mercator in creditum iret, nō videretur onus eſſe aduerſum, 18 † quippe u quod nautæ fuiſſet. ſiue eadē res, quæ tradita eſſet reddi deberet: furti x eſſe actionem locatori: & ideo ſuperuacuū y eſſe oneris aduerſi 19 † iudicium. Sed ſi ita datum eſſet, ut in ſimili reſolui poſſit z conductorem culpam duntaxat a præſtare 20 † debere: b nam in re quæ vtriuſq; cauſa contraheretur, culpā deberi:

a *Saupheli.*] nomen eſt exercitoris.

b *Confuderant.*] ideſt contribuerant.

c *De communi.*] hic expone cōi, i. de aceruo cōi omnium factum. n. erat cōe dominorum voluntate permiſtum, ut Inſt. de re. di. §. ꝗ ſi frumentum. & ſup. de rei ven. l. ſi frumentū permar ſit ergo cōe, & cum uni reddit, eo momento ſit Saupheli, & deſinit eſſe aliorum; ſic ſſ. de dona. inter vi. & vxo. l. quæ autem. §. ſin. & de acquir. hæ. ſi placet ſecundum R. Vel dic de communi i. communiter dato, & ſic nō fuit cōe, ſed ab initio factum Saupheli. & hæc planior, ut inf. quippe, quod nautæ, &c.

d *Perierat.*] cum toto frumento quod remanſerat.

e *Oneris aduerſi.*] an eſt hoc proprium nomen actionis? quidam dicunt, quod non, ſed actio locati ſic appellatur, quando quis conduxit ſuo periculo. quod reprobatur: ideo dic, quod eſt proprium nomen actionis, nam ſi eſſet idem quod locati, ergo competeret: cum actione furti. ut ſup. eod. ſi merces. §. culpæ, & inf. eo. ſi locatum. quod non eſt in hac actione: ut infra eo. l. §. quod ſi ſeparatum in ſi. Item quando habet locum actio oneris aduerſi? Reſp. quoties onus alienum, vel dolo, vel culpa ſubmergeret. ab auerto auertis. i. remoueo. & dicitur auerſi, & non aduerſi. vel dicitur aduerſi ab aduerſitate. & tunc habet locum cū conductor in ſe recipit periculum. & poſtea res periſt, vt plerumque ſit. ut inſ. eo. & hæc diſtinctio, & ſup. de patic. & com. rei vend. ſi quis vina. §. ſi auerſione. hic autem videbatur recepiſſe, cum in genere ſit in frumento aceruū contracta obligatio hodie autem hæc actio locum non habet, ut dicetur inf. eo. §. quod ſi ſeparatum.

f *Locarentur.*] & hæc eſt ꝓprie locatio vt ſſ. eo. l. nō ſolet.

g *Puſtulatum.*] quidā libri habent, puſtilletum. i. purgatum, & puſillum factum, propter putredinem extractam. aliàs ponderatum. aliàs purgatum: aliàs purum datum. a

h *Vaſa fierent.*] ex hoc, vel ex illo Azo.

i *Annuli.*] vt fierent de eodem auro, uel de alio ſimili.

k *Ex ſuperiore.*] quādo datur, ut idē reddatur.

l *Ex poſteriore.*] quādo datur, ut eiuſdem generis reddatur.

m *In creditum.*] ſ. generale, vt ſup. ſi cert. pe. l. ſ. ſic econtra conducto: r quandoque transfert dominium in locatorē, vt ſup eo itē ſi pretio §. cum inſulam.

n *Solueret.*] eſt ergo depoſitum, ſed egreditur eius terminos notiſſimos. ut ſup. de poſi. l. Lucius Titius Sempronio & l. idem. §. 1. Accurſius.

o *Secundum quæ.*] ſ. dicta in ſecundo caſu.

p *Datum.*] i. redditū, & ſi ceſſat arg. oneris aduerſi, actio locum non habet. ſic econtra. inf. de verb. ſig. verbum reddendi, niſi ſpecialiter contractum caueatur ut ſup. de poſi. l. 1. §. eleganter.

q *Beronibus.*] fortè æneis vaſis b Acc.

r *Non potuiſſe.*] i. non eſt credendum, vel dicendum in credi. ſic itum eſſe hoc caſu niſi manifeſtiſſime illud appareat.

ſ *Nos.*] ſcilicet inuitos. quia ignorantes eramus de facto Saupheli.

t *Vendicare.*] item agi poteſt ex locato ut ſup. eod. item quæritur. §. & ſi pallium. & etiam furti contra ſuſcipientem ſcienter, & contra dantem.

u *Quippe.*] i. quia, ... ſi di at, non debet ſuſtinere onus aduerſum cuius merces factæ ſunt reſtitutæ.

x *Furti.*] contra Sauphelum, qui ſciens inuito domino contrectauit.

y *Superuacuum.*] hac ratione ſemper ceſſat, quia locati ſemper competere poteſt actio propter culpam conductoris, vel furtum, ſeu delictum, ſed nec alibi dicit lex eam locum habere. & ita exſufflatam eam omnino dicimus. ſed F. & R. dicunt eam habere locum etiam hodie. Sed ad quid ſecundum eos dabitur. Reſpon. ad ea, quæ dantur locati, & conducti. quando onus receptum eſt in aduectione. ut inf. ad l. Falc. l. in ratione. § incertæ.

z *Poſſit.*] ut in noſtro caſu.

a *Duntaxat.*] non etiam caſum, licet tranſit in creditum. quod eſt notā dignum licèt aliter ſit dictum, regulariter culpam eſſe, niſi forte ſtudiosè feciſſet. Et ſic not. quod locus eſt gratificationi * Accur.

b *Debere.*] & aliàs præſtat.

1 † Fl. in nauem.
2 † Fl. Saupheij.
3 † Fl. Saupheius.
4 † Fl. & nauis.
5 † Fl. aduerſi. ſ. ſ. crit. & in ter verſ. ſic ac ciperur auerte re vel illud. § ſed & ſi ſupra de tribut. unde auerſo. vnge. h. 3. c. 6 ſup ſin.
6 † Fl. puſtulatum. Alc. lib. 6. parer. c. 9. legēdū cenſet puſtulatū. Bud. vero puſtulatum.
7 † Fl. cauſa.
8 † Fl. clauſā. a Vide Budæū in priori an nota. hoc ipſo titulo, ꝗ dicat argentū puſtulatum.
9 † Fl. deſſe. ve.
10 † Saupheij.
11 † Fl. ſeparatum.
12 † aliàs ſtrationibus, aliàs eo rontbus & ſic Turn. ex Dono Phocus. & alias beronibus.] ſic Budaus quaſi po rombus ſacces, cultis vtribus. Paſt. 36. cap. 14. & ... H. ...
13 † aliàs inter nos ſcri.
14 † Fl. clauſū.
15 † Fl. quod.
16 † Fl. aduerſi.
17 † Fl. merces que nauta.
18 † Fl. aduerſum.
19 † Fl. aduerſi. b Budæ lac cos interpretat, quaſi pe rones, a pera.
20 † Fl. deeſt, præſtare.

* Gratificationi qñq; locus eſt Regr. in Indice Tracta. Rub. Gratificationi quādo. locus ſit.

Omni-

a *Omnimodo.*] ideſt, nullo modo in culpa eſt: potuiſſet autem eſſe in culpa, ſi ita eſſet depoſitum, ut neutri redderet ſine altero. Et not. hic arg. quòd non intelligitur quis eſſe in culpa, ſi facit, quod neceſſe habet facere. ut hic. & ꝗ. ad Syll. ſi quis in graui. §. cum omnes, & ꝗ. de leg. 3. unū ex fa. §. ſi de fal. Acc.

b *Quam cæterorum.*] quia ſuum ſaluum haberet.

1† Fl. reddidiſſet.

QVi fundum.] CASVS. Locaui tibi fundū in quinquennium: in medio alij legaui, & deceſſi: hæres meus non aget ammodo contra colonum, ut colat, quia ſua nō intereſt: tunc legatarius põt deiĳcere colonū, & colonus aget cōtra hæredē ad intereſſe, & ſic hæres tenetur duob. ſ. legatario ad fundū, & colono ad intereſſe, ut i hoc alio caſu ecce vendidi rem, & eandem legaui, hæres meus legatario, & emptori tenetur. Viu.

c *Cogi.*] ſ. ab hærede locatoris de legatario autem nō dubitabat. qa non ſucceſſit in ius defuncti, ſed hæres. Acc.

d *Habere*] ut infra de leg. 1. nil proponitur. §. ſi. & arg. ſup. eod. l. ſi merces. §. qui fundum.

SI fundus] CASVS. Locaui fundum, poſtea eſt publicatus: teneor ad remiſſionem mercedis. Secundo, idē ſi locaui domum ædificandam, & corruit ſolum. Tertiò, idem in venditione. ſ. ſi uendidi domum, & publicata poſtea ſit, teneor ad reſtituendum pretiū. ſicut, & ſuperioribus caſibus ad remittendū mercedem. nam quando prohiberis frui ab eo, a quo non poſſum te defendere, ad remiſſionem mercedis teneor. aliàs ad omne intereſſe. Quarto inducit ſimile, ut ecce locaui domum, eam deſtruo, ut reficiam. nam refert, utrum poteram reficere ſine deſtructione, & teneor ad omne intereſſe. an neceſſario fieri, & tunc ad exonerationem mercedis. Quinto dicit hæc eſſe vera, ſi credens meum locaui. aliàs ſi alienum ſciens, teneor ad omne intereſſe.

2† Fl. deſſet.

§ *Cum fundum.*] Ego, & Titius habebamus fundum communem, conuenimus, ut alternis annis uteremur, quiſque ſuo anno pro parte alterius. unus in fine anni deſtruxit ſic fundum, ut anno ſequenti non producat: fructum. & dicit quod alter agit loc. pro ſua parte, & communi diuidundo, pro parte vero alterius agit ex conducto, ad intereſſe. Secundo dicit idem, ſi ego unum, & tu alium fundum habuimus prædicto modo. hoc dicit, cum l. ſeq. Accurſius.

neque omnimodo a culpam eſſe, quod uni tradidiſſet 1† ex frumento: quoniam alicui primum reddere cum neceſſe fuiſset, tametſi meliorem eius conditionem faceret quàm cæterorum. b

Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono, nec colonus ei. Bart.

Iulianus libro 4. ex Minicio.

LEX XXXV.

QVi fundum colendum in plures annos locauerat, deceſſit & cum fundum legauit. Caſſius negauit poſse cogi c colonū, ut eū fundum coleret, quia nihil hæredis intereſset: quòd ſi colonus nollet colere, & ab eo, cui legatus eſset fundus, prohiberetur: cum hærede actionem habere d colonum, & hoc detrimentum ad hæredem pertinere: ſicuti ſi quis rem quam vēdidiſset, necdum tradidiſset, alij legaſſet, hæres eius emptori, & lagatario eſset obligatus.

Si conductor frui non poteſt re abſque culpa locatoris, fit remiſſio mercedis pro rata. ſi locatoris culpa interueniat, ad totale intereſſe tenetur. Bar.

Africanus libro 8. Quæſtio.

LEX XXXVI.

SI fundus, quem mihi locaueris, publicatus ſit; e teneri te ex conducto actione, ut mihi frui f liceat; quamuis per te non ſtet quo minus id præſtes: quemadmodum, inquit, & 2 † ſi inſulam ædificandam locaſſes, g & ſolū corruiſset; nihilominus h teneris. Nam & ſi vendideris mihi fundum, iſq; prius, quā vacuus traderetur, publicatus fuerit; tenearis ex empto. i quod haſtenus erit uerum, ut pretium K reſtituas, non ut etiā id præſtes, ſi quid pluris mea intereſſit eum vacuū mihi tradi. Similiter igitur & circa conductionem ſeruandum puto, ut mercedem quam præſtiterim, reſtituas eius. ſ. temporis quo fruitus non fuerim: nec ultra actione 3 † ex cōducto præſtare cogeris. Nam & ſi colonus tuus fundo frui a te, aut ab eo prohibeatur, quem tu prohibere, ne id faciat, poſſis, tantum ei præſtabis, quanti eius intereſſuerit frui; in quo etiam lucrum l eius continebitur. Sin verò ab eo interpellabitur quem tu prohibere propter uim maiorem, aut potentiam eius non poteris, nihil amplius ei quā mercedem remittere, aut reddere debebis. m

Caius li. 10. ad edict. prou.

LEX XXXVII.

PEriade ac latronum incurſu id acciderit.

Africanus libro 8. Quæſt.

LEX XXXVIII.

ET hæc diſtinctio conuenit illi; quæ a Seruio introducta, & ab omnibus ferè probata eſt, ut ſi 4† auerſione n inſulam locatam dominus reficiendo, ne ea conductor frui poſſit, effecerit, animaduertatur, neceſsario necne id opus demolitus ſit. 5 † Quid enim intereſt, utrū locator inſulæ propter uetuſtatem cogatur eam reficere, an locator fundi cogatur ferre iniuriam eius, quem prohibere non poſſit? Intelligendum eſt autem nos hac diſtinctione uti de eo, qui

e *Publicatus ſit.*] fortè, ut militibus aſſignetur, ut ſupra de rei vend. item ſi verberatum. §. præterea ſi fortè. vel ex cauſa maleficij alicuius Accur.

f *Vt mihi frui.*] hoc idē determinatur ſtatim infra ibi, ſimiliter ergo, &c.

g *Locaſſes*] locauis ergo opus faciendum, ut mihi pro toto opere præſtaret mercedem.

h *Nihilominus*] ut pro eo, quod de opere feci antequam rueret, mercedem præſtes & ita interitus eſt ad damnum locantis. inf. eod. l. Martius.

3 † Aliàs, actionem.

i *Tenearis ex empto.*] imò videtur quòd non, cum omne periculum pertineat ad emptorem poſt vēditionem. ut ſupra de peric. & comm. rei vend. l. neceſſario, in princ. & l. 1. quod Sol. ſpeciale eſt in caſu publicationis, ut hic. Item contra. ut inf. de euictio. Lucius. ubi ſpecialiter in hoc caſu loquitur. Solut. hic ante traditionē, ibi poſt. Vel hic ex maleficio venditoris publicatus erat: ibi non.

K *Vt pretium*] ſ. ibi ſolutum. alij dicunt à fiſco acceptum, quod eſt falſum, cum nil ſit à fiſco forte acceptum.

l *Lucrum.*] ut ſupra eodem ſi in lege. §. colonus Azo. eſt autē hic caſus ſpecialis, ut lucrum veniat, ſicut & aliàs, ſed regulariter contra, ut dixi ſupra de eo, quod certo loco lege ſecunda, §. ſinali.

4 † Fl. Aduerſione. uide Aug. li. 3. c. 6. ubi declarat.

m *Debebis*] niſi ſciens alienum, ut ſuum locauit, ut ſupra eodem. ſi uno §. penul. & infra eodem l. & hæc diſtinctio. in fine, & primo reſponſ. & ſupra eodem, ſi quis domum. quæ ſunt contra. ſimilis diſtinctio eſt etiā, ſupra eodem l. qui inſulam. in princ. & §. ſ. item facit ſupra eodem, item quæritur. §. exercitu. & l. nos uideamus.

5 † Fl. eſt.

n ET hæc diſtinct'o Auerſione.] ideſt recepto à conducto re periculo uel aduerſitate. Sed nonne tunc conductor periculum violentiæ, uel caſus fortuiti ſenſit, ut ſup. eo. Item quæritur. §. ſi gemma? Reſpon. non, quia culpam etiam leuiſſimam uidetur promiſiſſe, non caſum. Vt inf. eo. l. 1. opus. §. quod vero. Accurſius.

Probo

a *Prohibeat.*] quia ille e insolidum tenetur, ut supra eo. l. si quis domum, § quid tamen. b *Consulto*] aduerbium est, id est studiose. c *Ex conducto*,] imo videntur hæ actiones cessare, ut sup. com. di. uid. l. si conuenit, quæ est 3. Sol. hic conuene runt certo pretio prius esse fruituros, ut hic dicit, ibi vero sine pretio conuenerunt, ut alternis annis fruerentur: unde non potuit stare si ne mercede in pecunia conuenta, ut supra depos. l. i. §. si quis ser uum, uel melius hic improprie dicitur locatio. sic etiam dicitur C. e. si olei & ideo datur præ scr. uer. actio, ut infra, de præsc. uer. l. natura lis, §. at cum do. Acc. d *Damnum.*] q.d. sic. Accursius. e *Notat.*] non reprehendendo, quod est dictum, sed, quod minus dictum. Accur. f *Rem seruauerimus.*] i. interesse. Azo. g *Simplicius.*] idest, manifestius. Accu. h *Quæremus.*] id est inueniemus in proximo casu. i *Mercedis.*] conuentæ. k *Pensarentur.*] i. compensarentur. Accus.

O*Pus.*] CASUS. Locaui tibi domum faciendam, ut donec approbaretur, esset tuo periculo. seruabitur pactum. idem si tacite hoc conueniat, ut qui dixi pro omni pede, quem mihi mensurabis, dabo tibi x. nam tuum periculum est donec mensures. Tertio, si fue ro in mora, uel approbandi, uel mensurandi, desinit esse in tuo periculo. Quarto expone a prima duo dicta, scilicet quod periculum sit conductoris nisi adueniat casus fortuitus, tunc enim locatoris est, si modo erat probabile alias est conductoris, ut infra l. prox. Viui. l *Opus, quod aduersio ne.*] i. ut periculo ad conductorem spectet. m *Conductoris.*] si eius culpa leuissima interuenit, ad hanc. n. proficit hæc pactio, ut j. ea. l. §. si tã, &c. Itẽ si approbandum nõ erat: ut inf. eod. l. prox. Et sic no. hic manifeste periculum non accipi pro fortuito casu, sed pro eo ubi saltẽ leuissima culpa fuit: ut sup. commo. si ut certo, §. nunc ui

& suum prædium fruendum locauerit, & bona fide negotium contraxerit: non de eo, qui alienum prædiũ per fraudem locauerit, nec resistere domino possit, quo minus is colonum frui prohibeat. a

Inter socios eiusdem rei si sit locatio alternis annis, habet locum actio ex locato, & etiam actio ex conducto, & illa, quæ ex communione descendit. Bart.

¶ Cum fundum communem haberemus, 1 † inter nos conuenit, ut alternis annis certo pretio eundẽ 2 † conductum haberemus. tu, cum annus tuus exiturus esset, consulto b fructũ sequentis 3 † anni corrupisti. Agam tecũ duab. actionibus, vna ex conducto, c altera ex locato: Locato enim iudicio mea pars propria, conducti aũt actione tua dumtaxat propria in iudicium ueniet. 4 † Deinde ita notat: Nonne quod ad meam partem attinebit, ecommuni diuidundo iudicio 5 † præstabitur a te mihi damnum? d Recte quidẽ notat: e sed tamen etiam Seruii sententiam ueram esse puto, in eo 6 † scilicet, ut cum altera utra actione rem seruauerim, f altera perimatur. Quod ipsum simplicius g ita quæremus, h si proponatur, inter duos, qui singulos proprios fundos haberent, conuenisse, ut alter alterius fundũ 7 † in conductum haberent, ut fructus mercedis i nomine pensarentur. k 8 †

Qui suscipit in se periculum operis, tenetur quoad opus approbetur, et qui debet opus ad mensuram, tenetur quoad mensuretur, quod intelligitur de periculo saltem leuissima culpa contingente h.d. Bart. Primo loquitur quando interuenit culpa leuissima, usq; ibi, Si tamen. Secũdo quando nulla culpa interuenit, vsque ad l. si prius.

Florentinus lib. 8. Institut.

LEX XXXIX.

Opus * quod aduersione l 9 † locatum est, donec approbetur, conductoris m periculum est. Quod uero ita conductum sit, ut in pedes n mensurasve præstetur: o hactenus conductoris periculo est, quaten' admensum non sit, & in utraque p causa nociturum locatori, si per eum steterit quominus opus approbetur, q vel admetiatur. Si tamen vi maiore opus prius interciderit q̃ approbaretur, locatoris periculo est, 10 † nisi si aliud actũ sit. Non enim amplius locatori r præstari oportet, quam quod sua cura, s atque opera consecutus esset.

Iauolenus lib. 8. ex Cassio.

LEX XL.

SI prius, quam locatori opus probaretur, opus 11 † vi aliqua consumptum est: detrimentum ad locatorem t ita pertinet, si tale opus fuit, ut probari deberet. a

Locator operarum debet habere mercedem totius temporis, si per eum non fiat. Idem in aduocato. Bartolus.

Paulus lib. singulari Regul.

LEX XLI.

QVi operas suas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, x si per eum non steterit y quo minus operas suas 12 † præstaret 13 † Aduocati quoque si per eos non steterit z quo minus causam agant, honoraria reddere non debent. a

Qui locat rem suam, non transfert dominium in cõductorem. Paulus de Cast.

Vlpian. lib. 33. 14 † ad edict.

LEX XLII.

NOn solet b locatio dominium mutare.

Qui promisit custodiã, tenetur de periculo, et dãno

dendum. Sed an contra, sup. eo. l. itẽ quæritur, §. si gẽma & hic, ut ibi dixi. sic ergo pactũ aduersionis, * uel simile, culpã leuissimam comprehendit, nõ casum fortuitum. n *Ve in pedes.*] scilicet singulos. o *Præstetur.*] scilicet merces. Acc. p *In utraque.*] scilicet cum suo periculo quis cõducit, & tamẽ in singulas mensuras est merces conuenta. q *Approbetur.*] uel mensuretur in secundo casu. sic infra e. l. Martius, & l. fi. Azo. r *Locatori.*] si approbandũ erit, alias non, ut inf. l. prox. s *Sua cura*] etiam ad exactissimam diligentiam: hoc n. facit periculi receptio, non tñ, ut casum præstet, ut hic, & sup. cõmod. l. si ut certo, §. cõmodatũ, & dixi in princ. huius legis. Accu. t S*I prius quam.* Ad *locatorem*] etiam ut præstet mercedem nihilominus. Azo & intellige l quando opus aduersione fuerit locatum. Acc. u *Deberet.*] idẽ si non debuit approbari, nõ tamen ultra operis esse[?] ut inf. e in l. ea lege, §. fi. & l fi. & facit inf. de dam. infe. l. illuminum, §. i. Accur. x Q*Vi operas.* De*bet.*] si nõ fuit cum alio, ut sup. eo. l. si ædes, § fi. & sup. de offi. asses. l. idẽ. Idem si potuerũt esse argum. huius legis. Accur. y *Non steterit.*] ut & infra, de annu. lega. l. Mænia, in prin. & ĩ. ad leg. Rhod. de iac. l. fin. in princ. z *Non steterit.*] secus, si steterit per eos, ut C. de cond. ob. caus. l. aduocationis. De hac materia plane diximus sup. eo. l. si uno, §. item cum quidam. Accursius. a *Non debent*] ut & C. de cond. ob. caus. l. pe. & ĩ. de usu. & ĩ. ord. cog. l. j. §. diuus. b N*On solet.*] Dic casum, quod dominus rẽ suam cõducendo non amittit dominiũ, ut hic, & C. eod. qui rem. Vel dic, quod locator non transfert dominium per locationem, quia non hoc agitur, fallis in casu, ut sup. eo. in naue.

Margin notes:
1 † Flo. habemus.
2 † Fl. eum.
3 † Flo. insequentis.
4 † Flor. veniet.
5 † Flor. de eo sudento.
6 † Flo. eum eo.
7 † Flo. alteri fundum.
8 † Flo. pensarentur.
* Pactum aduersionis quid cõprehendit, vide Benue. Stra. de assecu. nu 9.
* Lud. Ro. singul. 442. incip. Tu habes casum ad leg. ostẽ tex. in illa gl. appellatione periculi non uenit casus fortuitus qũ tamen [illegible] de quo vide ut [illegible] interpretat. Bal. de Nouel 64. de Hortal. ex transl. Haloand. l. ult. sup ad le. Rhod. et Ant. Aug. si lib. 2. c. 1. & 2.
9 † Flo. auersione.
10 † alias, non est.
11 † Flo. de est opus.
12 † Flo. de est suas.
13 † Flo. quo minus operas præstet.
14 † Fl. li. 2.

Qui

a QVi mercedē. Pro custodia prestat. i. si contingat p p custodiā non adhibitā, & sic ad exactissimā diligentiam. Io. alias nisi specialiter procustodia mercedē reciperet, tenetur de leui culpa, ut sup. nau. cau. po. stab. l. idē, §. si gratis, & l. nauta. Accur.

1 † Flor. lib. 5.

2 † Flor. aem pa.

3 † Flor. periculum custodia prestat.

4 † Flo. lib. 5.

b SEd de damno. Iulianus ait.] ut infra de dam. infe. l. flu minum, §. hæc stipulatio, & §. idem Seruius. Sed argum. contra in co. tit. l. qui bona, §. cum inter.

c Posse.] certè nulla: ut hic, & C. de pigno. actio, l. quæ fortuitis, & sup. de actio. emp. l. si ea res, & sup com mod. l. ad eos.

5 † Flo. interdum esse.

6 † Flo. custodiri.

d Interdum agi] scilicet interdū posse, & alias interesset ut s. teneatur de damno dato ab alio, hoc est, siue custodire potuit, &c.

e Custodire potuit.] quo casu tenet, ut sup. eo. l. in lege, in fi. & l. qui insulā. §. qui mulas.

f Custos.] cuius factū debet conductor præstare, ut sup. nau. cau. stab. l. fin. in princ.

7 † Fl. lib. 11.

g SI locatum surripias] s. contrectando contra meam voluntatem aliter q̄ acceperis, ut argum. Instit. de oblig. quæ ex delict. § placuit.

8 † Duar. locati actiones & furti.

h SI vulneraueris. Esse debet.] ut hic, & ɔ̄ d act. & obl. l. qui seruum, §. si is. Sed ɔ̄ inf. de priu. de lic. l. ij. sed ibi semp ē vna pœnalis mere, quæ non tollitur per rei persecutoriam. hic aūt ambæ rei psecutoriæ. Item ibi ex diuersis delictis, hic vnum.

i Officio.] s. exceptione proposita, ut d. l. qui seruum. Accur.

k LOcare.] CASVS. Habeo seruitutē eūdi per agrū alienū: quē uolo alii locare: non possum. Viuia.

k Nemo potest.] uel dominus rei, uel cui debetur seruitus prædialis. & hoc in seruitutibus rerum, secus in personalibus, ut in vsu fructu, & similibus, ut supra, de vsu fruc. l. arboribus, §. ij. & Inst. de vsu. & hab. §. minus. quæ sunt contra differunt & in alio fecalet a personalibus, ut infra, de pign. l. si is qui. §. penult. & §. fin. Accur.

dato ab alio, quod potuit per custodiā reparari. hoc dicit. cum l. seq.

Caius lib. 10. 1 † ad edictum. Prouinc.

LEX XLIII.

QVi mercedē accepit 2 † pro custodia alicuius rei: is huius periculum pro custodia 3 † præstat. a

Vlp. lib. 25. 4 † ad edictum.

LEX XLIIII.

SEd de damno ab alio dato agi cum eo non posse, Iulianus ait. b Qua. n. custodia consequi potuit, ne damnum iniuria ab alio dari posset? c Sed Marcellus interdum d agi posse 5 † ait, siue custodire 6 † potuit e ne damnum daretur, siue ipse custos f damnum dedit. quæ sententia Marcelli probanda est.

Hæc actio concurrit cum actione furti, & legis Aquliæ: tamen altera quis debet esse contentus. h. d. cum l. seq.

Paul. lib. 34. 7 † ad edictum.

LEX XLV.

SI locatum tibi seruum surripias: g vtrumque iudicium aduersus te est exercendum, locati, 8 † & furti.

Idem libro 21. ad edictum.

LEX XLVI.

SI vulneraueris seruum tibi locatum; eiusdem vulneris nomine legis Aquiliæ, & ex locato actio est, sed alterutra contentus actor esse debet. h idque officio i iudicis continetur, apud quem ex locato agetur.

Vlpianus lib. 7. ad edictū.

LEX XLVII.

LOcare seruitutem nemo potest. k

Damnum datum a seruis locatoris non venit in hac actione. h. d. Bart.

Paulus libro 22. ad edictum.

LEX XLVIII.

SI tibi domum locauero, & serui mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint: non teneor tibi ex conducto, l sed noxali actione.

Damnum datum ab homine locato non venit in hac actione; sed locatori nil potest imputari. Bart.

¶ Si hoīem tibi locauero, ut habeas in taberna, & is furtum fecerit: dubitari potest vtrum ex conducto actio sufficiat, quasi longe sit a bona fide actum, m 9 † et quid patiaris detrimenti per eā rem quam conduxisti: an adhuc dicendum sit extra causam conductionis esse furti crimen, & in propriam n persecutionem cadere hoc delictum, quod magis o est.

§ *Non valet locatio facta vno nummo. Bart.*

Vlpianus li. 70. 10 † ad edict.

LEX XLIX.

SI quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est, p quia & hoc donationis instar inducit.

Ex hoc contractu possunt constitui duo rei, nec habebunt beneficium diuisionis secūdum ista tempora: sed beneficium cessionis sic. h. d. hodie vero habent beneficium diuisionis per Auth. de duob. reis, in corpore.

Marcellus lib. 6. Digestorū.

LEX L.

CVm apparebit emptorem q cōductorēve pluribus r vendentē, vel locantem singulorum insolidum intuitum personam: ita demum ad præstationē partis s singuli sunt compellendi, si constabit omnes esse soluendo. quamq̄ fortasse iustius t sit, etiam si soluendo omnes erunt, electionem conueniendi quem velit, non esse 11 † auferendam actori, si actiones suas aduersus ceteros præstare non recuset. u

Potest quis locare, quod cōduxerat. & in hac actione contra non restituentem iuratur in litem. Bart.

SI tibi.] Casus planus est vsque ad §. si hominem.

¶ Si hominem.] Locaui tibi hominē ut haberes eum in officina tua, vel alia negotiatione. is furtū sibi fecit. quæritur an teneor tibi ex conducto, vel etiam act. noxali? Et respon. quod noxali teneor tibi. l. seq. clara est. Viuia.

l Ex conducto.] Sed e. § si serui conductoris dānū dederint in re locata, ex locato erit actio in conductorē, ut sup. e. l. videamus.

9 † Alias, de est actum.

m Actū hoc, s. ut, & c.

n In propriam.] furti noxalem.

o Quod magis.] s. ut in propriā persecutionē cadat, cū certā psonā ignorans eā vitiosam locaui, alioquin §, ut sup. de pig. act. l. si ser uus latas pig. & sup. eum. l. pe sed si iuxe tam, , est, ut sup. e l. cum in plures, §. seruum meū, s m Azon.

10 † Flor. lib. 69.

p SI quis conduxerit. Nulla est.] ut inf. de acq. pos. l. si q̄s an. §. fi. sed ɔ̄ inf. de iure do. l. si vsu. Sol. ibi speciale, qa ex necessitate fit. Sed cur secus in vēditione, q̄ ualet facta ptio minori cā donationis, ut sup. de ɔ̄h. emp. l. si quis donationis, & inf. de don. inter vi. & vx. l. si pōsus. §. circa? Rñ. & ibi forte nō ualet in uno nummo uel tam utiliter facta.

CVm apparebit.] CASVS. Locauit tē duob. uel uendidit: an ambo teneantur in solidū? Dicūt quidā, si soluēdo sunt, tenentur pro partibus, sed verius est, ut insolidum iure isto Viuia.

q Cum apparebit emptorem.] i. uenditorem: & cōductorē, i. locatorē, ut hic, & sup eo. j. l. idē est. Vel proprie pone vt qui emit rē, locet pluribus eandē rē, uel qui cōduxit, ut inf. e. l. insulā, i. prin. & redde singula singulis.

11 † Flo. deest, esse.

r Pluribus.] simul Ac.

s Partis.] scilicet mercedis rei.

t Iustius.] s iure isto ut hic, & ɔ̄. de duo re l. eādē. & C. e. l. si diuisa, §. i. & ar. sup. eo. l. si qui f. §. duo rei. Sed hodie iniquitus sit: vsū corrigit, quod hic dr, vt in Auth. de duob re. §. j. coll. vi. s.

u Non recuset] scilicet pro parte, non autem insolidum, arg.

Idem libro 8. Digestorum.

L E X XL.

SI cui locauero faciendum, quod ego conduxerã, constabit habere me ex locato actionẽ. a ¶ Qui seruũ conductũ, vel aliã rẽ nõ immobilẽ non restituit: quanti in litem iuratum b fuerit, damnabitur.

Tutor vel curator ante redditas suas rationes prædia Cæsaris conducens, vt falsarius punitur. Acc.

Modestin. lib. 6. excusationũ.

L E X LII.

OI ἐπίτροποι γενόμενοι, ἢ κουράτορες, πρὶν ἐκτῖσαι τὸ 1† τοῖς μηδαμῶς μισθοῦσθαι καίσαρος γενέσθαι κωλύονται· καὶ ἄν τις ἀποκρυψάμενος τοῦτο, προσέλθῃ τῷ μισθῶσαι 2† τι τῶν τῶ καίσαρος χωρίων, ὡς παραποιήσας κολάζεται. τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ 3† Σεβῆρος. Κατὰ ταῦτα 4† δὲ καὶ οἱ χειρίζοντες ἐπιτροπὰς ἢ κουρατωρίας, εἶεν 5† ἂν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι καὶ παρὰ τοῦ ταμείου 6† χωρία * i. tutores, curatoresve constituti priusquam officij sui rationes reddant, prohibentur, ne quid de patrimonio Cæsaris conductum habeant, ac si quis id dissimilans nihilominus ad conducenda Cæsaris prædia accesserit, perinde ut falsarius pena afficitur. hocq; sanxit Impe. Seuerus. Secũdum, quę sanè prohibiti erunt a fisco conducere, qui tutelam, curam ve gerunt.

Qui ignorat qualitatem personæ, nõ punitur si cum eo contraxit tãquam cum quolibet. Bart.

Idem libro 10. Pandectarum.

L E X LIII.

SI ignorans c quis militi quasi pagano locauerit, exigere illum posse probandum est. non enim contemnit d disciplinam, * qui ignorauit militem.

Pratium appositum pro locatione, non extenditur, vt ei noceat. Bart.

Iauolenus lib. 11. ἐπιστολῶν.

L E X LIIII.

EA lege e fundũ locaui, vt si non ea lege 7 † colere-tur, relocare eum mihi liceret, & quo minoris f locassẽ, hoc mihi pstaret: (nec 8 † conuenit, ut si pluris locassẽ, hoc tibi pstaret.) & cũ nemo fundũ colebat, pluris tñ locaui. quæro an hoc ipsum præstare debeat? Respõdit. In huiusmodi obligationibus id maximè spectare debemus, quòd inter vtrãq; partẽ conuenit. Videtur aũt in hac specie id silentio cõuenisse, ne quid pstaretur, si ampliore pecunia fundus esset locatus. i. ut hæc conuentio 9 † pro locatore g tantummodo interponeretur.

Qui locauit operas suas, vt certum opus faceret, tenetur de operis vitio. siue vna pensio, siue in singulos dies præstita fuerit: qui autem operas suas singulis dieb. locat, nec ad certum tempus se adstringit, de vitio operis non tenetur. h. d. quem §. not. quia est singularis. Bart.

¶ Locaui opus faciendum ita, vt pro opere redemptori certam mercedem in dies singulos darem: opus vitiosum factum est. h an ex locato agere possim? Respondit, si ita opus locasti, i vt bonitas eius tibi a conductore approbaretur: K tametsi conuenit, vt in singulas operas certa pecunia daretur: præstari tamen tibi a conductore debet, l si id opus uitiosum factum est. Non. n. quicquam interest, vtrum vno pretio opus, an in singulas operas 10 † certa pecunia locaretur, si modo uniuersitas m consummationis ad conductorem pertinuit. Poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitiosum opus fecerit: nisi 11 † ideo in operas singulas merces constituta erat, 12 † ut arbitrio domini opus efficeretur: n 13 † tunc enim nihil conductor præstare domino de bonitate operis videtur.

Si in quantitate mercedis erretur, statur voluntati eius, qui mercedem recipere debet. Bar.

Pomponius libro 31. ad Quint. Mutium.

L E X LV.

SI decem tibi locem fundum, tu autem existimes quinque te conducere: nihil agitur. o Sed & si ego minoris me locare sensero, tu pluris te conducere: utique non pluris erit conductio, quàm 14 † ego putaui. p

Qui fideiubet pro conductore conductoris, principali domino non tenetur. Bart.

Papinianus libro 11. responso.

L E X LVI.

QVi fideiussor extitit apud mancipem q pro colono publicorum prædiorum, quæ

---

parte non autem insolidũ: arg. sup. de pecu. l. qsitum. in §. ij. Acc.

a *SI cui actionem.*] vtilem, ut infra de ver. obli. l. stipulatio ista §. item si quis locauerit. quod expone, ut ibi: nemo. n. &c. ut C eo. l. nemo.

b *Iuratum.*] est. n. bonæ fidei, & ideo in litem iuratur, ut hic, & sup. de in litẽ iuram. l. in actionib prius. n. possessio est restituenda, & post de proprietate litigetur: ut C. eo. l. si qs cõductionis. hodie etiam in duplum tenetur, qui rem non restituit sine iudicio, ut C. e. l. cõductores. & C. vñ ui l. si ab re. Ac.

c *SI ignorans.*] secus si sciẽs esset, vt C. eo. l. milites & l.

d *Contemnit*] Sic ergo non contemnit clericalem habitum, qui clericũ laici more incedẽtẽ a verberat, vel castigat, ut arg. C. de epi & cl. l. gñaliter & ar. eius, qđ de domina dicitur more meretricio incedente: cui si qs fuerit iniuriatus, non tenetur, ut inf. de iniur. l. itẽ apud Labeonem §. si quis virgines.

e *EA lege*] i. qua dictum erat.

f *Minoris*] id est minore mercede accepta.

g *Pro locatore.*] & ideo, quia eius fauore interposita est cõuentio, non eodem iure vtetur aduersarius in casu conuerso. Et tamen arg. contra insti. pro socio. §. illud. Itẽ not. hic, quod aliquid potest quis postulare cuius contrarium non esset postulaturus. Sed argu. contra C. de solu. l. penult. Item facit huic respon. sup. eod. item quæritur. §. si in lege. Accursius.

h *Factum est.*] ppter vitiosam materiam, vel propter imperitiã facientis, & sic culpa redemptoris, non autẽ propter vitiũ soli naturale, vt inf. e. l. Mar.

i *Locasti.*] mutat personas de prima ad scdã.

K *Approbaretur.*] Arbitrio boni viri, vt s. e. l. si in leg. in prin. Ac.

l *A conductore debet.*] quantum interest.

m *Vniuersitas.*] i. si vniuersum opus perficere debuit. Azo.

n *Efficeretur.*] i. ideo in singulos dies cõduxit operas, ut si aliqñ displiceat, refutet eũ & sic factũ est vñ cũ consummato opere videatur singulis dieb. approbasse, nõ potest reprobare, sup. de neg. gest. l. Pomp. Accur.

o *SI decem. Agitur.*] in eius pjudiciũ.

p *Putaui.*] si bene notauerit, ille nõ potest recedere, qui de minori summa sensit. nec ob. inf. de ver. obl. l j. §. pe. ubi in stipulatione dr, q siue spondeat in minus, siue in plus, valet vsque ad concurrentem quantitatem, quia illud ibi fit sine alterius damno, q hic non esset. Item iõ hic non valet, quia cõtinue debent contrahentes, ut in d. l. & §. ob. l. in omni ib. & plene dixi sup de 5h. emp. l. in venditionib Acc.

QVi fideiussor.] CASVS Quidã conduxit a principe reditus vnius prouinciæ, postea aliqua prædia de fiscalib. Illius puicie locauit alij, & accepit fideiu. hic fideiuss nõ tenet fisco. Vi.

q *Apud mancipem.*] [illegible] publicatum Linarum, et

---

1 † τά τῆς καθημιωνίας.
2 † Floren. της.
3 † Floren. του.
4 † Floren. τῶν τα.
5 † Floren. εἰεν. & desit. ἂν.
6 † Flo. & μίσθων.
* Alcil. disp. 1. cap. 2. legit hanc Græcam huc loco desse, ex pandectis Florentinis afferre, quã ita uertit: Qui tutores facti sũt, aut curatores, priusq̃ officio fungantur, conducere aliquid a Cæsare prohibentur. & si quis dissimulans aggrediatur, & agros cæsaris cõducit, uti cõtra facis punitur, ut Imperator Seuerus cõstituit, secundũ, hac et qui tutorũ, vel Curatorũ officiũ munguntur, a fisco cõducere phibentur.] quã uersionem ex Belog. vel Pollet. Ia. h. authori dissimulato transcripsisse ait Duar. & aduertit, quod hoc subiunxerimus latinam versionem in editione Dua. a Hac in q̃busdã exemplaribus de sunt. Clericũ laici more incedẽtẽ castigare licet.
* Disciplinã.] huius dicti rõnem pulchre explicat Alc. l. 5. c. 1.
7 † Hac lege.
8 † Aliàs inclusa desunt.
9 † Flor. commentum.
1 Pulchrè Bud. hic. qs manceps dicatur, differit. ut illum. uideto.
10 † Fl. Flor. in singulas operas collocatur si modo. &c.
11 † Dua nisi si ideo.
12 † Flor. ut.
13 † alias perficeretur.
14 † Dua q̃ quanti ego.

vt C. de vec. & con. si quis sine persona. & sic manceps publicum prædium locabat. uel largius hic ponit pro publicano, qui fortè in quinquennium à principe conduxit, ut C. e. l. si cũ Hermes, & ꝑticulatim relocat, ut hic dicit Ac.
a *Non tenetur.*] licet mancipi teneatur.
b *Manent.*] ut & sup. eo. l. si in lege §. 1.

est in primis, qũo fideiussor tenet ad vsurã, quæ dicũtur ex officio iudicis. i. cũ ipse fideiussor teneatur actione stricti iuris? Rñ. ipse cõuenitur ꝑ morã alterius, non ꝑ morã suam, tñ ex promissione tua. Item ꝫ lo. [illegible] princ. huius l. nec prosint, &c. licet & ibi in modũ oppositionis, cui rñdeat, inducat. Sed rñ. illę ꝯstiões loquebantur cũ in incertã summam interuenit, & sic ẽt soluitur, sup. de eo, quod cer. lo. l. cẽtum, & l. fi. Itẽ ꝫ lo. si fideiussit pro eo, qđ eum dare oportet, ergo nõ tenet de vsuris currentib postea, vt infra, de verb. obl. si a colono? Rñ. non fideiubet sic. tũc. n. non tenet de futuro, sed ita, fideiubeo, tunc etiam futura sors, nedum usura venit, ut sup. de iudic. l. non quemadmodum. vbi aũt in quantitatẽ certã intercessit, ultra teneri non põt, ut sup. q satisd. cog. l. ij. § fi. Itẽ ꝫ lo. C. qđ cũ eo. l. si mandator. sed ibi subaudi maximè. nã idẽ si non specialiter oibus consensit. Item ꝫ lo. est inf. ad municip. libertus, § fi. Sed ibi in quantitatem certã, vel quasi certã intercessit, s. rẽpublicam seruare indẽnem, vnde vltra nõ tenet. Vel dic speciale in his, qui pro officialibus reipublicæ fideiubent, ut ĩ. ad municip. l. Lucius, § Paulus. Accur.

manceps * ei colono locauit: reipublicæ non tenetur, a sed fructus in eadem causa pignoris manent. b

Fideiussor, qui in omnem causam intercedit, vel fideiubet iudicatũ solui, uel indemnitatem promisit: tenetur ad sortem, & vsuras, etiam officio iudicis uenientes. h. d. Vel breuius. Qui fideiubet in omnem causam, tenetur de vsuris, & omni quantitate. Bart.

Paulus libro 11. 1 † respon.

LEX LVII.

QVæro, an fideiussor conductionis etiam in vsuras non illatarũ c pensionum nomine teneatur, nec prosint ei constitutiones, d quibus cauetur, eos, qui pro alijs pecuniam exoluerint, sortis solummodo damnum agnoscere oportere? Paulus respondit, si in omnem causam conductionis etiam fideiussor se obligauit: eum quoq; exemplo coloni tardius illatarum per moram coloni pensionum præstare vsuras debere. Vsuræ. n. in bonæ fidei iudicijs, etsi nõ tam ex obligatione proficiscantur, quam ex officio iudicis applicentur: e tamen cũ fideiussor in omnem causam se applicuit 2 † æquum videtur ipsum quoque agnoscere onus vsurarum: ac si ita fideiussisset. Inquantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua esse iubes? vel ita, Indemnem me præstabis? f

Promissio de nõ expellendo, intelligitur, si colon⁹ in solutione pensionis ꝑ biennium non cessauerit. Bart.

¶ Inter locatorem fundi, & conductorem cõuenit, ne intra tempora g locationis Seius conductor de fundo inuitus repelleretur, & si pulsus 3 † esset, pœnam decem præstaret Titius locator Seio cõductori; vel Seius cõductor h Titio, si intra tempora locationis discedere vellet, æquè decem Titio locatori præstaret: 4 † quod inuicem de se stipulati sunt. Quæro cum Seius conductor biennij i continui pensionem non soluerit, an sine metu pœnæ expelli possit? Paulus respondit, quamuis nihil expressum sit in stipulatione pœnali de solutione pensionum: tamen verisimile esse, ita conuenisse de non expellẽdo colono intra tempora præfinita, si pensionibus paruerit, K & ut oportet, coluerit, 5 † & ideo si pœnam petere cœperit is, qui pensionibus satis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem.

Aestimatio facit transire periculum rei in accipientem. Bart.

¶ Paulus respondit, Seruus 6 † qui æstimatus l coloniæ adscriptus est, ad periculum coloniæ pertinebit: & ideo æstimationẽ eius m defuncti ab hærede coloniæ præstari oportebit. 7 †

Domini horreorum non tenentur de effractura, nisi custodiam promiserint: custodes tamen exhibere tenentur. Bart.

Q *Uæro.*] CASVS. Fideius. qui intercesserit pro colono tenetur in vsuris ex mora coloni tribus casibus. Primo si intercessit in omnem causam. Secũdo si sic inquantum apparebit illum debere. Tertio si promisit indemnitatem stipulatori vsque ad § Paulus.
¶ *Paulus.*] Locaui fundum in quo erat colonus seruus meus. & hunc dedi conductori æstimatũ ꝓx. si perijt emendat colonus. Vi.
c *Non illatarum.*] i. non solutarum.
d *Constitutiones.*] quas non habemus, nisi dicas leges quas statim contra Io. inducam, eas esse constõnes.
e *Applicentur.*] vt sup. de neg. gest. quia tamẽ quod in obligatione fideiussoris non habet locum, cum sit stricti iuris. Accur.
f *Præstabis.*] quod tan[illegible] stingue hic plenius, cum fideiussor intercessit, si dicat pro sorte isto, non tenetur in vsuris, ut inf. de fideiussor. l. fideiussores ma. §. j. & sup. qui satisda. cog. l. j. §. fi. sed si pro parte tãlis, non tenetur in plus, ut infra de fideiuss. l. si fideiuss. sortis. sed si pro vsuris tantum, non tenetur pro sorte, ut ĩ. de pig. act. l. solutum §. ij. & inf. ut [illegible] uel fidecõ. no. ca. l. pe. sed si simpliciter intercessit, ut puta fideiubeo pro isto, distinguit P. an sint vsuræ debitæ per stipulationem, an per pactum, an per officium iudicis, ut in bo. fi. contractu. In primo casu. s. quando vel per stipulationem, vel per pactum, tenetur & pro sorte, & pro vsuris. In secundo quando per officium iudicis, pro sorte tantum, cum non sint in obligatione, ut sup. de eo, quod cer. lo. centum. Io. verò dicit semper eũ in vsuris teneri si simpliciter intercessit. quasi videant oia solẽniter acta vt Inst. de fideiu. in fi. & pro eo. ĩ. de fideiuss. si qs pro eo. §. si nũmos & l. amissi. §. fideiussores. & ĩ. de admi. re. ad ciu. ptĩ. l. a. §. pe. & fi. & ĩ. ut le. no. ca. l. j. §. bellissime & l. pe. & inf. rem pu. sal. fo. l. si postea. & C. de vsur. pu. l. ij. ubi unus tutor etiam in vsuris tenetur ꝓ mala gestione alterius, quãuis ibi quasi pro se ipso teneri videatur ꝙ eum suspectum non remouerit, ut ibidem dĩ. Sed ĩ. lo.

g *Intra tempora.*] statuta inter eos: puta quinquennium.
h *Conductor.*] sub hoc tenore verborum comprehensorum pacto si intra, &c.
i *Biennij.*] no. in colono simplici biennium cõsiderari, ut ĩ. eo. l. cum domini. Idem in emphyteuta ecclesiæ, vt C. de sacros. eccl. authen. qui rem huiusmodi. at in emphyteuta priuati triennium, ut C. de iure emph. l. ij. qđ intellige in eo casu quando conuenit de non expellendo, & maius tempus comprehensum erat biennio. Arg. contra ĩ. eo. cum domini. Vel dic, quòd hic habebat ius in re, quia conduxit in decennium.
K *Paruerit.*] repellitur, qui pensionẽ non soluit, ut hic, & C. eo. l. ij. & inf. eo. l. cũ dñi nisi iusta sit causa retentionis, vt inf. eo. colonus, & l. cum in plures, in prin. Item no. hic quædam tacitè subintelligi, ut sup. de serui. l. si cui. Accur.
l *Æstimatus.*] ut colono transacto anno restitueret eius æstimationem, & sic quasi emisse videtur, vt ĩ. eo. l. cum fundus, quod est dictum tacitè sic teneri.
m *Eius.*] i. sui defuncti, scilicet sine dolo coloni, vnde non tenetur in plus nisi in pretium, ut infra, de furt. l. si seruum communis, §. circa. Accursius.

* Manceps Festo dicitur, qui manu capit quid a populo emit conducitue. Asconio autem dici prim[um] ceps publicanorũ, hic accipitur pro eo, qui quinto quoq; anno a censoribus populi vectigalia redimebat qui si vectigales agros, ut decumanis redimebat, eos postea colonis locabat.
1 † Fl. lib. 9.
2 † Alias, obligauit.
3 † Fl. pulsatus.
4 † Fl. præstare vellet.
5 † Fl. coluerit.
6 † Fl. Seruus.
7 † Fl. oportebit.

Dominus

Dominus horreorum.] Casus. Locaui tibi horreum, ut ibi ponas quasdam tuas merces effractũ est, & merces & subtractæ non teneor nisi promisi custodire, sed teneor facere copiam seruientium meorum, ut torqueantur. Cæteræ plana sunt vsque ad l. cum domini. Viuianus.

Idem lib. 2. sententiarum.

LEX LVIII.

Dominus horreorum, effractis, a & compilatis b 3 † horreis non tenetur, nisi custodiam eorum receperit. c Serui tamen eius cum quo contractum est, propter ædificiorum notitiam in quæstionem peti possunt.

Quod inquilinus expendit in meliorando domum: potest a domino repetere. B.

In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario, uel utiliter auxerit, vel ædificauerit, uel instituerit, cum id non conuenisset, ad recipienda ea, quæ impendit, ex conducto cum domino fundi experiri potest. d

Qui rem conductam deseruerit ante tẽpus, domino ad interesse tenetur. Bartolus.

Qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine iusta, ac probabili causa deseruerit: ad soluendas totius tpis pensiones ex conducto e conueniri potest, quatenus locatori in id, quod eius interest, indẽnitas seruetur. f

Si conductores non apparent, nec soluitur pẽsio per biennium: possunt domus, & horrea aperiri, & quæ ibi sunt coram publicis personis describi, quod no. B.

Idem l. sing. de off. p̃f. vigilũ.

LEX LIX.

Cum domini horreorum insularumque desiderant (diu non apparentibus, nec eius temporis pensionem 2 † exoluẽtibus conductoribus) aperire, g 3 † & ea, quæ ibi sunt, describere: a publicis personis, quorum interest h audiendi sunt. Tempus autem in huiusmodi re, biennij i debet obseruari.

a Effractis.] a furibus vel a latronibus de quibus cognoscit præfectus uigilum, ut ff. de off. præf. uigi. l. nam salutem §. 1.

b Cõpilatis.] i. ruptis.

c Receperit.] si nihil promiserit locator, & sciente conductore custodes adhibuit, licet s̃m Azo. de scientia tali per legẽ non probetur. Item si custodiæ renunciauit conductor, dicet s̃m Azo. de hoc casu non sit dubiũ, ad hoc solum tenetur in prædictis duobus casibus ut custodes exhibeat ut C. e. l. ex diui. & l. post ea. subaudi, si nõ dolo adhibuit. Idem dic cum claues tradidit conductori, ut arg. sup. de ſhen. empt. l. clauib. nã ibi se liberat quantum ad custodiã. Idẽ & si custodem apposuit conductor, ut sup. com. l. si ut certo. §. pe. s̃m lo. cum asit nihil horũ interueniat, iure cõi de leui culpa tenet. sed si promisit custodiam, et ã de leuissimã, ut sup. e. l. q mercedem. & l. sed de dãno. & instit. de ſhen. emp. §. q si fugerit. si aut specialiter cauit casum, & casu, ut C. de neg. ge. l. negotium & C. comm. l. j. quidam, ut M. dicunt idem esse, & si gñaliter promisit Ioan.

d Potest.] ut sup. eo. l. sed addes. §. si inquilinus. & inf. eo. l. colonis. & ar. C. manda. l. j. Accur.

e Ex conducto.] idest, ex locato.

f Seruetur.] ut sup. eã si in lege. §. si domus. Accur.

Cum domini.] CASVS. Locaui tibi horrea pro x. singulis annis in quinquenniũ, & cũ dubitarem, an aliquid ibi haberes, petii a iudice, expetiti, ut uideam an sim securus de mercede. & iuste petis si biennium iam transiuit. Viuianus.

g Aperire.] i. insulas, & horrea. Accur.

h Quorum interest.] domini dico quorum interest. vel dic a publicis psonis quorũ interest. i. ad quorũ offiĩ ptinet.

i Bienny.] biennij ergo duo pro biennio ponitur, ut hic dicitur & sup. eo. l. quæro. §. i. ad alias pro decennio, vt inf.

4 † alias, compilatis.

2 † Flo. pensiones.

3 † alias, aperire horrea & ea quæ ibi sũt describi a publicis personis: post q uerba quidã dispungendũ putant, quomodo & grã ut dispunxisse uidetur. Hermen. li. 3. tit. 8. §. 14.

qui, & a qui. ma. li. l. si cum fideicommissa. §. Aristo.

Videmus.] CASVS. Habeo domum, & iuxta eã quã dam aream uicinus meus uolens ædificare conduxit a me aream illam, ut ibi cretam poneret iuxta murũ meum ad altitudinem muri mei. altius cõgressit uicinus meus, ita q assumpto humore aquæ murus meus uitiatus est, ago ex locato, non Aquilia, quia non di recto datur dãnũ, sed per obliquum. Viu.

Damnum contingens ex humore præstito parieti per terram appositam, per actionem ex locato purgatur. Bar.

Labeo li. 3 4 † ex poster. Lab.

LEX LX.

Qvi domum habebat, aream iniunctam ei domui uicino proximo locauerat: K is uicinus cum ædificaret in suo: terram in eam aream, l amplius quam fundamentis cæmentitia l locatoris m erant, n congessit: ea 5 † terra assiduis pluuiis inũdata, 6 † parieti eius, qui locauerat, humore præstito 7 † madefacto, ædificia corruerunt. o Labeo ex locato tantummodo actionem esse ait, p quia non ipsa congestio, sed humor ex ea congestione postea damno fuerit. damni autem iniuriæ actio ob ea ipsa sit, q per quæ non extrinsecus alia causa oblata, damno quis affectus est & 8 † hoc probo. r

Pactum, quod pensiones debeantur emptori, intelligitur de debitis venditori. Bartolus.

Labeo li. 4. post. a Iabo. Epit.

LEX LXI.

Insulam vno pretio totam locasti, & eam vendidisti, ita ut emptori mercedes inquilinorum accederet. Quam uis eam conductor maiore pretio locauerit: 9 † tamen id tantum 10 † emptori accedet, quod tibi conductor debet. f 11 †

Breuitas termini non uitiat cõtractum bonæ fidei. Bartolus.

In operis t locatione erat dictũ, antequam diem effici u deberet: deinde si ita factum

K Locauerat.] id calcem, uel cæmentum faciendum, uel reponendum.

l Cæmentitia.] i. cæmentum recipientia.

m Locatoris.] i. conductoris.

n Erant.] s. designata sibi. Vel dic, quod paries domus locatoris a trib. brachiis supra non est potens ad sustinendũ cæmentum, q erat de terra muratus, sed infra de calce.

o Corruerunt.] quod propter talia euenit, ut sup. si ser. vend. l. si quando. §. f.

p Ait.] actionem esse, non autem leg. Aquil. quia, &c.

q Ipsa sit.] i. detur & facit sup. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. Sed contra. sup. de seruit. vrb. præ. l. si fistulæ. solut. ut ibi, quia factum ibi, non Aquil. directa.

r Probo.] i. approbo. Accursius.

Insulam. Inquieris.] CASVS. Locaui tibi domum faciendã, ut faceres quo posses & si non faceres, promisisti interesse nomine pœnæ. teneris ergo ad pœnã q̃si tantum tẽs transierit, q op⁹ pfici non potuit.

s Quidam.] Conduxi balneum ad quinquẽnium, quia ego uolebam aliis concedere gratis, uel non gratis, pro meo arbitrio. & quia frequenter eget refectione, stipulatus sum centum singulis annis pro refectione. si petam prædicta c. satisdabo, quod in refectionem balnei impendam. Viuianus.

f Debet.] ut hic, & supra tit. 1. si merce dem. in princ.

t In operis.] s. faciendi.

u Antequam diem effici.] i. debere fieri ante eam diem antequam posuit. Vel pone certam designatam diem proximam: sed forte corruit opus, vnde sibi reficiatur arbitrio boni uiri, ut inf. de uerb. obl. l. & ideo hæsitatur. nec obst. inf. eo. Martius. quia hic recipit in se periculum specialiter

4 † Flo. lib. pri.

5 † Vl. Et ea.

6 † Duar. ita parieti.

7 † Fl. Præsti tuto. perstillato vero legit Bud. hic, aut aliquid simile in illum uide to. pulchra. n. quædã in hãc legem differit

8 † Flo. desi. & eo

9 † Flo. Nega ret.

10 † Fl. desi. tantum.

11 † Flor. debeam.

cialiter, secundum M. vel vitio operis.

a *Non posset.*] ut & infra, de verb. oblig. l. si ita, & l. continuus, §. item, qui insulam.

b *Praestandum.*] id est dandum.

c *Praestarentur.*] scilicet conductori a locatore.

d *Satisdaret*] ut hic, & J. de cōd. & demō. l. quibus diebus, §. fi.

e **M**Artius. *Naturali vi.*] Et sic non uitio operis, sed casu periit, & ideo est periculū locantis, ut hic, & sup. eo. l. opus, & l. si fundus quē, & l. si prius. Idē soli vitio, ut inf. e. l. fi. & infra, de aqua plu. arc. l. Atteius, §. cū agitur. Sed arg. ꝯ sup. de ser. vrb. præd. l. eum debere. Sol. ibi perpetuam seruitutē debet, ideo tenetur reponere columnā quoties opus est: hic non debebat in perpetuum facere opus. Item ꝯ infra, de verb. obl. l. & ideo hæsitatur. §. resp. vbi dicit eundē debere iterum facere. Sol. ibi operis vitio decidit ædificiū, hic aūt casu sine vitio naturali, uel soli vitio: ar. ꝯ inf. eo l. fi. & sup. eo. l. itē quæritur. §. si gemma, & l. opus, & l. si prius, & l. si quis fundum, §. si quis in. Et collige hic ar. optimū ad quæstionē illam, quæ proponit in medico, qui a podagra debebat Titium liberare, & ipsum liberasse videbatur, tēpore autē transacto Titius in eandē infirmitatem recidit, agit Titius ꝯ medicū, vt liberet, eū, & proponit actionē ex conducto, quia non extinxit angustias infirmitatis, sed cessare fecit: ar. inf. de ædil. edi. l. quæ tertia ua. sic est in obligatione, & præscriptione, arg. inf. de solut. l. qui res, §. areā. & de verbo obl. inter stipu. §. sacram, & de præscr. 30. an. l. sicut. Item, quia non videtur curasse, cū uitiosè curauit: arg. sup. qui satisd. cog. l. quoties, & inf. de sol. l. qui decem, §. fin. Item, quia non durat curatio, ut argum. inf. de solut. l. si quis aliam, & l. cum quis, §. qui hominē quia videtur promisisse, ut perfectè curaret, quoniam verba cum effectu, &c. ut supra, ne quis eum, qui in ius vo. est vi exi. l. pen. Item, quia huic restituitur infirmitas, ergo & illi debet restitui solicitudo curandi: arg. sup. de procu. l. qui proprio, §. item quæritur, & de seru. rustic. præd. l. & Attilicinus econtra. quia de præsenti tantum infirmitate videtur cogitatum, ut arg. inf. de auto, & arg. leg. l. si ita. & de ser. vrb. præd. l. si seruitus, in princ. & ideo

non esset, quanti locatoris interfuisset, tantam pecuniā conductor promiserat. Eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus vir bonus de spatio tpis æstimasset: quia id actum apparet esse, ut eo spatio absolueretur, sine quo fieri non posset. a

Si conductori promittitur pecunia ad opus: potest illam primo petere si satisdet de expēdendo illam in opere. Bart.

¶ Quidam in municipio balneum præstandum b annuis XX. nummis conduxerat, & ad refectionem fornacis, fistularum, similiumq. rerum centum nummi, ut ei c præstarentur, conuenerat: conductor centum nummos petebat. Ita ei deberi dico, si in earum rerum refectione 1 † se 2 † eam pecuniam impendere 3 † satisdaret. d

Casus contingens in parte operis facta cedit ad periculum locatoris, nisi culpa conductoris intercesserit. Bart.

Labo. lib. 5. Labeonis poster.

L E X LXII.

MArtius domum faciendam a Flacco conduxerat, deinde operis parte effecta, terræmotu concussum erat ædificium. Masurius Sabinus ait, 4 † si naturali vi, e veluti terræmotu, hoc acciderit, Flacci esse periculum.

Si domus non potest habitari, vel ad habitandum locari: debet fieri remissio mercedis, nisi alia æque cōmoda præstetur. Bart.

1 † Tantel. Refectionē xā pecuniam impendi cum in archetypo esset, effectionem scriptū. Cont. in suis manuscr. ait reperisse refectione, i. si eam pecuniā impendi. Sed si, inquit, duobus punctis subscriptis expunctum est, recta videtur archetypi lectio.

2 † Flo. dest, se.

3 † Flor. impendi.

4 † Flor. deest, ait.

e Medicus certum pcō soluitem, an perpetuo teneatur.

sublata est obligatio solutione eius, quod debetur, & in perpetuum, ut Inst. qui. mod. tol. ob. in princ. & inf. de sol. qui res, §. area m. & quia in infinitum non debet obligari: nam infinitas euitatur. ut inf. de dam. infec. qui bona, in §. fi. & de leg. iij. fideicom. §. si quis decem.

Lab. li. 5. poster. a Iau. epitom.

L E X LXIII.

CVm in plures annos domus locata est: præstare locator debet, ut non solum habitare conductor ex calendis Iuliis 5 † cuiusque anni, sed & locare, f & habitare 6 † cum aliis (si velit) suo tempore g possit. itaque si ea domus ex calendis 7 † Iuliis fracta, vsque in calendas Iunias permansisset, ita ut nec habitare quisquā, nec ostendi 8 † alicui h posset: nihil locatori conductorem præstaturum: adeo, ut nec cogi quidem possit ex calendis Iuniis 9 † refecta domo habitare: nisi 10 † paratus fuisset locator cōmodam i ei domum ad habitādum dare.

¶ Hæredē coloni, quis colonus non est, k nihilominus dño possidere l existimo.

Quando vnus conuenitur ex facto alterius principaliter delinquentis, potest petere, ut primo principalis conueniatur, vel contra ipsum actiones sibi cedantur, quod in arbitrio iudicis erit. h.d. quem casum not. Bart.

¶ Vestimenta tua si 11 † fullo perdidit, & habes unde petas, m nec petere 12 † vis: agēs nihilominus ex locato cum fullone. sed iudicem putat 13 † æstimaturum, an possis aduersus furē magis agere, n & ab eo tuas res consequi, fullonis uidelicet sumptibus. Sed si hoc tibi impossibile o esse perspexerit, tunc fullonem tibi quidem condēnabit: tuas autem actiones te ei præstare compellet.

CVm in plures. Lege. CASVS. Locaui tibi domū faciēdam certa grossitudine, & altitudine. hoc sit pacto, ut sit in meo arbitrio probē, uel improbem: postea fecisti aliter, quā primo conuenetas, si hoc ex voluntate mea, non teneris.

¶ *Mandaui.*] Rogaui magistrē, ut inquireret, & deliberaret pro quanto possem ædificare turrim, & dicit ℔ 200. ideoq; sibi postea locaui faciēdā ℔ 200. & cū esset fundata, vidi ꝙ vix etiam pro 300. posset fieri vnde pœnitui, & dixi, quod nō procederet, certè non procedes, & si procedas, & ego tibi debeam 200. quæ adhuc nō expēderas oino restitues, q̄ lucrauerat cum pœnitur. cætera plana sunt vsque ad fin. tit. Viuia.

f *Etiam locare.*] aliis idoneis ꝑsonis, ut ar. sup. de vsu & habit. l. non aliter. & sic intelligitur C. eo. l. nemo.

g *Suo tempore.*] id est congruo.

h *Alicui.*] ad locandum.

i *Commodam*] ut J. eo. si quis domum, in prin. & hoc si tūc fuit paratus qū locare, uel habitare uolebat, secus si postea, ut sup. eo. si in lege, §. colonus.

k *Non est*]post finitā conductionē, an te nisi est, ut Inst. eo. §. fi.

l *Dominus possidere.*] sicut ipsum colonum dū viuit, & etiā post mortē ante apprehensam hæreditatē, ut infra, de acq. poss. ff. l. qui vniuersas, §. qd per colonum, & l. si de eo §. j. Accursius.

m *Vnde petas.*] veluti a possessore potest auocare, & non vis.

n *Agere.*] qui ergo contra duos agere potest, arctatur ex causa magis vnū eligere, ut hic, & inf. de præscr. verb. l. si rem tibi in prin. & inf. de separa. l. j. §. si filii, in fi. & in Anth. de fideiuss. §. j. col. j. & de duob. re. §. j. col. vij. Item intellige hoc in cond. fur. uel rei uend. quas potest dominus contra possidentem instituere nondū conuento fullone, secus in act. furti, quæ soli fulloni datur si est soluendo, ut Inst. de obl. ex del. §. fulloni, & infra, de fur. l. itaque, in princ. quæ sunt contra.

o *Impossibile.*] i. difficile, ut sup. de his, qui deic. uel effu. l. cum sunc. Accur.

5 † Sic in archet. & in manuscr. sed Haloand. & Anton. Aug. lib. 4. c. 14. malunt legi, Iulijs.

6 † Flor. locarei habitatori, si velit.

7 † Fl. Ianuarijs facta in calendis Iunijs permansisset, in archet. facta vt de Ant. Aug. li. 4. cap. 14. vbi putat legendum, rupta, ut & Haloan.

8 † Flor. ostendere.

9 † Fl. Iulijs.

10 † Flo. nisi si par.

11 † Flo. deest, si.

12 † Fl. repetere.

13 † Flor. deest putat.

Permutatio operis facta locatore volente, petitionē mercedis non impedit. Bar.

¶Lege dicta, [a] domus facienda locata erat, ita ut probatio aut improbatio locatoris, aut hæredis eius esset. redemptor ex uoluntate locatoris quędam in opere [b] permutauerat. [c] Respondi, opus quidem ex lege dicta non uideri factum, sed quoniā ex uoluntate locatoris permutatum esset, [1] † redemptorē absolui debere. [d]

o SI tibi decem dedero.] ut speciem alioquin succederet constitutio: & faceret eum libertum, ut C. si mãc. ita fue. alie. ne prosti. l. 4. Accursius.

p SI dominus seruũ. Argueretur.] fecisset, nec ne. Azo.

6† Fl. furti.

q *Æstimatum.*] si nõ esset æstimatum, agitur ob causam tantũ non ad ęstimationem, quę facta non est, ut sup. de cond. ob cau. l. pen.

r *Ciuiliter.*] i. præscriptis verbis. Accur.

s *Tunc enim.*] sũ deprehensus fuisset. Azo.

t *Datam.*] i. si iam esset soluta domino. Accursius.

u *Tametsi.*] i. quãuis.

x *Lege.*] id est pacto.

y *Probaretur.*] ut C. eo. l. in rebus. Accur.

O B eam. CASVS. Debebas mihi decem, & tibi Titius z. accepto tuli tibi ut mihi Titium delegares: quod non facis: ago præscriptis uerbis ut deleges, & sic delegatum faciam condemnari. Viuia.

7† Fl. quid.

z *Accepto.*] i. per acceptilationem. Acc.

a *Incerti actione.*] id est præs. tipt. verb. ut fiat quod conuenit, ut subijcit, & C. de dolo, l. legem.

b *Non vetus.*] immo uetus instauratur, ut sup de cond. ob caus. l. si quis accepto. quæ est contra. Sol. hic, certum promisit expromissorem tibi in genere. Vel hic purum erat debitum primum: ibi conditionale. Vel dic (quod est verius) non esse contrarium: nec absurdum hanc actionem cum condictione ob causam competere, vt se reponat in obligationem: uel ad pecuniam tantum, si obligatio hæc amissa fuerat pura. & subaudias secundum hic tantum, ut & ibi dixi. Accursius.

a *Pertinere.*] in solidū. b *Vel ipsa.*] sub alternatione. Azo. c *Areæ*] totius Azo. d *Eadem.*] ut fit societas Accu.

QVi seruandarum. e *Suarum*] f tantum, ut ĩ. subiicit: sed & si sine causa &c. Si vero causa cōis periculi uitandi faciat, non in totum, sed pro parte tenetur ad collationem. Accur.

1 † Flor. de-ijciunt.

f *Nullatenetur.*] s directa, uel de stricto iure: sed de æquitate tenetur, si fecit sine causa uel dolo, ut subiicit: si ergo cum causa, non tenetur, ut hic. Sed ĩ sup. ad l. Rhod. de iac. l. 2. Sol. ꝙ hic dicit non tenetur, uerū est illi, cuius merces proiectæ sunt, ut hic tenetur tamē magistro, ut ibi. Vel hic non proiecit dñs uel nauta, sed alius: ibi autem dominus. Vel hic causa fuit: ibi causa communis uitandi periculi & ideo agit ex illa l. Rhodia ad æstimationem. Vel ibi fecit causa suarum mercium, & ideo in factum generali prima placet.

g *In factum*] non Aquil. subsidiarie: q̄a non fuit in culpa, sed generali tenetur. Fecit enim causa suarum merciū, & ideo in factū generali tenetur domino merciū proiectarū ad interesse. Qui licet enim diligens paterfa. fecisset ita, quia proiectæ merces erant uiles & pōderosæ: proijcientis autē erant ꝓciosæ, & nō ponderosæ: cū ergo ei nulla obiici potest culpas nō ex lege Aquilia. sed gñali in factū tenetur. Dic ergo si ne causa quo ad me dominium proiectarū mercium: suberat tñ causa quo ad proijcientem. Si aut debuit potius suas proijcere, q̄ meas: tenetur ex l. Aquil. propter culpam vel dolum: & hæc in factum actio excludit actionem de dolo: cum & ipsa subsidiaria sit, & etiam in locum l ipsius actionis de dolo deficientis subijciatur. Accurs.

2 † Flor. de-ijc. scilicet.

3 † Flor. de-ijc. adque.

4 † Floren. 16. § 1.

5 † Fl. desti. ijs.

h *De dolo*] i. leg. Aq'. propter dolum, ut sup. ad l. Aquil. si seruus, §. si quis, & infra §. proxi. Azo.

pertinere. a Quid ergo est? in factum putat actionē Iulianus dandam, i. præscriptis verbis. Igitur & si quis areæ dominium non transtulerit, sed passus sit te sic ædificare, vt communicaretur vel ipsa, b vel pretium eius 1 † erit societas. Idemque & si partis areæ c dominiū transtulerit, partis non, & eadē d lege ædificare passus sit.

Qui me damnificat sine causa, si quidem dolosè, tenetur mihi actione de dolo: si aūt non dolosè, tenetur actione in factum. Paul. de Cast.

Idem lib. 41. ad Sabinum.

LEX XV.

QVi seruandarum mercium suarum e causa alienas merces in mare proiecit: nulla tenetur f actione; sed si sine causa id fecisset, in factum, g si dolo, de dolo h tenetur.

Quando datur damnum de non corpore in non corpus: non competit actio legis Aquiliæ directa, sed in factum surrogata. hoc dicit cum §. seq. Paulus.

¶ Sed & si seruum quis alienū spoliauerit, isq; frigore mortuus sit: de uestimentis quidem furti egi poterit; de seruo vero in factum agendum, i criminali s. 2 † pœna aduersus eum seruata. K

¶ Sed & si calicem argenteum quis alienum in profundum abiecerit, idque 3 † damni dandi causa non lucri faciendi, Pomponius libro 17. 4 † ad Sabinum scribit, neque furti, neque damni iniuriæ actionem esse: in factum tamen esse 5 † agendum

Actio de pascuis pecorū non habet locum quando fructus mei, qui cadunt in alienum depascuntur: sed ad actionem in factū recurritur. Bart.

¶ Si glans ex arbore tua in meum fundū cadat, eamq; ego immisso pecore depascam, Aristo scribit non sibi occurrere legitimam actionem, m qua experiri possis. 6 † nam neque ex lege duodecim tabularum de pastu n pecoris, * quia non in tuo pascitur: neque de pauperie, neque de damni iniuria o 7 † agi posse: in factum itaque p erit agendum.

Pretium conuentum pro indicando fugitiuo, potest peti actione præscriptis verbis: nisi dolus indicantis interuenerit. Bart.

Idem lib. 42. ad Sabinum.

LEX XVI.

SOlent * qui nouerunt seruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, vbi celentur: quæ res non facit eos fures. Solent etiam mercedem huius rei accipere, & sic indicare. Nec videtur illicitum esse hoc, quod datur. Quare qui accepit: quia ob causam accepit, nec improbam causam: non timet condictionem. q Quod si solutum qui dem nihil est, sed pactio intercessit ob indicium: hoc est, ut si indicasset, apprehensusque esset fugitiuus, r certi 8 † aliqui l daretur: uideamus an possit agere. Et quidem conuentio ista non est nuda, ut quis dicat ex pacto actionem non oriri; sed habet in se negotium aliquod: ergo ciuilis actio potest oriri, idest præscriptis verbis; nisi quis & in hac specie de dolo actionem competere dicat, ubi dolus ali quis arguatur.

Ex contractu facio vt des: & do vt facias: oritur actio præscriptis verbis: nisi datum fuerit propter pecuniam, et sic actio ex empto daretur. Bar.

Pomponius libro 22. ad Sabinum.

LEX XVII.

PErmisisti mihi cretam s eximere de agro tuo, ita

i *In factum.*] subsidiaria leg. Aquil.

K *Seruata.*] s. lex Cornel. de sic. ut supra ad leg. Aquil. l. inde Neratius §. si dolo.

l *Agendum.*] subsidiaria l. Aquil. ut supra ad l. Aquil. si seruus, §. si quis, de manu. & infra, de acq. rer. do. l. in laqueum. in fi.

m *Actionem*] immo occurrit actio ad exhib. vt supra ad exhi. l. 1. iulian. §. glans. quæ est contra. Sol. ibi dolo: hic sine dolo pauit.

n *De pastu*] ꝓpriū nomē actionis; q̄ hēt lo. si cū in tuo tuā glandem meo pecore depasco, ut hic, & C ad l. Aql. l. fi. Sed q̄d si mea pecora in tuo glandes tuas pasta fuerunt sine mea immissione? Respon. habet locum forte de pauperie. Accursi.

o *Iniuria.*] q̄a forte matura erat glās, ut ĩ ad l. Aql, si seruus seruū, §. si oliuā immaturā.

p *Itaque.*] ut sup. ad l. Aquil. qui occidit, §. si quis alienum.

SOlent.] CASVS. Si indicas mihi seruū meū fugitiuū, opus bonū operatus es, & non teneris furti. sed accipis ꝓtiū ob iudiciū: iuste accipis. si accipis ꝓmissionē ꝓtii ꝓ indicādo: agere potes ꝓscr. verb. uel dolo. Viuia.

q *Condictionem.*] ob tur. cau. ut sup. de cōd. ob turp. cau. l. 4. in fi.

r *Apprehensusq; esset fugitiuus.*] fuit ergo facio, ut des ex quo tñ de dolo datur actio, fin lo & s̄m hoc uerbum, nisi q̄d est ĩ. les gas correctiue. Vel dices, ꝙ fuit do, ut facias licet fuerit ꝓ factū in faciēdo, ut C de transf. l. cū mota. & ꝙ dicit nisi, mutat casum q̄n fuit facio. ut des, & tale factum ex quo facienti abest, & alteri nō adest: cæterū si ei nō abest, vel alteri adest, datur præscr. uer ut dixi sup. eod. l. naturalis, §. q̄d si faciam. & s̄m hoc, nisi, non intelligitur correctiue. Vel uerius non tñ non ob: immo est pro nobis. nam hic alteri adest, & datur præscrip uerb. & literam lege, ut dixi, nisi &c.

PErmisisti. *Cretam.*] s ex causa donationis. Accur.

6 † Flor. pa-stu.

* Vide Plin. lib. 16. c. 5.

7 † Flor. neque de damno iniuria Duarenus, atque damni iniuria.

* Intellectibus vide per Fortun. Garcia in l. nemo. ... ff. de pac. supra & per Burg. Ferentinum l. pa-cta conuenta, nu. 80 de contrah. empt. tom. pu. 3.

8 † Flor. aliquid.

Repleretur.

a *Replerem.*] ex terra.
b *Incerti.*] idest præscriptis verbis. Accursius.
c *Ad exhibendum.*] & rei vendi. ut infra, de dona. qui saxum. sed & iniuriarum, vt supra, de actio. emp. qui pendentem. Sed certè immo videntur hæ cessare: cum dicat lex dari de dolo, quæ in subsidium tantum datur, ut supra, de dolo, l. si cum mihi. quæ est contra. Sol. hic exemerat, & dominus factus fuerat, supra tantum sumptum fecerat. Accur.
d *Permisisti.*] ex causa donationis.
e *De dolo.*] sed hodie datur condictio ex lege si hæc promissio facta fuerit causa donationis: ut C. de donation. si quis argentum, §. penultimo. & sic cessat de dolo. Accursius.

1 † Flo. si ait & ad sinsum hunc tex. vide Berang. Fern. in l. pa. ff. nu. 55. de contrah. emp. & 10.
2 † Fl. desil, fossam.
3 † alias, si non patiaris me.
4 † Flor. tollere sinat, nec pateris me fructus, &c.
5 † Flo. desil, autem.

S*I gratuitam.*] CASVS. Accommodani tibi domum in vsu non designato: dubium est, an sit commodatum, uel precarium: & ideo datur mihi præscript. verb. Viuia.
f *Habitationem.*] idest domum plenam, non specificato vsu, ad quem vtatur domo. Azo.
g *Tutius.*] si dubitetur sit commodatum: an precarium. Differunt enim hæc inter se, * vt diximus supra commod. l. in commodatu, §. sicut. & est pro hoc supra eod. l. j. & sic cessat commodatum, cum vsus non fuerit dictus, & propter dubium, secundum Azonem. Vel dic secundum Ioan. quod nihilominus habet locum commodati. nam & domus commodatur, ut supra commod. l. j. §. primo. Accurtius.
h *Ego.*] f. dominus. Azo.
i *Venditorem.*] id est te, qui accepit: margaritas vendendas.
k *Tuum.*] nisi venales habebam, ut supra, si certum petatur, rogasti. Azo. Sed videtur indistincte periculum recipere accipientem, ex quo æstimatas acce-

6 † Flor. Vivianus.
* Commodatum, & precariū differunt vide Hipp. Bonacossa. eq. quo. 46.
7 † Flo. margarita æstimata.
8 † Flo. eadē.
9 † Fl. ceteram deinde hoc.

vt eum locum vnde exemissem, replerem. a exemi, nec repleo. quæsitum est, quā habeas actionem: sed certum est ciuilem actionē incerti b cōpetere. Si autem 1 † vendidi sti cretam, ex vendito ages. quod si post exemptionem cretæ fossam 2 † repleuero, nec patiaris 3 † me cretā tollere: tunc agam ad exhibendū: c quia mea facta est, cū voluntate tua exempta sit.

Ex contractu facio, vt des, vel do, vt facias, si ad uersario nihil quæritur: non competit actio præscr. verb. sed de dolo. Bart.

¶ Permisisti d mihi, vt serem in fundo tuo, & fructus tollerem; 4 † si non patiare me fructus tollere, nullam iuris ciuilis actionem esse Aristo ait: an autem 5 † in factum dari debeat, deliberari posse: sed de dolo e erit.

Quando non constat quis contractus fuerit celebratus: constat tamen quod aliquis fuit celebratus, datur actio præscriptis verbis. Paulus de Castro.

Vlpian. lib. 28. ad edictum.

LEX XVIII.

SI gratuitam tibi habitationem f dedero: an cōmodati agere possim? & Iulia. 6 † ait posse: sed est tutius g præscriptis verbis agere.

Aut res datur vendenda gratia venditoris; & susceptor tenetur de dolo, & lata culpa: aut datur gratia susceptoris, & tenetur etiam de leuissima: aut gratia vtriusque, & de leui tenetur: & eius gratia dicitur contractus celebratus, qui rogauit. h. d. quem cas. not. Bart.

¶ Si margaritas 7 † tibi æstimatas dedero, vt aut easdem 8 † mihi afferas, aut pretium earum: 9 † deinde eæ perierint ante uenditionem: cuius periculū sit? Et ait Labeo (quod & Pompon. scribit) si quidē ego h te venditorem i rogaui: meum esse periculum. si tu me tuum. k si neuter, neutrum: 10 † sed dumtaxat consensimus: teneri te hactenus, ut dolum & culpam mihi præstes. actio autem ex hac causa vtique erit præscriptis uerbis. l

Si res datur inspiciēda, & ignoratur vbi sit, ad hanc actionē recurritur, vel aliis actionibus potest agi: & in hac actione venit culpa habita consideratione eius, cuius gratia sit celebratus contractus. Bart.

Papin. li. 8. quæst. scripsit.

LEX XIX.

SI rem m 11 † tibi inspiciēdam dedi, & dicas te perdidisse, ita demū mihi præscriptis uerbis actio competit, si ignorē n ubi sit. Nam si mihi liqueat apud te esse, furti agere possum, uel condicere, o vel ad exhibendum agere. Secundum hæc, si cui inspiciendum dedi, siue ipsius causa, siue vtriusque: & dolum, & culpam p mihi præstandam esse dico, propter vtilitatem: periculum q non. si vero mei duntaxat causa datum est, dolum r solū: quia prope s 12 † depositum hoc accedit.

Si commodo, vt commodes, agitur præscriptis uerbis: quia commodatū non est gratuitum. Bart.

¶ Si cum vnū bouem hērem, & vicinus unum, placuerit inter nos, ut per denos dies ego ei, & ille mihi bouē commodaremus, ut opus faceret: & apud alterum bos periit: t commodati non competit actio, quia non fuit gratuitū cōmodatum: uerum præscriptis u uerbis agendum est. u

Is cui res inspiciēda conceditur: de casu fortuito non tenetur. Bart.

¶ Si cū mihi uestimenta venderes, x rogauero, ut ea apud me relinquas, ut peritioribus ostenderē: mox hæc perierint vi ignis, aut alia ui maiore, periculū me minime præstaturū, ex quo y apparet vtique custodiam z ad me pertinere.

pit, vt supra, de æsti. actio. l. i. in fi. Sol. vt ibi. Accur.

ADDITIO.

Dic secundum Bartolum, quod hic fuit dictum, quod restituantur margaritæ, aut pretium earum duntaxat. Vel dic, quod æstimatio hic fuit facta pro quanto venderetur, non eo animo, quod emptionem faceret, vel faceret transire periculum: ibi secus.

l *Præscriptis verbis.*] quando non apparet, qui rogauerit. & culpa commissa sqit. Accursius.
m S*I rem.*] alias lex, & alias §.
n *Si ignorem.*] sic ergo arctor, ut certam actionem eligam, ut & dixi supra loca. l. cum in plures, §. vestimenta, in princ.
o *Condicere.*] condictione furtiua. Azo.
p *Culpam.*] exactam seu leuem. Azo.
q *Periculum.*] ideo vsque ad exactissimam, vel leuissimam. Azo. Sed verius est, quando sui causa accepit, vt ad exactissimam teneatur ad instar commodati, ut supra commo. si ut certo, §. nunc videndum. & agat furti, si ei surripiatur, vt infra, de furtis, l. rem inspiciendam.
r *Dolum.*] ut & supra commod. l. eum qui. §. si rem, & l. si ut certo, §. interdum.
s *Propè.*] non enim causa custodiæ datum est: ideoque non est propriè depositum.
t *Periit.*] sua culpa. alias non teneretur, cum vtriusque gratia contractus factus sit, vt supra commod. si ut certo, §. nunc uidendum, in fi §.
u *Agendum est.*] ut & Institut. loca. §. i. Accur.
x *Venderes.*] id est, vendere velles. Accursius.
y *Ex quo.*] Collige, quia vtriusque gratia celebratus est. Azo.
z *Custodiam.*] id est, diligentiam exactissimam, vel immo exactam: cum vtriusque gratia fiat, ut supra hac l. §. rem dixi. Accursius.

10 † Flor. quidem.
11 † Flo. est. §. & incip. Papin. l. 8 quæst. si rē pōs. sic. Vide An. Augu. lib. 3. c. 11.
12 † alias, propter.

Si quis

a *Si quis ſponſionis*] ſcilicet, ut qui melius curret, vel melius aſcet lapidem, habere annulos.

b *Victori*] qui vincit alium in currendo, ſaliendo, vel alio modo licito ludendo non ad aleas, vel ad magidem ,l vt hi ſubij ut plane &c. & ſupra de alea l. ſolent. & l. quibus & l. quod in conuiuio. in principio. Idem eſt, & ſi per eum non ſtat quo minus vincat: ſed per aduerſarium nolentem, facere quod conuenit ut ſupra de dolo ſoleum. Azo.

c *Competit.*] & arbiter ex hac cauſa pronunciare cogitur: ut ſupra de arbi. litigatores §. quid ergo ſi res.

d *Aget furti*] quaſi dicat nullo modo: ut hic, & infra de fur. ſi vẽdidero §. fina. & l. ſi iis qui rem. §. 1. & 2. & infra de vſur. l. homo & arg. inf. de diſtr. pig. l. 1. in fi. Sed nonne creditori fulloni, ſarcinatori, commodatario competit furti actio, & tamen alij poſſident ut inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. § furti? Item creditori, qui habet ſpecialem hypothecam, ut infra de furt. ſi is qui rem? Reſpon. iſti agunt: vel quia ſaltem detinent: vel quia ius habet iſte victor.

e *Si inhoneſta*] reſpectu ſpondentium inter ſe: unde & no qui recipit, repetenti obijcere turpitudinem non poteſt. Azo.

S *I apud.*] CASVS. Dedi tibi decem vt dares Titio ſi indicaret mihi ſeruum meũ, qui fugerat: ſi non indicauit, conueniam te præſcriptis uerbis, ut reddas: ſi ego, & ille qui debebat indicare, depoſuerimus ſupradicto pacto: agam depoſiti ſequeſtraria. Viuianus.

f *Depoſuerim.*] ideſt poſuerim, & ſic tranſtulerim dominium: alias quomodo perſonalis actio præſcriptis verbis daretur, ut quia qualibet perſonali act. ita res petitur tradi, ut accipientis, ut inſtit. de ac. §. ſic itaque.

g *Melius.*] ſcilicet ad aliam actionem currere.

h *Non enim*] non datur depoſiti; quia nec ambo &c.

e Sponſionẽ cuius hic in riſcõ. meminit, ludicrã eſſe: & quæ pignorib. depoſitis fiat, ait Budæus §. de orig. iu. l 2. nullum videm.

1† *Fl. annulus acceperit, nec reddit.*

Qui accipit rem ab vno dandam alteri in cauſam certæ victoriæ, vel in aliũ euentum, actione præſcriptis verb. dare tenetur. h. d. cum l. ſeq. Bart.

¶Si quis ſuſpenſionis [a] cauſa annulum 1 † acceperit, nec reddidit victori: [b] præſciptis verbis actio in eum cõpetit. [c] Nec enim recipienda eſt Sabini opinio, qui condici, & furti agi ex hac cauſa putat. Quemadmodum enim rei nomine, cuius neque poſſeſſionem, neque dominiũ victor habuit, aget furti? [d] Planè ſi in honeſta [e] cauſa ſponſionis fuit, ſui annuli duntaxat repetitio erit.

Idem libro 30. ad edictũ.

LEX XX.

SI apud te pecuniam depoſuerim, [f] vt dares Titio, ſi fugitiuum meum reduxiſſet, nec dederis, quia non reduxit: ſi pecuniam mihi non reddas melius [g] eſt præſcriptis verbis agere: non enim [h] ambo pecuniam ego & fugitiuarius [i] depoſuimus, ut quaſi apud ſequeſtrem ſit depoſitum. [k]

Si res vendenda datur, vt pretium in mutuum cõuertatur: ſi non venditur, vel pretium nõ recipitur: actione præſcript. verb. agitur. Bart.

Idem libro 31. ad edictum.

LEX XXI.

ROgaſti me, vt nummos tibi mutuos darem: ego cum non haberem, dedi tibi rem vendendam, [l] ut pretio utereris: ſi non vendidiſti; aut vendidiſti quidem, pecuniam autem non accepiſti mutuam: [m] vtilius 2 † eſt ita agere, ut Labeo ait, præſcriptis verbis, quaſi negotio quodam inter nos geſto proprij contractus.

¶Si prædium pro te [n] obligauero: deinde placuerit [o] inter nos ut mihi fideiuſſorem præſtares, [p] nec facias: melius eſſe dico præſcriptis verbis [q] agi, [r] niſi merces [s] interueniat. Nam ſi interuenit: ex locato [t] eſſe actionem. [u]

Qui rem experiendam recipit: quicquid ex re interim lucratur, domino reddere debet. Bart.

Idem lib. 32. ad edictum.

LEX XXII.

APud Labeonem quæritur: ſi tibi equos venales experiendos dedero, ut ſi in triduo diſplicuiſſet, redderes: tuque deſultor [x] in his cucurreris, & viceris: deinde emere nolueris: an ſit aduerſus te ex uendito actio. Et puto uerius eſſe præſcriptis uerbis agendum. [y] nam inter nos hoc actum eſt, et experimẽtum gratuitum acciperes, non ut etiam certares.

Si res datur experienda; emptione perfecta datur ex uendito: alias præſcriptis verbis. Bart.

¶ Item apud Melam quæritur, ſi mulas tibi dedero ut experiaris: & ſi placuiſſent, emeres: ſi diſplicuiſſent, ut in dies ſingulos aliquid præſtares: deinde mulæ a graſſatoribus [z] fuerint ablatæ intra dies experimenti, quid eſſet præſtandum: vtrum pretium & merces, an merces tantũ?

i *Fugitiuarius*] alias fugitiui indiciarius, & alias fugitiuarius ideſt ille qui fugitiuum reducere debuit vel indicare, Nebris in lexi. 2. dicit eſſe illum, ad quem ſe fugitiuus recipit vel, ut quidam ex Floro admonuit, qui fugitiuos perſequitur.

K *Depoſitum.*] nec ego ſolus: quia proprietatem tranſtuli. Accur.

R *Ogaſti me.*] CASVS. pro te gratis obligaui prædium meum, hoc pacto, vt fideiuſſo. dares de luendo: ago præſcriptis uer. ago ut des fideiuſſ. ſed ſi accepi mercedem pro obligando: tunc ex locatione actio ne informata, & nihilominus præſcr. uerb. Viuianus.

l *Vendendam.*] puta lancem. Accurſ.

m *Mutuam.*] aliàs ſi accepiſti, agitur ex mutuo: ut ſupra ſi cer. pet. rogaſti. & dic accepiſti, ſcilicet an emptore mutuam, ideſt quæ erat futura mutua.

n *Pro te.*] mandante.

o *Placuerit.*] incontinenti. Accur.

p *Præſtares*] prædij liberandi cauſa.

q *Præſcriptis verbis.*] & mandati; nam ex pacto eſt informata. Azo.

r *Agi.*] ut fideiuſſorẽ des. Accur.

ſ *Merces.*] propter hoc qa ego pignoraui fundum pro te.

t *Ex locato.*] nihilominus præſcrip uerbis. ut ſupra de æſti. act. l. fin. Item caue; quia locaui rem hic, non factum; tunc enim ſi factum, diſtingueretur, an conſueuerit locari, vel non; ut ſupra eod. naturalis § at cum do quæ eſt contra.

A D D I T I O. Pro ſolu. huius contractij debes intelligere, quod tunc fuit locata res ipſa, & non factum pignoratitium fuit locatum, &c. ſecundum Bartolum hic.

u *Actionem*] informatam ut fideiuſſorem des.

A *Pud*] CASVS. Venalem equum meum tibi dedi experiendum cum uelles eum emere; & ſi intra triduum diſpliceret, mihi redderes; interim tu cucurriſti ad palmam, & viciſti ſi tibi diſplicuit; mihi reddes lucrum cum equo.

x *Deſultor.*] ideſt, certator. a

y *Agendum.*] ſcili. et ut præſtet, quod eo nomine accepit; nec enim quæſtum facere ex ea re debet vt hic, & ſupra commo. ſi is qui. §. ſi quem. & argum. ſupra de in diem addic. l. 1. 2. & 3. Accur.

z *Graſſatoribus.*] ideſt furibus.] Adde l. capitalium. §. omnia. de pœn. & ibidem in l. aut facta. §. qualitate, & ibi Budæus. Graſſaturam autem clare deſcribit Iuuen. Satira 3.

2† *Fl. Tunc*

a Deſultores erant inquit Budæus hic, qui duos equos abſq; ephippijs agentes ex altero in alterum ſubinde de mira pernicitate deſiliebãt. Hinc deſultoria leuitas prouerbialiter dr.

Contracta

staret, computatis vsuris [a] semissibus: quantoque minus tributorum nomine præstitum foret, quàm earum vsurarum quantitas esse, vt id [b] Titio restitueret: & [1] † quod amplius præstitum esset, id ex sorte decederet: aut si & sortem, & vsuras summa tributorum excessisset, id quod amplius esset, Titius Sempronio præstaret, neque de ea re vlla stipulatio interposita est. Titius consulebat, id quod amplius ex vsuris Sempronius redegisset, [c] quàm tributorum nomine præstitisset, [d] qua actione ab eo consequi posset? Respondit pecuniæ quidem creditæ [e] vsuras, nisi in stipulationem deductas, non deberi, [f] verum in proposito videndum, ne non tam fœnerata pecunia intelligi debeat, quam quasi mandatum inter eos contractum: nisi quid [2] † vltra semissem [g] consecuturus [h] esset. Sed ne [i] ipsius quidem sortis petitionem pecuniæ creditæ [k] fuisse: quando [l] si Sempronius eam pecuniam sine dolo malo, vel amisisset, vel vacuam habuisset: dicendum, nihil cum eo nomine [m] præstare debuisse: tutiusque [3] † esse præscriptis verbis in factum actionem dari, præsertim cum illud quoque conuenisset, vt quid amplius præstitum esset, quã ex vsuris redigeretur, sorti decederet: quod ipsum, ius & causam pecuniæ creditæ excedit. [n] [4] †

Si operæ pro operis dantur, hac actione agitur. B.

Martianus lib. 3. regularum.

LEX XXVII.

SI operas fabriles [o] quis serui vice mutua dedisset, vt totidem reciperet: posse eum præscriptis verbis agere: sicuti si penulas [p] dedisset, vt tunicas acciperet: nec esse hoc contrarium, [q] quòd si per errorem operæ [r] indebitæ datæ sunt, ipsæ [s] repeti non possunt. nam [t] aliud dando, vt aliud reddatur, obligari iure gentium possumus. [u] Quod autem indebitum datur, aut ipsum repeti debet, aut tantundem ex eodem genere. quorum neutro modo operæ repeti possunt. [x]

Si trado tibi rem vtendam, vt eandem restituas, dicitur contractus commodati. Si verò, vt restituas tãtundem pondere, vel eandem, aut tantundem, dicitur contractus innominatus. Bart.

Pomponius lib. 21. ad Sabin.

LEX XXVIII.

SI tibi scyphos [*] dedi, vt eosdem mihi redderes, commodati actio est. si vt pondus argenti redderes, quantum in illis esset, tantundem [5] † ponderis petitio est per actionem præscriptis verbis tam boni tñ argenti, q̃ illi scyphi fuerunt: sed si vt vel hos scyphos, vel vt eiusdem ponderis argentum dares, conuenit: idem dicendum est. [y]

a *Vsuris.*] idest, vt lucrum vsuræ semis expendatur pro mandante: si verò minus percipitur, solum quod percipitur soluit.
b *Vt id.*] i. residuum ex vsuris. Accur.
c *Redegisset.*] scilicet negotiando, vel fœnori dando.
d *Præstitisset.*] infra semissem tamen.
e *Credita.*] idest, si velis dicere, quod sit credita.
f *Non deberi.*] Not. etiam per pactum incontinenti appositum in contractibus stricti iuris vsuras citra vinculum stipulationis non deberi: vt & C. de vsu. l. quamuis. fallit si ciuitati debebantur: vt infra de vsu. l. etiam. Item fallit in contractibus bon. fi. vbi ex pacto incontinenti apposito debentur: vt in hac l & infra de vsu. l. cum quidam. §. ex locato. & C. de pact. inter empto. & vend. l. initio. Sed in hac lege quomodo debentur vsuræ ex pacto incontinenti apposito, cum sit stricti iuris præscriptis verbis semper, nisi in duobus casibus? Responsio habetur pro bon fid. cum sit similis ei, puta mandato, quod est bo. fi. vt supra eo. naturalis. §. fin.
g *Semissem.*] quem retinere debebat, vt solueret reipublicæ.
h *Consecuturus.*] scilicet Sempronius: quia tunc cum certus sit, quod habebit lucrum, non videtur mandatum, quod esse debet gratuitum, vt sup. manda l. j.
i *Sed ne.*] nunc soluit.
k *Creditæ.*] i. mutuatæ.
l *Quando.*] pro quia.
m *Eo nomine.*] scilicet vsurarum. quia erant ex reditu præstandæ. qui cum sit nullus, ex eo non præstabuntur, sed nec de sorte præstabuntur.
n *Excedit.*] quia mutuum est cum traditur, vt tantundem reddatur: hic autem minus quandoque redderetur.

SI *operas.*] CASVS. Conueni tibi dare decem operas serui mei Stichi, vt tu des totidem serui tui Pamphili. agam præscriptis verbis, vt des, si ego dedi. Secundo si dedi vnam vestem, vt des aliam: agam eadem actio. Tertiò opponitur ad primum hoc modo. Legitur alibi, quòd si solui operam indebitam, credens debitam, quod non possum repetere eandem, neque similiter similem, scilicet alterius hominis, & ideo cum condico æstimationem quæro ergo. pro operis serui mei Stichi peram operas alterius? Et respond. quòd hoc expresse hic agitur, at in dicto casu agitur contra, scilicet quod ipsa eadẽ repetatur, tacite enim cum indebitũ soluo, ago vt id aut tantundem reddatur. Viuia.
o *Fabriles.*] vt puta pictorias, vel etiam artificiales. Accur.
p *Penulas*] genus vestis. Accur.
q *Contrarium.*] ideo quia hic nõ idẽ, vel eædem operæ in eodem genere, sed aliæ petuntur.
r *Operæ.*] fabriles. Nam de officialibus constat, quia nec ipsæ, nec æstimatio earum debetur: vt sup. de cond. inde. si non sortem. § libertus. in princ.
s *Ipsæ.*] nec aliæ.
t *Nam.*] nunc soluit contrarium.
u *Possumus.*] s. ex cõuentione, vt fuit in primo casu huius l.
x *Repeti possunt.*] s. vt aut ipsæ reddantur, aut totidem eiusdẽ generis: redditur tamen operarum æstimatio: vt d. l. si non sortem § libertus. circa medium.
y SI *tibi* *Dicendum est.*] s. vt præscr. ver. actio competat. Sed cur non fuit mutuum, cum in quantitate simili reddi debeant? Resp. quia vt species dati sunt scyphi. Azo.

1 † Fl. deest. &c.
2 † Fl. qd
3 † Flor. quare tutius esse.
4 † Fl. excedat.
* Hanc l. eruditè declarat Alcia. lib. paradoxo 5. cap. 19. & nouo sensu illustrat Hiero. Botigella. i. l. mutuũ. §. creditum. nu. 183. si cer. peta.
5 † Flor. tantidem.

DIGESTORVM, SEV PANDECTARVM, Liber XX.

TITVLVS I.

De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

Obligatio generalis porrigitur ad bona præsentia & futura: sed obligatio certæ rei non contrahitur etiã in illa re posteà debitoris effecta, si creditor sciens fuerit. Bart.

Papinianus li. 2.[1] † respon.

1 † Flor. li. 11. aliàs lib. 25. Basilicon tit. 2. Harmenop. lib 3. tit. 5.

LEX PRIMA.

Conuentio generalis in pignore dando bonorum,[a] vel posteà q̃sitorum recepta est.[b] ¶ In speciem[c] autem alienæ rei collata conuentione, si non fuerit ei, qui pignus dabat, debita:[d] posteà debitori dominio quæsito, difficilius[e] creditori, qui non ignorauit alienum, vtilis actio dabitur: sed facilior erit possidenti[2] † retentio.

2 † aliàs, creditori possidenti.

Obligato seruo non intelligitur obligatum peculium tunc vel posteà quæsitum: ideo per creditorem non potest vendi. Bart.

¶ Seruo pignori dato, peculium eius creditor citra conuentionem specialiter super eo conceptam frustra distrahit: nec interest quando[f] seruus domino peculium acquisierit.[3] †

3 † Fl. adquisierat.

Difficilis §. & h. d. Fundo obligato non veniunt in obligationem fructus à bonafidei emptore posteà percepti, & vsucapio triennij ius pignoris non extinguit. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ponit vnam obiectionem ad dictũ. Tertio illi respondet. Secunda ibi, Pignoris. Tertia ibi, Quod in fructibus. Bar.

¶ Cùm prædium pignori daretur nominatim, vt fructus quoque pignori essent, conuenit.[g] eos consumptos[h] bona fide emptor[i] vtili[k] Seruiana restituere non cogetur.[l] Pignoris[m] etenim causam, nec vsucapione[n] perimi placuit: quoniam quæstio pignoris[o] ab intentione dominij[p] separatur. Quod

DE PIGNORIBVS, ET HYPO. &c.

Supra de principalibus obligationibus, tam nominatis, quam innominatis dixit, nunc de accessorijs, idest pignoribus, & hypothecis pertractat. Accur.] quæ omnia latius declarat Cuiac in paratitl. ad hunc titu.

Conuentio. CASVS. Obligatio pôt fieri omnium bonorum præsentiũ, & futurorũ.

¶ *In speciem*] Dedi tibi pignori rem alienã in specie. puta fundum; tu sciẽs alienã accepisti: certum est, ꝙ non obligatur tibi. Quid aũt si posteà dñiũ illius fundi acquisiui: an sit tibi obligatus? Dicit iurisc. ꝙ non faciliter tibi obligabitur: poteris tñ eam retinere donec tibi satisfaciam.

¶ *Seruo.*] si tibi seruũ meum obligaui, nõ poteris vẽdere eius peculiũ, nisi de hoc sit conuenerit. Viui.

a *Bonorum.*] s. præsentium.

b *Recepta est.*] q. d. non solum spãliter vnam rem, sed & generaliter oĩa bona sua pôt quis obligare, & p̃ntia, & futura: vt hic, & C. q̃ res pig. ob. pos. l. si Azo.

c *In speciem.*] idest in speciem, quæ est aliena res, veluti in alienum fundum.

d *Debita.*] i. obligata. Azo. Vel melius propriè: vt infra qui pot. in pig. ha. l. iij §. cùm ex. Accur.

e *Difficilius.*] i. non dabitur, q̃a oportet rem probari esse in bonis debitoris tpe obligationis, vel creditorẽ ignorasse: & ꝙ cœpit idem esse dñs rei, & debitor: vt inf. eo. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur & l. si Titio. Et plenè distinguas: quia cum quis rẽ certam obligat, si quidem suam, tenet obligatio. si alienã, si quidem sibi debitam, tenet obligatio: vt inf. qui pot. in pig. ha. l. iij §. cum ex causa & hic innuitur. Si verò non est debita, sed habet ius in re, similiter tenet: vt infra eo. grege. §. ij & iij. & l. si ab eo. Si non: si quidem sic obligauit, cum mea erit, tenet: vt inf. e. si fundus. §. aliena. Si simpliciter, aut scienti. & tunc non dabitur actio: licet detur retentio, vt hic. sic & aliàs datur retentio ex pig. non tñ actio, vt inf qui mo. pig. vel hyp. sol. l. j. in prin. & C si alie. res pig. da. sit l. j. & C et ob chi. pe pi. re. pos. l j. Similiter in omni nudo pacto, vt ex eo non actio, sed retentio det: vt inf. ad l. Fal. l. j §. id quoque. Sed arg. contra. inf. e. l. cũ vitiosè.[1] aut ignoranti: & tunc dabitur vtilis actio: vt hic. & inf. e si Titio. & l. si ab eo. Sed tñ dici pôt, vt creditor sciens hẽat contra obligantem hypothecariam, non aũt contra alios: & ideo temperatè hic loquitur, difficilius, &c. Alij dicunt pp pupillum creditorem: alij pp casus: qui hic dñr. s. inf. eo. grege. §. ij & iij. & l. si fundus. §. aliena. Si aũt nullus prædictorum interuenit, & sic non cœpit esse dominus, qui obligauit, si dominus habeat ratum, similiter tenet: vt inf. eo. si fundus §. j. & aliàs non, vt hic, & C. si alie res pigno. da. sit. l. quæ prædium. Accur.

1 Solue, vt ibi dixi l illa l. cõtraria, sm Bar.

f *Quando.*] sit ante obl'onem serui, vel post: & sic vendito seruo non comitat peculiũ, vt supra de contrah. empt. quoties. Accur.

g *Conuenit.*] q. pignori erãt, et si nihil cõuenit, vt inf. qui mo. pig. vel hyp ta. contra. l in prædijs. j rñ.

h *Consumptos.*] extantes. n. sine dubio restituit, subaudi nisi q̃ñ debitoris non fuerunt. vt in fi. huius §. Azo & sic non est contra. sup. loc. si in lege §. j.

i *Emptor.*] q emit à debitore p̃diũ, & posteà tenuit, & collegit, & cõsumpsit. Ac.

k *Vtili.*] de directa non est dubiũ, quia nõ datur: quia si daretur, pro extantib. daretur: sed hic etiã pro extantib. nõ dat directa, vel vtilis. q̃a non fuerũt in dñio debitoris: vt hic, & ĩ. e. Paulus. § j. sed officio iud. venit, vt ĩ. e. si fund. § interdũ.

l *Non cogetur.*] licet rem restituat. Ac.

m *Pignoris etenim.*] rñdet tacitæ obiectioni cur nõ datur hypothecaria isto facto dño fructuum perceptorum, cum & det aliquo facto dño p vsucapionẽ. vt C. eo. vsucapio & infra de vsuca. l. iusto. §. non mutat? Rñ. aliud est in vsucapione, q̃a aũ eam cõpletam cõpetit hypothecaria, q̃ non tollitur, vt dictũ est, mutatione dñij, cum in nullo sit ei coniuncta, pro his autem fructibus nunquam competit hypothecaria: vt in fi. dicit. Accur.

n *Nec vsucapione.*] triennij, secus in decennio, vel vicennio: vt infra de act. & obli. l. est in arbitrio. & C si aduer. cre. l. j. & ij. Sed q̃ est ratio? Resp. in præscriptione est maius tempus: & ideo maior negligentia, hic minor. præterea est alia ratio: quia cum vsucapio de dominio tractet, nil commune habet cum iure pignoris. sed præscriptio sic, quia de exceptione ibi agitur: vt hic subijcit, & d. l. in isto § non mutat.

o *Quæstio pignoris.*] idest hypothecaria qua quæritur de pignore.

p *Dominij.*] vt. n. alienatione facta dñij à debitore nõ tollitur ius pignori, vt s. de contr. emp. alienatio. ita nec alienatione legali vsucapione, vt inf. de verb. sig. l alienationis. Sed si creditor ab vsucaptore per hypothecariã vindicabit, debitor luere pôt, vt inf. de dist. pig. l rescriptum. §. j. ibi, per iniuriam, &c. nec pôt creditor eum repellere

hac

hac exceptione, quia non posset agere debitor cōtra vsucap. ergo nec contra creditorem. quia illud haberet locū si ageret rei vend. sed hic agit debitor pign. actio. ex contractu, vbi agitur etiam si res non fuerit sua, vel desierit esse sua, sicut commodator, & depositor, vt supra commod. l. ita vt si & sup. dep. l. 1. §. si prædo. Sed nonne vsucaptor actiōe in rē recuperat a debitore? Respon. sic, nisi cesserit creditor ius suum debitori luenti, quod pōt, vt dicūt, vt inf. qui pot. in pigno habe. l. mulier & de euict. l in creditore. Sed contra dici potest, scilicet, quod non valeat huiusmodi cessio, [...] hypothecariam cedere non potest, quia est extincta, cū principalis sit sublata. Itē principalis debiti, nō quia contra se ipsum cederet, quod nihil esset sed ipsi dicunt, quod ius retentionis ceditur, quod nihil est, quia ius retentionis creditor non habet soluta sibi pecunia, vnde nihil est, quod cedatur: solum vnum ergo consiliū habet debitor, vt rem pro debito creditori dimittat, scilicet pro eo, quod valet: si autem plus valet res, redditur superfluum debitori, non vsucaptori, vt d. l. 1. & infra de distra. pign. l. rescriptum. Nec obst. prædictis prædictæ leges. scilicet l. in creditore. & l. mulier. quia ibi fiebat cessio ante mortem personalis actionis: vnde erat, quod cedebatur, uel agebatur prius, quod postea fieret cessio, vt in ra de solutio. l. Modestinus. Accursius.

1 † Flo fructus hypothecarum vsuris compensentur sinis legitima vsura: quamuis exordio.

in fructibus dissimile est, qui nunquam debitoris [a] fuerunt.

Valet pactum, quod non solutis vsuris fructus cedāt loco vsurarum: sicut quod non solutis minoribus vsuris currant maiores.

¶Pacto placuit, vt ad diem vsuris non solutis fructus hypothecarum in vsuris [1] † cōpensarentur. Nisi legitimæ [b] vsuræ sua die soluantur; quamuis in exordio minores [c] in stipulatum venerint, non esse tamen irritam conuentionem placuit: cum ad diem [d] minore fœnore non soluto, legitimæ maiores vsurę stipulanti rectè promitti potuerunt.

Vxor potest rem propriā obligare pro marito, quatenus ei tenetur occasione illius rei. Bar.

¶Cum prædium vxor uiro donasset, idque prædium uir pignori dedisset: post diuortium mulier possessionem sui prædij recuperauit, & idem prædium ob debitum uiri pignori dedit. In ea duntaxat pecunia rectè pignus a muliere contractum apparuit, quam offerre uiro debuit, meliore prædio facto: scilicet si maiores sumptus, quam fructus fuissent, quos uir ex prædio percepit. etenim in ea quātitate propriū mulier negocium gessisse, non alienum suscepisse uidetur. [e]

Contra fideiussorem, qui pignora a creditore recepit; agitur mandati, non pigneratitia. Bar.

Idem libro 3. responsorum

LEX II.

Fideiussor, qui pignora, uel hypothecas suscepit, atque ita pecunias soluit: si mandati [f] agat, uel cum eo agatur, exemplo creditoris etiam culpam æstimari oportet. ceterum iudicio, quod de pignore dato proponitur, [g] conueniri non potest. [h]

Sententia lata contra debitorem, non præiudicat creditori, si lata fuerit post pignus contractum: secus si ante. Bar.

Idem libro 20. quæstionum.

LEX III.

SI superatus sit debitor, [i] qui rem suā uendicabat, quod suam non probaret: [2] † æquè seruanda erit creditori [k] actio Seruiana, probati

a *Nunquam debitoris.*] si ponas vt dixi, dominum vendidisse, & postea fructus satos ab emptore, & consumptos: nihil est, quod obstet. Idem dici potest, & si ab alio fuerit res vendita. Item idem videtur, & si iam erant sati: nam antequam sati fructus a bon. fid. pos. percipiantur, non dicuntur esse fundi domini, & nugatorie dicitur: cū nec sint in rerum natura, vt infra eadem, l. & quæ nondum sunt. & infra quæ in frau. cred. l. vlt. §. pen. domini tamen dicuntur alio respectu, scilicet quod pars fundi sunt, vt supra de rei vend. l. fructus non quod per se censeantur: & ideo creditor, cui dominus obligauit fundum satum, aget hypothecaria pro fructibus, licet ab alio percipiantur: vt infra eodem, Paulus. §. si mancipia. Quare prima positio vera est. Item huic § est argumen. contra. infra quibus mod. pign. uel hypo. sol. l. sicut. in principio, sed ibi de naturali rei interitu: hic de mutatione dominij, sic infra pro hærede l. ij in princ. & de usucap. l. sequitur. §. si rem. & pro empto. l. si rem quod extinguit pignus. Ex prædictis patet, quod hypotecharia non tollitur vsucapio proprietatis, nec usufru. ut supra de usufru. locum autem religiosum. §. penul. secus in opera: ut infra de usufru. leg. l. ij. in si sed quare secus; Item si rem mobilem obligatam tenet possessor decem ann. præscribit: quod non, argum. infra de diuer. & temp. præscr. l. longe. & C. quibus cau. cess. longi temp. præscr. l. in seruitutum. Io contra. nec ob. q prius factus est dominus, vt infra de capti. l. in bello § si quis seruum Accur.

b *Legitimæ.*] idest promissæ, secundum Azo.

c *Minores.*] quam ex fructibus colligerentur.

d *Cum ad diem.*] Dicit ergo hic. § hæc duo esse paria, vt fructus loco vsurarū sumātur, licet plus colligant, & pacisci de maiorib. usuris, si die sua nō soluantur minores. Vel dic. q tantum vnum casum [...] cit, qn primo minores soluere conuenit: quas si nōsolueret, cōuenit soluere maiores, & pro e [...] fructus voluit compensari.

e *Videtur.*] & ideo cessat vell. ut sup. ad Vell. l. bo. fi. §. si. & l. si pro aliquo.

f *Fideiussor. Mandati.*] imo videtur mandati non dari, ut supra de neg. gest. l si fideiussor. circa prin. Sed ibi, scilicet pro rebus alterius contractus qui eius personam non contingebat: hic pro rebus sui contractus.

g *Proponitur.*] s actione pignoratitia.

h *Non potest.*] illa n. oritur ex contractu: at hic fideiussor huiusmodi contractum cū debitore non habuit, ut inst. qui. mo. r contra obl. § si hēt tamen iste retentionem, vt inf. quibus modis pign. vel hypo. sol. l. 1. in prin. Ac.

2 † Flo probat.

SI *superatus.*] CASVS. Rem tuam mihi obligasti: a possessione cecidisti, vendicasti, & succubuisti: an mihi creditori obstet sententia, quæritur? Et respon. quod non. Idem est si aliquis instituit te hæredem, & unam rem hæreditariam mihi obligasti, & alius hæres possidebat, & eam a possessore petijsti petitione hæreditaria, & succubuisti. Sed uideretur, quod sententia lata obesse debeat creditori, sicut nocet legatariis sententia lata contra institutum, & pro legitimo: sed non est simile quia legata pendent ex testamento, quod quidem si nullum est, neque legatum vllum est: sed hic tu uerus eras dominus! & res fuit tu, quàm obligasti: licet succubuisti, cum de intentione tua probare non potuisti.

¶*Per iniuriam.*] Aliquis rem tuam possidet, & eam uendicasti, & succubuisti: postea obligasti: an ualeat pignoris obligatio, quæritur: Et dicitur quod non, & creditori agēti hypothecaria obstabit exceptio rei. iud. neq; inspiciendum est, an ille, qui uicit. iustam causam habuit, sed an tu eam obligare posses cum in causa succubuisti proprietatis: quia tua non fuit Viuia.

i *Debitor.*] creditore ignorante.

K *Creditori.*] scilicet si ignorauit, ut hic, & infra de exce. rei iud. l. fina. & C. eodem. l. præsens. nam ius quæsitum ex casu superuenienti non aufertur: vt argumen supra de sena. filiam non ita si sciuit, secundum Io. ut inf. de re. iudi. l. sæpe. circa prin.

Possessionem.]

1† Fo. res.

a *Fuisse*.] quod est necesse, ut hic, & inf. eo l. & quæ nondũ. §. j. Accur.

b *Debitor*.] ille, qui dicens se hæredem, rem hæreditariã mihi obligauit.

c *Dicta est*.] nam tũc non debentur legata, ut hic. & C de fideicõ. l. cum. & ff de inof. test. l. Papinianus §. fi. sed possunt adesse causæ si volũt appellare legatarii, ut inf. de ap. si proliusorio, quæ est contra. Item no hic, qđ sententia inter alios dicta aliis præiudicatur: * & sic est contra. in f. de excep. rei iudi. l. s. So hic loquitur, qñ præsente legatario sententia fertur: ibi qñ absente. Vel hic loquitur, qñ sententia datur non ex contumacia hæredis, sed quia malam causam habuit, & sic fit ius ex sententia: ibi quando is est absens. Accur.

* Sola inter alios dicta, aliis nocet. vi. de hoc Nico. Val. li de reb. dub. in prin. n. 6.

2† Fl. constaret.

d *Constet*.] hic autem contra ipso iure rescissum: ut sup. de inoffi. test. si suspecta. & hoc siue sit lis bñ instituta, siue nõ: ga inde pendet. Azo.

e *Instituta*.] super hæreditatis petitione: alii super hypothecaria. Accur.

3† Flo. sed quod.

f *Per iniuriam*.] qui vicit debitorem lo.

g *Non habuit*] qui vicit.

h *Habuit*.] inutile. n. commium habuit.

CAontrahantur. CASVS. Obligaui tibi fundum, nec fecimus inde scripturam quæritur vtrum valeat talis pignoratio? Et respon. quod sic: q. scriptura non tantum fit, ut conualescat contractus, sed ut pbari possit. Cætera plana sunt vsq; ad l. si debitor. Viuianus.

4† Flor. de formula hypothecaria.

* Ista lex ad hoc sim per allegatur, q scriptura videtur adhiberi loco probationis, nõ autem est de substantia hypothecæ, secũdũ Zal.

i *De in*.] & aliis ob. quæ dicunt' insti. de obli. ex consensu §. j. nam & hoc fit con sensu, ut sup. de pig. act. l. j.

k *Valet, quod actum est*.] regulariter. vt hic, & C de pac. l. pactum. fallit tamen in casibus, vt C. de iur. emp. l. j. & de fide instru. l. contractus: & de man. princ. l. j.

5† Aliás, possit fieri.

rem [1]† eo tempore, quo pignus cõtrahebatur, in bonis illius fuisse. [a] Sed & si victus est debitor [b] vendicans hæreditatẽ: iudex actionis Seruianæ, neglecta de hęreditate dicta sententia, pignoris causã inspicere debebit. At quin aliud in legatis, & libertatibus dictum est: cum secũdum eum, qui legitimã hæreditatem vendicabat, sententia dicta est. [c] Sed creditor non bene legatariis per oia cõparatur: cum legata quidẽ aliter valere non possint, quam si testm̃ ratum esse cõstet. [d] 2† Enimuero fieri potest, vt & pignus rectè sit acceptum, nec tamen ab eo lis bene instituta. [e]

¶Per iniuriam [f] victus apud iudicium rem, quam petierat, postea pignori obligauit: nõ plus hĩc creditor pt̃, quam habet qui pignus dedit: ergo submouebitur rei iudicatę exceptione: tametsi maximè nullã propriã qui vicit, actionẽ exercere possit. Nõ. n. q̃ ille nõ habuit, [g] sed quod 3† in ea re, quæ pignori data est, debitor habuit, [h] considerandum est.

In contrahenda obligatione bonorũ non requiruntur solennitates verborum sine scriptura: & magis fit scriptura ad probationem, quam ad obligationem. B.

Caius li. singulari ad formulam [4]† hypothecariam.

LEX IIII.

Contrahitur* hypotheca per pactum conuentum, cũ quis paciscatur, vt res eius propter aliquã obligationẽ sint hypothecę nomine obligatæ. Nec ad rem pertinet, quibus fiat uerbis: sicut est, & in his obligationibus, quæ consensu contrahuntur. Et ideo & sine scriptura, si conuenit, ut hypotheca sit, & probari poterit: res obligata erit, de qua conueniunt. Fiunt enim de his [i] scripturę, ut quod actum est per eas 5† facilius probari possit. & sine his autẽ ualet quod actum est, [k] si habet p̃bationem: sicuti & nuptiæ sunt, licet testationes in scriptis habitæ non sint. [l] 6†

Pro qualibet obligatione possunt res obligari purè, & sub conditione. Bar.

Martian. lib. singulari ad formulam hypothecariam.

LEX V.

RES hypothecæ dari posse sciẽdum est pro quacunque obligatione: siue mutua pecunia detur, siue dos, siue emptio, uel uenditio cõtrahatur, vel etiam locatio, & conducto, vel mandatũ: & siue pura ẽ obligatio, vel in diẽ, vel sub conditione; & siue in præsenti 7† contractus est: siue etiam præcedat. [m] Sed & futuræ obligationis nomine dari possunt: & non 8† tantum soluẽdæ [n] omnis [o] pecuniæ causa: verumetiam de parte [p] eius: & vel pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel tantũ naturali. [q] Sed 9† in conditionali obligatione non aliás obligantur, 10† nisi conditio extiterit.

¶Inter *pignus autem, & hypothecam tantum nominis sonus differt. [r] Dare autem quis hypothecam potest, siue p̃ sua obligatione, siue pro aliena.

In generali obligatione non veniunt ea, quæ quis nõ esset in specie verisimiliter obligaturus. Bar.

Vlpianus li. 73. ad edictum.

LEX VI.

OBligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturusve est, ea non continebuntur, quæ uerisimile est quenquam specialiter obligaturum non fuisse: ut puta supellex. [f] item vestis relinquenda est debitori: & ex mancipiis, [t] quæ in eo usu habebat, vt certum sit eum Pignori daturum non fuisse. [u] Proinde de ministerijs eius

& C de litis contest. auth offeratur & C. de non nu. pecu. l. generaliter & C. si mi. se ma di l si alterius. & in Auth. de trien. & sem. ise, §. & qđ ia pe. colu 3. & C. ar tu. l. fin. & infra de proba. l. Celsus. & in Auth. ut li. ma. & auiæ. §. j & § quia uero dudum col. 8. & etiã donatio, quæ est ultra quingentos solidos, ut C de dona. l. sancimus.

l *Non sint*.] vt C de nup. l. neque. nisi in casu, ut in Auth. ibi posita. & nisi quando quis accipit concubinam: sed illud est ad legitimationem filiorum, vt C. de natu. lib l. cũ quis Accur.

6† Flo. non sunt.

m *Res hypotheca . . . præcedat*.] s. contractus pignoris dationem, sic est & in fideiussore, ut institutio. de fideiuss. §. ij.

7† Fl. præsenti contractu, sim etiam.

n *Soluenda*.] tantum

o *Omnes*.] totius pecuniæ.

p *De parte*] ut sup ti. j. si gratuitam. § j.

q *Naturali*.] vt infra eodem. l. quæsitum §. fi.

r *Differt*.] i differentiam facit: & hoc quãtum ad actionem hypothecariã, vt institu. de actio. §. item Seruiana Sed quantũ ad rem est differentia, cum alterum pignus alterum hypotheca dicatur, ut supra de pign. act. si rem §. ij. & infra de uerb signi. l. si plures. § pignus. Accursius.

8† Flo. sed & non soluenda. vt. Aur. Augu. li. 2. c. 2.

9† Duar. sed & in cõd.

10† aliás, obligantur.

* Concor. quod in simili no. in cap. vrbes. 8. o. dist. & ibi glo.

f OBligatione. Supellex.] idẽ domesticum patrisfamilias instrumentum: ut infra de supel. lega. l. j.

t *Ex mancipijs*.] relinquenda sunt ea, & cæt.

u *Non fuisse*.] scilicet specialiter. Et sic not. generali concessione non continen, quæ specialiter non est uerisimile cõcedi: ut hic, & infra eodem l. denique. & C quæ res pigno. ob. pos l. alumnos. & de priuil. credit. l. pen. & supra de pecu. l. qui peculiu. & sup. man. l. creditor. §. Lucius.

Perquam

perquam ei necessarijs, a vel que ad affectionem eius pertinent.

Paulus li. 73. 1 † ad edictũ.

LEX VII.

VEl quæ in usum quotidianum habentur, Seruiana non competit.

Vlpianus li. 73. ad edictũ.

LEX VIII.

DEnique concubinam, filios naturales, alumnos cõstat 2 † generali obligatione non cõtineri, & si qua alia sunt huiusmodi ministeria. c

Caius li. 10. 3 † ad edi. prou.

LEX IX.

SEd & quo d 4 † ad eas res, quas eo tempore, quo paciscebatur, in bonis habuit, idem obseruari e debet.

¶Quod emptionem venditionemq; recipit, etiam pignorationem potest recipere. f

Si duob. res simul obligatur insolidum, quilibet eorum contra extraneum vincit: sed inuicem melior est conditio possidentis: secus si res pro parte sit obligata. Bartolus.

Vlpianus lib. 73. ad edictum.

LEX X.

SI debitor res suas duob. simul pignori obligauerit, ita ut utrique insolidum obligatæ essent: singuli insolidum aduersus extraneos Seruiana utentur. g Inter ipsos autem si quæstio moueatur, possidẽtis melior 5 † est conditio. h Dabitur enim possidenti hæc exceptio, Si non conuenit, i ut eadẽ res mihi quoque pignori esset insolidum. 6 † Si autem id actum fuerit, ut pro partib. res obligarentur: utilem k actionem competere, & inter ipsos, & aduersus extraneos, per quam dimidiam partem 7 † possessionis apprehendant singuli, in confesso est. 8 †

Administratores publici ciuitatis, possunt res, & bona ciuitatis obligare. Bart.

Mart. li. sing ad form. hypot.

LEX XI.

SI is, qui bona reipublicæ iure administrat, mutuam pecuniam pro ea accipiat: potest rem eius obligare. l

Per missionem ex primo decreto cõtrahitur pignus: in quo potest insisti, donec debitum exsoluatur, & deiectus habet actionem in factum. Bart.

n Manifestum est.] ut infra quib. mod. pign. vel hypo. solui l. Lucius Titius. § Paulus. & l sicut. §. non videtur. Et arg. de hoc tacito consensu infra de euict. l. quidam. Sed contra inf. de leg. 2. Titia. § Lucia. vbi fideicõmissarius interfuit diuisioni factæ inter hæredes rei sibi per fideicommissum relictæ, & subscripsit, & non præiudicat sibi. Sol. secundum R. ibi ignorabat sibi legatum, hic sciuit filius suam domum, vel hic, ut actor siue procurator obligationis fuit vocatus, vnde tenetur etiam ignorans, ut C. de fideius. si pater. & vt supra man seruum Titij. ibi ut testis, cuius officium sibi non debet esse damnosum, ut infra quemad. testam. ape. l. si quis ex signatoribus & C. de fideiuss. l. si pater. & hoc secundo modo soluetur aliud contra. sup. de pig. act. l. Caius. Vel solue omnia talia contraria secundum Io. sic, quia refert, an aliquis id faciat super re mea, quod etiã me inuito facere potest, vt legare, vendere, diuidere; & tunc mea præsentia mihi non nocet. an quod non posset me inuito, ut obligare, & tũc patiẽtia præiudicat. * vt hic. arg. infra de re iu. sæpe. §. cur autem. & hoc dixi supra in d. l. Caius.

5† Duor. hoc est in hypot.

* Præiudicat. Præsentia, an & quã noceat. Vi. reg. ii, q tacet de reg. iur. in 6. & ibi Dy. nu. 5.

Si debitor soluat creditori, recuperat pignora data fideiussori. Bart.

Idem libro 4. Responsorum.

LEX XXVI.

FIdeiussor impetrauit a potestate, a ut & antequam solueret, pignora b ipse possideat, c quasi satisfacturus creditoribus: nec satisfecit. d modo hæres debitoris paratus est soluere creditoribus, quæro, an pignora fideiussor restituere cogendus sit? Modestinus respondit, cogendum esse.

Qui scribit contractum obligationis rei suæ, videtur obligationi consentire. Bartolus.

¶Pater Seij 1 † emancipato filio e facilè persuasit, ut quia mutuam quantitatem acciperet f a Septitio creditore, chirographum perscriberet sua manu filius, 2† quod ipse impeditus 3 † esset scribere, sub commemoratione g domus ad filium pertinentis pignori dandæ. Quærebatur, an Seius inter cætera bona etiam hanc domum iure optimo possidere possit, h cum patris se hæreditate abstinuerit: nec metuere debeat 4 † ex hoc solo, quod mandante patre manu sua suprascripsit instrumẽtum chirographi: i cum neque consensum suum accommodauerit k patri, aut signo l suo, ut alia scriptura? Modestinus respondit: Cum sua manu pignori domum suam futuram m Seius scripserit, consensum ei obligationi dedisse manifestum est. n

Res loco rei surrogata non cadit in obligationem, nisi ex re prima ortum habuerit. Bart.

¶ Lucius Titius prædia, & mancipia, q in prædijs erant, obligauit, hæredes eius o prædijs inter se diuisis, illis mancipijs p defunctis alia substituerunt. creditor postea prædia cum mancipijs distraxit. Quæritur, an ipsa mancipia, quæ sunt modo in prædijs constituta, q hæc 5 † in hypothecis emptor vindicare rectè possit? Modestinus respondit, si neq; pignorata sunt ipsa mancipia, neque ex pignoratis ancillis nata, minimè creditoribus obligata esse. r

Si debitor rem pignoratam faciat deteriorem, creditori contra eum succurritur, licèt contra debitorem ad debitum actionem non habeat. Bart.

Papinianus 6† lib. 5. Quæst.

LEX XXVII.

SEruum, quem quis pignori dederat, ex leuissima offensa vinxit, s mox soluit, & qa debito non satisfiebat, creditor minoris t seruum vendidit: an aliqua actio creditori in debitorẽ constituenda sit, quia crediti ipsius actio non sufficit u ad id, quod deest, persequẽdũ? Quid si eũ interfecisset, aut cluscasset. Vbi x quidem interfecisset, ad exhibẽdum tenetur: y vbi autem cluscasset, quasi damni iniuriæ z dabimus actionem ad 7† id, quanti interest. Quod si 8† debilitando, aut vincendo,

6† Fl. Marcellus li. 5. Dig.

o Eius.] scilicet Lucij Titij.

p Mancipijs.] Quæ fuerant in prædio tẽpore obligationis.

q Constituta.] idest non sunt eæ, quæ fuerunt tempore obligationis.

r Obligata esse.] quia in obligatione specificauit mancipia, quæ sunt in prædio. aliàs omnia crederent, ut §. cod. cum tabernam. quæ est contra.

s SEruum. Vinxit.] ille, qui obligauit.

t Minoris.] quam esset debitum. tamen antequam obligaretur, bene valebat tantum, quod sufficiebat ad debitum.

u Non sufficit.] tempore sublata, vel per sententiam, ut statim dicet.

x Vbi.] incipit respondere.

7† Fl. aestimatione ad quantum interest.

y Tenetur.] quia dolo facit quo minus possit exhibere. ut supra ad exhibend. l. Iul. scribit, si quis hominem & supra de dolo. l. & eleganter. § si seruum & ar. C. ad exhib. l. exhibitionis. Sed contra. infra quib. mod. pig. vel hypoth. sol. l. sicut re. in prin. Solutio ibi sine culpa debitoris fuit extinctum, & ideo non tenetur hic culpa.

8† Fl. debil.

z Iniuriæ.] s. actione in factum, ut sup. ad leg. Aquil. si dominus. in princ. & hoc quando contra debitorem principali actione agi non potest: aliàs non posset agere contra debitorem creditor, ut supra ad leg. Aquil. qui occidit. §. 1. & hic subijcit, fingamus, &c.

Cenderat.

a *Ceciderat.*] emptore uel per ſententiam.
b *Rem*] id eſt, delictum.
c *Noceret.*] ex propoſito, ut conſecutiue. Accur.
d *Tenebitur.*] ſcilicet prædictis modis.
e *Non tenebitur.*] l. Aquil. ſed ad debitum, ubi actio erat finita, ut dixi.

hæc nunquam fuerunt teſtatoris, alias contra, ut C. quæ res pig. ob. poſ. l. fi. & facit C. communia de leg. l. fi. & ſupra eo. l. in prin. Accur.
k *Habenda ſunt.*] ut C. de pact. pig. l. 1. quandoque tamen ſecus eſt, ut C. de pac. l. præſens. Sed an idem in fructibus? Reſpon. idem, ut dixi ſup. eo. l. 2. §. cum prædium.

Si legati.] CASVS. Filiofam. fuit relictum legatũ ſub conditione, pater pignus accepit ab hære. deceſſit pater, uel filium emancipauit: & extitit conditio, an pater, an filius pignus vendicare poſſit, quæritur? Et reſpon. quod pater non: quia tunc demũ pignus tenuit cum extitit conditio, quia tunc incipit legatum deberi: quia tempore conditionis exiſtentis erat filius factus ſui iuris: ergo &c. filius non, quia pater ſuo nomine ſtipulatus eſt: idem eſt in fideiuſſore dato pro legato conditionali. cætera ſunt plana vſque ad l. cum taberna. Viuia.
f *Deberi.*] Inſpicitur enim tempus, quo cedit dies legati, ut debeatur filio, uel patri, ſed in contractibus initium, ut hic, & infra de reg. iur. l. quæ legata. & infra de uer. bo. oblig. l. ſi filius. & infra qui pot. in pig. hab. l. potiores 2. reſpon. & quãdo dies leg. ced. l. ſi viuſfructu. §. fi. licet contra hanc diſtinctionem ſit arg. in cod. tit. de verborum obliga. l. quidam. in fi. ſed ibi licet ſtipulatio, quam fecit filius, tempore patriæ poteſtatis fuerit facta, impletur tamen caſu numerando quando erat ſui iuris, vt ibi dixit Accu.
g *Neque filius.*] quia pater illo nomine. i. quia ſperabat legatum diem cedere ſe patre uiuente, ſtipulatus eſt, uel accepit pignus. nam aduentitia quærebantur patri, ſed cum hodie velut legitimus adminiſtrator pignus, vel fideiuſſorem accipiat filius, ut ex pacto tutoris habebit vtilem actionem, ut C. quando ex fact. tut. vel cur. l. 1. & 2.
h *In fideiuſſore.*] dato pro legato conditionali.
i *Paulus reſpon. A creditore.*] quia

perſecutionẽ pignoris exinanierit (fingamus nullam creditι nomine actionem eſſe, quia forte cauſa ceciderat a) non exiſtimo indignam rẽ b animaduerſione, & auxilio prætoris Vlpianus notat: ſi ut creditori noceret, c vinxit, tenebitur: d ſi metentem, non tenebitur. e

Stipulatio legatorum extinguitur ſpe legati extincta; et non tranſit ad eum, ad quem commodum legati tranſit. & idem in obligatione pignoris. h.d. et dẽt intelligi iſta lex, quando ſtipulatur pater pro ſe: ſecus ſi ut legitimus adminiſtrator filij, vt hic in gl. Bart.

Paulus libro 5. Quæſtionum.

LEX XXVIII.

SI legati conditionalis nomine 1 † relicti filiofamilias pater ab hærede rem propriam eius pignori acceperit, & mortuo patre, uel emancipato filio conditio legati extiterit, incipit filio legatũ deberi: f & neque pater põt pignus vindicare, neq; filius, g qui nunc habere cœpit actionem: ſed 2 † nec ex præcedenti tempore põt quicquam iuris habere in pignore: ſicut in fideiuſſore h dicitur.

Generalis obligatio facta a defuncto, non porrigitur ad bona hæredis. Bart.

Idem libro 3. Reſpõſorum.

LEX XXIX

PAulus* reſpondit generalem quidem conuentionem ſufficere ad obligationem pignorum: ſed ea, quæ ex bonis defuncti non fuerunt, ſed poſtea ab hærede eius ex alia cauſa acquiſita ſunt, vindicari non poſſe a creditore i teſtatoris.

Partus rei pignoratæ cadit in obligationem ſi a debitore percipiatur. Bart.

¶ Si mancipia in cauſam pignoris ceciderũt, ea quoq;, quæ ex his nata ſunt, eodẽ iure habenda ſunt. k Quod tamen diximus etiam nata 3 † teneri, ſiue ſpecialiter de his conuenerit, ſiue non: ita procedit, ſi dominiũ eorum ad eum peruenit, qui obligauit, vel hæredem eius: cæterum ſi apud alium dominiũ pepererint, m non erunt obligata.

Superficies ſolo pignorato impoſita cadit in obligationem. Bart.

¶ Domus pignori data exuſta eſt: eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit: quæſitũ eſt de iure pignoris. Paulus reſpondit, pignoris perſecutione perſeuerare: n & ideo ius ſoli ſuperficiem ſecutam videri, id eſt cum iure pignoris: ſed bonæ fidei 4 † poſſeſſores non aliter cogendos creditoribus ædificium reſtituere, quam o 5 † ſumptus in extructionem erogatos, quatenus pretioſior n res facta eſſet, reciperent.

In obligatione generali venit ſeruus, qui obligationem contrahit. Bar.

¶ Si ſciente & conſentiente dño ſeruus, ut omnia bona domini pignori obligata eſſent, conuenit: ipſum quoq; p qui cauit, obligatum eſſe pignoris iure.

Creditor, qui vendit iure creditoris, non tenetur de euictione: ſed ſolum ut probet ſibi rem obligatam fuiſſe. h.d. ſecundum gl. Barto.

Idem libro 6. Reſponſorum.

LEX XXX.

PEriculum q pignorum nominis venditi ad emptorem pertinere: ſi tamẽ probetur ea res obligatas fuiſſe.

Reſoluto iure donationis, reſoluitur ius acceptionis. Bartolus.

l *Obligauit.*] ut & ℑ. qui pot. in pig. hab. l. potior. §. ſi de futura. Accur.
m *Pepererint.*] & conceperint: nam ſi etiam ſolum conceperunt apud debitorem, licet apud alium pariant, ſunt pignori, ut ſupra de pignor. actio. l. conuenerit. § ſi fundus, in fi. quæ eſt contra. & ſic intelligitur inf. de Sal. inter. l. 1. in princip. Accurſius.
n *Perſeuerare.*] ut infra eodem l. ſi & ſupra de pig. actio. l. homo. Accur.
o *Quatenus pretioſior.*] ultra enim non tenetur: ſed certe nec tantum uidetur teneri, ut infra, de dam. infe. l. cum poſtulaſſem. §. cur ergo. quæ eſt contra. Sol. ibi ſciuit: ut emit rem ob legatam ibi ignorans. V. l. ibi dicit non excipi propter pretium quod dedit: hic autẽ dicit excipi propter impenſas: ſed M. dixit, hic de æquitate, ibi de rigore.
p *Ipſum quoq;.*] & ſic in generali ſermone continetur perſona loquentis, ut dixi ſupra de ſenato. l. prima. & infra de ædilitio edict. l. quod ſi nolit. §. ſi uenditor. & ſupra de tranſactio. nõ eſt ferendum & infra de diſtractio. pignor. l. & ſi a Acc.
q *Periculum.*] creditor alienauit nomen, quod in pignore habebat: & quandam rem, quam ab ipſo nomine obligatam habebat, ſimiliter uendidit iure creditoris: non ergo emptori tenetur de periculo, ſiue euincatur, ſiue alias perimatur: quia uidetur uendidiſſe ius ſolum, quod habebat ibi: hic tamen debet probare uenditor ſibi obligatum pignus, quod uendidit, ut hic & ſup. de hære. uen. l. ſi nomen.

Margin notes:

1 † *Flo. deſt. nomine. Vide Ant. Aug. l. 2. c. 1.*

2 † *Fl. deeſt. ſed.*

* *Adde q ſi teſtator obligauit bona hæredis ſui. ſi hæres adit eius hæreditatem, videtur approbare dictam obligationem: quo caſu non haberet locum lex noſtra ita Cyn. & Bar. in l. ſi. C. q. res pig. obl. poſ. Accu.*

3 † *Flor. adgnata: alias, nata eodem iure tenerit.*

4 † *Flo. bonæ fidei.*

5 † *Flor. deeſt. ſi.*

ADDI-

ADDITIO. Pone casum aliter, & melius secundum Bart. hic. Vendidi tibi nomen debitoris, quod nomen habet hypothecariam annexam: quæritur ad quem spectat periculum pignoris? Certe ad emptorem: dum tamen pignus probetur obligatum: sicut diximus in emptore nominis, ut l. si nomen supra de hære. vel actio. vendita.

* Glo. 3. in c. ult. extra de emp. & vēd. dicit gl. istā lege, emphyteota potest dare rem emphyteoticam si ne consensu domini.

1 † Flor. est.

2 † Flor. quæsitū.

a L *Ex vectigali.*] idest, emphyteoticario.

b *Vectigal.*] idest pensio fundi.

c *A possessore.*] scilicet emphyteoticario.

d *Pignus esse.*] ratione iuris, quod habebat ibi, ut hic, & supra eodem. l. grege. §. & in superficiariis & sup. de pignor. act. l. tutor. §. fi. & l. seq. Accur.

e *Cuius*] scilicet domini, an creditoris. Azo.

f *Euanuisse.*] ut sup. eodem. grege. §. statuliber. Et no. hic argumentum pro feudo contra feudatarium pignori dantē rem, quod reuocatur obligatio feudo amisso: sed hodie pignorari non potest, ut in l. Friderici, Imperialem decet solertiam. §. primo.

3 † Fl. pactus est ut quæ intra arb. pari ferre.

g D *Ebitor. Importata.*] veluti in iumento, ut infra de verb. sign. l. ferri.

h *Eius.*] scilicet prædia.

i *Perpetuo.*] id est, quamdiu illi essent necessaria, ut infra tit. 1. l. in prædiis. §. fi. & arg. supra de pecu. l. id vestimentum. & infra, de hæred. insti. ex facto. §. seruum. & infra, de verborum sign. l. malum. §. fin. & supra de act. emp. fundi. §. Labeo. & de lega. secundo. cum ita legatum. primo respon. & C. in quibus cau. pign. tac. contrahi. si non. & facit infra titu. primo, l. in prædiis.

* Contr. & facit qd no. in c. qua contra mar. 6. 8. dist.

4 † Flor. ip sis.

C *Vm tabernam.*] Casus in hoc principio non ponitur: quia facilis

¶ *Idem.*] Seruo, uel filio meo mutuasti decem: scripsi tibi,

Scæuola libro 5. Digestorum.

LEX XXXI.

Lex* vectigali a fundo dicta erat, vt si post certum tempus vectigal b solutū non esset, is fundus ad dominum rediret: postea is fundus a possessore c pignori datus est. Quæsitum est, an recte pignori datus esset? 1 † Respondit, si pecunia intercessisset, pignus esse. d Item quæsitum est, 2 † si cum in exolutione vectigalis tam debitor, quam creditor cessassent, & propterea pronunciatum esset fundum secundum legem dn̄i esse, cuius e potior causa esset? Respondit, si (vt proponeretur) vectigali non soluto, iure suo dn̄s vsus esset, etiam pignoris ius euanuisse. f

Ea videntur inducta in prædium, quæ ad vsum perpetuum inducuntur. Bart.

Idem libro 5. Responsorum.

LEX XXXII.

DEbitor pactus est, ut quæcunque in prædia pignori data, inducta, inuecta, importata, g ibi nata, paratave 3 † essent, pignori essent: eorum prædiorum pars sine colonis fuit, eaq; h actori suo colenda debitor ita tradidit, assignatis ei seruis culturæ necessariis. Quæritur, an & Stichus villicus, & cæteri serui ad culturā missi, & Stichi vicarii obligati essent? Respondit, eos duntaxat qui hoc animo a dn̄o inducti essent, ut ibi * perpetuo i essent, non temporis causa accommodarentur, obligatos esse.

A dicto non potest pignus dari, & datum repetitur. Bart.

Tryphon. li. 8. Disputationū.

LEX XXXIII.

SI qui promisit tibi aut Titio, solutum quidem Titio repetere non potest, sed pignus ei datum & ante solutionem repetit. 4 †

Appellatione tabernæ venit vniuersitas mercantiæ, quæ ibi exercetur: & ideo cadit in obligationem, quæ tempore quo agitur, reperitur. Bart.

Scæuola lib. 27. Digestorum.

LEX XXXIIII.

CVm tabernam debitor creditori pignori dederit, quæsitum est, utrum eo facto nihil egerit, k an tabernæ appellatione merces, quæ in ea erant, obligatæ l 5 † videantur? & si eas merces per tempora distraxerit, & alias comparauerit, easq. in eam tabernam intulerit, & decesserit, an om̄ia, quæ ibi deprehenduntur, creditor hypothecaria actione petere possit: cum & mercium species mutatæ sint, & res aliæ illatæ? Respondit, Ea quæ mortis 6 † debitoris tēpore in taberna inuenta sunt, pignori obligata esse m vr̄r.

Per epistolam potest contrahi pignus: nec vitiatur, licet in ea non sit dies & consul. Bart.

¶ Idem quæsiuit, n cum epistola talis emissa esset: 7 † Δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια, παρακαλῶ σε, μὴ βεβαιωτὴν ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ἡ ταβέρνα καὶ οἱ δοῦλοι μου οὐδενὶ κατ' ἔχονται, ἢ σοὶ καὶ λοιπῷ ἐσχήμονι ἀνθρώπῳ ἐπιστεύσας. i. Cū mutuos accepe rim a te denarios quingentos: id rogo, ne aliā a me cautionē petas, sed hypothecā accipias. Euidēter n. nosti & tabernā, & seruos meos ad neminē alium quam ad te pertinere: qui mihi tanquam honesto uiro fidem adhibendā duxisti. an pignus contractum sit, an vero ex epistola nullius momenti sit, cum sine die, & consule sit? R̄ndit, cum conuenisse de pignoribus videatur, nō idcirco obligationem pignorum cessare, quod dies & consules additi, vel tabulæ signatæ non sint.

In obligatione generali venit etiam pecunia quocunque modo quæsita Bartolus.

¶ Creditor pignori accepit a debitore quicquid in bonis haberet 8 † habiturusve esset. quæsitum est, an corpora pecuniæ, quam idem debitor ab alio mutuam accepit, cū in bonis eius facta sint, obligata creditori pignori 9 † esse cœperit. Respondit, cœpisse.

& rogaui, ut fideiuss. a me non acciperes: sed pignora, neque in scriptura insertus est dies, uel consul: an nihilominus teneat pignoris obligatio, quæritur? Et dicitur quod non. Viuia.

k *Nihil egerit.*] quod videbantur, quia erat in publico, uel conducta erat a publico.

l *Obligata.*] quæ reddunt eam instructam: vt infra de verborum significat. l. instructam.

m *Obligata esse.*] ut arg. inf. de condi. & demonstr. filiæ suæ, §. fin. Aliud est si hæres post mortem debitoris alias merces intulisset, ut supra eodem l. Pau. in prin. Item contra supra e. l. fideiussor. §. fi. Sol. ve i bi.

5 † Flor. aligasse videantur.

6 † Flor. mortis tempore debitoris tabernæ.

ADDITIO. Pro solutione dic, quod hæc appellatio tabernæ, prout refert ad merces, est nomen vniuersitatis: sicut grex: peculium, & similia, vt l. cum pater. §. mensæ, infra de lega. 2. & ideo licet merces mutentur, tamen eadem videtur esse taberna: vt l. grege. in principio. supra eodem, & l. peculium infra de lega. secundo. & ista vniuersitas videtur durare eadem, donec venit dominus, vt hic: mutatio enim quæ postea fieret ibi per hæredem non caderet in obligationem, ut hic dicit tex. cum gl. quod est not. quod tamen intellige, nisi fieret aliquid causa explicandi negotium cœptum a defuncto, ut l. furti. §. illud plane supra de iis, qui no. infa. & quod ibi not. secundum Bartolum.

7 † Fl. sic. & vs. Alciatum lib. dispu. 2. c. 17. & Budæ. in anno. prio. ad Pandectas hoc ipso titulo. & Ant. Aug. lib. 3. c. 1. Aliter sic vertitur. i. Mutuatus abs te quingentos denarios, rogaui ne sponsorem sed pignus a me acciperes: scis enim nostri, neminem alii tabernā seruosq. meos, & si de eis obligatos & quod bono fide & graui homini fidem habueris. In quibusdā codicib. Græca est exordium. leg. & in eis post græcum legitur. quæsitum est.

n *Idem quæsiuit.*] alias. §. & alias s. cum euisto, & est hic annexa interpret. Græci uique illuc, an pignus.

Si insin.

8 † Flor. hab.

9 † Flor. pignori.

a S*I insula. Licuit.*] s. mihi. Accur.
b *Vendere.*] cum non fuit vendita, & dic tibi creditori: & habes, quod est in fi. expone, s. tu creditor. Vel dic, quod fuit vẽdita, & loquitur emptori: & dic licuit, scilicet creditori: & habeas suo, sed secundum primam est tuo.
c *Iuris habes.*] ut sup. eod. Paulus. §. dominus. Accursius.

1† *Pl. fun.*

IN QVIBVS cau. pign. &c.

d S*Enatusconsulto.*] CASVS. Si fabro tuo decem, te mandante mutuaui in domus refectionem, proinde mihi tacitè obligata est domus: ac si tibi mutuassem: & hoc cauetur Senatusc. Vin.
d *Factum.*] quo Senatuscon. dr̃, pign &c.
e *Datum.*] ipso iure, s. à legẽ: aliàs non pertineret hæc lex ad titulum. & facit pro hoc, ꝗ qui pot. in pig. hab. interdum. & in Auth. de æqual. dot. §. his consequens, coll. 7.
f *Ad eum quoque.*] nõ solum ad eum, qui mutuam pecuniam domino dedit, pertinebit: sed etiam &c. vt hic, & inf. de priuileg. credi. si ventri. §. 1. & dic, quod Redemptor est qui qui suis cementis opus domino ædificat, ve sup. de rei vend. l. redemptores. Accur.
g P*Omponius*] aliàs incipit, Pomponius: & alias, non ioĩ ũ. Accur.
h *Ex locato*] vt sup. loca. si vulnerauerit, & creditor tenetur pigno ratitia, ut sup. de pign. act. l. creditor. Accur.
i S*I horreum. Diuersorium.*] Statio est in qua diuersi generis merces afferuntur.
k *Vel area.*] Contigua habitationi. Vel dic area, in qua conductor domum construxit. Accursius.
l E*O iure Inducta.*] etiam ignorante domino Accur.
m *Conuenerit.*] ut & supra, de pact. l. item qa. & inf. de migr. l. 1. circa princ. Accur.
n *Obseruatur.*] vbi non obligatur tacitè, nisi dñs sciuerit, vt C. loc.

2† *Al. ex. in eod. tit. sic. in in quib. cau. pig. tacitè contrah. vel hyp. & vide Cuia. in para. titl. ad hunc tit. vbi expressè declarat naturam hypothecæ & pacti.*

m *Redemptor est, qui suis cementis opus domino construit, vide Prat. & Nebris. in suis Lexi.*

3† *Alias instruẽdi.*

4† *Flor. minimè.*

5† *Fl. lib. 40.*

Pactum de vendendo ad insulam renouatam porrigitur. Bar.

Labeo lib. 1. πιθανῶν à Paulo epitomatorum.

LEX XXXV.

SI insula, quam tibi ex pacto conuento licuit [a] vẽdere, [b] combusta est, deinde à debitore tuo 1† restituta: idem in noua insula iuris habes. [c]

TITVLVS II.

In 2† quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Mutuanti in refectionem domus tacitè est obligata: siue domino, siue cõductori operis sit soluta pecunia. Bart.

Papinianus lib. 10. Respons.

LEX PRIMA.

SEnatusconsulto, quod sub Marco Imperatore factũ [d] est, pignus insulæ creditori datum, [e] qui pecuniam ob restitutionem ædificij extruẽdi 3† mutuam dedit, ad eum quoque [f] pertinebit, qui redẽptori domino mandante nũmos administrauit. 4†

Inuecta & illata sunt tacitè obligata pro pensionibus, & pro alio interesse. Bart.

Martianus libro singulari ad formulam hypoth.

LEX II.

POmponius [g] lib. 13. 5† variarum lectionum scribit, Non solum pro pensionibus, sed & si deteriorem habitationem fecerit culpa sua inquilinus (quo nomine ex locato [h] cum eo erit actio) inuecta & illata pignori erũt obligata.

Inuecta in horreum, vel in aream iunctam domui, & ibi illata, sunt obligata pro pensione, hoc dicit. Bart.

Vlpianus lib. 73. ad edictum.

LEX III.

SI horreum fuerit conductum, vel diuersorium, [i] vel area: [k] tacitã conuentionem de inuectis [l] & illatis et in his locum habere putat Neratius: quod verius est.

Hic ponitur differentia inter prædia rustica & vrbana. Bar.

Neratius lib. 1. membranarũ.

LEX IIII.

EO iure vtimur, vt quæ in pdia vrbana inducta, & [l] illata sunt: pignori esse credantur, quasi id tacitè conuenerit. [m] In rusticis prædijs contra obseruatur. [n]

Stabulum quod est in comitatu, à prædijs vrbanis non multum differt. h. d. Bart.

¶ Stabula, [a] quæ non sunt in continentib. ædificijs, quorũ ea prædiorum numero habẽda [o] sint, dubitari potest. Et quidem vrbanorum sine dubio non sunt, cum à cæteris ædificijs separata sint: quod ad causam tñ talis taciti pignoris pertinet, non multũ [p] ab vrbanis prædiis differunt. [a]

Martianus lib. singulari ad formulam hypothec.

LEX V.

POmponius [q] lib. 13. variarum lectionum scribit, si gratuitam habitationẽ conductor mihi præstiterit: inuecta à me domino insulæ pignori non esse. [r] Item illud (inquit) videndum est, an 6† voluntate domini induci pignus ita possit, 7† vt in partem debiti sit obligatum. [s]

Fideiubendo videtur quis approbare obligationem bonorum suorum ante factam: secus in ea, quæ fieret postea. h. d. Bart.

¶ Si quis fideiubeat, [t] cũ res illius [u] à debitore pro quo fideiussit pignori data sit: 8† bellissimè intelligit, hoc ipso quod fideiubet, quodam modo mandare res suas obligatas [x] esse. Sanè si postea sint eius res hypothecæ datæ: non erunt obligatæ.

Tacita, vel ficta obligatio manumissionem serui non impedit. Bart.

l. certi. iuris. Accur.
o *Habenda*] quod est necesse sciri propter id quod dixi modo supra proxi. resp. Accur.
p *Non multum.*] Differunt ergo in aliquo: in hoc, s. quia in vrbanis ignorante domino: in his autem stabulis demum eo sciente tenetur: quia rustica sunt prædia, vt hic dixi. Sed certè imo videntur vrbana, ut inf. de ver. sig. l. vrbana. quæ est §. sol ibi loquitur de his stabulis, quæ iuncta sũt ædificiis. & gratia habitandi sunt. Vel strictè hic accipitur vrbanum prædium pro eo, s. tantum, quod est in vrbes prima verior est.
P*Omponius scribit.*] Casus est facilis vsque ad § si quis.
¶ *Si quis*] Rem tuam obligaui te nesciente: fideiussisti, an propter fideiussionem videris tacitè rerum tuarum obligationem ratificasse, quæritur? Et dr̃ quod sic: secus si primo fideiussisti, & postea rem tuam me ignorante obligaui. Viu.
q *Pomponius*] alias incipit, Pomponius & alias si gratuitam? Rñ. domino sunt obligata, vt. s̃. de pign. act. l. solutum, § solutam. aliud in rustico, vt sup. loc. & conduc. si in lege, § eckenus.
r *Non esse.*] s. ad pensionem, sed pro deterioratione sic, ut s̃ eo. l. non solum. Item an suo locatori sit obligatus? Resp. eo modo, vt de domino, scilicet pro deterioratione.
s *Obligatum.*] & certè potest. Acc.
t *Fideiubeat*] s. tunc.
u *Illius*] s. fideiussoris.
x *Obligatas.*] Et sic ratificatur præcedens suæ rei obligatio tacitè. ¶ Sed argumen. contra,

a *Diuersorium hic accipitur eo modo quo Accu. hic. aliàs in accipitur pro hospitio meritorio, in quod nos recip. mutato ut ibi commoremur magis, quam habitemus, Cice. in Catone. ibi cõmorandi n natura diuersorium nobis, nõ habitandi dedit.*

a *de intell huius § vide Fortun. Garz. in l. item quia, nu. 12. supra, de pact.*

a *i nihil. Bar. in l. idemque, §. ult. inf. tha.*

6† *Flor. deest, an.*

7† *El. post.*

8† *Verissimè. alias, verissime, &c.*

tra, sup quod iussu. l. dominum. Sed posset dici aliud in iussu, & aliud in eo, qui mandato fideiubet: & etiam posset reddi ratio, secundum Io. Vel ibi ante, ut hic subiicit. Facit autem ad § istum infra de acq poss. l. fundi, in fi. debet enim protestari in contrarium, ut supra ad Macedo. si filius.

a **L**icet in prædijs. Inuecta.] differentia inter hæc est, ut inf. de verb. sig. ferri.
b Huiusmodi pignus.] scilicet tacitum, quo minus possit manumitti seruus sic obligatus, nisi in casu, ut C. de ser. pign. da. l. si tutor, sicut & generali obligatione obligatus potest manumitti: secus si specialiter & expresse, ut hic, & C. de ser. pig. da. ma. l. ab eod. & l. 2. & inf. eod. l. est differentia.
c Obligatum.] scilicet tacitè.
d **I**N prædijs. Non conuenerit.] ut & sup. lora si in lege §. si colonus. secus in re empta ex fructuum pretio, ut C. eodem, l. quà uis. Accur.
e Illata fuerunt.] perpetuo, non temporis causa, ut sup. tit. 1. § de bitor. & C. eod. si non inducta.
f **C**Vm debitor Pecunia.] fortè deposita, vel mutuata sine stipulatione vsurarum. Accur.
g Retinere.] duo dicit, & propter vsuras inde bitas retineri. Item primo in vsuris, quàm in sorte: sed primum est mirabile: sed tamen secundum Io. & benè, quia saltem pacto erant debitæ, & sic naturaliter, & per retentionem pignoris poterant retineri, ut hic, & C. de vsur. l. per retentionem. Secundum autem vsura contra legem, quæ dat, quia in grauiorem causam, & sic in sortem accipiatur, ut ff de solut. l. 1. & 2. quæ sunt contra. Solu aliud in fructib. perceptis, ut hic: & aliud in pecunia soluta, ut ibi larg. sup si cert. pet. l. singularia, & inf. de sol. l. in his. Vel dic quod etiam specialiter quod his usuris pignus fuit obligatum. Tertium etiam dicit ad modi legitimum, &c. ubi sub audi maximè, ut C. de vsu. l. si ea lege.
h **E**St differentia Obligata.] scilicet expressim.
i Manumittimus.] nisi in fraud. credit.

1† Flor. desi. tamen.
2† Flor. desi. mancipium.
3† Flo. desi. ad edictum.
4† Flo. vel.
* Manifestarij. verbū pontant quidem referri ad primum, non ad secundum.
5† Fl. quodis

Vlpianus lib. 73. ad edict.

LEX VI.

LIcet in prædijs vrbanis tacitè soleat conuentum accipi, ut perinde teneantur inuecta a & illata, ac si specialiter conuenisset, tamen 1 † certè liberari huiusmodi pignus b non officit: idque & Pomponius probat: ait enim manumissioni non officere ob habitationem obligatū c mancipium. 2†

Fructus intelliguntur tacitè obligati pro pensione. Bart.

Pomponius lib. 13. ad edi. 3† ex varijs lect.

LEX VII.

IN prædijs rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacitè intelliguntur pignori esse domino fundi locati: etiam si nominatim id non cōuenerit. d ¶ Videndum est, ne non omnia illata, vel inducta, sed 4 † ea sola, quæ ut ibi sint, illata fuerunt, e pignori sint, quod magis est.

Potest creditor fructus pignoris in vsuras compēsare. Bart.

Paulus lib. 2. Sententiarum.

LEX VIII.

CVm debitor gratuita pecunia f vtatur, potest creditor de fructibus rei sibi pigneratæ ad modum legitimum vsuras retinere. g

Mancipia specialiter obligata non possunt manumitti: sed obligata tacitè sic, antequam includantur. Bar.

Idem lib. singulari de officio præfec. vigilum.

LEX IX.

ESt differentia obligatorum propter pensionem, & eorum, quæ ex conuentione manifestarij * pignoris nomine tenentur: quia 5† manumittere mancipia obligata h pignori non possumus: inhabitātes autem manumittimus: i scilicet ante, quàm pensionis nomine præcludātur: 6 † tunc enim pignoris nomine retenta mancipia nō liberabimus. Et derisus est 7† Neruа Iurisconsultus, qui per fenestram k monstrauerat seruos detentos ob pensionem liberari posse.

Per obligationem ex causa transactionis videtur tacitè actum, vt res veniat in obligationem priмæuam si transactioni nō stetur. Bar.

Scæuola lib 6. Digestorum.

LEX X.

TVtoris hæres cum hærede pupilli transactione l facta, cum ex ea maiorem partem soluisset, in residuam quantitatem pignus obligauit. Quæsitum est, an in veterem m contractum iure res obligata esset. Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, obligatam n esse.

TITVLVS III.

Quæ res pignori, vel hypothecæ datæ obligari non 8 † possunt.

Martianus libro singulari ad formulam hypothecariam.

LEX PRIMA.

PVpillus sine tutoris authoritate hypothecam dare non potest. o

Filius, vel seruus non potest pro alio rem peculij obligare, etiam si administratio ei libera sit concessa. Bart.

¶ Si p filiusfa. pro alio rem peculiarem obligauerit, vel seruus: dicendū est eam non teneri: licet liberam peculij sui administrationē habeāt: q sicut nec donare eis conceditur: quia non enim vsquequaque liberam habent administrationem. r Facti tamen est quæstio, si quæratur, quousque eis permissum videatur peculium administrare. s

sit, ut C. de ser. pigno. da. man. l. secunda.
k Fenestram.] hæc deceptio in simili casu ostenditur, supra, de pig. act. si quis.
TVtoris.] CASVS. Tutor pupillo ex mala administratione tenebatur in centum, decessit vterque, hæres tutoris conuentus ab hærede pupilli, cum eo transegit, cui partem soluit: & pro residuo dedit pignora, an iudicio tutelæ pignora teneantur, si hæres a tutoris transactioni non stetit, quæritur? Et dicitur quod sic. quasi dicat in iudicio tutelæ conueniri potest. Viuianus.
l Transactione.] animo nouandi, vel dic. simpliciter.
m In veterem contractum.] idest, quasi contractum, i. tutelæ: um hic nolit stare transactioni: vnde nec ei fides est seruanda, ut C. de pac. l. cum proponas.
n Obligatam.] idest, quam obligatam posse retineri pro hac pecunia chirographaria ex veteri contractu debita: verè tamen non est obligata, ut C. etiam ob chi. pe. pi. re. pos. l. 1 § pen. Accur.

QVAE RES PIgnori, vel &c.

o **P**Vpillus. Non potest.] sed nec cum tutore, sine decreto, ut infra, de reb. eo. l. 1. & C. de admin. tut. l. 1. & quæ & argum. inf. pro ar. Accur.
p Habeant.] imò tenet, ut supra, de pign. actione. l. conuenit. tit. § fin & sequen. quæ sunt contra. Sol. lut. ubi. Vel dic, refert an obliget in vtilitatem peculij: quod potest, ut in legibus contrarijs, an non, ut hic. argum. infra quibus modis pigno. vel hypot. sol. sicut, § an pa. fici.
q Conceditur.] ut infra, de donat. l. filius, in princip. & infra, de donatio. inter virum & vxor. l. 3 § si seruus. & infra, quib. modis pign. vel hypoth. solit. cut. § an paciti.
r Administrationem.] ut supra, de pec. l. contra iuris, § si filius.
s Administrare.] nam si in concedendo liberam administrationem etiam dona-

6† Fl. præcludantur.
7† Flor. desi. est.
8† Al. desit, negatio & g declaratione tit. vt. Cuiacii paratitl. ad vsum. vbi declarat res, q hoc tit. numerantur.
* Hic habemus tex. si vnquam Bal. bene. et figere in memoria, q necessi. sione ponere. & ministrationem non venit donat. concord. sunt in gl. q est diligenter notanda.

se concessit, donare poterit, vt infra de donat. l. filiusfami §. item videamus.

a *Non potest.*] quia sit sacra, vel religiosa, ut Instit. de inut. stipu. §. 1. & supra de contrahen. emptio. l. si in emptione §. omnium.

Res, cuius non est alias commercium nō potest obligari. Bart.

¶ Eam rem, quam quis emere non pōt, a quia commercium eius nō est, iure pignoris accipere non potest, b vt diuus Pius Claudio Saturnino rescripsit.

Sicut res litigiosa nō potest alienari, ita nec pignori dari Bart.

¶ Quid ergo si prædium quis litigiosū pignori acceperit c an exceptione sit submouendus? Et Octauenus putat, ēt in his 1 † pignoribus d locū habere exceptionē: quod ita 2 † ait Scæuola lib. 3. variarum Quæstionum procedere, vt & 3 † in rebus mobilibus e exceptio locum habeat.

Obligās rem pro muliere vel filiofa. contra Senatusconsult. habet priuilegiū, quod habent & illi. h. d. Vel sic. Quando exceptio porrigitur ad fideiussorem, porrigitur etiam ad pignus datum ab alio. Bar.

Caius lib. sing. ad form. hyp.

LEX II.

SI alius 4 † pro muliere, quę intercessit, dederit hypothecam, aut pro filiofam. cui contra Senatusconsultum creditum est: an eis succurratur, quæritur? Et in eo quidem, qui pro muliere obligauit rem suam, facilius dicitur succurri ei, sicut & fideiussori 5 † mulieris eadem datur exceptio. f Sed & in eo, qui pro filiofam. rem suam obligauit: eadem dicenda erunt, quæ tractantur & in fideiussore g eius.

b *Non potest.*] verbo enim venditionis omnem contractum lex 12. tab. accepit, ut infra de statulib. l. statulib. a cæteris, §. Quintus Mutius. & C. de re. alie. non ali. l. fi. & facit cum hoc sup. de pign. l. sed & quod. §. quod emptionē. Sed contra in eo. tit. l. in quorum fi. l. vt ibi.

c *Acceperit.*] quod tamen emi non potest, vt C. de litigio. l. fin. Accur.

d *Etiam in his pignoribus.*] non solum hypothecis.

e *Mobilibus*] non solum immobilib. Accursius.

f SI alius. Exceptio.] vt C. ad Velleia. l. mulierem. Accur.

g *In fideiussore*] ut in succurratur, nisi animo donandi intercessit, ut sup. ad Maced. l. si pater. §. pen. & fi.

ARistio.] CASVS. Rem tuam mihi pro x. obligasti & Titius x. tibi mutuauit, ut mihi solueres: soluisti, an Titio remaneat res obligata: quæritur? Et rñ. quod non, nisi ita conuenerit: vnde si eam vendidisti, emptor tutus est. Si autem mecum conuenisti, ut sua die non soluta pecunia mihi distrahere liceret, & ante diem pręte soluerit Titius, & conuenit de non vendendo: licet pecunia sua die non solueretur, non obstante pacto poterit Titius vendere, nō ex persona sua sed mea, quod tibi pecuniam tradidi: & hoc multoties euenit, quod quis ex alterius persona consequatur, quod ex persona sua consequi non potest. Viuianus.

h *Antecedens.*] idest, prior creditor.

i *Dimitteretur.*] de pecunia secundi mutuantis.

1 † Flor. de- est, ius

2 † Flor. de- est, ita.

3 † Flor. de- est, &.

4 † Alius, si aliquis.

5 † Deest si deiussori huius mulieris.

k *Succedet.*] secundus.

l *Debet*] secundus creditor: succedit tamen in priuilegium personalium actionum, ut inf. de ces. bo. l. ij.

m *Emptoris.*] qui emit a debitore.

n *Omisit.*] verum conuenit de pignore: præterea ut solueret primo, quod mutuabat: & vere sua pecunia peruenit ad primum, ut supra posui.

Secundus creditor in ius prioris creditoris non succedit, nisi sit actum: & cum actum est, succedit in pignus, et in potestatem uendendi. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ex illo vnam quæstionem determinat. Tertio vnam aliam format, & eam determinat. Secūda ibi, Quo casu. Tertia ibi, denique. Bartolus.

Paulus libro tertio Quæstionum.

LEX III.

ARistio Neratio Prisco scripsit: Etiam si ita contractum est, vt antecedens h dimitteretur: i non aliter in ius pignoris succedet, k nisi conuenerit, ut sibi eadem res obligata esset. Neque enim in ius pignoris 6 † succedere debet, l qui ipse nihil conuenit de pignore: quo casu emptoris m causa melior efficitur. Denique si antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interposuit, posterior autem creditor de distrahendo omisit, n non per obliuionem, sed cum hoc ageretur, ne posset vendere, o videamus an dici possit hucusque transire ad eum ius prioris, 7 † vt distrahere pignus p ei 8 † liceat. Quod admittendum existimo. Sæpe enim quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum habere 9 † potest. q

Quando est in potestate debitoris an perficiatur obligatio: illud tempus perfectionis inspicitur, non initium: secus si in eius potestate non esset. Bar.

o *Vendere.*] ex sua hypotheca.

p *Pignus*] Ex persona prioris, ut hoc plene scias, distingue an velit soluere secundus creditor, uel extraneus, vel ipse debitor. Primo casu secundus creditor succedit loco primi sine omni pacto, dummodo soluat pecuniam priori, uel consignet & deponat, ut C. qui pot. in pig. hab. l. j. & infra tit. 1. l. potior. §. fi. & C. de ijs qui in prior. credi. lo. suc. l. vlt. In secundo casu, quando. s. extraneus soluit, necesse est apponi pactum, ut primi loco succedat: & quod sit obligatorium, ut C. de iis, qui i prio. cred. lo. suc. l. j. & de priu. fisc. si eum. Tertio casu, qñ ipse scilicet debitor soluit: aut de suo: & tūc nulla ē successio: aut de aliena pecunia: & tunc ut ille, cuius pecunia liberatur, succedat in ius pignoris prioris creditoris; quatuor sunt necessaria. Primū, quod conueniat ut sine ei obligata, Itē ut in locū primi succedat. Item ut ad hoc mutuet. Item requiritur, ut ipsa pecunia perueniat ad primum creditorem: his quatuor interuenientibus succedit in lo ū primi, ut possit uendere, etiā si 2um actū est, ut hac lege dr̄ Itē ut in ordine tpis præferatur ijs quibus ille pfert, ut infra tu j. si prior §. a Titio & §. si tertius. Item in priuilegium personalium actionum, in quod forte & sine hoc succedit, ut infra de ces. bo. l. secunda. Sed nunquid eadē hypotheca datur secundo, quæ primo dabatur Respon. non quia illa sublata fuit solutione, sed est per omnia similis naturæ. Item quomodo ex pacto debitoris, & secundi mutuantis succeditur primo? Respon. quia primus creditor videtur consentire accipiendo pecuniam.

q *Potest.*] no. ergo quod aliqua per alium consequor, quæ per me non possum cōsequi, ut hic, & inf. de fur. l. his cm̄, & j. de ædi. edi. l. cum act. §. fi. & inf. de bo. pos. contra tab. l. j. §. plane. & l. non putauit. §. sed etsi exhæredatus. & inf. de bo. lib. l. filius & inf. ad le. Fal. l. pe. §. fi. & sup. de transa. l. & post. §. 1. in prin. & sup. man. l. si mādauero tibi. §. si hi. & inf. de lib. le. l. si is qui duos & inf. de acq. hær. l. cū hæreditate Sed arg. contra. C. q̄ me. cau. l. si per impressionē. & inf. de usuca. l. Labeo. §. sed & p eū. & inf. de do. inter vir. &

6 † Flor. in ius primi.

7 † Alias pignoris. Creditor secundus et in locum primi succedas plura requiruntur. Requiritur in ius dimiss. Rursus creditor agere, & diuersis. Secundus.

8 † Iis hunc.

9 † Flor. potest.

vir. & vxor. l. 3. §. non tantum & inf. de bon. libe. l. qui in seruitute. & l. quæritur. & supra de mino. l. 3. §. sed an hoc auxilium. & no. plenius inf. de adm. rer. ad ci. pert. l. 2. §. j.

T*itius.*] CASVS. Volebas accipere a me pecuniam mutuam, & confectum est instrumentum spe futuræ numerationis, & quasdã res mihi obligare destinasti; medio tempore, scilicet ante numerationem, & post cautionem interpositam vnam ex his rebus vẽdidisti; postea numeraui, an res distracta mihi remaneat obligata, quæritur? Et respõ. quod non: quia pignoris obligatio deferenda est ad tempus, quo fiebat numeratio, vt res quæ in bonis suis tunc fuerunt, intelligãtur obligatæ. Viu.

a *Pecuniam.*] a creditore. Accur.

b *Non accipere.*] vt sup. si cert. pet. l. qui pecuniam.

c *Habuerit.*] vt J. tit. i. l. si in fi. & l. potior est. in prin. Accur.

d C *Redditur. Relegatur.*] hoc tenet obligatio, vt C. eod. l. qui filios. hoc tamen fallit tunc, quando distrahi permittitur, ut C. de pa. q. fi. dist. l. 2.

QVI POTIORES in pig. hab. &c.

Q*Vi dotem.*] CASVS. Promisi centum in dotem pro muliere aliqua, & pepigi tecum de dote restituenda soluto matr. & rem mihi obligasti: tibi numeraui medio tempore post numerationem primam, & ante secundam, eandem alij obligasti: quis nostrum in pignore potior sit, quæritur? Et vr quod ego essem potior: quia ad integra centũ exoluenda obligatus sum: neq; est referenda pignoris obligatio ad id tempus, quo fieri debuit residuæ quantitatis numeratio, sed ad initium contractus, siue promissionis, neque est iste casus similis illi casui illius l. sup. tit. prox. l. pen. ubi potior est secundus priore: qa hoc casu potior sum: neque est in viri potestate vtrum velit accipere dotem, vel non: & sic neque restituere, quod si esset, relinqueretur mulier indotata, quod esse non potest. Viu.

e *Accepit.*] a marito.

f *Dedit.*] idest obligauit.

g *De pignore.*] quis potior esset in eo.

1† *Sunt qui legendum putant, deportatur apud Pa. lib. 5. sent. & C. Theo. de ali. quæ mox par & c. sed iustitia deportatio ne nituntur in relegatione.*

Idem lib. 5. Responsorum.

LEX IIII.

TItius cum mutuam pecuniam accipere vellet à Mæuiuo, cauit ei, & quasdã res hypothecæ nomine dare destinauit, deinde postquã ex his rebus quasdam vendidisset, accepit pecuniam. a Quæsitum est, an & prius res venditæ creditori tenerentur? Respondit, cum in potestate fuerit debitoris post cautionem interpositam pecuniam non accipere: b eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata est: & ideo inspiciendum, quas res in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit. c

Idem lib. 5. Sententiarum.

LEX V.

CReditor, qui sciens filiũfamilias à parente pignori accepit, relegatur. d 1 †

TITVLVS IIII.

Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, & de ijs, qui in priorum creditorum locum succedunt.

Quando in potestate debitoris est pecuniam non recipere, tempus solutionis inspicitur: quando non est in potestate, tempus obligationis contractæ inspicitur. Bart.

Papin. lib 8 Quæstionum.

LEX PRIMA.

QVi dotem pro muliere promisit, pignus siue hypothecam de restituẽda sibi dote accepit: e subsecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alij dedit, f mox residuæ quantitatis numeratio impleta est. Quærebatur de pignore. g Responsum est: 2 † Cũ ex causa promissionis ad uniuersæ quantitatis exolutionẽ qui dotem promisit compellitur: h non vtiq; solutionũ obseruanda sunt tempora, i sed dies contractæ K obligationis: nec probè dici potest 3 † in potestate eius esse, ne pecuniam residuã redderet, l vt minus dotata mulier esse videatur. m Alia causa est eius, qui pignus accepit ad eã summam, quam intra diem certum numerasset: ac forte prius quam numerasset, 4 † alij res pignori data est.

Prior in tempore præfertur posteriori, siue generalem, siue specialem hypothecam habeat: nisi aliter actum sit. Bar.

Idem lib. 3. Responsorum.

LEX II.

QVi generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui postea prædium ex his bonis pignori 5 † datur: quamuis ex cæteris pecuniam suam redigere possit: n quod si ea conuentio prioris fuit, ut ita demum cætera o bona pignori haberentur, si pecunia de ijs quæ generaliter 6 † accepit, seruari non potuisset: deficiente p secunda conuentione, secundus creditor in pignore postea dato, non tam potior quam solus q inuenietur.

Pignora in obligatione, non ante repetita, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis. Bart.

h *Compellitur.*] est & alia ratio, quia non potest commodũ non accipere cum onera matrimonij sustineat, vt subicit, vt arg. inf. de verb. sig. l. Nepos Proculo. distinguitur ergo secundum Azo. vtrum in potestate debitoris sit se non obligari: in quo casu spectatur tempus numerationis. vt sup. eit. 1. Titius, an non, in quo casu tempus spectatur conuentionis, vt hic, & sup. de pign. l. si fundus §. 1. & inf. eod. l. qui balneum in prin. & §. 1. & §. 2. Item hæc distinctio locum habet in principali debitore: sed eo contracto nõ spectatur in vsuris, potuerit, vel non potuerit debitor in eas incidere, ut inf. eo. l. Lucius.

i *Tempora.*] quod vi debatur, ut infra eodem l. creditor. §. si idem.

K *Contracta*] ab initio, vt arg. C. de bon. quæ libe. l. cum oportet, §. si. Accur.

l *Redderet.*] idest ne acciperet: & ita non redderet. Accur.

m *Videatur.*] quod esse non debet, vt & supra de condictio. ob cau. l. si donaturus §. si. & inf de excep. do. l. apud. §. sed & si mulier. Accur.

Q*Vi generaliter.*] CASVS. Potior est is cui generaliter obligata sunt alicuius bona, quam is cui specialiter obligata sunt in pignore speciali: licet quæ generaliter obligata sunt, ad solutionem sufficiant. Si vero generalis fuit obligatio aliquibus deductis, generaliter obligata si sufficiant potior est secundus creditor in pignore, nam ei soli specialiter obligatur. Vinianus.

n *Possit.*] imò videtur potior qui specialem habet, ut C. de pigno. l. 2. Solu. hic de iure stricto, ibi de æquitate: ¦imo verius ibi alius casus est: ibi enim obligauerat debitor omnia bona generaliter vni, & eidem quædam specialiter: hic autem tantum generaliter: vnde in omnibus est potior: hic generaliter, vt hic: & C. eodem si generaliter. Accur.

o *Cætera.*] quæ sunt excepta de generali cõuentione: & sic mutat casum.

p *Deficiente.*] quod est cum ex alijs satisfieri potest, ut arg. inf. de nau. fœn. l. fœnerator.

q *Solus*] imo videntur simul in eo admitti, ut infra eodem l. idemque. §. si tibi, quæ est contra. Solu. r ibi simul

2† *Fl. deest, re sponsum esse*

3† *Fl. deest, potest.*

4† *Fl. numerarit.*

5† *Fl. deest, pignori.*

6† *Al. specialiter, & ita legit Cuiac. libr. 11. obser. c. 22.*

r Istam sol. sequitur B. hic.

mul acceperunt: hic diuersis temporibus, uel ut ibi.

C*Reditor.*] CASVS. Rem tuam mihi pro decem obligasti: deinde alij obligasti, & pro alijs decem & animo nouandi: & stipulatus sum utraq; decem, & accepi pignora: quis nostrum potior sit, quæritur? Et respon. quantum ad prima pignora obliga. pro meis x. ego sum potior: quantum ad alia x. secundus potior.

¶ *Cum ex causa.*] Rogaui, ut fundum mihi emeres, emisti: antequam traderes eum mihi, Titio obligaui: & post traditionem alijs: quis sit potior, quæritur. Et respond. quod primus.

¶ *Post.*] Certis regionibus fundus diuisus est: & quia partem meæ partis habebat creditor adhuc obligatam, uolui ut caueret socius de ea liberanda: & conuenit, ut si non liberaret, liceret mihi partem dimidiã illius partis, quæ ex diuisione ad me uenit, huic distrahere: quia contractum est pignus rectè: & prior creditor non præfertur, neque concurret: quia dimidiam fundi pro indiuiso obligando socius partem meam me non consentiente non poterat obligare: unde prius non fuerat obligata. Viuianus.

a *Creditor*] s. prior.

b *Nouatione.*] mutuauit enim forte iterum pecuniam, & nouum instrumentum est factum animo nouandi primam obligationẽ, tam in persona, quàm in pignoribus, & stipulatus est creditor primam, & secundam pecuniam animo nouandi: & accepit posteà, & alia pignora: per quod uidebatur, quod secundus creditor cui inter primum contractum, & hunc secundum prima pignora erãt obligata, esset potior: qđ remouet hic quãtum est in primis pignoribus, & pecunia primo super his data, nõ autem in plus, ut hic, & infra eo. l. si prior, in prin. & l. fin. j. respon. & arg. inf. de separa. l. debitor.

c *Facta.*] scilicet à primo creditore.

d *Ei.*] scilicet Titio.

e *Traderetur*] à procuratore. Accur.

f *Apparuit.*] ut & arg. supra, de rei vend. l. si à Titio. Sed contra infra eod. qui balneum, § fin. ubi dicit, quòd non confirmatur obligatio facta, tunc quando non erat res obligantis. Sol. hic saltem erat debita, ibi non, ut argum. supra, de pignor. l. j. in princ.

g *Qui negotium.*] cui procuratori Titius pignori esse conuenerat, & ita potior erat priore, ut C. eo. l. licet. Sed hoc non placet: quia cũ procuratoris fuerat res, ei obligari non potuit. Dic ergo, q procurator habebat exceptionem contra dominũ, ut inf. quib. mo. pig. vel hyp. sol. l. j. ergo contra creditorem primum: & idem in eo qui soluit procuratori, ut inf. de priuil. cred. l. si uentri, §. fin. non autem contra primum creditorem, vel alium haberet hypothecariam. Accur.

h *Confitu.*] & non in plus, ut infra eo. l. qui à debitore, & inf. tit. j. l. 3.

i *Vt si frater.*] qui obligauit.

k *Portionem*] quæ peruenit ad fratrem, qui non pignorauit, quæ est in dimidia suæ dimidię p indiuiso: alia enim dimidia obligata non poterat esse, ut hic, & inf. quib. mod. pig. vel hypot. sol. l. si consenserit, §. fin. & sup. comm. diuid. l. si quis pu. §. si fundus.

l *Alter*] cuius pars à fratre erat obligata.

m *Obligare*] idest ad eam, quæ peruenit ad obligatam à fratre, & sic non poterat esse obligata: secundus ergo solus reperitur in pignore, ut supra eod. l. q generaliter, in fi.

1† Fl. lib. 11.

* Cuiac. li. 5. obseru. cap. 32 adde, pone & pro dilucidatione huius loca, unde in l. si prior sinf eod. in.

2† Fl. deest, in.

3† Alias, pignoribus.

4† Fl. cui.

5† Fl. confla-ru.

* Bald. ind. creditores. in §. C. de pig. & in hoc esse confusum, & non ... ad hoc prope quod pũs & authoritas de expediendo bona facultati & authoritate prepara ... aparatur hypothecã. de quo dicto Bal. & Arnaldo ... clamat satis, superq. satis Frã. Crem. in suis singul. in secundo singul. aduertit ad eã ... interpret. Bal.

Idem li. 3. 1† Responsorũ. LEX III.

C*Reditor* a * acceptis pignoribus, quæ in 2 † secunda conuentione secundus creditor accepit, nouatione b posteà facta, c pignora prioribus 3 † addidit. Superioris temporis ordinem manere primo creditori placuit, tanquam in suum locum succedenti.

Si primo obligetur res debita, secundo eadem effecta propria: prior in tempore præfertur, nisi secundus in locum debentis rem successerit. Bartolus.

1 Vi. Bud. hic.
14 † aliàs, mãsisset.
15 † Fl. affectu.
16 † Fl. Viuianus.
17 † Fl. Dum consilio quo ne ad.
18 † Fl. suscepto.
19 † Fl. Idem

quis eum a priusquam ex fundo tuo exisset, b comprehendisset, fugitiuum uideri: animum enim fugitiuum facere.

¶ Idem ait, nec eum qui ad fugam gradum unum alterumve promouit, uel etiam currere cœpit: si dominum sequentem non potest euadere, non esse fugitiuum. Idem rectè ait, libertatis cuiusdam speciem esse fugisse: hoc est à 1 † potestate dominica in præsenti liberatum esse.

¶ Pignori datus seruus debitorem c quidem dominum d habet: sed si posteà quàm ius suum exercuit e creditor ei f se subtraxit, potest fugitiuus uideri.

¶ Apud Labeonem & Cælium quæritur, si quis in asylum g * confugerit, aut eo se conferat, quo solent uenire, qui sese uenales postulant: h 2 † an fugitiuus 3 † sit? Ego puto non esse eum fugitiuum: qui id facit quod publicè facere licere arbitratur. Ne eum quidem qui ad statuam Cæsaris confugit, fugitiuum arbitror: nõ enim fugiendi animo hoc facit. Idem puto & in eum, qui in asylum, uel quod aliud confugit: quia non fugiendi animo hoc facit; si tamen ante fugit, & postea se contulit; non ideo magis fugitiuus esse desijt. Item Cælius scribit, placere eum quoque fugitiuum esse, qui eo se cõferat, unde eum dominus recuperare non possit; i multoque magis illum fugitiuum esse, qui eo se conferat, unde abduci k non possit.

¶ Erronem ita 4 † definit Labeo, pusillum fugitiuum: & ex diuerso, fugitiuum magnum erronem esse. Sed propriè l erronem sic definimus, qui non quidem 5 † fugit, sed frequenter sine causa uagatur; & temporib. in res nugatorias consumptis, serius ad dominum 6 † redit.

¶ Apud Cælium scriptum est: Liberti m apud patronum habitantis sic, ut sub una claue tota eius habitatio esset, seruus n mente ne rediret ad eum, extra habitationem liberti 7 † fuit, sed intra ædes patroni tota nocte oblituit. 8 † Videri esse fugitiuum Cœlius ait. Planè si talem n custodiam o ea habitatio non habuit, & in ea cella p libertus habitauit, cui commune & promiscuum plurium cellarum iter esset: contra placere debere Cælius ait, & Labeo probat.

¶ Idem Cœlius ait seruum in prouinciam missum à domino, cum eum mortuum esse, & testamento se liberum relictum audisset, q & in eodem officio permansisset, tantumque pro libero se gerere cœpisset, hunc non esse fugitiuum. Nec enim mentiendo se liberum (inquit) fugitiuus esse cœpit; quia sine fugæ consilio id fecit.

¶ Quod aiunt ædiles, Noxaue solutus non sit, sic intelligendum est, ut non hoc debeat pronunciari. Nullam eum noxam commisisse; sed illud, Noxa solutum esse, hoc est, noxali iudicio subiectum non esse. Ergo si noxam commisit, nec permanet noxa; solutus uidetur. Noxas accipere debemus priuatas; hoc est, eas quæcumque committuntur ex delictis, r non publicis criminibus, ex quibus s agitur iudicijs noxalibus. Denique specialiter cauetur t infra de capitalibus fraudibus. Ex priuatis autem noxijs oritur damnum pecuniarium, si quis fortè noxæ dedere noluerit, sed litis æstimationem sufferre.

¶ Si quis talis sit seruus, qui omnino manumitti non possit ex constitutionibus, u uel si sub pœna uinculorum distractus sit à domino, uel ab aliqua potestate damnatus, x uel si exportandus: y æquissimum erit etiam hoc prædici.

¶ Si quis affirmauerit aliquid adesse seruo, nec adsit, uel abesse, & adsit; utputa, si dixerit furem non esse, & fur sit; aut 9 † si dixerit artificem esse, & non sit, hi enim quia quod asseuerant; non præstant, aduersus dictum promissumue facere uidentur. z

Caius libro primo, ad edict. ædil. curul.

LEX XVIII.

SI quid uenditor de mancipio affirmauerit, idq; non ita esse emptor quæratur, aut redhibitorio,

a *Et qui eum.*] scilicet extraneus: dominus verò non poterat eum cõprehẽdere, sic citò currebat sicut uerbaliàs contra, inf. prox. §. Azo.
b *Exisset.*] cũ euadere à domino posset.
c *Debitorem.*] idest in domino debitoris est habendus.
d *Dominum.*] ut C. de pign. act. l. pignus.
e *Exercuit.*] agendo hypothecaria, & sic possessione apprehensa.
f *Creditor ei*] cui creditor vendidit. Vel dic creditori posteaquam vendidit, sed antequam traderet.
g *In asylum.*] locus erat ubi recipiebantur homines causa misericordiæ, vel auxilij, puta hospitale, t & commilitatib à, quod est sine, & sylos, quod est tractus, quia non extrahebantur inde qui eo confugerant. Accursius.
h *Postulant.*] idest petunt, ut dominus eorum compellatur eos vendere, qd faciunt fugiendo ad statuam, ut hic subijcit. & Insti. tu. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. §. sed & hic datur ei securitas, & sine domini iniuria, cum habeat pretium, ut & arg. inf. ne quid in flu. pu. l. j. §. sunt qui putent. Accur.
i *Non possit.*] de facto, ut ad inimicos domini.
k *Abduci.*] de iure alicuius loci, ut Ferrariæ, vel ad hostes.
l *Propriè.*] exponit quod obscure dixit Labeo non corrigit.
m *Liberti.*] i. seruus quod est infra.
n *Scilicet.*] si pro q̃uis, uel in ui conditionis legi potest
o *Custodiam.*] i. discretam, vel distinctam.
p *Et in ea cella*] in qua se recipit seruus: non tamen, ut latitet, alioquin contra, ut supra ead. l. §. idem ait interrogatus. quæ est contra. Vel verius in mente non est hic fugitiuus: quia extra habitationem liberti seruus non fuit: cũ cella liberti, & locus ubi seruus est receptus, fuerit liberto in promiscuo usu cum patrono: sed ibi pro mouit aliquo gradus ad fugam, uel solue, ut ibi. Accur.
q *Audisset.*] sc. falsò.
r *Ex delictis.*] scilicet priuatis Accur.
s *Ex quibus*] scilicet priuatis de ictis agitur, ut hic; & Inst. de noxa. in p. lo. & C. de noxal. l. 2.
t *Cauetur.*] eisdem verbis edicti, ut supra eo. l. j. §. itẽ si quis mancipiũ. & ad hoc infra eo. l. cũ autem, in §. excipitur. & inf. tit. j. l. Lucius, §. fi. & infra de verb. sign. hæc stipulatio. Et no. hic, quod ubi est clausula specialis non indigemus generali, ut infra, de verb. oblig. l. doli.
u *Ex constitutionibus.*] pone exemplum, de constitutione Seueri & Anton. qua prohibetur ad libertatem peruenire seruus de adulterio cũ domina commisso accusatus, ut hic; & inf. de her. insti. his uerbis, §. seruum. & Inst. de hære. insti. §. est autem.
x *Damnatus.*] ad uincula propter facinus, ut C. de pœn. l. incredibile.
y *Exportandus.*] uenditus est, uel à potestate damnatus: huiusmodi enim pœnæ, vel conditiones apponi possunt à dominis, & potestatib. ut C. de ijs, qui ad lib. peruen. non poss. l. j. & ij. Accursius.
z *Videntur.*] & sic agitur redhibitoria, ut supra eo. l. j. §. quod si mancipium, & inf. l. prox.

Si

1 † Fl. deest, à.
¶ No. arg. ex hac gl. quod malefactor nõ possit extrahi de hospitali, sicut nec de ecclesia, secundũ Bart. hic.
* *asylum.*] *quod ex lege Romuli licebat Dionys. Halicar. li. 2. & vide Bud. loc. & Virg. li. 8. Aen. nec terminũ percepit. Accur.*
2 † *aliàs prostantur.*
3 † *Fl. fugitiuus.*
4 † *aliàs deest, ita.*
5 † *aliàs, numquam.*
6 † *Fl. serius domum redit.*
7 † *aliàs deest, fuit.*
8 † *aliàs, latuit.*
9 † *Flor. deest, aut.*

aut aestimatorio, idest quanto minoris iudicio agere potest. verbi gratia, si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmauerit: & is ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, piger, [a] tardus, [b] comessator [1] † inueniatur: haec omnia videntur eò pertinere, ne id quod affirmauit venditor, amare ab eo exigatur, sed cum quodam temperamento: vt si fortè constantem esse affirmauerit, non exacta grauitas, & constantia, quasi a Philosopho desideretur: & si laboriosum & vigilacem esse affirmauerit, non continuus labor per dies, noctesque ab eo exigatur: sed haec omnia ex bono [c] & aequo modicè desiderentur. Idem & in caeteris, quae venditor affirmauit, intelligemus.

¶ Venditor qui optimum [d] coquum esse dixerit; optimum in eo artificium praestare debet: qui verò simpliciter coquum esse dixerit, satisfacere videtur, etiam si medio-crem [e] coquum praestet. Idem & in caeteris generibus artificiorum. Atque si quis simpliciter dixerit peculiatum esse seruum, sufficit si is vel minimum [f] habeat peculium.

Vlpianus lib. 1. ad edic. aedil. curul.

LEX XIX.

SCiendum tamen est, quaedam & si dixit, praestare eum non debere, [g] scilicet ea, quae ad nudam laudem serui pertinent, veluti si dixerit, frugi, probum, dicto audientem. Vt enim Pedius scribit, multum interest, commendandi serui caussa quid dixerit: [h] an verò praestaturum se promisit quod dixit. Planè si [i] dixit aleatorem [k] non esse, furem non esse, ad statuam numquam confugisse: [l] oportet eum id praestare.

¶ Dictum à promisso sic discernitur. Dictum accipimus, quod verbotenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur: [m] Promissum autem potest referri & ad nudam promissionem, [n] siue pollicitationem, [o] vel ad sponsionem. [p] [2] † Secundum quod incipiet is, qui de huiusmodi causa stipulanti spopondit, & ex stipulatu posse conueniri, & redhibitorijs actionibus eum teneri non est nouum. Nam & qui ex empto potest conueniri, idem etiam redhibitorijs actionibus [q] conueniri potest. [r] Ea autem sola dicta siue promissa admittenda sunt, quaecumque sic dicuntur, vt praestentur, non vt iactentur. [f]

¶ Illud sciendum est: Si quis artificem promiserit, vel dixerit, non utique perfectum eum praestare debet, sed ad aliquem modum peritum: vt neque consummatae [*] scientiae accipias, neque rursum indoctū esse in artificio. [3] † Sufficiet igitur talem esse, quales vulgò artifices dicuntur.

¶ Deinde aiunt [u] aediles: Emptori omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus. Pollicentur emptori actionem, & successoribus [x] eius, qui in vniuersum ius succedunt. Emptorem accipere debemus eum, qui pretio emit. Sed si quis permutauerit, [4] † dicendum est utrumque emptoris & ven

a SI quid. Piger.] in incipiendo.
b Tardus] in perficiendo. Accur.
c Ex bono.] no. qui in genere tenetur, vel incerto, non tenetur ad id quod melius est, sed ex bono & aequo, vt hic, & inf. de verb. obl. l. continuus, §. cum ita, & §. illud, & sup. de cond. inde. l. cū it. §. fi. & inf. de trit. vi. & oleo leg. l. cū certū pōdus. & inf. l. prox. §. illud. & inf. eo. l. 2. inde, 2. respō. & inf. l. prox. & sup. de haere. vel act. vend. l. q. filij, §. fi. & l. si nomen. & l. prox. §. & de hoc plenè dixi sup. manda. l. fideiussorem.
d Optimum.] qui. n. optimum dicit, certū dicit, vt inf. de verbo. obligat. l. ubi autem non apparet. §. j.
e Mediocrem.] vt dixi regulariter suprà proximè. Accur.
f Minimum.] i. non maximum. ar. inf. de au. & argen. leg. l. qui lancem. Vel verius in summis qd minimū est, sequimur, vt inf. de verb. obl. inter stipulantē, § secundo.
g SCiendum. D. bere.] s. semper: sed cum distinctione, quae sequitur.
h Quid dixerit.] quo casu non teneatur, vt hic, & sup. de cōtrahen. emp. l. ea qua in princi. & sup. de dolo, qd venditor, in princ.
i Si.] prolatio sine interrogatione.
k Aleatorem] vt n. si certam probitatem dixit, debet ei praestare, vt sup. l. proxi. ita si certum quid dixit abesse hoc praestare debet, vt hi r
l A promisso.] quae verb. sunt supra l. proxi. §. primo.
m Finitur] s. sine interrogatione. Acc.
n Promissionem] idest pactum, quod vtroque consentiente fit, vt suprà, de pact. l j. §. pactum. Accur.
o Pollicitationem.] vbi & vnius tm̄ est cōsensus, vt inf. de pollicit. l. pactum. & fi. no. q aliud est dictū, aliud pollicitatio, aliud pactum, aliud stipulatio, vt hic colligitur.
p Ad sponsionem.] i. ad stipulationem
q Actionibus.] redhibitoria, & quanto minoris conueniri, puta si vendidisti seruū fugitiuum, vel pecus morbosum, cuius nomine agi potest etiā de iure ciuili, vel ad interesse cū venditor sciuit. vel quanto minoris empturus erat cum ignorauit, vt sup. de actiu. emp. l. Iulianus, in princ. nihilominus redhibitoria agi potest de iure praetorio, vel quanto minoris res est, & caue tibi, quia pp corporis morbum non agebatur de iure ciuili ad redhibitionē, sed ad interesse: vel quanto minoris vel ex ꝯctu, vel ex cautione, vt in pecore morboso, vel pp vitium animi in seruo fugitiuo agebatur de iure ciuili, vt dictū est: non in seruo fure nec ēt in filio tributario, vt not. sup. de act. emp. Iulianus: vnde, qa agebat pro fugitiuo, exponebat cautio super fugitiuo seruo, & super quibusdā aliis, super quibus reuocari pōt res itē de sanitate de iure ciuili, vt suprà, de act. emp. ex empto. §. et. & C. de act. empt. emptor. sed & sine cautione agebatur, vt dixi in fugitiuo. arg. sup. eo. l. quis sit fugitiuus, § idē recte. nec ob. quod dr sup. de actio. emp. ex empt. §. redhibitionem. & ibidē no. Fuit ergo necessarium has aedilitias actiones proponi, vtpote cum ad aliud dentur, q̄ superiores de iure ciuili. Quid. n. si emptor q d empturus erat, sed minori pretio? subuenitur ei per hoc edictū, vel ad redhibendum, vel q̄to minoris erat res. Item quique dat ista & non illa, vt suprà dixi, sed si agitur redhibitoria, & quanto minoris in praedictis casib. est contra, sup de dolo l qd venditor, in fi. vbi dicit dari de dolo. Sol. hic animo obligādi promisit: ibi iactandi ad decipiendum, & non promisit. Accursius.
r Conueniri potest.] ad aliud ex empto ciuili, & ad aliud praetoria q̄āto minoris dat, vt not. sup. de act. emp. & vend. l. Iulianus, in princ. & ideo neutra est superflua. Quid. n. si emptor empturus erat, sed minori pretio, subuenitur enim ei per hoc edictum, vel ad redhibendum, vel quanto minoris res est. Item potest esse quòd datur ista, nō illa: quia illa in contractib. tantum competit, vt d. l. Iulianus. Accur.
f Non vt iactentur.] vt sup. de pact. inter emp. & vend. ea quae. & supra l. prox. §. fin. & sup. ead. l. & infrà, de fund. instr. cum de lanionis §. asinam, in fi. Accursius.
t Art. sicut.] qui enim nimis emungit, elicit sanguinem, vt in Decre. dist. 4. denique. & in Prouerb. cap. 30.
u Aiunt.] vt suprà eod. l. 1. § 1.
x Successoribus] vt & infrà eo. si tamen §. si aedilitię. nam

d Vide Budeum hic in priorib. annot. ad Pandectas. quaedam enim hic annotata de culinari ministerio non contemnenda.

1† Fl. comessator, & comessator dicitur qui nocturnas aut intempestiuas cōuiuijs indulget, vt Bud. hic.

2† Fl. sponsionem.

* Nota quod sufficit mediocris scientiae. concor. tex. co. illiterato. ... di. ... & ... glosa ... c. cum ... bis ... extra. de aeta. & ... ar. tex. in l. si quid vēdar. §. venditor. suprà eod. ibi mediocrem.

3† Fl. consultum.

4† alias, si permutatum

ditoris loco haberi, a & vtrũque posse ex hoc edicto experiri.

¶ Tempus autem redhibitionis sex menses vtiles b habet. Si autem mancipium nõ redhibeatur, sed quanto minoris agatur, annus vtilis est: sed tempus redhibitionis ex die venditionis currit: c aut si dictum promissumve quid est, ex eo, ex quo dictum promissumve d quid est.

Caius libro 1. ad edict. ædil. Curulium.

LEX XX.

SI vero ante venditionis tempus dictum intercessent, deinde post aliquot dies interposita fuerit e stipulatio: Cœlius Sabinus scribit, 1 † ex priore causa f quę g statim (inquit) vt venijt, id mancipium, eo nomine posse agere cœpit. 2 †

Vlpia. libro 1. ad edict. ædil. Curulium.

LEX XXI.

REdhibere, est facere, ut rursus habeat venditor quod habuerit: & quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio. h

¶ Cum redditur ab emptore mancipium venditori, de dolo malo promitti oportere ei Pomponius ait: i & ideo cautiones necessarias esse, ne forte aut pignori datus sit seruus ab emptore, aut iussu eius furtum siue damnum k cui datum sit. 3 †

¶ Idem Pomponius ait interdum etiam dupliciter cautiones interponi debere: alias in præteritum l alias in futurum, m vtputa si eius n serui nomine, qui redhibetur, emptor procuratorve eius iudicium accepit, o quod cum eo ageretur, p vel quod ipse eius nomine ageret. q Cauẽdum autem esse ait, si quid 4 † sine dolo malo emptor condemnatus r fuerit, aut dederit his rebus f recte præstari: t * vel si quid ex eo q̃ egerit, ad eum peruenerit, dolove malo, vel culpa eius factum sit quo minus perueniret, ijsdem rebus 5 † reddi. Idem ait, futuri temporis nomine cautionẽ, ei qui sciens u vendidit, fieri solere. *

¶ Si in fuga est homo sine culpa emptoris, & nihilominus cõdemnatur venditor: x tum enim cauere oportet, y ut emptor hominem persequatur, & in suam potestatem redactum venditori reddat. z

Caius libro 1. ad edict. ædil. Curulium.

LEX XXII.

ET neque per se, neque per hæredem suum futurũ quo minus eum hominem venditor habeat.

Vlpianus lib. 1. ad edic. ædil. Curulium.

LEX XXIII.

CVm autem redhibitio fit, si deterius mancipium, siue animo, siue corpore ab emptore factum est, prę stabit emptor venditori: ut puta si stupratum fuerit, ut sæuitia emptoris fugitiuum esse cœperit, fit ideo, inquit 6 † Pomponius, ex quacunque causa deterius factum sit; id arbitrio iudicis æstimetur, & venditori præstetur. Quòd si sine iudice ho-

cum dico e. m ad quem eã res pertinet, de hærede intelligas, ut infra de verborum signific. sciendum. §. fin. sed quandoque aliter ponitur, ut supra de adop. l. his verbis. & supra de iureiuran. l. ait prætor in §. eius rei. & l. etiam si in rem. Accursius.

a *Loco haberi.*] ut C. de rerum permuta. l. secunda.

b *Vtiles*] quando vitium supinè ignorauit: alias si sciuit, non agitur, ut supra eod. l. prima. Item si ignorauit, non supinè, tũc ex die quo sciuit, ut ĩ. eod. cum sex.

c *Currit*] sed probo contrarium, q̃ non, scilicet ex die venditionis; aut enim vterque, scilicet venditor & emptor sciebat vitium: & tunc non currit, scilicet tempore venditionis præscriptio sex mensium: vt pote cum agi nõ possit, ut sup. eod. l. prima. §. si intelligatur. aut vterq; ignorabat, & tunc non currit a venditione, ut inf. eo. l. cum sex. Respond. quandoque vterq; sciebat, potest hoc intelligi, si tamen stipulatus fuit de vitio. ut C. de euictio. si fundum, vel intellige quando venditor sciebat vitium: sed emptor supinè ignorauit: & ideo currit ei, vt ĩ. dicta l. cum sex in fin. & ĩ. eo. ædiles aiunt. §. idem refert Ofilius. vel dic, ex die venditionis, subaudi, & scientiæ, ut infra eod. cum sex. § j. & C. de excus. tuto. quinquaginta.

d *Promissumve.*] scilicet post venditionis diem, idest currit ex tunc tẽpus. Et ita contingit mirabile quoddam, quod agetur ex nudo pacto, interuallo apposito: vel dic, quod non agitur ex pacto, sed propter pactum ex edic. prætoris, vel ad redhibendum, vel quanto minoris, vel dic hic intellige, quando stipulatio interuenit, ut dictum promissumve pro eodem ponatur, & ad stipulationem refertur. Accur.

e *SI verò interposita fuerit*] scilicet in venditione non contracta intercessit stipulatio, s. vt præstetur ita esse sicut fuit dictũ, si sequatur venditio. Acc.

f *Ex priore causa.*] scilicet ex stipulatione.

g *Quæ.*] scilicet causa, siue stipulatio, vel dictum, quæ est prior habito respectu ad venditionem, quæ fuit subsecuta: hoc dico cum cœperit agere: cœpit ex ea agi posse (inquit Labeo) statim vt venit. i. post venditionem, scilicet cum effectu: nam sic conditionaliter fuit facta, si venditio subsequatur, eo nomine, idest propter serui vitium. Item per id quod dicit, ex tempore venditionis agi, no. q̃ dictum præcedens trahitur ad tempus venditionis; quæ enim in præfationibus &c. ut ĩ. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit. Accur.

h *REdhibere Quasi reddere.*] vt & ĩ. de ali. iudi. mut. cau. fac. l. quia redhibitio, & supra quibus mod. pign. vel hyp. sol. l. voluntate §. fin.

i *Pomponius ait.*] sic & creditor, ut sup. de pig. act. creditor. & maritus in dote quam reddit. ut inf. sol. matri. si filio §. j.

k *Damnum.*] in his quæ habebant atrocitatem facinoris: aliàs non tenetur, nisi dominus qui iussit, ut supra de noxa. l. 2. Acc.

l *In præteritum.*] ut supra prox.

m *In futurum.*] ut subijcit per exempla.

n *Eius*] s. emptoris.

o *Accepit.*] i. lis est contestata. Accur.

p *Ageretur.*] s. statim.

q *Ageret.*] ex contractu serui forte.

r *Condemnatus.*] nomine maleficij fortè a seruo commissi.

s *His rebus*] venditori ab emptore, quibus rebus peruenit.

t *Recte præstari.*] emptori a venditore. i. ut seruet indemnis emptor a venditore: sic enim hæc verba exponuntur, ut ĩ. de verb. sign. l. aliud §. fi. & facit ad hunc § op. infra eod. item si serui.

u *Qui sciens*] etiam fugitiuum Accur.

x *Venditor.*] ad pretiũ reddendum: ut infra eod. ædiles §. loquuntur. & inf. eo. quod si nolit. §. idem ait hominem & §. si mancipiũ. Sed contra. C. eo. l. fin. vbi dicitur, q̃ ad hoc, vt pretium rei habeat, debet exhibere. Sol. condemnatur, non tamen datur exactio, nisi fiat serui redhibitio, secundum Ira. Vel dic, ibi dicitur exhibere, id est, probare, vel distingue, an sit culpa emptoris in fuga. ut ibi: an non. ut hic.

y *Oportet*] vt & ar. infra sol. matr. si filio. §. si qui dotalium. & sup. quod me. cau. si cum ex § quòd si homo. Secunda contra. supra de rei vend. si homo si. Sol. durius adstringitur personalis quàm realis debitor.

z *Reddat.*] si habere potest, alias non.

1 † Aliàs, rescribit.

2 † Hoc verbũ ẽd videtur ponere post verb. mácipiũ.

3 † Aliàs, editio hẽt damnũ eius datũ, siue furtum factum sit.

4 † Aliàs, qui dolo.

* Var. li. vt de re vas. meminit quoniam cautionis.

5 † Fl. ijsdem dabus.

* Nota §. hic perperā posita est cũ sola vulgata. sed ex ... potuerit. solere ponenda sit. & post vendit or puncttus seu præfata clausula nota. nos hoc obseruauit. Taurel.

6 † Aliàs, vt inquit.

mo redhibitus sit, reliqua a autem, quæ diximus, non sit emptor reddere: sufficiat venditori ex vendito b actio.

¶ Iubent ædiles c restitui d & quod venditioni accesserit, e & si quas f 1 † accessiones ipse g præstiterit: vt vterque 2 † resoluta emptione nihil amplius consequatur, h quam 3 † haberet si uenditio facta non esset.

¶ Excipitur i etiam & ille, qui capitalem fraudem admisit. Capitalem fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus K sit. Veteres l enim fraudem pro pœna ponere solebant. Capitalem fraudem admisisse accipimus dolo malo, & per nequitiam: cæterum si quid 4 † errore, si quid casu fecerit, cessabit edictum. Vnde Pomponius ait: neque impuberem, m neque furiosum capitalem fraudem uideri admisisse.

¶ Excipitur & ille, qui mortis sibi 5 † consciscendæ causa quid fecit.

¶ Melius enim 6 † seruus creditus est, qui aliquid facit, quo magis se reb. humanis extraheret: vt puta si laqueum torsit, siue medicamentum pro ueneno bibit, præcipitemve se ex alto misit, n aliudve quid fecit, quo facto sperauit mortem peruenturam, tanquam non nihil 7 † in alium ausurus; qui hæc aduersus se ausus esset. o

¶ Si seruus sit qui uendidit, uel filiusfamil. in dominum, uel patrem de peculio ædilitia actio competit: p quamuis enim pœnales actiones uideantur: q tamen quoniam ex contractu ueniunt, dicendum est eorum quoque nomine, qui in aliena potestate, sunt, competere. Proinde & si filiusfam. uel ancilla distraxit, æque dicendum est actiones ædilitias locum habere.

¶ Hæ actiones, quæ ex hoc edicto oriuntur, r in aduersus r hæredes [illegible] competunt. Et si bona fide nobis seruient liberi forte homines, uel serui alieni, qui vendiderunt: potest dici etiam hos hoc edicto contineri. s

¶ Iulianus ait iudicio redhibitoriæ actionis utrumque & 8 † emptorem & venditorem quodammodo in integrum restituere debere. t Quare siue emptori seruus furtum fecerit, siue alij cuilibet, ob quod furtum emptor aliquid præstiterit: u non aliter cogetur 9 † hominem uenditori restituere, quam si eum indemnem præstiterit. Quid ergo (inquit Iulianus) si noluerit uenditor hominem recipere? Non esse cogendum ait quicquam præstare, nec amplius quam in 10 † pretio condemnandum, 11 † & hoc detrimentum sua culpa passurum emptorem, qui cum posset hominem noxæ dedere, maluerit litis æstimationem suffere; x & uidetur mihi Iuliani sententia humanior y esse.

¶ Cum redhibetur mancipium, si quid ad emptorem peruenit, restitui oportet; nec solum si ipse fructus percepit mercedesve a seruo, uel conductore serui accepit, sed etiam si a uenditore fuerit ideirco consecutus, a quod tardius ei hominem præstitit; 12 † sed & si a quouis alio possessore fructus accepit, emptor restituere eos debebit: z sed & si quid fructuum nomine consecutus est, id præstabit; b item si legatum, uel hæreditas seruo obuenerit. Neque refert, potuerit hoc consequi uenditor, an non potuerit, si seruum non uendidisset. c Ponamus enim talem esse, d qui capere aliquid ex testamento non potuerit; nihil nocebit e hæc res, Pædius quidem etiam illud non putat esse spectandum, cuius contemplatione f testator seruum hæredem scripserit, uel ei legauerit: quia & si uenditio remansisset, g 13 † nihil hæc res emptori profuerat. Et per contrarium

a C[Um autem Reliqua.] scilicet rei venditæ, ut fructus: imò deterioratio nem ut prox. dixi.
b. Ex vendito.] & in factum datur nihilominus, ut inf. eo. §. si nolit. §. restitui Acc.
c Iubent ædiles] s. supra eod. l. 1. §. 1. & facit ad hoc. inf. de fur. si seruus communis. §. idem dicendum.
d Restitui.] scilicet venditori.
e Accesserit.] s. emptori a venditore. Accur.
f Et si quas] repete, & iubent restitui accessiones si quas, &c. & dic econtra ips., s. emptor ut usuras.
g Ipse.] s. emptor.
h Consequatur.] nomine accessionum quas venditor dedit: secus in alijs, ut inf. ead. l. §. fina. in fi. quæ est contra.
i Excipitur.] in edicto scilicet, ne vendatur quin talia dicantur, vt supra eod. l. 1. §. item si quod mancipium, & facit supra eo. l. quis sit. §. quod aiunt ædiles. Accur.
K Puniendus sit] scilicet aliquis homo liber. Vel dic seruus inspecto iure naturali, quia homo est, & liber: nam inspecto iure ciuili, non propriè dicitur capite puniri cum caput non habeat, ut infra de acc. cus. hos accusare. §. omnibus.
l Veteres] vt infra de verb. sign. l. aliud est fraus. in princ.
m Impuberem.] scilicet seruum doli non capacem: alias contra, vt C. de pœnis l. impunitas.
n Ex alto misit.] nota quis sit malus seruus. Sed quo est malus propter hoc, cum sibi liceat, ut sup. de pœ. sed si damnum. §. sed si ipse. quæ est contra. Respon. ut ibi diximus.
o Ausus esset.] nō est credendum eum alijs parcere, qui sibi non parcit, ut infra de bo. eo. l. fin.
p Actio competit.] ut & infra eod. si seruus mancipium. 1. respon.
q Videantur.] & sunt quandoque, ut inf. eo. l. redhibitoria.
r Aduersus hæredes.] vt & inf. eo. si tamen. §. ædilitiæ. Accur.
s Contineri.] vt eorum nomine teneātur possessores, ut & sup. de pecu. l. 1. in fi. & l. 2. Azo.
t Restituere debere.] vt & inf. eo. l. facta. Et no. quod dicit, quodammodo: nec enim est vera restitutio: quia ibi in restitutione minorum minor non tenetur, nisi inquantum est locupletior, vt sup. de mino. l. patri. hic autem in solidum tenetur, ut j. eod. quod si nolit. §. quod in procuratore.
u Præstiterit] vt infra eod l. quæro. & l. ædiles §. fin. & l. videamus. & l. illud. in fi. & sup. de neg. gest. diuortio §. sed nec redhibitoria. & inf. eo. item.
x Sufferre.] quid autem si magis expediebat litis æstimationem offerre?
y Humanior.] vt & j. eo. l quæro. a respod. Accursius.
z Vel culpa.] not. emptorem teneri ad culpam, vt hic: & inf. eo. ædilic. §. Pædius licet res sit sua interim. & sic est arg. contra inf. sol. mat. licet. § 1. Acc.
a Consecutus.] dictos fructus, vel ē pœnam.
b Præstabit.] ut fructuum fructus.
c Non vendidisset.] ut & arg. sup. de pet. hæred. cum hæreditas. Sed contra supra ead. l §. iubent. Sol. ut ibi Accur.
d Talem esse.] s. venditorem Accur.
e Nocebit] cons. quiltur ergo per alium, quod per se non potest, vt & dixi supra, quæ res pig. ob. pos. l. Aristo. Sed arg. contra infra de vulg. substit. l. si is qui. Accur.
f Contemplatione.] scilicet ipsius serui, an venditoris seruus si emptoris, quia hic habiturus erat etiam non contracta emptione, & quia ex rem sua videtur, vt inf. de vulg. sub. l. sed si plures. §. in arrogato. & sic intelligitur sup. de act. emp. Iulianus. §. si quid seruo. ut & ibi dixi. Accur.
g Remansisset.] idest facta non esset. Accursius.

1 † alias, & si quid ipse præstitit.
2 † alias, utrinque.
3 † Dnaquā [illegible] haberet.
4 † Fl. & si quis errore, si quis casu.
5 † Fl. deest, sibi.
6 † Fl. deest, enim.
7 † [illegible] nihil non [illegible] & vastinus.
8 † Fl. idest.
9 † Fl. reddere(?) tur.
10 † Fl. deest, in.
11 † Fl. condemnabitur.
12 † Fl. [illegible] tum.
13 † Vendition remansisset, legit Bud. hoc, et intelligo (in qua) mansisset, s. seruus legatus.

(inquit) si contemplatione venditoris institutus proponeretur, tamen dicemus restituere emptorem non debere venditori, si nollet eum redhibere.

Caius li. 1. ad edi. ædil. cur.

LEX XXIIII.

ET generaliter dicendum est quicquid extra rem a emptoris per eum seruum acquisitum est, id iustum videri reddi oportere.

Vlp. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXV.

AEdiles etiam hoc præstare emptorem uolūt, si in aliquo deterior factus sit seruus, sed ita demum, si post venditionem traditionē que factus sit. Cæterū si ante fuit non pertinet ad hoc iudicium, quod ante factū est. Siue ergo ipse deteriorē eū fecit, siue familia eius, siue procurator, tenebit actio. b ¶ Familiæ c appellatione, omnes qui in seruitio sunt, continentur: etiam liberi homines, qui bona fide ei seruiūt, vel alieni serui. d 1 † Accipe eos quoque, qui in potestate eius sunt. e ¶ Procuratoris quoque 2 † fit mentio in hac actione. Sed Neratius procuratorem hic eum accipiendum ait, nō quemlibet, sed cui vniuersa negotia, aut id ipsum, propter quod deterius factum sit, mādatum est.

¶ Prædius ait, æquū fuisse id duntaxat imputari emptori ex facto procuratoris, & familiæ, quod non fuisset passurus seruus, nisi ei venisset. Quod autem passurus erat etiam si non uenisset, in eo concedi emptori seruum d sui noxæ deditionem: & ex eo (inquit) quod procurator commisit, solum actionum præstandarum necessitatem ei iniungi. e Quid ergo si culpa, non etiam dolo emptoris seruus deterior factus sit? æque f condemnabitur. Hoc autem, quod deterior seruus factus sit, non solum ad corpus, sed etiam ad animi vitia referendum est, ut puta si imitatione conseruorum g apud emptorem talis h factus est, aleator forte, vel vinarius, uel erroneus. 3 † ¶ Sed notandum est, quod nō permittitur emptori ex huiusmodi causis i noxæ dedere seruum suum. k nec enim factum seruorum suorum, itemque procuratoris præstat. l ¶ Item sciendum est hæc omnia, quæ exprimuntur edicto m ædiliū præstare n eū o debere p si ante iudicium acceptum facta sint. Idcirco q enim necesse habuisse r ea enumerari, ut si quid eorum ante litem contestatam contigisset, præstaretur. Cæterum post iudicium acceptū tota causa s ad hominem restituendum iudicio uersatur, & tam fructus, 4 † quam id quo deterior factus est, t cæteraque ueniunt. Iudici enim statim atque iudex factus est omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio uersantur. Ea autem, quæ ante iudicium contingunt, non ualde u ad eum pertinēt, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. x

Præterea in edicto y adiicitur. (Et si 5 † quanta pecunia pro eo homine soluta, z accessionisue nomine data erit, non reddetur: eiusue pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur. a Ordinem 6 † fecerunt ædiles, ut ante uenditori emptor ea omnia, quæ suprascripta sunt, præstet: b sic deinde pretium consequatur.

Caius li. 1. ad edic. ædil. cu.

LEX XXVI.

VIdeamus tamen, ne iniquum sit emptorem cō pelli dimittere corpus, & ad actionem iudicati mitti, si interdum nihil præstatur, ꝓpter inopiam vēditoris Et potius res ita ordinanda sit, ut emptor caueat, si intra certū tēpus pecunia sibi soluta sit, se mancipium restituturū. c

a ET *generaliter. Extra rem.*] vt j. eo quod si nolit. §. si peculium.

b AEdiles *Tenebo actio*] ex vēditio. sic etiam fructuarius de suo suorum. que facto tenetur. vt sup. de vsufruct. sed cum vsufructuarius.

c *Eius sunt.*] vt infra de verb. sig. pronontiatio & l. detestatio. §. familiæ. & infra vi bo rap l. j. §. familiæ, & infra de vi & vi ar ma. l. j. §. fami.

d *Serui.*] qui dedit dā nū in seruo empto.

e *Iniungi.*] si alias de disset damnū procurator, etiam si seruus venditus non fuisset.

f *Aeque.*] vt & si de dolo, vt sup. eod. cum autem, §. fin. & inf. e. quod si nolit. §. quod in procuratore.

g *Conseruorum.*] alio rum, s. emptoris. vnde Cato, Ambula cum bonis. mores enim a coniuncto formatur.

h *Talis*] s. vitiosus.

i *Ex huiusmodi causis.*] proxime dictis.

k *Seruum suum.*] nisi damnum erat inferendum: licet venditio remā sisset, vt sup. proxi. §.

l *Procuratoris præstat.* subaudi, sed suum.

m *Edicto*] s. præstanda ab emptore venditori, vt sup eo. l. j. §. j. ibi, si quid autē, &c.

n *Præstare*] per ātionem ex vendito, quā venditor contra emptorem proponit conuentus ab eo prius redhibit actione, ut sup. e. l. cū autem §. j. emptor autē pro quibusdam solam exceptionem habet i. corporis retentionem, vt pro dānis, ut supra eo. cum autē. quid ergo. illam ergo nō est necesse complecti in libello: sed pretiū, & accessiones videtur quod habeat necesse complecti.

o *Eum.*] emptorem venditori per libellū petentii

p *Debere.*] iure actionis.

q *Idcirco.*] quia æquū est ea præstari.

r *Habuisse.*] s. dico ab ædilibus Accur.

s *Causa.*] tam in onere, quam in accessionibus, quæ edicto continetur, si quod, &c.

t *Factus est.*] per contestationem litis factam coram se, vt j. de procura. secus.

u *Valde.*] nam quandoque pertinet, ut C. de iudi. l. sancimus. Accursius.

x *Iniuncta*] a lege, vt de eis fiat ius, non ergo de quæsitis ex re emptoris, ut supra eo. l. generaliter, & petita per libellum, vt hic, & inf. de vsu. l. partū & sup. de procu. si reus. & sup. com muni diui. si quis putans. §. si quid post. & inf. e. l. quod si nolit §. si mancipium, & l. item. § j. Sed videt, quod prima ueniant etsi nō sint iniuncta, ut sup. de iud. l. solem. quæ est contra. Sol. ibi dicit ea uenire quæ sub petitione facta ab actore possunt claudi. quod hic conn. gatur. Sed dicitur, quod alia, quæ non possunt claudi non veniunt, ut & ibi diximus. Item de eis, quæ post accidunt, veniunt per officium iudicis, ut hic. Sed cōtra sup de iudi. l. non potest quæ est contra Sol. non ueniunt in iudicium futura principaliter, sed accessoria sic, ut hic. uel non veniunt in iudicium i. in actione, sed in causa sic, ut hic.

y *Præterea in edicto.*] non in verbis positis, sup. eo. l. j sed hæc verba iungebāt cū illis.

z *Soluta*] s. venditori.

a *Non liberabitur*] subaudi, iudicium dabimus, ut inf. e. l. illud. §. & si redhibitoria.

b *Præstet.*] sic ergo not hic, quod si quis habeat dare, & recipere, semper prius debet offerre ut hic. & sup. de act. empti. Iulianus. §. offerri, & ff. cōia præ. l. uenditor §. fi. in fi & facit sup. eo. cum autē. § Iulia. Azo. Sed ar. contra inf. l. prox.

c VIdeamus *Restituturum*] quod verū est, ut infra eod. l. illud, in fin.

DE *Ciet.*] CASVS. Ago redhibitoria pro seruo: debeo rehabere pretium, & vsuras, quas dedi, & quod dedi mediatoribus ex uoluntate vēditoris, non alias.

Item

* *Habes hoc tex. de cure molurom, & ... enumerantē ... quod venit ... familia ... hoc ... in seruum ... Addo ... gl. in cap. 1. s. ... s.*

1 † *Flo. deest, seruus.*

2 † *Fl. deest, quoque.*

3 † *Flor. vel erroneus ... vitiis ... lib. 3. ... c. 7.*

4 † *Duo fructus ... quam id.*

5 † *Fl. deest, si. Bud. ... emendat ... in tex. hic.*

6 † *Flor. ædi. ...*

Vlp. lib. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXVII.

DEbet autem a recipere pecuniam, quam dedit pro eo homine, vel si quid accessionis nomine dederit. Dari autem non id solum accipimus, quod numeratur venditori, vt puta pretium, & vsuras eius: sed & si quid emptionis causa erogatum b est. Hoc autem ita demum deducitur, si ex voluntate venditoris datur. cæterum si quid sua sponte datum esse proponatur, non imputabitur. Neque enim debet, quod quis suo arbitrio dedit, a venditore exigere. Quid ergo si forte vectigalis nomine datum est, quod emptorem forte sequeretur; c Dicemus hoc quoque restituendum. Indemnis enim emptor discedere debet.

Caius li. 1. ad edi. ædil. cur.

LEX XXVIII.

SI venditor de his, quæ edicto d ædilium continentur, non caueat, e pollicentur aduersus eum iudicium redhibitorium, f 1† intra duos menses, uel quanti emptoris interfit intra sex menses.

Vlp. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEV XXIX.

ILlud sciendum est, si emptor uenditori hæc nō præstet, g 2† quæ desiderantur in hac actione, non posse ei venditorem condemnari; si aūt emptori uenditor ista h non præstet, 3† condemnabitur i ei. ¶ Item emptori præstandum est, ut pecuniæ cuius nomine 4† obligatus erit liberentur: K siue ipsi uenditori obligatus sit, siue etiam alij: Condemnatio aūt fit, l quanti ea res m erit. Ergo excedat pretium, an non, uideamus. Et quidem cōtinet condemnatio pretium, accessionesq; n An & vsuras pretij consequatur, quasi quod sua interfit, debeat accipere; maxime cum fructus q noq. ipse restituat? Et placet consecutu rum. Si quid t.. an damni senſit, uel si quid pro seruo impendit, o consequetur arbitrio iudicis: sic tamen non vt ei horum nomine p uenditor condemnetur, ut ait Iulianus, q sed ne aliter compellatur hominem uenditori restituere, r quam si eum indemnem præstet.

Pau. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXX.

ITem si serui redhibendi s nomine emptor judiciū t accepit, uel ipse eius nomine dictauit: cauendum ex utraque u parte erit: ut si quidem sine dolo malo condemnatus sit, uel si quid ex eo, quod egerit, ad eum peruenerit, dolo ne malo eius factum sit, quo minus perueniret: id reddat.

¶ Quas impensas necessario in curandum seruum post litem contestatam emptor fecerit, imputabit. x 5† præcedentes autem 6† impensas nominatim comprehendendas y Pædius ait. 7† Sed cibaria seruo data non esse imputanda z Aristo ait: nam nec ab ipso a exigi, b quod in ministerio c eius d fuerit.

Vlp. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXXI.

QVod si nolit e uenditor hominem recipere, nō in maiorem summam, inquit, quam in pretium ei f cōdemnandum. Ob hæc ergo, quæ propter seruum damna sensit, solam dabimus ei corporis retentionem. Cæterum poterit euitare præstationem uenditor, si nolit hominem recipere. quo facto pretij præstationem eorumque quæ pretium sequuntur, solam non euitabit. g

Pro seruo fure agitur redhibitoria, si dictum fuit non esse furem. h. d. alias secus.

Si uenditor pronunciauerit, uel promiserit furem non esse, tenetur h ex sua promissione, si furtum seruus facit. Esse enim hoc in 8† casu i furem non tantum eū qui extraneo, sed & eum, qui domino suo res subtraxerit, intelligendum est. ¶ Si ancilla redhibeatur, & quod ex ea post uenditionem natum erit, reddetur: siue unus partus sit, siue plures. Sed &

item quod solui nomine vectigalis, seu tributi pro seruo. Vi.

a *Debet autem.*] scilicet emptor a uenditore.

b *Erogatum est.*] mediatoribus. s. forte quia dicit ita uenditor, nō vendam tibi nisi per talem hominem: tu ei da de tuo, & ipse nos conueniet.

c *Sequeretur.*] ratione rei.

SI *venditor.*] CASVS. Titius vēdidit mihi Stichum. debet mihi promittere non fugitiuum, & alia uitia abesse: & ni si promittat, ago redhibitoria, & intra duos menses, uel quāti interest vsq. ad sex menses. Viuia.

d *Edicto.*] posito supra e. l. 1. § 1. s. de vitijs, & alijs, quæ ibi dicuntur.

e *Non caueat.*] intra duos mēses. Vel dic, facta interpellatione congruo loco, & tempore.

f *Redhibitorium.*] idest actionē redhibitoriā, licet alias non sit in causa redhibitionis, & non mireris si hæc alia tempora, quam superiora sint, quæ habes sup. eo l. sciendū. §. si. nam hic agitur & si vitia non sunt, s. eo ipso, quod non cauet & facit inf. eod. quod si nolit. §. qui mancipia. Accu.

g ILlud. *Non præstet.*] idest non caueat intra certū tēpus, ut, si pecunia sibi soluatur, se mancipiū restituturum, ut sup. eo l. videamus.

h *Ista*] quæ diximus sup. e. l. debet. Accur.

i *Condemnabitur*] cū venditori satisfactum fuerit prius ab emptore s. in cauendo.

K *Liberentur.*] ut & supra e. l. ædiles §. præterea. Accur.

l *Condemnatio autem fit.*] s. emptori.

m *Ea res*] i. pretiū.

n *Accessiones.*] ut ea quæ accessorie dedit mediatoribus, ut sup. eo. l. debet.

o *Impendit.*] pro delictis eius.

p *Horum nomine.*] s. damnorum.

q *Ait Iulianus.*] ut supra eo. l. cum autem. §. Iulianus. & inf. eo. l. quæro. & facit sup. de in diem addic. l. item quod dictum.

r *Restituere.*] sic sup. eo. l. videamus. s. pro delictis eius. Quid si emptor, qui obtinuit non vult vti victoria, an venditor poterit agere? Videtur, quod nō, vt sup. de minor. si iudex.

s ITem si. *Redhibendi.*] i. nomine huius serui, qui modo redhibetur. nam acceperat iudiciū de eo, quod cum alio contraxerat, uel alij debitū fuerat ex delicto. Accur.

t *Iudicium.*] cum cōueniretur noxaliter. Accur.

u *Ex utraque.*] vt s. eo. l. redhibere. §. idē Pomponius.

x *Imputabit.*] officio iudicis. Accur.

y *Comprehendendas.*] scilicet in libello iure actionis, non officio iudicis, ut sup eo. l. ædiles. §. item sciendum.

z *Imputanda*] scilicet venditori, vt ar. supra com. l. in reb. §. possunt & inf. de do. inter vir. & vxo. si id, quod. §. 1

a *Ab ipso*] vēditore.

b *Exigi*] scilicet possunt. ideoque, &c. & sic, qui non exigit, non agit. uel dic, ipsum seruitium, quod non potest repeti.

c *In ministerio*] idest seruitio. Accur.

d *Eius*] emptoris.

e QVod si nolit.] hæc lex melius continuatur cū illa l. illud. in fi. quæ est sup proxi §.

f *Ei*] s. emptori.

g *Non euitabit.*] idest agnoscit. alia ergo euitat.

h *Tenetur.*] etiam si ignorauit furem esse, quia temere asseuerare non debuit, vt sup. de act. emp. l. 1. & l. Iulianus. §. 1. Accur.

i *Hoc in casu.*] quia s. dixi non esse furē. alias si nihil dixisset, non teneretur. ideo, quod dn̄o quandoq. furtum fecisset ut & inf. eo. l. si furtum.

Venditori.

1† *Vl. adhersus eum ad redhibendum iudicium intra duos menses.*

2† *Vl. præstat.*

3† *Vl. præstat.*

4† *Red. hic legit, cuius pecuniæ nomine, &c.*

5† *Alias, officio iudicis imputabit.*

6† *Vl. deest autem.*

7† *Vl. deest, sed.*

8† *Vl. deest, in.*

1 † Iulian. supra.

a Venditori.] vt supra eo. l. & generaliter. & arg. supra de petitio. hæred. l. nisi ex.

b Damni.] quæ, pro vel. & facit, supra, de procu. licet, §. pen. & supra fam. ercis. l. si similiter. Vel proprie. & sic dicas cōpelli omnes consentire, vt & inf. iud. sol. iā tamen, §. si tamen plures. & infra, de leg. j. huiusmodi, §. cum pater. & inf. ea. l. §. prox.

2 † Fl. accessi. i.

c Recepit hominem.] & sic in idit in communionem inuitus, q non debet esse, vt supra, de condi. indeb. l. si non fortem, §. si centum. Accur.

3 † Flor. ist.

d Homo sit.] nota q hæc prætoria est quanto minoris res sit: vt hic, & infrà eodem, ædiles, circa princip. sed ciuilis quanto minoris esset empturus, vt supra, de actio. empti. l. Iulianus, in principio.

e Singulos.] hæredes emptoris. Accur.

f Agere.] ad pretiū.

g Accessiones.] vt vsuras. Accur.

h Recipient.] s. hæredes emptoris.

i Tale sit.] idest tale remanserit aliquid reddendum.

k Negauimus.] vt supra ead. l. §. si plures.

l Consentiunt.] vt supra ead. l. §. si plures.

4 † Florent. quanti.

m Ex dominis.] qui seruum emit.

n Emptoribus.] vel solus partem pretij soluendo, partē r i consequatur. Accur.

o Retinet.] vt sup. de actio. empti. l. Iulianus, §. offerri & sup. eo. illud, in fi.

5 † Flo. sed & fructus accessiones.

p Emit.] scilicet emptoris, vel vnius ex hæredibus.

q Procurator.] vnius ex hæredibus.

r Teneri.] hoc potest intelligi re non integra, quia seruo restitutus sine damno, & pretium redditū est: in inferiori casu res est integra.

s Redhibere.] nisi soluat. Accur.

t Redhiberi.] cum secus in hæreditus emptoris, vt supra ead. l. §. si plures? Respon. quia venditor, qui integrum ius habuit, si conueniatur ab vno, & integrū ius debet recuperare, cæterum

si forte vsusfructus proprietati accreuerit, indubitate hic † quoque restituetur.

¶ Si peculium quæsijt apud emptorem, quid de hoc dicemus? Et si quidem ex re emptoris accreuit, a † dicendum est, apud ipsum relinquendum. si aliunde, accreuit, venditori a restituendum, 3 †

Plures heredes emptoris concordare debent in agendo, vel omnes ædilitoria, vel omnes quanto minoris. hoc primo. Sed ad pretium consequēdum quilibet agit pro parte, & in accessionibus diuisibilib. quilibet pro parte tenetur. hoc secundo. Item quod dictū est in pluribus hæredibus, idem in pluribus dominis vnius seruitutem ementis. h. d. vsque ad §. Pomponius ait.

¶ Si plures hæredes sint emptoris, an omnes ad redhibendum consentire debeant, videamus. Et ait Pomponius omnes consentire debere ad redhibendum, dareque b vnū procuratorem, ne forte venditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, c alij in partem pretij condemnatur, quanto 4 † minoris is homo sit. d

¶ Idem ait, homine mortuo, vel etiam redhibito, singulos e pro suis portionibus recte agere. f pretium autem, & accessiones g pro parte recipient. h Sed & fructus 5 † & accessiones, & si quo deterior homo factus est, pro parte ab ipsis præstabitur, nisi forte tale sit, i quod diuisionem non recipiat, vt puta ancillæ partus, in hoc enim idem seruandum est, quod in ipsa matre vendita, quam pro parte redhiberi posse negauimus. k

¶ Marcellus quoque scribit, si seruus communis seruum emerit, & sit in causa redhibitionis: vnum ex dominis pro parte sua redhibere seruum non posse, non magis (inquit) quàm si cum emptori plures hæredes exstiterint, non omnes ad redhibendum consentiunt. l

¶ Idem Marcellus ait, non posse alterum ex dominis m consequi actione ex empto, vt sibi pro parte venditor tradat, etsi pro portione pretium dabit: & hoc in emptoribus n seruari oportere ait. nam venditor pignoris loco, quod vendidit retinet, o quo ad emptor satisfaciat.

¶ Pomponius ait, si vnus ex hæredibus emptoris, 6 † vel familia eius, p vel procurator q culpa, vel dolo fecerit rem deteriorem, æquum esse insolidum eum teneri r arbitrio iudicis. Hoc autem expeditius esse, si omnes hæredes unum procuratorem ad agendum dederint: tunc enim 7 † si quo deterior seruus culpa vnius hæredum factus est, & hoc solutum est, cæteri familiæ erciscundæ iudicium aduersus eum habebunt, 8 † quia propter ipsum damnum sentiunt, impediunturque redhibere. s

¶ Si venditori plures extiterint hæredes, singulis pro portione hæreditaria poterit seruus redhiberi. t Et si seruus plurium uenierit, u idem erit dicendum. Nam si unus a pluribus, x uel plures ab uno, uel plura mancipia ab uno emantur, uerius est dicere, y si quasi plures z rei fuerint uenditores, singulis insolidum redhibendum: si tamen plures partes emptæ a sint à singulis, b rectè dicetur alteri quidem posse redhiberi, cum altero autem agi quanto minoris. Item si plures c singuli partes ab uno emant, tunc pro parte quisque eorum experietur: sed & si insolidum emant, quisque 9 † insolidum redhibebit. d

¶ Si mancipium quod redhiberi e oportet, mortuum erit: hoc quæretur, numquid culpa emptoris, uel familiæ eius, uel procuratoris, homo demortuus sit. nam si culpa eius decessit, pro uiuo habendus est, & præstantur omnia, 10 † quæ præstarentur f si uiueret. ¶ Culpam g autem 11 † omnē accipiemus, non utique latam. h Propter quod dicēdum est, quamcūque occasionem mortis 12 † emptor præstitit, debere eū teneri, 13 †

vnus ex hæredib. venditoris pro parte tantū conuenitur, quam habuit.

u Venierit.] ab eis.

x A pluribus.] scilicet emit.

y Dicere.] responsio primi casus, scilicet cum vnus emit a pluribus.

z Plures rei.] insolidum venditores.

a Emptæ sint.] ab vno emptore. Accur.

b A singulis.] s. venditoribus seorsum.

c Item si plures.] s. singulariter, & hic est tertio secundi casus.

6 † Flor. desi. emptoris.

d Redhibebit.] ad tertium autem, s. quando vnus ab vno plura mācipia emit, non respondet hic, sed infrà eod. l. cum eiusdem, & l. seq. & l. si plura, & l. penult.

e Redhiberi.] contra. C. eod. l. fin. sol. vt dixi supra eod. l. redhibere, §. fin.

7 † Flo. tūc & si quo.

f Præstarentur.] si viueret. hoc potest intelligi, cum venditor admittit emptorem agentem redhibitoria, licet eius culpa perierit seruus. præstabitur enim venditori æstimatio serui. & restituentur accessiones, & damna in seruum ab emptore, & eius familia data, vt suprà eo. cum autem, §. Iulianus, & §. pen. & l. ædiles etiam. sed si malit venditor repellere emptorem, quia seruum non restituit, est enim sua culpa mortuus, potest, vt sup. eo. ædiles etiam, §. ordinem & l. illud, primo respon. & inf. eo. l. si hominē emptum, in fine. & l. si tamen, §. respon.

8 † Fl. habent.

g Culpam.] ideo generaliter dixi de culpa emptoris, quia nō tantum latam, sed etiam leuem præstat, non leuissimam, vt inf. de leg. j. si seruus leg. §. cum quidam.

9 † Fl. vnusquisque.

h Latam.] scilicet tantum.

Adhibuit

10 † Dum. e omnia.

11 † Fl. desi. autem

12 † Fl. mor.

13 † Fl. des. fuerit.

etiam si non adhibuit * medicum, a ut sanari possit, vel malum adhibuit, sed culpa sua. Sed hoc dicemus, b si ante iudicium acceptum decessit. Cæterum si post iudicium acceptum decessisse proponatur: tunc in arbitrium iudicis veniet qualibet mortuus sit. Vt enim & Prædio videtur, quæcumque post litem contestatam contingunt, ea arbitrium iudicis desiderant.

¶ Quod in procuratore diximus, idem & in tutore, & curatore dicendum erit, cæterisque, qui ex officio pro alijs interueniunt. & ita Pædius ait, & adijcit, quibus administratio rerum 2 † permissa est, eos culpa abesse præstare non iniquè c dominum cogi.

¶ Idem Pædius ait, familiæ appellatione, & filiosfamilias demonstrari. d facta enim domesticorum, redhibitoria agentem præstare voluit. e

¶ Si quis egerit quanto minoris propter seruũ fugam, deinde agat propter morbũ, quanti fieri condemnatio debeat? Et quidem sæpius agi posse quanto minoris, f dubium non est. Sed ait Iulianus id agendum esse, ne lucrum emptor faciat, & bis eiusdem rei æstimationem consequatur. g

¶ in factum actio competit ad pretium recoperandum, si mancipium redhibitum fuerit; h in qua non hoc quæritur, an mancipium in causa redhibitionis fuerit, sed hoc tantum, an sit redhibitum, nec immeritò. Iniquum est enim, postea quam venditor agnouit, recipiendo i mancipium esse id in causa redhibitionis, tunc quæri vtrum debuerit redhiberi, an non debuerit, nec de tempore quæritur, an intra tempora redhibitum 3 † esse videatur.

¶ Illud planè hæc actio exigit, vt redhibitum. cæterum nisi fuerit redhibitum, deficit ista actio, etiam si nudo consensu placuerit, vt redhibeatur. Conuentio k ergo de redhibendo non facit locum huic actioni, sed ipsa redhibitio.

¶ Restitui l autem debet per hanc actionem m etiã, quod ei n seruo in venditione accessit.

¶ Quia assidua * est duplæ stipulatio, idcirco placuit etiã ex empto o agi posse, si duplæ 3 † venditor mancipij p non caueat. Ea enim, quæ sunt moris, & consuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debent venire. q

¶ Qui mancipia vendunt, nationem r cuiusque in venditione pronunciare debent. Plerumque enim natio serui, aut prouocat, aut deterret emptorem. idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptum etenim est * quosdam seruos bonos esse, quia nationis 4 † sunt non infamatæ: s quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Quòd si de natione ita pronunciatum non erit, iudicium emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinebit, dabitur, per quod emptor redhibeat mancipium. t

¶ Si quid ita venierit, vt nisi placuerit, intra præfinitũ tempus redhibeatur, ea conuẽtio rata habetur. si autem de tempore nil conuenerit, in factum actio intra lx. dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum: vltra non. Si verò conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, puto hanc conuentionem ualere. Item si tempus lx. dierum præfinitum redhibitioni præterierit, causa cognita iudicium dabitur.

¶ In causæ autem cognitione hoc versabitur, si aut mora fuit per venditorem; aut non fuit præsens, cui redderetur; aut alia 5 † iusta causa intercessit, cur intra diem redhibitum mancipium non sit, quod u

a Adhibuit medicum] hoc est optimũ arg. contra illos emptores, qui de euictione agũt, vt repellantur si malos habuerũt aduocatos, maximè cũ medicus mortale vulnus sanare non possit: patronus verò pessimã causam potest facere videri bonam. Itẽ arg. similiter contra hæredem, qui testatori nõ adhibuit medicũ, vel malum adhibuit, vt priuetur hæreditate, vt inf. de verb. obl. si seruum stipulatus fuero & inf. de his, qui. vt indig. l. indignum.
b Sed hoc dicemus] vt necessarium sit propositionẽ: sed post. lit. contest. iudicis officio expeditur, vt sup. e. l. ædiles, §. ita si. iendum
c Non iniquè] vt non liberetur etiam cedendo actionem: licet alibi sit contrà vt sup. de tribu. act. l. 3. & sup. de act. emp. l. Iulianus, §. idẽ Iulianus. & supra. de pecu. l. in summa, §. si dolo vi i seruus erat deterior futurus, etiã non est a venditione. vt sup. e. l. ædiles &c. § sed notandum, & §. Pædius. sed aliàs ex delicto procuratoris gñalis non tenetur dñs: hic tñ est, quia agit, & rescindit contractum: nam sæpe conuenti consequimur, quod non consequimur agẽdo. vt suprà, de compẽd. si cum filio. Azo.
d Demonstrari] vt & sup. e. ædiles, § j. Acc.
e Voluit.] s. Pædius, vt sup. eo. l. j.
f Minoris] s. pretij, vt sup. eo. l. j.
g Consequatur.] vt & j. titu. j. l. quia dñ. & ar. j. eo. tit. l. cum fundus, & j. de act. emp. l. ex empto, § idẽ ait. & j. de reg. iur. bona fides & arg. C. de episcop. & cler. omnes, qui §. præterea cum in prouincijs vbi dicitur, quod duabus afflictionibus non debent clerici affligi. sic & j. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis, § cum autẽ, & §. quid ergo.
h Redhibitum fuerit.] extra ius, & idem si in iure: sed non retinuit rem, donec reha beret pretium, quod facere potest, ut suprà eod. uidemus.
i Agnouit recipiendo.] quod quis recipiendo agnouit, postea improbare non potest, ut hic, & inf. de acc. & excu. mu.
t Mancipium.] licèt aliàs non sit in causa redhibitionis, ut suprà eo. l. si uenditor, de his.
u Non sit, quod] s. mancipium.

l. pen. §. fi. & sup. de pos. l. si hominem. §. quoties & C. ad leg. Cor. de fal. ipse significàs. & inf. ad l. Iul. de adult. si vxor. §. fi. & sup. de interiu. nam & posteà, §. j. Accur.
k Conuentio] quid si ex ea conuentione detur actio? Videtur quod debeat haberi pro eodem, ac si redhibitum fuisset, vt argu. contrà. C. ad le. Falc. l. fin. Accur.
l Restitui.] venditori. & sic cõuerti videtur.
m Per hanc actionẽ.] s. in factũ, & nihilominus per action. ex vẽdito, vt su. eo. cum autem, in princ. in fi. s. respõ. ergo emptori dabitur ex emptio ad pretium, & in factũ nihilominus, vt in superiori casu. Accur.
n Quod ei] redhibito, etiam sine iudice.
o Ex empto]vel si vult potest redhibere, vt sup. eo. l. si uenditor. Accurs.
p Mancipij.] alterius enim rei venditor duplam promittere ex hoc edicto non compellitur, secundũ R. & dic. aueri, s. seruũ nõ esse in aliqua earum causarum, quæ inducunt redhibitionem. cauet enim de dupla quasi uideatur euinci per vitium, ut j. e. l. quarto. § j. & ij. unde ad similitudinem uere euictionis præstatur euictio nec dic speciale in seruo, licet R. dixerit.
q Venire.] moris autem est, & consuetudinis in his contractibus de dupla cauere: præsertim si res pretiosa sit, ut j. eo. si tamen. § si quæ seruanda est: ut hic, & sup. fam. erc. l. qui erat. & sup. de pign. act. si pignore, § fin. & inf. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. placuit. & inf. ti. j. l. ij. & l. si fundus. & C. loc. l. circa.
r Nationem.] s. ex quo patre, & matre natus sit: siue de qua progenie seruorum est.
s Non infamatæ.] sæpe solet 1 similis filius esse patri. & illud: Non potest arbor mala bonum fructum facere.

Arg. hoc, & Alex. in l. si à hostibus, & sol. matr. istum text. tenetur in merorem de corpore iniri ad hoc propositũ, quod quem admodũ maritus priuatur lucro propter medicum non adhibitum uxori agrotæ, ita etiam priuetur, si malum adhibet medicum. Bal. leg.

2 † Flor. vitium, culpam abesse præstare.

3 † Fl. redhibitis. & inf. l. fi.

* Est hic glo. quæ est necessaria suo tex. ad hoc, quod contractus dubij recipiunt modum, & formam à cõsuetudine. Bolog.

3 † Fl. duplæ.

* Hoc pertinet, quod Aristot. 3. Polit. c. 10. ait, natiões aliàs alijs seruiuiles pluresse esse. quod & in orat. de prou. consul. Cicero probat.

4 † Fl. nationis sunt non infamatæ.

a Hæc gl. dicto tex. sunt ibi, præsumptum. not. quod ar. sũptum per locum à præsumptione, valet. idem no. quod qui nascitur, ex bonis parentibus, præsumitur bonus, ex malis malus vide per O. dof. i l. j. su. de iusti. & iu. & lo. de Pla. in proœm. Inst. in §. quarum.

5 † Flor. aliquas.

Ai.

cit a magis a displicuerat.

¶ In his c autem actionibus eadem erunt obseruanda, quę de partu, fructibus, accessionibus, quęque de mortuo redhibendo dicta sunt. d

¶ Quod emptioni accedit, partem esse venditionis prudentibus visum est.

Caius li. 1. ad edic. ædi. cur.

LEX XXXII.

Itaque sicut superius e venditor de morbo f vitiove, & cæteris, quæ ibi comprehensa sunt, prædicere iubetur, & præterea in his causis non esse mancipium, vt promittat, præcipitur, ita & cum accedat alij rei homo, eadē & prædicere, & promittere cōpellitur. Quod non solū hoc casu intelligendum est, quo nominatim adijcitur accessurū fundo hominem Stichum, sed & si generaliter g omnia mancipia, quæ in fundo sunt, accedant venditori.

Vlpi. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXXIII.

Proinde Pomponius ait iustā causam esse, vt quoque in venditione accessurū esse dictum est, tā integrū prestetur, quam illud præstari debuit, quod principaliter uenit. Nam iure ciuili, vt integra sint, quæ accessura dictum est, 1 † ex empto actio est, h veluti si dolia fundo accessura dicta fuerint. Sed hoc ita, si certum corpus accessurum fuerit dictum. Nam si seruus cum peculio venierit, ea mancipia, quæ in peculio fuerint, sana esse præstare uenditor non dēt, quia non dixit certū corpus accessurum, sed peculium tale. 2 † Et quēadmodum certam quantitatē peculij prestare non dēt, ita nec hoc. Eadē ratione 3 † facere Pomponius ait, ut ēt si hæreditas, aut peculium serui venierit, locus edicto ædilium non sit circa ea corpora, quæ sunt in hæreditate, aut peculio. Idem probat, & si fundus cum instrō venierit, & in instrumento mancipia sint. Puto hanc sententiam uerā, 4 † nisi si aliud specialiter actum esse proponatur. ¶ Si uendita res redhibeatur, seruus quoq; q ei rei accessit, i licet nullū in eo vitium sit, redhibetur.

Africanus li. 6. Quęstionum.

LEX XXXIIII.

Cum eiusdē generis plures res k simul ueneāt (veluti comœdi, l uel chorus m) referre ait, in uniuersos, an in singulos pretiū constituatur, vt scilicet interdum una, interdum plures uenditiones contractæ intelligantur. Quod quæri, n 5 † uel cōtinere ait, ut si qs eorū forte morbosus, aut uitiosus sit: uel oēs o simul redhibeātur p interdū & si in singula capita pretium constitutum sit, tā una emptio est, q ut propter

a *Ei.*] scilicet emptori.

b *Magis*] valde. & facit ad hunc §. supra de rescind. vēd. si conuenerit.

c *In his*] in hac actione in factum.

d. *Dicta sunt.*] de partu habuimus sup. eo. §. ij. de fructibus, & accessionibus habuimus sup. eo. cū autem § pe & fin. & l. illud. §. condemnatio. & l. debet. de homine verò mortuo habes sup. ea. l. §. idē ait homine. & §. si mancipium. & facit 3. e. l. ædiles §. loquūtur, quæ ergo in prædictis legibus de prædictis dicuntur, circa redhibitoriam, & circa hāc in factū dicenda sunt, vt hic dicit.

e *Itaq; Superius.*] vt sup. ea. l. §. ait. Accur.

f *Morbo*] scilicet rei principalis. Et sic nota hic, quod ea præstantur in accessorio, quæ in principali, vt sup. de act. emp. l. fundi. & l. ex empt. §. si quęrē & inf. l. prox. in si. Acc.

g *Generaliter.*] dictū sit accedere. Sed contra inf. l. proxim. Sol. illa corripitur, vel hic seruorum facta est mentio, licet proprium nomen cuiusque non sit propositum. ibi nec appellatiuum, nec propriū fuit propositū, secundum Azo.

Proinde.] CASVS. Vendo fundum, & dico accedere mācipia, quæ in eo sunt. teneor prædicere vitia pro his accessorijs ac si nominatim hæc mancipia venderem. & hoc probat ad instar actionis ex empto ciuilis, quæ datur, vt integra sint, quæ accedere fundo dicta sunt. Secundo dicit hæc sunt vera, si hæc accessio fuit in statuis emp ... Si aūt vēdo seruum Stichū cū peculio, & in peculio sunt vicarij vitiosi, non si teneor. Idē si vēdo hæreditatem, in qua sunt vitiosi, & fundi cum instrumento, in quo sunt mancipia vitiosa. nō enim teneor de his vitijs. Vevianus.

h *Ex empto actio est.*] vt supra de act. empt. l. quicquid. & penult. §. fin. j. respon. Sed in seruo, de quo subijcit, e contra sup. l. proxim. sol. vt ibi. Et no. hic, quod refert an expressit, vel non, vt supra eo. si quid venditor. in fin. & inf. ti. l. serui venditor. Accurs.

i *Accessit.*] propter rem principalem uenditam, & accessoria semper redhibetur, vt hic. si autem neutra fuerit accessoria, distinguitur vt inf eod l. seq.

Cum eiusdem] CASVS. Vendidisti mihi quatuor seruos, quoniam simul ludebant, vel cantabant, quæritur, an propter vnius vitium alij redhibeantur? Distinguitur: aut unum pretium est simul pro omnibus constitutum, & tunc una est venditio, & pro unius uitio alij redhibentur, aut in quolibet fuit statutum suum pretium, & tunc plures sunt venditiones, & propter vnius vitium alij non redhibentur, nisi sit certum emptorem alios sine isto non emisse, vel venditorem hunc sine alijs non vendidisse, tam tunc si in singulis suum pretium sit constitutum, propter vnum alij redhibentur. Vivianus.

k *Plures res.*] principaliter. Accurs.

l *Comœdi.*] qui pariter recitāt comœdias vnus cantando, alter succinendo, vel respondendo.

m *Chorus.*] Chorus hic ponitur pro numero personarum ad psallendum destinatarum cum instrumēto quodam, quod dicitur chorus. & sic accipitur inf. de leg. iij. si chorus, quandoque ponitur pro mensura: quandoque ponitur pro loco, & ordine, quādoq; pro vento. vnde dicitur. Cantat dulce chorus, bacchatur flamine chorus. Est mēsura chorus, locus & ordo chorus.

n *Quod quæri*] i. quę quæstio pertinet etiam ad id, quod nunc sequitur.

o *Omnes*] cum confusè est pretium constitutum. tunc enim redhibentur omnes si velit emptor, vel venditor etiam, quia alter non vult respōdere nisi redhiberentur omnes, vel si vterque admittat, in solo morboso procedat, vt infra eod. si plura & l. pen. Videtur tamen contra inf. e. ædiles aiunt §. si. vnde in his distingue, vtrum vendantur res eiusdem generis, idest officij an non. si eiusdem generis, similes, vtrum in singulis pretium constituatur an confusè in omnibus. in primo casu non redhibetur vnū ppter aliud, nisi emptor vnum sine altero non erat empturus, quod ex affinitate rerum, vel personarum probari potest, vt inf eadem l. in si. & inf. l. prox. in secundo fit omniū redhibitio, vt hic, vtriusque tamen voluntate agi potest ad vnum, vt inf. e. si plura, ubi autem plures res vendantur, quia non sunt eiusdem officij, propter vnum non redhibentur cæteri, vt inf. eo. ædiles aiunt §. fin. & hoc cum neutra est alteri accessoria. si autem vna alij accedat, propter principalem redhibetur accessoria vt sup. l. proxim. in fin. sed propter accessoriam non redhibetur principaliter vendita, nisi in casu vt propter ornamenta, vt inf. e. ædiles. j. respon. redhibētur autem accessoria, si accesserint expressim, nō solū vniuersitatis appellatione, vel velamento, vt supra eo dem, quod si nolit. §. vltimo. & l. itaque. & l. proinde.

p *Redhibeantur.*] si autem in singulis, unus redhiberi posset, etiam sine cæteris; nisi ut sequitur.

q *Vna emptio est.*] quo ad hoc sic, & infra de donat. inter vir. & vxor. l. si id, quod. §. si ex. 2. & supra de contrah. empt.

1 † Fl. fuerit.

2 † Duo ... præstare oportere, & quemadmodum eādem rationē.

3 † Fl. eandē rationem.

4 † Verum.

5 † Fl. quod vel ei. quæri pertinere, vt si quis.

empt.l. si duos & inf.e. ædiles. §.iumenta.'& §.'cum autem.& §.si so te si ergo in hoc casu vbi sunt plures emptores,& vnus poterit redhibere, alter abstinere, ut hic innuit,& argument.supra de mino.l.tutor.& infra de solu.si quis alienam. Accur.

a *Redhiberi.*] licet in singulis pretiũ singulariter sit constitutũ.

b *Vel debeant.*] vel, pro,&.

c P*Lerumque.*] hæc lex dicit idem, quod superior, adijciendo exempla.

d *Redhibentur.*] etiã si pro singulis sit pretium constitutum.

e *Ratione offensæ.*] idest, quæ de pietatis ratione est,uel rationabile est.

f *Maluerint.*] s.emptores.

g *Coniunctas.*] maritũ & vxorem.

h *Oportet.*] s.vt non separentur huiusmodi personæ: sed propter vnũ alia redhibentur vt hic,& C. communia vtriusque iudi. l. possessionem.& infra de fun.instr.l. quæsitũ. §. 3. & infra eod. ædiles.in fi.& inf eo. l.hi enim. Accur.

S*I plura.*] C A S V S Vendidisti mihi quatuor seruos comœdos,propter vitium vnius ago redhibitoria de consensu venditoris* pro eo solo. quæritur an in repetitione pretij debeat ei plus æstimari, quam cæteri, qui apud me remanent, sint depretiati? Resp. sic, si vno pretio pro omnibus simul constituto emit, alioquin non. Viui.

i *Ædilitia,*] idest redhibitoria. nec ob. quod sup. dicitur oẽs redhibendos propter vnius vitium:quia hi emptor, & uenditor, consentiebant, ne cæteri redhiberentur. vel dic quanto minoris æstimatoris agi. prima verior est. Viuianus.

k *Pro bonitate.*] cæterorum collatione facta,ut inf.e.l.pe & l.cum in ea.§. fin. & l.ædiles.§.si forte. Accur.

l *Æstimatio.*] ut si colligatur pretium uitiosi,ut inf. e.l. Labeo Accur.

P*Racipiunt.*] C A S V S. Venditores seruorum consueuerunt dicere nouitium seruum, quem vendunt, ut facilius inueniant emptorem, non meliores sunt nouitij, quia magis conformant se ad mores emptoris quam veterani & sic decipiunt emptores quod ut non fiat, præcipiunt ædiles. Viuia.

m *Præcipiunt ædiles ne.*] In quibusdam uerbis edicto superiori adiunctus,quæ non habemus h. c.

n *Veterator.*] qui inueteratus est in aliquo ministerio.vel li,& malitiosus,ut inf.eo.l. si n. §. si.

vnius vitium omnes redhiberi a possint,vel debeant: b scilicet cum manifestum erit, non nisi omnes quem empturum,vel venditurum fuisse, vt plerumque circa comœdos vel quadrigas, uel mulas pares accidere solet, ut neutri non nisi omnes habere, expediat.

De connexis idem est iudicium,& quod in uno disponitur,& in alio.h.d.& adde quod not. infra de dona.inter vir. & vxo. l. si sponsus.§. si maritus.

Vlp.lib. 1 ad edic ædil.curu.

LEX XXXV.

PLerumq; c propter morbosa mancipia etiam nõ morbosa redhibentur, d si separari nõ possint sine magno incommodo, vel pietatis ratione 1 † offensæ. e Quid enim si filio retento parentes redhibere maluerint, f vel contra? Quod & in fratribus, & personas contubernio sibi coniunctas g obseruari oportet. h

Pomp.lib.23.ad Sabinum.

LEX XXXVI.

SI plura mancipia vno pretio venierint, & de uno eorum ædilitia i actione utamur: ita demum pro bonitate k eius æstimatio l fiet, si confuse vniuersis mancipijs constitutum pretium fuerit, quod si singulorum mancipiorum constituto pretio,uniuersa tanti uenierint, quantũ ex consummatione singulorum fiebat:tunc cuiusq; mãcipij prætium, seu pluris, seu minoris, id est consequi, 2 † debemus.

Vlp.li.1.ad edic.ædil cur.

LEX XXXVII.

PRæcipiunt ædiles, m ne ueterator n .* pro nouitio ueneat, & hoc edictum o fallacijs uẽditorum occurrit. Vbique.n. curant ædiles, ne emptores a uenditoribus circumueniantur.ut ecce plerique solent mancipia,'quæ nouitia non sunt, 'quasi nouitia distrahere, ad hoc,s ut pluris uẽdãt Præsumptum est.n. ea manicpia,quæ rudia sunt simpliciora esse, & ad ministeria aptiora,& dociliora, & ad oẽ ministerium habilia:trita uero mancipia,& ueterana difficile esse reformare, p & ad suos mores formare.quia igi venalitiarii q * sciunt facile decurri ad nouitiorũ emptionẽ, idcirco r interpolant, r ueteratores, & pro nouitijs uendunt,quod ne fiat,hoc edicto ædiles denunciant: & ideo si quid ignorante emptore ita venierit,redhibebitur. s

Caius li.1.ad edi.ædi.cur.

LEX XXXVIII.

AEdiles aiũt: * Qui iumẽta uendunt, palã recte dicant, 3 † quid in unoquoque eorũ morbi vitiiue sit, vtiq; t optime ornata u vendendi cã fuerint,ita emptorib. tradantur. x 4 † Si qd ita factũ y nõ erit,de ornamẽtis restituẽdis, iumẽtisve ornamentorũ noĩe redhibẽdis, in dieb. 60. morbi aũt vitijve causa inemptis faciẽdis,in sex mẽsib.uel quanto 5 † minoris cũ venirẽt fuerint,in anno iudiciũ z

o *Et hoc edictum.*] verba Vlpiani.

p *Reformare.*] id frugem melioris vitæ.

q *Venalitarij.*] idest venditores seruorum, ut & accipitur.sup.man.l.mandatum.

r *Interpellant.*] alias interpellant, alias interpolant, i. obscurant: puta condendo eos, & balneãdo,& impingurando, vt iuuenes videantur, sic & ponitur sup. de contrah.empt.l. Labeo si vestimenta.

s *Redhibebitur.*] fortè intra 60.dies:arg.i.sup. eod. l si uenditor de his & l. quod si nolit §.si quid ita venierit. secundum Ale.

t A*Ediles.Vtique.*] quæ pro,&,uti pro sicut.

u *Ornata.*] vt sella,& freno,& similibus ornamentis.

x *Tradantur.*] nisi fuerint] excepta.

y *Factum non erit.*] i. si aliquod fuerit ornamentũ causa vẽdendi appositũ, & illud nõ sit emptori traditũ & secũdũ hoc dic restituẽdis,i. emptori dandis & quod subijcit,iumẽtisve, &c. est aliud dictũ, quando.s essent data ornamenta cum iumentis & uitiosa quo casu propter vitiu accessorij etiam principale redhibetur, ut dicit hic, quod est mirabile & his duobus casib.s.vt ornamẽta dentur,vel iumẽta redhibeantur occasione ornamentorum, agitur intra 60.dies tantum, vt hic dicitur h.c, & als.s; l. si redhibitio fit facta iure iudicis, agitur a l pretium reddit: ẽdũ intra 60. dies: vt sup.e. quod si nolit §. in factum & §. illud. & §.restitui. Itẽ si nõ pronũciauit venditor de natione,ut sup eo. l.quod si nolit § qui mãcipia. Itẽ si nõ cauet de his, quæ iubẽt ædiles vt sup.e.l. si uẽditor. Itẽ si res fuerit vendita eo pacto, qd nisi placuerit, reddatur & non fuerit appositũ tempus intra,quod placeat,vel nõ vt sup.eo.quod si nolit.§. si quid ita venierit & § item si tempus. Item si non pronunciauit de vitijs nam licet nõ sit vitiosum,redhibeatur tñ ut uitiosum si non pronũciauerit uitia,secundũ quosdã,ut sup.e.l. §. 1 in prin. & §. itẽ si quod mancipiũ. & l.itaque. Sed cõtra est ad hũc ultimũ casum inf.e.si tñ.§.ei vbi non pronunciat,& tñ non agitur. Dic ergo tu satis esse,si caueatur in his uitijs nõ esse mancipiũ,ut in l.illa.sup e.itaq;, & ita pronunciet abesse uitia, & non adesse. nam quare pronunciaret vitia adesse,quæ absunt.sed aliud est in natione, quam dicere debet,sed in dicto contrario.l.si tamen.§ ei.licet non pronunciauerit,fecit tamen, quod tantundem valuit. Accur.

z *Iudicium.*] in factum.

1 † Flor. vel ad pietatis rationem offensam.

2 † Flor. sequi.

* Is est, qui anno uno in vrbe seruijt l. meridũ inf. de publica.

* Qui & mangones proprie dicuntur non mercatores.

* Hanc & alias huius edicti partes explicat Alex. ab Alex. li. 4. geniaq. dier. c. 4. & similes ferè leges refert Var. lib. 2. de re rust.

3 † Fl. dicant, quid in quoque eorum.

4 † Flor. tradentur.

5 † Flor. quo.

Redhibeatur.

dabimus. Si iumenta paria simul venierint, & alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, iudicium dabimus, quo utrumque redhibeatur. a

Loquuntur ædiles in hoc edicto de iumentis redhibendis. Causa autem huius edicti eadem est, quæ & mancipiorum redhibendorum, & ferè b eadem sunt in his, quæ in mancipiis, quod ad morbũ vitiumve attinet. Quicquid igitur illic 1 † diximus, huc erit transferendum, & si mortuum fuerit iumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum mancipium c potest.

Iumentorum autem appellatione, an omne pecus contineatur, videamus. & difficile est, ut contineatur. nam aliud significat iumentum, d aliud significatur pecoris appellatione: e idcirco f elogium g huic edicto subiectũ est, cuius uerba hæc sunt. Quæ de iumentorum sanitate diximus, de cætero quoque pecore omni uenditores faciant. 2 † Vnde dubitari desiit, an hoc edicto boues quoque contineantur, etenim iumentorum appellatione nõ contineri eos verius est: sed pecoris appellatione continebuntur.

Sed n. sunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in iumentis non adeo ut puta si mulus castratus est, neque morbi h neque vitij i quid habere videtur: quia neque de fortitudine quid eius detrahitur, neque de utilitate, k cum ad generandum nũquam sit habilis.

Cœlius quoque scribit, non omnia animalia castrata ob id ipsum vitiosa esse, nisi propter ipsam castrationem facta sint imbecilliora, & ideo mulum non esse uitiosum. Idem refert Ofilium existimasse equum castratum l sanum esse, sicuti spado m quoque sanus est. Sed si emptor ignorauit, uenditor sciuit, ex empto n esse actionem. & verum est, quod Ofilius ait.

Quæsitum est, si mula talis sit, ut transiungi o non possit, an sana sit. Et ait Pomponius sanam esse: plerasque denique carrucharias tales esse, ut non possint transiungi. Idem ait, si nata sit eo ingenio, aut corpore, ut alterum p iugum non patiatur, sanam non esse.

Non tantum autem ob morbum q vitiumve r redhibitio locum habebit in iumentis: verum etiam si cõtra dictum promissumve sit: erit locus redhibitioni, exemplo mancipiorum. f

Vendendi autem causa ornatum iumentum videri Cœlius ait, non si sub tempus t venditionis, hoc est biduo u ante uenditionem, 3 † sed si in ipsa uenditione ornatum sit, aut ideo x inquit x, ut 4 † venale cum esset, sic ornatum inspiceretur, semperque cum de ornamentis y agitur, z & in actione, a & in edicto adijciendum 5 † est. Vendendi causa ornata ducta esse, poterit enim ornatum iumentum itineris causa duci, deinde uenire. b

Si plura iumenta venierint: c non omnia erunt redhibenda propter unius ornamentum. d Nam & si uitiosum sit unum iugum, non tamen propter hoc cætera iuga redhibebuntur.

Si forte iugum mularum sit, quarum altera uitiosa est, non ex pretio tantum uitiosæ, sed ex utriusque erit cõponendum quanto 6 † minoris sit. Cum enim uno pretio e utræque uenierint, non est separandum f pretium, sed quanto minoris cum ueniret utrumque fuit, non alterum, g quod erat vitiosum.

Cum autem iumenta paria ueneunt, edicto expressum est, ut cum alterum in ea causa sit, ut redhiberi debeat, utrũque redhibeatur. in qua re tam emptori, quam uenditori consulitur, dum iumenta non separantur. Simili modo, & si triga uenierit, h redhibenda erit tota, & si quadriga, redhibeatur. Sed si duo paria mularum sint, & una mula vitiosa sit, vel par: solum

a *Redhibeatur.*] etiam non morbosum propter morbosum, ut s. eod. cum eiusdẽ. & l. plerũque, & l. si plures.
b *Fere.*] fere dicit propter seruos, qui non redhibentur propter vitium animi, ut in fugitiuo, & errone: secus in iumentis, ut s. eo. l. j. §. fin. & l. ij. iij. & iiij. j. respon. & inf. eo. bouem. j. resp. vel fere dicit propter id, quod est infra ead. l. §. sed enim, & facit, quod no. infra ead. l. §. non tantũ. Accur.
c *Mancipium.*] ut & sup. eo. quod si nolit. §. idem ait hominem, & §. si mancipium, & § pen. inf. eo. si hominem, in fi. Acc.
d *Significat iumentum.*] idest hoc nomen iumentum.
e *Appellatione.*] vere aliud est, quia hoc nomen pecus est genus, uel totum, aliud est pars, siue species, nã omne iumentum est pecus. & hoc innuit ibi, de cætero pecore, &c. sed non oĩa pecora sunt iumenta.
f *Idcirco.*] quia non omnia animalia iumentorũ appellatione continentur.
g *Elogium.*] i. sermo gñalis omnia animalia comprehendens.
h *Neque morbi.*] in corpore. Accur.
i *Neque vitij.*] in animo.
k *De utilitate.*] sed aliud in hoĩe, ut sup. eo. l. fin. autem quis.
l *Castratum*] id est castratum, ut ... isse ... a sequent.
m *Spado.*] sequus.
n *Ex empto.*] sciuit, ut sup. de act. emp. l. ex empto §. si quis virginẽ. cum alias nõ erat empturus: nec enim ob id uitiosum, uel morbosum est, ut agatur ex hoc edicto.
o *Transiungi.*] puta a dextra tantum, uel a sinistra tantum sustinet, & quodlibet iugũ dicit, & quodlibet plaustrum: sed transiungi, idest ex utraque parte iungi diuersis temporibus non potest.
p *Vt alterum.*] nisi unum, Azo. uel dic, quod uult facere differentiã, an ex accidenti habeat hoc uitiũ, ut sup. proxi. an ex natura, ut hic, & in hoc dic iugũ alterũ. i. transiũge non patitur quod dicit, uel propter uitiũ corporis, quod patiẽ ab vna parte, uel quia naturale fuit in ea a principio uitiũ, quod non potuit sustinere nisi ex una parte, secus si accidentale fuit uitiũ animi, ut supra dixi corporale, siue accidentale, inducit redhibitionẽ uel dic, alterum, i. neutrum.
q *Ob morbum.*] scilicet corporis. Accur.
r *Vitiumve.*] scil. animi, ut & ibi. s. eo. l. bouem, in princ. aliter accipitur sup. eod. l. j § j.
f *Mancipiorum.*] quæ redhibentur etiã propter animi uitia, si fuerint dicta abesse, ut sup. e. l. ob quæ. §. animi autem uitium.
t *Sub tempus*] subaudi. tunc temper.
u *Biduo.*] epete si.
x *Inquit.*] Cælius.
y *Cum de ornamentis.*] cum de ornamentis agitur, semper adijcitur hoc uerbum, scilicet uendendi causa.
z *Agitur.*] idest tractatur.
a *In actione.*] s. ex empto, uel in factum. uel ponitur pro eodem, i. in actione, quæ est edictum. Accur.
b *Deinde venire.*] & ita non habebit locũ edictum.
c *Venierint.*] pretio in singulis constituto alioquin ʒ, sup. e. l. cũ eiusd. quæ est ʒ. Vel hic non agebat redhibitoria, sed quanto minoris, ut hic dr, quod non placet. Vel aliud in actione redhibitoria, quæ datur propter morbum, ut ibi, aliud in actione in factum, quæ datur propter ornamenta, ut hic. uel hic non erat eiusdem officii. Accu.
d *Ornamentum.*] qđ nõ vult dare vẽditor.
e *Vno pretio*] i. vna summa ex pretio singulorum collecta, ut supra eod. l. si plura, in princ. Accur.
f *Separandũ*] & ideo nec separatim colligenda summa, ut hic, & sup. ad leg. Aquil. proinde, §. j.
g *Non alterum*] quanto minoris fuit alterum tantum.]
h *Venierit.*] in hoc differt a ciuili. Accur.

1 † Flor. hic.
2 † Flor. venie bunt.
3 † Dua. vin dit. ornatum sit; sed si in.
4 † Fl. desiit, ut.
5 † Flor. adiiciendum.
6 † Flo. quanti. & no secundũ Bal. quod ver. compensare ponitur pro soluere & adde aliam tex. hoc termino ... in c. i. § si qs aliquem, de pace tener. in vsi. feud.

par redhibebitur, a alterum non. Si tñ nondum sint paria constituta, sed simpliciter quatuor mulæ uno prætio b venierint: vnius erit mulæ redhibitio, non omnium. Nã & si polia c uenierit, dicemus vnum equum, qui vitiosus est non omnem poliam redhibere oportere. Hoc & in hominib. dicemus, pluribus d vno pretio distractis, nisi si separari non possint, vt puta si tragœdi, vel mimi.

Pau. li. 1. ad edi. ædil. cur.

V LEX XXXIX.

VEl fratres e (sint.) 1 †

Vlp. li. 2. ad edic. ædil. cur.

LEX XL.

HI enim non erunt separandi.

¶ Deinde aiunt ædiles. (Ne quis canem, 2 † verrem, uel minorem aptum.) lupum, vrsum, pantheram, leonem.

Pau. li. 2. ad edi. ædi. cur.

LEX XLI.

ET generaliter, aliudve qđ noceret animal, siue soluta sint, siue alligata, ut contineri vinculis quo minus dãnum inferant, non possint.

Vlp. li. 2. ad edi. ædil. cur.

LEX XLII.

QVa uulgo inter fiat, 3 † ita habuisse uelit, ut cuiquam nocere, damnum vedare possit. Si aduersus ea factum erit, & homo liber ex ea reperierit, solidi * ducenti præstabuntur. 4 † si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonum, & æquum iudici uidebitur, condemnabit: 5 † cæterarum rerum quantum 6 † damnum datum factumue sit, dupli. g

Pau. li. 1. ad edi. ædil. cur.

LEX XLIII.

BOuem qui cornu petit, vitiosum h esse plerique dicunt, item mulas, quæ persundant. i 7 † Ea quoque iumenta, quæ sine causa turbantur, & semetipsa eripiũt, vitiosa esse dicuntur. ¶ Qui ad amicum domini deprecaturus confugit, non est fugitiuus, K immo etiam si ea mente sit, ut non impetrato auxilio, domum non reuertatur, nondum fugitiuus est, qa non solum consilij, sed & facti fugere l 8 † est.

Qui persuasu alterius a domino recessit, fugitiuus est: licet id non fuerit facturus citra consilium eius, qui persuasit. m

¶ Si seruus meus bona fide tibi seruiens fugerit, n vel sciens se meum esse, uel ignorans, fugitiuus est, nisi animo ad me reuertendi id facit. 9 †

Mortis consciscendæ causa, sibi facit. o qui propter nequitiam, malosque mores flagitium ve aliquod admissum, mortem sibi consciscere uoluit, nisi 10 † dolorem corporis non sustinendo id fecerit.

¶ Si quis seruum emerit, & rapto eo, ui bonorum raptorum actione quadruplum cõsecutus sit, deinde seruum redhibeat, reddere debebit, quod accepit Sed si per eum seruum iniuriam passuui nis rixæ nomine egerit, non reddet p venditori, aliter forsitan, atque si loris ab aliquo cæso, q aut quæstione de eo r habita, s emptor egerit. t

Per actionem quanto minoris sit redhibitio, & totalis pretij restitutio, quãdo res empta apparet nullius esse valoris. h. d. facit l. illud, §. minus, de tributoria act.

¶ Aliquando etiam * redhiberi mancipium debebit, licet æstimatoria, idest, quanto mino. is agamus. Nam si adeo nullius sit pretij, vt ne expediat quidem tale mancipium habere domino, veluti si furiosum, aut lunaticum sit: licet æstimatoria actum fuerit, officio u tamen iudicis continebitur, ut reddito mancipio pretium recipiatur.

¶ Si quis cum consilium inisset fraudandorum creditorum, redhibuerit, non redhibiturus alias, nisi vellet eos fraudare, tenetur creditoribus propter mancipium venditor. x ¶ Pignus certè 11 † manebit y obligatum, etiam si redhibitus fuerit

a *Par redhibebitur.*] s. par vitiosum.
b *Vno pretio.*] s. vnico, i. summa una erat ex singulorũ pretio collecta. alioquin est ℨ, vt sup. eod. cum eiusdem. Vel aliter, ut ibidem dixi qa hic non sunt eiusdem officii.
c *Polia.*] i. vniuersitas equorum. a po. lis, quod est pluralitas. Accursius.
d *Pluribus uno*] i. vnico facto ex pretio singulorum cuiuslibet. nam quilibet suo pretio fuit æstimatus, ne sit contra, sup. eod. l. cum eiusdẽ. Accur.
e *Vel fratres*] vt sup. eod. l. plerumque. Accur.
f *Et generaliter Noceret*] idest noceret. posset, ut innuit, infra eod. l. prox. arg. ar de statulib. l. Labeo. non tamen hic agitur nisi dãno dato infra l. prox. §. si aduersus ea. Acc.
g *Qua dupli.* ℨ & nihilominus agi potest actione in factum de pauperie, ut Inst. si qua. pa. fec. dic. §. fi. A.
h *Bouem. Vitiosum.*] in animo unde non redhibetur, sed quanto minoris agitur, ut sup. eod. l. j. in fi & l. ij. iij. & iiij. resp. & §. animi. Vel fortè aliud est in iumentis, ut dixi sup. eod. l. ædiles aiunt, §. loquũtur. in prin. in mãcipijs in tribus casibus tantum propter vitiũ animi redhibentur, ut in fugitiuo, fure, & eo qui sibi mortem consciuit. Accur.
i *Persundant*] i. pede percutiunt. Accur.
K *Fugitiuus*] vt & supra eod. quis sit fugitiuus, §. fin autem in hoc. Accur.
l *Fugere.*] connette literam sic & supra, de pac l. iurisgentiũ, §. pactorum. sic & alias exigitur factum non consilium tantum, vel propositum, vt supra eod. l. quod si nolit, § illud plane. & supra, de vsufruc. l. quid ergo. §. fi. Accursius.
m *Qui persuadit*] per suaceos etiam tenetur actione serui corrupti, ut sup. de seruo corrup. l. j. §. j. Acc.
n *Fugerit.*] e te bona fide possidente. Accu.
o *Sibi facit.*] sic & distinguitur cum de bonis eorum liberorũ, qui sibi mortem consciuerunt quæritur, ut hic & inf. de bon. eorum, qui ante sententiam mor sibi cons. l. 1 fin.
p *Non reddet*] quod est consecutus, ut & sup de petit. hær. l. at obi. nam ad emptorem eundemque pos sessorẽ respexit, quia gramius, uel quia in dedecus domini, ut dicitur supra, sed. si per eum seruum. &c. secus si non respexit, vt hic subijcit. & inf. de iniur. l. item apud. §. si quis sic fecit iniuriam.
q *Cæso.*] scilicet per iniuriam seruo, alias casus.
r *Dem.*] s. accusato. Accur.
s *Habita.*] quo absoluto agitur in duplum, ut supra, de calum. l. fin.
t *Egerit*] quasi pro vitio serui. non domini. nam hic uenditor restituit, ut dicto §. si quis sic.
u *Officio.*] hic not. aliud petitur, & aliud in condẽnatione deducit sic ℨ de excep. rei iud. l. is, qui hæres non erat §. j. & de lega. j. huiusmodi. §. quæ seruum, in fin. minus enim ualet, quod nihil ualet, ut supra, de tr. b. act. l. illud quoque, §. minus autem.
x *Venditor.*] revocatoria, sed ille, qui redhibuit, tenet ex illo edicto, sup. de ali. iud. l. quia redhibito, in fi.
y *Pignus manebit*] ut s gl. mo. pig. ... poi. sol. si debitor. Sed certe imo vt qa nõ, ut sup. de in di. add. vbi. §. sed Marcellus. que est contra. Sol. ibi ex necessitate resoluitur venditio, hic ex uoluntate Accur.

1 Polia teste Catel. Cotta equitium significat. in equorum armentum: a Græca voce polos, qa pullũ & præsertim equinum significat. Bet abru.
1 † Fl. desi. sunt.
2 † Inclusa verba abundare docet ... Instit. si qua ... pauper. fec. ... Harm lib 6. tit. ... & Solo nam in Plutar ... mordax.
3 † Flor. fiat.
* Solid. i. aureos. ... & Ant. Aug. lib. 2. c. 9.
4 † Fl. desi. præstabitur.
5 † Flo. condemnet.
6 † Fl. quantum.
7 † Flor. quæ essusum dant.
8 † Flor. sed facti fuga nemo est.
9 † Flo facit.
10 † Florent. non si.
* Hunc textum allegat pro sing. Lud. Ro. sing. 654. de quo ibi per eum & lo. ... interpretat. Bolog.
11 † Flo. de est, certe.

Sermus.

a *Seruus.*] & ideo non liberatur à uenditione.
b *Alienasset.*] scilicet eius proprietatem.
c *Redhibeatur.*] in præiudiciū emptoris, &c. vt subijcit. Vel etiam non liberatur a uenditore talem restituendo. Acc.
d *Nō potest.*] vt j. de iniusto testā. l. nā & si sub condōne.
e *Ante actū fuerit.*] & absolutio secuta, sicut debuit fieri, ut & s. de iud. nō quemadmodū. Sed j s. ad Velle. l. aliqñ. §. fin. So. ibi pure contra eū qui pure tenebat agebat. licet alius cōdōnaliter tenet. Itē ar. contra j. de do. cau. mor. l. mortis causa. Sed ibi nihil fuerat in iudicio actum.
f *Iterum agi.*] No. iterum agi si primo erit incōpetens actio, ppo sita. sic & j s. d pig gte ge. §. si sub condōne. & inst. de exce. rei iu. si mater. §. eandem.
g *Acquisitum.*] domi niū, ut s. de vsuf. sed & si quis. §. interdū.
h *Vilissime.*] CASVS. Vēdidisti mihi fundū, postea apparet fundus uitiosus, qa pduxit pestiferā herbā, quærit an seruus nō redhibēdus redhibeat pp fundū redhibendu? qd habes necesse dicere. si dicis hoiem accedere fundo, ut s proinde. §. si. Sed certe hoc est absurdū, ut homo, q est pretiosissima creatura, nō redhibendus redhibeatur occasione vilis rei, cui accedit. Ideoq; dicamus non posse eum esse accessorē rei minoris propter sui dignitatē. Vide cætera in gl. j.
¶ *Prop. minor.*] Si plures uēdūt seruū vitiosum, dat redhibitoria insolidū contra illū, cuius fuit maior pars vel nō minor, secus ī actiōe ex empto: vbi ēt p partibus dat. Vi.
h *Minoris.*] pretij & hæc est ratio: qa homo est maioris pretij uel paris: hæc. n. ratio esset nulla, quia sm hoc res maioris pretij non accederet ei, q est minoris, qd est falsum, vt insti. de rerum diui. §. si tñ alienā. sed. id pp. dignitatē hoīs, homo. n. rei maioris ptij, licet minoris dignitatis accederet nōt; quia hoc nō prohibetur hic. Item rei paris dignitati, licet minoris sit ptij, vt homo homini, in cuius est peculio. Si aliud diceret q s. dixi. l. quod homo cuilibet rei accederet; redhiberetur sæpe homo non redhib. ndus pp rem principalem, cui accederet, ut s. c. proinde. §. fin quod q̄uis prætor ius ciuile in alijs admiserit, in homine tñ reprobauit. *Nec ob* qd dr s. de contrahe. emp. l. si in emptione ibi; nec refert. &c. referendus est. n. ad res alias accessorias, non ad hominem. Azo. Vel de homine adscriptio ibi dicit, aliās obtinet qd hic dr. Vel hic in duobus casibus specialc. l. cum fundo accedit & cum alij homini, ut ibi, & hic. Accur.
i *Aut edicto.*] veteri quod ad plenum non habemus, edictum ergo pretoris voluit. item ius ciuile uoluit ne homo rei minoris pretij accederet. Accur.
K *Dignitatem.*] est enim homo dignissima creaturarum. Vnde Ouidius * Pronaq; cū spectent animantia cetera terrā, Os homini sublime dedit, cœlumque videre, &c. Et Vergilius * Igneus est illis vigor, & cœlestis origo.
l *Ridiculum.*] s. eadē ratione allegata, quæ allegatur in homine, scilicet, vt non accedat alij, quia minoris pretij est. Azo.

seruus, a quemadmodū & si eum alienasset, b ait vsumfructum eius, nec rectè redhibebit, 1 † nisi redemptū sit, & pignore liberato redhibeatur. c

¶ Si sub conditione homo emptus sit, redhibitoria actione 2 † ante conditionem existē tem inutiliter agitur: quia nondum perfecta emptio, arbitrio iudicis perfecta 3 † fieri non potest: d & ideo si ex empto uel uendito uel redhibitoria ante actum fuerit, e expleta conditione iterum agi f poterit.

¶ Interdum ēt si pura sit uenditio, propter iuris conditionem in suspenso est: velut si seruus, in quo alterius vsusfructus, alterius proprietas est, aliq d emerit. nam dum incertum est ex cuius re pretium soluat, pendet, cui sit acquisitum, g ideo neutri eorum redhibitoria competit.

Idem l. 2. ad edi. ædil. curu.

LEX XLIIII.

IVtilissimè ædiles noluerūt hominem ei rei, quæ minoris h esset, accedere; ne qua fraus aut edicto i aut iuri 4 † ciuili fieret, vt ait Pædius propter dignitatem K hominum: alioquin eandem rationem fuisse & in cęteris rebus. Ridiculum l namq; esset, 5 † tunicæ fundum accedere. Cæterum hominis venditioni quiduis adijcere licet; nam & plerumque plus in peculio est quam in seruo, m & nō nunquam vicarius qui accedit, pluris est, quam is seruus qui uenit.

¶ Proponitur actio ex hoc edicto in eum, cuius maxima pars in uenditione fuit, quia plerumque venalitiarij * ita societatem coeunt, ut, quicquid agunt, in commune uideantur agere. Aequum enim ædilibus uisum est, vel in unum ex his, cuius maior pars, aut nulla parte minor esset, ædilitias n actiones competere, ne cogeretur emptor cum multis litigare, o quamuis actio ex empto p cum singulis q sit pro portione, qua socij fuerunt: nam id genus hominum ad lucrum, vel potius turpiter faciendum pronius est.

¶ In redhibitoria uel æstimatoria potest dubitari, an qui alienum seruum uendidit, & ob euictionem, & propter morbum fortè uel fugam simul teneri possit. Nam potest r dici nihil interesse emptoris sanum esse, fugitiuum non esse eum qui euictus est; s sed interfuit emptoris sanum possedisse propter operas, neque ex post facto t decrescat u obligatio. Statim enim ut seruus traditus est, committitur x stipulatio quanti interest emptoris.

Caius li. 1. ad edi. ædil. cur.

LEX XLV.

REdhibitoria actio dupli cem habet condemnationem: modo n. in duplum, modo in simplū condēnatur vēditor, nam si neq; pretiū, neq; accessionē soluat, y neq; eū qui eo nomine obligatus erit liceret: dupli pretij & accessionis condemnari iubetur. z si uero reddat a pretium & accessiones, vel eum qui eo nomine obligatus est liberet, simpli. 6 †

m *In seruo.*] nec ob insti. de fideiusso. §. fideiussor. quia ibi dicitur de accessoria fideiussoris obligatione: hic autem est vtraque obligatio principalis, licet una super principaliter vendito sit, altera, super uendito accessoriè.
n *Aedilitias.*] ut inf. de euict. si tem, § j.
o *Cum multis litigare.*] quod esset durum, ut supra de exer citio. ac. l. ne in plures, in solidum ergo ten. atur, nisi quilibet separatim suam partem uendidit, ut supra eodem, quod si nolit. § quod si uenditori. ibi, verius est enim dicere, &c. Licet hic non uendiderit, vt essent uendendi plures rei insolidum, quod est speciale. Accursius.
p *Ex empto.*] scilicet ciuilis.
q *Cum singulis.*] hic ergo loquitur cum omnes vendiderunt, uel maior pars uendidit, alioquin singuli conueniri non possunt, nisi cum magistro omnium contraheretur, ut supra de pact. item magistri. Vel dic singuli, qui vendiderunt.
r *Nam potest*] rō ad primum dictū legis.
s *Euictus est.*] hucusq; allegauit, nunc soluit: sed interfuit, &c. idem habes, infra de euictione l. euicta. § si seruus. in fine. & supra de actio. emp. l. ex empto. §. ignoramus.
t *Ex post facto.*] post euictionem.
u *Decrescat.*] nec crescit, ut supra de act. emp. si sterilis. §. cum per uenditorem. Accur.
x *Committitur.* idest incipit committi.
y REdhibitoria Soluat.] idest, soluere nolit, & reddere à iudice admonitus.
z *Iubetur.*] sic ergo actio redhibitoria est arbitraria. idem dicūt in actione ex stipulatu, * q datur pro dote, arg. eius qd legitur infra solu. matrim. l. si filio. §. maritum. Accur.
a *Reddat.*] idest reddere uelit, & se præparet. sic ergo. &c

1 † *Pl. redhibitur.*
2 † *Pl. addit.*
3 † *Pl. imperfecta.*
4 † *Pl. iura.*
5 † *Pl. esse.*
* Metamor. in princ.
Aeneid. li. 6.
* *Venalitiarij, qui ad emptiones quasi proxenetica accedunt. confert lex si rem qua infrasc.*
6 † *Duæ simpli. tolerat. ī demnari, alias tolerat condemnatio.*
* Actio redhibitoria et ex stipulatu, arbitrariæ sunt materiam collectam habes in ind. tract. in ver. actio redhibitoria

Pomponius li. 18. ad Sab.

LEX XLVI.

CVm mihi redhibeas a furtis noxisque ſolutũ eſſe promittere non debes, præterquam quod iuſſu tuo fecerat, aut eius, cui tu eum alienaueris.

Paulus li. 11. ad Sabinum.

LEX XLVII.

SI hominem emptum manumiſiſti, & redhibitoriã & quanto 1 † minoris denegandam b tibi Labeo ait: ſicut & duplæ actio periret, c ergo & quod aduerſus dictũ promiſſumve ſit, actio perit. ¶ Poſt mortem autem hominis ædilitiæ actiones manẽt.

Pomponius li. 23. ad Sabi.

LEX XLVIII.

SI tamen ſine culpa actoris, familięve eius, vel procuratoris mortuus ſit. ¶ Audiendus d eſt is, qui de vitio, vel morbo ſerui quærens e retinere eum velit ¶ Non nocebit emptori, ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus velit intra annum æſtimatoria f agere. ¶ Ei qui ſeruum vinctum g vendidit, ædilitium edictum remitti æquum eſt. Multo enim amplius h eſt id facere, quam pronũciare in uinculis fuiſſe. ¶ In ædilitijs actionibus exceptionem opponi æquum eſt, ſi emptor ſcierit de fuga, aut vinculis, aut cęteris rebus ſimilibus, vt venditor abſoluatur ¶ Aedilitiæ actiones, & hæredi, & in hæredem competunt: i vt tantum 2 † facta hæredum, k quę poſtea acceſſerint, & quod experiri potuerint, quærantur. ¶ Non ſolum de mancipijs, ſed de omni animali hæ 3 † competunt: ita ut etiam ſi vſumfructum in hominem emerim, competere debeant. ¶ Cum redhibitoria actione de ſanitate agitur: l permittendum eſt de uno uitio agere, & prædicare, vt ſi quod aliud poſtea apparuiſſet, de eo iterum ageretur. ¶ Simplariarum m venditionum cauſa ne ſit redhibitio, in vſu eſt.

Vlp. li. 8. Diſputationum.

LEX XLIX.

ETiam in fundo uendito redhibitionem procedere nequaquam incertum eſt: veluti ſi peſtilens 4 † fundus diſtractus ſit. nam redhibendus erit. et benignum eſt dicere uectigalis exactionem futuri temporis poſt redhibitionem aduerſus emptorem ceſſare.

Iulianus li. 4. ex Minicio.

LEX L.

VAricoſus n ſanus nõ eſt.

Africanus lib. 8. Quæſt.

LEX LI.

CVm ii ãcipiũ o morbo ſum uel uitioſum ſeruus

a CVm mihi alienaueris.] de quibus debet cauere, ut ſupra eo. redhibere. §. j.

b SI hominem Denegandam.] Imò videtur durare, vt infra de act. & obl. l. quæcunque, quæ eſt contra. Sol. illud verum eſt. cũ dantur mihi actiones propter damna illata in ſeruo, vel iniurias, quæ autem ex contractu meo, vel quaſi, non, ut hic, & ĩ. ti. j. ſi ſeruus. Itẽ contra. ĩ. de euic. l. euicta. §. ſi ſeruus. Sol. hic ipſe manumiſit: ibi erat ſtatuliber: & ſic non propter factum emptoris euenit libertas, vnde non perit actio quanto minoris. Et pro hac ſolutione eſt & alia ĩ. ti. j. l. ſi ſeruum cuius nomine. Item in eo quod hic dicit, in morte aliud quàm in manumiſſione, eſt contra ĩ. de ſol. l. ſi mihi alienum. vbi dicit, manumiſſionem ſimilem morti Sol. ibi quo ad quędam, non autem quo ad omnia, verum eſt. Item ad id quod ſubijcit h c, ꝙ poſt mortẽ ſerui remanent actiones, eſt contra inf. tit. j. l. ſi ſeruus venditus. Sol. ibi de actione euic. dicit, ꝙ ceſſat, hic autem de redhibitoria, & quanto minoris, quòd durent: ſed & in his ædilitijs cur aliud in morte, aliud in manumiſſione? Reſpon. quia fortuito mors contingit: manumiſſio volũtate emptoris et ideo: nõ ne mors contingere poteſt voluntate emptoris, ut ſupra eo ꝙ ſi nolit. § mãcipium quod redhiberi oportet: & manumiſſio ex neceſſitate, ut ĩ. tit. j. ſed hoc nomine, in ſi ne? Reſpon. quando manumiſſio fit ex neceſſitate, idem eſt ac ſi mors contingeret. Sed quid ſi mors, vel manumiſſio contingat ex volũtate, idem debet eſſe in vtroque caſu, ut non agatur, ut ſupra eod. quod l. ſi nolit. §. ſi mancipium. ſecundum quoſdam. Sed tu dic non eſſe ita, nam vbi mors contingit ex voluntate, æſtimari poteſt, & debet ſeruus quanti fuerit tempore mortis ſuæ æſtimari, ut id reſtituatur venditori. cum etiam non ſuperſit ſeruus, non æſtimatur quanti ſit, ſed quanti fuerit: in manumiſſione verò cum ſuperſit, cum agitur: æſtimari debet ſecundum quod eſt. æſtimari autem ſic non poteſt quia liber homo non recipit æſtimationem. *

* Liber homo æſtimationẽ nõ recipit ui. in ind. tracta. i uer. homo. uer. liber.

c Periret.] ſeruo empto à nõ domino: ſed ex empto habet quod libertatem non habet, ut inf. titu. j. ſed hoc nomine.

d SI tamen audiendus.] al. ſic §. & aliàs non, ſed meliùs eſt cum §.

e Quærens] extra iud. vel dic, quanto minoris agens.

f Aeſtimatoria.] i. quanto minoris. imò certè videtur nocere, ut inf. de excep. rei iudi. l. ſi is qui hæres. §. eſt in poteſtate, quæ eſt contra. Sol. ibi intenditur quanto minoris ad ipſam redhibitionem, ut ſupra eo. l. bouem. §. aliquando. hic tantum ad id quanto minus ualeret. vel ut ibi.

g Vinctum.] videtur enim pronunciare eum fugiſſe: quia ideo eum in vinculis habebat ne fugeret. remittunt ergo dictam quantum ad fugæ vitium, non quantum ad cætera. nec n. põt dici, ꝙ remittatur quantum ad morbos omnes aut delicta, quia vincula ad cuſtodiã, non ad pœnam ſunt inducta, ut ĩ. de pœ. l. aut damna. §. ſolent. Item not. hic, q̃ dixit ſupra de ijs, qui no. infa. l. 2. §. eſt ignominioſa. Accur.

h Amplius.] quia aliter poteſt eſſe quàm pronunciaretur, ſed hic veritas ipſa liquebat, ut & ĩ. commo. ſi ut certo loco. § cuſtodiam. Et no hic, ꝙ ſcientia emptoris ſibi nocet, ut hic, & ſupra eo. l. j. §. ſi intelligatur. & ſup. de pig. act. l. eum. § contrarium. & infra proxi. §.

i Competunt.] i. locum habent, ut ſup. eod. l. ſciendum. § proinde.

k Hæredum.] i. emptoris. Azo. Vel expone ut ibi dixi: quia ad incertum tantum.

l Agitur.] quia nõ eſt ſanus, non tñ ſuit facta redhibitio, ſed præſtita æſtimatio vitij, alioquin ſi vel tantũ ageretur: quia ſæpius redhiberi non poſſet.

m Simplariarum.] i. rerũ quæ carent anima & corpore, quæ in iure conſiſtunt, ut puta hæreditas. cum ergo non poſſit hic eſſe vitium, vel morbus in corpore, vel in animo merito ceſſãt ædilitiæ actiones ſi tamẽ ius ſit in corpore: occaſione corporis redhibitio ſit, ut ſupra e. l. bouem. §. aliquando, vel ſecundũ Azo. ſimplariarum. i. vilium rerum. vel dic tertio, ſimplariarum. i. rerum carentium uitali alimento, vel quæ non habent in ſe vitale alimentum: vel quia non conferunt. non ergo pro ligno debili vel fracto, vel lapide male cocto. nec pro ſeruitute a prædio debita agi poteſt. agetur autem pro carne peſtifera. & pro herbis, tam ratione herbarum agitur pro fundo. inf. eo. l. prox. & etiam pro reb. viliſſimis, quibus euincitur de morbis in ſimplum, ut de euictione, ut inf. tit. j. ex prior. ſi redhibitio, ut ſup. eo. l. bouem. § aliquando. & l. ob quæ. §. idem Pomponius. & inf. ti. j. l. emptori. Accur.

n VAricoſus.] qui modo huc, modo illuc ut ſtultus uadit, vel ægritudo tibiarũ quæ dicitur varix. * Acc.

* Vi. Nebriſ. in lexi. in uer. uarioſus.

o CVm mancipium.] ad huius legis euidentiam dic, cũ ſeruus emit mancipium, ſi quidem ſine mandato dñi, vel cum mandato, peculiari tñ noĩe, ſcientia, & ignorantia tñ ſerui & non dñi inſpicitur Et iſti ſunt duo primi caſus qui ponũtur in l. iſta vſq; illuc, ſed ſi ſeruus &c. & euidentius explicantur inf. de lib. cau. l. imò. §. tunc, & inf. de lit. l. a. j reſp & accipitur tñ ſi dño præſente & nõ cõtradicente ſeruus emit: tunc dñi ſcientia in ſuum præiudiciũ inſpicitur, vt inf. de lib. cau. l. mõ. §. planè ſi ſilius. Si verò præſens dñs contradicere non poſſe, non oberit ſibi ſua ſcientia. & hoc eſt quod dĩ de ſhen. emp. l. in homĩ. ſin autem

1 † Vlpianũ.

2 † El tamen.

3 † Duar. hæ actiones cõpet.

4 † Peſtilens appellatur in l. 4. C. de ædil. action.

1 Simplariæ venditiones ſunt pro qb. neceſſe venditori nõ hẽt de dupla emptori repromittere, quarũ & meminit Vlp. in l. emptori. ĩ. & eum. ſunt hic.

autem domini mandato, & nõ in peculio, sed dñico emit nomine. si quidem dñs mandet de incerto, id est, ut serui tm, [n]on ĩ si debeat inspici ignorantia & scientia, idem si libet homo mandato meo mihi hominem emit, ut inf. ead. l. § circa. si vero de certa, tunc patris est vel domini, & non filij, seu serui scientia vel ignorantia inspicienda, ut probantur hæc. ĩ. de lib. cau. l. no ś tẽ. & l. in seruo. & ĩ. de [illegible] l. 2. resp. & ĩ. [illegible] contra. b[illegible] emp. l. [illegible] & si seruo. & ĩ. [illegible] § sed si seruus. nec obst. ꝙ hic dr, certum incertumve: quia refertur ad eũ casum qñ emit peculiari nomine. In vsucapione quoque distinguendum est, ut ĩ pro emp. l. 2. § si seruus tuus, vsque ad illum §. si a pupillo Illud certum est, ꝙ ubi quis ut nuncius emit, nũquam eius scientia vel ignorantia spectatur, sed domini Azo. cum nuncius vicẽ epistolæ gerat, vt sup. de const. pec. l. & licet.

a *Dominus*] ignorãs.

b *Non dom ni.*] scilicet ignorantiam.

c *Tunc*] cum sine mandato emit.

d *Nomine.*] sine mandato tamen.

e *Certum.*] repete, & cum peculiari nomine emit, non interesse certũ incertumve emerit eo mandante. nam & si seruo meo mandem, ut nomine peculiari certũ emat, & ipse sciat vitiosum, nocet mihi ne agam redhibitoria, multo magis si mandem de incerto. si autem ipse ignoret, & ego sciam, nocet mihi si sciam tempore emptionis. nam & nocet mihi vbi non mandaui, sed ipse me patiente emit seruum quem scio vitiosum, vt infra pro empt. l. 2. § si seruus, & infra, de lib. causa, imo §. fin.

f *Illud*] cum sine mandato emit.

emat, & redhibitoria, vel ex empto dñs a experiatur, omnimodo scientiam serui, non dñi b spectandam esse ait: cũ 1 † tunc c nihil intersit peculiari, an domini nomine d emerit: & certũ e incertumve mandante eo emerit: quia tũc & illud f ex bona fide est, seruum, cum quo negotium sit gestum, deceptum non esse: & rursus delictũ g eiusdem, quod in contrahendo admiserit, dño nocere debet h Sed si seruus i mandato dñi hominem emerit, k quem dominus vitiosum esse sciret: l non tenetur venditor.

¶ Circa procuratoris personam, m cum quidem ipse n scierit morbosum vel vitiosum esse: non dubitandum, quin, quamuis ipse domino o mandati, vel negotiorum gestorum actione sit obstrictus, nihilo magis p eo nomine q agere possit. At cum ipse, ignorans esse vitiosum, mandato domini, qui id sciret, emerit, & redhibitoria agat ex persona domini; vulem exceptionem ei non putabat opponendam. r

Martianus lib. 4. Regul.

LEX LII.

SI furtum dño seruus fecerit, non est necesse hoc in venditione serui prædicere, nec ex hac causa redhibitio est. Sed si dixerit hunc furẽ non esse: ex illa parte tenebitur, quod dixit, promisitve. s

Iauolenus lib. 1. ex Posterioribus Labeonis.

LEX LIII.

QVi tertiana febre, aut quartana, aut podagra vexantur, quive comitialem * morbum habent, ne ijs quidẽ diebus t quib. morbis vacãt, 2 † recte sani dicentur.

Papinianus li. 4. Respons.

LEX LIIII.

ACtioni redhibitoriæ nõ est locus, si mancipium bonis conditionibus u emptum fugerit, quod ante non fugerat.

Idem li. 12. Responsorum.

LEX LV.

CVm sex menses vtiles, x quibus experiundi potestas fuit, redhibitoriæ actioni præstantur: licet 3 † non videbitur potestatem experiundi habuisse, y qui vitium fugitiui latens ignorauit, z non tamen idcirco dissolutam ignorationem emptoris excusari oportebit. a

Paulus li. 1. Quæstionum.

LEX LVI.

LAtinus Largus, quæro, an fideiussori emptoris 4 † redhiberi mancipium possit. Respondi, si in vniuersã b causam fideiussor sit acceptus putat Marcellus posse, & 5 † fideiussori redhiberi.

Idem libro 5. Quæstionum.

LEX LVII.

SI seruus mancipium emit, & dominus redhibitoria

enim pro[illegible] nõ ideo magis, quia dominus ignorauit agit. & [illegible] verbũ, nihilo magis & secundũ hq. ponitur, quia, pro, quod. q. d. certum est, ꝙ ideo magis agere non potest. nam in verbo, nihilo magis, inclusa est negatio, si hab. nihilo minus positum, quia, pro, ꝙ, & non. q. d. certum est, ꝙ non est vetum, [illegible] ꝙ nihilo minus agere possit: vel ponitur nihilominus, p nihilo magis, & fit sensus nihil primo, ipsi autem domino datur vtilis secundum quosdam, quam cedit procuratori.

q *Eo nomine*] i. propter vitium.

r *Opponendam*] procuratori agenti: quia ex suo cõtractu agit, sed do nino, si agat ex persona sua, secus si procuratoris. nam datur vtilis ex contractu procuratoris, ut ĩ. de act. emp. Iul. §. si procurator. Accur.

s *SI furtum Promisitve.*] ut ĩ eod. quod si nolit, §. j.

t *QVi tertiana. Diebus.*] quando conuenit ex aliis contractibus Accur.

u *ACtioni. Conditionibus*] quia dixit se non teneri ex fuga post traditionẽ cõtingente. idẽ etiam sine pacto, ut C. e. l. 3 Vel dic, ꝙ vẽditor erat homo bonæ cõditionis. actor vero malæ cõditio. tenetur quasi præbens occasionẽ fugæ, vel qa bonus seruus.

x *CVm sex menses vtiles*] scilicet ad præscriptionem inchoandã, non consumandam, sicut alibi. ĩ de c. l. l. annus, Alij contra. dicunt enim etiam ad consumandam esse vtile.

y *Habuisse.*] loquitur hæc lex qñ venditor sciuit uitium: sed emptor supine ignorauit. Et sic dolus ppon derat culpæ, ut ĩ. ad l. Aquil. itẽ Il obstetrix. §. fin. & l si putator. § fin. si autẽ vterque, sciens repellitur, ut ĩ. eo. l j. §. si intelligatur. Itẽ si vterque supinẽ ignorauit repellitur emptor, ut ĩ. si tamen, § et qui & l quærit, §. fi. Itẽ si non supine, nõ currit, ut ĩ eo. tit [illegible] §. β. & hic.

z *Ignorauit.*] vt ĩ. quod vi aut clam, l semper, §. hoc inter dictum, in fi. & infra quando app. sit, l j. § fi. & § dies. & C. de excus. tut. l. quinquaginta, & inf quis or. in bo. poss. l. prima, alias z. in princ. & de bon. pos. l. si plures. & arg. C. de inoffi testa. l contra. Sed arg. contra, ĩ. ad leg. Iulĩ de adult. l. mariti, §. quinquennium.

a *Oportebit.*] vt supra, de contrahen. emp sed si consensit, ignorantia

b *LAtinus. Vniuersam.*] hic dic, ut supra loca. l. quæro.

SI seruus] CASVS. Stichus seruus meus emit seruum morbosum: ago redhibitoria vt reddatur pretiũ, dicit ꝙ non aliter ago, nisi seruum, & accessiones, & alia quæ

g *Delictum*] stultitiam appellat delictum: quia sciens vitiosum emit.

h *Nocere debet.*] hic est arg. contra infra, de iur. & fac. igno l. iniquissimum.

i *Sed si seruus*] R. dixit, ꝙ iste ver. sed si, corrigit prædicta §. in eo, quod supra dixi, non distingui, cum emit nomine peculiari, emit certum, uel incertum mandato domini. Sed certe hic nomine dominico emit, ibi peculiari, ut ibi dixi Vel expone, ut ibi, quia ad incertum tantum.

k *Emerit.*] & nomine dominico.

l *Sciret.*] & sic certum mandauit dominus emi.

m *Personam.*] statuendum est.

n *Ipse.*] procurator.

o *Domino.*] ignoranti.

p *Nihilo magis*] si habes nihilo magis, planum est. hic

1 † *Vter aut nimi.*

* *Comitialis morbus Aristot. in problem. est, qui cum totius corporis conuulsione principes cerebri operationes tollit, in te cerebro, vel duobus eius ventriculis affectis & vide in l. animi potius.*

2 † *Flo. morbus vacarent.*

3 † *Al aliam desit locus.*

4 † *Flor. emptoris, & vestius Duare. emptionis nomine vendi tionem intelligi ut supra, de act. empt. l. veteres emptione.*

5 † *Flor. ei.*

consueuerunt reddere redhibitoria agentes, reddam: & quidem insolidum, non tantum quantum patitur peculium Stichi serui mei. & hoc probat per simile: quia si Pamphilus emptus nondum est traditus, & agam ex empto ex emptione, quam fecit Stichus, vt tradatur Pamphilus venditus: non aliter consequar, nisi solidum precium Pamphili soluam, non vero solum quod patitur peculium Stichi. Secundo dicit cōtra, pone quod Stichus seruus meus vēdidit Pamphilum, emptor agit contra me redhibitoria vt reddam precium: dicit quod teneor catenus quatenus patitur peculium Stichi, non insolidum, in peculio tamen Stichi vr esse psumptione iuris praesens aestimatio Pamphili redhibēdi, licet adhuc sit in emptoris dñio. & per hoc non in peculio Stichi serui mei veritate inspecta, & quia teneor peculio tenus, tantum debeo deducere quod mihi debetur. Viu.

a *Daturus est.*] idest restituturus precia, & alia similia: aliās condemnandus.

b *Continentur.*] idē in pupillo, qui alias non tenetur, nisi in quantū est locupletior, si agat eius tutor redhibitoria, ut & s. eod. l. quod si nolit, §. si mancipium, & §. quod in procuratore. Accu.

c *Agat.*] ut res empta a seruo tradatur sibi. Accur.

d *Consequatur.*] ut & s. si cer. pet. l. cum fundus, §. fi. & facit s. de compen. l. si cū filio.

e *Competit.*] ut s. eo. l. cū autem, § si seruus.

f *Causa.*] id est, aestimatio.

g *Redhibitionis.*] i. aestimatio rei adhibēdae.

h *Decem millibus.*] seruus vēditus ualebat x. millia, sed duplo, scilicet xx. millibus vēditus est. totū ergo preciū emptori redhibendū est, & in peculio esse uidetur quantum vere ualet seruus. Accursi.

agat, non aliter ei vēditor daturus est a quā si omnia praestiterit, quae hac actione 1 † continentur: b & quidem solida, non peculio tenus. Nam & si ex empto dñs agat, c nisi precium totum soluerit, nihil consequitur. d Quod si seruus vel filius vendiderit, redhibitoria in peculium cōpetit. e in peculio autem & causa f redhibitionis continebitur. Nec nos moueat, quod antequā reddatur seruus, non est in peculio. Non. n. potest esse in peculio seruus, qui adhuc emptoris est; sed causa ipsius redhibitionis g in peculio computatur. Igitur si seruus decem millibus h 2 † emptus, quinque millium 3 † sit, haec quoque in peculio esse dicemus. hoc ita, si nihil domino debeat, aut ademptum i peculium non sit. Quod si plus domino debeat, eueniet ut hominem praestet, k & nihil consequatur. l

Idem lib. 5. Responsorum.

LEX LVIII.

Quaero * an si seruus apud emptorem m fugit, & in causa redhibitionis esse pronunciatus fuit: non prius venditori restitui n debeat, 4 † quam rerum ablatarum a seruo aestimationem praestiterit. Paulus rñdit, venditorem cogendum non tantum preciū serui restituere, sed ēt rerum ablatarum aestimationem, nisi si pro his o paratur sit seruum noxae nomine relinquere.

¶ Item quaero, p si nolit aestimationem & precia rerum restituere, an seruus restituendus q 5 † aut retinendus sit, & danda actio de peculio, r vel de precio redhibiti serui ex duplae s stipulatione. t Paulus rñdit, de precio serui repetendo competere actionem etiam ex duplae stipulatione, de rebus per furtū ablatis iam responsum esse. u 6 †

¶ Seruum dupla x emi, qui rebus ablatis fugit, mox inuentus, praesentibus honestis viris interrogatus, an 7 † in venditoris domū fugisset, y respondit fugisse, quaero an standum sit responso serui? Paulus respondit, si 8 † alia indicia prioris fugae non deficiunt, tunc etiam serui responso credendum est. z

Vlpian. lib. 74. ad edictum.

LEX LIX.

Cvm in ea causa est venditum mancipium, ut redhiberi debeat, iniquum est uēditorem precium redhibendae rei consequi. a

¶ Si quis duos homines vno precio b emerit, & alter in ea causa sit 9 † vt redhibeatur, deinde petatur precium totum, exceptio erit obijcienda si tamen pars precij petatur, magis dicetur non nocere exceptionem. nisi forte ea sit causa, in qua propter alterius vtrumque mancipium redhibendum sit.

Paulus li. 69. ad edictum.

LEX LX.

Facta redhibitione, omnia in integrum restituuntur, perinde ac si neque emptio, neque venditio intercessisset. c 10 †

i *Ademptum.*] sine dolo, ut sup. quando ac. de pec. est an. l. j. & de in rem ver. l. j.

k *Praestet.*] s. emptor redhibendo, & sibi imputet quare non tenet quod habet. Accur.

l *Et nihil consequatur.*] cum nihil sit in peculio. Accur.

Qvaero.] CASVS Emi seruū Stichum, qui a me fugit & mihi res quasdā subtraxit: postea redijt sine rebus, egi redhibitoria. dicit quod non alias reddam, licet preciū sit mihi restitutū, nisi & rerū mihi ablatarū aestimatio restituatur: potest venditor esse pro noxa mihi dimittere, s. pro aestimatione rerum. Secūdo pone, quod emit Pamphilū seruū tuo Sticho pro x & promisit mihi Stichus reddere duplū dicti precij, si vitiosus inueniatur. hic Pāphilus a me fugit cum rebus meis quibusdam, dñs vendentis serui non vult restituere mihi agenti redhibitoria duplam, neque rerum aestimationem: & tamen vult sibi restitui seruum. & dicit quod agam ad duplam, ut promissa est, propter uitia: de rerū aestimatione. dic, quod vel eam restituet, uel Pamphilus relinquet mihi pro noxa, s. ut dedit, ut in princip. l. dixi. Viuia.

m *Emptorem.*] i. dum esset apud eū, &c. & res quasdam emptori subtraxit. Accur.

n *Restitui.*] reuersus ergo fuit, i. dum esset apprehensus, &c.

o *Nisi si pro his.*] i. pro aestimationib. rerum ablatarum, ut sup. eo. l. cum autem, §. Iulianus. Accur.

p *Item quaero.*] redit ad casum positū s. eo. l. proxi. in fi. vbi seruus tuus uendidit mihi seruum uitiosum, agere n. possum de peculio ad prec. quod dedi: & repetam in duplum, ut s. eo. l. quod si nolit, §. quia, ass. sua. nam, sic ex stipulatione duplae pro euictione experi., si nolit dominus serui vendentis.

q *Restituendus.*] scilicet venditori, si emptor eum rehabuit: uel dic emptori, si ad venditorem peruenerit.

r *De peculio.*] cum emit a seruo, & dic pro precio.

s *Duplae.*] i. sub stipulatione duplae pro cuiactione, vel pro vitijs.

t *Stipulatione.*] q. nectat apposita propter vitia. Alij dicunt propter euictionē quasi nunc euincatur.

u *Responsum esse.*] ut liceat repeti res, nisi dare velit seruum pro noxa.

x *Seruū dupla.*] i. de se sub stipulatione duplae pro euictione, uel pro vitijs.

y *Fugisset.*] s. antequā esset uenditus.

z *Credendum est.*] ut & j. de proba. l. cum probatio. & de test. l. serui, j. respō. Sed contra s. de interrog. actio. l. si sine, §. si seruus. Sed ibi in alieno facto, non suo interrogabatur, ut hic erat, uel ibi. & hic ad duplum agitur quasi eo euicto, uel ibi in iudicio.

a *Cvm in ea.* (*consequi.*)] ab emptore, quod nondum soluerat. Dolo enim facit, qui petit, quod restituturus est, ut j. de excep. doli, l. dolo. Accur.

b *Vno precio.*] id est vnico, fuit tamen in quolibet suum precium constitutum.

c *Facta intercessisset.*] vt & s. eo. l. cum autē, § Iulianus ait. Si ergo liber homo venditur est ad preciū participandum: & quia vitiosus erat facta est redhibitio: redit in pristinam libertatem: non in dominium venditoris.

Quaesitu

1 † Flor. hoc asseruit.

2 † Alias decem est, decem millibus.

3 † Flo. millibus.

* Cuiusmodi l. de prob. infra.

4 † In archetypo erat non debeat, sed negatiua ibi fuit inducta, teste Anton. Aug. lib. 1. c. 2.

5 † Flo. restituendus.

6 † Flor. esse.

7 † Fl. an in domum venditoris.

8 † Flo. si et alia.

9 † Flor. est.

10 † Flo. intercessisset.

* Dolo facit, qui quod restiturus est, petit. vide regu. dolo facit, de reg. iuris.

Quotiens.] CASVS. Emi fundum, postea quidam uicinus euicit mihi seruitutem in eo fundo, ago quanto minoris emissem. Viuia.

a *Victus*] scili. et uenditor per actionem quanto minoris ciuilem, præstat tantum quantum &c. & hoc quando ignorabat uenditor seruitutem deberi: alioquin teneretur ad interesse, ut sup. de ac. emp. Iulianus §. quod aũt dicimus. & l. quæro si qs fundum & supra de contrah. emp. l. cum uenderes fundum. Item & si ignorauit, & asseruisset eum optimum, & maximum, teneretur ad interesse, ut supra de actio. emp. Iulianus. §. q l tñ. licet quidam hanc legem intelligant qñ ignorans asseuerauit seruitutẽ impositã: & si ciuili ex empto agitur. Accursius.

Vlpianus lib. 80. ad educt.

LEX LXI.

Quoties de seruitute agitur, victus a tantũ dẽt præstare, quãti minoris emisset emptor si sciuisset hanc seruitutem impositam.

Modestinus lib. 8. Differ.

LEX LXII.

Ad res donatas edictum ædilium curulium nõ pertinere dicendum est. Etenim quid b se restituturum donator repromittat, c 1 † quando nullum pretium interuenit? 2 † Quid ergo si res ab eo, cui donata est, melior facta d sit? nunquid quanti eius, qui meliorem fecit, interest, donator conueniatur? Quod minimè dicendum 3 † est: ne eo casu liberalitatis suæ donator pœnam patiatur. e

¶ Itaque, si qua res donetur, necesse non erit ea repromittere, quæ in rebus venalibus ædiles repromitti iubent. f Sanè de dolo g donator obligare h se & debet, & solet: ne quod benigne i contulerit, fraudis consilio reuocet.

Vlpia. li. 1. ad edic. ædil. curulium.

LEX LXIII.

Sciendum est ad venditiones 4 † solas k hoc edictũ pertinere, non tantum mãcipiorum, verũ cæterarum quoque rerum. Cur autem de locationibus nil 5 † edicatur, mirum uidebatur; hæc tamen ratio redditur, vel quia nunquam istorum de hac re fuerat iurisdictio, vel quia non similiter locationes ut venditiones fiunt. l

Pomp. lib. 17. Epistolarum.

LEX LXIIII.

Labeo scribit, m si vno pretio plures seruos emisti & de vno n agere velis: in æstimatione 6 † seruorum proinde fieri debet, atque vt fieret in æstimatione 7 † bonitatis agri, cum ob euictam partem fundi ageretur, o 8 †

¶ Idem ait, si vno pretio plures seruos vendidisti, sanosque esse promisisti, & pars duntaxat eorum minus sana sit: de omnibus p aduersus dictum promissum ve 9 † rectè agi.

¶ Ibidem ait, errare aut fugere iumentum posse, nec tamen erronem aut fugitiuum esse, agi posse. q

Venuleius li. 5. Actionũ.

LEX LXV.

Animi potius quam corporis vitium est, 10 † si ludos assidue spectare velit, aut tabulas pictas studiosè intueatur, siue etiam mendax, aut similibus vitijs teneatur.

¶ Quoties r morbus sonticus nominatur, cum significari Cassius ait, qui noceat nocere autem intelligi, qui perpetuus sit, non qui tempore s finiatur. t Sed & 11 † morbum sonticum * eum videri, qui incidesit in hominem postq̃ is natus sit. u Sontes etenim 12 † nocẽtes dicũtur. 13 †

b *Ad res donatas. Etenim quid.*] aliás eo q se &c. ratiõne allegata quòd donator &c. unde ui detur locum habere edictum. sed contra est quando pro quis, sed nullum pretium &c. Et dic, restituturum, idest, traditurũ rem, quam donat, ut infra de uerbo. sign. uerbũ reddendi. Alij uero litterã habent, & melius, quid enim se &c. & legatur interrogatiuè & respon. q. d. nihil, nec obligatur ciuiliter, sicut in emptione, qñ, q. in donatione nullũ &c.

c *Repromittat.* q. d. uenditor facit.

d *Facta.*] deinde uitiosa apparet.

e *Patiatur.*] hoc enim esse non debet, ut j. de re iud. l. & exhæredatum. in fi. & l. nec ex liberalitate. Acc.

f *Iubent*] exhibere ut oportet, ut non esse morbum.

g *De dolo.*] quem committit si sciens alienum donat.

h *Obligare.*] ut promitto indemnitatem, si apparuerit me fuisse in dolo. Accur.

i *Benigne.*] ad hoc ergo potest agi ex quo solet, ut supra eodem, q si noli §. quia assidua. uel si nõ fiat, agi potest de dolo, cum res apparuerit uitiosa, ut C. de iure do. l. j. & inf. de don l. Aristo. ait. § fin. Sed nunquid agit de eui. qui habet causam lucratiuã uel quasi? Resp. non ut C. de euict. l. 2. & j. si ita for. se. dic. l. quoties. §. planè. & §. sed an & si legati. sed si incœpisset à pactione, sic, ut C. de iur. do. l. j.

k *Sciendum Solas.*] subaudi uel similes cõtractus. ut ad permutationem, ut supra eo. l. sciendum. §. deinde.

l *Fiunt.*] non enim in locatione intendit transferri dominium, ut in emptione, ut supra loca non solet.

m *Labeo scribit.*] CASVS. Talis est. Vendidi duos seruos pretio cõstitu o in uniuersitate repetit emptor unũ esse fugitiuũ, uel aliàs uitiosum uel morbosum, proponit pro eo solo, qui uitiosus est, redhibitoria, cũ posset proponere pro utroque, ut supra eo. l. cum eiusdem. æquè uenditor cum teneri posset, assentit. redhibitione serui facta, quantum pretium emptori restituatur quæritur. nec enim in redhibito pretium singulariter constitutum fuerat. unde uidebatur eius nomine non restitutum. Respon. tantum pretium restituẽdum facta æstimatione serui redhibiti: ut tamẽ nõ trãsgrediamur ultra pretium statutũ pro rata serui redhibiti & non redhibiti, ut ar. infra tit. j l. cum fundus. & quidem si empti sunt, quantum ui debantur ualere, non plus uel minus: planè est casus, ut j. tit. j. l. j in fi. Si aũt plus uel minus, pcedere. sciamus ergo quantũ fuerit pretium cõuentum, deinde quãtum fuerit pretium uerũ tempore emptionis & uenditionis: non cum agitur, ut infra tit. j. l. bonitatis. deinde quantũ fuerit pretiũ rei huius redhibitæ uerbi gratia: empti fuerunt prox. ualuerunt 27. ergo fuerunt empti uiri parte minus ueri pretij. redhibet unus pone, ualuit nouem: ergo fingitur emptus tertia parte minus, idest sex tãtũ. sex ergo præstabunt emptori: eadem cõputatio fiet si pluris empti fuerint quã ualerent pone, empti fuerunt pro nouem: ualent sex: ergo fuerunt empti plus tertia parte quam ualerent: redhibetur unus. pone, ualet tria, ergo fingitur emptus plus tertia parte, i. quatuor, quæ præstabuntur emptori, & alia sibi retinebit manci pij. & similis fit cõputatio. infra de lega. 2. si quidem & i. q solidum. §. j. Accur.

n *De uno.*] cum posses de omnibus: & uelit uenditor de uno tantum, cum possit postulare redhiberi utrumque. Accur.

o *Ageretur.*] ut infra ti. j. l. j.

p *De omnibus.*] cum non possent separari. ut s. eod. l. cum eiusdem. & l. si plura. & s. si quis causa si seruus. §. si plurium.

q *Agi posse.*] redhibitoria proponendo fuisse factum esse erronem aut fugitiuum.

r *Animi potius*] CASVS. Morbus alius sonticus, alius nõ sonticus: sonticus est, qui cuicunque rei quam facere uis nocet. ut si uis ire, doles renibus: si uis loqui, doles lingua uel ore, & est necesse, quod sit perpetuus. hoc maximè contingit in his, qui sanati recidiuant. Viuia.

r *Quoties.*) qui nocet cuicumque rei, non alicui specialiter, ut supra eo. l. ob quæ, § illud.

s *Tempore*) scilicet tantum, ut supra eo. Pomponius.

t *Finiatur.*) quousque res finiat illa, i. redhibeat. Vel dic sub audit tñ: ne sit q j. eo. l. Põponius: uel dic, ut dicat sõticus

u *Natus sit.*] aliàs sanus sit, & pro hoc sup. eo. l. quod ita.

1 † *Fle repromittit.*
2 † *Fl interueniat.*
3 † *Dura dicendo.*
4 † *venditiones.*
5 † *Nihil. Dna*
6 † *Plur. aestimationem seruorum pro rata fieri debere.*
7 † *Fl. æstimationem.*
8 † *1 L agatur,*
9 † *Fle. dedit, ve.*
10 † *Duar ut luti si aliud.*
11 † *Fle. doof, &*
* *Vid Gel. no. Attic. lib. 10. c. 1.*
12 † *Fle. Eni. Duar.*
13 † *Fl. dies*

item quod solui nomine vectigalis, seu tributi pro seruo. Vi.

a *Debet autem.*] scilicet emptor a venditore.

b *Erogatum est.*] mediatoribus. s. forte quia dicit ita venditor, nõ vendam tibi nisi per talem hominem: tu ei da de tuo, & ipse nos conueniet.

c *Sequetur.*] ratione rei.

SI vendit. &c.] CASVS. Titius vẽdidit mihi Stichum. debet mihi promittere non fugitiuum, & alia vitia abesse: & nisi promittat, ago redhibitoria, & intra duos menses, vel quãti interest vsq; ad sex menses Viuia.

d *Edicto.*] posito supra e. l. 1. §. 1. s. de vitijs, & alijs, quæ ibi dicuntur.

e *Non caueat.*] intra duos mẽses. Vel dic, facta interpellatione cong. uo loco, & tempore.

f *Redhibitoriam.*] idest actionẽ redhibitoriã, licet alias non sit in causa redhibitionis, & non mireris si hæc alia tempora, quam superiora sint, quæ habes sup eo l. sciendũ. §. si. nam hic agitur & si vitia non sunt, s. eo ipso, quod non canet & facit inf. eod. quod si nolit. §. qui mancipia. Accu.

g ILlud. Non præstet.] idest non caueat intra certũ tẽpus, ut, si pecunia sibi soluatur, se mancipiũ restituturum, ut sup eo. l. videamus.

h *Ista*] quæ diximus sup. e. l. debet. Accur.

i *Condemnabitur*] cũ venditori satisfactum fuerit prius ab emptore, s. in cauendo.

k *Liberetur.*] ut & supra e. l. ædiles. §. præterea. Accur.

l *Condemnatio autem fit.*] s. emptori.

m *Ea res*] i. pretiũ.

n *Accessionesq;*] ut ea quæ accessione dedit mediatoribus, ut sup. eo. l. debet.

o *Impendit.*] pro delictis eius.

p *Horum nomine.*] s. damnorum.

q *Ait Iulianus.*] ut supra eo. l. cum autem. §. Iulianus. & inf. eo. l. quaro. & facit sup.

Vlp. lib. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXVII.

DEbet autem a recipere pecuniam, quam dedit pro eo homine, vel si quid accessionis nomine dederit. Dari autem non id solum accipimus, quod numeratur venditori, vt puta pretium, & vsuras eius: sed & si quid emptionis causa erogatum b est. Hoc autem ita demum deducitur, si ex voluntate venditoris datur. cæterum si quid sua sponte datum esse proponatur, non imputabitur. Neque enim debet, quod quis suo arbitrio dedit, a venditore exigere. Quid ergo si forte vectigalis nomine datum est, quod emptorem forte sequeretur? c Dicemus hoc quoque restituẽdum. Indemnis enim emptor discedere debet.

Caius li. 1. ad edi. ædil. cur.

LEX XXVIII.

SI venditor de his, quæ ædicto d ædilium continentur, non caueat, e pollicentur aduersus eum iudicium redhibitorium, f 1† intra duos mẽses, uel quanti emptoris interfit intra sex menses.

Vlp. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXIX.

ILlud sciendum est, si emptor venditori hæc nõ præ g stet, g 2† quæ desiderantur in hac actione, non posse ei venditorem condemnari; h si aũt emptori uenditor ista h non præstet, 3† condemnabitur i ei. ¶ Item emptori præstandum est, ut pecuniæ cuius nomine 4† obligatus erit liberentur: k siue ipsi uenditori obligatus sit, siue etiam alij: Condemnatio aũt fit, l quanti ea res m erit. Ergo excedat pretium, an non, uideamus. Et quidem cõtinet condemnatio pretium, accessionesq; n An & vsuras pretij consequatur, quasi quod sua interfit, debeat accipere, maxime cum fructus quoq; ipse restituat? Et placet consectum rum. Si quid ... damni sensit, uel si quid pro seruo impendit, o consequetur arbitrio iudicis: sic tamen non vt ei horum nomine p uenditor condemnetur, ut ait Iulianus, q sed ne alias compellatur hominem uenditori restituere, r quam si eum indemnem præstet.

Pau. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXX.

ITem si serui redhibendi s nomine emptor iudiciũ t accepit, uel ipse eius nomine dictauit; cauendum ex utraque u parte erit: ut si quidem sine dolo malo condemnatus sit, uel si quid ex eo, quod egerit, ad eum peruenerit, dolone malo eius factum sit, quo minus perueniret: id reddat. ¶ Quas impensas necessario in curandum seruum post litem contestatam emptor fecerit, imputabit. x 5† præcedentes autem 6† impensas nominatim comprehendendas y Pædius ait. 7† Sed cibaria seruo data non esse imputanda z Aristo ait: nam nec ab ipso a exigi, b quod in ministerio c eius d fuerit.

Vlp. li. 1. ad edic. ædil. cur.

LEX XXXI.

QVod si nolit e uenditor hominem recipere, nõ in maiorem summam, inquit, quam in pretium ei f cõdemnandum. Ob hæc ergo, quæ propter seruum damna sensit, solam dabimus ei corporis retentionem. Cæterum poterit euitare præstationem uenditor, si nolit hominem recipere. quo facto pretij præstationem eorumque quæ pretium sequuntur, solam non euitabit. g

Pro seruo fure agitur redhibitoria, si dictum fuit non esse furem. h. d. alias secus.

Si uenditor pronunciauerit, uel promiserit furem non esse, tenetur h ex sua promissione, si furtum seruus facit. Esse enim hoc in 8† casu i furem non tantum eũ qui extraneo, sed & eum, qui domino suo res subtraxerit, intelligendum est. ¶ Si ancilla redhibeatur, & quod ex ea post uenditionem natum erit, reddetur: siue unus partus sit, siue plures. Sed &

de in diem addic. l. item quod dictum.

r *Restituere.*] sic sup. eo. l. videamus. s. pro delictis eius. Quid si emptor, qui obtinuit non vult vti victoria, an venditor poterit agere? Videtur, quod nõ, vt sup. de minor. si iudex.

s ITem si. Redhibendi.] i. nominẽ huius serui, qui modo redhibetur. nam acceperat iudiciũ de eo, quod cum alio contraxerat, uel alij debitũ fuerat ex delicto. Accur.

t *Iudicium.*] cum cõueniretur noxaliter. Accur.

u *Ex utraque.*] ut s. eo. l. redhibere. §. idẽ Pomponius.

x *Imputabit.*] officio iudicis. Accur.

y *Comprehendendas.*] scilicet in libello iure actionis, non officio iudicis, ut sup eo. l. ædiles. §. item sciendum.

z *Imputãda*] scilicet venditori, vt ar. supra com. l. in reb. §. possunt & inf de do. inter vir. & vxo. si id, quod. §. 1

a *Ab ipso*] i. vẽditore.

b *Exigi*] scilicet possunt, ideoque, &c. & sic, qui non exegit, non agit. uel dic, ipsum seruitium, quod non potest repeti

c *In ministerio*] idest seruitio. Accur.

d *Eius*] emptoris.

e QVod si nolit.] hæc lex melius continuatur cũ illa l. illud. in si. quæ est sup proxi §.

f *Ei*] s. emptori.

g *Non euitabit.*] idest agnoscet. alia ergo euitat.

h *Tenetur.*] etiam si ignorauit furem esse, quia temere asseuerare non debuit, vt sup. de act. emp. l. 1. & l. Iulianus. §. 1. Accur.

i *Hoc in casu.*] q. d. dixi non esse furẽ. alias si nihil dixisset, non teneretur. Ideo, quod dño quandoq; furtum fecisset ut & inf. eo. l. si furtum.

Venditori.

1† Fl. adhibet iudicium ad redhibendum mancipium intra duos menses.

2† Flor. præstat.

3† Flor. præstat.

4† Ind. hic legit, cuius pecuniæ nomine, &c.

5† Alias, officio iudicis imputabit.

6† Fl. deest, autem.

7† Fl. deest, sed.

8† Fl. deest, hoc.

a *Venditori.*] vt supra eo. l. & generaliter. & arg. supra de petitio. hæred. l. nisi ex.
b *Dareq.*] quæ, pro vel. & facit, supra, de procu. licet, §. pen. & supra fam. ercis. l. si familiæ. Vel proprie. & sic dicet cõpelli omnes consentire, vt & inf. iud. sol. l. si tamen, §. si tamen plures. & infra, de leg. j. huiusmodi, §. cum pater. & inf. ea. l. §. prox.
c *Recipit hominis*] & sic in idic in communionem inuitus, q non debet esse, vt supra, de condi. indeb. l. si non fortem, §. si centum. Accur.
d *Homo sit.*] nota q hæc pretoria est quanto minoris res est: vt hic, & infra eodem, ædiles, circa princip. sed ciuilis quanto minoris esset empturus, vt supra, de actio. empti. l. Iulianus, in principio.
e *Singulos.*] hæredes emptoris. Accur.
f *Agere.*] ad pretiũ.
g *Accessiones.*] vt vsu eas. Accur.
h *Recipient*] s. hæredes emptoris.
i *Tale sit.*] idest tale remanserit aliquid reddendum.
k *Negauimus.*] vt supra ead. l. §. si plures.
l *Consentiunt.*] vt supra ead. l. §. si plures.
m *Ex dominis.*] qui seruum emit.
n *Emptoribus.*] vt nullus partem pretij soluendo, partem rei consequatur. Accur.
o *Retinet.*] vt sup. de actio. empti. l. Iulianus, §. offerri & sup. eo. illud, in fi.
p *Eius.*] scilicet emptoris, vel vnius ex hæredibus.
q *Procurator.*] vnius ex hæredibus.
r *Teneri*] hoc potest intelligi re non integra, quia seruus restitutus sine damno, & pretium redditũ est: in inferiori casu res est integra.
s *Redhibere.*] nisi soluat. Accur.
t *Redhiberi.*] cum secus in hæredibus emptoris, vt supra ead. l. §. si plures? Respon. quia venditor, qui integrum ius habuit, si conueniatur ab vno, & integrũ ius debet recipere, cæterum

1 † Alias suo.
2 † Fl. accresc.
3 † Flor. [illegible]
4 † Flor. quanto.
5 † Fl. sed & fructus accessiones.

si forte vsusfructus proprietati accreuerit, indubitate hic † quoque restituetur.

¶ Si peculium quæsijt apud emptorem, quid de hoc dicemus? Et si quidem ex re emptoris accreuit, a 2 † dicendum est, apud ipsum relinquendum. si aliunde, accreuit, venditori a restituendum, 3 †

Plures hæredes emptoris concordare debent in agendo, vel omnes redhibitoria, vel omnes quanto minoris. hoc primo. Sed ad pretium consequendum quilibet agit pro parte, & in accessionibus diuisibilib. quilibet pro parte tenetur. hoc secundo. Item quod dictum est in pluribus hæredibus, idem in pluribus dominis vnius seruitutem ementis. h. d. vsque ad §. Pomponius ait.

¶ Si plures hæredes sint emptoris, an omnes ad redhibendum consentire debeant, videamus. Et ait Pomponius omnes consentire debere ad redhibendum, dareque b vnum procuratorem, ne forte venditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, c alij in partem pretij condemnetur, quanto 4 † minoris is homo sit. d

¶ Idem ait, homine mortuo, vel etiam redhibito, singulos e pro suis portionibus recte agere. f pretium autem, & accessiones g pro parte recipient. h Sed & fructus 5 † & accessiones, & si quo deterior homo factus est, pro parte ab ipsis præstabitur, nisi forte tale sit, i quod diuisionem non recipiat, vt puta ancillæ partus, in hoc enim idem seruandum est, quod in ipsa matre vendita, quam pro parte redhiberi posse negauimus. k

¶ Marcellus quoque scribit, si seruus communis seruum emerit, & sit in causa redhibitionis: vnum ex dominis pro parte sua redhibere seruum non posse, non magis (inquit) quam si cum emptori plures hæredes extiterint, non omnes ad redhibendum consentiunt. l

¶ Idem Marcellus ait, non posse alterum ex dominis m consequi actione ex empto, vt sibi pro parte venditor tradat, etsi pro portione pretium dabit. & hoc in emptoribus n seruari oportere ait. nam venditor pignoris loco, quod vendidit retinet, o quo ad emptor satisfaciat.

¶ Pomponius ait, si vnus ex hæredibus emptoris, 6 † vel familia eius, p vel procurator q culpa, vel dolo fecerit rem deteriorem, æquum esse insolidum eum teneri r arbitrio iudicis. Hoc autem expeditius esse, si omnes hæredes vnum procuratorem ad agendum dederint: tunc enim 7 † si quo deterior seruus culpa unius hæredum factus est, & hoc solutum est, cæteri familiæ erciscundæ iudicium aduersus eum habebunt, 8 † quia propter ipsum damnum sentiunt, impediunturque redhibere. s

¶ Si venditori plures extiterint hæredes, singulis pro portione hæreditaria poterit seruus redhiberi. t Et si seruus plurium uenierit, u idem erit dicendum. Nam si unus a pluribus, x uel plures ab uno, uel plura mancipia ab uno emantur, uerius est dicere, y si quasi plures z rei fuerint uenditores, singulis insolidum redhibendum: si tamen plures partes emptæ a sint a singulis, b recte dicetur alteri quidem posse redhiberi, cum altero autem agi quanto minoris. Item si plures c singuli partes ab uno emant, tunc pro parte quisque eorum experietur: sed & si insolidum emant, quisque 9 † insolidum redhibebit. d

¶ Si mancipium quod redhiberi e oportet, mortuum erit: hoc quæretur, numquid culpa emptoris, uel familiæ eius, uel procuratoris, homo demortuus sit. nam si culpa eius decessit, pro uiuo habendus est, & præstantur omnia, 10 † quæ præstarentur f si viueret. ¶ Culpam g autem 11 † omnem accipiemus, non utique latam. h Propter quod dicendum est, quamcumque occasionem mortis 12 † emptor præstitit, debere eum teneri, 13 †

verus et hæredib. venditoris pro parte tantũ conueniuntur, quam habuit.
u *Venierit.*] ab eis.
x *A pluribus.*] scilicet emit.
y *Dicere.*] responsio primi casus, scilicet cum vnus emit a pluribus.
z *Plures rei.*] insolidum venditores.
a *Emptæ sint.*] ab vno emptore. Accur.
b *A singulis.*] s. venditoribus seorsum.
c *Item si plures*] s. singulariter, & hæc est responsio secundi casus.
d *Redhibebit.*] ad tertium autem, s. quando vnus ab vno plura mancipia emit, non respondet hic, sed infra eod. l. cum eiusdem, & l. seq. & l. si plura, & l. penult.
e *Redhiberi*] contra. C. eod. l. fin. Sol. vt dixi supra eod. l. redhibere, §. fin.
f *Præstarentur.*] si viueret. hoc potest intelligi, cum venditor admittit emptorem agentem redhibitoria, licet eius culpa perierit seruus. præstabitur enim venditori æstimatio serui. & restituentur accessiones, & omnia in seruum ab emptore, & eius familia data, vt supra eo. cum autem, §. Iulianus, & §. pen. & l. ædiles etiam. sed si malit venditor repellere emptorem, quia seruum non restituit, est enim sua culpa mortuus, potest, vt sup. eo. ædiles etiam, §. ordinem & l. illud, primo respon. & inf. eo. l. si hominem emptum, in fine. & l. si tamen, §. respon.
g *Culpam.*] ideo generaliter dixit de culpa emptoris, quia nõ tantum latam, sed etiam leuem præstat, non leuissimam, vt inf. de leg. j. si seruus leg. §. cum quidam.
h *Latam.*] scilicet tantum.

Adhibuit

6 † Flor. deest emptoris.
7 † Fl. vel si quo.
8 † Fl. habent.
9 † Fl. vnusquisque.
10 † Dum enim.
11 † Fl. deest autem
12 † Fl. [illegible]
13 † Fl. deest tantum.

etiam si non adhibuit * medicum, a ut sanari possit, vel malum adhibuit, sed culpa sua. Sed hoc dicemus, b si ante iudicium acceptum decessit. Cæterum si post iudicium acceptum decessisse proponatur: tunc in arbitrium iudicis veniet qualiber mortuus sit. Vt enim & Pædio videtur, quæcunque post litem contestatam contingunt, ea arbitrium iudicis desiderant.

¶ Quod in procuratore diximus, idem & in tutore, & curatore dicendum erit, cæterisque, qui ex officio pro alijs interueniunt. & ita Pædius ait, & adijcit, quibus administratio rerum 1 † permissa est, eos culpa abesse præstare non iniquè c dominum cogi.

¶ Idem Pædius ait, familiæ appellatione, & filiosfamilias demonstrari. d facta enim domesticorum, redhibitoria agentem præstare voluit. e

¶ Si quis egerit quanto minoris propter seruum fugam, deinde agat propter morbū, quanti fieri condemnatio debeat? Et quidem sæpius agi posse quanto minoris, f dubium non est. Sed ait Iulianus id agendum esse, ne lucrum emptor faciat, & bis eiusdem rei æstimationem consequatur. g

¶ In factum actio competit ad pretium recuperandum, si mancipium redhibitum fuerit, h in qua non hoc quæritur, an mancipium in causa redhibitionis fuerit, sed hoc tantum, an sit redhibitum, nec immeritò. Iniquum est enim, postea quam venditor agnouit, recipiendo i mancipium esse id in causa redhibitionis, tunc quæri vtrum debuerit redhiberi, an non debuerit, nec de tempore quæritur, an intra tempora redhibitum 2 † esse videatur.

¶ Illud planè hæc actio exigit, vt redhibitum. cæterum nisi fuerit redhibitum, deficit ista actio, etiam si nudo consensu placuerit, vt redhibeatur. Conuentio k ergo de redhibendo non facit locum huic actioni, sed ipsa redhibitio.

¶ Restitui l autem debet per hanc actionem m etiā, quod ei n seruo in venditione accessit.

¶ Quia assidua * est duplæ stipulatio, idcirco placuit etiā ex empto o agi posse, si duplæ 3 † venditor mancipij p non caueat. Ea enim, quæ sunt moris, & consuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debent venire. q

¶ Qui mancipia vendunt, nationem r cuiusque in venditione pronunciare debent. Plerumque enim natio serui, aut prouocat, aut deterret emptorem. idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptum etenim est * quosdam seruos bonos esse, quia nationis 4 † sunt non infamatæ: s quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Quod si de natione ita pronunciatum non erit, iudicium emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinebit, dabitur, per quod emptor redhibeat mancipium. t

¶ Si quid ita venierit, vt nisi placuerit, intra præfinitū tempus redhibeatur, ea conuētio rata habetur. si autem de tempore nil conuenerit, in factum actio intra lx. dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum: vltra non. Si verò conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, puto hanc conuentionem valere. Item si tempus lx. dierum præfinitum redhibitioni præterierit, causa cognita iudicium dabitur.

¶ In causæ autem cognitione hoc versabitur, si aut mora fuit per venditorem; aut non fuit præsens, cui redderetur, aut alia 5 † iusta causa intercessit, cur intra diem redhibitum mancipium non sit, quod u

a Adhibuit medicum.] hoc est optimū arg. contra illos emptores, qui de euictione agūt, vt repellantur si malos habuerint aduocatos, maximè cū medicus mortale vulnus sanare non possit: patroni verò pessimā causam potest facere videri bonam. Itē arg. similiter contra hæredem, qui testatori nō adhibuit medicū, vel malum adhibuit, vt priuetur hæreditate, vt inf. de verb. obl. si seruum stipulatus fuero. & inf. de his, qui. vt indig. l. indignum.
b Sed hoc dicemus.] vt necessarium sit propositionē: sed post. lit. contest. iudicis officio expeditur, vt sup. e. l. ædiles, §. ita sciendum.
c Non iniquè.] vt non liberetur etiam cedendo actionem: licet ab hær. sit contrà vt sup. de tribut. act. l. si & sup. de act. emp. l. Iulianus, §. idē Iulianus. & suprà de pecu. l. in summa, §. si dolo vt i seruus erat deterior factus, etiā non ēst a venditione. vt sup. e. l. ædiles &c. §. sed notandum, & §. Pædius. sed aliàs ex delicto procuratoris gñalis non tenetur dñs: hic tñ contra est, quia agit, & rescindit contractum: nam sæpe conuenti consequimur, quod non consequimur agēdo. vt suprà, de compēd. si cum filio Azo.
d Demonstrari.] vt & sup. e. ædiles, §. j. Acc.
e Voluit.] s. Pædius, vt sup. eo. l. j.
f Minoris.] s. pretij, vt sup. eo. l. j.
g Consequatur.] vt & infra tit. j. l. quia dī. & ar. j. eo. tit. l. cum fundus, & inf. de act. emp. l. ex empto, §. idē ait. & j. de reg. iur. bona fides & arg. C. de episcop. & cler. omnes, qui §. præterea cum in prouincijs vbi dicitur, quod duabus afflictionibus non debent clerici affligi. sic & j. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis, §. cum autē, & §. quid ergo.
h Redhibitum fuerit.] extra ius, et idem si in iure: sed non retinuit rem, donec reha
beret pretium, quod facere potest, ut suprà eod. uidemus.
i Agnouit, recipiendo.] quod quis recipiendō agnouit, postea reprobare non potest, ut hic, & inf. de nec. & excu. mu.

Arg. hoc, & Alex. in l. si à hostibus, in f. sol. matr. titulum text. tenetiam me hæredem de corpore intrit ad hoc propositū, quod quem admodū maritus priuatur lucro propter medicum non adhibitum vxori agrotæ, ita etiam priuatur, si malum adhibet medicum. Bolog.

1 † Etiā vt, summo culpam abesse præstare.

2 † Fl. redhibitus. & inf. l. si.

l. pen. §. fi. & sup. de pos. l. si hominem. §. quoties & C. ad leg. Cor. de fal. ipse significās. & inf. ad l. Iul. de adult. si vxor. §. fi. & sup. de interiu. nam & posteà, §. j. Accur.
k Conuentio.] quid si ex ea conuentione detur actio? Videtur quod debeat haberi pro eodem, ac si redhibitum fuisset, vt argu. contrà. C. ad le. Falc. l. fin. Accur.
l Restitui.] venditori. & sic cōuertitur casum.
m Per hanc actionē.] s. in factū, & nihilominus per action. ex vēdito, vt su. eo. cum autem, in princ. in fi. & respō. ergo emptori dabitur ex emptio ad pretium, & in factū nihilominus, vt in superiori casu. Accur.
n Quod ei.] redhibito. etiam sine iudice.
o Ex empto.] vel si vult potest redhibere, vt sup. eo. l. si uenditor. Accurs.
p Mancipij.] alterius enim rei venditor duplam promittere ex hoc edicto non compellitur, secundū. R. & dic. ueri, si seruū nō esse in aliqua earum causarum, quæ inducunt redhibitionem. cauet enim de dupla quasi uideatur euinci per vitium, ut j. e. l. quaro. § j. & ij. unde ad similitudinem uere euictionis præstatur euictio nec dic speciale in seruo, licet R. dixerit.
q Venire.] moris autem est, & consuetudinis in his contractibus de dupla cauere: præsertim si res pretiosa sit, ut j. eo. si tamen. § si que seruanda est: ut hic, & sup. fam. erc. l. qui erat. & sup. de pign. act. si pignore, § fin. & inf. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. placuit. & infra j. l. ij. & l. si fundus. & C. loc. l. certi.
r Nationem.] s. ex quo patre, & matre natus sit: siue de qua progenie seruorum est.
s Non infamatæ.] sæpe solet s similis filius esse patri. & illud: Non potest arbor mala bonum fructum facere.
t Mancipium.] licèt aliàs non sit in causa redhibitionis, ut suprà eo. l. si uenditor, de his.
u Non sit, quod.] s. mancipium.

* Est hic glo. quæ est nec. sacto suo tex. ad hoc, quod contractus dubij recipiunt modum, & formam à consuetudine. Bolog.

3 † Et duplæ.

* Huc pertinet, quod Aris. d. l. 3. Polit. c. 10. ait, natiōnes alias alijs seruitiis aptiores esse. quod & in orat. de prou. consul. Cicero probat.

4 † Fl. natione sunt non infamatæ.

s Hæc gl. est contra tex. sua ibi, præsumptum. not. quod ar. sūptum per locum à præsumptione, valet. idem no. quod qui nascitur, ex bonis parentibus, præsumitur bonus, ex malis malus vt de per Odof. in l. j. ff. de iusti. & iu. & lo. de Pla. in proœm. Inst. in §. quarum.

5 † Fl. aliquas.

Et

a *Ei.*] scilicet emptori.
b *Magis*] valde. & facit ad hunc §. supra de rescind. vend. fr. conuenit re.
c *In his*] in hac actione in factum.
d. *Dicta sunt.*] de partu habuimus sup. eo. §. ij. de fructibus, & accessionibus habuimus sup. eo. cũ autem § pe & fin. & l. illud. §. condemnatio, & l. debet. de homine verò mortuo habes supra. l. §. idẽ ait homine. & §. si mancipium. & facit §. l. ædiles. loquitur, quæ ergo in prædictis legibus de prædictis dicuntur, circa redhibitoriam, & circa hãc in factũ dicenda sunt, vt hic dicit.
e *Itaq; Superius.*] et sup. ea. l. ædiles. Accur.
f *Morbo*] scilicet rei principalis. Et sic no. hic, quod ea prestãt in accessorio, quæ in principali, vt sup. de act. emp. l. fundi. & l. ex empto. l. si q. rẽ & inf. l. prox. in fi. Accur.
g *Generaliter.*] dictũ sit accedere. Sed contra inf. l. proxim. sol. illa conscripta. vel hic seruorum facta est mentio, licet proprium nomen cuique non sit propositum. ibi nec appellatiuum, nec propriũ fuit propositũ, secundum Azo.

PRoinde.] CASVS. Vendo fundum, & dico accedere mãcipia, quæ in eo sunt teneor prædicere vitia pro his accessorijs ac si nominatim hæc mancipia venderem. & hoc probatur ad restitutionem actionis ex empto tenetur, quæ dantur, vt integra sint, quæ accedere fundo dicta sunt. Secundo dicit hæc sunt vera, si hæc accessio fuit serui emp. Si autẽ vendo seruum Stichũ cũ peculio, & in peculio sunt vicarij vitiosi, non si teneor. Idẽ si vendo hæreditatem, in qua sunt vitiosi, & fundi cum instrumento, in quo sunt mancipia vitiosa. nõ enim teneor de his vitijs. Viuianus.

b *Ex empto actio est.*] vt supra de act. empt. l. quicquid. & penult. §. fin. j. respon. Sed in seruo, de quo subijcit, econtra sup. l. proxim. sol. et ibi. Et no. hic, quod refert an prestiterit, vel non, vt supra eo. si quid venditor. in fin. & inf. ti. l. serui venditor. Accurs.
i *Accessit.*] propter rem principalem venditam, & accessoria semper redhibetur, vt hic. si autem neutra fuerit accessoria, distinguitur vt inf. eod. l. seq.

CVm eiusdem] CASVS. Vendidisti mihi quatuor seruos, quoniam simul ludebant, vel cantabant, quæritur, an propter vnius vitium alij redhibeantur? Distinguitur: aut unum pretium est simul pro omnibus constitutum, & tunc una est venditio, & pro unius vitio alij redhibentur, aut in quolibet fuit statutum suum pretium, & tunc plures sunt venditiones, & propter vnius vitium alij non redhibentur, nisi sit certum emptorem alios sine isto non emisse, vel venditorem hunc sine alijs non vendidisse, tamen si in singulis suum pretium sit constitutum, propter vnum alij redhibentur. Viuianus.

k *Plures res.*] principaliter Accurs.
l *Comœdi.*] qui pariter recitãt comœdias vnus cantando, alter legendo, vel respondendo.
m *Chorus.*] Chorus hic ponitur pro numero personarum ad psallendum destinatarum cum instrumẽto quondam, quod dicitur chorus. & sic accipitur inf. de leg. iij. l. chorus. quandoque ponitur pro mensura: quandoque ponitur pro loco, & ordine, quãdoq; pro vento, vnde dicitur. Cantat dulce chorus, bacchatur flamine chorus. Est mẽsura chorus, locus & ordo chorus.
n *Quod quæri*] i. quæ quæstio pertinet etiam ad id, quod nunc sequitur.
o *Omnes*] cum confusè est pretium constitutum. tunc enim redhibentur omnes si velit emptor, vel venditor etiam, quia alter non vult respõdere nisi redhiberentur omnes, vel si vterque admittat, in solo morboso procedat, vt infra eod. si plura & l. pen. Videtur tamen contra inf. eo. ædiles aiunt §. si. vnde in his distingue, vitium vendãtur res eiusdem generis, idest officij an non. si eiusdem generis, licet in singulis pretium constituatur an confusè in omnibus. in primo casu non redhibetur vnũ propter aliud, nisi emptor vnum sine altero non erat empturus, quod ex affinitate rerum, vel personarum probari potest, vt inf. eadem l. in fi. & inf. l. prox. in secundo sit omnium redhibitio, vt hic, vtriusque tamen voluntate agi potest ad vnum, vt inf. eo. si plura. vbi autem plures res venduntur, quæ non sunt eiusdem officij, propter vnum non redhibentur cæteri, vt inf. eo. ædiles aiunt §. fin. & hoc cum neutra est alteri accessoria. si autem vna alij accedat, propter principalem redhibetur accessoria vt sup. l. proxim. in fi. sed propter accessoriam non redhibetur principaliter vendita, nisi in casu vt propter ornamenta, vt inf. eo. ædiles. j. respon. & redhibetur autem accessoria, si accesserint expressim, nõ sub vniuersitatis appellatione, vel velamento, vt supra eodem, quod si nolit. §. vltimo. & l. itaque. & l. proinde.
p *Redhibeantur.*] si autem in singulis, vnus redhiberi posset, etiam sine cæteris; nisi ut sequitur.
q *Vna empta est.*] quo ad hoc sic, & infra de donat. in ter vir. & vxor. si id, quod. §. si ea. & supra de contrah. empt.

eit a magis b displicuerat.

¶ In his c autem actionibus eadem erunt obseruanda, quæ de partu, fructibus, accessionibus, quęque de mortuo redhibendo dicta sunt. d

¶ Quod emptioni accedit, partem esse venditionis prudentibus visum est.

Caius li. I. ad edic. ædi. cur.

LEX XXXII.

ITaque sicut superius e venditor de morbo f vitioue, & cæteris, quæ ibi comprehẽsa sunt, prædicere iubetur, & præterea in his causis non esse mancipium, vt promittat, præcipitur, ita & cum accedat alij rei homo, eadẽ & prædicere, & promittere cõpellitur. Quod non solũ hoc casu intelligendum est, quo nominatim adijcitur accessurũ fundo hominem Stichum, sed ẽt si generaliter g omnia mancipia, quæ in fundo sunt, accedant venditori.

Vlpi. li. I. ad edic. ædil. cur.

LEX XXXIII.

PRoinde Pomponius ait iustã causam esse, vt quoque in venditione accessurũ esse dictum est, tã integrũ prestetur, quam illud præstari debuit, quod principaliter venit. Nam iure ciuili, vt integra sint, quæ accessura dictum est, 1 † ex empto actio est, h veluti si dolia fundo accessura dicta fuerint. Sed hoc ita, si certum corpus accessurum fuerit dictum Nam si seruus cum peculio venierit, ea mancipia, quæ in peculio fuerint, sana esse præstare venditor non dẽt, quia non dixit certũ corpus accessurum, sed peculium tale. 2 † Et quẽadmodum certam quantitatẽ peculij prestare non dẽt, ita nec hoc. Eadẽ ratione 3 † facere Pomponius ait, ut ẽt si hæreditas, aut peculium serui venierit, locus edicto ædilium non sit circa ea corpora, quæ sunt in hæreditate, aut peculio. Idem probat, & si fundus cum instrũ venierit, & in instrumento mancipia sint. Puto hanc sententiam verã, 4 † nisi si aliud specialiter actum esse proponatur. ¶ Si uendita res redhibeatur, seruus quoq; q ei rei accessit, i licet nullũ in eo vitium sit, redhibetur.

Africanus li. 6. Quæstionum.

LEX XXXIIII.

m L Abeo scribit.] CASVS. Talis est. Vendidi duos seruos pretio cōstituto in uniuersitate: repetit emptor unū esse fugitiuū, uel aliàs uitiosum uel morbosum, proponit pro eo solo, qui uitiosus est, redhibitoria, cū possit proponere pro utroque, ut supra eo. §. cum eiusdem. æquè uenditor cum teneri posset, assentit redhibitione serui facta, quantum pretium emptori restituatur quæritur. nec enim in redhibito pretium singulariter constitutum fuerat, unde uidebatur eius nomine non restitutum. Respon. tantum pretium restituendum facta æstimatione serui redhibiti: ut tamē nō trāsgrediamur ultra pretium statutū pro rata serui redhibiti & non redhibiti, ut ar. infra tit. j l. cum fundus. & quidem si empti sunt, quantum uidebantur ualere, non plus uel minus: planus est casus, ut j. tit. j. l. j. in fi. Si aūt plus uel minus, pcedere. sciamus ergo quantū fuerit pretium cōuentum, deinde quātum fuerit pretium uerū tempore emptionis & uenditionis: non cum agitur, ut infra tit. j. l. bonitatis. deinde quantū fuerit pretiū rei huius redhibi. ie verbi gratia: empti fuerunt prox. u. lue runt 27. ergo fuerunt empti fere a parte minus ueri pretij. redhibei unus pone, ualuit nouem: ergo fingitur emptus tertia parte minus: id est sex tātū. sex ergo præstabunt emptori. eadem cōputatio fiet si pluris empti fuerint quā ualerent pone, empti fuerunt pro nouem: ualent sex: ergo fuerunt empti plus tertia parte quam ualerent: redhibetur unus. pone, ualet tria, ergo fingitur emptus plus tertia parte, i. quatuor, quæ præstabuntur emptori, & alia sibi retinebit: mancipia & similis fit cōputatio. infra de legat. si quidem & i. q. solidum. §. j Accur.

n De uno.] cum possis de omnibus: & uel uenditor de uno tantum, cum possit postulare redhibere utrumque. Accur.

o Ageretur.] ut infra ti. j. l. j.

p De omnibus.] cum non possent separari. ut j. eod. l. cum eiusdem. & l. si plura. & j. si quis causa seruus. & si plurū.

q Agi posse.] redhibitoria proponendo iumentum esse erronem aut fugitiuum.

A Nimi potius] CASVS. Morbus alius sonticus, alius nō sonticus: sonticus est, qui cuicunque rei quam facere uis nocet. ut si uis ire, doles renibus: si uis loqui, doles lingua uel ore, & est necesse, quod si perpetuus hoc maximè contingit in his, qui sanati recidiuant. Viuia.

r Quoties.) qui noceat cuicumque rei, non alicui specialiter, ut supra eo. l. ob quæ. § illud.

s Tempore) scilicet tantum, ut supra eo. Pomponius.

t Finiatur.] quousque res finiat illa, i. redhibeat. Vel dic subaudit tamen sit j. eo. l. Pōponius: uel dic, ut dicat sōticus

u Natus sit.] aliàs sanus sit, & pro hoc sup. eo. l. quod ita.

1 † Flo. repromit.

2 † Fl interueniat.

3 † Deest dicendo.

4 † venditiones.

5 † Nihil. Dua

6 † Flo. inter æstimationem seruorum proinde fieri debere.

7 † Fl. æstimationem.

8 † 1. agatur.

9 † Flo. dicti, ve.

10 † Deest at laisi aliud.

11 † Flo. deest, &.

* Vid. Gel. in Attic. lib. 20. c. 1.

12 † Flo. Ent. Deest.

13 † Fl. dicū

a *Non spatio.*] & est ratio: quia veterator dicitur, non qui diu seruiuit, sed quia in aliquo vili & malitioso officio saltem modico tempore se exercuit, ut dapifer. vt j. subijcit, alias dicitur veteranus, qui anno seruiuit: nouitius qui minus, vt infra de pu.l.fin. §. quoties. alias veteranus, id vetulus propter temporis spatium, ut supra l. praecipiu nt. Itē nota, quod sunt (vt hic patet) duo seruorum genera, scilicet veterani, & nouitij. Sed contra Instit. de iure perso. §. fin. Sol. vna est conditio omnium, q. d. quia vnus non est magis seruus quam alius: sunt tamen diuersorum officiorum: ut domino eorum placet, ut hic, & sup. de vsufr. l. sed & si quid. §. mancipiorum.

Gratū seruus subandi tur n tātum ut Ang. l. 2. c. 1. Ar. l. anniculus. infra de ver. sign. hāc plura sin non intelligens. forte. Valla nostros auctores calumniatur ... causa hic secus contrarius ... l. 37 supra ...

1 † Fa. nam nec.

2 † Fhr. de est. eum.

3 † Fh. stipulationes.

b *Genere.*] quia tali officio est praepositus, cui solent praeponi veterani. Item causa: qui talia facit, qualia veterani consueuerunt facere in suo officio: quia dapifer.

c *Ex venalitio.*] i. ex loco vbi nouitia mancipia venduntur.

d *Ministerio.*] s. vili, vt modo diximus, in quo statim fuit malitiosus. Accur.

e *Tyrocinio.*] vt quia rudis est.

f *Conditione.*] i. qualitate seruiendi.

¶ Seruus tam veterator, quā nouitius dici potest. Sed veteratorem non * spatio a seruiendi, sed genere b & causa aestimandum Celius ait. Nā quicunque ex venalitio c nouitiorum emptus, alicui ministerio d praepositus sit, statim eum veteratorum numero esse. Nouitium autem, nō tyrocinio e animi, sed conditione f seruitutis intelligi: nec ad rem pertinere, Latine sciat, necn. 1 † nec ob id veteratorē eum 2 † esse: si liberalibus studijs eruditus sit.

TITVLVS II.

De euictionibus, & duplae stipulationibus. 3 †

DE EVICTIONIBVS, & duplae stipulationibus.

Supra dictum est de vitijs, quae faciunt ... quasi euincere: nunc de vera actione] Latius Cuiac. in paratitl. ad hunc ti. vbi de vi. verbi euincere. & materiā huius tractatus declarat.

Ista lex est subtilis, & bona, & legitur duobus modis. Primo vt loquatur in actione ex stipulatione duplae, & illa tangitur in prima gl. Secundo vt loquatur in actione ex empto. et ista tangitur, in magna l. Casus in terminis est. Vendidi tibi fundum valentem 20. pro 10. & stipulatus es de dupla nomine euictionis: qd si non esses stipulatus, tunc ageres actione ex empto de euictione: modo euincitur pars fundi, quaeruntur duo. Primo, an possit haberi regressus de euictione. Resp. quod sic. Secundo quaeritur ad quid habeatur regressus, si forte euincatur haec dimidia, quae valeat plus quam alia: Resp. Iurisco. quod si euincitur pars dimidia pro indiuiso, tunc habebitur ratio pretij conuenti. h. d. B. Vel hoc modo potest summari. Si res empta in totū vel in parte euincatur, debetur euictio: & si euincatur pars pro indiuiso, fit aestimatio loci. Bar.

Vlpianus li. 28 ad Sabinum.

LEX PRIMA.

Siue tota res euincatur, siue eius 4 † pars, g habet regressū emptor h ad 5 † venditorē. Sed cū pars euincitur 6 † si quidem pro indiuiso, 7 † regressum habet pro quantitate euictae i partis. Qd si certus locus sit euictus, non pro indiuiso portio k fundi: pro bonitate loci erit regressus. l Quid enim si quod fuit in agro pretiosissimum, hoc euictum est, aut quod fuit in agro vilissimū? Aestimabitur m loci qualitas, & sic erit regressus.

4 † Fh. diuersitas.

5 † Fhr. in.

6 † Fh. euincatur.

7 † Fh. euincatur.

S*iue tota.*] CASVS. Ponit in principio dictū quoddam generale, dicens, quod qualitercunq; res fuerit euicta, siue i parte, siue in toto, semper tenetur venditor. verumtā si pars rei euincatur, refert pro diuiso, an pro indiuiso. si pro indiuiso, aestimari debet totus fundus: & pro medietate totius aget de euictione, neque considerabitur magis bonitas vnius partis quam alterius. si pro diuiso, pro parte euicta de euictione agetur bonitate eius inspecta. Viuia. Vel dic casum aliter & melius vt in summario.

g *Pars*] parte ergo euicta res videtur euinci: cū rei appellatione & pars contineatur, ut infra de verb. signific. l. appellatione rei. Sed contra infra eod. l. si dictu. §. in stipulatione quae est cōtra. ubi dicit parte hominis euictā nō videri hominem euictum, & ideo nō posse agi, nisi nominatim fuerit promissum. Sol. speciale in homine secūdū Ioan. secus in equis & caeteris indiuiduis: & secus in fundo vt hic. & ar. supra de aedil. edi. l. iustissimè. Vel dic idem in homine, quod in caeteris indiuiduis: ut patet infra eo. l. naue aliud autem in fundo, ut hic secundum Marcel. nā qualibet pars fundi fundus est, ut infra de leg. j. l. planè. §. fi. Sed hoc non valet: quia in illa l. naue nec tota nec pars est euicta, sed tabula. & sic dicitur pars fundi fundus. sed tabula non est nauis: & sic prima placet. Accur.

h *Emptor.*] ignorans, alias secus: nisi stipulatus esset, vt C. eo. l. si fundum mihi. & C. communia de leg. l. fi. in fi.

i *Euictae.*] qualitate non inspecta, quae inspici non potest propter loci incertitudinem: in casu tamen & hic potest haberi ratio bonitatis, ut si certae partis pro diuiso, quam assignat petitor in fundo pro indiuiso, petat quotam partē pro indiuiso. secus si pro diuiso. Accur.

k *Portio.*] scilicet euicta. & responsio. incipit, pro bonitate, &c.

l *Regressus.*] sic & in actione ex empto re non tradita, ut supra de actioni. empt. l. si seruo mihi §. fi. Non ergo rationem meliorationis in actione ex stipulatu & ex empto, quae datur pro euictione, haberi. & sic est contra inf. eo. l. ex mille. §. fin. vbi dicit rationē non habendā in actione ex stipulatu. Solu. bonitatis quae tempore venditionis erat, etiā in actione ex stipulatu habetur ratio, ut hic, & infra eodē, l. bonitatis. & in titu. j. l penultima, § fi. sed bonitatis contingentis post habetur ratio in actione ex empto: non autem in actione ex stipulatu, ut in l. contraria, vt inf. eod. l. venditor hominis. & l. cum venditor. § fina. & supra de act. emp l Titius. nisi specialiter pro sequenti incremento fuerit promissum, vt infra eodem, l. sed & si quid in princip. Vltimo nota, quod rerum aliae sunt vniuersitatis iuris, de quibus dic, ut infra eodem, l. serui. aliae corporum, ut domus & grex: & tunc ex empto nō de dupla singulari re euicta, vt infra eodem, l. nauc. & sic etiam infra de vsuc. l. qui. alias vno spiritu: ut hic. Item euincitur aut personalis, aut realis seruitus. de prima dic, ut infra eo l. sed si quid. § j. quia pars rei est, ut infra de leg. j. cum filius. § omnes. in alijs seruitutibus dic, ut infra eo. quod ad seruitutes, in corporali singulari dic, ut infra eod. l. antepe. § fi.

m *Aestimabitur.*] dicitur quidam in actione ex stipulatu non fieri aestimationem, sed pro quantitate euictae partis, ut infra eodem ex mille. sed hic in actione ex empto dici, quod non placet. immo etiam in actione ex stipulatu in hunc modum: emisti fundum 10. qui valet 15. & sic tertia parte minus quam valeret. pone tamen euictā quod est tertia, quae tantum valet sex, quatuor ergo intelligitur emisse: & sic in quatuor agit ex stipulatu, si fuit promissum. idem si ualebat tria: quia maior est illa. terrarum duo veniunt in actione ex stipulatu: sed in actione ex empto. & posterius augumentum: nisi sit quod imputetur ei: vt supra de actio empt. idemque circa princip. Sed quid si plus pretiosius erat quam expendit? Respon. quia sibi non potest consuli contra vindicantem, consuletur contra venditorem: cum in actione ex empto veniant omnia commoda, ut infra eodem, l. venditor.

n *Aestimabitur.*] concludit ergo aesti. &c.

Sss

Si dupla.] CASVS. Venditor de euictione cauere debet, ideo quòd non velit cauere, si agatur, condemnatur ut de dupla caueat.

a *Si duplam non promittetur.*] quod fieri debet in preciosis rebus, ut infra eodem, l. emptori, §. quod autem. vel aliàs ubi conuenit.

b *Agetur.*] ut caueatur.

c *Dupli*] id est de dupla caueat: ut argum. ff. de iud. in omnibus. vel secundum Ian. in ipsum duplū: in pendenti tamē est actio, ut tunc demum competat, si euincatur, ut ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia, & ff si de legatum. Sed in hoc ultimo potest dici cōtra: quia venditor statim est obligatus actione ex empto ad cautionem prædictā, ut ff. tit. j. quod si nolit, §. quia assidua. unde propter contumaciam statim est exigendus, ut argum. ff. de tab. exhi. l. locum, §. condemnatio. agitur ergo ad duplū quanti emptum est: non quanti res est, ut ff eo. l. cum fundus, in fi. & l. si fundo vendito tradito. nisi actum est in contrarium, ut ff eo. l. si plus. Sed re euicta postea an iterum agat? Respond. non, ut argum. d. l. de tab. exhib. l. locum, §. condemnatio. Itē huic l. est contra, ff. de dona. inter vir. & uxor. l. si donante. ubi in simplum cauetur. Sed ibi ideo, quia contra voluntatem eius, cuius fuerat res, remanebat penes possessores, imò etiam quòd in simplum cauetur, est ibi speciale: cū alias in tali casu nec in simplum esset cauendum, ut supra, de rei vend. l. ex diuerso, §. petitor. Accur.

1† Fl. promittetur.

2† Fl. ess.

3† Fl. tanti.

Si cautio duplæ omittatur, potest peti ut caueatur, & si venditor fuit in mora, perinde agitur ac si foret permissum. h.d. secundum veram lecturam.

Paulus lib. 5 ad Sabinum.

LEX II.

SI in dupla non promittetur, a 1† & eo nomine agetur, b dupli c condemnandus erit 2† reus.

Vitiū rei venditæ post contractū superueniēs non parit causam euictionis. h.d.

Idem libro 10. ad Sabinum.

LEX III.

CVm in uenditione serui peculium semper exceptum esse intelligitur, d is homo ex peculio summā quandam secum abstulerat. Si propter hanc causam furti e cum emptore actum f sit, non reuertetur emptor ad venditorem ex stipulatione duplæ, g quia furtis noxisque 3† solutum esse præstari debet uenditionis tempore; hæc autem actio postea esse cœperit.

Qui tenetur ad cautionē duplæ, non tenetur cum fideiussore: & ex contractu tutoris potest conueniri pupillus ad ea etiam, quę sūt de natura contractus. h.d.

Vlpianus lib. 32 ad edictum.

LEX IIII.

ILlud quæritur, an is, qui mancipium uendidit, debeat fideiussorem ob euictionem dare, quem uulgo auctorem 4† secundum h uocant. Et est relatum non debere, i nisi hoc nominatim est actum.

¶Si impuberis nomine tutor uendiderit, euictione secuta, ait Papin. libro 3. respon. dari in eum, cuius tutela gesta sit, utilem k actionem. sed addit, l 5† in id demū quod rationib. eius accepto latū m sit, 6† Sed an in totum, n si tutor soluendo non sit, uideamus. Quod magis puto, neque enim male contrahitur cum tutoribus. o

Cum venditur uniuersitas, non venit euictio rei particularis. h.d.

Paulus libro 33. ad edictum.

LEX V.

SErui uenditor peculium accessurum dixit. Si uicarius euictus sit, nihil uenditorem præstaturum Labeo p ait, quia siue non fuerat 7† in peculio, non accessit, 8† siue fuerat, 9† iniuriam à iudice q emptor passus est, aliter atque si nominatim seruum accedere dixisset, tunc enim præstare debere 10† in peculio eum esse.

Consuetudo, quæ est in loco contractus, inspicitur. Bartolus.

¶*Si impuberis.*] Tutor nomine pupilli rem vendidit, & de dupla promisit: an pupillus finito offi. io conueniri possit ad duplam, & quatenus: quæritur. Et resp. quòd utilis in eum dāda est, & quatenus est locupletior in residuum autem tutor conuenitur. Si autem tutor soluendo non fuerit insolidū pupillus conuenietur. Viuia.

h *Secundum.*] vel etiā confirmatorem: ut in Auth. de fideius. §. & non solum. Accur.

i *Debere.*] idē in venditione aliarū rerum: ut ff. eo. l. emptori, & de præ. stip. l. j. §. stipulatio duplæ. in casu tamen cū fideiussore: ut quia imminet euictio in limine cōtractus, ut ff. de peric. & com. rei vend. l. pen. Vel dic, quia ibi non agitur ad fideiussorē dandum. Sed venditor petens precium repellatur, nisi fideiussor detur, ut d. l. pe. de peri. & commo. rei vēd. & C. eo. l. si post. quia tamen consuetudo in venditione librorum sic se habet, ut caueatur cum fideiussore, potest dici ut semper detur, ut infra eo. l. si fundus. & idē ubi aliàs esset consuetudo. Accur.

K *Vtilem.*] finito officio tutelæ. Accur.

l *Addit.*] Papinian.

m *Accepto latum.*] in residuum enim tenetur tutor. sed si in eo non est soluendo, an pupillus teneatur. hic subijcit quòd sic, & infra, de admin. tuto. l. cum plures, §. j.

n *Sed an in totum.*] etiam in non versum. Accursius.

o *Tutoribus.*] ut sup. de minor. l. tutor. §. si. & de administr. tuto. cum plures, §. j. & infra eo. si ideo, 2. resp. Sed contra, ff. de reg. iur. l. neque interdictum. Sol. hæc actio datur in pupillum ex contractu inito cum tutore nomine impuberis: ubi denegatur actio in pupillum ratione delicti tutoris, ut ff. de act. emp. l. Iulianus, §. idem Iulianus. nisi factus sit locupletior, vel fieri potest, quia tutor habet, nec pupillo dedit. cedit enim actiones in delictis, ut sup. de trib. l. 3. Vel satisfaciendo pro eo si non sit soluendo; Item contra, ff. de procur. l. procurator qui pro euictione. Sed aliud in procuratore, ut ibi dixi.

4† Confirmatorē vocat. Nouel. §. at vendit. or est primus auctor.

5† Duntaxat est.

6† Fl. add. q.

7† Fl. fuit.

8† Fl. accesserit.

9† Dua fuerit.

10† Fl. debere.

CVm in venditione.] CASVS. Præmittit quoddam generale, scilicet quoties seruus venditur, semper venditur sine peculio, nisi expressè conueniat, ut cum peculio vendatur. pone ergo, seruum quendam tibi vendidi, & quasdam res peculiares mihi surripuerat: conuenio te furti: an à te reconuenitis possim stipulatione de dupla, quæritur: quia promiseram eum noxis forte fuisse solutum? Respō. quod non: quia tempore venditionis debui præstare furem non esse. iste autem postea factus est fur. Viuianus.

d *Intelligitur.*] ut supra de contrah. empt. l. quoties. sed in manumissione distinguitur: ut C. de pecu. eius qui liberme. e. j. item in obligatione serui idem quod hic dicas, ut sup. de pign. l. j. §. seruo.

e *Furti.*] scilicet noxali.

f *Actum.*] scilicet à venditore.

g *Duplæ.*] quæ promissa fuerat, si furtis noxisque solutus non fuisset. Accursius.

ILlud quæritur.] CASVS. Mancipio vendito an nomine euictionis dandus sit fideiussor? Et resp. quòd non, nisi hoc actum fuerit.

SErui venditor.] CASVS. Vendidisti mihi seruum, & peculium accedere dixisti. si euictus fuerit Pamphilus vicarius, an tenearis nomine euict. quæritur. Distinguitur, aut fuit in peculio Pamphilus, & per iniuriam iudicis euictus fuit, quo casu non teneris, aut non: & tunc non accessit. secus est si dixisti, seruum Stichum accessurum. Viuianus.

p *Labeo*] ut ff. tit. j. proinde. §. sed hoc ita. sic enim & per omnia in hæreditate vendita seruatur, ut ff. de hęre. uend. l. 2. in prin. & dic, ut C. eod. l. j.

q *A iudice.*] culpa sua interueniente. alioquin contra puto, ut dixi ff. eo. si per imprudentiam. Accur.

SI fundus] CASVS. Si res vẽdat, vtrũ caueri de dupla, siue de simpla dẽat, loci cõsuetudo spectanda est. Viu.
a Gestum.] licet fundus alibi sit, potest enim fieri venditio fundi alibi positi, ut C. de cõtrahen. emp. l. j. siue ergo de dupla, siue de simpla, siue cum fideiussore, vel sine, inspicitur consuetudo loci vbi contractum est, vt hic, & arg. ff. de reg. iu. l. semper in stipulationib. Accur.

QVi a pupillo] CASVS. Decessit Titius filio impubere hærede instituto, & ei, si in ætate pupillari decederet, seruo substituto, vendidit pupillus seruũ, & de dupla pmisit si euinceretur. decessit in pupillari ætate. seruus gerebat se pro libero & hærede, seipsum euinceus, an teneatur seruus quondam nunc liber factus. Respõ. q nõ sic, quia pupillus neque actione ex empto, neque ex stipulatu ad duplam conueniri potuit, cum proclamare seruus in libertatẽ non potuisset nisi demum mortuo pupillo. Viuianus.
b Substituto.] scilicet eodem quondam seruo, nã ipse erat substitutus pupillo, ex quo in libertatem se euicit. Acc.
c Cum] i. quamuis.
d Potuerit.] cum seruus non nisi mortuo pupillo in libertatem proclamare potest, & ita incipit actio cõtra hæredem pupilli, qd potest, vt C. ut ac. ab hærede, & cõtra hæredẽ, l. j. & ff. eo. l. si per imprudentiam, §. j. Et fallit hic regula, quem de euictione tenet actio, ipsum demum agentem repellit exceptio, quam habes ff. e. vindicantem. Sed hoc fit fauore libertatis. sic & ff. eo. sed si stipulatio. §. si homo. Sed an actione ex empto, quã contra liberũ factum intendit, habebitur ratio hæreditatis pupillaris, quæ emptori nõ quæritur, propterea q in libertatem prouocat. arg. q sic. inf. eo. l. proxi. Accur.

Caius lib. 10. ad edi. prouin.

LEX VI.

SI fundus venierit, ex consuetudine eius regionis, in qua negotium gestũ a est, pro euictione caueri oportet.

Si seruus venditus seipsum euicit in libertatem, datur actio etiam in eum, qui vẽditori successit. h. d.

Iulianus lib. 13. Digestorum.

LEX VII.

QVi à pupillo substitutũ ei seruum emerit: agere cum substituto b ex empto, & ex stipulatu de euictione potest: cum c neutram earum actionum aduersus pupillum habere potuerit. d

In causa euictionis venit omne lucrum, quod emptor sensisset, si res eius effecta fuisset. h. d.

Idem libro 15. Digestorum.

LEX VIII.

VEnditor hominis e emptori pstare debet quanti eius interest f hominem venditoris fuisse. Quare siue partus g ancillæ, siue hæreditas, quam seruus iussu emptoris adierat, 1 † euicta h fuerit, agi ex empto potest. & sicut obligatus est venditor vt præstet habere licere hominem, quem vendidit, i ita ea quoque, quæ per eum acquiri potuerunt, præstare debet emptori, vt habeat.

1 † Fl. aditam.

Paulus li. 76. ad edictum.

LEX IX.

SI vendideris mihi seruum Titij, deinde Titius hæredem me reliquerit. Sabinus ait amissam actionem k pro euictione, quoniam seruus nõ potest euinci, sed ad 2 † ex empto actionem 3 † decurrendum est. l

Celsus li. 27. Digestorum.

LEX X.

SI quis per fundum, quem cum alio communem haberet, quasi solus eius dominus esset, ius eundi agendive 4 † mihi vendiderit, & cessẽ ferit, tenebitur mihi euictionis nomine, cæteris non cedentibus. m

Si venditori res ablata sit authoritate principis, id venditori non nocet. 5 †

Paul. libro 6. Responsorum.

LEX XI.

LVcius Titius in Germania trans Rhenum prædia emit, & partem pretij intulit. n cum in residuã quantitatem hæres emptoris conueniretur, quæstionem retulit, dicens has possessiones ex præcepto principali partim distractas, partim veteranis in præmia assignatas. o Quæro, an huius rei periculum ad venditorem pertinere possit? Paulus respondit, futuros casus euictionis post cõtractam emptionem ad venditorem non pertinere. p & ideo secundum ea, quæ proponerentur, 6 † pretium prædiorum peti posse.

Verbum noxa, prolatum in contractu priuato restringitur ad primam noxam tacitam. h. d.

¶ Ex his verbis stipulationis duplæ vel simplæ, q Eum ho-

ADDITIO. Bald. hic dicit, quòd istud est falsum, quod dicit gl. quod illud interesse sit extra rem, quia est intrinsecum quod patet, quia prosequitur seruum, apud quem est, vt C. de sent. quæ pro eo. l. j. & ita tenent Doctores ibi.
g Partus.] cum ancilla venditus. aliter enim nõ competeretur de euictione actio, ut inf. eo. si prægnatis quæ est contra. vel verius dic, ut ibi.
h Euicta.] euincitur enim hæreditas si bo. fid. possessor seruum institutum hæredem qualitercunque iussit adire. & ex ea cau bona fide possidere cœpit. quæ euinci potuit à legitimo hærede, si vero dño serui iubente, habita aditione p nulla, ut ff. de acq. hære. l. si quis mihi bona, in prin. ergo licet venditor ab initio cõueniri non posset: ut hominem emptoris faciat, tamen si quod postea detrimentum accesserit, quia seruus non est factus, euictione secuta, debebit resarciri, ut hic, & ff. eo. l. proxi. Vel dic, quod fuit euicta per verum dominum serui.
i Vendidit.] ut & sup. de actio. emp. l. Iulianus. §. itẽ qui furem. & l. 2. §. j. Accur.

SI vendideris] CASVS. Vendidisti seruum alienum mihi, & de dupla cauisti. decessit dominus serui me hærede instituto. an agere possim cõtra te ad duplã, cum iam videatur euictus seruus? Et respon. q non, sed agam ex empto, ut pretium quod dedi pro seruo, mihi restituas. Viuia.
k Adimitam.] dupli.
l Decurrendum est.] vt ff. eo. l. si rei cui. §. j. & 2. & l. non tamen ei. & facit sup. manu. l seruum Titij.

SI quis per fundum] CASVS. Habebas fundum cõem cum Titio & Seio, tu solus constituisti mihi seruitutẽ itineris. postmodũ alij duo socij tui nolunt consentire. dr hic, q tenearis mihi euic. noie. Viu.

2 † Fl. sed in.
3 † Fl. actionem.
4 † Fl. diss. ve.
5 † Alibi sic. Euictio procedens de plenitudine potestatis Imperatoris non officit venditori h. d.
6 † Fl. proponuntur.

VEnditor] CASVS. Titius vendidit mihi seruum alienum, qui erat ab aliquo hæres institutus. ego credo esse Titij, emi eum: postea euictus est: certè tenebitur mihi Titius ad interesse, s. quantum consecutus fuissem, si iste seruus eius fuisset. quare Titius debet mihi præstare, quæ habiturus essem, si suus fuisset seruus. Viuianus.
e Venditor hominis.] id est ancillæ, ut statim patet, ut ff. de verb. sign. l. j.
f Interest.] etiam extra rem, ut subijcit, quasi male sit traditum, sicus quando nullo modo, ut supra, de actio. emp. l. si sterilis, §. cum per venditorem. Accur.

m Cedentibus.] ut ff. eo. l. si fundum, §. j. & contrarium ibi signabis. Accursius.
n LVcius Titius. Intulit.] scilicet hæres emptoris.
o Assignatas.] quod faciunt quandoque principes, modico dato possessori, gratia honoris, ut sidc tit. vendi. item si verberatum, §. 1. Accur.
p Pertinere.] imò videtur quòd sic, ut ff. loc. si fundus. quæ est contra. Sol. hic secuta fuit traditio: ibi non, secundum Azo. Vel hic erat publicatur ex delicto emptoris: ibi ex delicto venditoris, secundum Ioan.
q Simplæ.] puta promittis mihi hominem, quem vendis mihi

mihi esse noxa solutum, & dic,quod ad priuatas non ad noxas publicas pertinet,priuatæ sunt ex priuatis delictis, publicæ ex publicis:ut pro adulterio,homicidio & similibus,vt s. titu. j.quis sit fugitiuus, §.quod autem.ibi,noxas autem &c. & j.de verb.sign.l. hac stipulatio. Sed contra j.eo.tit. de verb. sign.l.§ plures,§. si. vbi dicit, quod appellatione noxæ omne delictũ continetur. Sol. hic restringitur ratio ne cõtractus venditionis super quo apponitur hic stipulatio.

1 † Florent. noxa.

a *Non posse.*] dicendum est.

QVidam.] Casus. Titius, Mæuius & Seius erant hæredes instituti. Titius solus vendidit omnia prædia hæreditaria,& precij partem alij cohæredes receperunt, si postea prædia ista fuerint euicta,verũ cohæredes Titij teneantur de euict. Respon. quod si præsentes fuerunt, uidentur consensisse: & ideo tenentur. Viuia.

2 † Florent. ipsa.

b *Vendidit*] præsentibus,cæteris cohæredibus, nec contradicentibus.

c *Affuerunt*]. imò non ipsi, sed quia precium receperunt per quod videntur voluisse.vnde nec vindicare possunt, & tenentur de euictione : vt hic,& j.de do excep. l.apud,§ quæsitũ est, si confund. & inf. de don. inter vir.& vxo. l. seruus cõis,in si. secus si noluissent.ut j. eo.ex mille, § fin. & j.de cõtrah.emp.l.rem alienam,ex prædictis patet, quod male ponitur hic illud generale, præsens intelligitur consentire:tamen quidam ponunt hic,& pro eo est arg. j.de admi.tut.l.ij.& j.loca.l.item quæritur,§.qui impleto,& arg. j.de fideiussitut l.cum ostẽdimus,§.ii. Arg.contra, s. cõi diui.l Saian. & arg.contra,s.quib.mod.pig. vel hyp. sol.sicut,§.non videtur,& sup. de pig.act.l.Caius, & s.de pig.si fideiussor,§ pen.& s. mãd.qui patiens. & j.de spon. l.in sponsalibus,§.fin.& j.de leg.2.Titia,§. Lucia. Et potest dari quædam generalis responsio ad omnia contraria vt j.de re iud. sæpe,§.cur autem,secundum Azo. Accur.

d *Dissenserunt.*] imò plus fecerunt, quia precium receperunt,vt dixi.

minẽ quo de agitur,noxa 1 † esse solutum : venditorem conueniri non posse a propter eas noxas, quæ publicè coerceri solent.

Eo ipso, quod probatur precij perceptio ex certa scientia,probatur venditio. Bartolus.

Scæuola lib. 2.responsorum.

L E X XII.

QVidam ex parte dimidia hæres institutus, vniuersa prædia uendidit, b & cohæredes prædium acceperunt. Euictis his, 2 † quæro, an cohæredes ex empto actione teneantur? Respõdi, si cohæredes præsentes c affuerunt, & nec dissenserũt, d videri vnumquemque partem suam uendidisse.

Paulus li.5. ad Sabinum.

L E X XIII.

BOnitatis e æstimationem faciendam cum pars euincitur, Proculus rectè putabat, quæ fuisset venditionis tempore, non cum euincetur.

BOnitatis.] CASVS. In lege ista cum dub.legib.seq. tractatur de eodem, & dicitur sic. Si vendo tibi fundum,& promitto tibi duplam vel simplam euictionis nomine,siue totus fundus euincitur,siue pars,teneor ex stipulatione simplæ vel duplæ,inspecta bonitate, quæ erat tempore uenditionis, non cum res euincitur, sed si forte venditor promisit tibi duplam euictionis nomine quanti res nunc est, uel pluris incipiat esse,tunc,si res crepit, & ideo si fundus creuit per alluuionem,inspicietur bonitas, quæ est per alluuionem. Viuia.

e *Bonitatis.*] lex ista nec in actione ex empto locũ habere potest,quia in ea tps euictionis spectatur,ut j.eo.euicta re vendita nec in actione ex stipulatu,quia,ut ipsi dicũt, in ea non habetur ratio bonitatis,ut j.eo.ex mille,§.j. Item secundum nos,qui dicimus rationẽ haberi bonitatis in ea, saltẽ eius bonitatis,quæ erat tempore contractus, non vñ posse stare, quod de alluuione dicitur, quia in actione ex stipulatu

uenire non debet,sicut nec partus postea editus:ut j.eo.si. prægnans Item si ageretur ex empto propter alluuionẽ, non debet inspici tempus quo accessit,sed quo euincitur. quare dicas has tres leges loqui in actione ex stipulatu,& tertiam,s.illam,sed si quid.in eo casu cũ promisit de dupla pro re principali, & rebus, quæ accedunt, vel accedent. Azo.

Vlpia.lib.18.ad edictum.

L E X XIIII.

NOn in dimidiã f quantitatem precij.

Paulus li.5. ad Sabinum.

L E X XV.

SEd & 3 † si quid g postea alluuione accesserit, 4 † tempus quo 5 † accepit, inspiciendum.

¶ Si vsusfructus euincatur, pro bonitate fructuum h æstimatio facienda est. i Sed etsi seruus euincatur, quanto 6 † minoris ob id prædium k est, lis æstimanda est.

Illa,quæ accedunt rei vẽditæ,veniunt solũ in actione ex empto. Bart.

Pomponius lib.9. ad Sabin.

L E X XVI.

EVicta re vendita, ex empto erit agendum de eo, quod accesit: l quemadmodum m ea, quæ empto fundo nominatim n accesserunt si euicta sint, simplum præstatur. o ¶ Duplæ stipulatio committi dicitur tunc, cum res restituta p est petitori, uel damnatus est in litis æstimationẽ, q 7 † vel possessor ve restituat, & restituat. uel si non restituit, sed æstimationem. & si cecidit a possessione, & periit, & succubuit.

f *NOn in dimidiam.*] Licet dimidia euicta sit pro diuiso: quia forte pars euicta melior erat, uel deterior: ut s. eo.l.j. Accursius.

g *SEd & si quid*] Quidam dicunt hanc legem loqui in actione ex empto,quod stare non potest.

3 † Flo. desse. &.

4 † Flor. accessit.

5 † Fl. quo.

h *Fructuum*] percipiendorum: nã ideo plus valet res, quo plures reddit fructus: ut in Auth. de eccle.tit. §. si autem annale.

i *Facienda est.*] in actione ex empto,& in stipulatu loqui põt.

6 † Flor. quanto.

k *Prædium.*] cui inhæret seruus: ut ar. s. de contrah empt. l.si in emptione. Accur.

E *Victa.*] CASVS. Ancillam prægnantem uendidisti, & de dupla cauisti, apud me peperit, partus euictus est , an agere possim de dupla? Et respõ. quod non, sed ex empto ad interesse: sicut eo euicto, quod specialiter fundo accessit.

¶ *Dupla*] Tribus modis committitur stipulatio duplæ, si aliquo agẽte condemnatus fuerit emptor

7 † Flo. damnatus est litis æstimationẽ.

¶ *Si seruum.*] Seruum mihi vendidisti,& de dupla cauisti, & sanum esse, fugitiuum promisisti non esse. an non obstante eo, quod agam de dupla seruo euicto,agere possim redhibitoria,uel quanto minoris propter uitium, uel fugam, quæritur? Proculus dicit referre, an interfuit mea cum fui dñs,an cum non fui. Primo casu agitur, secundo non, quia in nullo pauperior sum, cum dñs non sum. Primo casu stipulationem quam acquisiui,amittere nõ possum, neque euictione, neque manumiss. &c. Item & si interesset mea cum dominus non fui,non tenetur mihi quantum ad præsentem operam, licet dubium fuerit quantum apud me fuerat permansurus. Et hæc omnia dicit allegãdo in si.dicit, quod ad omne,quod mea interest, uel intererit post stipulationẽ agere possum, & corrigit præmissa.

l *Accessit*] tacitè,vt partus,qui est in uentre, sed de eo, quod principaliter uenditum est , agitur etiam ex duplæ stipulatione, sed de his, quæ accedunt tacitè, vel expressè, ex empto tantum,ut hic & sup.de act. emp.l. ex empto. § si quis rem uendiderit. Accur.

m *Quemadmodum ea.*]hic accipe si,quod est infra,& hoc siue tempore uenditionis, siue ante, siue post.

n *Nominatim.*] secus si generaliter,ut s.eo. l. seruis.

o *Præstatur*] per actionem ex empto.

p *Restituta.*] fuit ergo tradita,alias non committitur. Et est quidam contra,ut not. j.de except.do.l. 3 Item quid si non tradiderit. Respon.ut j.de excep. l.iij. Accur.

q *Æstimationem*] hic est contra, j. eod. si cum vẽditor. §.si seruus. Solu.hic damnatur emptor in litis æstimationem.

nem, vnde non licet ei habere. ibi vero venditor factus est procurator in rem suam, qui mandati non habet regressum. quare emptori licet habere.

a *Ab emptore.*] hic est contra, infra eodem, si rem quam, § si duplæ. Sol. ibi per suam culpam cecidit a possessione, hic non.

1 † *Publiciana.*

b *Absolutus.*] fortè, quia suam probauit possessionem.

c *Duplam.*] pro euictione, non de sanitate, uel fuga. quod patet, ut infra, quod si sanum esse &c. Vel dicas hic de fuga, & similibus stipulatum vt infra proxi.

d *Agere*] scilicet quanto minoris, vel ex stipulatu si de vitiis fuit promissum.

e *Euictus.*] forte hypothecaria, uel confessoria ratione vsusfructus. Accur.

f *Factus*] cum dominus : : uenditor vt § de acquir. rerum dom. l. traditio.

2 † *Dupla cū sanus nō fuerit.*

g *Non esset*] quia nō fuit actoris Accur.

h *Cœpi.*] ex causis superioribus. Accur.

3 † *Fl. cum.*

i *Manumissione*] scilicet contingere non ob meum factum, sed quia statuliber erat, alioquin contrarium est, supra titu. primo, si hominem. & infra eod. si seruum cuius. Azo.

4 † *Flo. tam.*

k *Causa.*] necessaria alienatione interueniente, ut si conditio rei mihi venditæ, & alij legatæ sub conditione extiterit. Accur.

5 † *Flor. ob ea, quod fugitiuus sit, pauperior sim ne poss.*

l *Quod si sanum.*] ita videtur dici, si tamen stipulatus est esse sanum: aliter potest dici. nam semper allegando dicit vsq; illuc, summam autem, &c.

m *Ad præsentem usum.*] vt propter operas: vt §. tit. j. l. iustissime, §. fin.

6 † *Flor. defficit.*

n *In obscuro*] scilicet interesse.

ab emptore m a cōuentus 1 † absolutus b est.

Si res sit euicta ratione dominij, non potest agi quanto minoris, etiam propter vitiū: secus si non ratione dominij, sed ad damnum occasione vitij receptum indistinctè potest agi. Bart.

¶ Si seruus, cuius nomine duplam c stipulati sumus, euictus fuerit a nobis ob id, quod fugitiuus, vel non sanus fuerit, 2 † an agere d nihilominus possimus, quæritur. Proculus videndum ait, ne hoc quoque intersit, vtrum tunc 3 † euictus e sit cum meus factus f non esset: g an tunc 4 † cum meus factus esset In eo enim casu quo meus factus est, statim mea interest, quanto ob id deterior est. Et quam actionem semel ex stipulatu habere cœpi, h eam nec euictione, nec morte, nec manumissione, i nec fuga serui, nec ulla simili causa k amitti. At si in bonis meis factus non sit, nihil ob hoc 5 † quod fugitiuus sit, pauperiorem esse: veputa cum in meis bonis non sit.

¶ Quod si sanum l esse, erro rem non esse stipulatus essem, tantum mea interesse, quantū ad præsentē m vsum pertineret: tametsi id 6 † in obscuro n esset: vtpote ignorantibus nobis quandiu eū habiturus essem. & an o futurum esset, vt eum quisquam aut a me, aut ab eo, cui vendidissem, cuive similiter promisissem, p euinceret. Summam q autem opinionis suæ hanc esse, ut tantum r ex ea stipulatione consequar, s quanti mea intersit, aut post stipulationem interfuerit, eum seruum fugitiuum non esse.

Habes hic regulam, quod quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vide in glo. Bartolus.

Vlpian. lib. 29. ad Sabinum.

LEX XVII.

Vindicantem uēditorem rem, quam ipse uendiderit, 7 † exceptione doli summoueri posse nemini dubium est, quamuis alio iure dominium quæsierit. Improbe enim rem a se distractam euincere conatur. t Eligere u autem emptor potest, vtrum rem velit retinere, intentione per exceptionem elisa: an potius, re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi.

Paulus lib. 5. ad Sabinū.

LEX XVIII.

Sed & si exceptio omissa x sit, aut opposita y ea, z nihilominus euictus sit, ex duplæ quoque stipulatione, vel ex empto potest conueniri.

mate, cum potest, nec debet distrahere, ut hic, & supra, de act. empt. si quis alienam. & infra, de vsucap. l. cum vir. & argum. §. de rei vend. si a Titio, & argum. §. d. : : ig. actio. rem alienam, in princ. & argum, §. de pign. l. j. 2. respo. & argum. sup. de distrac. pign. l. & si is. Sed contra hanc regulam est, C. de rgo & censi. quemadmodum, lib. 12. vbi idem venditor vindicat, vel reuocat, quod vendidit. Sed ibi ideo, quia contra legem erat facta venditio. Item C. de liber. cau. l. j. similiter est contra. Sed ibi respon. similiter. Vel speciale est ibi fauore libertatis. Item tertiò contra, infra qui & a quibus si seruo. vbi manumissor alieni serui extitit hæres domino, & non confirmatur libertas. Sed certè licet ibi nō confirmetur, non tamen potest manumissor venire cōtra. Item contra, supra eodem, §. qui a pupillo & infra eod. sed & si stipulatio. §. j. Solu. ibi specialia sunt fauore libertatis. Item nota hic et hac l. & prædictis regulam talem, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. & probatur etiam hæc regula C. de rebus alien. non alien. l. j.

7 † *Flo. uel doli.*

u *Eligere.*] ut C. de rebus alien. non alienan. l. venditrici. Accursius.

x *Sed & si Omissa.*] Sed si sit omissa sua culpa, est eodem natus: ergo nihil debet cōn : qui, ut infra eo. si rem, § si duplæ & infra, de regu. iur. quod quis, in §. primo respon. hanc culpam non potest sibi imputare venditor, cū ex ea lucri senserit, id est rem: ut in §, de iure dot. cum in fundo, §. quod si mulier. Sed si omisit exceptionem, & sic scienter reddidit, ergo non debet vnquam repetere, ut supra de condic. indeb. l. j. quæ est contra. Sol. hic habet emptor actionem & excep. ut supra l. prox. & hic restituendo rem solam exceptioni renunciare videtur. remanet ergo actio sibi, maxime cum sciat suum ius durare, ut §. quib. mod. pig. uel hypot. sol. sicut, §. non uidetur. in l. autem contraria habebat conuentus solam exceptionem, & forte illam tantum facti suæ intentionis, uel etiam iuris. vnde cum soluendo illi renunciare uideatur, sibi nihil remanet.

y *Opposita.*] sed nonne tunc iniustam passus est. ergo agere non debet, ut infra eodem, si per imprudentiam, primo respon quæ est contra? Respondeo uenditor non potest allegare contra eam secundum se per iniuriam iudicatum. argumen. infra, de legatis primo, si seruus plurium, §. j.

z *Ea.*] s. exceptione.

o *Et an.*] scilicet ignorantibus nobis.

p *Promisissem.*] s. sanum.

q *Summam*] omissis supradictis. neptis.

r *Tantum.*] scilicet interesse.

s *Consequatur.*] etiam si non est factus meus. & hoc interesse liquet iam euicto homine. Sed si nondum sit euictus non apparet, quod operas propter morbum, uel fugam sit amissurus, quod ergo poterit interesse considerat? Respon. agitur semper forte pro præterito. & sic pluries, sicut ex cautione damni infecti, ut infra rem rat. habe. si procurator. Accur.

Vindicantem] CASVS. Si venditor velit vindicare rem a se uenditam, repellitur excep. doli, licet dominium eius alio iure acquisiuit. Cætera clara sunt vsque ad §. si homo, in l. sed & si stipulatio. Viuia.

t *Conatur.*] scilicet sic veniendo contra factum suum: ordinas supra, de adopt. post mortem. imo debet eam confirmare, cum potest, nec debet distrahere

Sed & si nulla stipulatio.] CASVS in §. si homo. Hominem mihi vendidisti, quem credebas seruum, cum liber erat. de dupla cauisti, si euinceretur, & apparuit liber, & cum hæredem instituisti, si in libertatem proclamet, eum ipsum de euictione habeo obligatum. Viui.

a *Sed & si nulla stipulatio.*] de euictione.

b *A Titio.*] & traditus fuerit mihi. Accur.

c *Liberum.*] post traditionem reperiens eum liberum.

d *Ipsum.*] tanquam hæredem venditoris. & sic libero homine euicto in libertatem de euictione agitur, vt hic. & sup. man. si procur. tot. §. si liber.

e *Habebo.*] sed nonne potest remoueri exceptione rei venditæ, & traditæ ex persona eius, cui successit. Resp. vtique, sed per se replicabit nullam fuisse venditionem liberi hominis. Vel dic fauore libertatis hoc esse, vt sup. eod. l. q à pupillo. Accur.

1† Flo. fuisset.

2† Flor. seruiebat.

Vlpianus lib. 29. ad Sabin.

LEX XIX.

Sed & si nulla stipulatio a fuit 1 † interposita, de ex empto actione idem dicemus. ¶ Si homo liber, qui bona fide seruierat, 2 † venierit mihi a Titio, b Titiusque eum hæredem scripserit quasi liberum, c & ipse mihi sui faciat controuersiam, ipsum d de se obligatum habebo. e

Quando res euincitur facto emptoris etiam antecedente emptione, nõ tenetur venditor. Bar.

Pomponius lib. 10. ad Sabi.

LEX XX.

Fundum meum obligaui: deinde alienaui tibi, vt eo nomine f non obligareris. g Si eum à te postea emam, & satis pro euictione mihi des, h excipiendum est a 3 † cautione, quod pro me i obligatus sit; quia etiam non excepto eo, agendo eo nomine contra te, doli mali exceptione possim summoueri.

Collige tres casus. Aut non licet habere rem vel æstimationem emptori propter euictionẽ, & habet locũ actio pro euictione: aut propter aliud omnino, non propter factum euincentis non licet emptori habere: & tunc non committitur, ut hic probatur; aut non licet habere ex alia causa quam euictionis: & tamen speratur, quod etiã in causam euictionis cõuincatur, & tunc cum in illam fuerit redditum, habet locum, ante non: vt in §. Iulianus. infra ead. l.

Fundũ meũ.] CASVS. Obligaui tibi fundum, & Titio eundem vendidi, & ab eo tẽ postea emi, qui mihi de dupla cauit. an ista cautio de dupla sic large intelligatur, vt si a me euincatur, teneatur mihi Titius nomine euic. ad duplã, quæritur? Et respon. quod non. quia illud videtur exceptum. vnde & si nõ excipiatur à Titio, quod nolit teneri si à me euincatur, si agam tamen euictionis nomine, repellet me Titius per exceptionem doli mali. Viui.

3† Flo. excipiendum a cautione.

f *Eo nomine.*] s. pignoris.

g *Obligareris.*] i. aggrauareris. Accur.

h *Des.*] s. promittendo, in duplum, si res esset euicta.

i *Pro me.*] ne tenearis ideo, quod &c. Acc.

Seruus.] CASVS. Seruũ alienũ vẽdidisti mihi, & de culpa cauisti, antequam euinceretur, decessit, an committatur stipulatio de dupla, quæritur. Et dicitur, quod non. & causam reddit: si tamen dolum in vendendo commiseris: quia alienum sciens vendidisti, teneberis, vt supra de actio. empt. seruus, qui a me. §. finali.

¶ *Vnde Iulianus.*] Alienum seruum mihi vendidisti, & de dupla cauisti si euinceretur: conuentus constitui te procuratorem, & litis æstimationem præstitisti: succumbis. an committatur stipulatio de culpa, quæritur. Et dicitur, quod non: quia si tu agas ac. man. contra me, litis æstimationẽ, quam præstitisti, a me non consequeris. Item neque mihi seruus ablatus est, si tamen ego conuentus litis præstiti æstimationem, commissa fuit stipulatio de euict. & cum mihi seruum habere non liceret, si pretium eius non soluissem, potius eum habeo seruum ex ista secunda emptione cum æstimationem præstiti, quam ex prima. ergo regula intelligitur, tunc demum tenetur venditor de euictione, cum emptori rem habere non licet propter euictionem.

¶ *Idem Iulianus.*] Seruum mihi vendidisti, & de dupla cauisti, conuentus euictionis nomine, & causa pendente culpa mea seruo fugam accipiente condemnatus sum ad interesse pertotis, an contra te statim regressum habeam de euictio. quæritur. Et respondeo quod non. quia non propter euictionem, sed propter fugam mihi seruum habere non licet. Si autem culpa mea non fugerit, & petitori cauerim de eo restituendo, non committetur stipulatio, nisi eũ apprehendero, & restituero. vnde quando litis æstimatio offertur, sufficit apprehensio vt committatur stipulatio, secundo necessaria est apprehensio & restitutio. Viuianus.

Vlpianus li. 29. ad Sabinum.

LEX XXI.

Si seruus venditus decesserit k antequam euincatur, stipulatio non committitur, l quia nemo eum euincit. 4 † sed fatum 5 † humanæ sortis. de dolo m tamen poterit n agi, o si dolus intercesserit. Vnde 6 † Iul. li. 43. Digesto. 7 † elegãter definit, duplæ stipulationẽ tunc committi, quoties res ita amittitur, vt eam emptori hẽre non liceat propter ipsam euictionem p & ideo ait, si emptor hominis, mota sibi controuersia, venditorem dederit procuratorem, isque victus litis æstimationem sustulerit: stipulationem 8 † duplæ nõ cõmitti: quia nec mandati actionem procurator hic idemque venditor habet, vt ab emptore litis æstimationem consequatur. q Cùm igitur neque corpus neque pecunia emptori absit, non oportet committi stipulationem: quamuis si emptor ipse accepto iudicio victus esset, & litis æstimationem sustulisset, placeat committi stipulationem, vt & ipse Iulianus eodem libro scripsit. r Neque enim habere licet eum, cuius, si pretium quis non dedisset, ab aduersario auferretur. Propè s 9 † enim hunc t ex secũda emptione, idest ex litis æstimatione emptori habere licet, non ex pristina. ¶ Idem Iulianus u eodem li-

4† Flo. euinc.

5† Flo. fatũ.

6† Flo. vnde.

7† Flor. defs. Dige.

8† Vide Alc. lib. 1. parer. cap. 18.

9† alias prope.

k *Si seruus venditus decesserit.*] ante litem contestatam, vt C. eodem, si quis tibi seruum. secus si post, vt C. de eden. tol. l. finali. & supra de rei vindi. vtique, que sunt contraria. Accur.

l *Committitur.*] licet sit alienus.

m *De dolo.*] idest exceptio nomine doli. Accur.

n *Poterit.*] etiam ante euictionem, vt supra de act. emp. seruum quem à me, §. fina.

o *Agi.*] ex empto ad redhibendum pretium.

p *Euictionem.*] vt j. eodem. tit. habere licere.

q *Consequatur.*] vt & infra eod. si cum venditor. §. si seruus.

r *Scripsit.*] vt sup. eo l. euicta. § j.

s *Prope.*] id est s. rè. videtur potius, quod ex hac secunda, quæ est quasi emptio: vt infra pro empt. l. secunda, habeat emptor, quàm ex prima. propè autem ideo dicit quia possessori huic a petitore de euictione non cauetur: vt supra de rei vendicatione. l. ex diuerso. §. potiro. & supra de condictione furtiua. l. si seruus. §. capere.

t *Hunc.*] seruum.

u *Iulia.*] aliàs, §. Iulia. & aliàs l. si lite.

x *Contestata.*]

a *Contestata.*]inter euincentem, & possessorem.
b *Possessor.*]quanti aduersarij interest, scilicet in litis æstimationem. Accur.
c *Non licet.*] no ergo duas habere eum actiones * scilicet vnam propter culpam s. quia præstat litis æstimationem: aliã propter ser ui absentiã quia, sic nõ agit: aliàs esset contra. ℸ. ad legem Rho. de iac. l. nauis. §. si.

† Actiones duas ga habere potest.

SI pro re pupilli] CASVS. Tutor noĩe pupilli emit rẽ, & duplam stipulatus est: conuentus tutor, litis æstõnem de suo præstitit. an cõtra venditorẽ pupillus noĩe emptionis regressũ hẽat, quæritur? Et dicit, q̃ nõ est: quia pupillus actiõne cõtraria tutelæ tenebitur tutori ad pecuniæ restitutionem.

1 † alias, destitui misso.

¶ *Si pro euictione.*] Mulier fundum vendidisti; & euictionis noĩe fideiussore dedisti. Titio nupsit, & eum in dotẽ dedit: a marito euictus est, aget mulier cõtra te: quia minorem dotẽ habere incœpit: vt q̃a maritus æstõnem soluit: & minus, quã fuerit eius prætiũ, vt sic fundum restituat. Si autẽ mulier anteq̃ euinceretur, decessit: & stipulatus est maritus de dote lucranda: aget maritus contra hæredes mulieris: & ipsi contra venditorẽ. Si sit dño fundi nupsit, stipulatio non cõmittitur, cum per iudiciũ nõ sit euictus: sed aget ex empto ad simplũ. Viuia. d *Si pro re pupilli.*] vt credebat, quia emerat eius nomine eam. Vel dic, quod euicta fuit per cõfessoriam, vel hypothecariam: alias si per iniuriam esset euicta, cum esset pupilli, secus esset. Accursius.

2 † Fl. non prius, nisi restituerit.

e *Committitur.*] tenetur enim cõtraria tutelæ ad reddendum pecuniam: ut infra de contra. tu. et. l. quid ergo. § contrarium.

bro scribit, si lite contestata a fugerit homo culpa possessoris, damnatus quidem possessor erit, b sed non statim ad venditorem eum regressurũ, & ex duplæ stipulatione acturum: quia interim nõ propter euictionem, sed propter fugam et hominem habere non licet. c Planè, inquit, cũ apprehenderit possessionem fugitiui: tunc committi stipulationem (Iulianus 1 † ait.) Nam & si sine culpa possessoris fugisset, deinde cautionibus interpositis absolutus esset; non aliàs committeretur stipulatio, quàm si apprehensum hominem restituisset. Vbi igitur litis æstimationem obtulit: sufficit apprehendere. vbi cautionem, 2 † nisi prius restituerit.

Põponius li. 1. ex Plautio.

LEX XXII.

SI pro re pupilli, d quam emit, litis æstimationem tutor, non ex pecunia pupilli, sed ex suo præstiterit, stipulatio de euictione pupillo aduersus venditorem cõmittitur, e

Iste §. est subtilis: & loquitur quando res quam emi, non euincitur à me, sed ab eo, cui concessi: & dicit, quòd ex hac habeo regressum contra venditorẽ meum. Bart.

¶ Si pro euictione fundi, quẽ emit mulier, satis accepisset: & eundem fundum in dotem dedisset: deinde aliquis eum à marito per iudicium abstulisset; potest mulier statim agere f aduersus fideiussores euictionis 3 † nomine, quasi minorem dotem habere cœpisset, vel etiam nullam, si tantum maritus obtulisset, quanti fundus esset g

3 † Fl. emptionis.

Vlpianus lib. 29. ad Sabin.

LEX XXIII.

SEd & si post mortem mulieris euincatur, regressus h erit ad duplæ stipulationem: quia ex promissione maritus i aduersus hæredes mulieris agere potest, & ipsi ex stipulatu k agere possunt.

Africanus li. 6. quæstionũ.

LEX XXIIII.

NOn tamen ei consequens l est, vt 4 † si ipsi domino nuptura in dotem eum dederit, committi stipulationem dicamus: quamuis æque indotata futura sit mulier; quoniam 5 † quidem, etiam si uerum sit habere ei nõ licere seruum: m illud tamen verum non sit, iudicio eum euictum esse n Ex empto tamen contra venditorem mulier habet actionem. o

4 † Duar. et & sa.

5 † alias, quando quidem.

Vlpian. lib. 10. 6 † ad Sab.

LEX XXV.

SI seruum, cuius nomine duplam stipulatus sis, manumiseris: nihil ex stipulatione consequi poteris: quia non euincitur quò minus ha

6 † Fl. li. 9.

f *Agere.*] ut inf. de iur. dot. l. quamuis in bonis. & maritus, & pater eius. vt inf. e. l. pater, sed si conueniatur maritus, quæritur, utrum debeat maritus mulieri denunciare, & mulier suo auctori: quod uĩ esse necessarium. Item si condemnatur maritus, nunquid mulier statim agit de euictione contra auctorem, an prius condemnabatur ipsa marito? Primum tamen uidetur ue ius, secundũ quosdam arg. infra e. l. si seruum emero. Vel distingue, secundum Azo. inter actionem ex empto, & actionem ex stipulatu. In prima necessarium non est primo damnari mulierẽ. In secunda secus, ut inf. eo. si cum uenditor. § si secundus. ADDITIO. Pro intellectu huius glo. aduerte secundum Bal. hic, q̃ quando transfero rem in alium non simpliciter, sed in ea aliquod ius mihi reseruo: putà concedo rem in dotem, in emphyteusim, vel in feudum: isto casu eo ipso, quod res euincitur ab eo, qui habet causam à me, perimitur illud, quod erat mihi reseruatum, & stipulatio de euictione committitur: & hoc est, quod dicit iste tex. q̃ mulier statim efficitur indotata: & per consequens sibi habere non licet. quãq; ego transfero rem in alium simpliciter, & nullum ius mihi in ea re seruo: & isto casu, licet euincatur res ab eo, qui habet causam à me, tamen mihi nil abest propter illã euictionẽ: & ideo est necesse, q̃ ego condẽner, & soluam sibi: aliàs actionẽ de euictione nõ haberem: secundũ regulã traditam per Iulia. sup. l. proxi. §. Iulianus. ad idem supra ea. l. §. j.

g *Fundus esset.*] subaudi, & nihil aliud hẽt in dote. sed quo desinit esse dotalis: licet æstimatio soluatur petitori: cum fundus apud maritum remaneat? Rñ. bene, cum hic sit expensa necessaria: vt inf. de iu. dot. si is q. § quod dicitur. & de impen. in re do. fac. l. quod dicitur. & ar. sup. de pet. hære. l. utiles. item quo modo committitur stipulatio, cum non ipsi mulieri, uel suo hæredi, sed alij, scilicet viro habere non liceat: ut & infra de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. fiue autem. quæ est contra: maximè in eo, quod dicitur infra l. proxi. Respond. q̃ ibi dicitur non committi: sed habere alij non licet: præter stipulatorem, uel eius hæredem, siue successorem, intellige prorsus alium, atqui habet ab eo causam, non est alius: cum de euictione hæres, uel ipsa, si uiuit, teneatur. aliud ergo si causam tuctatiuam haberet.

h SEd & si post mortem. Regressus.] s. per hæredem mulieris. Accur.

i *Maritus.*] quia dotem lucratus est: & bona est ratio: vt infra eod. si seruum emero. & sup. de min. l. sed ubi resti tutio. Accur.

k *Ex stipulatu.*] nomine euictionis. Accur.

l NOn tamen & consequens.] scilicet quod uidebatur propter prætactam rationem, quia mulier efficitur indotata.

m *Seruum.*]tanquam ex emptione, & ex dote. Acc.

n *Euictum esse*] ergo non committitur nisi iudicio acceptio. sed contra infra eo. si emptori Sor. ut ibi.

o *Actionem.*] ad simplum: ut hic, & inf. ad l. Falc. l. cum emptor. Accur.

SI seruum.] CASVS. Seruum mihi uendidisti, & de e dupla cauisti: cum manumisi: an agere possim suo nomine,

m.ine, queritur? Et dicitur quod non. Si autem quis libertum suum cum diceret, egerit & obtinuerit, agam ex empto, quia cum libertum habere non liceat: contra venditorem in id interesse. Eodē modo si seruo fuerit fideicommissaria libertas relicta, aget ex empto. h. d. cum leg. seq. Viuia.

bere tibi liceat, quem ipse ante voluntate tua perdideris. a

Paulus lib. 5. ad Sabinum.

LEX XXVI.

SEd hoc nomine quod libertum quis non habeat: ex vendito b actionem habet, si sciverit c venditor alienū se vendere. Sed & si ex causa fideicommissi emptor coactus fuerit eum manumittere, d ex empto actionem habebit.

Si emptor fuit repulsus à vindicando propter exceptionē procedentem ex sua persona, non agit de euictione: secus si ex persona venditoris. h. d. cum l. seq.

LEX XXVII.

HOc iure vtimur, vt si exceptiones ex persona emptoris obiectę e obstant, venditor ei non teneatur. Si verò ad personam venditoris f respiciant: contrà. Certè nec ex empto, nec ex stipulatione duplæ, nec simplæ actio competit emptori, si exceptio ei ex facto ipsius g opposita obstiterit.

Vlpian. li. 32. 1 † ad edict.

LEX XXVIII.

SEd si ex utriusque h personæ, & auctoris, & emptoris exceptiones obijciantur, intererit, propter quam exceptionem iudex contra iudicauerit: & sic aut i committetur, aut non committetur stipulatio.

Pompon. lib. 11. ad Sabin.

LEX XXIX.

SI rem, * quam mihi alienam vendideras, à domino redemerim: falsum esse, quod Nerua respondisset, posse te à me precium consequi ex vendito agentem k, quasi habere mihi rem liceret, Celsus filius aiebat; quia l nec bonæ fidei conueniret, & ego ex alia causa rem haberem.

¶ Si duplæ stipulator ex possessore petitor factus, victus 2 † sit: quam rem, si possideret, retinere potuerit, petere 3 † autem utiliter non potuerit: vel ipso iure promissor duplæ tutus erit, vel certè doli mali exceptione se tueri poterit: sed ita, si culpa, vel sponte duplæ stipulatoris possessio amissa fuerit. m

¶ Quolibet tempore * venditori denunciari 4 † potest, ut de ea re agenda adsit: quia non præfinitur n certum tps

a *Perdideris.*] vt s. tit. §. si hominem. sic & quando pro derelicto habuit, vt & j. eo. l. fin. Accur.

b SEd hoc nomine. Ex vendito.] i. ex empto ad interesse: & supra, de act. emp. l. Titius cum §. ego cū manumisissem. Sed contra, j. de præscri. verb. l. naturalis §. fi. Sol. ibi non æstimatur, hoc, quod manumissum habeo libertum, sin odium eius pro quo manumisit: quia non vult parere contractui: hic æstimatur, quia nō habeo libertum eum, quem ex iure contractus habere debeo.

c *Scierit.*] maximè. sed tunc etiam ante euictionem agit: vt supra, de act. empt. l. seruum quem sciens. Accursius.

d *Manumittere.*] qui potuit cogi, vt j. de fideicom. libe. l. generaliter, §. quoties autem si [illegible] cum A cur.

HOc iure.] CASVS. Seruum meum vendidisti, à possessione cecidi, petij, possessori detuli iuramentū, & iurauit seruum meum non esse: an mihi agenti contra te ad duplam, obstabit exceptio, quæritur? Et dicit quod sic, è contrario, si venditor fecit hoc. si autē tam emptor, quàm venditor cum possessore fecerint pactum de non petendo, considerabit iudex ex cuius persona competit excep. vt sic obstet emptori agenti, vel non: hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

e *Obiecta.*] scilicet emptori agenti contra alium possidentem: veluti si emptor possessori detulerit iusiurandum: & iurauit rem emptoris non esse, vel etiam fecit pactum de non petendo, uel in simili casu impetrauit ius iurandum contra alium; cum ipse conuenitetur ab alio ex simili causa.

f *Venditoris*] s. tantum, non aliter: quia venditor fecit prædicta, quæ dixi modo fecisse emptorem: vel quia agenti emptori Publiciana exceptio dominij obijciatur: ut supra, de publ. l. fin.

g *Ipsius.*] i. emptoris. Accur.

h SEd si ex utriusque.] vt quia vterque fecit pactum de non petēdo possessori: vel vterque detulit iusiurandum. Sed quomodo ex persona auctoris obijcitur emptori exceptio? vt j. de except. do. apud. § de auctoris, euictione? Respon. si est rei cohærens, potest, ut hic; si personæ, vt doli, non; vt ibi.

i *Et sic aut.*] quod si non appareat, dici potest venditorē absolui; argum. j. de verb. obl. si seruum, §. sequitur. vel si superstit iudex, ad eum recurrendum: vt j. de app. l. ab executore, si non absoluitur venditor. Vel dic condemnandum, nisi probet propter exceptionem ex persona emptoris positam condemnandum emptorem: vt C. de asse. tol. l. fin. in fi. Accur.

SI rem quam.] CASVS. Alienam rem mihi vendidisti, pretiū non recepisti. comperi rem alterius fuisse, & ei precium solui: an possis agere contra me act. ex vendito ad precium? Et dicit quod nō, quia hoc bo. fid. non conuenit, vt precium consequaris, & eam à dño nactus sim.

¶ *Si duplæ.*] Rem mihi vēdidisti: per culpam meam à possessione cecidi, petij, & succubui: an contra te regressum habeā, quæritur? Et respō. quod non; cum dominus fuisti cum uēdidisti: & rē retinere potui, licet petere non potui: puta ob exceptionem rei iud. secus si sine culpa mea à possessione cecidi]

¶ *Quolibet.*] Emptor venditori denunciare debet quoties agit, vt res euincatur, sed quo tempore fieri debeat, quæritur? Et rñ. quod non est tēpus præfinitum, sed ante litem conte. & post potest fieri huiusmodi denunciatio, sed non propè sententiā: cum tunc nō sit locus defensioni. Viuianus.

k *Agentem.*] licet nondum soluerim; & pōst hoc dici sm̄ lo. cum sciens alienum vendidisti, & non ita didisti. tunc enim & ante euictionem precium solutum repetere: vt s. de act. emp. si seruus quem. §. fin. vel si emi à colono, vel depositario, qui nullam habet possessionem: si quidē redimam à domino, magis sum laudandus; aliter autem uidetur iniquum defraudari precio cōuento. Vel secundum Irn. indulgendum est emptori, qui bonam fidem agnoscendo calumniam euitans eam à domino redemit; secus si soluisset, quia non repeteret.

l *Quia.*] ratio est.

m *Amissa fuerit*] veluti per negligentiam possessionem amissam; quæ vacans ab alio occupata fuit vēdita; uel alio titulo alienata bonæ fidei emptori, & vsucapta; vt Insti. de vsucapi. quod autem. vel quia venditor iurauit non esse domini, eo desistente. Item nota hic, quod quis sua culpa sentit, ab alio non recuperat: vt hic, & j. si cui plus quàm per leg. Fal. l. 3 §. si legatarius, & § fin. & j. item si ipse, in fi. & s. de pec. si postquam. Sed cōtra, sup. eo. euicta. l. j. Sol. ut ibi.

n *Præfinitur.*] scilicet a iure, unde no. quod lex non determinat, nec ego: vt & C. de diuer. rescrip. l. falso. & facit ad hanc denunciationem, infra eod. l. si ideo, §. fin. & l. Herennius, & l. si fundo tradito, § fin. & C. eod. l. emptori, & l. si permutationis, & j. eod. l. si dictum, §. pen. in fi. Sed contra, j. de legatis l. qui concubinam, § heres. vbi dicit ante iudicium denunciandum. Solu. ibi accipitur iudicium pro sententia, & sic concordat. Vel speciale in euictione legatorum, vt ibi. Item, quid si non denunciauit in prima causa; denunciauit tamen in causa appellationis? Respō. si quidē omnia iura auctori integra, ut quia testes habet, &c.

* Intellige contrà tex. vltra Bal. hic procedere non solū in eo, qui emit secundo à vero domino rem sed quocunque modo rem habuerit a vero domino, siue ex causa lucratiua, siue onerosa: nam omnibus istis causis nō tenetur ad precium ipsi præsto, qui ei rem uendidit. Bring.

1 † Florent. [illegible]

2 † Floren. & victus.

3 † Flor. peti.

* Concord. glo. mea ex literis. super uerbo, in precium, in vers. ex qua causa, extra de constit.

4 † Floren. denunciari.

in ea stipulatione, dum tamē ne propè ipsam condemnationem [a] id fiat.

Idem lib 10. 1 † ad Sabin.

LEX XXX.

SI emptori, qui stipulatus sit, Furtis noxisque solutū esse, hæres extiterit is, cui seruus furtum fecerat: incipit ex stipulatu is actionem [b] habere, quemadmodum si ipse alij præstitisset.

Stipulatus sanum esse, uel furem non esse, non continet quod uerbum sonat, sed interesse: & tot sunt stipulationes, quod sunt illa, quæ continet: & ex illa agi potest: quia continet interesse diuerse. hoc dicit. Bartolus.

Vlpianus lib. 42. ad Sabinū.

LEX XXXI.

SI ita quis stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, uespertilionem 2 † non esse, & cætera: inutilis stipulatio quibusdam uidetur: quia si quis est in hac causa, [c] impossibile est, quod promittitur. si non est, frustra est. [d] Sed ego puto uerius hanc stipulationem, Sanum esse, furem non esse, uespertilionem 3 † non esse, utilem esse. [e] hoc enim continere, quod interest horum quid esse, uel horum [f] quid non esse. Sed & si cui horum fuerit adiectum, [g] præstari, multò magis ualere stipulationem: alioquin stipulatio, quæ ab ædilibus proponitur, [h] inutilis erit: quod utique nemo sanus probabit.

Idem lib. 46. ad Sabinum.

LEX XXXII.

QVia dicitur, [i] quoties plures res in stipulationem deducuntur, plures esse stipulationes: an & in duplæ stipulatione hoc idem fit, uideamus: puta 4 † cum quis stipulatur, Fugitiuum non esse, (furem 5 † non esse,) erronem 6 † non esse, & cætera quoque, 7 † quæ ex edicto ædilium curulium promittentur: utrum una stipulatio sit, an plures. & ratio facit, ut plures sint. ergo & illud procedit, quod Iulianus lib 20 8 † Digestorum scribit: Egit (inquit) quanto 9 † minoris propter fugam serui, deinde agit propter morbum, id agendum est, inquit, ne lucrum faciat emptor, & bis eiusdem uitij æstimationem consequatur. [k] Fingamus emisse 10 † decem, minoris autem empturum fuisse duobus, si tantum fugitiuum esse sciisset emptor: hæc consecutum [l] propter fugam, mox comperisse, quod non esset sanus: similiter duobus minoris empturum fuisse, si de morbo non ignorasset. Rursus consequi debebit duo. nam & si de utroque simul egisset, quatuor esset consecutus: quia cura forte, qui neque sanus, & fugitiuus esset, sex tantum esset empturus. Secundū hæc, sæpius ex stipulatu agi poterit; neque enim ex una stipulatione, sed ex pluribus agitur.

Idem lib. 51. ad Sabinum.

LEX XXXIII.

SI seruum emero, & eundem uendidero, [m] deinde emptori ob hoc fuero condemnatus, [n] quia tradere non potui euictum: committitur duplæ 11 † stipulatio. [o]

Si emptor desinat rem habere propter factum suum, non agit de euictione.

Pomponius libro 19. 12 † ad Sabinum.

LEX XXXIIII.

SI mancipium ita emeris, ne prostituatur: & cum prostitutum fuisset, ut liberum esset: si contra legem

---

ber, & nihil deperit, potest denunciari: ei arg. ℸ de opt. leg. l. 6.

[a] Condemnationem] id est dum non sit renunciatum allegationibus, vel testes aperti. & facit C. de tempo. & re. ap. l. 3. in fi. Accursius.

SI emptori.] CASVS. Seruū mihi vendidisti; non fugitiuū, & noxijs obnoxium non esse promisisti: furtū facit ante venditioné Titio à me hærede instituto: an Titius cōtrà te agere possit, quæritur? Et dicitur, quòd sic, perinde ac si Titius noxali iudicio [illegible] sui noīe conuentus condēnatus esset, vel definitus: quod verius est. cætera plana sunt vsque ad § si cōmuni, in l. si mancipium.

[b] Actionem.] & sic fuit iudicio committitur. Sed contra, sup. eo. l. nō tamen. Sol. ibi de stipulatiōe duplę pro euictione: hic pro alia. item non uidetur agi posse alia ratione: quia nihil ei abfuerit. supra, de act. emp. l. si seruū mihi, § resp. quæ similiter est contra. Sol. hic videtur ei abesse, cum actioné habeat, quæ propter successionem ei competere desijt: vel vt ibi. Itē obstat, quia uidetur sublata per confusionem: sed contrarium est. nam quodammodo uidetur exegisse: & sic committitur ei stipulatio, vt hæredi.

[c] SI ita in hac causa] id est ægritudine.

[d] Frustra est] s. querela, & frustra promissio.

[e] Vtilem esse.] id est ualere. & in casu est necessaria, s. si emptor hæc uitia sciat: quia aliàs non ageret: ut ℸ, de do. excep. apud. § idē Labeo scribit.

[f] Vel horum.] ergo interesse est in obligatione: licet nō promisit se daturum, vel facturum: sed ita esse. Sed nonne factum alienum videtur promittere? Respon. vt dixi Insti. de inuti. stipu. § si quis alienum. Accur.

[g] Adiectum] s. illud et promittit interesse, si quid horū est, quod esse non debeat, uel si quid non est, quod esse debeat; ut arg. supra si quis cau. si procuratur.

[h] Proponitur.] id est, quæ præcipiunt proponi ædiles: vt s. ti. ij. si venditor. Accur.

[i] QVia dicitur.] In multis legib[us] vt Institut. de inut. l. stipulat. § quoties. & infra, de verb. oblig. vbi autem non apparet, § pen. & l. si ire debemus, & l. quoties. & hoc scilicet, quādo omnes numeramus: s. cus si dicā omnes has.

[k] (Consequatur.)] ut & supra ad l. Aquiliam, sed & si priore. & infra, de regul. iur. l. bona fides. & supra titu. l. l. quod si nolit, § si quis egerit, & supra, de actio. emp. l. ex empto. § etiam. & infra cod. l. cum fundo.

[l] Consecutum] fingamus, scilicet emptorem &c.

[m] SI seruum. Vendidero.] sed non tradidi: & tunc dic actione ex empto condemnari ad interesse, vt s. de act. emp. l. j. vel nō potui de iure, tradidi tamen, & euicta fuit emptori meo, & ego fui condemnatus actione ex empto nomine euictionis, nam utroque casu agam contra meū authorem: & secundum utrūque quæritur, quid si non &c.

[n] Condemnatus] actione ex empto ad interesse, Accur.

[n] (Condemnatus.)] quid si nondū condemnatus, nec condemnari possim, ut quia sic uendidi, ne de euictione tenear, uel de pretio? Resp. hæc litera innuere uidet, quod nō committatur: sed arg. contra, sup. eod. l. si parte pupilli § j. & ℸ. eo. l. Iminor. § si seruus tuus. Accur.

[o] Stipulatu.] contra venditorem meū, licet emptori meo res non fuerit euicta.

SI meum optum.) CASVS. sin § si commune. Vendidisti seruum quasi proprium, cum tibi, & Titio esset communis. mihi vēdidisti, & de dupla

---

1 † Flo. li. 19.

2 † Fl. vespellionem, quid (inquit Budæus hoc) si vero spellionem legamus nisi vespertilionem emmendigamus, qui interdiu exilire velet, & vespere instā actum habet.

3 † Flo. vespellionem.

4 † Flo. dest. cum.

5 † Fl. inclusa () desunt.

6 † Flo. erronem, vide Ant. Aug. li. 5. c. 7.

7 † Flo. dest. quoque.

8 † Flo. li. 15.

9 † Fl. quanti.

10 † Emptum.

11 † Fl. dest. dupla.

12 † Fl. li. 17.

dupla cauisti. Titio agenti cōi. diui. contra me, & cōem ꝓbanti. seruus adiudicat: ꝗ est. an contra te agere possum de euictione, quæritur? Et dicit ꝙ sic, nec ꝗ obstat, ꝙ nō egit rei ven. quia interest, &c. Dubium fuit, quia nō videbatur posse agi de euictione, cum pro parte non committitur stipulatio de dupla ut ꝗ. eo. si dictum.

autem si iam dedisset, quia semel esset commissa, ut ꝗ. eo. l. habere licere in fi. Item no. ꝙ sufficit si ipsum liberent, siue rem, ut inf. de fideiuss. l. fideiussor pro venditore in fi.

l *Exceptione.*] ergo differentia est, qua actione euincatur res, & facit, quod no. inf. de exce. do. l. si seruus.

¶ *Dupla.*] Stipulatio nō solum si res vēdita per rei vendi. euincatur, intelligitur euicta. sed cū spes nō est quod ad emptorē redeat, qa si debitor, idemque venditor pecuniam soluerit creditori, & agat emptor ad duplam contra debitorem, eundemque venditorem, repelletur per exce. quia emptor poterit redhibere rē, h. d. cum l. seq. Cætera plana sunt vsque ad §. simplam in l. emptori. Vi.

a *Fauente.*] puta prostituente. idem & si vendidit sine hac lege alij. ut ꝗ. de iur. patr. l. diuus. in prin.

b *Manumisisse.*] quātū ad incommodum. non quantum ad commodum, ut sup. de in ius vocan. sed & si §. prostituta. Acc.

c *Actum.*] sed nonne dēt hic agi prius rei ven. ut ꝗ. de exce. l. fundi? Rñ. hic non fuit opposita exceptio de ꝓposteratione, de qua dī in l. illa. sed si non opposuit, nonne fuit in culpa. & sic non agitur ꝗ. e. si per imprudentiā? Respon. non, qa fuit de apicibus iuris, & vt sup. man. l. si fideiussor. §. quæ iam.

ADDITIO Bal. hic opponit ꝙ gl. q. ꝓcessus nō vī valere quia fuit omissus ord. Sed solue ſm eundē Bal. qa est ordo diuersarū causarū, nō verus circa ipsam. dicit tñ Bar. inf. de testa. l. si quæramus, qd ordo omissus uitiat processum circa decisoria, secus circa præparatoria, quod est notan. tamen contra eum facit ca. exhibita, extra de iudi.

d *Seruus.*] qui fuit venditus, ut proprius, alioquin non, ut C. eod. si fines. Accur.

e *Ex duplæ.*] an totius pretij? Resp. sic sed quod habet ab aduersario, computatur in dupla.

f *Actionem.*] immo videtur quod non, quia ratione partis non committitur, ut inf. eo. l. si dictum. §. in stipulatio ꝙ quæ est contra. Sol. hic expressum fuit, ut propter partem committeretur stipulatio, alioquin contra ut ibi. Acc.

g *Non interest.*] i. non est differentia. Accur.

h *Continet.*] s. si quis &c. sed si, &c. & commune sequentem legem cum ista.

i *Victus Tunc videtur.*] seruus, de quo subijcit. i. creditor tunc videtur euicisse emptori.

k *Habere.*] s. emptor, ut dare non teneatur creditor, aliud

---

venditionis faciente a te,[a] ad libertatem peruenerit; tu videris quasi manumisisse:[b] & ideo nullum aduersus venditorem habebis regressum.

Etiam si per iudicium diuisorium res fuerit ablata emptori, agit ad euictionē. Bartolus.

¶ Si communi diuidundo mecum esset actum,[c] & aduersario seruus[d] adiudicatus sit, quia probauit eum communem esse: habebo ex duplæ[e] stipulatione actionem;[f] quia non interest[g] quo genere iudicij euincatur, ut mihi habere non liceat.

Stipulatio dupla committitur, etiam si per Seruianam, & sic non ratione dominij, res auocetur emptori: sed ea liberata a creditore, obstat exceptio. h. d. cum l. sequen.

Duplæ stipulatio euictionem non 1 † vnam continet,[h] si quis dominium rei petierit, & euicerit: sed & si Seruiana actione experiatur.

Paul. li. 2. ad edi. ædi. curu.

L E X XXXV.

EVictus autem a creditore tunc videtur,[i] cum sere spes habendi abscissa est. Itaque si Seruiana actione euictus sit, committitur quidem stipulatio: sed quoniam, soluta a debitore pecunia, potest seruum habere:[k] si soluto pignore venditor conueniatur, poterit vti doli exceptione.[l]

Idem lib. 29. ad edictum.

L E X XXXVI.

NAue aut domo empta, singula cæmenta, vel tabulæ emptæ non intelliguntur:[m] ideoque neque euictionis nomine obligatur venditor,[n] quasi euicta parte.

Vlpianus lib. 32. ad edict.

L E X XXXVII.

EMptori duplam promitti a venditore[o] oportet, nisi aliud conuenit: non tamē, vt satisdetur[p] (nisi specialiter id actum proponatur) sed vt repromittatur.[q]

¶ Quod autem diximus, duplam promitti oportere, sic erit accipiendum, ut non ex omni re id accipimus, sed de his rebus, quæ pretiosiores sunt: si forte margarita, aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica, vel quid aliud non contemptibile vænierit.

¶ Per edictum autem curulium etiam de seruo[r] cauere[s] venditor iubetur.

¶ Si simplam pro dupla per errorem emptor stipulatus sit, re euicta, consecuturum eam ex empto Neratius ait, quanto minus stipulatus[t] sit, si modo omnia fecit emptor, quæ in stipulatione continentur,[u] quod si non fecit,[x] ex empto id tamen 2 † consecuturum, ut ei promittatur.[y]

---

m *Naue. Intelliguntur.*] vt tabula euicta agatur.

n *Venditor*] nō ex stipulatu, sed ex empto, ut ꝗ. de vsuc. l. eū qui. & sup. de act. emp. l. emptorē. §. si quis rē. Sed ꝗ est ꝗ eo. l. j. vbi ex stipulatu agitur. Sol. pōt dici, quod in his, quæ incommodā recipiunt diuisionem fit spāle, sicut & in hoc, ut ꝗ. eo. l. si dictū. § in stipulatione. Vel dic plenè, ut ibi diximus. Accur.

EMptoris.] CASVS in prin. est plenus.

¶ *Si simplam.*] Rem mihi vendidisti, & de simpla promisisti, ꝗ uis debuissem stipulari de dupla, cum crederem rem pretiosā non esse, cum esset, si euincatur, agā ex empto, ut aliam simplā consequar, & hoc si tibi denunciaui, si non, consequar, ut de alia simpla repromittas. & hoc cum res non est euicta. Vi.

o *A venditore*] distrahēte & sua voluntate nō necessitate, qa tunc nec simplum ēt promittit, ut sup. famil. ercis. l. qui erat.

p *Satisdetur.*] nisi in casu, ut plene diximus sup. eod. l. illud quæritur.

q *Repromittatur.*] s. tm̄, ut hic, & inf. de præto. stipu. l. j. § stipulatio duplæ & ꝗ. e. si dictum est a prin.

r *De seruo*] forte nō distincto eo, sit pretiosus, an non, propter dignitatem hominis, ut supra titulo primo. l. iustissimæ. & quæ si. pretiosa, uel non, summatim cognoscitur. ut infra de præto. stipula. l. j. §. finali. Ac.

s *Cauere.*] de dupla.

t *Stipulatus*] & ita hoc casu datur ex empto ad duplū quod est notandum. Vel dic, ad vnum simplum datur ex empto, ad aliud ex stipulatione interposita de simplo.

u *Continentur*] tacitè. s. de denunciatione facienda, & competenti tempore.

x *Fecit*] i. non denunciauit. & ita nec ex empto, nec ex stipulatu agea.

y *Promittatur.*] hoc in eo casu, quando non est euicta, secundum Al. & sunt propè sententiam. alij cautionem ex abundanti interponendam dicunt. ut & alibi infra de leg. secundo. pto. § fratre. sed certè nunquam est interponenda cautio aliquo loco vbi non sit necessaria ut infra, ut leg. vel fideicom. no. ca. l. hæc stipulatio. §. diuus. & supra

---

1 † *al. vnam, vis.*

* Io. Ro. & Alc. in l. si constante. in 19 co. istam gl. reputarūt sine ad hoc, ꝙ exceptio ex ussionis est de apicibus iuris, & ideo secundū eos nō pōt opponi ubi agitur de bono & fauore publico. Bald.

2 † *al. tantum.*

& sup. de pro. l. non cogēdum. hic ergo committitur, si res iterum euincatur ab emptore nacto possessionem, vel ipso emptore ab alio possessore petente. nec. n. sequitur, si non committitur p p hanc euictionem, ergo non committitur p p secundam, fm Io. Vel dic, vt promittatur, & detur simpla statim, fm Hu. de porta Rauennata. in ea. n. simpla emptor nō deliquit non denunciādo, cū eam petere nō poterat. & sic nō perdidit, qđ non habet. sed aliam simplā, & interesse sic. ut C. e. emptor. Vel dic, vt pmisit. & postea statim petatur.

a *In stipulationem.*] Quid si de nulla per errorē stipulatus est? Rñ. forte & tunc aget ex empto, non in duplum Accur.

IN *creditore.*] CASVS.] Creditor vēdidit iure creditoris, ita q de euictione nō tenetur, res euincitur emptori qa non fuit debitoris: & sic habuerat creditor cōtra debitorem contrariā pignoratitiā pro eo, q obligauerat ei rem alienam. licet ergo de euictione creditor emptori nō teneatur, tenetur tñ cedere contrariam pignoratitiā, cum ei nihil noceat. Viuianus.

b *Vel*] p saltē. Azo.

c *Praestet.*] mirabile est, q cedit contrariā pignoratitiā actionē, cū ea cedenti sit inutilis: vt j. innuit, qđ sine dispēdio, &c. Et patet cuique, q creditoris, nil intersit, cum debitor ab eo liberatus est: ut j. de distra. pi. l. rescripto. §. si alienan.? Rñ. potest dici, q ante solutionem emptor cōuenit de cessione: ut j. de sol. Modestinus Vel dic, solutio quæ facta fuit creditori, quantum ad emptorem est, ne debitor conueniatur pignoratitia ac. ex iure cesso, uel nego. gest. pro nulla habetur: ut hic, & in prædicta l. rescriptum.

d *Quod sine dispendio.*] i. damno debitoris: hoc ideo, quia ille contra quem impetrat cessionem: tenetur de euict. ut inf. eo. si plus. § ij. alioquin si non tibi, sed alij cuicunque sine meo incommodo possum. si uelim facere gratiam, audior: ut inf. de iu. dot. cum in fundo. §. ipsius. Item no hic, quod cogitur quis cedere, quod est sine suo damno: ut hic, & sup. qui pot. in pig. ha. l. mulier, & infra ad Treb. l. recusare. §. Titius. sic debeo pati fieri in meo, quod non nocet mihi. ut inf. de aqua plu. arcen. l. in summa. §. item Varus. in fi. Item alij promittere: ut inf. sol. ma. l. ij. Item arbitrij diem prorogare: ut sup. de arbi. l. & si qua. §. arbiter de euictione autem creditor non tenetur: ut hic innuit, & C. credi. euic. pig. non debe. l. j. & ij. Acc.

MInor 25. annis.] CASVS. In prin. huius l. dr minor 25 annis cum iuris solennitate fundum suū vendidit Titio: illum fundū Titius vendidit Seio: minor dicebat se læsum in tali venditione. vnde petijt restitui aduersus Titiū & Seiū prætor restituit ex suo officio aduersus Titiū, & ipsam rem aduersus Seium, numquid Seio dabitur regressus de euictione aduersus Titiū? Respon. quod sic.

§ *Si seruus.*] Stichus seruus tuus emit Pam. sine voluntate tua, & eundem vendidit Titio. & de euictione promisit cecidit a possessione egi directa rei uendi. contra possidentem, & succubui quæritur, an agam de euict. Et dicit q non: quia adhuc nō est prorsus euicta, cum adhuc possim agere Publiciana: & ideo neq; ego contra te, neque tu cōtra eum a quo seruus tuus emit, de euic. agemus. Secundo dicit pone q ego emi a seruo tuo, non cecidi a possessione sed me possidente alius euicit. tūc & ego agam pro euict. actione ex stipulatu, vel ex empto de peculio serui tui.

quod minus in superiorem stipulationem a deductum est.

Venditor cogitur cedere actiones, quas habet pro re vendita contra auctorem suum. Bart.

Idem lib. 2. disputationum.

LEX XXXVIII.

IN creditore, qui pignus vēdidit, tractari potest, an re euicta, vel b ad hoc teneatur ex empto, ut quam habet aduersus debitorem actionem, eam præstet c (habet autem contrariam pignoratitiam actionem) Et magis est, vt pstet. Cui enim non æquum videbitur, uel hoc saltem consequi emptorem, quod sine dispendio d creditoris futurum est?

Re euicta per restitutionem in integrum, agitur ex empto pro euictione. Bart.

Iulianus lib. 14. digestorum.

LEX XXXIX.

MInor 25. annis fundum e vendidit Titio: & cum Titius Seio, minor se in ea venditione circumscriptum dicit, & impetrat cognitionem, non tantum aduersus Titium, f sed etiam aduersus Seium. Seius g postulabat apud prætorem, vtilem sibi de euictione stipulationem in Titium dari. Ego 1 † cum dandam putarem, respondi, iustā rem Seius postulat. Nam si ei fundus prætoria cognitione ablatus fuerit: h æquum erit, per eundem prætorem, & euictionem restitui. i

Qui succumbit in rei vindicatione, non prohibetur Publicianam intentare: & donec actio ad vindicandū superest, res euicta non dicitur. Bart.

§ Si seruus * tuus emerit hominem, & eundem vendiderit Titio, eiusque nomine duplam promiserit: & tu k a venditore serui stipulatus fueris: si Titius l seruum petierit, m & de eo n a † victus sit, quod seruus tuus in tradendo sine voluntate tua proprietatem hominis transferre non potuit: 3 † supererit o

§ *Si a me.*] Quid sit bessis: & triens, & sextans quære. insti. de hæ. insti. §. hæreditas. Cætera sūt plana. Vi.

e *Fundum*] cum decreto. alias ipso iure non valet. & sic non erat opus restōne. ar. C. de præd. mino. l. si quidem.

f *Titium.*] primum emptorem.

g *Seius*] qđ pōt. vt s. de mino. in causæ. §. interdū. & est arg. qđ si die feriata detur inis per officium iudicis, qđ eodem tpe debeat restitui præstita satisdatione.

h *Fuerit.*] Quod fit in duob. casib. s. cum secundus emptor sciuit: uel cum emptor primus est nō soluendo: ut s. de mino. l. in causæ. § si. Acc.

i *Restitui.*] s. Titium. Sed nunquid in duplum? Rñ. in simplū. erat autē rō dubōnis. q non iō res est euicta. qa non fuerit vendentis, vel ideo quia fuerit alienata sed est euicta s ius cōe, & iure speciali, qđ factum non videbatur venditor promisisse: sicut nec procurator minoris, qui cum ratum habere promisit ut j. rem ra. ha. l. iij. j. rñ. sed tenetur hoc casu, ut hic, & inf. de sol. qui res iij. rñ. Vel aliter illā intellige sicut euenit restituto maiore. ut inf. eod. l. si cum venditor. §. si is qui. nam bñficium prætoris nō debet esse alicui captiosum: ut inf. de præ. stip. l. Paulus. & ideo nulli is non directa, datur, at cum vitiosè, tunc nulla.

K *Et tu.*] s. dominus Azo.

l *Titius.*] qui emit a seruo.

m *Petierit.*) a possessore per directam rei uendicationem cum a possessione cecidit sine culpa sua.

n *De eo.*] i. & ideo uictus non ergo præcedentem causam quæ fuit ei ante uenditionem serui sibi factam omisit petitori. Accursius.

o *Supererit*] no. ergo hic, q qui egit rei uendi. & amisit, nihilominus redit ad Publicianam & hæc est opi. Ioa. ut hic. Item, quia duæ sunt, & diuersæ actiones, siue causæ agendi, una rōne utilis dnij: alia rōne directi dnij, ut sup. de pub. l. j. § j. Item tertia ratione, quia qñ dicimus simpliciter dñium, de directo tantum intelligitur, non de utili: ut sup. si ager uectig. l. j. § qui in perpetuum. alii autem contra, dicunt enim quod proponendo rei uendicationē etiam u. Publiciana sibi præiudicet. & pro eis est. quod dicitur, q actor omne suum dñium undecunque & qualecunque in iudicium deduxit. ergo ut dñi, siue directum, siue utile, ut inf. de exc. rei iu. § denique si mater. & §. eandem. in fine. & l. & an eadem. §. actiones, & ad hanc legem th. q quando intētatur Publiciana, eliditur per exceptionem. sed prima opinio est uerior nec obst. quod dixit. qualecunque & undecunque, quia intelligitur siue de iure gentium, siue ciuili, directū tamen: cum his duobus modi,

1 † *Flor. ego dandam putabam.*

* *Not. ex illo §. q sententia lata super rei uen. non parit præiudicium in publi. nec econtra casus est hic secundum Dy. in §. sed iste, ... de a. & sequuntur latē ibi in 12. col.*

a † & iam.

3 † *Flor. potasset.*

bus modis directa quærantur dominia, ut s. de rei vendi. l. in rem, non autem expone, scilicet, ut dicebant illi, siue directum, siue vtile. Item nec obst. quod est j. eo. l. si cum ven ditor. in princ. quæ est huic l. §. quia ibi subaudies maximè. Item nec obst. quod est j. de excep. rei iud. l. fundi. ubi di cit, quod ita demum potero tecum communi diu. agere pro fundo, quem possides, si in directo dominio, quod petere cœpi, obtineam, si ergo perdã in directo, non agam communi diuid. ergo nec Publiciana, quia his qui Publicianam hñt, datur cõi diuid. & econtra. ut s. communi diuidun do. §. quod in rem. Ideo aũt dico, quod non obst. quia volebam agere cõi diuid. ex eadem causa, ex qua agerem in rem. i. ratione dominij directi, quod tecũ me habere dicebam. & ideo repellor. cæterum si uelim agere Public. & obtento in ea, uelim agere com muni diuid. quasi ex effectu dominij, bene possum.

Publiciana a actio, & propter hoc duplæ stipulatio ei non committetur. quare venditor quoque tuus agentem te ex stipulatu b poterit doli mali exceptione summouere: alias c autem si seruus hominem emerit, & duplam stipuletur, deinde cum vendiderit, & ab emptore euictus fuerit: dño quidem aduersus venditorem insolidum competit actio: emptori vero aduersus dñm duntaxat de peculio. Denunciare vero de euictione emptor seruo, d nõ domino debet. ita enim euicto 1 † homine, vtiliter de peculio agere poterit. sin autem seruus decesserit, tunc domino denunciandum est.

Quilibet ex pluribus venditoribus tenetur de euictione illius portionis, quam ipse vendidit, nõ autem eius quam vendidit alter. hoc dicit iste. §.

¶ Si a me bessem * fundi emeris, a Titio trientem: deinde partem dimidiam fundi a te quis petierit: si quidem ex besse, quem a me acceperas, semis * petitus fuerit, Titius nõ tenebitur. Si vero triẽs quem Titius tibi tradiderat, & sextans ex besse, quem a me acceperas, petitus fuerit, Titius quidem pro triente, ego pro sextante euictionem tibi præstabimus. *

Ex venditione liberi hominis facta ignoranti, agitur de euictione. Bal.

a *Publiciana.*] nam qui emit a seruo, putans eum posse distrahere, licet nõ possit, vsucapit: nisi erret in iure, quia putet posse distrahere, licet nõ habeat peculij administrationem, ut j. de vsucap. nunquam. in princip. hic ergo non habuit peculij administrationem, alias dominium transtulisset, ut s. de rei vẽ. l. si quis hac lege. §. fin. uel non emit pe culiariter.

b *Ex stipulatu.*] sed nonne prior venditor fuit dñs? quod vr. quia dixit, quod ideo non transtulit seruus dominium, quia sine voluntate domini seruus tradidit. econtra, quod non. quia dicit hic eum teneri ad duplam. Ad hoc dic, quod non fuit dñs: sed cum agit emptor, fuit absolutus possessor, eo quod sine voluntate, &c. poterat etiam ab solui, quia non fuerat dñs sed hic fuerat in petendo. & ideo fuit etiã in absoluẽdo idem ergo si fuit absolutus ea ratio ne, quia non fuit dñs, & no. hic causam in iniam inferendam. Item oppo. actiones sint proponuntur diuersis temporibus, ut hic, non eodem, ut j. de reg. iur. l. nemo. §. quoties. & s. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. sed in exceptione non vr, nam consulitur in dubio, ut agat Publiciana, si succumbat, quia reus dicit eum dominum, quod non valet: quia non agit rei uendicatione, & ideo licebit reo ẽ hiscere contra id, quod ipse fuerat confessus. ut C. de li. cau. l. iubemus, sed recte illud expone, ut ibi, & hic dicas, quod eo dem, & diuersis temporibus potest contrarias exceptiones proponere, ut j. de reg. iur. l. nemo ex his in prin. & j. de exc. l. nemo & s. de in of. test. Pap. §. sed nec impuberis.

1 † *similis, de* [illegible]

* *§. f. ... vibus. Def. Var lib. 5 lat. demum triente Vesto. lib. 2. q3 bis triens sit Bessis vera esse sunt. Asses partẽ esse Vo lus. Metian. li. de distrib. assis docet. no uam eius indicans.*

* *semis sex uncias continet. bene sessarius hæres qui ex media parte hæreditatis relictus est. l. si ita ex hære dato §. si si ... de lege ... ut est ter tia pars assis. ... quatuor ... cont. ... l. seruum ... § fi. de hæred. instit. ... extans est ... tia pars assis, ex duabus ... con... ...*

c *Alias.*] ab emptore, vel a me antequam tradam, ut s. eo. si seruum emeto. Item, quod dicit euictus, dic, s. per rei ven. ab alio propositam & propter hoc dixit. alias, quia supra agit. hic aũt fuit conuentus emptor. vel dic, alias. i. vbi non superest actio Publiciana. et quia egit rei ven. & ille fuit absolutus, non quia non f esset dñs agens, sed quia possessor erat dñs. & secundum hoc dic ab emptore agente.

¶ Pater sciens filium suum, quem in potestate habebat, ignoranti emptori vendidit. Quæsitum est, an euictionis nomine teneatur? Respondit, Qui liberum hominem sciẽs, vel ignorans, tanquam seruum vendidit, euictionis nomine tenetur. Quare etiam pater, si filium suum tanquam seruum vendiderit, euictionis nomine obligatur. f

¶ Qui statuliberum tradidit e 2 † nisi dixerit eum statuliberum esse, euictionis nomine perpetuo obligatur. g

Qui dixit vsumfructum esse vnius, cũ sit alterius, ex tali prædicatione non releuatur. hoc dicit, secus si exciperet, vt in glo.

¶ Qui seruum venditum tradidit, & dicit vsumfructum Seij in eo esse, cum ad Sempronium pertineat: Sempronio vsumfructum petente, perinde tenetur, ac si in tradendo dixisset vsusfructus nomine aduersus h Seium i non teneri. At 3 † si re vera k Seij usufructus fuerit, legatus autem ita, ut cum ad Seium pertinere desijsset, Sempronio usumfructum petente, l tenebitur: m Seio agente recte defugiet. n

Si venditor succedit emptori, liberantur fideiussores euictionis, & re ablata ei, cui emptor legauit, de euictione non agitur. h. d.

d *Seruo.*] No. quod quædam cum ipsis seruis non cũ dominis facienda sunt: ut hic, & insti. de stipu. ser. §. sed. cũ. & j. de sol. l. Stichum. §. vsumfructum. in fi. & inst. de don. cau. mor. l. fi. & j. de verb. obl. l. fi. §. respon. Sed regulariter contra, ut infra attinet. quæ est cõtra.

e *Præstabimus.*] Quid si non appareat ex cuius parte sit euictum? Respon. forte videtur de vtriusque parte pro rata parte euictum, arg. j. de pec. leg. l. si peculium. s. de pen. hær. sed & si §. adeo.

f *Obligatur.*] & hoc casu fallit regula. s. eod. l. vendicantem. cum ipse pater vendicet, ut C. de libe. cau. l. j. sic s. eo. l. qui a pupillo. & l. sed si nulla.

g *Obligatur.*] ut infra eodem, si per imprudentiam. §. Titium

h *Aduersus.*] si euincat. & sic hæc sunt paria, scio, & nolo teneri contra Seium.

i *Seium.*] alias Seiũ. & alias sũ, ut s. cõia præd. si in venditione si plane. Sed certè imo vr quod possit habere Sempronius quandiu Seius sit in ea causa, in qua si suus esset vsusfructus, sibi duraret, ut s. de act. emp. l. fundum. in fi. quæ est cõtra. Sol. ibi fundum vendidit detracto vsufructu, & personam nominauit: vnde duo interuenerunt: hic autem non detraxit, sed tantum personam nominauit, dicens ad Seiũ pertinere ideoque alio euincente tenetur post mortem. Sed quidam audiunt, ut post capitis diminutionem. sed est contra secundum Bul. prima verior. Vel hæc intelligitur secundum illam, ut eo casu hic loquatur, quando Seius sit in ea causa, ut si uere seruus fuisset, eum non perdidisset.

k *Re vera.*] repetitio casus, ut supra.

l *Petente.*] s. Seio capite minuto, uel alias vsumfr. amittente: cum multis modis amittũ, ut inst. de vsufr. §. finitur.

m *Tenebitur.*] venditor.

n *Defugiet.*] s. venditor, ut non teneatur emptori, quia denunciauit Seij fuisse usumfr. ideoque eo euincente tenetur post mortem Seij: forte intelligendum est, uel capitis diminutione, ut j. e. fundum sed Ioan. contra.

2 † *Plur. non dat.*

3 † *Zur.* [illegible]

SI is, qui.] CASVS. Vendidi Titio fundum, & fideiussores dedi pro eui. deinde Titius instituit me hæredem: fideiussores liberati sunt, quos ei dederam, & licet legatario fundum dem, & ei euincatur, non tenentur fideiussores. Viuian.

i Fideiussores.] illos, s. quos accepit ille, qui vendidit, sibi vel si venditor succedit emptori, ageret contra illos, quos ipse a suo auctore accepit. Fideiussores autem secundi contractus sunt liberati, vt s. l. prox. & in prin. huius leg.

k Quoniam.] Vult probare qualiter fideiussores secundi contractus liberentur, imo contra, quod primi teneantur.

a Hærede.] instituto emptore.

1† Fl. lib. 53.

b Actio est.] hæc est insufficiens ratio; quia adhuc remanet eadẽ quæstio quare sint liberati. dic ergo, quod ideo liberantur antequam euincantur legatario, quia non pñt pro eodem apud eundem esse obligati, ut j. de fideiuss. l. Vrani. & j. l. prox. in princ. Item post euictionem ideo similiter non tenentur, quia iã erant liberati, vt modo dixi. Item, & quia si nõ essent ea ratione liberati, quia pro eodem, &c. tamen cum legatum sit in specie, non tenetur de euictione hæres: licet secus esset in genere, ut inf. eodẽ. hæres.

2† Fl. desit, ...

SI ei cui vendidi.] CASVS. Titius vẽdidit mihi Stichũ, & de euictione promisit, & ego ei sub eadem forma: decessit Titius, & ego sum hæres eius: euincitur Stichus mihi, quæritur an possit agi de euictione aliqua earũ venditione? dicit, q non. redditur ratio secundo.

Si is, qui.] Titius vẽdidit mihi fundum, & dedit mihi fideiussores pro euictio. & ego Seio postea. Vel Seius mihi successit, & ante successionem fuit Seio fundus euictus: agetur de euict. contra fideiussores primi contractus, hoc autem probat taliter, q si succedo Cornelio, qui mihi centum debet, tanto minorem hæreditatem habere videtur, quanto mihi debebatur ab eodem. sic in superiori casu tanto minorem habet meam Seius mihi succedens, quanto de euictione rei tenebatur, & econtra tanto maiorem ego suam, quanto ego tenebar. Cætera plana sunt usq; ad l. si per imprudentiam. Accur.

3† Duam & eundem.

4† Fl. desit, &c.

Idem lib. 15. 1 † Digestor.

LEX XL.

SI is, qui satis à me de euictione accepit, fundum a me hærede a legauerit: confestim fideiussores liberabuntur, quia etiam si euictus fuerit ab eo, cui legatus fuerat, nulla aduersus fideiussores actio est. b

Pau. li. 2. ad edic. ędi. cur.

LEX XLI.

SI ei, cui uendidi, & duplam promisi, cum ipse eandem stipulatione mihi cauisset, c hæres extiterim: euicto homine nulla ex 2 † parte d stipulatio committitur. Neque enim mihi euinci uidetur, cum vendiderim eum: neque ei, cui me promissorem præstarem, quoniam parum cõmode dicat ipse mihi duplã præstare debere e.

¶ Item si domino serui hæres extiterit emptor: quoniam euinci ei non potest, nec ipse sibi uidetur euincere: nõ committitur duplæ stipulatio. His igitur casibus f ex empto agendum erit.

Cum emptor venditori, vel venditor emptori succedit: re euicta, contra authorem venditoris potest haberi regressus; & successio loco solutionis habetur. Bartol.

¶ Si is, qui fundum emerit, & satis de euictione acceperit, eundem 3 † fundum uendiderit, g & 4 † emptori suo hæres extiterit, vel ex cõtrario, emptor venditori hæres extiterit: an, euicto h fundo, cum fideiussoribus agere possit, quæritur? Existimo autem vtroque casu fideiussores i teneri: quoniam k & cum debitor l creditori suo hæres extiterit, actio 5 † quædam inter hæredem, & hæreditatem proponitur, m 6 † & intelligitur maior hæreditas ad debitorem peruenire, quasi soluta pecunia, quæ debebatur hæreditati, n & per hoc minus in bonis o hæredis p esse. Et ex contrario, cum creditor debitori suo hæres extitit: minus in hæreditate habere uidetur, tanquam ipsa hæreditas hæredi soluerit. q Siue ergo is, qui de euictione satis acceperat, emptori, cui ipse vẽdiderat: siue emptor venditori suo hæres extiterit: fideiussores r tenebuntur. Et si ad eundem venditoris, & emptoris hæreditas reciderit, agi cum fideiussoribus poterit. s

Idem lib. 34. 7 † ad edict.

LEX XLII.

SI pregnans ancilla uendita, & tradita sit, euicto partu, venditor de euictione t conueniri nõ potest: quia partus u non est venditus.

Iulianus lib. 52. 8 † Dig.

LEX XLIII.

VItulæ emptor, si uitulus, qui post emptionẽ natus est, euincatur, agere ex duplæ stipulatione non potest: x quia nec ipsa, nec vsusfructus eius euincitur. Nam quod dicimus, vitulum

l Debitor.] vt hic uenditor secundus, qui est debitor emptoris. Accur.

m Proponitur.] iuris fictione, quia pro eodem habetur, ac si per iudicem hæreditati fieret solutio ab hærede. Accur.

5† Fl. ratio, & melius Dat.

6† Fl. genit.

n Hæreditati.] licet ergo successione sit sublata, tamen pinguior videtur hæreditas peruenisse, vt hic, & infra ad l. Fal. l. 1. §. debitor. Accur.

o In bonis.] sic ergo si emptor prior, qui est secundus debitor de euictione, succedat ei, videtur euinci, & fingitur satisfacere hæreditati, & sic ut emptor prius agat de euictione. Accur.

p Hæredis.] quam fuerit priusquã adiret, i. solueret.

q Soluerit.] à simili: hic secundus emptor hæres primi est pro ratis su... hic, ut sec... emptor, non ut hæres primi: ideo fingitur detrahere de hæreditate primi: & sic quasi hæres primi egit de euictione contra fideiussores primi cõtractus. Accur.

7† Fl. lib. 53.

r Fideiussores.] primi contractus, non secundi, ut modo dixi. Accur.

8† Fl. lib. 51.

s Poterit.] intelligas primi contractus, non secundi.

t SI pregnans. De euictione.] ex duplæ stipulatione. sed ex empto forte agi potest, ut sup. eo. l. uenditor hominis, & inf. de leg. 1. l. non quocumque, §. fulta. uidetur tamen contra, ut inf. de leg. 3. §. si quod ex Pamphil.

c Cauisset.] quando mihi præuendiderat. duæ enim fuerũt venditiones.

d Ex parte.] neq; ex prima, neque ex secunda emptione.

e Debere.] vt & j. de leg. 1. l. cum filio, §. ipsi uero. in prin.

f His igitur casibus.] i. in hoc casu, non in primo, vt j. ad l. Falc. cum emptor. & s. de hæ. vel act. ven. l. 2. §. si Titius, & facit s. man. l. si seruum Titii. Vel dic, his igitur, i. huiusmodi casibus, uel talib. vt s. eo. l. non tamen.

g Vendiderit.] & nunc euictus est, & postea emptori, &c. vel etiam post successionem.

h Euicto.] ante successionem.

u Partus.] nec pars dimidia fundi pro indiuiso, & tñ agit pro euictione, ut s. eo. l. 1. §. si. subaudias ergo, nec est pars rei vẽditæ partus, ut j. de vsura. l. si alienã, §. Scæuola. Sed obiicitur, quod est j. de vent. insp. l. 1. §. ex hoc rescripto, vbi dr, q est portio viscerum matris? Rñ. partus mulieris portio esse dr quo ad quid, s. vt pro eo non agatur interdicto de li. exhib. sed tunc demum cum fuit editus.

x VItulæ emptor. Non potest.] sed nec ex empto vr, quia si bonæ fidei erat, fecit suũ fructũ: si malæ fidei non agit. Rñ. bo. fi. possessor erat sed tñ extãtes restituit petitori, & iõ agit ex empto. Vel dic, pcepto vitulõ a uẽditore añ traditionẽ, vel a quocũq; cũ sine culpa uenditor desijt possidere: malæ fidei aũt nõ agit noĩe rei, vel accessionis, nisi stipuletur, vel paciscatur de euictione, vt C. eo. l. si fundus.

Fructum.]

a *Fructum.*] quo casu pars vt euinci, & ideo agentur, vt s. eo. l. 2. & s. e. si ab emptore.
b *Recte.*] ab aliquo, vt s. de re. di. l. 1. §. quidam. Accurs.
c *Scapham non videri.*] vt infra de fun. instru. leg. l. vlt. & s. de rei vē. l. Marcellus, §. armamenta.
d *Membra.*] ergo cū stipulatio de euictione intercessit, agetur pro naue, & scapha ex stipulatu, pro mēbris nauis ex empto iā tum, vt s. cod. l. naue, & argu. infra de verb. sig. l. malum, in prin. Accurs.
e *Qui fundum habebat.*] hoc cū facta fuit vēditio in specie. s. ꝓ omnib. illis finib. vt C. e. l. si fines. sed asseuerauit emptori 100. esse iugera ad minus, & ꝓ tot tradendis nolebat teneri: licet minus esset: si autē plus esset, totum volebat cedere emptori, & ei de euictione teneri, & facit ad l. s. depositi. l. 1. §. si cista.
f *Fundum cuius.* (*constitui.*) mihi emptori.
g *Alienatus.*] i. venditus esset fundus, s. quia alienus esset. Accursius.
h *Me posse.*] s. emptorem, id est emptor conuenire venditorem, nam & econtra posset intelligi. vnde hic est amphibologia, sicut est ibi verum est panem comedere canē. Sed nonne mihi tenetur emptor, quia se obligauit ad vsumfructum? Respond. non obligauit se, sed in re, quam tradidi usumfructum retinere uolui, quod non potui, quia alienus erat. sic sup. de condi. caus. da. l. dedi, §. subtilius, nec ideo mihi debet teneri emptor, quia vsumfructum retinere non potui, ut probatur infra de iur. dot. si mulier, §. 1. & sup. de act. empt. l. tenetur, §. si tibi. Sed econtra, si iste, qui detraxit, prius decedat, quā Titius fructuarius, vel tali casu constituatur, quod desineret esse fructuarius: etiam si verū esset, tenetur emptori, vt supra de act. empt.

1† Flo. fecit pred.
2† Flo. desi. partem.
3† Flo. lib. 4.
* *Iugerum dictu iugi. Varr. lanctis duob. actib. quadrata est autem mensura.*
4† *Floren. amplius*] & *iun. gel. l. si fines. C. ex explicat rationem huius. l. Narmen. lib. 3. c. 3.*

fructum a esse vacca: nō ius, sed corpus demonstramus. sic 1 † & prædiorum, frumenta, & vinum, fructum recte dicimus, cum constet, eadem hęc non recte b vsumfructū appellari.

Alph. li. 2. Dig. à Pau. epi.

LEX XLIIII.

SCapham non videri c nauis partem 2 † esse respondit, nec quicquam coniunctū habere. Nam scapham ipsam per se paruam naviculam esse: omnia autem, quæ coniuncta naui essent, (veluti gubernacula, malus, antennæ, velū) quasi membra d nauis esse.

Si euincatur pars fundi, licet in residuo remaneat integra mensura, de euictione agitur. hoc dicit.

Idē lib. 3. 3 † dig. à Paul. epi.

LEX XLV.

QVi fundum tradiderat iugerum * centum, fines multo ampliores 4 † emptori demonstrauerat. si quid ex ijs finibus euinceretur: pro bonitate eius emptori præstandum ait: quamuis id, quod relinqueretur, centum iugera haberet. e

Si vsusfructus rei venditæ pertinet ad alium, tenetur uenditor emptori quatenus interest eius, tempore quo agit, usumfructum non fuisse alterius uēditionis tempore. h. d. Bart.

Africanus lib. 6. Quæstionū.

LEX XLVI.

FVndum, cuius vsusfructus Attij erat, mihi uendidisti: nec dixisti vsumfructum Attij esse. hunc ego Mæuio, detracto vsufructu, tradidi. Attio capite minuto, nō ad me, sed ad proprietatem vsumfructum redire ait: neque, n. potuisse constitui f vsumfructum eo tempore, quo alienatus g esset, sed me h posse te venditorem de euictione conuenire, quia æquum sit eandem causam meam esse, quæ futura esset, si tūc usufructus alienus non fuisset.

Qui constituit seruitutē in re aliena, personaliter obligatur euictionis nomine. hoc dicit.

¶ Si per alienum fundum mihi viam constitueris: euictionis nomine te obligari ait. Etenim quo casu si per proprium constituentis fundum concessa esset uia, recte constitueretur: eo casu si per alienum concederetur, euictionis obligationem contrahi. i 5 †

¶ Cum tibi Stichum uenderem, dixi eum statuliberum esse, sub hac conditione manumissum, Si nauis ex Asia venerit. is autem, Si Titius cōsul factus fuerit, manumissus erat. Quærebatur, si prius nauis ex Asia uenerit, ac post Titius consul fiat, atque ita in libertatem euictus sit: an euictionis nomine teneatur? Respondit, non teneri eum. Etenim dolo malo emptorem facere, cum prius extiterit ea cōditio, quam euictionis nomine exoluerit. k

¶ Item si post annum 6 † liberum fore dixi, qui post biennium 7 † libertatem acceperat, & post biennium in libertatē euincatur, vel x. dare iussum, l dixerim quinque, m & is x. datis ad libertatem peruenerit; magis esse, ut his quoq; casibus non teneatur. 8 †

Idem lib. 8. Quæstionum.

LEX XLVII.

SI duos seruos quinis n a te emam, & eorum alter euincatur: nihil dubij fore, quin recte eo nomine ex empto actu rus sim, quamuis alter 10. dignus o sit. nec referre separatim singulos, an simul vtrumque emerim.

De dupla deducitur id, quod emptor cōsecutus est ratione particularis interesse. h. d. siue à uenditore, vt hic: siue ab alio, ut l. 2. §. fin. de doli except.

Neratius lib. 2. Membranarum.

LEX XLVIII.

CVm fundus vti optimus * maximusq; est, emptus est, & alicuius 9 † seruitutis euictæ noīe aliquid emptor a uenditore consecutus est, deinde totus fundus euincitur: ob eam euictionem id præstare debet, quod ex duplo reliquum est. Nam si aliud obseruauerimus: seruitutibus aliquibus mox, & proprietate euicta duplo amplius emptor, quā quanti emit, consequetur. p

fundum, & facit ad l. s. de vsufr. l. sub conditione. Accur.
i (*Contrahi.*) vt s. eo. si quis per fundum. non tn̄ est seruitus cōstituta, quæ sine pdiis esse non pōt, ut s. communia præd. l. 1. & instit. de seru. §. ideo autem, quæ sunt contra. Sed hic tantum personalis obligatio contrahitur vt dictum est.
K *Exoluerit.*] aliàs exoluerit, i. cœperit. & alias exceperit.
l *Iussum.*] scilicet a testatore.
m *Dixerim quinque.*] s. iussum dare. Sed hic nonne mentitus est, quia vr dixisse eū tantum iussus est dare, ut s. de inter. act. l. de ætate. §. si cum esset. ergo debet teneri, vt s. eo. l. qui libertatis, §. quis ergo. quæ s. contra. & inf. eo. l. qui alienam, §. fin. quæ est similiter contra. nam in prædictis dr̄ mentientem in summa [illegible] da teneri. Sed ibi dicit de maiori: hic de minori: & est ratio in his omnibus conditionibus, quia cum uenditor noluit teneri emptori ex conditione, quæ erat emptori grauior, uel deterior, & eam expressit: ergo nō tenetur ex ea, quæ erat ei leuior. Et sic nota quod nō punitur quis propter mendacium, cum alium non afficiat damno. sic supra de inter. act. de ætate, §. fina. nam & secundum canones multa sunt genera mendaciorum. *
n *Si duos seruos quinis.*] i. bis quq;.
o *Dignus.*] sic & su. de actio. emp. l. si duorum, & inf. e. cum plures. & facit su. de ædil. edi. l. si plura.
p *Cum fundus.* (*consequetur.*) quod iniquum est, ut su. eo. l. quod dicitur.

5† Flor. *abest.*
6† Flor. *bimo nium.*
7† Flor. *Anl.*
8† Flo. *emisit.*
* Mendaciū non sp̄ punitur. de mēdacio, eius multiplici partitione, & qn̄ afficiat, uel non, vide Nauar. in Manua. cap. 18. num. 3.
* *idest, liberrimus ab omni seruitute, & hypotheca, & onere legatorū l. 16. sup. de pignor. l. preuba. inf. eo.*
9† *alias, alicuius.*

Si ab

a *Si ab emptore.* Petitur.] quia vsusfructus dicitur pars dominii, ut sup. de vsufr. l. 4. Accurs.
b *Si pignora.* Extra ordinem.] nam solemnitas iudiciorum hodie recessit ab aulis.
c *Re euicta.*] quia ex officio venditur, ut infra eo. l. 9. etc.
d *Aduersus*] imo vt negot. gest. utā de nego. gest. l. ait prætor, §. si executor, quæ est contra. Sol. vt ibi.

Si per imprudentiam.] CASVS. Si iudex me emptorem per imprudentiam iuris condemnauit, credens per vnum testem probatum, vel per errorem facti, ut quia non bene elegit testes: certe ex tu teneor apertè de euictione: sicut neque quando iudex fuit corruptus vendicante aliquo. Viuianus.
e *Si per imprudentiā.*] s. iuris.
f *Errorem.*] s. facti. A.
g *Auctoris.*] i. venditoris.
h *Nam quid.*] dicitur contra, respon. quid ergo refert, &c.
i *Stultitia.*] imprudētiam, & errorem vocat stultitiam. Idē iniuriam hic vocat eandem, & plus, quia qū erat corruptus.
k *Quæ emptori fit.*] a iudice: idem si ab alio, vt quia de prædio expellatur, ut C. de act. empt. l. fi.
l *Auctorem.*] vt C. de rer. permu. l. 1. nec hæredis facta in petit. hær. nocet legatariis, vt infra de leg. 1. l. si seruus plurium, §. quid ergo. nec facta liberti nocent patrono, ut inf. de bon. lib. l. qui cum maior, §. fin. nec fideiussoris facta nocent reo, ut infra de fideiuss. l. exceptione. sed facta socii omnium bonorū nocent alteri, ut su. pro soc. l. cum duobus, §. fin. Item hæc sunt vera, quia non nocent nisi forte statim denunciet emptor venditori, vt si vellet, appellaret, ut sup. mandat. l. si curatorem, §. sed et si testator. vel ubi non præbuit causam iniustæ damnationis, ut infra de fideiussor. l. exceptionem, & supra de pub. l. si quis probi. Restat ergo, quod si non præbuit causā, quod agit. Et et autem nō teneatur venditor, tamen iudex fecit litem suam, ut insti. de oblig. ex quasi delic. in princip. Item quando sordibus iudicauit, quæritur an agatur, cum ipso iure non valeat sententia, ut C. quando prouo. non est necess. l. vanales? Respon. forte precibus fuit tantum corruptus, quo casu valet sententia, ut infra ad Treb. l. 1. seruo inuito, §. cum prætor. vel dic etiam si pretio: nam tunc indubitabiliter non agetur de euictione.
m *Contingere.*] ut ipsemet venditor euicit, ut l. vendidi supra eo. quia tunc non potest dicere. secundum se per

Caius lib. 7. ad edict. prim.

LEX XLIX.

Si ab emptore vsusfructus petatur: periode 1 † is venditori denunciare debet, atque is, à quo pars petitur. [a]

Vlpianus lib. 25. ad edict.

LEX L.

Si pignora veneant per apparitores prætoris extra ordinem [b] sententiam 2 † exequentes: nemo vnquam dixit dandam in eos actionem re euicta. [c] Sed si dolo rem vilio ri pretio proiecerint, tunc de dolo actio [d] datur, aduersus eos domino rei.

Idem lib. 80. ad edictum.

LEX LI.

Si per imprudentiam [e] iudicis, aut errorem [f] emptor rei victus est, negamus auctoris [g] damnum esse debere. Nam quid [h] refert, sordibus * iudicis, an stultitia [i] res perierit? Iniuria enim, quæ emptori fit [k] auctorem [l] non debet contingere. [m]

Stipulatio de euictione potest committi contra hæredē venditoris: licet contra ipsum venditorem non potuerit committi. Item & hæredi emptoris potest in plus committi, quā potuerit ipsi venditori. h. d. cum §. non mirum.

¶ Si Titius Stichum post mortem suā liberum esse iussum vendiderit, mortuo deinde eo, Stichus ad libertatem peruenerit, an stipulatio de euictione interposita teneat? Et ait Iulianus, committi stipulationem. [n] quamuis enim Titio 3 † hoc casu denunciari pro euictione non potuisset, hæredi tamen eius denunciari potuisset.

¶ Si quis locum vendiderit, & idem venditor ab hærede suo voluntate emptoris in eo sepultus fuerit: actio de euictione intercidit. [o] hoc enim casu emptor proprietatem amittit. [p] 4 †

¶ Non mirum autem est, ut euicto homine [q] de euictione teneatur hæres, quamuis defunctus nō similiter fuerit obstrictus; [r] cum & aliis quibusdam casibus plenior aduersus hæredem, vel hæredi competat obligatio, quam competierat defuncto, [s] vt cum seruus post mortem emptoris hæres institutus est, iussuque hæredis emptoris adijt hæreditatem. [t] nam actione ex empto præstare debet hæreditatem, quamuis defuncto in hoc tantū sit utilis ex empto actio, vt seruus traderetur.

¶ Si plures mihi insolidū pro euictione teneantur, deinde post euictionem cum uno fuero expertus, [u] si agam cū cæteris, exceptione me esse repellendum Labeo ait.

Idem lib. 70. 5 † ad edictū.

LEX LII.

Sciendum est nihil interesse, ex qua causa dupla stipulatio fuerit interposita, vtrum ex causa [x] emptionis, an ex alia, ut committi possit.

Paulus lib. 25. 6 † ad edict.

LEX LIII.

Si fundo [y] vendito 7 † pars euincatur, [z] si singulæ [a] 8 † uenierint certo pretio: tunc

gratiam iudicatum, ut inf. de leg. 1. §. seruus plurium.
n *Stipulationem.*] vt sup. eo. l. qui a pupillo, & l. minor, §. qui statuliberum.
o *Intercidit.*] quantum ad hoc, ut cum effectu competere possit. nec enim competit actio nisi res euincatur. Accur.
p *Amittit.*] dubitatio tio est, quia & quādo venditor, vel hæres euincit, tenetur de euictione: licet exceptione poterat remoueri, ut sup. eo. l. vendicantem.
q *Homine.*] post mortem venditoris.
r *Obstrictus.*] Ponit exemplum superioris § si Titius. Acc.
s *Defuncto.*] de quibus multis casibus unum ponit, vt & ecce cum, &c. Acc.
t *Hæreditatē.*] i. affirmationem hæreditatis eo hoie euicto, quē ipse uendidit, ut s. eo. l. uenditor hois. & in multis aliis casib. idē inuenies, ut ab hēde, & ɔ̃ hēdes actiones incipiant, ut C. de ac. ab hǣde, & ɔ̃ hæ. l. 1. & ɔ̃ de pac. eo. l. pe., ū i. fi.
u *Expertus.*] & vicisvā & solutio totius debiti facta est. uel melius expertus sum, & quē succubui vñ propne obstat exceptio si agā ɔ̃ alios, quia transfit ad eos tanquam ad reos debendi, & exceptio rei iudic. Et socii erant, ut s. de arb. l. si duo. Alii ponunt casū quī sum ɔ̃ unū expertus pro parte, ut agendo insolidum ɔ̃ alios rep. liēt, ut C. de pact. l. si creditores, & sm primū, & ultimū dic exceptionem intelligi nisi hic facti: cum solutio ipso iure tollat obligationem, ut insti. quibus mod. toll. oblig. in prin. uel pone, ɔ̃ uenditor decessit relictis plurib. hæredibus, ut sup. eodem l. si tem. §. 1.

Sciendum est.] CASVS. Siue uendas, siue dones, siue indotem des, promittere potes de euict. sub pœna dupli. Viuia.

x *Ex causa.*] ut & ɔ̃ de libe. dotem solū, nisi in prima obligatione ɔ̃tineat pecunia, ut su. de act. emp. l. Iul. §. ibidem.

Si fundo.] CASVS. Vendidisti mihi fundum, in cuius parte erat uinea, in alia pratum, tertia terra aratoria, & certum pretium pro uinea, & certum pro prato, & certum pro terra fuit constitutum si uinea euincitur, igitur ad duplum uineæ h. d. usque ad §. si dictum. Viuia.
y *Si fundo.*] s. i. quamuis.
z *Euincatur.*] ɔ̃ diuiso, uel si ɔ̃ diuiso nunquam fit sed bonitatis, siue uenierit certo pretio, siue non, utpote cū nec bonitatis sed possit assignari, ut s. eo. l. 1. & 2. & de act. emp. §. seruū mihi §. si modus, in prin. & su. eo. qui fundum. Acc.
a *Si singula.*] puta sua uinea, & sua prato, & sua terra. Acc.

Margin notes: 1 † Fl. Titio. — 2 † Fl. prouide. — 3 † Flo. sine ea ista sequētes. — * Formal. litt. alt. ext. de comp. & uend. — 4 † Fl. amittit. — 5 † Fl. ad edictū. — 6 † Fl. lib. 69. — 7 † Fl. vendito. — 8 † Fl. si singulæ.

a *Pro bonitate.*] scotius fundi, nec etiam partis euictae. & hoc in actione ex stipul. sed si in ex empto, inspicitur interesse. Accursius.
b *Praestandum*] per actionem ex stipulatu.
c *Dolo.*] Not. dolum praesumit sic sup. man. si procuratorem. §. dolo. Itē hoc in actione ex stipulatu. Quid autem in ex empto? quidā non idem, tu dic idem, vt C. eo l. emptor.

non pro bonitate, a sed quanti singula venierint, quae euicta fuerunt, praestandum: b etiam si ea, quae meliora fuerunt, euicta sint.

¶ Si cum posset emptor auctori denunciare, non denunciasset: idemque 1† victus fuisset, quoniam parum instructus esset: hoc ipso videtur dolo c fecisse, & ex stipulatu agere nō potest. d

Caius li. 29. 2† ad edi. prou.

LEX LIIII.

QVi alienam rem vendidit: post longi temporis praescriptionem, vel vsucapionem desinit e emptori de euictione teneri. f

Si ex mendacio, vel taciturnitate venditoris emptor decipiatur, agit de euictione, hoc dicit.

¶ Si haeres statuliberum, qui sub conditione pecuniae dandae liber esse iussus est, vendiderit, & maiorem pecuniam in conditione esse dixerit, quam dare iussus est seruus, ex empto tenetur: g si modo talis est conditio, ut ad emptorem transiret, i. si haeredi dare iussus est seruus. h Nā si alij dare iussus est, quamuis ueram pecuniae quantitatem dixerit, tamen si non admonuerit alij dare iussum, euictionis nomine tenebitur.

d *Non potest*] nisi pacto hoc sit remissum, vt j. e. Herennius. Vel nisi steterit per venditorem quo minus eidem nuncietur. sic inf. e. si ideo. §. pe. & facit ad hanc legem s. man. si fideiussor, §. si procurator.
e *Qui alienā rem. Desinit*] i. incipit non teneri, vt hic, & j. de sol. l. si q. & j. de verb. oblig. l. decem. & haec sunt vera nisi ratione restitutionis contigerit, ut j. eo. si cum venditor. §. si is qui.
f *Teneri*] quia non posset ammodo euinci nisi per iniuriam, de qua non tenetur, vt s. e. l. si per imprudentiam vel per culpam non opponentis exceptionem, ut j. e. si rem. §. si duplae. Itē hoc etiam si hypothecaria agitur, quia extraneus possidet, ut no. C. eo. l. si obligata.
g *Tenetur.*] propter mendacium, ut j. de statulib. l. si decem dare iussum. & sic ad interesse nomine euictionis, ut d. l. ll. decē. non ad duplam hoc casu, ut l. qui libertatis j. eo.
h *Seruus.*] hoc enim ad emptorem transit, vt j. de statul. l. si statu libera poenę. §. statuliber. & §. si seruus.
i *Si ideo contra emptorem. Habuerit.* vt s. de inoffi. test. l. qui repudiantis. in fi. & l. Papinianus. §. meminisse. in fi. ibi, proinde, &c. Sed quid si certum est emptorem amissurum fuisse causam, etiam si praesens esset, vel quid si praesens fuit, & allegauit, & testes produxit, sed sententiae non affuit? Respon. in primo non videtur, quod agat de euictione, quia potuit non succumbere, ut supra de arb. l. si. in tres. & de leg. 1. cum res. §. si. & secundum hoc est praesumptio iuris, & de iure in secundo contra, quia videtur stetisse, cum sic propè sententiam steterit, sicut ignis propè veniens venisse videtur, ut j. quod vi aut clā. si alius. §. est & alia. Item dicas hic. quod abfuit per contumaciam, aliud si probabili causa, ut C. de contra. iu. tut. l. 2. Vel dic, ibi derogari praesumptioni huius legis, quia probatur contra. Item no. hic, quod non agit, qui fecit ne vinceret posset, ut infra de re iud. l. contumacia. & j. de confes. l. certum. §. si quis absente, sic j. de stat. li. l. 3. in fi. Sed nonne absens hodie vincere posset? Rn. vtique, ut C. de iud. properandum. §. & si quidem. & §. si autem reus. sed tamē est idem, quod praesens aliqua allegare potuisset, quib. vicisset.
k *Ad fuit.*] nomine alius, absentis, ut subjicit de tutore.

l *Egit.*] i. defendit. & sic ad inferiora.
m *Tutore authore*] aut cum pupillo, cum authoritate tutoris fuit coeptum iudicium, & valet, etiam si cum solo tutore postea fuit actum, vt hic. aut sine authoritate, & non valet, nisi sententia sit pro pupillo, ut C. e. l. cum minores. & l. non ideo.

Sententia lata contra absentem, non praeiudicat vēditori, nisi absens fuerit lēgitimè defensus. Paulus de Castro.

Vlpia li. 2. ad edi. aedil. curul.

LEX LV.

SI ideo contra i emptorem iudicatum est, quod defuerit, non committitur stipulatio. Magis enim propter absentiam euictus 3† videtur, quam quod malam causam habuerit. ¶ Quid ergo si ille quidem, contra quem iudicatum est, ad iudicium non adfuit: k alius autē adfuit, & causam egit: l quid dicemus? vt puta acceptum quidem cū pupillo tutore authore m fuit iudicium, sed absente pupillo tutor causam egit, & iudicatum est n contra tutorem. o quare non dicemus committi stipulationem? etenim actā esse causam palam est. Et satis est ab eo, p cui ius agendi q fuit, causam esse actam. Praesenti autem venditori denunciandum r est. Siue autē absit, siue praesens sit, & per eum fiat quo minus denuncietur, committetur stipulatio.

Simpliciter obligatus ad promittēdum, non tenetur ad satisdandum. h. d.

Paulus li. 2. ad edic. aedi. cur.

LEX LVI.

SI dictum fuerit 4† vendendo, ut simpla t promittatur, uel triplum, aut

n *Iudicatum est.*] quod sufficit, siue ipsi, siue pupillo accipienti tutor authoretur, ut inf. de administ. tuto. l. 1. §. sufficit. Accur.
o *Contra tutorem.*] & per consequens contra pupillum absentem.
p *Ab eo.*] s. tutore.
q *Agendi.*] i. defendendi.
r *Denunciandum est.*] de hac denunciatione dixi plene sup. eo. si rem quam. §. fina. Accursius.
s *Absit.*] quia sit extra continentiam vrbis, ut inf. de verbor. obli. l. si absentem.
SI dictum fuerit.] CASVS. Si promisisti mihi quartū, vel triplū nomine euict. sub poena quadrupli: quoniam postea facere noluisti, agam actione ex empto informata, ut faciat simpl. tū fideiussorem dare teneris.
¶ *Si compromissum.*] Emi rem Stichi bona fide, & sic coepi vsucapere: deinde incepi scire alienum, quod mihi non nocebat. sed si desij possidere sponte, & sic desij vsucapere, si postea mihi euincitur, cum ad me possessio earum redierit, vel cum ego egerim alio possidente, & succubuerim, de euictione non ago.
¶ *In stipulatione.*] Si vēdo tibi seruum, vt securior sis de eui. debes dicere, cum stipularis de euict. promittis, quod non euincetur seruus, uel pars eius, quia neque verum est seruum euictum, si tantum pars euincitur.
¶ *Si praesente.*] Si vendis mihi seruum, & quaestio mihi moueatur pro eo: debeo tibi denunciare, ut me defendas. si te non inuenio, possum denunciare procuratori tuo &c. Caetera plana sunt.
t *Simpla.*] pacta enim talia ualent, ut j. e. si plus. in princ. & potest dici, ut hic sit disiunctio legis: ac si dicat, conuenit inter contrahentes, siue de simplo, siue de duplo, siue de triplo, siue de quadruplo: certe, quod illorum conuenit, illud erit seruandum. si autem esset pacisentium haec distinctio, quia dixisset emptor, promittis, aut simplum, aut duplum, aut triplum, aut quadruplum, non seruaretur, quod eliget alter, sed quod minimum, ut infra de verbor. obliga. inter stipu. §. si stipulante. at hic vult seruari conuentionem per actionem ex empto informatam ab hoc pacto incontinenti apposito. nam datur haec ex empto etiam ad quadruplum promittendum, ut supra eodem, l. emptori. §. si simplam. Alij dicunt, quod hic est disiunctio pacisentium, quasi ipsi possint sic pacisci,

1† Alias, ideoque.
2† Flo li. 28.
3† Flor. Vi. ... vid. sup. & ... Aug. l. ca. 7. & Taurel. in ...
4† Flo. desi. in. & ad ... tel. huius l. vid. hoc & maximè Al. Ias. & D. ... in rub. de op. no. nunc.

nem, vnde non licet ei habere. ibi vero venditor factus est procurator in rem suam, qui mandati non habet regressum. quare emptori licet habere.

a *Ab emptore.*] hic est contra, infra eodem, si rem quam, §. si duplæ. Sol. ibi per suam culpam cecidit a possessione, hic non.

1 † Publiciana.

b *Absolutus.*] fortè, quia suam probauit possessionem.

c *Duplam.*] pro euictione, non de sanitate, uel fuga. quod patet, ut infra, quod si sanum esse &c. Vel dicas hic de fuga, & similibus stipulatum vt infra proxi.

d *Agere*] scilicet quanto minoris, vel ex stipulatu si de vitiis fuit promissum.

e *Euictus.*] forte hypothecaria, uel confessoria ratione vsusfructus. Accur.

f *Factus*] cum dominus esse uenditor vt ꝭ de acquir. rerum dom. l. traditio.

2 † Dua. vel sanus nō fuerit.

g *Non esset*] quia nō fuit actoris Accur.

h *Cœpi.*] ex causis superioribus. Accur.

3 † Pl. eum.

i *Manumissione*] scilicet contingere non ob meum factum, sed quia statuliber erat, alioquin contrarium est, supra titu. primo, si hominem. & infra eod. si seruum cuius. Azo.

4 † Eodem.

k *Causa.*] necessaria alienatione interueniente, ut si conductio rei mihi venditæ, & alij legatæ sub conditione extiterit. Accur.

5 † Plur. ob ea, quod fugitiuus sit, pauperior sum ut post.

l *Quod si sanum.*] ita videtur dici, si tamen stipulatus est esse sanum: aliter potest dici. nam semper allegando dicit vsq; illuc, summam autem, &c.

m *Ad præsentem usum.*) vt propter operas: vt ī. tit. j. l. iustissime, §. fin.

6 † Plur. de eo. id.

n *In obscuro*] scilicet interesse.

ab emptore, in a conuentus i † absolutus b est.

Si res sit euicta ratione dominij, non potest agi quanto minoris, etiam propter vitiū: secus si non ratione dominij, sed ad damnum occasione vitij receptum indistinctè potest agi. Bart.

¶ Si seruus, cuius nomine duplam c stipulati sumus, euictus fuerit a nobis ob id, quod fugitiuus, vel non sanus fuerit, 2 † an agere d nihilominus possimus, quæritur. Proculus videndum ait, ne hoc quoque intersit, vtrum tunc 3 † euictus e sit cum meus factus f non esset: g an tunc 4 † cum meus factus esset. In eo enim casu quo meus factus est, statim mea interest, quanto ob id deterior est. Et quam actionem semel ex stipulatu habere cœpi, h eam nec euictione, nec morte, nec manumissione, i nec fuga serui, nec ulla simili causa k amitti. At si in bonis meis factus non sit, nihil ob hoc 5 † quod fugitiuus sit, pauperiorem esse: vtpote cum in meis bonis non sit.

¶ Quod si sanum l esse, errorem non esse stipulatus essem, tantum mea interesse, quantū ad præsentē m vsum pertineret: tametsi id 6 † in obscuro n esset: vtpote ignorantibus nobis quandiu eū habiturus essem. & an o futurum esset, vt eum quisquam aut a me, aut ab eo, cui vendidissem, cuive similiter promisissem, p euinceret. Summam q autem opinionis tuæ hanc esse, ut tantum r ex ea stipulatione consequar, s quanti mea intersit, aut post stipulationem interfuerit, eum seruum fugitiuum non esse.

Habes hic regulam, quod quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vide in glo. Bartolus.

Vlpian. lib. 29. ad Sabinum.

LEX XVII.

Vindicantem uēditorem rem, quam ipse uendiderit, 7 † exceptione doli summoueri posse nemini dubium est, quamuis alio iure dominium quæsierit. Improbe enim rem a se distractam euincere conatur. t Eligere u autem emptor potest, vtrum rem velit retinere, intentione per exceptionem elisa, an potius, re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi.

Paulus lib. 5. ad Sabinū.

LEX XVIII.

Sed & si exceptio omissa x sit, aut opposita y ea, z nihilominus euictus sit, ex duplæ quoque stipulatione, vel ex empto potest conueniri.

mate, cum potest, nec debet distrahere, ut hic, & supra, de act. empt. si quis alienam. & infra, de vsucap. l. cum vir. & argum. ꝭ. de rei vend. si a Titio, & argum. ꝭ. de r. iu. actionem alienam, in princ. & argum. ꝭ. de pign. l. j. 2. respo. & argum. sup. de distrac. pign. l. & si is. Sed contra hanc regulam est, C. de agr. & censi. quemadmodum, lib. 11. vbi idem venditor vindicat, vel reuocat, quod vendidit. Sed ibi ideo, quia contra legem erat facta venditio. Item C. de liber. cau. l. j. similiter est contra. Sed ibi respon. similiter. Vel speciale est ibi fauore libertatis. Item tertiò contra, infra qui & a quibus si seruo. vbi manumissor alieni serui extitit hæres domino, & non confirmatur libertas. Sed certè licet ibi nō confirmetur, non tamen potest manumissor venire cōtra. Item contra, supra eodem, l. qui a pupillo. & infra eod. sed & si stipulatio. §. j. Solu. ibi specialia sunt fauore libertatis. Item nota hic et hac l. & prædictis regulam talem, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. & probatur etiam hæc regula C. de rebus alien. non alien. l. j.

7 † Flo. ex dolo.

u *Eligere.*] ut C. de rebus alien. non alienan. l. venditrici. Accursius.

x **Sed & si. Omissa.**] Sed si sit omissa sua culpa, & sit condemnatus: ergo nihil debet consequi, ut infra eo. si rem, § si duplæ & infra, de regu. iur. quod quis, in §. primo respon. hanc culpam non potest sibi imputare venditor, cū ex ea lucrū senserit, id est rem. ut infra, de iure dot. cum in fundo, §. quod si mulier. sed si omisit exceptionem, & sic scienter reddidit. ergo non debet vnquam repetere, ut sup. de condic. indeb. l. j. quæ est contra. Sol. hic habet emptor actionem & excep. ut supra l. prox. & hic restituendo rem solam exceptioni renunciare videtur. remanet ergo actio sibi, maxime cum sciat suum ius durare, ut ī. quib. mod. pig. uel hypot. sol. sicut, §. non uidetur. in l. autem contraria habebat conuentus solam exceptionem, & forte illam tantum facti suæ intentionis, uel etiam iuris. vnde cum soluendo illi renunciare uideatur, sibi nihil remanet.

y *Opposita.*] sed nonne tunc iniuriam passus est. ergo agere non debet, ut infra eodem, si per imprudentiam, primo respon. quæ est contra? Respondeo uenditor non potest allegare contra eum secundum se per iniuriam iudicatum. argumen. infra, de legatis primo, si seruus plurium, §. j.

z *Ea.*] s. exceptione.

o *Et an.*] scilicet ignorantibus repete.

p *Promisissem.*] s. sanum.

q *Summam*] omissis supradictis. neptis.

r *Tantum.*] scilicet interesse.

s *Consequatur.*] etiam si non est factus meus. & hoc interesse liquet iam euicto homine. Sed si nondum sit euictus non apparet, quod operas propter morbum, uel fugam sit amissurus, quod ergo poterit interesse considerari? Respon. agitur semper forte pro præterito. & sic pluries, sicut ex cautione damni infecti, ut infra rem rat. habe. si procurator. Accur.

V *Indicantem*] CASVS. Si venditor velit vindicare rem a se uenditam, repellitur excep. doli, licet dominium eius alio tit. acquisiuit. Cætera clara sunt vsque ad §. si homo, in l. sed & si stipulatio. Viuia.

t *Conatur.*] scilicet sic veniendo contra factum suum: ut dixi supra, de adopt. post mortem. imo debet eam confirmare,

Sed

SEd & si nulla stipulatio.] CASVS. in §. si homo. Hominem mihi vendidisti, quem credebas seruum, cum liber erat, de dupla cauisti, si euinceretur, & apparuit liber, & cum hæredem instituisti, si in libertatem proclamet, eum ipsum de euictione habeo obligatum. Viui.

Vlpianus lib. 29. ad Sabin.

LEX XIX.

SEd & si nulla stipulatio a fuit 1 † interposita, de ex empto actione idē dicemus. ¶ Si homo liber, qui bona fide seruierat, 2 † venierit mihi a Titio, b Titiusque eum hæredem scripserit quasi liberum, c & ipse mihi sui faciat controuersiam, ipsum d de se obligatum habebo. e

Quando res euincitur facto emptoris etiam antecedente emptione, nō tenetur venditor. Bar.

Pomponius lib. 10. ad Sabi.

LEX XX.

FVndum meum obligaui: deinde alienaui tibi, vt eo nomine f non obligareris. g Si eum à te postea emam, & satis pro euictione mihi des, h excipiendum est a 3 † cautione, quod pro me i obligatus sit; quia etiam non excepto eo, agendo eo nomine contra te, doli mali exceptione possim summoueri.

Collige tres casus. Aut non licet habere rem vel æstimationem emptori propter euictionē, & habet locū actio pro euictione: aut propter aliud omnino, non propter factum euincentis non licet emptori habere: & tunc non committitur, ut hic probatur; aut non licet habere ex alia causa quam euictionis: & tamen speratur, quod etiā in causam euictionis cōuincatur, & tunc cum in illam fuerit redditum, habet locum, ante non: vt in §. Iulianus. infra ead. l.

Vlpianus li. 29. ad Sabinum.

LEX XXI.

SI seruus venditus decesserit k antequam euincatur, stipulatio non committitur, l quia nemo eum euincit. 4 † sed fatum 5 † humanæ sortis de dolo m tamen poterit n agi, o si dolus intercesserit. Vnde 6 † Iul. li. 43. Digesto. 7 † elegāter definit, duplæ stipulationē tunc committi, quoties res ita amittitur, vt eam emptori hēre non liceat propter ipsam euictionem p & ideo ait, si emptor hominis, mota sibi controuersia, venditorem dederit procuratorem, isq; victus litis æstimationem sustulerit: stipulationem 8 † duplæ nō cōmitti: quia nec mandati actionem procurator hic idemque venditor habet, vt ab emptore litis æstimationem consequatur. q Cùm igitur neque corpus neque pecunia emptori absit, non oportet committi stipulationem: quamuis si emptor ipse accepto iudicio victus esset, & litis æstimationem sustulisset, placeat committi stipulationem, vt & ipse Iulianus eodem libro scripsit. r Neque enim habere licet eum, cuius, si pretium quis non dedisset, ab aduersario auferretur. Prope s 9 † enim hunc t ex secūda emptione, idest ex litis æstimatione emptori habere licet, non ex pristina.

¶ Idem Iulianus u eodem li-

a Sed & si nulla stipulatio.] de euictione.

b A Titio.] & traditus fuerit mihi. Accur.

c Liberum.] post traditionem reperiens eum liberum.

d Ipsum.] tanquam hæredē venditoris. & sic libero homine euicto in libertatem de euictione agitur, vt hic. & sup. man. si pcur tor. §. si liber.

e Habebo.] sed nonne potest remoueri exceptione rei venditæ, & traditæ ex persona eius, cui successit. Resp. vtique, sed per se replicabit nullam fuisse venditionē liberi hominis. Vel dic fauore libertatis hoc esse, vt sup. eod. l. q. à pupillo. Accur.

FVndū meū.] CASVS. Obligaui tibi fundum, & Titio eundem vendidi, & ab eo tē postea emi, qui mihi de dupla cauit. an ista cautio de dupla sic large intelligat, vt si a me euincatur, teneatur mihi Titius nomine euic. ad duplā, quæritur? Et respon. quod non. quia illud videtur exceptum. vnde & si nō excipiatur à Titio, quod nolit teneri si à me euicātur, si agam tamen euictionis nomine, repellet me Titius per exceptionem doli mali. Viui.

f Eo nomine.] s. pignoris.

g Obligareris.] i. aggrauateris. Accur.

h Des.] s. promittendo, in duplum, si res esset euicta.

i Pro me.] ne tenearis ideo, quod &c. Acc.

SI Seruus.] CASVS. Seruū alienū vēdidisti mihi, & de culpa cauisti, ante quam euinceretur, decessit: an committatur stipulatio de dupla, quæritur. Et dicitur, quod non. & causam reddit: si tamen dolum in vendendo commiseris: quia alienum sciens vendidisti, tenebris, vt supra de actio. empt. seruus, qui a me. §. finali.

¶ Vnde Iulianus.] Alienum seruum mihi vendidisti, & de dupla cauisti si euinceretur: conuentus constitui te procuratorem, & litis æstimationem præstitisti: succumbis. an committatur stipulatio de culpa, quæritur. Et dicitur, quod non: quia si tu agas ac. man. contra me, litis æstimationē, quam præstitisti, a me non consequeris. Item neque mihi seruus ablatus est, si tamen ego conuentus litis præstiti æstimationem, commissa fuit stipulatio de euict. & cum mihi seruum habere non liceret, si pretium eius non soluissem, potius eum habeo seruum ex ista secunda emptione cum æstimationem præstiti, quam ex prima. ergo regula intelligitur, tunc demum tenetur venditor de euictione, cum emptori rem habere non licet propter euictionem.

¶ Idem Iulianus.] Seruum mihi vendidisti, & de dupla cauisti, conuentus euictionis nomine, & causa pendente culpa mea seruo fugam accipiente condemnatus sum ad interesse peritoris, an contra te statim regressum habeam de euictio. quæritur. Et respond. quod non. quia non propter euictionem, sed propter fugam mihi seruum habere non licet. Si autem culpa mea non fugerit, & petitori cauerim de eo restituendo, non committetur stipulatio, nisi eū apprehendero, & restituero. vnde quando litis æstimatio offertur, sufficit apprehensio vt committatur stipulatio, secundo necessaria est apprehensio & restitutio. Viuianus.

k Si seruus venditus decesserit.] ante litem contestatam, vt C. eodem, si quis tibi seruum. secus si post, vt C. de esser. tol. l. finali. & supra de rei vindi. vtique, quæ sunt contraria. Accur.

l Committitur.] licet sit alienus.

m De dolo.] idest exceptio nomine doli. Accur.

n Poterit.] etiam ante euictionem, vt supra de act. emp. seruum quem à me, §. fina.

o Agi.] ex empto ad redhibendum pretium.

p Euictionem.] vt j. eodem. tit. habere licere.

q Consequatur.] vt & infra eod. si cum venditor. §. si seruus.

r Scripsit.] vt sup. eo. l. euicta. § j.

s Prope.] id est f. rē. videtur potius, quod ex hac secunda, quæ est quasi emptio: vt infra pro empt. l. secunda, habeat emptor, quàm ex prima. propè autem ideo dicit quia possessori huic a petitore de euictione non cauetur: vt supra de rei vendicatione. l. ex diuerso. §. petito. & supra de condictione furtiua. l. si seruus. §. cauere.

t Hunc.] seruum.

u Iulia.] aliâs, §. Iulia. & aliâs. l. si lite.

x Contestata.]

1 † Flo. fuisset.
2 † Flor. seruiebat.
3 † Flo. excipiendum a cautione.
4 † Flo. euinc.
5 † Flo. factū.
6 † Flo. inde.
7 † Flor. decess. Dige.
8 † Vide Alc. lib. 1. parer. cap. 18.
9 † alias propter.

a *Contestata.*] inter euincentem, & possessorem.
b *Possessor.*] quanti aduersarij interest, scilicet in litis æstimationem. Accur.
c *Non licet.*] no ergo duas habere eum actiones * scilicet vnam propter culpam s. quia præstat litis æstimationem: aliã propter fugam absentiã quia, si nõ agit: alias esset contra. s. ad legem Rhod. de iact. l. nauis. §. si.

* Actiones duas habere potest.

S*I pro re pupilli.*] CASVS. Tutor noie pupilli emit rẽ, & duplam stipulatus est: conuentus tutor, litis æstĩonem de suo præstitit: an cõtra venditorẽ pupillus noie emptionis regressũ hẽat, quæritur? Et dicit, quod sic: rõ est: quia pupillus actione cõtraria tutelæ tenebitur tutori ad pecuniæ restitutionem.

1 † aliàs, desinunt in casu.

¶ *Si pro euictione.*] Mulier fundum vendidisti; & euictionis noie fideiussorẽ dedisti. Titio nupsit, & eum in dotẽ dedit: a marito euictus est, aget mulier cõtra te: quia minorem dotẽ habere incœpit: vt qua maritus æstĩonem soluit: & minus, quã fuerit eius prætiũ, vt sic fundum restituat. Si autẽ mulier antequã euinceretur, decessit: & stipulatus est maritus de dote lucranda: aget maritus contra hæredes mulieris: & ipsi contra venditorẽ. Si aũt dño fundi nupsit, stipulatio non cõmittitur, cum per iudiciũ nõ sit euictus: sed aget ex empto ad simplũ. Viuia.

2 † Fl. non prius, nisi restituerit.

d *Si pro re pupilli.*] vt credebat, quia emerat eius nomine eam. Vel dic, quod euicta fuit per cõfessoriam, vel hypothecariam: aliàs si per iniuriam esset euicta, cum esset pupilli, securus esset. Accursius.
e *Committitur.*] tenetur enim cõtraria tutelæ ad reddendum pecuniam: ut infra de contra. tu. et. l. quid ergo. § contrarium.
f *Agere.*] ut inf. de iur. dot. l. quamuis in bonis. & maritus, & pater eius. vt inf. e. l. pater. sed si conueniatur maritus, quæritur, utrum debeat maritus mulieri denunciare, & mulier suo auctori: quod uidetur esse necessarium. Item si condemnatur maritus, nunquid mulier statim agit de euictione contra euictorem, an prius condemnabitur ipsa marito? Primum tamen uidetur ue ius, secundũ quosdam: arg. intra e. l. si seruum emero. Vel distingue, secundum Azo. inter actionem ex empto, & actionem ex stipulatu. In prima necessarium non est prius damnati mulierẽ. In secunda secus: ut in. eo. si cum uenditor. §. si secundus. ADDITIO. Pro intellectu huius glo. aduerte secundum Bal. hic, quod quando transfero rem in alium non simpliciter, sed in ea aliquod ius mihi retineo: putà concedo rem in dotem, in emphyteusim, vel in feudum: isto casu eo ipso, quod res euincitur ab eo, qui habet causam à me, perimitur illud, quod erat mihi reseruatum, & stipulatio de euictione committitur: & hoc est, quod dicit iste tex. quod mulier statim efficitur indotata: & per consequens sibi habere non licet. quãquam ego transfero rem in alium simpliciter, & nullum ius mihi in ea re seruo: & isto casu, licet euincatur res ab eo, qui habet causam à me, tamen mihi nil abest pupillã euictionẽ: & ideo est necesse, quod ego condẽner, & soluam sibi: aliàs actionẽ de euictione nõ haberem: secundũ regulã traditam per Iulia. sup. l. prox. §. Iulianus. ad idem supra ea. l. §. j.
g *Fundus esset.*] subaudi, & nihil aliud hẽt in dote. sed quo definit esse dotalis: licet æstimatio soluatur petitori: cum fundus apud maritum remaneat? Rñ. bene, cum hic sit expensa necessaria: vt inf. de im. dot. si is q. §. quod dicitur & de impen. in re do. fac. l. quod dicitur. & sic sup. de pet. hære. l. utiles. item quo modo committitur stipulatio, cum non ipsi mulieri, uel suo hæredi, sed alij, si viro habere non liceat: ut & infra de verb. oblig. l. stipulatio ista §. siue autem. quæ est contra: maximè in eo, quod dicitur infra l. prox. Respond. quod ibi dicitur non committi: sed habere alij non licet: præter stipulatorem, uel eius hæredem, sine successorem, intellige prorsus alium, at qui habet ab eo causam, non est alius: cum de euictione hæres, uel ipsa, si uiueret, teneatur. aliud ergo si causam lucratiuam haberet.

3 † Fl. emptionis.

4 † Duarum, vt & sin.

5 † aliàs, quam de qua stem.

6 † Flor. li. 5.

bro tenbit, si lite contestata aufugerit homo culpa possessoris, damnatus quidem possessor erit, b sed non statim ad venditorem eum regressurũ, & ex duplæ stipulatione acturum: quia interim nõ propter euictionem, sed propter fugam ei hominem habere non licet. c Planè, inquit, cũ apprehenderit possessionem fugitiui: tunc committi stipulationem (Iulianus 1 † ait.) Nam & si sine culpa possessoris fugisset, deinde cautionibus interpositis absolutus esset; non aliàs committeretur stipulatio, quàm si apprehensum hominem restituisset. Vbi igitur litis æstimationem obtulit: sufficit apprehendere. vbi cautio: non, 2 † nisi prius restituerit.

Põponius li. 1. ex Plautio.

LEX XXII.

SI pro re pupilli, d quam emit, litis æstimationem tutor, non ex pecunia pupilli, sed ex suo præstiterit, stipulatio de euictione pupillo aduersus venditorem committitur. e

Iste §. est subtilis: & loquitur quando res quam emi, non euincitur à me, sed ab eo, cui concessi: & dicit, quòd ex hac habeo regressum contra venditorẽ meum. Bart.

¶ Si pro euictione fundi, quẽ emit mulier, satis accepisset: & eundem fundum in dotem dedisset: deinde aliquis eum à marito per iudicium abstulisset; potest mulier statim agere f aduersus fideiussores euictionis 3 † nomine, quasi minorem dotem habere cœpisset, vel etiam nullam, si tantum maritus obtulisset, quanti fundus esset g

Vlpianus lib. 29. ad Sabin.

LEX XXIII.

SEd & si post mortem mulieris euincatur, regressus h erit ad duplæ stipulationem: quia ex promissione maritus i aduersus hæredes mulieris agere potest, & ipsi ex stipulatu k agere possunt.

Africanus li. 6. quæstionũ.

LEX XXIIII.

NOn tamen ei consequens l est, vt 4 † si ipsi domino nuptura in dotem eum dederit, committi stipulationem dicamus: quamuis æque indotata futura sit mulier; quoniam 5 † quidem, etiam si uerum sit habere ei nõ licere seruum: m illud tamen verum non sit, iudicio eum euictum esse n Ex empto tamen contra venditorem mulier habet actionem. o

Vlpian. lib. 10. 6 † ad Sab.

LEX XXV.

SI seruum, cuius nomine duplam stipulatus sis, manumiseris: nihil ex stipulatione consequi poteris: quia non euincitur quod minus habere

h S*Ed & si post mortem. Regressus.*] s. per hæredem mulieris. Accur.
i *Maritus.*] quia dotem lucratus est: & bona est ratio: vt infra eod. si seruum emero. & sup. de rui. l. sed ubi rescriptio. Accur.
k *Ex stipulatu.*] nomine euictionis. Accur.
l N*On tamen & consequens.*] scilicet quod uidebatur propter prædictam rationem, quia mulier efficitur indotata.
m *Seruum.*] tanquam ex emptione, & ex dote. Acc.
n *Euictum esse.*] ergo non committitur nisi iudicio accepto. Sed contra. inf. eo. si emptori Sol. ut ibi.
o *Actionem.*] ad simplum: ut hic. & inf. ad l. Falc. l. cum emptor. Accur.
S*I seruum.*] CASVS. Seruum mihi uendidisti, & de eo dupla cauisti: eum manumisi: an agere possim suo nomine,

bere tibi liceat, quem ipse ante voluntate tua perdideris. a

Paulus lib. 9. ad Sabinum.

LEX XXVI.

SEd hoc nomine quod liberatum quis non habeat: ex vendito b actionem habet, si sc(i)erit c venditor alienũ se uendere. Sed & si ex causa fideicommissi emptor coactus fuerit eum manumittere, d ex empto actionem habebit.

Si emptor fuit repulsus à vindicando propter exceptionẽ procedentem ex sua persona, non agit de euictione: secus si ex persona venditoris. h.d. cum l. seq.

LEX XXVII.

HOc iure vtimur, vt si exceptiones ex persona emptoris obiectę e obstant, venditor ei non teneatur. Si verò ad personam venditoris f respiciant: contrà. Certè nec ex empto, nec ex stipulatione duplæ, nec simplæ actio competit emptori, si exceptio ei ex facto ipsius g opposita obstiterit.

Vlpian. li. 32. ad edict.

LEX XXVIII.

SEd si ex utriusque h persona, & auctoris, & emptoris exceptiones objiciantur, interierit, propter quam exceptionem iudex contra iudicauerit; & sic aut i committetur, aut non committetur stipulatio.

Pompon. lib. 11. ad Sabin.

LEX XXIX.

SI rem, * quam mihi alienam uendideras, à domino redemerim: falsum esse, quod Nerua respondisset, posse te à me precium consequi ex uendito agentem, k quasi habere mihi rem liceret, Celsus filius aiebat; quia l nec bonæ fidei conueniret, & ego ex alia causa rem haberem.

¶ Si duplæ stipulator ex possessore petitor factus, victus 2 † sit: quam rem, si possideret, retinere potuerit, petere 3 † autem utiliter non potuerit: vel ipso iure promissor duplæ tutus erit, vel certè doli mali exceptione se tueri poterit: sed ita, si culpa, vel sponte duplæ stipulatoris possessio amissa fuerit. m

¶ Quolibet tempore * venditori denunciari 4 † potest, ut de ea re agenda adsit: quia non præfinitur n certum tps

mine, quæritur? Et dicitur quod non. Si autem quis libertum suum cum diceret, egerit & obtinuerit, agam ex empto, quia eum libertum habere non liceat contra venditorem: ad interesse. Eodẽ modo si seruo fuerit fideicommissaria libertas relicta, aget ex empto. h.d. cum leg. seq. Viuia.

a *Perdideris.*] vt s. tit. j. si hominem. sic & quando pro derelicto habuit, vt & j. eo. l. fin. Accur.

b SEd hoc nomine. Ex vendito.] s. ex empto ad interesse. ve & supra, de act. emp. l. Titius cum §. ego cũ manumisissem. Sed contra, j. de prescri. verb. l. naturalis §. fi. Sol. ibi non æstimatur, hoc quod manumissum habeo libertum, sin odium eius pro quo manumisit: quia non vult patere contractui: hic æstimatur, quia nõ habeo libertum eum, quem ex iure contractus habere debeo.

c *Scierit.*] maximè. sed tunc etiam ante euictionem agit: vt supra, de act. empt. l. seruum quem sciens. Accursius.

d *Manumittere.*] qui potuit cogi, vt j. de fideicom. lib. l. generaliter, §. quoties autem si fideicom. & cum

HOc iure.] CASVS. Seruum meum uendidisti, à possessione cecidi, petij, possessori detuli iuramentũ, & iurauit seruum meum non esse: an mihi agenti contra te ad duplam, obstabit exceptio, quæritur? Et dicit quod sic, è contrario, si venditor fecit hoc. si autẽ tam emptor, quàm venditor cum possessore fecerint pactum de non petendo, considerabit iudex ex cuius persona competit excep. vt sic obstet emptori agenti, vel non. hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

e *Obiectę.*] scilicet emptori agenti contra alium possidentem: veluti si emptor possessori detulerit iusiurandum: & iurauit rem emptoris non esse, vel etiam fecit pactum de non petendo, vel in simili casu impetrauit iusiurandum contra alium; cum ipse conueniretur ab alio ex simili causa.

f *Venditoris*] scilicet, non aliter: quia venditor fecit prædicta, quæ dixi modo fecisse emptorem: vel quia agenti emptori Publiciana exceptio dominij obijciatur: ut supra, de publ. l. fin.

g *Ipsius.*] i. emptoris. Accur.

h SEd si ex utriusque.] vt quia vterque fecit pactum de non petẽdo possessori: vel vterque detulit iusiurandum. Sed quomodo ex persona auctoris objicitur emptori exceptio? vt j. de excep. do. apud. § de auctoris, euictione? Respon. si est rei cohærens, potest, ut hic: si personæ, vt doli, non; vt ibi.

i *Et sic aut.*] quod si non appareat, dici potest venditorẽ absolui; argum. j. de verb. obl. si seruum, §. sequitur. vel si superfit iudex, ad eum recurrendum: vt j. de app. l. ab executore, si non absoluitur venditor. Vel dic condemnandum, nisi probet propter exceptionem ex persona emptoris apositam condemnandum emptorem: vt C. de assert. toll. l. fin. in fi. Accur.

SI rem quam.] CASVS. Alienam rem mihi vendidisti, pretiũ non recepisti. comperi rem alterius fuisse, & ei precium solui: an possis agere contra me act. ex vendito ad precium? Et dic quod nõ, quia hoc bo. fid. non conuenit, vt precium consequaris, & eam à dño nactus sim.

¶ *Si duplæ.*] Rem mihi vẽdidisti: per culpam meam à possessione cecidi, petij, & succubui: an contra te regressum habeã, quæritur? Et respõ. quod non; cum dominus fuisti cum uẽdidisti: & rẽ retinere potui, licet petere non potui: puta ob exceptionem rei iudi. secus si sine culpa mea à possessione cecidi.

¶ *Quolibet*] Emptor venditori denunciare debet quoties agit, vt res euincatur, sed quo tempore fieri debeat, quæritur? Et rñ. quod non est tẽpus præfinitum, sed ante litem conte. & post potest fieri huiusmodi denunciatio, sed non propè sententiã: cum tunc nõ sit locus defensioni. Viuianus.

k *Agentem.*] licet nondum soluerim; & post hoc dici sim lo. cum sciens alienum vendidisti, & non tradidisti: tunc enim & ante euictionem precium solutum repetere: vt s. de act. emp. si seruus quem. §. fin. vel si emi à colono, vel depositario, qui nullam habet possessionem: si quidẽ redimam à domino, magis sum laudandus; alter autem videtur iniquum defraudari precio cõuento. Vel secundum Ir. indulgendum est emptori, qui bonam fidem agnoscendo calumniam euitans eam à domino redemit; secus si soluisset, quia non repeteret.

l *Quia.*] ratio est.

m *Amissa fuerit*] veluti per negligentiam possessionem amissam; quæ vacans ab alio occupata fuit vẽdita; vel alio titulo alienata bonæ fidei emptori, & vsucapta; vt Insti. de vsucap. § quod autem. vel quia venditor iurauit non esse domini, eo deferente. Item nota hic, quod quis sua culpa sentit, ab alio non recuperat: vt hic, & j. si cui plus quàm per leg. Fal. l. 3. § si legatarius. & § fin. & § item si ipse, in fi. & j. de pec. si postquam. Sed contra, sup. eo. euicta. l. j. Sol. vt ibi.

n *Præfinitur.*] scilicet a iure, unde no. quod lex non determinat, nec ego: vt & C. de diuer. rescrip. l. falso. & facit ad hanc denunciationem, infra eod. l. 1. ideo, §. fin. & l. Herennius, & l. si fundo tradito § fin. & C. eod. l. emptori, & l. si permutationis, & j. eod. l. si dictum, §. pen. in fi. Sed contra, j. de legat. iij. l. qui concubinam, § heres. vbi dicit ante iudicium denunciandum. Solu. ibi accipitur iudicium pro sententia, & sic concordat. Vel speciale in euictione legatorum, vt ibi. Item, quid si non denunciauit in prima causa; denunciauit tamen in causa appellationis? Respõ. si quidẽ omnia sunt auctori integra, ut quia testes habet, &c.

1 † Floren. Bol. sol.

* Intellige totum tex. vltra Bal. hic procedere non solũ in eo, qui emit secundo à vero domino rem sed quocunque modo rem habuerit a vero domino, siue ex causa lucratiua, siue onerosa: nam omnibus istis casibus nõ tenetur ad precium ipsi pr(...), qui ei rem uendidit. Bolog.

2 † Floren. & victus.

3 † Flor. petere.

* Concord. glo. in c. ex literis, super verbo, in perpetuũ, in vers. ex quo enim, extra de constit.

4 † Floren. nunciari.

bet, & nihil deperit, potest denuum iari: ei arg. ff. de ope. leg. l. 6.
a [Condemnatione m] i. dum non sit renunciatum allegationibus, vel testes aperti. & facit C. de tempo. & re. ap. l. 3. in § A cursus.

1† Flo. li. 19.

S[I emptori.] CASVS. Seruũ mihi vendidisti; non fugitiuũ, & noxijs obnoxium non esse promisisti: furtũ facit ab te venditionẽ Titio à me hærede instituto: an Titius cõtrà te agere possit, quæritur? Et dicitur, quòd sic, perinde ac si Titius noxali iudicio suo noie conuentus condẽnatus esset, vel desinitus: qđ verius est. cætera plana sunt vsque ad § si cõmuni, in l. si mãcipium.
b [Actionem.] & sic hac iudicio committitur. Sed cõtrà, sup. eo. l. nõ tamen. Sol. ibi de stipulatiõe duplæ pro euictione: hic pro alia item non uidet ag. posse alia ratione: quia nihil ei abfuit: vt supra, de act. emp. l. si seru⁹ mihi. 1. resp. quæ similiter est contra. Sol. hic videtur ei abesse, cum actionẽ habeat, quæ propter successionem ei competere desijt: vel vt ibi. Itẽ obstat, quia uidetur sublata per confusionem; sed contrarium est. nam quodammodo uidetur exegisse: & sic committitur ei stipulatio, vt hæredi.

2† Fl. vespellionem, quod (inquit. Budæus) si vespellonem legamus nisi vespertilionem eum intelligamus, qui interdiu latitet, & vespere instà actum habet.
3† Flo. vtiq; bonum.

c S[I ita in hac causa] id est ægritudine.
d [Frustra est] i. querela, & frustra promissio.
e [Vtilem esse.] id est ualere. & in casu est necessaria, s. si emptor hæc uitia sciat: quia aliàs non ageret: ut ff. de do. excep. apud. § idẽ Labeo scribit.
f [Vel horum.] ergo interesse est in obligatione: licet nõ promisit se daturum, vel facturum: sed ita esse. Sed nonne factum alienum videtur promittere? Respon. vt didi Insti. de inuti. stipu. § si quis alienum. Accur.
g [Adiectum] i. si dicet promissus interesse, si

4† Flo. decessit, cunt.

in ea stipulatione, dum tamẽ ne propè ipsam condemnationem [a] id fiat.

Idem lib. 10. 1† ad Sabin.

LEX XXX.

SI emptori, qui stipulatus sit, Furtis noxisque solutũ esse, hæres extiterit is, cui seruus furtum fecerat: incipit ex stipulatu is actionem [b] habere, quemadmodum si ipse alij præstitisset.

Stipulatus sanum esse, uel furem non esse, non continet quod uerbum sonat, sed interesse: & tot sunt stipulationes, quod sunt illa, quæ continet: & ex illa agi potest: quia continet interesse diuerse. hoc dicit. Bartolus.

Vlpianus lib. 42. ad Sabinũ.

LEX XXXI.

SI ita quis stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, uespertilionem 2 † non esse, & cætera: inutilis stipulatio quibusdam uidetur: quia si quis est in hac causa, [c] impossibile est, quod promittitur. si non est, frustra est. [d] Sed ego puto uerius hanc stipulationem, Sanum esse, furem non esse, uespertilionem 3 † non esse, utilem esse. [e] hoc enim continere, quod interest horum quid esse, uel horum [f] quid non esse. Sed & si cui horum fuerit adiectum, [g] præstari, multò magis ualere stipulationem: alioquin stipulatio, quæ ab ædilibus proponitur, [h] inutilis erit: quod utique nemo sanus probabit.

Idem lib. 46. ad Sabinum.

LEX XXXII.

i SI ideo contra emptorem. *Habuerit.* vt s. de inoffi. test. l. qui repudiantis. in fi. & l. Papinianus. §. meminisse. in fi. ibi, proinde, &c. Sed quid si certum est emptorem amissurum fuisse causam, etiam si præsens esset, vel quid si præsens fuit, & allegauit, & testes produxit, sed sententiæ non affuit? Respon. in primo non videtur, quod agat de euictione, quia potuit non succumbere, ut supra de arb. l. si in tres, & de leg. 1. cum res. §. fi. & secundum hoc est præsumptio iuris, & de iure in secundo contra, quia videtur stetisse, cum sic propè sententiam steterit, sicut ignis propè veniens venisse videtur, ut j. quod vi aut clã. si alius. §. est & alia. Item dicas hic quod abfuit per contumaciam, aliud si probabili causa, ut C. de contra. iu. tut. l. 2. Vel dic, ibi derogari præsumptioni huius legis, quia probatur contra. Item no. hic, quod non agit, qui fecit ne vincere posset, ut infra de re iud. l. contumacia. & j. de confes. l. certum §. si quis absente, sic j. de stat. li. l. 3. in fi. Sed nonne absens hodie vincere posset? Rñ. vtique, ut C. de iud. properandum. §. & si quidem. & §. si autem reus, sed tamẽ est idem, quia præsens aliqua allegare potuisset, quib. vicisset.

k *Ad fuit.*] nomine illius absentis, ut subijcit de tutore.

Sententia lata contra absentem, non præiudicat vẽditori. nisi absens fuerit légitimè defensus. Paulus de Castro.

Vlpia li. 2. ad edi. ædil. curul.

LEX LV.

SI ideo contra emptorem iudicatum est, quod defuerit, non committitur stipulatio. Magis enim propter absentiam euictus 3 † videtur, quam quod malam causam habuerit. [i] Quid ergo si ille quidem, contra quem iudicatum est, ad iudicium non adfuit: [k] alius aũt adfuit, & causam egit; [l] quid dicemus? vt puta acceptum quidem cũ pupillo tutore authore [m] fuit iudicium, sed absente pupillo tutor causam egit, & iudicatum est [n] contra tutorem. [o] quare non dicemus committi stipulationem? etenim actã esse causam palam est. Et satis est ab eo, per cui ius agendi [q] fuit, causam esse actam. Præsenti autem venditori denunciandum [r] est. Siue aũt absit, siue præsens sit, & per eum fiat quo minus denuncietur, committetur stipulatio.

Simpliciter obligatus ad promittẽdum, non tenetur ad satisdandum. h. d.

Paulus li. 2. ad edic. ædi. cur.

LEX LVI.

SI dictum fuerit 4 † vendendo, ut simpla [t] promittatur, uel triplum, aut

l *Egit.*] i. defendit & sic ad inferiora.

m *Tutore authore*] aut cum pupillo, cum authoritate tutoris fuit captum iudicium, & valet, etiam si cum solo tutore postea fuit actum, vt hic. aut sine authoritate, & non valet, nisi sententia sit pro pupillo, ut C. e. l. cum minores. & l. non ideo.

n *Iudicatum est.*] quod sufficit, siue ipsi, siue pupillo accipienti tutor authoretur, ut inf. de administ. tuto. l. 3. §. suffi. it. Accur.

o *Contra tutorem.*] & per consequens contra pupillum absentem.

p *Ab eo.*] scilicet tutore.

q *Agendi.*] i. defendendi.

r *Denunciandum est.*] de hac denunciatione dixi plene sup. eo. si rem quam. §. fina. Accursius.

3 † *Flor. Vi. Alus vid sup. & rectiùs Ang. l. c. a. 7. & Taurel. in quæst.*

s *Absit.*] quia fit extra continentiam verbis, ut inf. de verbor. obli. l. si absentem.

SI dictum fuerit.] CASVS. Si promisisti mihi quartũ, vel triplũ nomine euict. sub pœna quadrupli: quoniam postea facere non vis, agam actione ex empto informata, ut fac. si non tñ fideiussorem dare teneris.

¶ *Si compromis. ro.*] Emi rem Sticho bona fide, & sic cœpi vsucapere: deinde incœpi scire alienum, quod mihi non opcebat. sed si desij possidere sponte, & sic desij vsucapere, si postea mihi euincitur, cum ad me post. sibo earum redierit, vel cum ego egerim alio possidente, & succubuerim, de euictione non ago.

¶ *In stipulatione.*] Si vẽdo tibi seruum, vt securior sis de euic. debes dicere, cum stipularis de euict. promittis, quod non euincetur seruus, vel pars eius, quia neque verum est seruum euictum, si tantum pars euincitur.

4 † *Flo. dicess. in. & ad intel. huius l. vid. hoc & maximè Al. Ias. & D. tũ. in rub. de sp. no. nuno.*

¶ *Si præsente.*] Si vendis mihi seruum, & quæstio mihi moueatur pro eo: debeo tibi denunciare, ut me defendas. si te non inuenio, possum denunciare procuratori tuo &c. Cætera plana sunt.

t *Simpla.*] pacta enim talia valent, ut j. e. si plus. in princ. & potest dici, ut hic sit disiunctio legis: ac si dicat, conuenit inter contrahentes, siue de simplo, siue de duplo, siue de triplo, siue de quadruplo certe, quod istorum conuenit, illud erit seruandum. si autem esset pacticentium hæc distinctio, quia dixisset emptor, promittis, aut simplum, aut duplum, aut triplum, aut quadruplum, non seruaretur, quod eligeret alter, sed quod minimum, ut infra de verbor. obliga. inter sti. pul. §. si stipulante. at hic vult seruari conuentionem per actionem ex empto informatam ab hoc pacto incontinenti apposito. nam datur hæc ex empto etiam ad quadruplum promittendum, ut supra eodem, l. emptori. §. si simplam. Alij dicunt, quod hic est disiunctio pacicentium, quasi ipsi possint sic pacisci,

& eligere possint quam partem voluerint, vel actor, vel reus, & hoc per l. j. de verb. oblig. l. in conuentionalib. in princ. prima verior est: sed quo maxime secundum primum intellectum stipulatio fit vltra duplum, vt C. de sent. quae pro eo. l. j. § sancimus. quae est contra. Sol. ibi de interesse singulari, quod non excedit duplum communis interesse per iudicis aestimationem: hic autem partes taxauerunt. vnde hoc labore iudicem releuauerunt. Item eodem modo est contra sup. de act. emp. Iul. § ibidem. sed ibi pena accidit loco quantitates: hic autem loco rei emptae. Sed usque ad quam summam poterit emptor stipulari? Respon. vsque ad quadruplum, cum apponatur per haec verba duplum, &c. vt instit. de actio. §. omnes sicut & aliàs. C. de spon. l. mulier. §. fi. secus si certa quantitas, puta 100. quia tunc quantum vult, vt inst. de inut. stip. §. alteri & j. de verbor. oblig. stipulatio ista. §. alteri. potest etiam haec lex intelligi, quod egissent partes, vt simplia tantum promitteretur, tamen per errorem plus est promissum, certè agit ex empt. ad simplum. & facit pro hac positione s. si quis cau. sed, & si. §. fi. Item contra. inf. de iur. fisc. l. si procurator. So. ibi speciale.

1† Duar. quia druplum pro mittatur.

quadruplum: 1 † ex empto perpetua actione [a] agi poterit.[b] non tamen (vt vulgus opinatur) etiam satisdare debet [c], qui duplam promittit, sed sufficit nuda repromissio, [c] nisi aliud conuenerit.

No. duo ex tex. ibi, Nulla necessitate cogente. Primo, quod si quis cogitur cō promittere ex forma statuti, quòd stipulatio de euictione non committitur, quia illud fecit necessitate cogente. Item si quis sponte non compromiserit: sed iurisdi. iudicis prorogauerit, uel in iudicem non suum consensit, quod non committitur stipulatio, quia nulla necessitate cogente id fecit. Bart.

¶ Si compromisero, & contra me data fuerit sententia; nulla mihi de euictione actio [d] danda est aduersus venditorem. Nulla enim [e] necessitate cogente id feci. [f]

¶ In stipulatione duplae, cum homo uenditur, partis adiectio necessaria est, quia non potest [g] videri homo euictus, [h] cum pars eius euicta est.

¶ Si cum posset 2 † vsucapere [i] emptor, non vsuceperit, [k] 3 † culpa sua hoc fecisse videtur. vnde si euictus est seruus, non tenetur venditor.

¶ Si praesente promissore, qui de euictione promisit, & non ignorante, procuratori [l] denunciatum sit, nihilominus promissor tenetur.

¶ Simili modo tenetur, & qui curauit ne sibi denunciari posset. [m] Sed & si nihil venditore faciente, emptor cognoscere vbi esset, non potuit, nihilominus committitur stipulatio.

¶ Pupillo* autem [n] 4 † etiam sine tutoris authoritate posse denunciari, si tutor non appareat, 5 † ex duplae stipulatione benignius receptū esse Trebatius ait.

No. quòd dicitur esse in culpa ille, qui minus subtiliter perquirit de iure auctoris sui. Bart. & h. d. licèt sententia lata sit contra emptorem: si tamen res non est ablata, nec auferri potest, agit de euictione. h. d.

Caius lib. 2. ad aedi aedil. cur.

LEX LXII.

HAbere licere* rem videtur emptor, & si is, qui emptorem in euictione rei vicerit, ante ablatam, uel abductam [o] rem sine successore decesserit: ita ut neque ad fiscū bona peruenire possint, neque priuatim à creditoribus distrahi. tunc enim nulla competit emptori ex stipulatu actio, quia rem ei habere licet. [p] Quod cum ita est, videamus, num & si ab eo, qui uicerit, donata legata ve res fuerit emptori, aeque dicendum sit ex stipulatu actionem non nasci, [q] scilicet si antequam abduceret, vel auferret, donauerit, aut legauerit: [r] alioquin semel

a *Actione.*] informata, ut secundum pacta fiat promissio Vel dic, promittatur dicto pacto.

2† Flo. posset.

b *Poterit*] potest opponi, haec stipulatio est praetoria, vt inst. de praet. stip. l. j § stipulatio. ergo non potest addi, vel detrahi, vt inf. de uerb. obl. l. in conuentionalib. Sol. hoc verū, nisi ut lex permitte, vel hic nō addit nisi uolente utraque parte, vt hic.

3 † Flor. non recepit.

c *Repromissio.*] sup. s. eod. l. emptori §. fi. & j. de praet. stipul. l. j. § stipulatio dup. e.

1† Ista gl. est sing. secundum Lud. Rom. in 2. char. sing. r. ad hoc quod dispositio §. nō habet locum in eo qui prorogauerit, i. consenserit in iudicem non suum.

d *Actio.*] nisi uolente venditore fiat: arg. s. ad le. Rho. de iac. l. 2. §. si conseruatis in fi. §. Item dic, nulla ex stipulatu, sed ex empto fic. arg. sup. eod. tit. si rem in princip.

e *Nulla enim.*] nec enim per oīa sententia arbitri est sententia, ut s. de ijs, q. no. infra. l. qui ergo. §. ex cōpromisso.

f *Feci.*] & restituti. Sed quid si in iudicem ordinarium, cui non eram subiectus, consensi? Respon. Idem, quod in arbitrio, ratione huius legis. Item quid si plures erant mihi ordinarij, & unum elegi? Resp. non idem, quia hoc fit ex necessitate, ut sup. loc. iu naue. & not. hic non agi de euictione, nisi per sententiam euincatur iudicis, ut & supra de rei uend. utique Sed contra supra eod. l. si mancipium. §. si communi diuidun. Solut. & ibi fuit sententia iudicis.

g *Non potest.*] speciale in homine secundum Io. secus in equo, & caeteris indiuiduis, & secus in fundo, ut sup. eo. l. j. & ibi plenè de hoc dixi.

h *Euictus*] de quo solo tenetur, non parte ex stipulatu.

i *Si cum posset Vsucapere.*] Sed quid si non potuit, quia malam fidem habuit? Respon. posset distingui forte, subtiliter quaesiui, an vltro sibi aliquis retulerit, ut primo casu uideatur esse in culpa, secundo non, ut infra de leg. 3. fideicommissa. §. si rem.

k *Vsu ceperit*] definiendo possidere. Accursius.

l *Procuratori.*] si autem absente, sufficeret suo procuratori, licèt idem uenditor ignoraret. idem si simul, cum procuratorem non haberet.

m *Posset.*] ut infra, quod ui aut clam. l. j. §. sed & Aristo. quid si non denūciaui, sed uenditor, quia mihi pro indiuiso, uel in duplo partem uendiderat; simul est a me cum conuentus de facto à Titio rei uend. & in iudicio pariter probationes praestitimus? Resp. eum conueniri posse, vt arg. j. e. l. Herennius. §. pe. & j. de ina. test. Lucius. in fi. & de hac denūciatione, dic ut s. eo. l. si rem. §. fi.

n *Pupillo autem* imò uidetur, quod non, sicut nec ab eo cautio damni infecti exigitur sine tutore, ut inf. de dam. infe. l. si finita. §. si pupil. nec in mora constitui, nisi tutor cum eo interpelletur, ut infra de uer. obl. l. sed si ex stipulatu. quae sunt contra. Sol. hic in fauorē pupilli dictū est: ut saltem pupillo, cum possit. non denunciet, emptor nō agat. sed ibi non prodest, ut solus teneat ex stipulatu, uel ex mora, quia opus est adesse tutorem, ut ibi. argum. s. de act. emp. l. Iul. §. si quis a pupillo. & inst. de auth tu. §. j. Acc.

*ad hūc tex. vide An. Ru. in l. non solū. §. morte. nu. 430 de no op. nun.

4† F. in desf. autem.

5† F. in. appareat.

a No. gl. sin ad hoc propositū quod denunciatio nō debet fieri venditori, qui simul, et semel fuit cōuentus in iudicio cum emptore. Bolog.

* vt l. stipulatio ista §. habere licere, inf. de verb. ob.

HAbere licere.] CASVS. Vendidisti mihi fundum, & promisisti habere licere, uenit Titius, & agit contra me rei ven. & obtinuit: sed ante executionem decessit, sic quod non apparet, qui petat executionem fieri. quaeritur an sit commissa stipulatio? Dicitur quod non. Idem dicit, si dictus Titius uictor mihi legauit rem illam antequam per executionem mihi auferretur, secus si post. Viuianus.

o *Abductam.*] manu militari.

p *Licet.*] ut & sup. de actio. empt. l. 3. j. resp. & sup. eod. si seruus uenditus. §. j. & C. de euict. l. 3.

q *Non nasci*] Respon. utique non nascitur.

r *Legauerit*] & ita haberet rē, non ergo aestimationem petat, ut inf. sol. ma. l. si uero. § fi. Sed uidetur, quod controuersia mota statim sit in mora, & nō purget, licet postea habeat rē:

ut

et inf. de verb obl. l. stipulatio ista, §. sed quatenus, & §. si quis forte, quæ est contra. Sol. refert an is, qui promisit, habere licere, moueat controuersiam, & tunc committitur stipulatio ante lit. contestat. vt ibi, an alius, & tunc re abducta, committitur. Sed illud notandum, quod ubi promisit duplum re euicta, & si moueam controuersiam ego venditor: expectatur tamen sententia, vt sup. eo. l. vendicantem. & l. sed si ex. secundum Azo.

ADDITIO Concludes ex hac gl. quod aut agitur ex stipulatione habere licere, & tunc refert moueat controuersiam venditor uel tertius; aut ex stipulatione duplæ, & tunc ambulant pari passu, secundum Bald. hic.

1 † Flo lib. 1 ex Plaut.

a *Non potest.*] vt & ℸ. eod. l. emptori post euict. Sed ℸ inf. de except. do. l. si fideiussor. Sol. ibi fundum, & oē interesse paratus erat dare. hic solum fundum. vel hic in alia stipulatione, quā ibi, vt dices inf. eod. l. cum prætis. Accurs.

2 † Flor. lib. 1. ex Plaut.

H *Æres.*] CASVS. Testator legauit mihi seruum in genere hæres tradidit mihi Stichum, & promisit de euict. quia erede bat hæreditarium: tandem est euictus mihi: agam actione prima ex testamento, ac si non esset mihi traditus. Viuia.

b *Nominatim.*] idest, in genere si autem certus est, talis dādus est qualis est: ut inf. de leg. 1. l. si a substituto. & l. h. legati, & l. si seruus Titij, & l. si dominus, §. 1 & sup. eo. si is, qui. nisi sciens alienā, vel nisi coniunctę personę, ut instit. de leg. §. non solum. Et hæc uera ¶ denunciauit hæredi ante iudiciū, ut inf. de leg. 1. l. qui

3 † Flor. lib. 2

commissa stipulatio resolui non potest. a

Quando seruus legatur in genere, & traditur alienus, agitur ex testamento re euicta. Bart.

Iabolenus lib 11 ἐπιστολῶν.

LEX LVIII.

HÆres seruum non nominatim b legatū tradidit, & de dolo repromisit: postea seruus euictus est agere cum hærede legatarius ex testamento poterit, quamuis hæres alienum esse seruum ignorauerit.

Pomp. lib. 15. 2† ad Sabin.

LEX LIX.

SI res, quam a Titio emi, legata sit a me, c non pōt legatarius conuentus a domino rei, uenditori meo denunciare, nisi cessæ d ei fuerint actiones, vel quodam casu e hypothecas f habeat.

Iabolenus lib. 2. ex Plaut.

LEX LX.

SI in venditione dictū non sit, quantum venditorem pro euictione præstare oporteat: g nihil venditor præstabit, præter simplam, euictionis nomine, & ex natura h ex empto actionis, hoc quod interest. i

Marcellus li. 7. 3† Digest.

LEX XLI.

SI quā a te emi, & Titio uēdidi, uoluntate mea Titio

inutile mihi, aliis est utile, ut no. C. de iu do. l. fin. in prin. nec mirum, quia plerumq; alter uendit, & alter tradit, & alter de eui. tenetur, vt creditor, & iudex.

e *Casu.*] Subaudi, iniquo.

f *Hypothecam.*] tacitas, s. in reb. defuncti, qui hęredem rogauit cedere actiones: tū de hęrre habet necesse cedere.

tradideris: de euictione te mihi teneri, sicuti si accepam k rem tradidissem, placet.

Celsus lib. 27. Digestorum.

LEX LXII.

SI rem, quæ apud te esset, vendidissem tibi, quia pro tradita habetur, l euictionis nomine me obligari placet.

¶ Si ei, qui mihi vendidit, plures hæredes extiterint, vna m de euictione obligatio est: omnibusque denunciari, n & omnes defendere o debent: & 4† si de industria non venerint in iudicium, p vnus tamen ex his liti subsistit q 5† propter denunciationis r vigorem, & prædictam absentiam, omnibus vincit, aut uincitur: s recteque cum cæteris agam, quod euictionis nomine victi sint.

¶ Si fundum, in quo ususfructus 6 † Titio relictus erat, quoad uiueret; t detracto u vsufructu ignoranti mihi uendideris, donec 7 † Titius capite diminutus fuerit, & aget Titius ius sibi esse utendi fruendi: x competit mihi aduersus te stipulantem de euictione actio; quippe si uerum fuisset y quod mihi dixeras in uenditione, rectè negarem Titio ius esse utendi fruendi.

g SI in venditione dictū sit. Oporteat.] hoc eō fuit dictum, uel ex certa scia fuit omissū, ne dupla promitteretur, uel præstaret alioquin agetur perpetuo, ut dupla promittatur, ut sup eo. l. 2. & sup. l. emptori, §. si.

h *Et ex natura.*] & §. i. Vel dic stipulat erat a vēditore pericu lū euictionis pstari sibi, sed nō incertā qtitatē: aget ergo in simplum ex stipulatu, & exēpto ad interesse. A.

i *Interest.*] No. naturā actionis ex empto esse, vt detur ad interesse, ut C. eo l. non dubitatur, & sup. de actio. empt. Titius, in fin.

4 † Flo. desi. &c.

K SI grate. Accepta.] quasi breui manu, ut sup. si cer. pet. l. singularia. in fi.

5 † Flo. subsistit.

SI rem.] Casus in §. si ei. Titius uendidit mihi fundū pro c. qui decedens tres habuit hædes, oēs insolidum tenētur defendere, non tñ q libet pōt defendere pro tertia. Secūdo dicit alias ces santibus studiosè, hic si vincit, oib. prodest: si perdit, oib. nocet, vt quasi te legitime cum eis cū a de euictione agam & contra alios.

6 † Dum usufruct. Tuis erat, qui ei relictus & est quo ad uiueret.

7 † Flo. &c.

Si fundum,] Vendidisti mihi fundum in quo usufru. erat Titij. sic vt licet capite minueretur, esset tñ ei repetitus, puta quoad viuet. in venditione aut dixisti usumfru. esse Titij, sed non dixi-

* Iura n. intelligi dēnt, ut cōcordēt, non ut se cōt rigant. Alcia. de præsump. regu. 2. præs. 28. nu 8.

concubinam, § hæres aliter in venditione, ut sup. eod. l. si rem, §. si. Vel pone lu iudicium pro sententia, quod tutius est, quia promptum est iura iuribus concordare. * Itē quod dicitur in seruo in genere relicto, idem in subalternatione, ut inf. de leg. 1. quæ de legato. Accurs.

SI rem.] CASVS. Emi a Titio domum pro 100. deinde decessit. q dam (puta Seius) me hæredem instituit, & a me legauit illam domum dandam Cornelio, postea est euicta per dnm. quæritur an Cornelius possit de euictione agere contra aliquem? Et dicit, q non nam contra me non, quia in specie fuit legata, contra Titiū a quo emi, non, nisi in duob. casibus: primus, quando cessi iura mea Cornelio cōtra Titium. Item in alio quando coactus, qa testator meus mihi iniūxit, ut cederem: quo casu teneor cedere bona hæreditaria, quæ ob ipsam sunt hypothecata.

c *A me.*] hærede instituto a quodam.

d *Nisi cessę.*] gratuito. s. spontanea uoluntate mei, qui sum hæres: sed nec ego uideor agere posse nisi in casu, ut ℸ. eo. l. pater. Sed nunquid cogar cedere, quia sine meo incōmodo est. Respon. ut no. sup. eo. l. in creditore. Item quod est

sti qualitatem sicut erat. postmodum Titius capite minuitur. ego nolo hře vsufr. Titius retinet ex repetitione: ego § venditorem meum agam inquantum interest nō fuisse Titio repetitum, vel ad duplā vsusfru. si stipulatus sim. Viu.

l *Habetur.*] vt insti. de rerum diuisi. interdum.

m *Vna.*] secundum quod nos simpliciter sequitur.

n *Denunciari.*] quia insolidum unicuique denunciandum est, licet partis præstatio quemlibet liberet, ut inf. de verb. obl. l. cum ex causa. & l. in executione, §. in solidum.

o *Defendere.*] quasi dicat, non sufficit quosdam suas partes defendere, nisi & totum defendant, ut subiicit.

p *In iudicium.*] omnes.

q *Subsistit.*] insolidum, vt statim patet.

r *Denunciationis.*] insolidum cuilibet factæ.

s *Vincitur.*] & hoc casu rectè, &c.

t *Quoad uiueret.*] in quo casu intelligatur repetitus.

u *Detracto.*] vsufructu pro Titio.

x *Fruendi.*] s. ex repetitione, ut sup. de usufr. sed & si quis, §. si operas.

y *Fuisset.*] illud solum, & totum, s. quod specialiter,

& simpliciter pertinet usufruct. ad Titium, non etiam quoad uiueret. hic enim semel amissum resumit, ut supra quibus mod. usufr. amit. l. 3.

a Herennius. Remissa.] remittentibus enim, &c. ut sup. tit. l. quæritur, §. si uenditor.

b Venditore.] ergo eo absente tenetur appellare etiã in mala causa, in bona tenetur, & eo præsente, ut C. de admi. tut. l. si bona. sed an debet prosequi? forte non, sed instat procuratoris, ut C. de procu. l. inuitus. & quod in fine huius legis dicit, in bona causa dicit, & quando non tenetur appellare.

ADDITIO. Pro declaratione istius glos. dic secundum Bald. hic, quod aut emptor habet malã causam, quia vetustas est petẽtis, & tunc non credo quod appellare teneatur, cum et sine sua sola possit restituere, ut not. sup. de neg. gest. l. at qui natura, §. cum me. & sup. mand. Quintus. & hoc dico, siue uenditor sit præsens, siue absens. licet glo. contra. Si uero habet bonam causam: si præsens sit venditor non credo, quod appellare teneatur, ut hic. Si uerò sit absens, tenetur appellare, vel denunciare, ut appellet, ut sup. mand. si procurator, § si ignorantes. Sed in eo, quòd dicit, si emptor habet bonam causam, quòd non tenetur appellare præsente uenditore, videtur falsum, quia sic sententia fuit iniuriosa, ergo non nocet venditori, ut l. si per imprudentiam, supra eod. nec sua præsentia auget obligationem. & ideo istud dictum non est uerum ubi constat, quòd bonam causam habebat, sed est uerum in dubio, quando non constabat hoc, nec contrarium. & ita teneatis, secundum Bal. hic.

* Auctorem laudare quid sit, Macrobius li. 6. Saturn. c. 7. & de sensu huius §. vid. Anton. Rub. in l. non solum. § mor. nu. 417. de no. ope. nun. & quid pris. a lingua signifi cet, laudare. Gel. lib. 2. c. 6. & Bud. hic.

1 † Flor. prouocauerat.

2 † Fl. poterit.

c Præsente.] facit enim præsentia, uide sup. eod. l. si ideo, §. fin. & dic præsente, s. tempore sententiæ. & sic potuit appellare].

d Appellauit.] quando non habebat necesse, ut supra posuit. & ita refert, an non appellauit, an appellauit, sed uitio suo perdidit causam.

e Pro parte quinta.] quia intra fatales dies non est prosecutus appellationem, ideo bona uidetur fuisse causa, ut s. eo. l. si ideo. idem si renunciauit causæ eadẽ ratione. idem si non appellauit quando bonam causam habuit, ut C. de admi. tut. l. si bonam, & sic tribus modis uidetur perdidisse suo uitio, quibus casibus non agit, ut hic, & inf. de fi. de dol. l. exceptione, & inf. si cui plus quam per leg. Falc. arfis §. si legatarius. & sup. mand. si procuratorem, §. si ignorantes, & inf. de solu. Stichum aut Pamphilum, §. pe. & supra eo l. hoc iure. & præsumo semper malam causam, ex quo semel est damnatus, unde appellare non tenetur, maximè præsente uenditore, sicut hic dicit.

Modestinus lib. 5. Respon.

LEX LXIII.

Herennius Modestinus respondit non obesse ex empto agenti, quod denunciatio pro euictione interposita non esset, si pacto ei remissa * esset denunciandi necessitas.

¶ Caia Seia fundum a Lucio Titio emerat, & quæstione mota fisci nomine auctorem * laudauerat, & euictione secuta fundus ablatus, & fisco adiudicatus est uenditore b præsente. c Quæritur, cum emptrix non prouocauerit, 1 † an uenditorem possit 2 † conuenire? Herennius Modestinus respondit, siue quod alienus fuit cum ueniret, siue quod tunc obligatus euictus est, nihil proponi cur, empti ei aduersus uenditorem actio non competat.

¶ Herennius Modestinus respondit. Si emptor appellauit, d & bonam causam vitio suo ex præscriptione e perdidit, ad auctorem reuerti nõ potest.

Diminutio contingens in re post emptionem perfectã diminuit obligationem de euictione, si postea pars pro indiuiso euincatur, secus si tota, sed augmentum non augetur, siue tota, siue pars euincatur: & si cõtingat diminutio, & postea augmẽtũ: non inspicitur augmentum secuta partis euictione. hoc dicit, vsque ad §. ceterũ. Primo loquitur quando fundus mille iugerũ vẽditus fuit diminutus in ducentis, postea in totidem auctus. Secunda ibi. Nam & econtrario. Tertia ibi. Quæsitum. In primo dic: Quando pars eius, quod remansit, euincitur, inspicitur quotam partem illud faceret de toto, si nil diminutum esset, & pro illo agitur. non autẽ inspicitur quota pars de toto pertinebat ad euincentem. Si uero totum euincatur, quod remansit: tunc totum econtra inspicitur, & agitur pro toto, sicut si in nihilo diminutum totũ euictum fuisset. In secundo dicitur, quod siue totum, siue pars etiam euincatur, non agitur pro augmento, & videtur idem, ut pro eo, quod auctum fuit, & de eo quod remanserat post diminutionem, ac si simul actum fuisset.

Papinianus lib. 7. Quæstionũ.

LEX LXIIII.

Ex mille iugeribus f traditis, ducenta 3 † flumen abstulerat. 4 † si postea pro indiuiso 200. euincantur: duplæ stipulatio pro parte* quinta, g non quarta præstabitur.

Ex mille.] in princ. huius legis ponit gl. hunc casum vsque ad § si totus.

Si totus.] De fundo flumen abstulit 200. postea euictum est totum, quod supererat agis contra me pro dupla pretij mille iugerum; quia si aliàs esset deterioratus, non diminueretur dicta dupla, neq; augerẽ si fundus esset melioratus.

¶ Quod si.] Pone, quod uendidi tibi fundum mille iugerũ, in quo quinta erat Titij. flumen adiecit 200 & sic sunt modo 1200. iugera. Titius euicit tibi quintam, i. 200. nunc quæritur an tenear de euictione de illis? Dicit, quòd non, sed tantum de quinta mille, quia eius, quod de alluuione est euictũ, non præstat uenditor periculum.

Quæsitum.] Vendidi tibi fundum mille iugerum, in quo Titius habebat quintã: flumen abstulit, 200. per alluuionem 200. attulit: postea Titius euicit quintam totius, & sic 200. quæritur, an in totis 200. de euictione ages? & dicitur quod nõ, sed in sola quinta octingentorum, quæ remanserunt quando primo 200. flumẽ abstulit, quæ sunt 160. & sic pro quadringentorum, quæ attulit flumen non tenetur venditor.

Cæterum.] Dicit, quod hæc uera sunt quando quota fundi euincitur. Cæterum si certus locus fundi euincitur, agitur pro dupla illius loci. fortè enim de melioribus locis fũdi est, quod considerandum est.

Quæsitum.] Ego & Titius habebamus fũdum duorum iugerũ indiuisum uendidi ego Seio unum iugerũ pro indiuiso designatum mensura, dicit, quod non transfero dominium iugeris ipsius designati, sed dimidiam tãtum, in qualibet gleba qualibet nostrum habet dimidiam pro indiuiso. Idem si non designasti iugerum integrum, sed quendã locum, non ad mensuram fortè. Viui.

f Ex præscriptione.] Mille iugera uendidi tibi, in his quartã partem habebat Titius, s. 250 primo flumen abstulit tibi 200 demum Titius petiit quartam mille, s. 250. sed tu in quarta ducentorum, quæ flumen abstulit, & quæ periit, repulisti Titium, in quinquaginta, agis contra me pro quarta mille, quæ pertinuit ad Titium, non potes, quia tibi emptori periit quarta ducentorum, ut de euictione non agas, quam abstulit flumen, non mihi: et ob id non tenear pro euictione nisi pro quinta mille, i. 200. & secundum hunc modum procedes in sequentibus respon. Accurs.

g Ex mille ingeribus.] scilicet mille, non pro quarta mille, quod esset ccc l. Et not. hic, & ex sequenti respon. quod nõ est eadem ratio totius ad partem. * Alii dicunt pro parte octingentorum, vel quartam intelligatur euicisse, tam de illis, quæ flumen abstulit, quàm octingentis, quod non placet.

3 † Flo. quidã putant legendum centum sexaginta.

4 † Flo. absolit.

* Etiam si al ferret nomen arum add. tã de par unum flumen, quia pars fundi, sicuti, l. si di dum §. 1. uel sic. in stipulatione sup. eo.

a Totius, ad partem non est eadẽ rõ, nam parte remota non sequitur remo uo totius, secus contra. Lancel. Gal. de stato q. 6. nu. 33.

Diminutio

a *Damnum.*] Putabatur perire creditori, quod fluminis impetu perijt, quando 200. euicta sunt pro indiuiso, sicut qui post diminutionem totus ager est euictus, ut § 1. dixi, sed non est ita. Sed quæ est ratio? R. ñ. hic, quia cũ 200. sint euicta pro indiuiso, non debet agere ob hoc quod flumen abstulit, quia adhuc pōt ei restitui per alluuionẽ quod perdidit, ut ad ipsum damnũ pertineat ad quẽ spectat emolumentum, at, ubi fundus est totus euictus, ad vẽditorem spectat damnũ, quia emptori per alluuionem nihil accrescere potest, cum fundum non habet. Azo. Vel dic, & si flumen nihil accepisset, tamen totum fuisset euictum: hoc non placet.

b *Diminuerat.*] scilicet prius.

c *Euictus.*] s. postea. Sed quid si pars primo perijt chasmate, deinde totum quod superest euincitur: & an idem in grege, si quinq; pecora primo perierunt, & quod superest euincitur? & uidetur in omnibus idẽ ut sup. ee. leg. & Senatusc. l. non põt. Accur.

d *Euictionis.*] in actione ex stipulatu de dupla: aliter in actione ex empto, ut supra de act. emp. l. Titius. §. si. quæ est contra & infra eod. l. euicta re ex empto. Itẽ hic de augmento quod superuenit post, de eo quod ante euictionem, dic, ut diximus supra eod. leg. 1.

e *Integro.*] i. mille iugerum, ut subijcit.

f *Traditus.*] cuius totius quinta erat Titij.

g *Quinta.*] s. 210.

h *Ducenta.*] quinta mille.

i *Alluuionis.*] id est 40. quæ sunt euicta de ducentis, quæ accreuerunt: quorũ sunt quinta portio.

1 † *Alias emptori.*

Nam quod perijt, damnum a emptori; non venditori attulit.

¶ Si totus fundus, quem flumen diminuerat b euictus c sit, iure non diminuetur euictionis d 1 † obligatio, non magis quam si in curia fundus aut seruus traditus, deterior factus sit: Nam & econtrario non augetur quantitas euictionis, si res melior fuerit effecta.

¶ Quod si modo terræ integro fundo, e qui fuerat traditus f, 200 iugera per alluuionem accesserint, ac postea pro indiuiso pars quinta, g totius euicta sit: perinde pars quinta præstabitur, ac si sola 200. h de illis mille iugeribus, q̃ tradita sunt, fuissent euicta: quia alluuionis i periculum non præstat k venditor.

¶ Quæsitum est, si mille l iugeribus traditis perijssent 200. mox alluuio per aliam partem fundi 200. attulisset, & postea pro indiuiso quinta pars euicta esset: pro qua parte auctor teneretur? Dixi consequens m esse superioribus, ut neque pars quinta n mille iugerum, neque quarta o debeatur euictionis nomine, sed perinde p teneatur auctor, ac si de octingentis illis residuis sola centum 60. q fuissent euicta: nam reliqua 40. r quæ de 2 † uniuerso fundo decesserunt, s pro rata nouæ regionis esse intelligi. t

2 † *Flor. de all. &c.*

octingentorum, quæ remanserunt, cum nihil accessisset.

t *Intelligi.*] ideoque non præstatur euictio. Accur.

u *Pro bonitate.*] hoc dic esse verum in actione ex empto, sed non in stipulatu, quod falsum est, quia in ea hr̃ ratio bonitatis, non ut præstetur totum quod pars euicta ualet hodie, sed ut fiat omnis partium collatio. & ita quicquid pars valeat videbitur, ut si emi ex. rem, q̃ erat xxx. a. modo sexies, quod in utraque parte euicta, & non euicta tertiã hodie sum lucratus, & ita econtra si decreuerit rei pretiũ, uel plus quam ualeat, sit empta, secundum Io.

¶ Cæterum cum, pro diuiso pars aliqua fundi euincitur: tametsi certus numerus iugerum traditus sit, tamen non pro modo, sed pro bonitate u regionis præstatur euictio.

¶ Qui vnum iugerum x pro indiuiso solum habuit & 3 † tradidit: y secundum omnium sententias non totum dominium tradidit, 4 † sed partem dimidiam iugeri: quẽadmodum si certum locũ z aut fundum a similiter tradidisset.

3 † *Fl. de diuis. &c.*

4 † *Fl. transferri.*

x *Qui vnum iugerum.*] duo erant duo iugera habentes pro indiuiso.

y *Tradidit.*] vnum iugerum mensura designatum, quod facere non potuit, nisi pro parte dimidia: quia ut dixit lex aut solam dimidiam habebat fundi, aut solam dimidiã possidebat: ideoq; alterius partis dominiũ transferre nõ potuit.

z *Locum.*] non mensuratum.

a *Fundum.*] s. totum, cum dimidia tantum sua sit. Accur.

Euicta re per negligentiam quorundam ex venditoribus, agitur contra omnes, etiam contra non negligentem: sed ei contra negligentem, propria actione succurritur. Item pro eo quod quis soluit nomine proprio contra alterum actio non ceditur.

Idem libro 8. Quæstionum.

LEX LXV.

Rem * hæreditariam pignori obligatam hæredes b vendiderunt, & euictionis nomine pro partibus hæreditarijs spoponderũt: & 5 † cum alter pignus pro parte c sua liberasset, d rẽ creditor euicit. e Quærebatur, an vtrumque hæredum conueniri possit? f idq; placebat propter indiuisam pignoris causam: g nec remedio locus esse videbatur, ut per doli exceptionẽ h

* *De fidejussoribus l. vic. Alc. in l. 4. §. Cato. num. 219. de verb. oblig.*

5 † *Flor. ha. est, &c.*

Rem hæreditariam.] R CASVS. Titius fundum suum pro centum obligauit creditori suo: qui Titius decessit relictis duob. hæredibus, hi hæredes fundum per ædiliũ vendiderũt, & de euictione promiserunt: tandem unus hæredum soluit suã partem, s. quinquaginta creditori: & cum alius non soluerit, creditor egit contra emptorem, & totum fundũ euicit pro 50. non solutis, quæritur an emptor possit de euictione agere etiam contra eum, qui suam partem soluit? videtur quod repellet agentem emptorem;

k *Non præstat.*] duplæ stipulatio: quod in actione ex empto præstitit, ut sup. eo. l. euicta. quæ est contra.

l *Mille.*] in hoc casu quinta erit Titij.

m *Consequens.*] imo videtur potius contrarium in princ. §. si totus, sed consequens ei quod in alluuione dicitur.

n *Quinta.*] quæ erant 200.

o *Quarta.*] quæ erant 250.

p *Perinde.*] q. d. sicut quando nil accreuit, non tenetur auctor: sic & quando reaccreuit, nam &c.

q *Centum 60.*] quæ sunt quinta octingentorum.

r *Reliqua 40.*] quæ sunt quinta ducentorum.

s *Decesserunt.*] illi euicti, idest pro portione, quam habebat in fundo. Accur.

t *Intelligi.*] q. d. sicut de mea portione, quam euinco 40. perijsse intelliguntur tota, ita & meæ portioni 40. accreuisse vñr, quæ ego intelligor euicisse, quasi horum periculum, quæ accreuerunt. & intelliguntur euicta, nec præstat venditor: sicut non præstat eorum periculum, quæ intelliguntur decessisse mihi euincenti quintam partem

nisi cedat ei actio cõtra alium, qui suam partem soluerat: sed hoc remouet, & dicit quod ei consulitur per actionẽ famil. ercisc. un. contra eum, qui non soluit, sicut si totum soluisset, cum voius negligentia alteri nocere non debet. Viuia.

b *Hæredes.*] scilicet debitoris.

c *Pro parte.*] pignus dicitur liberari pro parte, nõ quia pars tantum teneatur, in solidum enim tenetur, sed quia pro parte debiti, quæ soluta est, pignus non tenetur, sed pro parte alia non soluta tenetur insolidum.

d *Liberasset.*] subaudi, alter non. Accur.

e *Euicit.*] ab emptore per hypothecariam tanquam duo rei debendi. Accur.

f *Idq.*] ut quilibet possit conueniri: & sic supple responsum.

g *Causam.*] quasi dicat non ideo quod insolidum tenentur tanquam duo rei debendi.

h *Exceptionem.*] opponendam emptori agenti de euictione, quo casu recuperat iudicio fam. ercisc. ut sup. fam. ercisc. l. hæredes. §. idem obseruatur.

Alle-

actiones, a ei, qui pecuniam creditori dedisset, præstarentur, b quia non duo rei facti proponerentur, c sed familiæ erciscundæ iudicium eo nomine vtile d esset Nam qd 1 † interest, vnus ex hæredibus in totũ liberauerit pignus, e an vero pro sua duntaxat portione: cum cohæredis f negligentia damnosa non debeat esse alteri? g

Succumbens in rei vendicatione directa non agit de euictione, si superest sibi Publiciana, vel vtilis rei vindicatio. hoc dicit.

Idem lib. 28. Quæstionum.

L E X LXVI.

SI cum venditor a † admonuisset h emptorem, ut Publiciana, vel potius ea actione, quæ de fundo vectigali proposita esset, experiretur, emptor id facere supersederit: i omnimodo nocebit ei dolus suus nec committetur stipulatio. Non idem in Seruiana quoque actione probari k potest. Hæc. n. & si in rẽ actio est, nudam tamen possessionem auocat, l & soluta pecunia venditori m dissoluitur pignus, 3 † vnde fit ut emptori n suo nomine non competat.

Re euicta per restitutionem in integrum vtilis actio de euictione competit. h. d.

a *Alsiene.*] pro dimidia eius quod modo soluitur, quam videor soluere pro alio.

b *Præstarentur.*] ab emptore contra hæredem conuenti.

c *Proponerentur.*] nec ideo fuit exactus vltra quam iam soluerat, quod in solidum teneretur (nam non vltra partẽ hæreditariam tenebat) sed ppter. indiuisam causam pignoris, ut dixi, quia nisi in totum non poterat liberari Accur.

d *Vtile.*] idest efficax.

e *Pignus.*] quo casu recuperat iudicio famil. ercisc. ut sup. famil. erc. hæredes. §. idem obseruatur.

1 † Flor. 94.

f *Cum cohæredis*] s. qui soluit contra hæredẽ, quia propter eam affectus est damno in eo quod præstitit agẽti de euictione.

g *Alteri.*] ut & supra de noxa. l. electio. §. fin. & supra manda. l. mandatum distrahendorum, in fi.

SI cum venditor.] CASVS. Vendidi tibi fundum, & de euictione promisi. a possessione, sine tua culpa cecidisti, volebam uendicare, & ideo mihi denũciasti, vt assisterem: ego dixi, age audacter Publiciana uel utili in rem vero meo consilio non credidisti, sed directa in rem egisti, & succubuisti, de euictione non ages. Secundo si tibi consului, ut hypothecaria ageres, & non fecisti: nihilominus agis de euictione: neque enim ea tibi competebat, neque eius pignoris dominium per emptorem quærere credideras.

2 † Alias. Si cum venderet & delebunt intell. ut Anton. Rub. post adlos. in l. non solũ. §. mor. nu. § 18. de op. no. nun.

3 † Flor. de eo pign.

¶ *Si is qui.*] Militis sem absentis emi a non dño, & pscripsi vel vsucepi, tandem miles reuersus restituitur ad uendicandum, dicit quod & ego restituar ad agendum pro euic. idem est cõtra si miles qui emerat a non domino equum tuum vsucepit in militia, nam ut ego restituo ad uendicandum eo reuerso, sic & ipse contra auctorem suum, vt de euic. agat.

¶ *Si secundus.*] Rem alienam uendidi Titio, & promisi habere licere, deinde Titius Seio vetus dominus vult eũ euincere, qui Seius denunciauit suo auctori. i. Titio: qui Titius assumit procuratorem ad defensionem Seij, cũ vetem dominus de suo iure probasset, & cum hic defensor non reddere nollet, condemnatus est in æstimationem litis scilicet defensori, non domino, quæritur ergo an Titius possit agere contra me ex stipulatione habere licere, dicit quod non, sed ex empto ad interesse agit contra me, qua actione consequetur dictam litis æstimationem, cum eam rem habere de iure non possit a Seio, quem defendit, imo verius, quia actione mandati contra Seium æstimationem litis præstitam non habet.

¶ *Diuisione.*] Tres erant hæredes, vnus erat absens, sed habebat domi pcuratorẽ ad alia sua negotia: duo præsentes cum illo procuratore absentis, diuiserunt hæreditatem: sed postea fundus adiudicatur uni de præsentibus fuit ei euictus: unde potest agere contra hæredes, & act. præscr. uer. pro euictione ad interesse: aget ergo contra absentem si ratam habuerit diuisionem, alias contra procuratorem prædictum euictionis nomine, non quantum valebat fundus tempore diuisionis. Viuian.

¶ Si is, qui reipublicæ causa abfuit, fundum petat, o vtilis possessori p pro euictione competit actio.

¶ Item si priuatus a milite petat, eadem æquitas est emptori q restituendæ pro euictione actionis.

Si emptori res abest propter factum suum, non propter euictionẽ, licet postea propter euictionem sibi absit æstimatio, non committitur stipulatio duplæ, sed agit ex empto. hoc dicit.

¶ Si secundus emptor venditorem, eundemque emptorẽ ad litem hominis r dederit procuratorem, & non restituto eo s condemnatio t 4 † fuerit secuta: quodcunque ex causa iudicati præstiterit procurator, ut in rem suam datus, ex stipulatu u consequi non poterit; x sed quia damnum euictionis ad personã pertinuit emptoris, qui mandati iudicio nihil percepturus est: non inutiliter ad percipiendam litis æstimationem aget 5 † ex vendito. y

Ex causa diuisionis debetur euictio: in qua venit interesse, sicut ex causa venditionis, hoc dicit.

¶ Diuisione inter cohæredes facta, * si procurator z absentis a interfuit, & domi

h *Admonuisset.*] maxime, nam & si non admonuisset, non committit stipulatio, cum adhuc supersit sibi Publiciana proposita rei vin. & est contra ut dixi supra eo. l. minor. §. si seruus, licet quidam dixerint contra, ut ibi diximus.

i *Supersederit.*] sed egerit rei ven. directa.

k *Probari.*] s. si venditor admonuerit emptorem, ut hypothecariam intenderet. Acc.

l *Auocat.*] scilicet, quia penes auocantẽ nuda est, i. sine dñio, qꝫ intendit quærere emptor per emptionem, sed per rei vendi. vendicat quis dñium, idest, rẽ ratione dñij, vt C. vbi in rem actio. l. prima.

4 † Flo. datu natus.

m *Venditori.*] qui & creditor erat: & dic soluta ab emptore, qui soluit precium.

n *Emptori.*] ex hoc. s. quod soluta pecunia venditori, liberatur pignus, apparet quod emptori suo nomine non competit: tunc enim alii non soluerctur pecunia.

5 † Flo. agetur.

o *Petat.*] per in integrum restitutio. completa præscriptione. Accur.

p *Possessori.*] directa cessante propter præscriptionem, vel vsucapionem, ut sup. eodem, qui alienam, sic & in minore, qui petit restitui, ut supra eodem, l. minor. Accursius.

q *Emptori.*] militi, s.

* Iunge l. 5. § vlt. sup. qui pot. in pign. habe. & l. si frater. C. commu. utriusq. iud.

r *Hominis.*] scilicet serui.

s *Eo.*] scilicet homine.

t *Condemnatio.*] in litis æstimatione.

u *Ex stipulatu.*] scilicet cum stipulatus est duplum si rẽ ei habere non liceat, nec enim illa committitur statim lata sententia, ut supra eodem, l. habere. licet sit argumen. contra supra si seruitus uend. l. 1. §. primo. Sed ibi ipse emptor stipulatu duplum re euicta, ut ibi non habere licere: uel hic non videtur damnatus, quia nomine alieno damnatur, sed videtur ad duplam etiam pro euictione agi, ut supra eo. l. euicta. §. primo. quæ est contra Solo. ut ibi.

x *Non poterit.*] a suo uenditore primo.

y *Ex vendito.*] id est ex empto aduersus uenditorem primum.

z *Procurator.*] id est, procurans: alias non desideraretur ratihabitio. Vel dic, quod erat procurator ad alia negotia.

a *Absentis.*] vt supra de procurator. lege, procurator, qui pro euictione.

In

nus ratam habuit, euictis præ dijs, in dominum [a] actio dabitur, quæ daretur in eum qui negotium absentis gessit: vt quanti sua interest, actor consequatur: scilicet vt melioris aut deterioris [b] agri facti causa fidem pretij, quo fuerat tempore diuisionis æstimatum, diminuat vel excedat. [c]

Qui tenetur ad quantitatem respectu certæ speciei, offerendo speciem non auditur, nisi conseruet partem alteram indemnem.

LEX LXVII.

Emptori post euictionem seruum, quem dominus abduxit, venditor eundem seruum post tempus offerendo quo minus præstet quod emptoris interest, non recte [d] defenditur.

Qui de euictione nõ tenetur, etiam re euicta a pretij petitione nõ repellitur. h. d.

Idem lib. 11. Responsorum.

LEX LXVIII.

Cum ea cõditione pignus distrahitur, ne quid euictione secuta creditor præstet, [e] * quamuis pretium emptor non soluerit, sed venditori cauerit: euictione secuta nullam emptor exceptionem habebit: quo minus [f] pretium soluat.

Dans nomen in solutum non tenetur de euictione, si pignora nominis euincantur. h. d. concordat l. periculum supra de pignoribus.

¶ Creditor, qui pro pecunia nomen debitoris per delegationem [g] sequi maluit: [h] euictis pignoribus, quæ prior creditor [i] accepit, [K] nullam actionem, cum eo, qui liberatus [l] est, habebit. [m]

Exceptio indeterminatè facta, porrigitur ad cõmunem casum, sed facta determinatè, nõ porrigitur vltra casum expressum. Itẽ si venditor mentitur in conditione speciei, tenetur ad duplam. Si verò in quantitate hominis, solum ad interesse tenetur exempto. hoc dicit vsque ad §. seruus.

Scæuola lib. 2. Quæstio.

LEX LXIX

Qui libertatis * causam excepit in venditione: siue iam tunc, cum traderetur, liber homo fuerit, siue conditione, quæ in [1] † testamento proposita fuit [2] † impleta, ad libertatem peruenerit; non tenebitur [n] euictionis nomine.

¶ Qui autem in tradendo statu liberum dicit, intelligitur hanc speciem duntaxat libertatis excipere, quæ ex testamento impleta conditione ex præterito [o] possit obtingere. [p] Et ideo si præsens [q] testamento libertas data fuerit, & venditor statuliberum pronunciauerit: euictionis nomine tenetur. Rursus, qui statuliberum tradit, si certam conditionẽ [r] pronunciauerit, sub qua dicit ei libertatem datam: [s] deteriorem conditionem suam fecisse existimabitur; quia non omnem causam statutæ libertatis, sed eam duntaxat, quam pronunciauit, excepisse videbitur; veluti si quis hominem dixerit decem dare iussum, isque post annum ad libertatem peruenerit, quia hoc modo libertas data fuerit, Stichus post annum liber esto: euictionis obligatione tenebitur. Quid ergo si [3] † iussum decem dare, pronunciat viginti dare debere, nonne in conditione mentitur? Et verum est hunc quoque in conditionem mentiri: & ideo quidam existimauerunt hoc quoque casu euictionis stipulationem contrahi. Sed authoritas Seruij præualuit, [t] existimãtis hoc casu ex empto [u] actio-

a *In dominum.*] sicut & ei daretur, ut sup. de act. emp. l. Iulianus, §. si procurator. Azo. Dic actioni præs. scriptis verbis, vt C. fami. ercisc. l. si familiæ.

b *Deterioris.*] pretij.

c *Excedat.*] nam si plus valet, tunc crescit æstimatio, & decrescit si minus valet, hoc in actione præscriptis verbis, sicut in actione ex empto, quia in vtraque petit interesse. secus in actione ex stipulatu, per cuius actione, in qua inspicitur tempus venditionis, vt j. e. l. ex mille.

d *Emptori non recte.*] imo videtur, quod sic, vt inf. de dolo. except. l. si fideiussor. quod est cõtra. Solu. ibi & interesse, si quod erat, & seruũ paratus est præstare. Vnde agens ad rei æstimationẽ & interesse repellitur, ut ibi. hic autẽ rẽ tãn paratus est præstare, & nõ ab interesse nõ defendit, secus dico in dupla pretij promissa. quia illa, semel cõmissa nõ resoluit postea. vt j. eo. l. habere in fin. Item j. sol. matr. l. si vero negotiũ. § si. vbi dicitur, quod maritus liberatur reddẽdo vxori ipsas res, quas habuit de hæreditate liberti mulieris, licèt in æstimatione fuerit obligatus. Sol. illud ex æquitate, ut ibi dicit, & in alio casu loquitur ibi, quam hic. Accur.

e *Cum ea creditor.*] CASVS. Titius debebat tibi 100. sub pignore fundi, tu mihi alia 100 animo nouandi delegasti mihi Titiũ cũ omni iure. licet mihi euincatur fundus tibi à Titio obligatus, non ideo contra te liberatũ habebit actionem. Viuian.

e *Præstet.*] quod semper agi intelligitur. vt j. de pigno. per tot. & ibi. & s. de act. emp. l. ex empto. §. Iuliam.

f *Quo minus.*] secus in ijs, qui de euictione tenentur, qui scilicet, vt domini vendunt, vt C. eo. l. si post. imo, & si soluerunt, repetunt, ut supra de act. emp. l. ex empto. §. fin.

g *Per delegationem.*] & sic est nouata. vt j. de noua. l. delegatæ.

h *Maluit.*] Seius Titio decẽ debebat sub pignore fundi, Titius mihi x. accepi à Titio in solutum nomen sui debitoris cum pignore: quod pignus posteà mihi euincitur: nõ ago contra Titium, quia a me est liberatus. Accur.

i *Creditor.*] idemque debitor delegatus.

K *Accepit.*] scilicet à delegato.

l *Liberatus.*] quantum ad pignora euicta. Sed nunquid saltem, ut cedat contrariam pignoratitiã actionem? Respon. videtur, quod sic, vt supra eo. l. in creditore.

m *Habebit.*] creditor prædictus.

n *Qui libertatis. Non tenebitur.*] scilicet ad interesse: sed nunquid ad pretium? Videtur quod sic, ut supra de act. emp. l. empto. in fin. quæ est contra. Sed certè aliud est si dicat per unã causam, scilicet libertatis se nolle teneri nomine euictionis: in quo casu nec tenetur ad pretium, ut hic, aliud si dicat generaliter se nolle teneri nomine euictionis: in quo casu tenetur ad pretiũ. ut argum. supra si quis cau. sed & si. §. quæsitum. & argum. supra de pen. nam §. fin.

o *Ex præterito.*] apposita.

p *Obtingere.*] in futurum. Azo.

q *Præsens.*] idest purè, & sic non est statuliber.

r *Conditionem.*] melior ne facit, vt si decẽ dare iussum dixerit quinque debere, & his decẽ datis peruenerit ad libertatẽ, ut j. eodem l. si fundum. §. fin.

s *Datam.*] a testatore.

t *Præualuit.*] cum quærebatur, ex stipulatu an ex empto debeat dari. &c.

u *Ex empto.*] ad interesse quanti sua interest eum euictum non esse. Sed contra, supra eod. si fundo. §. fin. Solu. hic interest mea ipsum non esse mentitum, quia si verum esset, quod dixit, scilicet quod iussus esset dare x. difficilius posset peruenire ad libertatem tantam pecuniam dando, quam perueniatur cũ x. dare iussus est: tunc. n. & facilius minorem summam offerre & dare potest, supra verb. & si sit mentitus, non tamen interest mea illud esse verum, quòd asseuerauerit falso, cum facilius dando quos quam

* Rectè enim ad passiuũ refer. l. ros. rip. tum § 2 jmp. de astra p. z. & nota a ſententia illa creditorem nõ dominum, & ea suis occasio. nis.

* Hic est casus sing. secundum Rõ sing. 187. ad hoc, quod licet pactum fuerit appositum, ut non teneatur de euictione vendens, tamẽ re euicta tenetur ad pretium. quod verum quando est factum pactum in genere, scilicet quocunque euincatur: secus si in specie, ut si euincatur à tali: puta Petro, vel alio, tunc vendens non tenetur ad pretium.

1 † Flor. desit, in.

2 † Flo. fuerit.

3 † Flo. quo

quam si teneretur dare x. perueniat ad libertatem: nec obstaret quod dicitur supra de interr. act. l. de ætate §. si cum. quia ibi mentitus est in iudicio. Accur.

a *Putabat.*] ideo putauit ex empto competere actionem, & non ex stipulatu: quia putabat &c. Sed vt ad duplum agi. vt ℨ. de statulibe. si x. dare quæ est con tra. Sol. non est ℨ quia ita punctare debuit, ob euictionem duntaxat duplæ repetitio erit emptori: & quod subijcit, & ex empto, propter mendacium.

dam plus a intulerunt: & sic effectum est, ut omnes quod vsurarum b nomine competebat, etiam pro ijs, qui cessauerant, in usuris c suppleretur. d 1 † Quæsitum est, an illud quod amplius ex consuetudine pœnæ nomine à quibusdam exactum esset, ipsi Seio proficere e deberet, an reipublicæ lucro cederet. f Respondi, si Caius Seius à debitoribus vsuras stipulatus g sit, eas solas h reipublicæ præstari i oportere, quæ secundum formam k ab his exigi soleant, l etiam si omnia nomina idonea sint, & 2 † si seruus publicus m obligationem vsurarum reipublicæ acquisiuit: n æquum 3 † esse (quamuis ipso iure vsuræ reipublicæ debeantur) tamen pro defectis nominibus compensationes o maiorum vsurarum fieri: si p non sit parata respublica vniuersorum q debitorum r fortunam suscipere. Eadem ferè f in tutoribus Marcellus refert.

Diuisa negligentia atque mora, diuidit præstationem vsurarum, & pœnæ. h. d. quasi dicat: sicut diuiditur causa, ita diuiditur effectus. F.

Idem libro 4. responsorum.

LEX XII.

SEia mutuam pecuniam t accepit à Septitio: de vsuris ita conuenit: nisi sua 4 † quæque die vsuræ u suprascriptæ exsoluerentur, vel post tertium x mensem; tunc in maiores usuras Seia teneretur: & deinceps y per singulas z pensiones, si conditione data vsuræ non soluerentur, ea conditio obseruaretur, donec omnis summa debita a huc nomine exsolueretur. Quæro, an hæc verba, Et deinceps per singulas pensiones, si 5 † conditione data vsuræ non soluantur, ea conditio obseruaretur: eò pertineant, ut quamuis commissa sit forte prima stipulatio; non tamen in ampliorem quantitatem vsurarum conuenin possit, quam 6 † eius pensionis nomine, quæ egressa sit diem præstitutum? Paulus respondit, plures conditiones continere eam stipulationem, b quæ de grauioribus vsuris præstandis subiecta esset, 7 † vt per singulas pensiones conditio expectaretur, 8 † non illatarum suis temporibus leuiorum vsurarum: & ideo

Seia] CASVS. Seius accepit pecu. reddenda annua bima trima die. sub vsuris quatuor denariorum soluendorum in fi. cuiuslibet anni. & si tunc non soluerentur dictæ minores, vel saltem intra tres menses, termino elapso, ex tunc teneretur ad sex denarios pro libra. Secundo adiecit idem obseruari in sequentibus pensionibus. quæritur ergo, an currant vsuræ maiores primæ pensionis statim per annum intra tres menses: an tunc demum quando in omnibus pensionibus fuerit cessatum? Respondeo primo anno elapso primi anni currere, & sic de secundo & tertio. Viuianus.
t *Pecuniam.*] reddendam annua bima trima die.
u *Vsuræ.*] scilicet minores.
x *Vel post tertium.*] quasi dicat, vel ex tunc statim ex quo est cessatum vel post tres menses ex die cessationis.
y *Deinceps.*] id est post alium terminum primum ex quo cessasset: & sic cœpissent currere maiores.
z *Per singulas*] ex hac oratione, quæ sequitur, oritur dubitatio: quia potest intelligi, ut demum post omnem cessationem incipiant maiores currere: vt supra de pig. act. l. si necessarias, §. si annua. in princip. Vel quia prout in quolibet fuerit cessatum, statim pro ea quantitate currant: quod est verius. vt dixi in fine. & supra si certum petatur, l. lecta. & dicta l. si necessarias, §. si annua. in fine. §.
a *Debita.*] ex hac obligatione sortis.
b *Eam stipulationem.*] ea stipulatio vna dicitur propter vnum tempus, scilicet stipulationis interpositæ, in quo conditionem eius, qui stipulatur, intuemur scilicet, an sibi vel alij quærere possit: ut infra de donatione causa mor. l. senatus, in fina. & infra de uerborum obligationib. l. si filius. Plures tamen esse dicuntur propter plures summas: vt infra de uerborum obligationibus l. pluribus. §. primo. Sed nunquid elapso primo anno statim currunt pro prima sorte? Videtur quod non, sed omnibus terminis solutis: quia dicit sua quæque &c. vt supra de pignor. act. si necessarias. §. si annua. s. d his adiecit deinceps &c. & sic cum dicat de alijs terminis, apparet quòd de primo tantum dixerat. Item quæro, quod eligatur, uel statim post cessationem, uel post tres menses? Respon. post tres menses: vt infra de uerborum oblig. l. si ita stipulatus fuero.

4† Fl. quaque die.
5† Fl. data conditione.
6† Bud. pro singulis.
7† Deest, & idest ut pro.
8† Flo. non illatarum.

Qui semisses] CASVS. Mutuaui tibi centum sub usuris maximis: sed postea accepi minores per longum tempus, certe videor remittere maiores.

¶ Quaesitum.] Procurator cum mandato, vel gestor sine mandato, habuit pecuniam domini depositam, quaeritur, an teneatur domino ad vsuras? Et respon. quod non, si dominus non fuerit solitus foenerare. Viu.

a Per tanta.] f. decem vel viginti annis. Vel dic etiam breuiori tempore in odium vsurarum, forte quinque annis.

b Non fuit.] & creditor accepit, nec enim cogebatur. Accursius.

c Exceptionem.] Nota mirabilem praesumptionem: & quia scienter de non petendis maioribus videtur fecisse tacitum pactum per longinquam petitionem, & exactionem minorū. sic ī cod. l. cum de in rem verso. & infra eod. cum quidam. §. diuus. Posset etiam poni casus: quod conuenerat de minoribus: & si ille non praestarentur, quod maiores darentur: & creditor accepit tantum minores per multum tempus postquam potuit petere maiores: ut C. eod. l. aduersus. & l. quamuis. Accursius.

d Pro pecunia.] ratione negligentiae. Accursius.

e Debeat.] procurator uel gestor.

f Foenerauit.] idest, solitus fuit foenerare.

g Ex consuetudine.] ut supra de pig. actio. l. vel vniuersorum. Secus si consueuerit foenerare: ut ī. de neg. gest. sed qui natura, §. in tantum.

h Nomine.] secus si in suos usus conuertisset, uel in mora fuisset.

Paulus] CASVS. Testator legauit mihi ancillas duas, puta Arescusam, & Pamphilam. haeres fuit in mora: tenetur ad partus editos post moram.

¶ Haeres] Testator rogauit haeredem suum, ut haereditatem totam restitueret mihi post mortem suam haeredis: & hoc excepto reditu medio tempore ancillae pepererunt, quaeritur, an partus sint restituendi: & si contineantur appellatione reditus? Et respon. quod non, quod est uerum. Secundo dicit in generali restitutione haereditatis deducto reditu. Idem dico in speciali restitutione alicuius rei: ut ecce rogatus, ut ancillam mihi restituat sine reditu, cum ipse haeres moriatur, nō non restituet partū eius. Viu.

i Mora.] semper autem fuit in mora à die fideicommissi cedente si fuisset testatoris nisi gratia legis Falc. fiat. vt ī. eod. in fideicommissi.

1† Fl. promisit.

2† Fl. actiosa. vitiosa, sed male, ut ait Taurel. in ad. not.

3† Fl. praestare.

a Habes enim quod procurator mandatū habens generale, potest illa facere quae solitus est facere dominus. l. uel uniuersorum sup. de pig. act. amplia per illum tex. etiam qua ad praeiudicialia: hoc est tex. no. secundum Romam. sing. 20. §. 2. vers. Alex. in l. si luxū. § si sup. de pig. act. in addi. ad Bar.

posse exitiri poenam sequentium pensionum.

Creditor recipiendo sponte minores vsuras per longum tēpus, videtur remittere maiores. h. d. Sola ēt patientia operatur liberationem à debito odioso. facit extra de cens. c. olim.

Scaeuola lib. 2. Responsorū.

LEX XIII.

Qui semisses usuras promiserat, 1 † per multos annos minores praestitit, haeres creditoris semisses petit: cum per debitorem non fecerit quo minus minores solueret: quaero, an pacti, uel doli exceptio obstet? Respondi, si in exoluendis ex mora vsuris per tanta a tempora mora per debitorem non fuit, b posse secundum ea, quae proponerentur, obstare exceptionem. c

Gestor non tenetur ad vsuras pro pecunia otiosa: nisi dominus consueuerit foenerare. h. d.

¶ Quaesitum est, an iudicio negotiorum gestorum, uel mandati pro pecunia d otiosa 2 † vsuras praestare dēat, e cum dominus nullam pecuniam foenerauit. f Respondit, si eam pecuniam depositam 3 † habuisset, idq; ex consuetudine g mandantis a fecisset: non debere quicquam usurarum nomine h praestare.

k Sine reditu.] hi etiam sine hoc non restituentur. quod dic, ut infra, ad Trebel. l. in fideicommissariam. & l. mulier.

l Deducto.] quae non continetur partus, & erat dubitatio quia ancillarum solum, sed totum corum, ergo omne aliud restituendum: ergo partus vsed tamen hic continetur appellatione reditus, & sic contra. infra eodem. l. in peculium. Accursius.

m Eum qui] aliās. l. cum qui. & alias. §. Neratius.

n Similiter.] i. deducto reditu. Azo.

o Non esse.] hoc in eo casu cum aditione haereditatis fideicommissariae chium non est quaesitum, cum extranei, uel haeredis esset res legata. & ita intelligitur inf. eo. l. equis. Alioquin a die acquisiti dominij fructus praestantur. ut inf. l. Herennius Modestinus. sic contra. inf. ad Treb. l. in fideicommissariam. & l. mulier §. si haeres. sed ille duae de fructib. & l. deducta. §. haereditatem. haec directe est contra. Sol. hic loquitur de partu edito prio ante diem fideicommissi cedentem: ibi de partu nato postea. Azo.

p In fideicommisso.] si ne reditu. Accur.

q Moram.] quae est post diem: ut C. de contrahen. & commit. stip. l. magnam. Accursius.

Paulus lib. 4. Responsorū.

LEX XIIII.

Paulus rńdit, mora 4 † in soluendo fidei commisso f. cta, 5 † partus quoq; ancillarum restituendos.

¶ Haeres rogatus erat post mortem suam sine reditu k haereditatem restituere. Quaesitum est, an partus ancillarum etiam uiuo haerede nati, restituendi essent p p uerba testamenti, quibus de reditu l solo deducendo testator sensisset. 6 † Paulus respondit, ante diem fideicommissi cedentem partus ancillarum editos fideicommisso non contineri.

¶ Neratius 7 † li. j. ita refert, eum qui m similiter n rogatus esset, ut mulierem restitueret, partum eius restituere cogendum non esse: o nisi tunc editus esset, cum in fideicommisso p restituendo moram q fecisset. Neque interesse existimo, an specialiter ancilla, an haereditas in fideicommisso sit.

Vsurae fructuum non debentur, sicut nec usurae vsurarum: ne sit accessio accessionis. h. d. Bart.

Idem lib. 16. resp. respondit.

LEX XV.

Neque eorum fructuum, qui post litem contestatam r officio iudicis restituendi sunt, vsuras praestari oportere: neque eorum, qui prius percepti, quasi à 8 † malae fidei possessore 9 † cō dicuntur. s

4 † Fl. morā.

5 † Fl. facta.

6 † Fl. sensisset.

7 † Alias. Neratium quoque et 1. respon. eum.

N Eque.] CASVS. Fundum meum possidebas mala fide: unde teneris ad fructus perceptos ante litem contestatam conditione siue cū de possess. perceptis officio iudicis. Et dicit hic, quod in utroque casu uenitur usurae dictorum fructuum. Vivianus.

8 † Fl. desit. a.

9 † Fl. possessore.

r Litem contestatam.] sed quae est ratio? Respondeo nō ea, quia vsura accedit quantitati, non speciei; quia pone eos consumptos, uel non fecisse suos, ut ipsi non deberentur: sed eorum esti natio. Sed forte illa, quia sicut vsura vsurae nō debetur: sic nec usura fructus, idest, accessio accessionis. Alij dicunt, quod officium officio non potest seruire. Sed contra supra de petitione haereditatis. haeres furiosi. Solutio verba. Item quando fuerunt percepti? Respondeo post litem contestatam qualitercunque percepti fuer. vel si ante, dic quod erat bonae fidei possessor & non consumpsit, aliās lucrifaceret. vt supra finium regundorum. l. quarta, §. secundo. Item si male fidei, possent vendicari extantes, consumpti condicerentur: ut hi. subijcit. Accursius.

s Condicuntur.] Nota, quod dicit condicuntur, scilicet condictione

condictione certi: quæ stricti iuris est. Si enim bonæ fidei esset actio, ut petitio hæreditatis, præstarentur ei vsuræ fructuum: vt supra de peti. hær. l. hæres furiosi. §. si. quæ est contra. Vel vt ibi.

Idem libro 1. Decretorum.

LEX XVI.

Liberalitatis in rempublicam factæ, vsuræ non exiguntur.[a]

¶ Cum vsuræ pretij fundi ab eo, qui a fisco emerat, peterentur, & emptor negaret traditam sibi possessionem: Imperator decreuit iniquum esse vsuras ab eo exigi, qui fructus non percepisset.[b]

Pro tempore quo cucurrerunt vsuræ minores: non committitur stipulatio de maioribus. Bart.

Idem lib. singulari. de vsuris.

LEX XVII.

Cvm quidam [*] cauisset se quotannis[c] quincunces vsuras præstaturum: & quo anno non soluisset, tunc totius pecuniæ ex die qua mutua tus esset, semisses soluturum; & redditis per aliquot annos vsuris, mox stipulatio commissa esset: diuus Marcus Fortunato, ita rescripsit: Præsidem prouinciæ adi, qui stipulationem de cuius iniquitate quæstus es, ad modum iustæ exactionis rediget. Hæc constitutio ad infinitum[d] 1 † modũ se excedit.[e] Quid ergo? Sic temperanda res est, ut in futurum duntaxat ex die cessationis crescant vsuræ. 2 †

Taciturnitas longi temporis tollit actionem personalem competẽtem ad vsuras. Francis. et est speciale.

¶ Diuus Pius ita rescripsit: Parum iustè vsuras præteritas petis, quas omisisse te, longi temporis[f] interuallum indicat: qui eas a debitore tuo vt gratior[g] apud eum videlicet esses, petendas non putasti.[h]

¶ In tacito fideicommisso[i] omne emolumentum hæredi auferendum, & fisco præstandum[k] diuus Pius rescripsit. ergo & vsurarum[l] emolumentum auferetur 3 † hæredi.

Vsuræ non præstantur propter lucrum: sed propter moram: qua cessante non possunt peti.

¶ Si pupillo, tutorem non habenti, fideicommissum solui non potuit;[m] non videri moram per hæredem factam, diuus Pius rescripsit. ergo nec ei debetur, qui quod reipublicæ causa abfuerit, uel ex alia iusta causa impeditus, ex qua restitutio indulgetur, petere non potuit.

¶ Quid enim potest imputari ei, qui soluere etiam si vellet, non potuit? Nec simile videri potest, quod placuit, minoribus etiam in his succurri,[n] quæ non acquisierunt. Vsuræ enim non propter lucrum[o] petentium, sed propter moram non 4 † soluentium infliguntur.

In contractibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex die conuentionis: qua cessante veniunt ex die moræ.

¶ Ex locato, qui conuenitur: nisi cõuenerit, ut tardius pecuniæ illatæ vsuras deberet,[p] non nisi ex mora vsuras præstare debet.

Liberalitatis.] CASVS. Ex causa donationis promisi rei publicæ. Dicit, q non current vsuræ contra me.

¶ Cum vsura.] Non teneor ad vsuras pretij nisi tradita re. Vi.

a Exiguntur.] nisi fuerint in mora: ut s. depo. l. j in fi. & resp. & infra, de ope. publi. l. si legatum. & infra eo. l. proxi. §. si. quæ sunt §. Alij dicunt etiam ex mora, nisi a præside tempus sit positum, ut dictis legibus. Accursius.

b Non percepisset.] vt supra de act. emp. l. Iulia §. ex vendito. alias secus ut infra eodem. l. curabit. §. post.

Cvm quidam.] CASVS. Mutuaui tibi 100. sub vsuris 4. dena. singulis mensibus in quibus si cessares, promisisti maiores, non ex die cessationis, sed immo ex tunc postea soluisti minores tribus mensibus, & extunc non soluis, teneris quidẽ ad maiores, sed non ex tunc, quia iniquũ esset, quod pro eodẽ tẽpe ad vsuras tenearis, sed ex die cessationis tantum.

¶ In tacito.] Testator in secreto reliquit 100. cuidam non capaci: & hæres dixit secreto se daturum. hæc quidem. 100 auferuntur heredi cum vsura, & dantur fisco, nam non capax habere, non debet.

¶ Si dies.] Testator præcepit statuam erigi in municipio ad honorem municipij. si dies intra quẽ poni debeat, a testatore non est præfinitus, præses statuere debet tempus: & si intra illud non posuit, tenetur hæres ad vsuras tertiæ centesimæ. Viuia.

* De sensu huius l. v. Exiguntur l. le ... 78 su ... p. t.

1 † Flo. ad finitum.

2 † Flor. crescat vsura

c Quot annis.] i. singulis annis. Accur.

d Ad infinitum.] id est non finitum, uel determinatum: sed terminari potest: ponitur enim negatiue, non augmentatiue. Azo. q. d. obscura est: & ideo statim interpretatur. Accur.

e Excedit.] i. dest, excedere potest si a tempore interpositæ stipulationis dicas præstari vsuras maiores, uel in totum, uel saltem pro parte: ideoque dicit a die cessationis: vt subijcit. Et hoc ideo, quia a priori tempore etiam minores currebant: alias autem bene possent peti ex tempore stipulationis, ut supra si certum petatur, l. lecta in fi. &

infra de verborum oblig. l. huiusmodi

f Longi temporis.] scilicet triennij, vel quinque annorum.

g Gratior.] quia dignitatem per eum sperabas habere: sed in l. qui semisses. & C. eod. aduersus. & l quamuis. fuit signum remittendi maiores exceptiones minorum, sine essent promissæ: vt l. quamuis. sine non: ut infra aduersus.

h Non petes.] ut supra eodem, l. qui semisses. in prin.

i Fideicommisso.] vt si heres accommodat fidem de restituendo non capaci.

k Præstandum.] vt supra de peti. hæred. l. prædonis. & infra de ijs qb. ut indig. l. hæres. & l. cum quidam. & C. ad legem Falc. l. 3 & infra de vulg. substi. l. ex facto § Iulianus.

3 † Fl. auferetur.

l Et vsurarum.] idest emolumentum, quod est vsura, secundum Ioan. alias contra est, quod dicitur vsuram vsuræ non deberi, ut C. de vsur. l. fina. Et dic quas exegit ab hæreditario debitore, uel quasi, vbi ex sua mora dedit, vel stipulatione. Accur.

m Non potuit.] quasi dicat nihil. Et sic nota, quod non imputatur alicui si non facit, quod & si facere vellet non posset. vt supra eodem, l. pecuniæ in fin. & supra de arbit. l arbiter. §. calendis. in fin. § & C. de anna. excep. l. prima. in fi. & infra de adulte. l. si maritus. in principio, & infra de vsufruct. leg. l. Sempronio. & supra quando act. de pecu. est anna. l. prima. §. primo, & supra de neg. gest. l si pupilli. §. si. & infra de condi. & demon. l multa. in principio. Sed nonne ego possum facere, ut possim soluere petendo ei curatorem bonis: ergo possum soluere: ut infra, de regulis iuris l. qui facere potest, & supra de mino. l ait prætor § 1 Respon. in adulto ibi, sed hic in pupillo. Vel hic non facile: illa quandoque facile. Vel illa in conditionib. appositis in vltima voluntate.

4 † Flo. defl. non.

n Succurri.] ut supra de mino. l. ait prætor. §. hodie.

o Non propter lucrum.] scilicet tantum, uel principaliter, alias contra instit. manda. § tua gratia.

p Debet.] ut si conuenerit, ut non soluta mercede usque ad certum tempus usuræ præstentur. Et sic not. quod citra stipulationem ex solo pacto incontinenti apposito debentur in contractibus bonæ fidei: ut hic, & supra de po si. l. Lucius Titius. & C. de pact. int. empt. & vend. l. in

 l iuntio.

g *Sciendum est. Adhibendos.*] scilicet solutioni, per quos facilius possit probare se soluisse quam per extraneos vel inimicos.

h *Expediendis.*] quod debitori daturi sunt pecuniam. Accursius.

c *Rogandis.*] vt intersint solutioni: & sic videant se liberatos. Vel dic ut interueniat apud creditorem, a quo modo accepit debitum ut satisfaciant priori. Vel dic tertio quia obligatus erat aliquis fideiussorem dare, ut supra de consti. pecu. l. qui autem. §. j. Non enim videatur esse in mora dandi, dum est in inueniendis, studet, & sic currit. Acc.

Sed etsi reipublicæ.] CASVS. Si reipub. causa aliquis missus est subito, nullus videtur moram facere: & ergo ad vsuras non tenetur. Viui.

d *Defensionem.*] id est, excusationem sui quare non soluit. Accursius.

e *Mandare.*] per procuratorem. Azo.

f *Non possit.*] de facto. de iure enim potest.

g *Aliquando.*] Titius minori debebat 10 ex contractu bonæ fidei, tenetur ad usuras sine vlla interpellatione, vel lit. contestatione: maxime si non sit, qui conueniatur, quia est absens Titius, vel sine hærede decessit.

h. *In rem*] potest dici moram fieri in rem ubicunque quis sine denunciatione vel litis contestatione tenetur ad fructus vel usuras, sicut infra eo. l. tutor cum ... & respon. & §. item si indebiti, & §. in Fauiana, & §. item si vi, & §. ex causa, & §. in interdicto, et §. fin. & infra eod. leg. penult. Quod autem de vsuris dixit, non inuenimus eas currere ex mora in rem, nisi in personam minoris, ut C. in quibus caus. in integrum restit. nō est nec. l. in minorum. Punitur ergo huiusmodi mora in rem, ut dictum est, in prædictis: & patet etiam infra de verborum obligat. l. cum filius, §. 1. & l. ad diem, & infra tit. l. fin. & l. habeo. Sed Ir. dicit eam non poni, cum rei, non personæ uitio, eueniat: sed forte intelligebat aliter quam in prædictis casibus. Item pone infra tit. l. Labeo.

Si quis.] CASVS. Titius debitor dicit se nolle soluere, sed iuri parere, quæritur, an sit in mora? Respo. quod non, si iuste &c.

k *Cum reus.*] Si reus est in mora, eosdem effectus, quos habet mora contra reum, habet & contra fideiussorem, ut infra eo. mora.

Qui differt solutionē ex iusta causa, non committit moram: secus si ex ficta. h. d. cum l. seq. & seq. Et differt ista lex a lege si quis solutioni. quia hic non negabat solutionem, sed differebat ex iusta causa. hoc dicit Bart.

Vlpianus lib. 34. ad edictum.

LEX XXI.

Sciendum est non omne quod differendi causa optima ratione fiat, moræ annumerandum. * Quid enim, si amicos adhibendos a debitor requirat, vel expediendis b debitis, 1 † vel fideiussoribus rogandis c vel exceptio aliqua allegetur? Mora certè 2 † facta non videtur.

Paulus lib. 37. ad edictum

LEX XXII.

Si modo idipsum non fraudandi causa simuletur.

Vlpia. lib. 34. ad edictum.

LEX XXIII.

Sed etsi reipublicæ causa abesse subito coactus sit, ut defensionem d sui mandare e non possit, f moram facere non videbitur: siue in vinculis, hostiumve potestate esse cœperit.

Mora commissa re ipsa non tollitur ex casu contingente ex persona morosi.

¶ Aliquando g etiam in rē h 3 † moram esse decerni solet, si forte non extat qui conueniatur.

Paulus lib. 37. ad edictum.

LEX XXIIII.

Si quis solutioni quidem moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit, non fecisse videtur moram: vtique si iuste ad iudicium prouocauit. i

¶ Cum reus moram k facit, & fideiussor tenetur.

¶ Mora videtur creditori fieri, siue ipsi, siue ei, cui mandauerat, siue ei qui negotia eius gerebat, mora facta sit. Nec hoc casu per liberam personam acquiri videtur, sed officium impleri: sicuti cum quis furtum mihi facientem deprehendit negotium meum agens, manifesti furti actionem mihi parat. l

¶ Item cum procurator interpellauerit promissorem hominis, perpetuam facit stipulationem, m etsi 4 † mortuus sit homo promissus.

Primo loquitur in malæ fidei possessore. Secundo loquitur in bonæ fidei. Tertio in eo qui a principio fuit bonæ fidei, postea incepit esse malæ fidei. Secunda ibi, In alieno fundo. Tertia ibi, Bonæ fidei.

Vlpianus lib. 7. digestorum.

LEX XXV.

Qui scit n fundum cum alio sibi communem esse, fructus, quos ex eo percipit 5 † inuito vel ignorante socio, non maiore ex parte suos facit, quam ex qua dominus prædij est. Nec refert, ipse, an socius, an vterque eos sciuerit: quia omnis fructus non iure seminis, sed iure soli o percipitur. Ex

¶ *Mora.*] Siue ego, siue procurator meus, siue gestor negotiorum meorum interpellet debitorem meum, fecit eum morosum ratione officij: nec per eos acquiritur actio, sed impingatur, sicut si furem inuenirent rerum mearū, acquirunt actionem, ut de non manifesto faciant manifestum. & sic in quadruplum, & sic denunciatio procuratoris impinguatur, & ad aliud valet, ut facit perpetuam obligationem, scilicet quo ad hoc, ut licet res debita pereat debitori, eius obtentu non liberetur. Viuia.

i *Prouocauit.*] vt infra de reg. iur. l. qui sine dolo. & quod vi aut clam. l. 1. §. si quis paratus. Et sic nō post litem cōtesta. aliquē nō esse in mora: * & sic est cōtra 7. de verborum obligationib. l. nemo §. primo. Sol. ibi non habuit iustā causam litigandi. hic sic, argumen. supra de petitio. hæred. l. illud. & eodem modo sol ne supra de condict. furti. l. fi. Accur.

k *Cum reus moram.*] Nā mora rei fideiussori nocet, ut infra de verborum obligationib. mora. & de ope. liber. l. si libertus moram. Accur.

l *Parat.*] ut infra de furt. l. 3. & l. si quis in seruitute, & infra, q. vi aut clam. l. 3. in princ. & infra de bo. autho. iu. l. i. poss. l. cum vnus.

m *Stipulationem.*] ut supra de procura. l. si procuratorem. Et expone, ut infra de uerborum obligationib. l. seruum, §. sequitur. Accur.

Qui scit.] CASVS. Siue sciam te partem habere in fundo, quem possideo, siue sciam totū tuum: nō facio fructus meos in eo, quod tuum est.

In alieno.] A non domino emi fundum in quo seminaui alienum frumentum: quæritur cuius sit fructus, an meus, an eius, cuius fuit semen. & dicit meum esse, sicut quando ex opera serui alieni, quē bona fide possideo. hoc autem probat, ex alio simili: ut ecce in meo proprio fundo sevi alienum semen. & dicit quod est meus fructus, idem est ergo in bo. fi. pos. quia plus iuris habet bo. fi. poss circa fructus quam fructuarius, cum bo. fi. fiant statim, quod a solo separati sunt, sed fructuarij sunt demum cum horreis repositi. & idem quod est in bo. fi. est in eo, qui habet fundum in emphyteusim: ut statim quod a solo separati sunt, fiant ei ius Viuia.

n *Qui scit.*] sed iuret quod sit suum vel seminatoris. P

o *Soli.*] idest, quia scit suum, vel bona fide a se possessum.

Quum

* *Contra gl. 1. in princip. in sup. post extra de electi. & ca. quoniam frequenter. §. si vero alter ad finem. ibi, etiam habent sine exceptionem de futuras, ut litem contest.*

1 † *Flo. expediendi debiti.*

2 † *Flor. deest certe.*

* *Litis contest. facta. ut constituatur quis in mora ut in ind. tract. in uer. litis contestatio. & in uer. mora.*

3 † *Aliter. Aliquando etiam in re mora decerni solet.*

4 † *Flo. desit verba. etsi mortuus sit homo promissus. quæ quidam irrepsisse ex gl. opinant, non enim curant in mora. nasce.*

5 † *Flor. per operam.*

quemadmodum a si totum fundum alienum quis sciens possideat, nulla ex parte fructus suos facit, quoquo modo sati fuerint: ita qui communē fundum possidet, non faciet fructus suos pro ea parte, qua fundus ad socium eius pertinebit.

¶ In alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerat, frumentum b seuit. c 1 † an Titius bonæ fidei emptor perceptos fructus suos faciat? Respondi, quod ad fructus, qui ex fundo percipiuntur, intelligi debet proprius 2 † eos ijs d accedere, e quæ serui operis suis acquirunt: f quoniam in percipiendis fructibus magis corporis ius ex quo percipiuntur, quam seminis g ex quo oriuntur, inspicitur, & ideo nemo unquā dubitauit, quin si in meo fundo frumentum tuum seueris, 3 † seges, & quod ex messibus collectum fuerit, meum fieret. Porro bonæ fidei possessor in percipiēdis fructibus id iuris h habet, quod dominis prædiorum tributum est. Præterea cum ad fructuariū pertineant fructus a quolibet i sati, quanto magis hoc in bonæ fidei possessore 4 † recipiendum est, qui plus iuris in percipiendis fructibus habet? 5 † cum fructuarij quidem non fiant antequam ab eo percipiantur: k ad bonæ fidei autem possessorem pertineant, si 6 † quoquo modo a solo separati fuerint. Sic & eius l qui vectigalem fundum m habet, fructus fiunt simul atque a 7 † solo separati sunt. n

¶ Bonæ fidei emptor seuit, o & antequam fructus perciperet, cognouit fundum alienū esse. an perceptione fructus suos faciat, quæritur? Respondi bonæ fidei emptor quod ad percipiendos p fructus intelligi debet, quandiu euictus fundus non fuerit. Nam & seruus alienus, quem bona fide emero, tamdiu mihi ex re mea uel ex operis suis acquirit, q 8 † quamdiu a me euictus non fuerit.

Idem lib. 6. ex Minitio.

LEX XXVI.

VEnationem in fructu 9 † fundi negauit esse, nisi fructus fundi ex venatione constaret. r

Moram sibi commissam transmittit. quis ad hæredem. Bart.

African. lib. 8. quæstionum.

LEX XXVII.

CVm patrifamilias mora facta sit, iam in hærede eius non quæritur mora, nam tunc hæredi proximo iure hæreditario ea competit: s ideoque ad cæteros quoque deinceps transmittetur.

Caius libro 2. rerum quotidianarum, siue aureorum.

LEX XXVIII.

IN pecudum fructu etiam fœtus est: sicut lac, pili, 10 † & lana. Itaque agni, & hædi, & vituli 11 † statim pleno iure sunt bonæ fidei possessoris t & fructuarij. u

¶ Partus * vero ancillæ in fructu non est, itaque ad dominum proprietatis x pertinet.

a *Quemadmodum.*] quod est in toto quo ad totum, idem est in parte quo ad partem, ut hic. & infra ad legem falci. l. in ratione §. prorsus, & infra de administ. tutor. l. si duo. in fi. & infra de acquirenda hæredit. l. si seruus eius, & supra de pac. l. iurisgentium. §. adeo, argumen. contra. C. de distract. pign. l. quamdiu. & supra de inoffi. testamen. l. Papinianus § sed nec impuberis, & sup. de euict. l. ex mille, & supra de petit. hære. l. sed & si. § adeo. Sol. autem est in illo generali: idem in parte, &c. in brochardo.

b *Frumentum*] scilicet alienum. Accu.

c *Seuit.*] prædictus Titius bonæ fidei possessor.

d *Iis.*] neutri generis.

e *Accedere*] scilicet fructus.

f *Acquirunt.*] ut infra, de acquiren. do re. do. l. quæsitum, in fine.

g *Seminis.*] quod fuerat alienum.

h *Id iuris.*] scilicet pœnæ, ut infra de acquirendo rerum do. l. in bon. fid. in prin. Non enim per omnia sunt similes, ut patet in quæstione serui habenda, vt ad sylla. l. 1. §. 2.

i *A quolibet.*] & de cuiuslibet frumento.

k *Percipiantur.*] ut supra de usufruct. l. si fur. decerpserit. & subaudi hic, uel ab alio nomine suo. Vel dic scilicet, ita quod ideo reponantur, ut & no. supra qui mod. vsusfruct. amit. l. si vsusfructuarius.

l *Eius*] ut & infra de acquirendo rerū domi. l. quæsitū, in fi. §.

m *Fundum*] idem in colono, ut infra de fur. l. si apes. §. 1.

n *Separati sunt.*] etiā a furibus, dummodo possessores bo. fi. possidentes nō desierunt habere possessionem, fundi. Item sunt & aliæ duæ differentiæ inter fructuarium * & bo. fi. possessorem: quia bo. fi. pos. transmittit ad hæredem fructuarius nō, ut Insti. de re. di. §. is ad quem. Item fructuarius etiam naturales fructus suos facit, ut supra de vsufru. l. vsufr. legato. bo. fi. possessor, non, ut supra eo. l. fructus.

o *Seuit.*] idem si post scientiam seuit, uel etiam post lit. contest. ut ex responsione colligitur.

p *Percipiendos.*] No. ergo, quod bo. fi. poss. post lit. contest. quo ad quæ iam remanet bo. fi. pos. scilicet ut faciat suos fructus, ut hic. Item ut compleat vsucapionem, ut supra de rei vend. l. si p. st. & C. de usuc. transfor. §. hoc procul dubio. Item, ut non præstet interitum, si tamen iustā causam litigandi habeat, ut supra de rei vend. l. vtique. § non enim, & de pet. hæred. l. illud. si autem male fi. vt teneatur de fructibus. Item, ut interrumpatur præscriptio. Item in quodam alio. nec omnino censetur bo. fid. pos. nec malæ fi. vt supra de rei vend. l. Iulianus scribit, si in aliena. Sed in eo quod dicit hic, facere fructus suos post scientiam, est contra infra de acq. re. do. l. bonæ fidei. § in contrariū. Sol. hic de æquitate: ibi de rigore, secundū Ir. Vel possumus dicere quod quæstio, quæ ibi fit, determinatur hic. Vel dicamus, quod quamuis suos faciat, ut hic, tamen si extant, iudicis officio restituit, ut supra eo. l. euictis, & C. de rei ven. l. certum. Item hic, in singulari petitione: secus autē in petitio. hæredit. ubi quocunque modo sciat, incipit esse prædo, ut supra de pet. hered. l. sed & si. §. de eo autem loquitur.

q *Acquirit.*] vt C. de rei vend. l. 1. Sed contra inf. de acq. re. do. l. qui bona fide. §. tandiu. ubi tam in lib. ro homine bo. fi. poss. quam in seruo alieno bona fid. possessio videt nocere superuenientē scientia. Sol. ibi ad liberos tm̄ refertur, non ad seruum alienum: licet & de illo ibi fecisset mentionem. Item contra infra de acq. rerum dom. l. quæsitum, ubi similiter dicit in bo. fi. pos. quolibet nocere superuenientē scientiam. Sol. ibi loquitur in hærede qui nunquam habuit bonam fidem, licet defunctus habuerit. hic autem habuit emptor ab initio bonam fidem: secus si scientiam, ut ibidem.

r *VEnationem.*] CASVS. Fundū meum mala fide possedisti, & fructus percepisti, & etiā venando sibi feras cœpisti. licet rem cum alijs fructibus reddas, non tā cum feris, ubi &c.

r *Constaret.*] tunc enim est in fructu. ut & supra de vsufruct. l. item, § aucupiorum, & l. vsusfructus in fine. Accursius.

s *CVm patrisfamilias Competit.*] sibi facta intelligitur. Sufficit enim semel moram fieri vt vsuræ vel vsusfructus perpetuo debeantur, ut infra, de lega. 1. Titia Seio § 1.

t *IN pecudum. Possessoris.*] ut infra de acqui. rerum dom. l. bo. fi. §. fi.

u *Et fructuarij.*] ut & supra de vsufr. l. vetus fuit.

x *Proprietatis*] non autem ad fructuarium, ut insti. de re. di. §. in pecudum, nec ad bon. fid. possess. scilicet directe, utiliter autem sic, ad bon. fid. poss. ut supra de pub. l. si ego. § partus.

1 † Flor. seuit.

2 † Flor. proprius ea accedere.

3 † Flor. frumentum, seges.

4 † Flor. possessoribus.

5 † Flor. habent.

6 † Fl. deest. si.

7 † Flor. deest. a

* Fructuarius & bo. fi. pos. differūt. ut in ind. tra. ctis in ue. bonæ fidei, in ue. possessor, bonæ fidei.

8 † Flor. ad quærit.

9 † Flo. Venationem. fructus fundi. Alias Ex venatione fructum.

10 † Flo. Lac, & pilus, & lana.

11 † Alias additur, & fœtus.

* In hunc locum Cu. li. 8. de fruct. bon. & mal.

Absurdum, enim uidebatur hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominũ gratia cōparauerit.

Quod est inutile, uitiatur: & non uitiatur vtile, hoc dicit.

Martianus lib 35. 1 † institu.

LEX XXIX.

PLacuit, siue sup. statutum modum quis vsuras stipulatus fuerit, siue vsurarum vsuras: quod illicite adiectum est, pro non adiecto haberi, & licitas posse a peti.

Paulus lib. 3. 2 † responsorum.

LEX XXX.

ETiam ex nudo pacto debentur ciuitatibus usuræ b creditarum ab eis pecuniarum.

Vlpianus lib. 1. responso.

LEX XXXI.

QVod in stipulatione sic adiectum est, Et usuras, si quæ competierint: nullius esse momenti, c si modus certus non adijciatur.

Mora regulariter non contrahitur re ipsa: sed per interpellationẽ factam congruo loco, & tempore: quæ an legitimè facta sit, cōmittitur iudicis arbitrio, & si remissa fuerit, tollitur mora. h. d. usque ad §. in bona fidei.

Papinianus 3 † lib 4. respon.

LEX XXXII.

MOra fieri intelligitur nō ex re, d sed ex persona: idest si interpellatus opportuno e loco non soluerit. quod apud iudicem f examinabitur. Nã (ut & Pomponius lib. 12. epistolarum scripsit) difficilis est g huius rei definitio. Diuus quoque Pius Tullio Balbo rescripsit, an mora facta intelligatur, neque constitutione vlla, neque iuris authorum quæstione de-

§. partus. Sed uidetur etiam directo iure ad bo. fi. pos. pertinere, ut sup. eo. l. Paulus. § hæres. quæ est contra. Sol. illud euenit ibi ex uoluntate defuncti, qui deducto reditu voluit talia restitui.

a PLacuit posse.] Hoc est verum secundum leges istas sed per authẽ. ne licitas petet, qui fuit stipulatus illicitas; quia cadit à principali actione, vt C. de vsur. auth. ad hæc. Vel illa loquitur in rusticis. Item no. hic, argum. quod sic vltra modum, reducitur ad modum. Item, quod inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat, vt C. de do. l. sancimus, §. si quis autem. & de consti. pecu. l. hactenus. §. fin. & supra eod. l. pecuniæ in princ. & l. vsuras. * & infra de iu. do. l. siue generalis. §. quærendum.

b ETiam. Vsura.] hoc speciale contra duas regulas. Vna, quia regulariter non debentur citra uinculum stipulationis, ut C. eodem, l. 3. Alia, quia nudum pactum non parit actionem, ut supra de pac. l. iurisgentium. §. quinimo. Accur.

c QVod in stipulatione Momenti.] Vt infra eod. l. tutor. § fin. & infra, de uerb. oblig. l. ubi autem, §. pen. sic nec sententia, ut infra, de re iud. in summa, §. qui fortis. Sed contra infra, de lega. 3. nummis. Sol. ibi fauor ultimæ uoluntatis: hic odium vsurarum. vnde illud valet, licet in exiguum, hic non, ut argu. infra de l. ler. & postu. l. cum quidam.

MOra.] CASVS. Quæritur qualiter mora definitur. Et dicit Pomponius, quod non potest definiri, neque potest dici quando committatur. nam tunc cum quis interpellatur congruo loco & tempore, loquitur de mora, quæ fit facto hominis, i. per interpellationem. nam quædam alia est specialis, quæ re ipsa committitur sine facto hominis: de qua hic, non dico. An sit in mora debitor si procurator eius uel familia interpellatur? Et dicit quod non: immò ipse debitor desinit esse in mora, si tam eo in mora existente dem ei nouam dilationem.

¶ In bon. fid.] In uenditione, quam tibi feci, debes mihi x. si sis in mora, teneris ad usuras. Secundo, vendidi filio tuo pro x. quandam rem: cuius nomine ipse insolidum, tu uero teneris, vel quod iussu, vel de in rem verso, uel de peculio. quæritur an in usuris teneatis? Et dicit quod non, sed agam contra te ad sortem aut de peculio, uel simili: & quod per eam non consequar, a filio tuo petam. Tertio econtra interpellaui filium, ipse qui tamen fuit in mora, tenetur insolidum ad usuras, pater non tenetur in plus, quam de peculio. Quarto dicit, quod si duo rei promittendi sunt, alter non tenetur insolidum, licet vnus sit in mora: quia licet eum interpellaret, non nocet alij. Quinto, si fideiussor in mora solus sit, non nocet reo vt ad vsuram teneatur, nam neque si occiderit fideiussor seruum debitum, nocet reo, immo liberatur reus: & per consequens fideiussor, directa, non utili, tenebitur.

d Non ex re.] quandoque enim fit ex re, ut supra eodem. l. sed & si rei, §. aliquando, & dicetur distinctione statim.

e Opportuno loco.] sed quis dicitur opportunus locus? Respon. potest dici ille, in quo debitor potest conueniri antequam soluat: non alius, etiam ubi habet locum domicilij: sed non potest ibi conueniri, quod fit quandoque, vt diximus supra de transa. l. cum hi. §. causæ. Item subaudi. & tempore, vt infra, de sol. l. si soluturus.

f Quod apud iudicem.] scilicet, an in loco opportuno interpellatus fuerit, & sic sit in mora. Accur.

g Difficilis est.] id est impedibilis, sicut testium notitia, ut infrà, de testi. l. 3. § 1. Sed certe mora quæ iure communi committitur, potest sic definiri. Mora est * cum quis maior 14. ann. non habens curatorem: quia si habet, pupillo comparatur, ut infra, de verborum obligationibus l. si pupillus. Sed contra supra de cui. l. si dictum, §. pupillo. Sed dic, ut ibi diximus. Interpellatus per dici appositum lapsum, ut infra, de verborum obligationibus. l. si fundus, & C. de contrah. stipu. l. magnam, uel per litis contesta. ut infra, de uerb. obliga. l. nemo. §. 1. Vel per eius cui debetur denunciationem congruo loco & tempore factam, ut hic, & infra de uerborum obliga. l. si ex legati. cum intelligat se debere, vel intelligere debeat, vt supra si certum petatur l. quod te. Nec omissa sit debiti repetendi instantia: si sine causa distulit rei præstationem uel solutionem, ut hic, & supra eodem, l. secundum. Hæc autem mora sic commissa habet quinque principales effectus. Primum, quia facit rem uel interesse tantum æstimari officio iudicis prout erat tempore moræ, uel tempus esse postea, perseuerante tamen mora, vt supra de eodem. l. vbi. § 2. & supra de condi. tri. l. per ul. & de act. emp. l. datio, §. si per uenditorem, & infra, de re iud. l. si calendis, & supra de cond. fur. l. in re. § 2. & infra, de verborum obligationibus l. quoties in diem. Secundus effectus est, quia facit currere vsuras in contractibus bon. fid. & in quibusdam stricti iuris, scilicet in legatis & fideicom. vt hic. l. §. in bonæ fidei, & de leg. 2. l. si quis seruo. & l. qui solidum. 2. respon. & §. etiam. Nam parificantur hic legata & fideicom. missa iudicio bon. fid. vt C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. l. in minorum. sed secus in contract. bus stricti iuris, etiam lit. contest. ut C. de condi. indeb. l. 1. licet Rogerius contra, per l. infra eod. l. lite. sed in bonæ fid. intelligo [illegible] & tertium habet effectum, quia inducit præstationem fructuum in quolibet casu, si petam, quod aliquando fuit meum, uel eius à quo causam habui. aliàs exigitur lit. contesta. in stricti iuris iudicijs, sed in bon. fid. semper sufficit sola mora: ut probatur hæc infra eodem, l. videamus. in princ. & §. 1. & §. si actionem, & § ex causa, & §. si possessionem. & supra eodem, l. 2. Quartum habet effectum in casu speciali: quia punit in tertiam partem. eius, quod debetur, vt C. de inoffic. testam. l. si quis in suo. Quintum habet effectum circa interitum. Nam indistincte mora[illegible] de periculo tenetur, etiam peritura penes actorem, uel non. satis est enim quod potuit non perire, ut infra, de leg. 1. l. cum res. § fin. & l. apud Iulian. § 1. Nec obst. supra de po. l. si plures §. vltimo. quia ibi non erat in mora, quia habebat probabilem causam retinendi: licet esset conuentus puta propter expensas. Item probatur expresse in authen. de deposito. §. 1. collatio, 6. vbi dicit intercedentem teneri de casu fortuito multo magis ipse depositarius tenetur. In rei vendi. tamen quædam specialitas seruatur: quia ubi est mora possessor

1† Fl. lib. [illegible]

* Vi. not. ad d. l. vsuras.

2† Fl. Paulus lib. singulari regularum.

* Moræ definitionẽ ponit Salyc. de mora. in præfa. num. 1. & per totũ tra.

3† Martianus lib. 4. Regularum.

possessor quo ad interitum, qui prius fuit bonæ fidei distinguitur. aut habet iustam causam litigandi; & tunc nullo modo de interitu tenetur, vt supra de rei uendi. l. vtique. aut non, & tunc cum distinctione illa tenetur, erat res peritura, vel non, vt supra de rei uend. l. item si v.rb tantum, & hoc de cõmuni mora, quæ in omnibus hominibus locum habet. Specialis autem fit multis modis. Primo in here. di. peti. quæ fit quocunque modo sciat, vt supra de pet. hær. l. item veniunt. § à quo. & §. petitam. Secundo in minoribus 25 ann. vbi fit re ipsa, vt C. in quibus cau. in integrum restitu. non est ne. l. In minorum persona. & hæc purgatur tempo tis cursu, ut infra, de leg. secundo, l. Titia Seio §. vsuras. Tertio in libertate, vbi similiter fit mora re ipsa, vt infra, de fideicom. lib. l. cum vero, §. apparet. Quarto similiter fauore per solum cursum biennij, vt C. de iure do. l. si §. fi. & hæc similiter parit vsuras, ut ibi dicitur. Quinto odio, ut in fure & prædone, ut infra, de ui. & vi. arm. l. prima, §. rectissimè, & l. penultima, & C. quod metus causa l. prima, in inferente tamen metum distinguitur. vt supra quod metus causa. l. si cum exceptione. §. quod si homo. Purgatur autem n ora: si animo nouandi creditor fuerit stipulatus vel nõ animo nouandi si res fuerit in præsentia. Item per oblationem quãtũ ad euitandum interitum, ut supra de condic. fur. l. partui. & infra de solu. l. qui decem, § primo Accursius.

1 † *Et hinc quis.*

cidi posse, cum sit magis facti [a] quam iuris. Et non sufficit ad probationem moræ: si seruo [b] debitoris absentis denunciatum sit á creditore, procuratoreve eius: cũ etiam si ipsi, inquam, 1 † domino denunciatum est, cæterũ cũ postea is sui potestatem faceret, omissa est repetendi [c] debiti instantia: non protinus per debitorem mora facta intelligatur.

Habetur hic quòd pater ex sua mora nõ tenetur ad vsuras. facit l. cũ filius. in princ. infra de uerbo. oblig. Bart.

¶ In bonæ fidei contractibus ex mora [d] vsuræ debentur. Quid ergo si & filiusfamilias, & pater ex persona eius teneatur (siue iussu eius contractum est, siue in rem versum est patris, uel in peculium:) cuius persona circa moram spectabitur? Et si quidem pater duntaxat conueniatur ex mora sua, non tenetur: [e] in filium tamen dabitur actio in hoc, ut quod minus 2 † à patre actor consecutus est, filius præstet. [f] Quòd si filius moram fecerit: tune actor vel cum ipso insolidũ, vel cum patre duntaxat [g] de peculio actionẽ 3 † habebit.

2 † *Alias, ut quo minus.*

3 † *Et dessi, actionem.*

¶ Sed si duo rei promittendi sint, alterius mora alteri non nocet. [h]

¶ Item si fideiussor solus [i] moram fecerit, non tenetur. [k] sicuti si Stichum promissum occiderit: sed utilis actio [*] in hunc dabitur. [l]

De pecunijs publicis credendis.

Vlpianus lib. singulari de officio curatoris reipub.

LEX XXXIII.

Si bene collatè 4 † sunt pecuniæ publicæ, in sortem inquietari debitores non debent, & maximè si pariant vsuras: si non pariant, prospicere reipublicæ securitati debet præses prouinciæ: dummodo non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum. [m] Nam inter insolentiam curiosam, [n] 5 † & diligentiam non ambitiosam [o] multum interest. Præterea prospicere debet ne pecuniæ publicæ credãtur sine pignoribus idoneis vel hypothecis.

4 † *Et collocatæ.*

5 † *Et incuriosam. Budæus vero, ambitiosam.*

Idem lib. 15. ad edictum.

LEX XXXIIII.

Vsuræ vicem fructuum obtinent: [p] & meritò non debent a fructibus separari: & ita in legatis, & fidei

* *Ex stipulatu. l. mora. infra de uerbo. oblig.*

a *Facti*] sunt enim facta incerta: licet ius certum, vt inf. de iur. & fac. igno. l. 2.

b *Si seruo.*] maximè cum dominus hanc denunciationem ignoret, ut infra, de iti. actuque priua. l. 3. §. 1. & arg. supra de pet. hær. l. item veniunt. §. ponamus.

c *Repetendi.*] dando dilationem. nec enim exigitur vt semper instet, & non desinat petere. Accur.

d *Ex mora.*] fructus etiam sine mora, ut infra eo. l. videamus, §. ex causa.

e *Non tenetur*] scilicet filius, sed pater. sic secundum M. vel secundum Al. non tenetur scilicet pater directo, sed vtiliter. cum enim actione bonæ fidei conueniatur, debet mora ibi venire. secus autem si ex contractu stricti iuris conueniatur pater de peculio, vel de in rem verso, vbi mora non uenit: sed secus si in fideiussore, qui non tenetur ad vsuras ex mora sua, cum ipse semper actione stricti iuris conueniatur; nisi fuerint per stipulationem promissæ à se; nec ex mora rei, nisi in omnem causam intercesserit, ut supra loca. l. quero. Tu dic tertiò, quod non tenetur scilicet pater vllo modo ad vsuras. sed de interitu, bene tenetur post suam moram: vt infra, de verborum obliga. §. cum filius. in princ. sicut & fideiussor, ut infra eadem, l. in fine. Et si opponatur, quare non tenetur in vsuris ex mora, cum ex bonæ fidei iudicio conueniatur? Respon. ad instar fideiussoris, vt d. l. cum filius. Item quia dolum committit pater committendo moram, & ideo ratione illius doli debet teneri de interitu: vt supra de peco. l. depositi nomine. Accur.

f *Præstet.*] nomine sortis, non usuræ. Accursius.

g *Duntaxat.*] uel de in rẽ uerso, uel quod iussu: si tales erant contractus, qui etiam post moram in parte etiam producuntur: licet res debita interiteat, vt inf. de verbo. obliga. l. si seruus, §. an filius. Accur.

h *Non nocet.*] immo videtur quod sic, vt infra, de duo. reis. l. penult. & C. de duo. reis. l. si. Sol. ibi erant socij, hic non, secundum Ioan. vt argum. supra de arb. l. si duo. Vel hic in mora in non faciendo: ibi in faciendo, uel ibi notat factum unius, ut qui agnouit debitũ. Accur.

i *Solus*] veluti si solus interpellatus fuerit.

k *Non tenetur*,] scilicet reus principalis. Vel dic fideiussor, scilicet directo: sed vtiliter sic, scilicet de interitu: vt subijcit. Accur.

l *Dabitur*] vt & inf. de sol. l. Stichum aut Pamphilum in fin. respon. & l. cum quis §. si quis. in fin. §. & infra, de ope. lib. si libertus moram. & infra, de uerb. oblig. l. si pupillus. in fi. & hoc si post moram occidit. secus si ante: nam tunc de dolo actione tenetur, vt supra de dolo. l. fideiussor. quæ est 3. Nam nulla erat ibi alia actio. hic autem iam alia nata erat, scilicet qualitercunque contingat interitus. Item hic quã solus fideiussor erat in mora. secus si vterque, uel etiam reus tantũ: tunc enim directa, ut infra, de uerb. obl. l. mora. Accur.

m *Si bene Humanum.*] vt C. de commer. l. 2.

n *Insolentiam curiosam.*] aliàs insolentiam incuriosam. & est insolentia incuriosa, magna negligentia, vt si quærat quis pecuniam per singulos annos tantum semel, ut 3. de iure fiscil. in fraudem, §. fiscalibus. 1.

o *Non ambitiosam*] vt si quotidie inquietet eum. qui enim est ambitiosus honoris, quem sperat habere per debitorẽ, non erit ei acerbus: at qui non ambit eum, instanter petit, vt hic, ergo debet medium tenere, vel dic quod appellat bonam diligentiam.

* *Vide Bud. in prioribus anno hoc ipso.*

Vsura.] CASVS. Sicut usura accedit pecuniæ, sic fructus rei accedit, scilicet in bo. fi. iudicijs, & in legatis, quæ eis æquiparantur. Viuia.

p *Obtinent.*] vt si fundum emi, fructusque percepi, & exceptionem per exceptionem doli vsuras pretij vel repetere, vel retinere, fructuum compensatio admittetur, ut supra de rei vend. l. emptor prædium. secundum Ioan. Vel dic, quod

quod sicut sortĩ accedit vsura, sic fructus rei. Sunt & alia quaedam, que sunt similia fructibus vt s. p. de pet. haer. l. mercedes, §. planè, sed in casibus differunt, vt supra de rei vend. l. si nauis, & supra eod. l. in fideicommissi. & C. de condi. indeb. l. 1. & supra de pet. hered. l. si possessor. Accursius.

a L*Ite contestata.*] l. in bonae fidei contractibus: secus in stricti iuris iudi. vt C. de condi. indeb. l. pecuniae, & infra eo. l. videamus. §. si actionem, uenit tamen fructus, ut sup. de cond. indeb. l. indebiti. Sed Rogerius etiã in stricti iuris. Accur.

2 † Fl. lib. 37.

Vid. notatis in infra de usur.

3 † Flor. li. 61.

b P*Raediorum. Actio piuntur.*] facit infra de verb. sig. l. vsura pecuniae, & supra si certum peta. l. lecta. in fi. Accursius.

E*T in contraria.*] CASVS. Gerebã negotia tua sine mandato, solui creditoribus tuis & ex mea pecunia, uel ex ea quam mutuo accepi sub vsuris, an tu tenearis mihi in vsuris? Primo dicit, quod sic, si commode tuum gessi negotium. In secũdo repeto quantum ali_j_ dedi, non plus, licet à minoribus te liberé. Viuianus.

4 † El quia.

5 † Flo. quid.

c *Et in contraria.*] non solum in directa.

6 † Fl liberatum magno.

d *Veniunt.*] ut supra de neg. gest. l. ac si, natura. § non tantum, in fine. Accur.

e *Absoluam.*] improprie dicit absolui creditor: sed debitor à creditore absoluitur. Accursius.

ADDITIO. Imò uerò propriè ponitur. Terentius in Adelph. Ibo, ad forũ ut hunc absoluã. Absoluã inquit, i. reddito pretio dimittã. Budaeus hic.

7 † El praestiterim.

f *Incommodo.*] vt arg. supra ad leg. Rhod. de iac. l. 1. & l. 2. propè prin & infra de contra iuxta quid ergo. Accur.

g *Veniunt.*] scilicet tantum, non autem quasi vsura, sed quasi sors, vt & supra pro socio. l. sociusqui. Accur.

ADDITIO. Quid autem de vasallo? dicit Guil. in spec. de test. § j. ver. sed nunquid vasallus, quod iuramentum fidelitatis est species seruitutis, arg. ff. de prob. l. si filius et est gl ordinaria, ff. de vsufruc l. si cuius, § j. repellitur ergo, quia ei potest imperare, arg. huius legis.

i *Serui responso.*] Quod ab eo elicitur cum tormentis, praecedentibus tamen iudicijs, ut ff. de quaest. l. maritus et C. de quaest. l. milites, et l. j. Item de suo tantum facto intelligitur eum interrogari, ut C. de quaest. l. interrogari. et ff. de probat. l. cum probatio. alias si non de facto suo, non cum nullam conditionem habeat cum iure ciuili, ut ff. de testib. l. qui testamento § seruus. Alij dicunt non oportere praecedere indicia, cum de serui facto quaeritur et facit ff. de aedil. edi. l. quaero, § fi.

k *Inuiti Senes.*] qui sunt maiores annis 70. ut C. qui aetate, l. j. lib. 10. et ff. de iure immun. l. 3. Accur.

l *Valetudinarij.*] qui l. morbo detinentur. Accur.

m *Milites.*] ut et arg. ff. eo. l. j. § testes. Accur.

n *Non licet.*] ut hi qui sunt ignominia missi de militia, ut ff. de ijs, qui no. inf. l. 2. § ignominiae, uel deportati. Vel dic illi, qui sine dedecore apparere non possunt, ut sup. ex quib. cau maio l. in eadem, in fi. Sed quid si veritas aliter sciri non potest? Resp. dicunt quidam omnes istos compellendos. nam et magistratus minus idoneus admittitur in defectum, ut ff. de mun. et hon. l. ut gradatim, § quoties. et seruus in defectum ad testimonium admittitur, ut C. de quaest. l. j.

q *AD fidem.*] CASVS. Regulariter creditur testi, siue specialiter fuit vocatus, ut contractum audiret, siue ob aliam causam ibi existens audiat.
q *Non rogatus.*] praeterquam in quatuor casibus, l. in testamento, in solutione facta creditori eius debiti, quod erat in scriptis. Item in confessione creditoris confitentis sibi solutum tale debitum ut ff. de test. l. haeredes, § fi. et C. de testi. authen. rogati, super l. testium. quartus in diuortio, ut ff. de repud. l. nullum. sed hoc non bene ibi apertum. Alij dicunt hodie semper rogari per dictam auth. et sic hoc corrigi dicunt, quod hic dicitur. Accur.

r *VBi numerus. Non adijcitur.*] quod fit quandoque, ut in testamento, in quo quandoque octo, ut in testamento caeci, ut C. qui test. fac. poss. l. hac consultissima, quandoque septem, ut regulariter, ut C. de test. l. hac consultissima, § j. quandoque quinque, ut in testamento rustici, ut C. de test. l. fi. et in codicillis, ut C. de cond. l. fin. quandoque tres, ut C. si certum pet. l. fi. et in auth. ibi posita quandoque duo. et hoc regulariter, cum pluralis locutio, etc. ut hic, et ff. de verb. sign. l. inter illa, § fin. sed contra, ff. de opt. leg. l. j. sol. ut ibi.

Q *Vaesitum.*] CASVS. Titius accusauit quendam de publico crimine, et quia non probauit, fuit de calumnia

calumni. condemnatus quaeritur an hic Titius amodo possit esse testis in accusatione aliorum? Et dicit quod non: nisi vet aliqua lex specialis hoc non probat. Viu.

a *Iudicio*]id est, in alia accusatione facta de crimine publico.

b *Non vetuerunt.*]sed probo quod cauetur lege Iulia de vi vt repellantur dănati de calumnia. lex enim Iulia de vi prohibet damnatum de publico crimine, vt ſ. eo. l. testium. § lege. sed ca lumniae damnatus de publico crimine videtur damnatus, quia l. repetundarum, vt ſ. de calum. l. j. §. j. quod est publicum crimen, vt ſ. de publ. iu. l. j. in fi. vel si non tenetur l. Iul. rep. quia non accepit pecuniă, tenetur tñ l. Rhemmia. vt ſ. ad Turp. l. j. § calumniatoribus, quia publico crimine calumniatur est: & ideo publica est accusatio: vt ſ. de praeuaric. l. praeuaricationis §. fin. arg. a contrario sensu resumpto. Item probo aliter, quia l. Iulia repelluntur infames. vt ſ. eo. l. j. lege? Ricd. ad hoc non cauetur, vt hic dicit, s. nominatim. vnde nec caueri videt, et arg. ſ. de iniur. l. item apud Labeonem §. ait praetor.

c *Omissum*]hic no. arg. quod dixi ſ. de offi. assess. l. liberti.

d *Perpendere.*] & si inuenerit vacillare, puniat, cuiuscumque fori sit testis, vt C. e. l. nullum.

Aliàs, Memmia & ea lege Zafirem athalo ... antiq.

Decurio.]ea lumniatoribus eam quibus lo tera fröt imprimebantur ex lege Rhemmia, non erat integra fröte.

2 † *Fl.* Idē l. sign. de adulterijs.

3 † *Fl. vi in* ... *producitur* ...

... dicio [a] publico perhibere possint. Sed neq; lege Rhemmia 1 † prohibentur: & lex Iulia de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt: [b] veruntamen quod legibus omissum [c] est, non omittetur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem quod integrae frontis homo dixerit,* perpendere. [d]

Iulianus 2 † lib. singulari de ambiguitatibus.

LEX XIIII.

Scio quidem [e] tractatum esse, an ad testamentum faciendum adhiberi possit adulterij damnatus. [f] Et fa re iustè testimonij officium ei interdictū 3 † existimo. [g] Ergo neque iure ciuili testamentum valere, ad quod huiusmodi testis processit: neque iure praetorio, quod ius ciuile subsequitur: [h] vt neque haereditas adiri, [i] neque bonorum possessio dari [k] possit.

Paulus lib. 3. sētētiarum.

LEX XV.

Repetundarum damnatus nec ad testimonium, [l] nec ad testamentum [m] adhiberi potest.

¶ Hermaphroditus an ad testamentum adhiberi possit, qualitas incalescentis 4 † sexus ostendit. [n]

S[Cio]] CASVS. Quaeritur an damnatus de adulterio possit esse testis in testamento? Et dicitur quod regulariter non potest, neque ergo in testamento. Viuian.

e *Scio quidem.*]q. d. non solum istud consideratur in teste, scilicet quod nō sit pupillus, sed etiam hoc spectatur, quod integri, &c.

f *Damnatus*] cum adhuc non sit facta executio: licet sit seruus poenae, vt ſ. de poe. l. qui vltimo. Vel dic quod olim nō occidebatur, hodie secus, vt C. de adul. l. quamuis. vel dic adulterij, s. l. Iulia de adul. quae multa habet capitula: quorum quaedam non inferunt mortem, vt ſ. de minoribus. l. auxilium. §. si. Vel dic damnatus, id est, damnata, ut in authen. s. d hodie, quae est super d. l. quamuis.

g *Existimo*] est enim infamis, vt ſ. de publ. iud. l. infamē.

h *Subsequitur*]vt & ſ. de praescrip. verb. l. quia.

i *Adiri.*] de iure ciuili. Accur.

k *Dari.*] de iure praetorio, scilicet ex huiusmodi testamento vbi talis interuenit testis.

l R*epetundarum. Ad testimonium*]vt ſ. ad l. Iuliă. re pe. l. ca. & hac lege. Accur.

m *Ad testamentum*]vt ſ. de testa. l. qui testamēto. §. eū quoque.

4 † *Aliàs, in calescentis.*

n *Ostendit.*] vt ſ. de statu ho. l. quaeritur. Accursius.

o Q*Vi falsò.*] puta esse quod non erat.

p *Variè*]quando idem negauerunt, & concesserint.

q *Prodiderunt.*]i. vtriq; parti reuelauerūt testimonia sua.

r *Puniuntur*]non solū non creditur eis, vt supra eo. l. 2. sed etiam puniuntur poena legis Corn. de fal. & ... ordinarie accusentur, vt infra ad leg. Corn. de fal. l. eos qui. vel ex officio pro motu iudicis sine accusatore, vt C. eod. nullum. Accursius.

Idem lib. 5. sententiarum.

LEX XVI.

QVi falsò [o] 5 vel variè [p] testimonia dixerint, vtrique parti causam prodiderunt, [q] à iudicibus competenter puniuntur. [r]

Vlpia. lib. sing. regularum.

LEX XVII.

Pater, & filius, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdē patris potestate sunt: testes vtriq; in eodem testamento, vel eodē negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi. [s]

Paulus l. 2. de adulterijs.

LEX XVIII.

EX eo quod prohibet 6 † lex Iulia de adulterijs, testimonium dicere condemnatam mulierem: [t] colligitur [u] etiam mulieres * in iudicio testimonij dicendi ius habere. [x]

Vlpianus lib. 8. de officio proconsulis.

LEX XII.

INuiti testimonium in iudicio non dicunt, publicani [y] item is, qui non detrectādi testimonij causa aberit: [z] item is, qui quid exercitui praebenda 7 † conduxerit. [a] Sed nec pupillis [b] testimoniū denunciari potest.

Venuleius lib. 2. de iudicijs publicis.

LEX XX.

IN testimonium accusator

5 † *Aliàs, & falsa vel variè.*

s P*ater. Adhiberi.*] vt ſ. de testa. l. ad testium, in prin. & infra de testa. §. pater.

EX eo] CASVS. Quaeritur, an mulier possit esse testis in causis? Et dicitur quòd sic. quod probat argumento sumpto à contrario: quia prohibetur damnata publi. iudicio: ergo non condemnata nō prohibetur. Vian.

t *Mulierem.*] vt & supra eodem, l. 3. § lege. in eo quod dicit damnatum publico iudicio repelli. & facit supra eodem, l. fere.

u *Colligitur.*]scilicet à contrario sensu: quod est bonū arg. vt sup. de offi. eius cui man est iurisd. l. j. §. huius rei, & hic.

x *Ius habere.*] excepto testamento, vt infra de test. l. qui testamentum §. mulier.

I[Nuiti testis.] CASVS. Quattuor personas non cogendas ferre testimonium dicit: primo quod ille, qui conducit publi vectigal. item qui est in itinere causa religionis. Item qui conducit annonam exercitui. Item pupillus.

y *Publicani.*]qui cōducunt publica vectigalia, & exigunt, vt infra de publi. l. j. §. j.

6 † *Fl. prohibeat.*

* *Vi in hanc* ... *Gel. ...* *lib. 6. c. 7.*

7 † *Fl. praebendum vt. Bud. hoc. Gel. lib. 5. c. 14. Ate lib. 2 paret. cap. 43.*

z *Aberit.*]vt causa religionis. Azo.

a *Conduxerit.*] scilicet equos vel plaustra, quae cōducunt annonam exercitui.

b *Sed nec pupillis*] no. pupillum non posse esse testē, vt hic, & supra eodem, l. 3. §. lege. & hoc in ciuili causa: in criminali etiā pubes nō potest, nisi sit maior viginti ann. vt infra l. proxi. Fallit autem in crimine laesae maiestatis, vbi etiam pupillus admitti videtur, & torquetur si opus est, vt infra de quaestio. l. de minore, in principio. Item videtur fallere si est proximus pubertati, & doli capax, vt infra de lib. cau. l. fina. Sed non erit per hue testis: sed faciet aliquod indicium; imò ibi pro obligando.

I[N testimonium.]] CASVS. Accusatus de publico iudicio nō potest in testamento esse testis. Item minor 20. annis non potest esse testis in publico iudicio.

a *Non debet.*]idest non deberet facere citari. sic supra de his, qui no. infra l. furti. §. mandati.

b *Reus.*]idest accusatus. sic ponitur infra de aeq. hered. l. Paulus. §. rei.

c *Viginti annis.*]hoc in criminali, ut supra l. proxi. dixi.

cat contraria, quod non est in testibus, &c. Accursius.

k *Assistit.*]ut & supra de proba. l. cu de aetate. & C. eo. l. iurisiurandi. Et no. hic, quod varietas locorum reprobat testes, ut in Daniele & Susanna. * Item temporis, ut in decre. 3. quaest. 9. nihilominus & 35. q. 6. cap. de parentela.

* Testes reprobat locorum varietas, ut Daniel. c. 13.

Ob carmen]CASVS. Infamauit Titius aliquem faciendo de eo libellum famosum: vnde infamatus accusauit Titium de iniuria, & fecit damnari: & sic infamatus non potest iam modo esse testis.

¶ *Sed a*]An in crimine maiestatis admittantur infames & similes qui alias repelluntur? certe non, sine tormentis.

¶ *Si testes*]Egi contra Titium ad 100. produxi testes: & reus etiam produxit: & omnes concordant inter se, testes actoris cum testibus rei. dicit sequendos honestiores & qui verius videntur dicere. Viuianus.

1† Fl. obi.
* Eum filii [illegible], quia [illegible] cum bestiis pugnauerat, [illegible] vocabant, Graeci.

d *Intestabilis.*]ut infra de iniu. l. lex Cornelia §. si quis liberum, nec ergo dicat, nec dicatur testimonium ei, ut infra de testa. l. cum lege. lo. nec testamentum facere potest, ut inf. de testa. l. si cui. §. fi. lo.

e *Magistratus.*]qui non sunt iudices in illa causa, nam si iudicaturus est, non admittitur, sed qui fuit cognitor, ad testimonium vocandus non est, ut in decretis. 3. q. 6. constituendum. secundum Azo. in summa: licet Pla. nihil dixerit, si legitti[illegible] tu potes dicere contra in secundo casu, ut C. de arb. l. ante pe. Accursius.

f *Res, conditio.*]idest causa.

citare non debet a eum, qui iudicio publico reus b erit, aut qui minor 20. annis c erit.

Arcadius qui & Charisius lib. singulari de testib.

LEX. XXI.

OB carmen famosum damnatus intestabilis d fit. ¶ Illud quoque incunctabile est, ut si res exigat, non tantum priuati, sed etiam magistratus, e si in praesenti sint, testimonium dicant. Item senatus censuit praetorem quoque dare debere testimonium in iudicio adulterii causa. ¶ Si ea rei conditio f sit, ut 1† arenarium testem * vel similem personam admittere cogamur: g sine tormentis testimonio eius credendum non est.

Hic est solemnis §. et saepe occurrit in interdicto turbatae possessionis: hoc tamen intellige siue ab eadem parte, siue a diuersis producantur: statur enim potius dignitati quam numero, quod intellige nisi in numero sit magnus excessus, ut extra eo. c. in nostra. ubi glo. Bar.

¶ Si testes omnes eiusdem honestatis & existimationis sint, & negotii qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat: sequenda sunt omnia testimonia. h Si vero ex his quidam eorum aliud dixerit (licet impari numero i)

credendum quidem est, sed quod naturae negotii conuenit, & quod inimicitiae aut gratiae suspitione caret: confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis & testimoniis, & quae rei aptiora, & vero proximiora esse compererit. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis assistit. k

Haec lex potest legi duobus modis: uno modo secundum glo. alio modo secundum Ia. But. & est lex multum not. & necessaria, quae talis est: quod si vult aliquis facere testamentum, & venientes ab intestato non patiuntur venire notarium: tunc iudex ire debet, vel mittere notarium ut possit testari. Bart.

Venuleius li. 2. de officio proconsulis.

LEX XXII.

CVrent magistratus cuiusque loci testari * volentibus & seipsos l & alios testes vel signatores praebere, quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum salua sit.

Idem lib. 1. de iudiciis pub.

LEX XXIII.

PRoduci m 2† testis is non potest in eum reum, qui ante in eum testimonium dixit.

hoc determinat lo. ut tunc habeat locum quando de certo tempore est quaestio, quae exigitur ad alicuius facti existentiam: ut si dicatur uno contextu factum esse testamentum, alias secus, ut si dicam quod possederim, & inducam plures testes, unus dicat, ego vidi eum possidere per annum, alii per alium: & sic de caeteris: eorum testimonium tenet: quia hoc solum quaeritur, an possederim: quod omnes testes dicunt: & super eo solo de quo est controuersia, inducendi sunt testes: ut supra de pet. haer. l. si quis libertate. in fi. & supra de prob. l. si arbiter. §. quoties. & l. in omni. & supra de aedil. edi. l. 1. §. causa est & C. de iur. & facti ign. l. cum falsa. sed de hoc [illegible] contenditur, an possederim, hoc autem omnes dicunt: vnde eorum testimonium tenet: nec enim quaestio est, an illa, vel illa die possederim, secundum Ioan.

Curent.]CASVS. Habeo testes contra Titium, qui videntur mori, peto a iudice, ut eos recipiat etiam ante litem contest. debet iudex adesse, & recipere, & facere scribi coram dicta eorum testium. Viu.

l *Seipsos.*]non intelligitur debere adesse, quia lo in secreto testes interrogantur, ut & arg. in Authen. ut de fun. & cu. tu. §. illud col. 5. sed quod subiicit quod testes debent adhibere, est mirum quare dic. quod debent interesse iuramento testium, non autem dicto, ut C. eo. l. si quando. Vel dic, quando tabellionem non habet, qui eorum dicta scribat, tunc faciet eos dicere coram testibus: si autem habet, tunc ipse scribat, ut hic sui ipsi, vel signatores & casus ergo lex locum habet post litem contestatam tam tunc producuntur testes, sed & ante potest locum habere, si non est in potestate producentis litem contestari, ut quia testes vel actoris testes debeant recedere, uel cito mori, ut C. ad l. Aqui. l. in lege & in Auth. de testi. §. & hic no. coll. 7. Accursius.

* Quia testare [illegible] apud [illegible] & de Signatoribus [illegible] Dua. lib. [illegible]
2† Ro. Ba [illegible] interpretatione [illegible] Dua. lib. [illegible]

g *Cogamur.*]ut in crimine laesae maiestatis, ubi omnium est exaequata conditio, ut C. ad l. Iul. maie. est, nullus. et infra de quaestio. l. ex libero. §. ipsos & §. j. & l. vnius. §. 3. Accursius.

h *Testimonia.*]in idem & pro eadem parte consentientia, siue utriusque partis sint, siue vnius, cum altera non produxit.

i *Impari numero.*]intellige quando ex vna eademque parte duo dicunt vnum, tres vel quattuor dicunt aliud, nam creditur dignioribus, secus si a diuersis partibus, quia tunc maiori numero creditur, ut supra eodem, l. 3. §. primo & sic est vna dictio impari. Vel dic etiam si a diuersis partibus producantur, credi honestioribus & sic ut hic di. cit. & d. l. supra eo. loquitur quando aequales erant: alias tantum statur numero maiori, ut arg. sup. de pact. l. maiorem. In instrumentis autem non statur alicui, siue ab eadem parte, siue a diuersis partibus producantur, secundum Ioan. ut C. de fide instrum. l. scripturae. Sed Azo dicit (quod est verius) idem in scripturis a diuersis partibus prolatis, secus si ab eadem, quia tunc potest prouidere ne producat

m *Produci.*]Quattuor modis potest intelligi. Primo ut dicas, non potest producere pro se eum, qui prius contra se testimonium dixit, quia praesumitur esse testis redemptus, sed hoc in eadem causa, secus in alia causa, ut C. eod. l. si quis testibus vel dic ut secundo non potest produci, qui ante dixit reum, l. malum testimonium in alia causa, quia qui semel est malus, praesumitur & postea, ut

vt infra de accusa. l. si cui, §. iisdem. Tertio quod non potest produci post diuulgata testificata, ut in Auth. de testa. §. quia vero. 1 & sic loquitur secundum. iura noua; licet arg. sit contra inf. de quęstio. l. repeti. Quarto ut non possit bis produci etiam ante aperturam, ut arg. C. eod. l. fi. §. sin autem. Io. & secūdum hoc dic teum ideo accusatum uel conuentum primo, tertio, & quarto: sed in secundo dic, idest malum, ut à iudice vocatus aliquid immutet. Acc.

†Hoc est verum in eadē causa: aliàs secus, vt extra eod. c. venientes. Bart.

Paulus li. 5. sententiarum.

LEX XXIIII.

Testes eos, quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit. [a]

a T*estes. Non placuit*] qui sunt domestici testes, colligitur C. de iis, qui ad eccl. confu. l. fi. §. sanè. & C. de quęstio. l. pridem. & infra de pœnis. l. respiciendum. §. furta. Azo. & isti non debent admitti, vt hic & C. e. etiam. Accu.

Arcadius, qui & Charisius lib. singulari de testib.

LEX XXV.

Mandatis * cauetur, vt præsides attendant, ne patroni, in causa cui patrocinium præstiterunt, [b] testimonium dicant. quod & in executoribus [c] negotiorum obseruandum est.

* Concor. & hoc in casu ita tenendum est. a. 9. 6.

M *Andatis.*] C A S V S. Habeo cōtra Titium causam: non potero aduocatum meum producere in testem, item neque procuratorem uel tutorem, qui negotiū meum perduxit ad fin. Viuia.

b *Præstiterunt.*] i. præstare cęperunt eū do coram iudice. aliàs si pstitissēt vsque ad finem causæ, ad quid præstaret testimonium? certe ad nihil. Quid si nondum præstiterunt, tñ patrocinium cœperunt præstare conueniendo de salario, vel paratus erat præstare? R. spon. bene debet admitti etiam ad postulationē suę partis, cum hæc lex nō repellat eum: aliud est enim in eo, qui præstitit patrocinium, quam in eo, qui non præstitit, quia ille more corrupti testis notam euadere non potest, vt C. de adse. l. fi. in fi. Itē, quid si præstitit, & altera pars contra quam præstitit, postulet eum in testem? Resp. cum cogendum, quia φ dicitur hic, non dicitur nisi respectu suæ partis, i. ne postulante sua parte audiantur, s. prædicta ratione, ne more, &c. hic autem cessat ille timor, & illa ratio, quia & illa generalis habet locum quę est C. de lega. & constitu. l. quod fauore. & sunt hæc vera, maximè si non sumpsit aduocationem ne cogeretur ad testimonium, vel si ei ante aduocationem, vel postea incontinenti sit denunciatum ne aduocet, vt arg. infra ad leg. Iul. de adul. l. q. vxori, & ĵ quod vi aut clam. l. j. § sed & Aristo.

c *In executoribus*] idest apparitoribus negotiorum, secundum quosdam. sed Io. dicit executores, scilicet syndicos, tutores, & curatores, & similes, cum, ut domini, de calumnia iurent in causa. In procuratore contra, quod possit esse testis, cum non iuret. arg. in Auth. eo. §. quoniam vero. & de fi. instr. §. si vero. aliud iudicibus, qui modo horum negotiorum non sunt iudices, ut supra eod. l. ob carmen. § j. & facit 2 q. 6. c. statuendum. Accur.

TITVLVS VI.

De iuris & facti ignorantia.

Paulus lib. 44. ad edictum.

LEX PRIMA.

Ignorantia, vel iuris vel facti est. Nā si quis nesciat decessisse eum, cuius bonorum possessio defertur: non cedit [d] ei tempus. Sed si sciat quidem defunctū esse cognatum, nesciat autem proximitatis nomine bonorū possessionē sibi deferri, aut se sciat scriptum hæredem nesciat autem quòd scriptis hæredibus bonorum possessionem prætor promittat, cedit ei tempus: quia in iure errat. Idem & 1 † si frater consanguineus defuncti credat matrem potiorem esse. [e]

¶ Si quis nesciat se cognatum esse, interdum in iure, interdum in facto errat. nam si & libertum se esse, & ex quibus natus sit, sciat, [f] iura autem cognationis [g] habere se nesciat: in iure errat. At si quis forte expositus, quorum parentum sit 2 † ignoret, fortasse & seruiat alicui, putans se seruum esse: in facto magis quam in iure errat. [h]

¶ Item si quis sciat alii quidem bonorum possessionem delatam esse, nesciat autem ei tempus præteriisse bonorum possessionis: in facto errat. Idem est & 3 † si putet eum bonorum possessionem accepisse. [i] Sed si sciat eum non petiisse, tempusque ei præteriisse: [k] ignoret autem sibi ex successorio [l] capite bonorum possessionem competere: cedit 4 † ei tempus; quia in iure errat.

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

Quia in personis & factis & in causis sæpe prætenditur error tam iuris quàm facti, ideo de eo ponit. & nō quod quatuor sunt quæ in hac materia sunt tamen diuersa, scilicet ignorantia, scientia, error, & titubatio. Primum sumitur in mala parte, quæ scilicet debet scire, & ignorat. unde dicitur, qui ignorat, ignorabitur. 2 nescire in bona & in mala. nam omnis ignorans nescit: sed non conuertitur. sic enim hæc duo verba copulantur C. per quas perso. nob. acqu. vt l. si duo. error autem est cū aliud est quā credā. Quod aūt aliud sit errare quam ignorare, p̄ ter ex eo φ dicitur si potest possessio acquiri ignorantibus, ergo errantis, ut inf. de acqui. pos. l. si me in vacuam. §. I. titubatio vero cum homine non duo dicere. s. vel contraria scire videtur. nec alicui eorum magis animum meum applico: ut C. de condi. vnde l. si vero autem in aliis sit differentia inter prædicta quatuor, tamen quantū ad hunc tractatum non est differentia: nam omnia ad factum & ad ius referuntur.] Alia plura ad ti. huius materiā Cuiam paratis.

a Pro gl. concor. & est tex. in c. ignorātia 38. dist. melior in c. ideo, 37. dist. vbi sunt formalia verba gl.

I Gnorantia. C A S V S. Diuidit ignorantiā: quia alia facti & hæc excusat, i. non nocet. alia iuris: & hæc non excusat, i. hæc nocet. de primo datur exemplum. Decessit agnatus meus, vique ad 100. dies debeo petere bo. pos. certè si ignoro factum, i. eum esse mortuum, non currunt mihi centū dies. Secundo dicat tria, ut ecce, teremo eodem casu, scio mortuum, sed nescio quod lex deferat agnatis: certè currunt centum dies. vel scio factum, s. me scriptum; sed nescio quòd scriptis hæredibus detur secundum tabulas vsque ad centum dies: certè cedit tempus. Idem in tertio, quia credo matrem vel alium mihi præferri in hæreditate fratris.

1 † Fhr idem est si frater.

2 † Fhr. ffu.

3 † Fh. decl. &.

4 † Fhæredal.

¶ *Si quis*] Plana sunt sex responsa sequentia.

d *Non cedit.*] vt & C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum.

e *Potiorem esse.*] loquitur secundum sua tempora, ut insti. ad Tertul. §. I. Sed hodie nouo iure non erraret, quia omnibus ex latere venientibus præponitur, exceptis fratribus ex vtroque parente coniunctis, qui cum ea admittuntur, ut in auth. de hæredi. ab intesta. §. consequens. & in auth. ut fra. filii §. I.

f *Natus sit sciat*] & ex quibus alius sit natus, ut puta scio patrem tuum fuisse fratrem patris mei: sed puto non ideo te fuisse cognatum: & sic de cæteris. Azo.

g *Cognationis.*] i. cognationem: & per consequens ius succedendi, ut differat à 2. respon. huius l.

h *Errat.*] ergo cum quæritur an mea sit res; interdum de facto, interdum de iure quæritur. Accur.

i *Accepisse.*] cum repudiauit. Azo.

k *Præteriisse*] scilicet sciat.

l *Successorio.*] quod habet locum quandoque de capite in caput, ut cognati post agnatos, ut infra si tab. testa. nul. ex. l. I. Item eadē persona sibi succedit de capite in caput, vt qui exclusus est ab vnde liberi; idem admittatur ad vnde agnati. & si in hoc deficiat, admittitur ad vnde cognati, vt infra de successo. edi. l. I. §. sed & videndum. tertio modo de gradu in gradum, vt primo filius, secundo nepos, &

¶ Idem dicemus a si ex asse hæres institutus non putet se bonorum possessionem petere posse ante apertas b tabulas. quod si nesciat esse tabulas; c in facto errat.

Neratius lib. 5. Membranarum.

LEX II.

IN omni parte d error in iure non eodem loco; e quo facti ignorantia, haberi debebit: cum ius finitum f esse & possit, & debeat: facti autem t † interpretatio g plerumque etiam prudentissimos fallat.

Pompon. lib. 3. ad Sabinum.

LEX III.

PLurimum interest utrum quis de alterius causa h & facto i non sciat, an de iure k suo ignoret. l Sed Cassius ignorantiam Sabinum ita accipiendam existimasse refert non deperditi a † & nimium securi m hominis.

Idem lib. 13. ad Sabinum.

LEX IIII.

IVris ignorantiam n in usucapione negatur prodesse, facti vero ignorantiam prodesse constat.

Terentius Clemens lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

LEX V.

INiquissimum videtur o cuiquam scientiam alterius, quam suam nocere, vel ignorantiam alterius alij profuturam.

& similiter de alijs ordinibus, ut infra de succes. edi. l. 1. §. quibus.
a *Dicemus.* scilicet ut currat ei tempus.
b *Ante apertas.*] nota institutum posse adire ante apertas tabulas, si modo in solidum sit institutus, alias secus, nisi sit filius in potestate, ut hic & C. de cadu. tol. §. cum igitur & C. de iure deli. l. si fratris. sed constat hodie etiam ex parte institutum posse ante apertas tabulas adire, per d. l. C. de cad. toll. §. in novissimo. Accur.
c *Nesciat esse tabulas.*] in quibus sit institutus. hac ergo prima lege colligitur hæc divisio, ignorantia alia iuris, alia facti, ut plene dices ℑ. eod. l. regula. Accur.

IN omni parte.] CASVS. Proponit regulam, quod error facti excusat, iuris non. est ratio, quia ius finitum habet principium, s. constitutionem: & finem, s. codicem, ut in proœ. ffo. sed facta sunt infinita, & dat exempla quæ habes supra lege proxi. in prin. usque ad finem. Vivia.
d *In omni parte.*] scilicet iuris, ut in contractu vel quasi, vel maleficio, vel quasi & pone exempla, ut supra eod. l. 1. & infra eo. l. iuris. & l. error. & l. regula. & ut sit perpetuum quod hic dicitur, dic loqui etiam in genere singulorum, & non in singulis generum. quandoque enim similem locum habent hi duo errores ad excusandum, ut supra de iur. om. iud. l. si quis id, §. doli. & infra de adult. l. si adulterium cum incestu, §. 1. ubi mulier excusatur ab incestu errore iuris ciuilis vel facti, ut infra de re milit. l. qui cum uno §. fi. Item ut similis pœna imponatur; ut C. unde vi. l. si quis in tantam. & supra ad l. Aquiliam. l. scientiam. §. qui cum aliter.
e *Eodem loco.*] i. eodem effectu quia magis est reprehensibilis error iuris quam facti, cum hoc finitum &c.
f *Ius finitum.*] de iure in scriptis redacto hic loquitur, nõ de iuris æquitate, ut supra de le. & se. con. l. non possunt. hoc autem ius principium habet & finem, ut insti. in proœmio §. igitur. in fi. Accur.
g *Interpretatio.*] scientia, sed interpretatio verbi est aperta eius significatio, & sic facit aperte id scire. Accur.

PLurimum.] CASVS. In alieno facto, item in qualitate alterius facti probabiliter erro, non sic in meo facto, vel mei facti seu negotij qualitate ut ecce, alienum factum probabiliter ignoro, ut agnatum meum decessisse. Item qualitatem alieni facti, ut decessit testatus vel intestatus, & sic nescio putans secundum tabulas vel ab intestato. interim ergo non currit tempus centum dierum in petenda bonorum possessio. quod alias cederet; ut supra . . 1. & C. qui admit. ad bonorum poss. l. quamdiu. In meo vero facto non est probabilis, ut quia ego fullo permutavi aliud pallium pro alio, ut supra loca. l. item quæritur §. si fullo. Item in qualitate rei meæ ut si velim rescindere venditiones quas feci, dicens, quod nesciui qualitatem rei meæ, ut C. de rescind. vend. l. quisquis. & sic causa ponitur pro qualitate facti. Item quod subijcit de iure suo vel de qualitate, idest sui iuris, vel rei sui iuris, vel facti sui & hoc in prima. Secundo dicit; quod etiam si in alieno facto vel alterius rei qualitate erro, non iuste erro in casu, ut si emero servum alienum luminibus effossum, & credo eum sanum, ut supra de contrahenda emptio. & legibus l. ex quo. Vivianus.
h *Causa.*] causa appellatur ius, ut differat a facto vel dic utrumque poni pro eodem. idest pro qualitate rei, quod multa vocat ius, ut supra de iureiur. l. an ergo in alieno.

facto vel qualitate tolerabilis, sed in suo non, ut hic, & infra pro suo l. si. in fi. & supra ad Velleia. quamquam. & de inc. & condu. l. item quæritur. §. si fullo. & de act. emp. l. tenetur. & C. de rescin. vend. l. quisquis. & supra ad Macedonia. l. 3. in casu toleratur ignorantia sui facti, ut in debito repetendo, ut ℑ. de cond. indeb. l. sed & si me. & ℑ. de pac. do. l. inter locerũ. §. 1.
i *Facto.*] est factum alienum, ut inf. pro suo. l. si. Item suum; ut supra ad Velle. l. quamquam. Item qualitas facti alieni, ut supra de ædil. edi. l. 1. §. causa sui. & C. de rescin. vend. l. quisquis. Item qualitas iuris alieni & pendet ex primis duobus.
k *De iure.*] vel de facto, vel qualitate rerum suarum, ut d. l. quisquis. C. de resc. vend. & sup. de iure in. l. si. & C. si contra ius vel utili. publi. li. Accur.
l *Ignoret.*] quod est in suo vel alieno per ignorantiam facti.
m *Securi hominis.*] ut & infra eod. l. nec supina.

IVris ignorantiam.] CASVS. Duas ponit regulas. Prima quod iuris error non prodest usucapere volenti, ut si emi a pupillo, credens ei licere vendere. Secunda, quia facti prodest, ut quia credo vendentis esse, cum sit aliena. Vivianus.
n *Iuris ignorantiam.*] Ioo. hanc regulam & pone exemplũ, ut quia quis credebat sibi licere emere a pupillo sine tutoris authoritate, ut infra pro empt. l. 2. §. si a pupillo. & infra de usuca. l. numquam. facti vero ignorantiam prodesse constat, ut hic subijcit. ut si credidit dominum esse vendentem, ut in contrario casu, ut ex infra eo. l. regula. §. qui ignorauit, vel ut insti. de usuca. in prin. Huic regulæ in prima parte videl. derogari. ecce enim fructuarius ancillæ putans ad se eius partum pertinere iure usufru. si ita errando in iure vendidit & tradidit bona fide usucapio emptori accipienti procedit, ut institu. de usucap. §. item si is. Sed respon. ibi non prodest ipsi ignoranti, vel erranti, sed alij s. scilicet emptori. Dicet quis ergo hoc est contrarium alij regulæ, alterius ignorantia, &c. sicut infra eodem, l. iniquissimum? Respon. ignorantia alterius per quem non quæro, nec a quo causam habeo, mihi non prodest, at emptor a venditore causam habet. Item secundo derogari videtur, ut si vir uxori credenti sibi posse donari de iure donauit, usucapit uxor ut infra pro dona. l. si vir uxori. Sed respondeti potest, quod error considerato genere errabat in iure. putabat enim omnem donationem inter vir. & uxor. valere, sed considerata specie illius donationis non errabat in iure, erat enim res aliena, quæ donabatur a viro: quæ, quia donator non fit pauperior, non reuocatur, ut infra de donatio. inter vir. & uxorem. l. sed si constante. & l. si sponsus. §. si quis rogatus. Sed in secunda parte videtur derogari. nec enim cuiuslibet facti ignorantia prodesset, ut si puto rem non esse furtiuam, quæ est, ut insti. tu. de usucap. §. quod autem. Sed respondeti potest illud ideo contingere, quia lex inhibet usucapionem, ut infra de usuca. l. ubi lex. & nota, quod hæc lex est filia illius. infra eodem iuris.

INiquissimum.] CASVS. Procurator meus cui mandaui emit Stichum vitiosum servum me sciente. vitium ipso procuratore nesciente. mea scientia sibi non nocet quo minus redhibitoria agat; & sua ignorantia mihi agere volenti non prodest, ut supra de ædil. edict. l. cum mancipium. § si. Vivia.
o. *Iniquissimum videtur.*] pone exemplum ut in sup. supra de ædil.

a † Desidiæ perditi legit Bud. in... Vt Quinti. lib. 2. c. 1. ac † Fl... dust... magum.

ædil.edict.l.cum mancipium.§.vltimo primæ parti, & h eundæ huius regulæ ob. secundam Im.quia per quos nobis acquiritur, eorum scientia nobis obest & ignorantia prodest, ut supra de contrahen.emptio.l. in huiusmodi, & de ædil. edict.l cum mancipium Sed responde, quod non alij, sed nobiscum idem uidentur. Item obest. secundæ parti. infra de liber. cau.l.liberis.§.si vno. Sed illud contingit ex delicto eius, qui le vendebat, vt supra de mino.l.si ex causa.§. Papinia. Item ob primæ parti, quia scientia venditoris nocet emptori rei mobilis ad vsucap. vt infra de excep.do l. apud.§. de authoris. Sed respon. ibi non tam scientia venditoris, quæ est uitium personale, quàm furti vitium, quod reale, nocet, vt instit. de vsucap.§.furtiuæ, aliud autem in immobilibus, vt Institu.de vsucapio.§. quod autem, licet hodie idem quod in mobilibus, vt in Authen. vt spon.lar.§ rursus.colum.8 Item ob. quia scientia testatoris obstat hæredi, ut instit.de vsu cap.§diuina. Sed respon. eadem persona esse videtur, ut in Auth. de restitut. à imo. præ §.1.coll. Item ob. C.de epist au.l.si legibus. Sol. vt ibi.

* Concor. cum hac gl. super verbo de fa... ob externum mu... tecato. extra de vestitu...

1 † Fallit in non

* Vi. l.curio §.C de curios. Statuto. lib. 12.

Vlpianus lib. 18. ad legem Iuliam & Papiam.

LEX VI.

NEc supina a * ignorantia ferenda est factū b ignorantis: 1 † nec scrupulosa c inquisitio exigēda. Scientia.n. hoc modo æstimanda est, vt neq; negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neq; delatoria d curiositas * exigatur.

Papin. lib. 19. quæstium.

ij LEX VII.

IVris ignorantia e non prodest acquirere volentibus: suum vero petentib. non nocet.

Idem libro primo diffinitionum.

LEX VIII.

ERror facti ne maribus quidem in damnis f vel compendijs obest. g Iuris autem error nec fœminis in compēdijs prodest. h Cæterum omnibus iuris error in damnis amittendæ rei suæ non nocet. i

velle, vt infra de verborum signi.l.alleuationis, vel si per bonum dissuli soluere debitum canonem, vt C. de sacro sanct. eccle authen. qui rem Idem est si rem meam quā alius possidet, puto mihi licere auferre. nā nihilominus punior, ut institu. vi bo. rap §.1. & idem quando contra præcepta legum quis comparat. nec enim prætextu ignorantiæ effugisset pœnas, ut si emit rem ecclesiasticam illicitè, uel ascriptitios sine terra, ut C. de sacrosan. eccles. authen. qui acs., & infra de agric. & censi. l. quemadmodum. atque in hic est delictum, non solum iuris ignorantia, sicut fuit supra in inualente. Accursius.

NEc supina.] CASVS. Emebam seruum vitiosum, postea uolo agere redhibitoria. vel quanto minoris: refert an fuerit vitium apparens, ut quia occuli erant effossi, & tunc non possum, quia supinè ignoraui. an erat luscus, quia videbatur videre: ita habebat pulchros occulos, sed non videbat: & tunc agere possum. Viuianus.

a *Nec supina.*] exemplum supra de contrahen.empt.l.ex quo. & inf. eo.l. regula.§. sed facti. Accur.

b *Factum.*] scilicet alienum. Accursius.

c *Scrupulosa*] imò quandoque, vt supra de in rem ver. l.3.§.penul.ibi, curiosus, ergo, &c. Sed ibi idem, quia aliū ex alterius facto in solidum obligare voluit, vt supra de ex. t.l.si. Acurs.

d *Delatoria.*] idest & maxima diligētia quam hi habēt, qui solicit sunt semper inquirere de bonis uacantibus, ut ea possint deferre in fiscum. Not ergo ex hac l. medium tenendum, † vt supra si quis cau.l.secunda, §. antepenul. & supra de instito l.sed & si.§ proscriptū, & supra man. l.si fideiussor.§.si cum debitor in si.

1 Concor. c. j. de offi. custo. & c. quæ sunt. de offi. delega. unde uersus; Maior. n. medijs gratia rebus inest.

IVris ignorantia.] CASVS. Emi à pupillo credens ei licere vendere: & sic ero in iure: non possum vsucapere, vt supra eod l. iuris. Secundo soluo indebitum credens me teneri ex inutili contractu: repeto condi. indebiti. Viuianus.

e *Iuris ignorantia.*] exemplum primæ partis sume, vt infra de vsucap. l. nunquam. exemplum secundæ sumè in indebito soluto per errorem iuris, vt ex stipulatu inter absentes, vt diff. rat à l. sequen. primæ enim parti ob. ecce enim bo. fi. possess. hæreditatis esse videtur, qui errat in iure: & sic non tenetur nisi inquantum locupletior est, cum malæ fidei teneatur etiam in eo, in quo non est locupletior, vt supra de petitio. hæred. l. sed & si. §. scire. & l item veniūt §.cum autem. Sed responderi potest ibi non prodesse in acquirendo, sed in non perdendo, vt potè cum teneatur reddere in quo locupletatus est, ratione autem eius in quo non est locupletior, non dicitur prodesse in acquirendo: sed in non perdendo. Item in secunda parte regulæ videtur derogari circa præscriptiones, quæ sunt inspectæ ad rigorem conseruandum. ecce enim si nesciens mihi obstare præscriptionem 10. anno. vel 20. vel 30. vel tricennij, tacui his spatijs in repetendo rem meam: postea non admittat etiam si ignorantiam iuris prætendam, vt C. de præscrip. 30. ann. l. sicut, & C. de præscriptio. longi tempo l. fin. vel si distuli facere inuentarium, vel C. de iure delibe. l. fin. § nouali. sed in his videor

ERror facti.] CASVS. Si errore facti credens me debere, puta cum seruo meo promissum est qui non erat soluendo, repeto condi ind. Item in compendijs non nocet, ut si ignoraui decessisse agnatū meū, ut supra l. prima, uel quia credo rem quam emo, esse uendentis, ut supra l. iuris. § facti. & hoc in masculis, non tantum in fœminis. Secundo dicit, quod error iuris non prodest in lucris, seu compendijs, ut scio decessisse agnatum, sed nescio iure agnationis deferri bonor. poss. Tertio quod iuris error non nocet in damno uitando, ut in eo, qui soluit indebitum per errorem iuris, repetit, ut l. iuris. §. suum uero. Viuianus.

f *In damnis*] pone in indebito, ut supra l. proxi. de compendijs, dic ut supra l proxi.

g *Obest.*] scilicet negotio integro, ut C. eo. l. error.

h *Prodest.*] ut supra l. proxi.

i *Non nocet.*] huic fini derogatur in eo quod dicitur, libertum temerè uocantem patronum in ius teneri in quinquaginta solidis: nec posse prætendere ignorantiam iuris, ut euitet pœnam, ut C. de in ius uoc. l. 2. Solu. Quidam distinguunt, an ignoret leges ueteres, quod licet, an nouas constitutiones, quod non licet, quia sunt dicta imperatorum, ut C. eodem, l. constitutiones. hoc non ualet, ut C. de leg. & const. l. leges. Dic ergo, quod in hoc casu est error quasi naturalis iuris, quo tenemur ad benefaciendum benefacientibus nobis, ut plenè dicas infra eadem l. proxi. Item hic extra iudicium. in iudicio secus, ut l. non fatetur. infra de confess. Accurs.

REgula.] CASVS. Duo continentur in hac regula: dat exempla sup. eod. l. 1. in princip. Secundo dicit uidendum ut habet locum, scilicet ista in utroque suo dicto quod dicet in §. sed facti. usque in finem. sed quædā præmittit, quæ plana sunt.

¶ *Sed facti.*] Dixi proxi. l. ignorantiam facti non nocere: sed hoc nisi sit supinatur ecce, proscripsi ante stationem ne aliquis contrahat cum seruo meo Ianuari, qui in ea stabat, & literis claris, ut omnes scirent legere tu contraxi cum eo, ex quo contractu uis conuenire me institoria. non potes.

¶ *Sed iuris.*] Dixi in prima, l. iuris ignor. nocere: hoc intelligi si ipse qui ignorauit, erat peritus, uel iuris peritorum habeat copiam: aliàs non nocet. hæc autem distinctio, potuit alios consulere, uel non, rarò habet locum, quia tunc tantum habet locum quando lucrum quæritur: puta quia ignorabam iure agnationis deferri bonor. possess. non autem de damno quæritur, quia tunc indistinctè non habet hæc distinctio locum: quia indistinctè non nocet.

¶ *Si quis ius ignorans.*] Si hæres, cum posset uti falcidia detrahenda de legatis, non deduxit: quæritur an possit repetere per condict. indebi. & si quidem errore iuris, quia non credebat sibi licere, & non repetit. aut facti, ut quia plus credebat esse in bonis, & tunc repetit. Ex prædictis colligitur solutio talis quæstionis de facto Testator legauit reipublic. 100. in opus aquæductus

hæres soluit totum: an possit repetere q vltra est solutū quàm per legem Falcid. licuisset? & dicit, q aut sciens totum in aquæductum impendit: & tunc non possit repetere: tum quia sciens: cum quia in fauorabilem rem impensum est: quia res publi. non debet de suo facere quod alius de suo voluit fieri. Si vero ignorans: aut factum, & pôt petere, aut ius, & non potest. Tertiò quæritur, an hæc eadem habeant locum & si priuato sit legatum, & dicit idem. Itē & si non in opus aliquod, & sic generalis est prædicta distinctio, hoc autem probat per duo generalia, cum verba constitutionis Imperatoris, cuius verba proparte retulit supra eadem l. §. primo, quia verba sunt generalia: ita regula, quæ sequitur, est generalis. Viuianus.

1 † Pla. doctl. co.

2 † Duar. & in fæminis.

3 † Pla. dictum.

Paulus libro singulari de iuris & facti ignorantia.

LEX IX.

Regula est, a iuris b quidem ignorantiam cuique nocere: facti vero ignorantiam non nocere. Videamus igitur quibus in speciebus locum habere possit, c eo 1 † ante præmisso, quòd minorib. vigintiquinq; annis ius ignorare permissum est; quod 2 † & fœminis in quibusdā d cautis pp sexus infirmitatem datur. 3 † Et ideo sicubi nō est delictū, e sed iuris ignorantia: non læduntur. f Hac ratione g si minor 25. h annis filiofam. crediderit. i subuenitur ei vt non videatur filiofamil. credidisse.

¶ Si filiusfamil. miles à commilitone hæres institutus, nesciat sibi etiam sine patre licere adire: k per constitutiones principales ius ignorare l potest: & ideo dies ei 4 aditionis m non cedit.

¶ Sed facti n ignorantia ita demum cuiquam non nocet, si non ei summa negligentia objiciatur. Quid enim si omnes in ciuitate sciant quod ille solus ignorat? o Et rectè Labeo definit, scientiam neque curiosissimi neque negligentissimi hominis accipiendam, verum eius, qui eam rem diligenter

4 † Alberu.

a Regula est.] dic q ignorantia alia facti: alia iuris: & facti alia probabilis: non probabilis. Item iuris, alia iuris, naturalis, alia quasi naturalis: alia ciuilis iuris. de prima scilicet naturali pone exemplum in filio, qui credebat sibi licere pulsare patrem: vel non procurare eum furiosum: vel captiuum non redimere: cum ipse filius sit maior 18. ann. & ideo ei non parcitur quo minus exheredetur: vt cum Authenticum de appella. cog. §. causas. Item si putauit sibi licere furtum facere, vt instit. de obligatio. quæ ex delic. §. primo. Idem in alio delicto quod iure naturali prohibetur admitti, vt in adulterio: vt infra ad leg. Iuliā de adul. l. si adulterium. §. nonnunquam in fine. ibi, nam & mulieres, &c. secus autem si putem mihi licere rem meam auferre, quia magis in iure ciuili, quàm naturali erratur. & ideo excusor à pœna furti: vt institu. vi bon rapt. §. quia tamen, non tamen excusor à pœna constitutionis, vt C. vnde vi l. si quis in tantam. De secunda, scilicet quasi naturalis iuris, pone exemplum in liberto & patrono vt C. de in ius vocan. l. secunda. Item in eo, qui excusat nauem contra principem, cui naturaliter reuerentiam debemus, vt C. de sacrosanctis eccle. l. iubemus. Item in matre, quæ prætextu ignorantiæ iuris non petijt tutores filijs suis, nec excusatur vt euitet pœnam, vt C. qui pet. tuto. l. sin. quæ pœna est, vt non succedat ei in pupillari ætate decedenti, vt C. de legi hæredi. l. sciant. Item in eo, qui mutuat filiofamiliās: cum quasi naturaliter debeat scire, quod potest facilè pater à filio propter hoc occidi. nam propter hoc repetitio denegatur, vt supra ad Macedon. l. prima. Item in muliere, quæ nubit intra tempus luctus, & de his duabus ignorantijs, scilicet iuris naturalis vel quasi, potest hic intelligi, & propriè ponuntur verba hic posita. De tertia, scilicet iuris ciuilis, & pone bro subdistingue, quia aut certat de damno vitando: & exemplum, vt supra eodem, l. prima & in hoc tertio membro tunc non nocet, vt supra eodem, l. iuris ignorantia, hoc tamen fallit in indebito: vbi per ignorantiam iuris ciuilis solutum dummodo naturaliter debeatur, non repetitur, vt C. ad legem Falcidiam. l. error. nec obst. quod dicitur C. eodem, l. si post. quia ibi non tradidit secundum R. & Pet. Vel loquitur ibi de ignorantia facti, vt si vij. sigilla esse credebat. si autem de lucro certet, subdistinguit, an potuit consulere peritiores. vt tunc ei noceat, id est, non prosit. vt hic. an non, ut tunc non noceat, ut infra eodem, §. sed iuris. Facti autem ignorantia si est probabilis, ut in facto alieno, ut infra pro suo. l. fina. in fine, & prodest in compendijs, & non nocet in damnis regulariter, ut hic, & supra eodem, l. error. & l. in omni parte, & infra eodem, §. l. sed facti. & hoc est quod dicitur. C. eodem, l. cum falsa. si profitear, subaudi extra iudicium esse maternum quod erat maternum, nō enim præiudicabitur mihi in tali falsa demonstratione nisi transigam vel deferam iuramentum, vt C. eodem, l. si non in iudicio autem facta confessio, scilicet q esset paternum, præiudicaret, vt infra de confess. l. certum. non probabilis, vt in suo facto, vt supra ad Velleian. l. quā qui. nisi in casu, vt supra de condi. indeb. l. sed si me putem. Item nō probabilis etiam in alieno facto, si est supinus, ut infra eodem, §. sed facti. Falsunt autem prædicta, quæ de errore diximus, in minoribus, fœminis, & militibus, vt subijcit hic. Item fallit si in iudicio erretur per errorem iuris, nam etiam in damnis nocet, vt infra de confess. l. non fatetur. Item fallit vt error etiam facti noceat si non est integrum negotium in quo est erratum extra ius, vt C. eodem l. error. nisi in casu, vt supra quando acti. de pec. est an. l. quæsitum, & forté ideo, quia ibi erat communis error, non specialis errantis. vel prætendebat errorem suum, & scientiam vel dolum aduersarij, vt supra de iudi. l. si prætor. §. Marcellus. Accursius.

b *Iuris.*] pone exemplum de vtroque I. eo. l. j.

c *Possit.*] vtraque regula, sed prima respon. infra ea l. §. sed facti. usque in finem. l. & de minori. l. si ex causa. §. nunc videndum.

d *Quibusdam.*] non ergo omnibus. Sed qui sunt hi speciales casus ubi mulieri succurritur? Respon. in deserta accusatione per errorem iuris, ut infra ad Turp. l. prima, §. accusationem & l. mulier. Item si non exhibeat instrumenta, ut C. de eden. l. prima, § fin. Item si ascripsit legatum, ut infra ad legem Corneliam de fal. l. diuus. §. quæsi. Item si per incuriam uel negligentiam falsam monetam cudi patiatur in prædio suo, ut C. de fal. mon. l. prima, §. primo. Item si se detulerit. ut infra de iure fisci l. secunda, §. fina. Item si à locuplete debitore ad inopem se nouauerit, ut infra soluto matrimo. l. si cum dotem, §. si mulier. Item si pro alio fideiubeat, ut supra, qui satisda. cog. l. de die §. minori. & hæc in damnis illata mate, ut C. eo. l. fina. in lucro autem dic, ut supra eo l. error. a resp. Accursius.

e *Non est delictum.*] ut in prædictis casibus.

f *Læduntur.*] scilicet mulieres in damnis, in lucris autem non prodest, ut supra l. proxi. §. iuris autem.

g *Hac ratione.*] non proximi, sed superioris dicti.

h *Vigintiquinque annis.*] pone exemplum C. si aduer. solu. l. indebitum. succurritur ergo minori in contractu uel quasi, & in maleficio uel quasi, si errat iure ciuili, non naturali, uel quasi, uel erretur in delicto. nam iuuatur, si modo delicta non prouenient ex animo, ut hic, & supra de mino. l. si ex causa. § nunc uidendum.

i *Crediderit.*] ut & supra ad Maced. l. si quis patrem. & de mino. l. uerum. § fin. Accur.

k *Adire.*] iure prætorio secūdum sol. intra centum dies sibi a lege concessos, uel institutus si adierit intra annum.

l *Ignorare.*] milites enim, &c. ut C. de iure deliberan. l. fi. in princip.

m *Aditionis.*] centum dierum iure prætorio, vel ciuili die institutorum si adierit intra annum.

n *Sed facti*] scilicet alieni.

o *Solus ignorat.*] utique non subuenitur ei, idem & si modici,

inquirendo a, notam habere possit.

¶ Sed iuris ignorantiam non prodesse b Labeo ita accipiendum existimat, si iurisconsulti copiam habeat, vel sua prudentia instructus sit: vt cui facile sit scire, ei detrimento sit iuris ignorantia. quod raro c accipiendum est.

¶ Qui ignorauit venditorem rei dominũ esse, plus in re d est, quam in existimatione mentis: & ideo tametsi e existimet se non a domino emere, tamen si a domino ei tradatur, dominus efficitur.

Nota, quod si præfatio legis est generalis, licet lex sit specialis, generaliter intelligitur. Idem etiam si lex est specialis, ratio tamen est generalis, quod generaliter lex est intelligenda. h. d. Bart.

Idem libro 2. sententiarum.

LEX XXXVIII.

SI quis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non potest, b quamuis sponsare non prohibeatur: c ita scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier d nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodo redditis e quas acceperat.

¶ Veterem sponsam in prouincia quam 5 † quis administrat, vxorem ducere potest, & dos data non fit caduca.

¶ Qui in prouincia aliquid administrat: in ea prouincia filias f suas in matrimonium collocare, & dotem constituere non prohibetur.

Idem libro 6. ad Plautiũ.

LEX XXXIX.

SOroris proneptem non possum ducere vxorem, quoniam parentis g ei loco sum.

¶ Si quis ex his, quas legibus aut moribus prohibemur vxorem ducere, duxerit, incestum dicitur committere.

Pomp. lib. 3. ex Plautio.

LEX XL.

ARiston respondit, priuignæ filiam non magis vxorem duci 7 † posse, quam ipsam priuignam.

Licet concubinatus de iure ciuili sit licitus: tamẽ illa, quæ stat pro concubina, non dicitur honesta mater familias. Bal.

Marcellus lib. 26. digestorũ

LEX XLI.

STuprum 8 † intelligitur et in his mulieribus esse, quæ turpiter viuerent, vulgoque quæstum facerent, etiam si non palam h Et si qua se in concubinatum alterius, quam patroni, tradidisset, matrisfamilias honestatem non habuisse eam 9 † dico.

Circa nuptias contrahendas non solum rigor, sed etiam æquitas inspicitur. Baldus.

Modestinus lib. singu. de ritu nuptiarum.

LEX XLII.

SEmper in côiunctionibus non solum quid liceat, i considerandum est: sed & quid honestum sit K

¶ Si senatoris filia, neptis, pronepts libertino, vel ei, 10 † qui artem ludicrã exercuerit, cuiusve pater materve id fecerit, nupserit: nuptiæ non erunt.

Palam dicitur quæstum facere illa, quæ sine distinctione personarum se prostituit: et non solum infamia notatur illa, quæ præsentialiter modo facit, sed etiam illa, quæ iam fecit, licet modo facere desierit: etiam prætextu paupertatis non excusatur. Bart.

Vlpian. lib. 3. 11 † ad leg. Iul. & Papiam.

LEX XLIII.

PAlam l quæstum facere dicemus non tantum eã, quæ in lupanario m se prostituit, verum etiam si qua (vt assolet n) in taberna, o

palam, vel nõ palã. Item ea, quæ alterius concubina quam patroni fuerit, iam non est honesta, non tamen dicit eam stuprum committere. Viuianus. 6 † *Fl. H. 4.*

7 † *Alias, duci certe.*

h *Etiam si nõ palam.*] intellige in coniugata, alias videtur contra. C. de adult. l. quæ adulterium, & facit infra ad legem Iuliã de adult. l. si vxor. Accursius.

SEmper.] Pone exemplum, vt supra eo. l. si qua. §. 1.

i *Quid liceat.*] scilicet de iure stricto. Accursius.

8 † *Flor. probrum.*

K *Honestum sit.*] scilicet de æquitate: vt infra, de regul. iur. l. semper. & pone exẽplum supra eodem, l. si qua mihi. §. si Accursius.

PAlam.] CASVS. Senator non potest contrahere cum ea, quæ palam facit quæstum: nunc ergo exponit, quæ dicantur palam fecisse.

9 † *Flor. dico est, eam.*

¶ *Senator.*] Senator non potest ducere vxorem damnatam in publico iudicio illo, quo ciuilibet de populo accusare licet. Secundo dicit, quod ea, quæ est damnata de calumnia causa publici iudicij, vel de præuaricatione de publico iudicio, non videtur damnari. Tertio, q̃d ea quæ est deprehensa in adulterio, habetur pro damnata de publico iudicio. Cætera plana sunt. Viu.

10 † *Fl. vel qui artem.*

l *Palam.*] lex ista cũ superiori tertia continuatur. Accur.

m *Lupanario se prostituit*] Locus meretricib. deputatus ad hoc solum, vt sui formam venalem exhibeant. Accur.

n *Assolet.*] idest, solitum est.

o *Taberna.*] Taberna * est locus vbi comestibilia venduntur, & comedentes recipiuntur, non ad cubandum, vel ad equos stabulandos, sed ad comedendum tantum: at caupona, vbi etiam aduenæ, & ad comedendum & ad cubandum, non ad stabulãdum. Item stabulum dicit locus

* *Taberna quid sit.*

11 † *Florent. lib. 1.*

M. Rob. ; 161

cauponia vel qua alia a 1 † pudori suo non parcit.

¶ *Palam* b autem sic accipimus, passim, hoc est sine delectu, non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit, c sed quæ vicem d prostitutæ sustinet.

¶ Item quæ 2 † cum vno & altero e se 3 † pecunia accepta commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere. Rectissimè tamen Octauenus ait, etiam eam quæ sine quæstu palã se prostituerit debuisse his connumerari.

¶ Non solum autem ea, quæ facit, & si facere desiit, lege notatur. Neque enim aboletur turpitudo, quæ postea intermissa f est.

¶ Non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam elegit. g 4 † Lenocinium facere non minus h est, quam corpore quæstum exercere. Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt. i Lenam accipiemus, & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet.

¶ Si qua cauponam exercens in ea quæstuaria corpora habeat (vt multæ assolent sub prætextu instrumenti cauponij prostitutas mulieres habere) dicendum est hanc quoque lenæ appellatione contineri.

Senator non potest ducere in vxorem damnatã publico iudicio. Bal.

¶ Senatus censuit non conueniens esse vlli senatori ducere vxorem, aut retinere damnatã publico iudicio, quo 5 † cuilibet ex populo experiri licet, nisi si cui lege aliqua accusandi publico iudicio non est potestas.

¶ Si qua calumniæ nomine in iudicio damnata sit ex cã publici iudicij: sed 6 † & quæ præuaricationis causa 7 † dãnata sit: publico iudicio condemnata esse non videtur. l

Deprehensa in adulterio efficitur infamis, siue post deprehensionem sequatur sententia, siue non, etiam si sequatur sententia absolutoria, quia lex ipsum factũ notat. Bal.

¶ Quæ in adulterio deprehensa est, m quasi publico iudicio n damnata est. Proinde si adulterij damnata esse proponatur: o non tantum quia deprehensa est, erit notata, sed & quia publico iudicio damnata est. Quod si non sit deprehensa, damnata autem, idcirco notatur, quia publico iudicio damnata est. Si 8 † deprehensa p quidem sit, damnata autem non sit, notata erit. Ego puto & si absoluta sit post deprehensionem, adhuc tamen notam illi obesse debere: quia verum est eam in adulterio deprehensam: quia factum r lex, non sententia notat. 9 † Non adijcitur hic (vti s in lege Iulia de adulterijs) a quo, vel vbi deprehensa sit. 10 † Proinde siue maritus, siue quis alius deprehendisse eam proponatur, videtur notata. Sed & si non in domo mariti, vel patris sui deprehensa sit, erit notata secundum verba legis.

Lex Iulia prohibet senatorem, & descendentes ex eo per lineam masculinam nuptias, vel sponsalia contrahere cum liberta, vel cum ea cuius pater, vel mater artem ludicram exercuit: & econtra libertus, vel artem ludricam exercens, seu cuius pater, vel mater artem ludricã exercuit, prohibetur cum filia senatoris, vel descendentiũ ex eo per lineam masculinam matrimonium contrahere. Baldus.

Paulus libro primo ad leg. Iuliam & Papiam.

LEX XLIIII.

Lege Iulia ita cauetur: Qui senator est, quiue filius, neposve ex filio, pronepos ve 11 † ex eius filio natus, cuius eorum t est, erit: ne quis eorum sponsam, vxorem ve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quæ ipsa, cuiusve pater materve artem ludricam facit, fecerit: neve u senato

locus ille, qui tãtum equos recipit. Sed q d si quis hæc omnia facit, cur magis caupo, quam stabularius: vel tabernarius vocabit?
a *Vel qua alia.*] s. taberna, vel domo. Ac.
b *Palam.*] aliter accipitur, j. de testa. l. hæredes su prin. Accur.
c *Committit.*] cum delectu. Accur.
d *Vicem.*] i. morem. sic C. ad leg. Iul. de adulte. l. si ea quæ.
e *Et altero.*] s. tantũ.
f *Intermissa est.*] huiusmodi enim intermissiones non prosunt, nec nocent, ut argu. infra de acquir. poss. l. 3. §. Nerua. & inf. de sol. l. qui res. §. aream. Azo.
g *Intermissa.*] nisi statum mutauerit, ut supra de insa. l. pen. A.
h *Elegit.*] quæ etiam non potest ferre testimonium, ut supra de testi. l. 3. vlti. sic no. non parci malo ratione paupertatis.* Sed argu. cõtra. C. de pat. qui fi. dis. l. 2. & inf. de excu. tut. paupertas.
i *Non minus.*] imò magis, cum duo videatur facere delicta, in se, & in alio, ut diximus supra de infa. l. Imperator.
k *Prostituunt.*] accipiendo pecuniam a stupratoribus, vel pascendo, ut aliquam sibi supponant. Idem & si sine pecunia hoc faciant ex cõsuetudine, ut supra de ijs, qui no. infa. l. athletas, §. ait prætor. & sup. eo. l. Octauenus. Sed an idem si semel tantum, non ex consuetudine, vel lucri causa aliquis vel aliqua aliam supponat? Accursius.
l *Videtur.*] vt potè si esset infamis.
m *Non videtur.*] Sed hoc qualiter esse potest, cum calumniator publico iudicio accusatur, scilicet lege Iulia. repet. & l. Cornel. de fal. ut supra de calum. l. 2. §. hoc autem, & inf. ad leg. Corn. de fal. l. 1. quæ sunt publica crimina, ut infra de publi. iu. l. 1. Item præuaricationis crimen nonne quandoq; publicum est, quãq; priuatum, ut j. de præua ri. l. præuaricationis. Sed hæc, quantum ad prohibitionem nuptiarum, non videtur publico crimine dãnata.
n *Quæ in adulterio deprehensa est.*] sec. us est in masculo, secundũ Ioa. & alias etiam si deprehendatur, quia maior castitas etiam secundum mores hominum exigitur in fœminis.*
o *Publico iudicio.*] an idẽ in quolibet publico iudicio? Respõdetur secundum Io. non.
p *Proponatur.*] non tamen quia deprehẽsa est erit notata, sed quia publico iudicio eadem damnata est.
q *Si deprehensa.*] quid si non fuerit deprehensa: commisit tñ adulterium? Respon. infamis est, & si probari non possit, quia factum lex &c. sed Io. cõtra, exigat enim deprehensionem.
r *Factum.*] idest, mulieris factum. i. cõmissum adulterium, non sententia iudicis; quia per eam fuit absoluta.
s *Vti.*] idest, sicut. Azo. & facit ad §. infra ad leg. Iuliam de adul. l. nec in ea. & l. marito. Accur.

Lege Iulia.] CASVS. Duo dicit. Primo, quod senator vel ex eo descendentes non accipiant vilem fœminã in vxorem. Secundo econtra, quod filia senatoris, vel ex ea descendentes non nubant vlli homini. & dicit quæ sit vilis fœmina, & vilis homo. hoc capite diuidit: responsa & plana est. Viuia.
t *Cuius eorum.*] idest quisquis filius aliquius eorũ est, vel erit.
u *Neve.*] s. cauetur. Accur.

1 † *Aliàs* ... *alias.*
2 † *Flor.* ...
3 † *Flor. accepta.*
4 † *Flor. egit.*
* Paupertas malum non excusat.
5 † *Duar. quo iudicio cuilibet.*
6 † *Flor.* ... *est, sed.*
7 † *Flor. dãnata causa.*
* Maior castitas in fœminis, quã in masculis exigitur.
8 † *Duar.* ... *si deprehensa.*
9 † *Flor. non sententiam notauerit.*
10 † *Fl. vbi deprehensam.*
11 † *Flo. pronepos ve ex filio nato eorum.*

a *Eius.*]ducere, scilicet prohibetur.
b *Pater*]sceius, quæ nupsit filio senatoris, qui pater artem ludicram exercuit. Accursius.
c *Cõceperit.*]arg. §. j. de verb. obl. l. iusta. pater ergo naturalis, vel iniustus non obest filiæ quominus nubat filio senatoris. mater vero naturalis & iniusta nocet, quia semper est certa, & si vulgo conceperit. pater vero iñ est, quem nuptiæ demonstrant vt s. de in ius voc. l. quia.
d *Naturalis.*] scilicet, & legitimus.
e *Adoptiuus.*]immo refert, vt ex sequentibus colligitur, quia si pater artem ludicram exercuit post adoptionẽ, deinde emancipauit, non nocet emancipato secus tamen in naturali. quare dicas, nil refert, si modo post adoptionem ante etiam emancipationẽ pater adoptiuus artem ludicrã exercuit.
f *An & is*]qui ducit senatoris filiam. Accursius.
g *Duci.*]ab adoptato senatoris, scilicet filia, vel dic, talis filia adoptiua. Accur.
h *De hoc casu.*]isto scilicet quando ille, qui artem ludicram exercuit, me adoptauerit, deinde me emancipauit l per hoc ergo colligo, quod in supe ioribus nocet.
i *Contrarium.*] contraria est quãdum ad id, quod de ijs quorum pater artem ludicram exercuit. caue tur.
k *Vt eis.*]quorum pater artem, ludicram fecerit, vt ob hoc impediatur à nuptijs.
l *Si postea.*] quam nupsit. Azo.
m]*Non ducent.*] vt j̄ eod l. obseruandũ. in fi.

Vn CASVS. Quedam lex Iuliæ de maritandis ordinibus dixi, qđ liberta nupta patrono nõ potest eum dimittere, vt alium accipiat, eo, scilicet inuito qđ ergo erit patronus cui hæc priuilegia dãtur, vt alij non nubant eo inuito? Ex-

1 † *Flo. deest, eo.*
2 † *Flo. deest, autem.*
3 † *Flo. deest, sed.*
4 † *Fl. deest, quoque.*

ris filia, neptis ve ex filio, proneptis ve ex nepote, ex 1 † filio nato, nata: libertino, ei ve a qui ipse cuius ve pater [b] mater ve artem ludicram facit, fecerit: sponsa nupta ve sciens dolo malo esto: ne ve quis eorum dolo malo sciens sponsam vxorem ve eã habeto.

Cum tractatur de odio, appellatione patris, vel matris non comprehẽditur auus vel auia. Bald.

¶ Hoc capite prohibetur senator libertinam ducere, eã ve cuius pater mater ve artem ludicram fecerit: item libertinus senatoris filiam ducere. Non autem 2 † obest, auum, & auiam artem ludicram fecisse. Nec distinguitur, pater in potestate habeat filiam, nec ne: tamen iustum patrem intelligendum. Octauenus ait: matrem, etiam si vulgò conceperit. [c]

¶ Itẽ nihil refert, naturalis [d] sit pater, an adoptiuus. [e] Sed 3 † an & is [f] noceat, qui antequam adoptaret, artem ludicram fecerit, atq; si naturalis pater, antequã filia nasceretur, fecerit: & si huius modi homo adoptauerit, deinde emancipauerit: an non possit duci, [g] ac si talis pater natura is decessisset, Sed de hoc casu [h] contrariam [i] legis sententiam esse Pomponius rectè putat, vt eis [k] nõ connumeretur.

¶ *Si postea* [l] ingenuæ vxoris pater mater ve artem ludicram facere cœperit: iniquissimum est dimittere eã debere: cum nuptiæ honeste contractæ sint, & fortasse iam liberi procreati sint. Planè si ipsam artem ludicrã facere cœperit, vtiq; dimittenda erit.

¶ Eas quoque, 4 † quas ingenui cæteri prohibẽtur ducere, vxores, senatores non ducent. [m]

Liberta nupta patrono non potest diuertere eo inuito. Bart.

N. P.

Vlp. li. 3. ad leg. Iul. & Pap.

LEX XLV.

IN eo iure, qđ dicit, [n] 5 † Inuito patrono libertam, quæ ei nupta est, alij nubere non posse: patronum accipimus (vt rescripto Imperatoris nostri, & diui Seueri 6 † patris eius continetur) & eum, qui hac lege emit, vt manumittat, [o] quia manumissa liberta emptoris habetur. Qui autem iurauit se patronum, hoc idem non habebit. [p] Nec is quidem debet habere, qui non suis nummis comparauit. Planè si filius famil. miles esse proponatur, non dubitamus, si castrẽsis peculij ancillam manumiserit, competere ei hoc ius est enim patronus secundum constitutiones, nec patri eius hoc ius competit. Hoc caput ad nuptam [q] libertam pertinet, ad sponsam non pertinet. Et ideo si inuito patrono nuncium sponsa liberta remiserit, 7 † cum alio connubium habet.

¶ Deinde ait lex, Inuito patrono. Inuitum accipere debemus eum, qui non consensit 9 8 † ad diuortium. Idcirco neq; à furioso diuertendo soluit se huius legis necessitate: nec si ab ignorante diuerterit. Rectius enim hic inuitus [r] dicitur, quam qui dissentit. [s]

¶ Si ab hostibus patronus captus esse proponatur, vereor ne possit ista connubium habere nubendo, quemadmodum haberet si mortuus esset. Et quidem 9 † Iuliani sententia probatur, dicentis, non habituram connubium. Putat enĩ Iulianus durare eius libertæ matrimonium & in captiuitate, pp patroni reuerentiam. Certè si in aliam seruitutem [t] patronus sit deductus, proculdubio dissolutum matrimonium esset.

Illud quod dicitur de liberta nupta patrono, quod eo inuito non possit alij nubere, habet locum in liberta communi. Bald.

Caius libro 8. ad leg. Iuliam, & Papiam.

LEX XLVI.

ILlud dubitationis est, an etiam, 10 † qui communem libertam [u] vxorem duxerit, ad hoc ius admittatur. Iabolenus negauit, quia nõ propriè uidetur eius liberta, quæ etiam alterius sit. Alij contra uisum est, quia libertam eius esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta. Quam sententiam plerią; rectè [x] probauerunt.

ponit hic permulta ratio. Aliæ ergo mulieres possint dimittere suos viros quando volunt. Vivianus.
n *In eo iure quod dicitur.*]vt j̄ de diuort. l. si i princ & j̄. eod. l. matrimonij. Accur.
o *Vt manumittat.*]vt & j̄ de suis, & legiti. l. j. circa princip.
p *Non habebit.*]vt & s. de in ius vocan. l. adoptiuum §. penul. nec etiã ei succeder, vt j̄. de iure patron. l. si iurauerit. Accur.
q *Consensit*] expressim.
r *Inuitus*]i. ignoris.
s *Dissentit.*]quare autem ignorans rectius dicitur inuitus, collige sup. de arbi. l. si in rei & l. sicuti. & de re iu l. duo. licèt Pet. dixerit hoc non posse intelligi.
t *Seruitutem.*]vt qui damnatus est in metallum.
u *Illud Communem libertam*] scilicet, scam & alterius & sa it j̄. de stipu. libe. l. si ex duobus.
x *Rectè*] Nõ quia nd commune est, meum est, vt j̄ de leg. 1. l. v. § fin. Sed arg. s̄ j̄ de auro, & arg legat. l. Quintus.

Sina.

5 † *Flo. dicit.*] *& tange l. s. inf. de concub. l. ult. inf. ut di vorr. l. 1. C. bon. liber. l. uij. inf. de manu. inf.*
6 † *Flo. deest Seueri.*
7 † *Flo. inser. in.*
8 † *Flo. consensit.*
9 † *Flo. Et qui Iuliani sententiam probant, dicentis.*
10 † *Flo. deest qui.*

Nō seruatur honor illi, qui se in sceleratam vitam deducit. Baldus.

Pau.li.2.ad leg.Iul. & Pap.

LEX XLVII.

SEnatoris filia, quæ corpore quæstum, vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impunè libertino nubit. Nec enim honos ei seruatur, quæ se in tantum scelus 1† deduxerit. a

Terentius Clemens lib. 8. ad legem Iuliam, & Papiam.

LEX XLVIII.

FIlio patroni in libertam paternam eandemq; vxorē b idem iuris, quod ipsi patrono datetur, ex mēte legis accommodatur. Idemq; dicendum erit, & si alterius patroni filius uiuo altero libertam eorum c uxorem duxerit.

In actu, quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis. Bald.

¶ Si ignominiosam libertam suam patronus uxorem duxerit: placet, quia contra legē d maritus sit, non habere eum hoc legis beneficium.

In eo, quod assignatur uni ex libertis: nihil iuris habent alij liberti.

¶ Si uni ex filiis assignatam alter uxorē duxerit, nō idem ius qđ patrono tribuēdū est. Nihil enim iuris habebit, quia senatus oē ius libertoru in assignatorum ad eum trāstulit, e cui id pater tribuit.

Licet minoribus, quod non licet maioribus, non econtra.

Marcellus lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

LEX XLIX.

OBseruandum, f est, * ut inferioris gradus homines ducant uxores eas, quas ij, qui altioris dignitatis sunt ducere legibus propter dignitatem prohibentur. g at contra, antecedentis gradus homines nō possunt eas ducere, quas ijs, qui inferioris dignitatis sunt, ducere non licet. h

In necessitatibus nemo liberalis existit. Bart.

Idē li.3. ad l.Iul.& Papiam.

LEX L.

PRoximè constitutum est, vt cum quis libertam suā duxerit vxorem, quam ex fideicommissi cā manumiserit, liceat libertæ inuito eo nuptias contrahere: i puto, k quia non erat ferendus l is, qui ex necessitate manumisit, non suo arbitrio magis m enim debitam libertatem præstitit, quam vllum beneficiū in mulierem contulit.

Licinius Rufi. lib. 1. Regul.

LEX LI.

MAtrimonij causa ancilla manumissa, a nullo alio n vxor duci pōt, quā à quo manumissa est: nisi patronus mrīmonio eius renunciauerit. Si afit filiusfam. matrimonij causa iussu patris ancillam manumiserit: Iulianus putat perinde illam haberi, atque si a patre eius manumissa esset, & ideo potest eam uxorem ducere.

Paulus libro 6. ad Sabinū.

LEX LII.

INcestæ o nuptiæ, * neque dotem habent, & ideo omne, qđ perceptum est, licet fructuum nomine, auferetur.

Caius lib. 11. ad edictum prouinciale.

LEX LIII.

NVptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorū ve sunt, * siue proximi, siue vlterioris gradus sint, vsque ad infinitum. p

Scæuola libro 1. Regularum.

LEX LIIII.

ET nihil q interest, ex iustis nuptijs cognatio descendat, an verò non, nam & vulgò r quæsitā sororem quis vetatur uxorem ducere.

Caius lib. 11. ad edictum prouinciale.

LEX LV.

QVin etiam nefas existimatur eam quoque uxorem ducere, que per adoptionem filia neptis ue esse cœperit, in tm̄, & si per emancipationem adoptio dissoluta sit, idem iuris maneat. f

¶ Item 2† patris adoptiui matrem, aut materteram, aut neptem ex filio uxorem ducere non possum, scilicet si in familia eius sim. alioquin si emācipatus fuero ab eo, sine dubio nihil impedit nuptias: scilicet, quia post emancipationem extraneus intelligor.

---

a SEnatoris Decedentis.] quia vilitas vitæ dignas legū obseruatione non credidit, vt C. ad leg. Iul. de adul. l. qui adulterium & facit ī eo: l. si patrono. & ī. e. l. prox. in fi.

FIlio.] CASVS. Siue ipse patronus, siue filius alterius patroni, cū duo sint, habeat libertam vxorem, non nubet alij eo viro inuito.

1† Pla. se dux.

¶ Si uni.] Patronus quidam assignat libertam in testamento vni ex filiis, post hoc liberta nupsit alij, cui assignata non est, nō habet ille hoc priuilegium, q alij & nubere non possit inuito. Viuianus.

b Uxorem.] scilicet filij.

c Eorum.] id est, suā & alterius. & facit ī. de assignat li. l. si ex duobus. Accur.

d Quia contra legē.] bona ratio, et & sup. proxi. & de min. l. auxilium. in fi.

e Transtulit.] vt infra de assigna. li. l. j. in princ.

OBseruandū.] CASVS. Duo dicit. In secundo dat exemplum de sumptiæ Viuianus.

f Obseruandum.] vt magnæ pro magnis remaneant Accur.

g Prohibentur.] scilicet prohibitione iuris alia quam ratione dignitatis.

h Non licet.] vt sup. eo. l. lege. §. fina. Accursius.

i PRoximè contrahere.] vt & ī de diuor. l. patrono. Accursius.

k Puto.] scilicet hāc esse rationem. Accur.

l Ferendus.] eam impedire.

m Magis.] nisi debita erat in diem, vel sub cōditione. & ante manumisit, vt C. de ope. liber. l. mater & ī. de hæred. institu. l. 3 qui fideicommis. Accur.

* Huc pertinet illud Ouid in epistol. Deianira ad Herculē. Tā male inæqualis veniūt ad aratra iuuenci, quam premitur magno cōiuge nupta minor. & Liuius libro 4. &c. lege connubia promiscua fuisse inducta.

o MAtrimonij.] A nullo alio.] vt & infra de diuor. l. patrono. & supra eo. quod & Atteius. & l. in eo iure. & facit ī. qui & à quibus l. matrimonij.

o INcestæ.] Nefariæ nuptiæ dicuntur inter ascendentes, & descendentes, & etiam quandoq; incestæ vt ī eod. l. si. Incestę autem dicūtur inter collaterales: inutiles inter omnes, vt insti. de nupt. §. si aduersus. Sed contra. ī de condic. sine cau. l. auunculo. Sol. vt ibi.

p NVptiæ. Ad infinitum.] adeo vt si Adam hodie viueret, nullam accipere posset, * vt & institu. de nupt. §. j. Accursius.

* Posset.] ui. Steph. Cost. de consang. & affini n. 32. vbi rationem assignat.

q ET nihil.] & facit supra eod. adoptiuus. §. seruiles. Accursius.

r Nam & vulgo.] a simili.

f QVin etiam Maneat.] vt inst. e. §. 1. & propter hoc dicit fere ī. de adop. l. in omni. Accur.

t Ducere.] facit ad hunc §. inf. de pœ. l. si diuortio. & l. si qs forte. & l. capitaliū. §. solutum & inf. de fur. l. ei, qui. & inf. e. l. si quis. §. quid ergo. Accur.

u Intelliger.] Cur secus in ea, quæ fuit vxor patris adoptiui, vt & ī eod. l. adoptiuus. in princ.? Rńd. quia ibi remanet loco nouercæ: hic vero remanet loco auię vel materteræ. Accursius.

* Vi l. nō. C. de nupt. nup. & Nouel. 12.

2† Eadem ratione.

* Vi .l. seq. sup. eod. & Pint. lib. 6. de repub.

Qui.

Q *Vi in prouincia.*] Casus in prin. est planus.

¶ *Diuus*] Liberta consuluit principem super huiusmodi q̃one. Dicit.n. se nupsisse auunculo suo, credens licere de iure, ex consilio auiæ, & cũ eo stetit diu bene per 40. annos, & habuit multos filios: an filij essent legitimi? Et resp. imperator, q sic fauore liberorum, & pp diuturnitatem tpis. Viuia.

a *Notat.*] facit s. eo. l. si qs offi iũ. §. fin.

b *Diuturnitate.*] speciale. aliàs contra, vt j. de ac. & obli. l. oblig. ferè. §. placet.

c *Statum liberorum.*] Confirmatur quidẽ status liberorum, sed nõ matrimonium, vt j. ad legem Iul. de adul. l. si adulteriũ in. §. Idem Pollioni. Et argu. s. j. de decu. l. Modestinus. Az. Sed hic non fuit accerrimus error: ergo non debuit tenere matrimonium, vt C. de inces. nup. l. qui ꝯ? Rñ matrimonium quidẽ non tenet: sed ꝯfirmatum fuit ab imperatore, secundum Az. imo non fuit ꝯfirmatum, sed tñ status liberorum fuit confirmatus, vt dixi mõ.

A *Diuo*] CASVS. Liberta dicens se ingenuam, cum liberta esset, nupsit senatori, &c. in dotem dedit, sub pacto, ut lucraretur dotem si prædecederet. deinde apparuit liberta, & sic matrimonium nõ valet, nec pactum super dote, cum neque dos fuerit. qualiter ergo senatori consulit? Resp. aget ꝯ libertam actione de dolo, vel iniuriarum. Viuia.

d *Senatorem*] qui fecerat pactum de dote lucranda. Accur.

e *Actionem.*] de dolo. vel dic fin Hu. s. iniuriarum. Sed cur in fauorem senatoris decepti dicitur nõ valere pactum. vt j. tit. 2. si res. §. 1. Rñ matrimonium etiã vtriusque voluntate non potest valere, quia probibetur per legẽ: sed secus ubi dolus unius dedit causam contractui. Azo.

*Ad mariã ipsius l. vid. Bal optimè loquentem in l. parentes. sup. de in ius voc.

1 † Flor. Papinianũ.

*De intell. au tem huius te. vi Dec. pedã. 319. nu. 9.

2 † Dur add. atque cum hoc.

3 † Flo prætoris.

4 † Fl. libertorum.

1 Glo. ista vbiq; est repudiata sinsper scriben. vt hic in nostis interpre. Bol. Vltra ego addo, q tea hic cum sua gl. est sic undiq ppositũ. post Bal. in plerisque locis in c. præterea. 2. extra de spon.

Vlpia. lib. 3. disputationum.

L E X L V I.

ETiam si concubinã quis habuit sororis filiam, licèt libertinam, incestum committitur.

Mart. lib. 2. Institutionum

L E X L V I I.

QVi in prouincia * officium aliquod gerit: prohibetur etiam consentire filio suo vxorem ducenti.

Temporis diuturnitas, & iuris ignorantia cum numero liberorum inducunt principem ad legitimationem liberorum Bald.

In libro 2. de adulterijs Papinianum 1 † Martia. notat. a

¶ Diuus * Marcus, & Lucius Imperatores Flauiæ Tertyllę per Mensorem libertum ita rescripserunt: Mouemur & temporis diuturnitate b quo ignara iuris in matrimonio auunculi tui fuisti, & quod ab auia tua collocata es & numero liberorum vestrorum. idcirco 2 † cum hæc omnia in unum concurrant, confirmamus statum liberorum c vestrorum in eo matrimonio quæsitorum, quod ante annos 40. contractum est, perinde atque si legitimè concepti fuissent.

Martianus libro quarto Regularum:

L E X L V I I I.

A Diuo Pio rescriptum est, si libertina senatorẽ d deceperit quasi ingenua, & ei nupta est: ad exemplum prætorij 3 † edicti dandam in eam actionem, e quia ex dote nullum f lucrum habet, quę nulla est.

Paulus libro singu. de assign. lib. 4 †

L E X L I X.

SEnatusconsulto quo cautũ est g ne tutor pupillam, vel filio suo, vel sibi nuptum collocet; etiam nepos significatur. h

Qui sustinet periculum tutelæ per suam personam, habetur pro tutore, licet tutor non sit: secus si per personam alterius. Bartolus.

Idem libro singulari ad orat. diuor. 5 † Anton. * & Commo.

L E X L X.

SI quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelæ ad eum pertineat: an sententia orationis continetur: veluti si pupilla ab hostibus capta i fuerit, aut falsis allegationibus à tutela se excusauerit, k vt 6 † ex sacris constitutionibus periculum ad eum pertineat? Et dicendum est, hos quoque ad senatusconsultum pertinere. Nam & huiusmodi periculum in numerum trium tutelarum computari comprobatum est. Sed & 7 † si propter alterius personam periculum ad eum peruenit: videamus ne extra sententiam senatusconsulti sit: veluti si magistratus * in tutelæ periculum inciderit, vel fide iusserit quis pro tutore, vel curatore, quia nec l in numerum trium tutelarum hæc imputantur. est 8 † consequens & hoc probare. m

¶ Quid ergo si honoris causa tutor datus sit: quatenus, nec huiusmodi tutela in numerum trium 9 † computatur, nunquid idem sit? Sed ratio in contrarium ducit, quod dictum est, & honorarium tutorem periculum solere pati n si malè passus sit administrari tutelam.

Quin autem ille, qui cum datus est tutor, cessat in administratione, pertineat ad orationem, non est dubitandum, quia perinde tenetur ex sacris constitutionibus, atque si gessisset. Quid ergo si cum se uellet excusare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, excusationis negotium fuerit dilatum & inter moras pupilla adoleuerit; an ad senatusconsultum pertineat? quæstio in eo est, an & post pubertatem officio finito excusationem eius

f *Nullum.*] nisi ei succurratur per actionem de dolo: licet fecerit pactum.

g S *Enatuscon. Cautum est*] vt j. de spon. l. tutor. Azo. & argu. C. de interdic. ma. l. 1.

h *Significatur.*] vt & j. de ver. sig. l. filij appellatione. & j. l. pxi. § si & l. libertum. § j. 1. resp. Accur.

S *I quis tutor.*] CASVS. Non põt tutor quondam pupillam suam in vxorem accipere, de quo ergo tutore est intelligendum, videndum est, & primo quærit de eo, q nõ est tutor, ptinet tñ ad eũ periculũ, vt ad tutorem, vt q se falsis excusationibus excusauit, vel pupilla est capta ab hostib. Scdo q̃rit de magistratib. & de fideiussoribus eorũ, an hi ꝯtineantur? Et dicit, q nõ, q2 neque in numero triũ tutelarũ cõputatur onus. Tertio q̃ritur de honorario, qui datur cã honoris, vt pupillus sic timeatur. Et dicit hunc contineri. Quarto de eo tutore, q nõ gessit, dicit contineri. Quinto de eo, qui est in pendenti, ut qui se excusabat, & interim puella facta est adulta. Et dicit pficí debere excusationem, & si vera erit, non continetur, alioquin sic. licet alij dixerunt, quod neq; recipitur postea excusatio, & ipse cõtineatur, ut possit eã accipere. Cætera sũt plana vsq; in fi. ti. Viuia.

i *Capta.*] tunc enim finitur tutela, & definit esse tutor, ut Inst. quib. mod. tut. fini. §. itẽ si in seruitutem, licet periculũ ad eũ ptineat, vt hic dicitur.

k *Excusauerit.*] vt & C. si ex fal. alle. l. j. & 2. & fi. & insti. de excu. tu. § fi.

l *Quia nec.*] vr dīc esse extra sẽiam, quia nec, &c. vt & inf. de excus tu. l. spadonem. §. si ciuitatis. Accur.

m *Probare*] vt sit extra sententiã senatus.

n *Pati.*] & pp sustinet, non propter alterius personã, & neg. gest. vtili, ut inf. de test. tu. l. si nemo. §. fin. Accursius.

5 † Flor. diui. * Antonini.] Hinc intelligitur quando factum sit. s. c. de quo in hac l. & vi. l. nõ solum. inf. eo. ubi simpliciter vocatur Oratio diui Marci.

6 † Holan. in glo. Ant.

7 † Fl. desi. &.

* Magistratus municipalis, non alius.

8 † Flo. & consequens est hoc probare.

9 † Flo. desi. trium.

1 † Flo. desis & pro, recipiatur, si recipiatur.

2 † Flor. de. est sit.

a Exact.] littera sic habet.
b Perempta.] si iuste se excusauerit post pubertatem: alioquin non ita, ut infra eadem lege. §. fi. & argumen. de appel. l. imperatores. §. si magistratus. & infra si tutor, uel curator, appel. lege prima, & secunda & C. de excu. tut. l. quanquam. & sup. de vsu. l. tutor. 1. respon. & infra de solu. l. quoties. §. huic. in fi.

1 † Flor. sed qua.

4 † Flor. excusatur.

5 † Flor. recessa.

* fit. l. tamen vs supra di ft vasai.

c Ne vxorem.] scilicet tantum.
d Quidem posse.] vt & sup. eod. l. tutor. Accur.
e Plerumque.] hoc dictum est propter viduam, quae intra tempus luctus potest desponsari, non tamen duci, vt supra de his qui no. infa. l. solet. §. quae virum. idem in his, qui officijs funguntur, ut supra eo. l. si quis officium. idem in minore 12. ann. quae potest esse sponsa, non tamen nupta.
f Credendum.] alias credendum, alias dicendum.
g Obliuiscuntur.] sic ergo confirmatur matrimonium, ut & infra eod. l. eos, qui §. sed & si, facit supra eodem l. quintianus. in fine.
h Prouocauit.] appellauit ergo, & ne est contra institu. de ex cusat. tuto. §. qui autem. Sol. non potest appellare a nominatione caeterum si nominatus se excusat, & eius excusatio, ut iniusta repellatur, appellare poterit. Accur.

6 † Flor. fuerit.

i Quoniam rationem.] bona ratio, ut & inf. eod. l. libertum. §. senatus.
K Dote. Solent.] vt & infra, de impen. in rebus dotal. fact. l. 1. §. 1. & Accur.
l Soluere debet.] fisco vt supra eodem. l. incestae. & C. de inces. & inutil. nupt. l. quinimo contra Accur.
m Quamquam. Datus] a iudice, vel a testatore.
n Cogitasse.] cum vxor esse non possit, vt infra de libe. &

recipi oporteat. Nam & 1 † si recipiatur; & excusauerit se 2 † impune potest ducere. Si vero nō debeat recipi post officium finitum: non recte ducit. Erat Papinianus li. 5. responsorum, officio finito excusationem recipi non oportere, & ideo exacti a temporis periculum ad eum pertinere. Sed mihi hoc nequaquam placet. Iniquum est. a. propter dilationem, quae forte non dolo, sed 3 † ex necessitate contigit, 4 † non excusari, vel nuptias impediri excusatione perempta. b 5 †

¶ Quamuis verbis orationis cautum sit, ne vxorē c tutor pupillam suam ducat: tamen intelligendum est ne despondere quidem posse d Nā cum qua nuptiae contrahi nō possunt, haec plerumque e ne quidem desponderi potest. Nam quae duci potest, iure despondetur. Quid ergo si adoptiuus filius tutoris duxerit pupillam illicite, posteaque emancipatus fuerit? Credendum f est de adoptiuis emancipatis senatum nō sensisse, quia post emancipationem in totum adoptiuae familiae obliuiscuntur. g

¶ Naturales liberi licet in adoptionem dati fuerint, senatusconsulto cōtinentur. Quid ergo, si tutor datus prouocauit, h & postea haeres eius victus est? Praeteriti temporis periculum praestare debet? An vero si filius haeres fuit, 6 † & victus est, ad orationem pertineat? Et consequens est hoc probare, quoniam rationem i debet reddere.

Papin. li. 32. quaestionum.

L E X LXI.

DOte propter illicitum matrimonium caduca facta, exceptis impensis necessarijs, quae dotem ipso iure minuere solent, k quod iudicio de dote redditurus esset maritus, soluere debet. l

In arbitrio dato intelligitur, ne eligatur persona prohibita, licet concedatus arbitrium eam eligere potuisset. Bart.

Idem libro 4. responsorum.

L E X LXII.

QVamquam in arbitrio matris pater esse voluit, cui nuptum filia communis collocaretur, frustra tamen ab ea tutor datus m eligetur. Neque enim intelligitur pater de persona tutoris cogitasse, n cum ideo maxime matrem praetulerit, ne filiae nuptias tutori committeret.

¶ Mulier liberto o viri, ac patroni sui mala ratione * coniungitur. p

¶ Tutor, qui rationes curatori reddidit, pupillam 7 † suam ante constitutum tempus aetatis eius vxorem ducere, nec maritum ex alio matrimonio factam, potest. q

Quod fit contra prohibitionem legis, ipso iure non valet. ad hoc allegatur.

Idem libro 1. Definitionum.

L E X LXIII.

PRaefectus cohortis, vel equitum, aut tribunus, si 8 † contra interdictum r eius prouinciae duxit vxorem in qua officium gerebat: matrimonium non erit; s quae species pupillae t comparanda est: cum ratio potentatus nuptias prohibuerit.

¶ Sed an huic quoque, si virgo * nupserit, non sit auferendum, quod testamento relictum est, u deliberari potest. Exemplo tamen pupillae nuptae tutori, quod relictum est, potest mulier consequi: x pecuniam tamē in dotem datam, mulieris haeredi restitui necesse est.

Callistratus li. 2. Quaestio.

L E X LXIIII.

LIbertum, eundemque tutorem pupillae, cum in matrimoniū collocata ipsa 9 † tutori suo, vel filio y eius esset, senatus relegandum censuit.

¶ Senatusconsulti, quo

posthum. l. filius a patre. §. si quis eo tempore. & C. de interdict. matr. l. si patris. Et nota hic argument. quod in generali sermone, &c. vt & supra de fer. l. si cui. Accursius.
o Mulier liberto.] nupta patrono.
p Coniungitur.] post coniunctionem patroni sui inuito eo, vt supra eodem, l. in eo iure. in princip. Accursius.
q Factam, potest.] etiam si de alio matrimonio ante uigintiquinque annos sit mater, quia sustulit liberos.
r PRaefectus. Interdictum.] legis scilicet.
s Non erit.] vt C. de nupt. l. & fi. Accursius.
t Comparanda.] nam nec ibi valet matrimonium cum tutore contractum, ut infra eodem l. non est.
u Relictum est.] scilicet a tali viro.
x Consequi.] imo videtur quod non, ut infra de vsufruct. leg. l. vxori maritus. Solut. ibi dicit litera vna non posse repeti, quod ex ea causa solutum est. & sic concordat. uel si est possess. dic, quod loquitur in eo casu, cum perpetua erat prohibitio, hic cum non erat perpetua, & ideo legatum capere poterat. uel melius ibi loquitur de ea vxore, quae sciebat se illicitum contrahere matrimoniū argumento infra de legat. 1. l. fin. Item hoc in legatis, secus autem in datis, uel donationibus inter uiuos, ut infra de donationibus inter virum & vxorem. l. cum hic. §. fi. & C. de donation. ante nup. lege, ea quae. quae sunt argument contra. & fac. infra, de his quibus ut indign. lege secunda. §. item si quis.
y LIbertum. Vel filio.] quod est prohibitum, ut supra eodem l. senatus.

* Rōm. nequis possit dicere, quod ad hoc viuo patrono in ea cōmisit adulterium. Gra. Scho. notant.

7 † Flo. pupillam.

8 † Flor. contra.

9 † l. impuberi. vnde. s. inf. de his quib. ut indig. & pro, vxorem sua. habet nuptae.

9 † Flo. ipsa.

Empti.

prohibetur tutores, & filij eorum pupillas suas ducere, puto hæredem quoq; tutoris extraneum sententia apprehendi: cum ideo prohibuerit huiusmodi nuptias, ne puellæ 1 † in re familiari circumscribantur ab his, qui rationem eis gestæ tutelæ reddere compelluntur. a

¶ Tutor autẽ pupilli nõ prohibetur filiam suam collocare b pupillo suo in matrimonium. *

Paulus lib. 5. 2 † Responsor.

LEX LXV.

EOs, qui in patria sua militant, non uideri contra mandata ex eadem prouincia vxorem ducere: idq; etiam quibusdam mandatis contineri, idem 3 † respõdit, Mihi placere, & si contra mãdata contractum sit matrimonium in prouincia: tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseuerat, iustas nuptias effici, & ideo postea liberos natos ex iusto matrimonio, legitimos esse. c

Pœna extraordinaria, que venit imponenda pp iniuriam factam alteri, debet moderari secundum qualitatem, et dignitatem illius, vt maior imponatur, si est nobilis, quam si ignobilis, qui recipit iniuriã, ad hoc allegatur, & est notandum.

Idem lib. 2. sententiarum.

LEX LXVI.

NOn est matrimonium, si tutor, vel curator pupillam suam intra vigesimumquintum d 4 † annum non desponsatam à patre, neque testamento destinatã, e ducat vxorem, uel eam filio suo iungat: quo facto uterque f infamatur: & pro dignitate 5 † pupillæ extraordinem coercetur. Nec interest, filius sui iuris, an in patris potestate 6 † tutoris, uel curatoris sit. Libertum eam pupillam, cuius patronus res administrat, g vxorem ducere, satis inciuile est.

Non summatur: quia breuis. Bald. Nota tamen secundum Bar. quòd inter coniunctas personas de facili præsumitur fraus. pro hoc ff. de bo. liber. l. penul. & C. de nat. lib. l. iij. circa finem. Bart.

Tryphonius libro 9. disput.

LEX LXVII.

NOn solum vivo tutore, sed & post mortem eius, filius tutoris ducere vxorem prohibetur eam, cuius tutelæ rationi obstrictus pater fuit. Nec puto interesse, exstiterit ei hæres filius, an abstinuerit paterna hæreditate: an nec hæres fuit, forte exhæredatus, aut præteritus, aut 7 † emancipatus. Nam & fieri potest, vt per fraudem in eum collata 8 † bona patris, propter tutelam reuocari oporteat. De vno dubitari potest, si auus tutelam gessit neptis ex filio emancipato natæ: an nepoti ex altero filio eam collocare possit, siue emancipato siue manenti in potestate: quia patris 9 † affectionis causa suspitionem h fraudis amouet. Sed & si senatusconsultum stricto iure contra omnes tutores nititur: tamen summæ affectionis auitæ intuitu huiusmodi nuptiæ concedendæ sunt.

¶ Sed & si filius familias tutor puellæ, vel curator fuit: puto, vel magis patri eius non oportere eam nubere. Nunquid nec fratri, qui est in eadem potestate? Sed videamus si Titij filius duxerit vxorem eam, quæ tua pupilla fuit, deinde Titium, vel filium eius adoptaueris, an perimantur nuptiæ, vt in genero K adoptato * dictum est: an adoptio impediatur, quòd magis l dicendum est. 10 † Et si curator, dum gerit curam, adoptauerit maritum eius puellæ cuius curator est: idem iuris est. 11 † Nam m si finita iam tutela, & nupta puella alij, vereor ne longum n sit adoptionẽ mariti eius impediri, o 12 † quasi propter hoc interponatur, vt ratio tutelæ reddendæ cohibeatur: quam cautam prohibitionis nuptiarum contrahendarum oratio diui Marci * continet.

¶ Et si p quis 13 † curator ventri bonique datus sit: prohibitionem eiusdem senatusconsultum 14 † inducit, nam & hic debet rationem reddere. Neque spatium administrationis mouere nos debet, quia nec in tutore, nec in curatore discrimen maioris, aut minoris temporis

a *Compelluntur.*] Similis ratio, vt sup. de adoptio. l. nec ei. j. respon. sic ergo, & in extraneo, cum ibi sit eadem ratio, ut j. de fonte. lege prima. §. interdictum, & j. ad legem. Aquil. l. illud.

b *Collocare.*] cum esset ibi prædicta rõ, ut & C. de interdict. matrimonio. l. curatorẽ. & s. eod. l. si quis officium. § fin.

c EOs, qui. *Legitimos esse.*] et C. de nupt. l. & si 9. Sed an illi, qui ante depositum officium nati sunt, legitimi sint? Resp. non: arg. s de sta. ho. l. Paulus. quæ est 9 & arg. j. eod. l. si quis in senatorio, secus in concubina, ut inst. de nupt. § fi.

d NOn est matrimonium *Intra vigesimumquintũ.*] & sic quadriennium, ut C. de inter. ma. l. si tutor. & d. si patris, Azo.

e *Destinatam.*] quia tunc ualet, ut j. de iu do. l. cum post. §. nuptijs. & s eod. l. tutor. in fi. Et sic nota, quod iussus maioris excusat, et s. de his, qui not. infam. l. furti. § qui iussu.

f *Uterque.*] scilicet pater & filius. sed j. s. de infam. l. qui iussu. Solu. in alio casu dicit. uel hic filius cõsensit sponte. Accur.

g *Administrat* ut tutor, ut s. eod. l. libertum non aliter, vt j. eod. l. g penult. §. si puellæ. Accur.

h NOn solum *Viuo tutore.*] quę alias adest. ut C. de inter. ma. l. si tutor, uel curator. Nota ergo hic, quod causa affectionis remouet malam suspitionem, ut C. de adoptio. l. pen. §. si uero pater naturalis in fi. §. quoq; autem in facit, ut C. ubi pu. edu. le. l. si. & C. de excu. tut. l. ante penul. quæ sunt arg. j.

i *In eadẽ potestate.*] huic quęstioni non respondet. sed potes dicere sic, ut j. de excu. tut. l. tria.

K *Ut in genero.*] Pone exemplum qñ filius adoptiuus cõtrahit matrimoniũ cũ filia mea non emancipata ante adoptionem: nec enim tenet matrimonium, ut s. eod. si per adoptionem. & l. quinetiam. Item & ille filius adoptiuus gener est. Alij dicũt, ut quia pater adoptiuus filij pupillam cuius tutelam gerit, ei dat. sed certè hic uidetur omnis suspitio cessare, ut s. ead. l. ge, §. de uno.

l *Quod magis.*] referas te ad proxim. §. scilicet, ut impediatur adoptio, & matrimonium duret, licèt qui iam cõtra dixerũt quo nil falsius, ut ꝓbatur per l. C. de nup. l. fin secundum Io. & & de ex. tu. tut. l. amplissimi. Accur.

m *Nam.*] dixi durãte tutela adoptionem impediri: nam, &c.

n *Longum.*] i. remotum a ratione. Acc.

o *Impediri.*] certè impeditur quasi, &c.

p *Et si.*] idest, quisquis, Accur.

Simplex.]

1 † *Flo. pupillæ.*

* *At filium prohibet ore propter authoritatem mariti in uxorem.*

2 † *Fl. lib. 7.*

3 † *Duar. Idem eadem respondit sub eodi libro ut ait Paulum. refertur.*

4 † *Flo. uicesimum & sextum Alij, septimum, & cetera sunt l. vij. infra de adu.*

5 † *Pupillæ.*

6 † *Flo. patris potestate sit ea ratione libertum causa.*

7 † *Flo. decesse, aut.*

8 † *Flo. collocata.*

9 † *Fl. pat.*

* *adoptato.*] *§. sed si quis ... de nuptijs ubi Theo. et ait. & Græce tex. lib. 28. tit. 4. tamen imperatorem Negante Bal. in com. ad insti.*

10 † *Flor. impeditur quod magis dicendum est, & si curator.*

11 † *Fl. decessit, lustratis est.*

12 † *Fl. impedire.*

* *quæ Marti, & Comodi esse dicitur in verso p. l. si quis tutor. ff. eod.*

13 † *Fl. alius, Et si quidem.*

14 † *Fl. senatusconsulto.*

a *Simplex.*] idest, sine eo priuilegio, quod defuncto competit, vt j. de administ. tutor, l. ex pluribus. Accur.
b *[ei.]* scilicet puellæ.
c *Coniungere.*] cur & extraneus hæres tutoris prohibetur à nuptijs eius, quæ fuit in tutela eius filio pupillæ non prohibetur copulari ipsi tutori? Respondeo, quia & hæres extraneus rationem reddere tenetur eodem modo quo & ipse: idest, quia sicut tutor prohibitus, ita & ipse. sed hæres pupillæ non eodem modo idest, non cum eodem priuilegio quo ipsa pupilla, vt & j. de administ. tutor. l. ex pluribus. ideoque licet prohibeatur pupillæ matrimonium non tamen hæres eius. Et est hæc quæstio similis ei, quæ fit de hære de liberti: quare non præstat reuerentiam, sicut libertus præstat hæredi patroni? Respondeo ideo quia hæres liberti omnia iura ingenui habet, vt j. de obseq. l. hæres hæredi vero patroni præstatur à liberto, quia hæres & extraneus in ius patroni succedit, vt C. de in ius voc. l. 2.

1 † Fl. est.
2 † Fl. quæritur.
3 † Fl. abstinuit.
4 † Flo. de eis. sic
5 † Fl. incon sultius.

d *Iurisdictionis*] quæ dedit abstinendi facultatem.
e *[Vel committ.]* in ... testibus, & ... prudentia scientiæ: argu. j. ... cog. l. cæterum. & C. ... testamino. l. ... tutela.
f *Palam fecerit*] Hæc sunt vera, cum dubitatur quis contraxit matrimonium, scienter an ignorans, seu si certum sit, quod qui palam fecerit, si ... puniet æqualiter cum eo, qui clam fecerit. Azo. Item nota, hic arg. quod plus delinquit qui clam facit, quam qui palam, vt arg. j. de administ. tut. l. nõ existimo. & j. de authoritate tut. l. v. §. sanè, si quidẽ. & j. de iur. fisc. l. nõ intelligitur. §. si quis & C. de tepud. l. vxor. Sed arg. ... j. vi bon. rap. l. 2. §. generaliter. & instit. de obl. quæ ex delict. §. pœna.

6 † Fl. cessat in.
7 † Fl. dest. ...
8 † Fl. Tertullianum.

* Eadem differentia seruabitur hodie cum Azo. c. cum in ter, qui fil. sint leg. cap. 3. de clandest. desp.

quo in huiusmodi munere quis fuerit, habitum est. 1 †

No. quod priuilegium, quod habet pupillus in actione tutelæ, non transit ad hæredem, etiam ex eo descendentem: & per hoc reprobatur glo. in l. ex plurib. inf. de administ. tuto. & in l. damus. § 1. infra, de priuileg. cre. secundum Iac. de Are. Bar.

¶ Si puellæ tutelam Titius administrauerit, vel curator negotia gesserit: isque, nondum recepta ratione, decesserit, filia hærede relicta, quæritur 2 † an eam filio suo Titius possit collocare in matrimonium. Dixi posse, quia ratio hæreditarij esset, & sic simplex a debitum, alioquin omnis debitor eam, cui b obligatus esset ex aliqua ratione, prohibetur sibi filioque suo coniungere. c

¶ Sed & is, qui pupillam abstinuit 3 † bonis patris sui, rationem eius rei præstare debet, & sic 4 † fieri potest, vt & si inconsultius 5 † hoc fecerit, & hoc nomine condemnari debeat. Sed & si optimo consilio vsus sit auxilio prætoriæ iurisdictionis, d quia non soluendo pater eius decesserat: nihilominus tamen (quia in 6 † iudicio hoc probari oportet) impeditur nuptiæ. Nam & 7 † qui bene tutelam, & ex fide administrauit, nihilominus prohibetur.

Si actus prohibitus celebratur palam, potest quis prætextu ignorantiæ excusari: secus si clam. Bart.

Paulus libro singulari ad senatusconsultum Iulianũ. 8 †

LEX LXVIII.

Iurgentium incestum cõmittit, * qui in gradu ascendentium, vel descẽdẽtium vxorem duxerit. * Qui verò, vel ex latere venientium eam vxorem duxerit, quam vetatur, vel affinem, quam impeditur: si quidem palam fecerit, f leuius: si vero clã hoc cõmiserit, grauius puniatur, cuius diuersitatis illa ratio est circa matrimonium, quod ex latere non bene contrahitur, palam delinquentes, ut errantes, maiore pœna excusantur: clam committentes, vt cõtumaces plectuntur.

TITVLVS III.

De iure dotium.*

Dos datur eo animo, vt semper apud maritum sit. Baldus.

Paul. lib. 9 9 † ad Sabinũ.

LEX PRIMA.

DOtis causa perpetua est, & cum h voto eius, qui dat, ita contrahitur, ut semper i apud maritum sit.

Idem lib. 6 0 † ad edictum.

LEX II.

REipublicæ * interest mulieres dotes suas saluas habere, propter quas nubere possint. k

Vbi nõ est matrimoniũ, ibi nõ est dos: sed quasi dos putatiua. Bal. Sed an vidua dicatur habere dotẽ? Videtur quod non, vt hic. contra dicit Bald. C. vnde vir et Vxor. l. j. in fi. vbi vide.

DE IVRE DOtium.

Dos est pecunia marito nuptiarũ causa data. Varro lib. 4. de lingua latina vel dicta, vel promissa, ut Cuiac. cui si addideris, vero, erit plena definitio. Dotis dictio, promissio, contractus sunt. Vel dos est sua pecunia constituta marito pro oneribus matrimonij, vel quod vxor secum ad maritũ defert, quodue marito canat matrimonij causa, vel pensatio onerum matrimonij. Qua ratione Martian. Capella nomine dotis offerenda, cumulanda, recipi cũ dixit & alio loco, ut rẽ repensa ex dota, ... dos da ... Cuiac.

* Dotes quæ tes constituenda docent Plato dial. 6. de legi. Aristot. 1. polit. c. 7.

9 † Fl. l. 14.

g DOtis causa.] idest, datio dotis ob matrimonium.
h *Et cum.*] &, pro idest. Accur.
i *Vt semper*] vnde dicitur matrimonium habere indiuiduam consuetudinem, vt inst. de pa. po. § 1 in pr.
k REipublica possunt.] vt j. sol. matrim. l. j.
l DOtis, Esse potest.] vt j. de ... l. in concessu & j. de pri. cre. l. interest. & infra, de condi. & demonst. l. hoc modo legato. & C. de donante nupt. l. si. §. sicut. Prosi.

10 † Fl. lib. 60.

* de interest. bona l vide In. ... Rub. solu. matri. nu. 17.

Vlpianus libro 63. ad edictum.

LEX III.

DOtis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ consistere non possunt. Neque enim dos sine matrimonio esse potest. 1 Vbicumque igitur matrimonij nomen non est, nec dos est.

Incrementum vel accessio non facit nouam dotem: sed veterem auget. facit ista lex, quod si ille, qui emit, vel in dotem accepit proprietatem, soluit gabellam, vsufructu redeunte ad proprietatem, non tenetur soluere pro eo gabellam, nõ enim est noua acquisitio: sed prima res acquisita in re ipsa augmentata absque facto hominis. Bartolus.

Paulus libro sexto ad Sabinum.

LEX IIII.

SI proprietati nudæ in dotem datæ vsusfructus accesserit: incrementum videtur dotis, non alia dos: quemadmodum si quid alluuione accessisset.

Primo ponit summariū & de isto feci magnum festum in l. 1. sol. mat. Bart.

Vlpianus li 31. ad Sabinum.

LEX V.

Proculus 1 † nepoti suo salutem. Ancilla, quæ nupsit, dotisque nomine pecuniam uiro tradidit: siue sciat ancillam se esse, siue ignoret, non potuit 2 † eam pecuniam uiri facere: eaque nihilominus mansit eius, cuius fuerat antequam eo nomine viro traderetur: nisi forte usucapta d est: nec postea quam apud eundem virum libera facta est, eius pecuniæ causam mutare e potuit. itaque ne facto quidem diuortio, aut dotis iure, aut per condictionem repetere recte potest: f sed is, cuius pecunia est, recte uindicat g eam. Quod si uir eam pecuniam pro suo possidendo usuceperit, scilicet, quia existimauit mulierem liberā esse, propius est, ut existimem eum lucrifecisse: h utique si antequam matrimonium esse inciperet, usucepit. & in eadem adhuc 3 † opinione i sum, si quid ex ea pecunia comparauit, 4 † antequam ea dos fieret, ita ut nec possideat eam, k nec dolo fecerit quominus eam possideret. l

1 † *Alias in capi., lex ancilla. Alias, Proculus nepoti suo salutem. de huius l. sensu [illegible] vide [illegible] Accurs. in rubr. sol. matr. num. 313.*

2 † *Flor. potuit.*

Proculus] CASUS. Quatuor dicit. Ecce Berta ancilla nupsit de facto, & de pecunia domini centum in dotem dedit. quæritur, an hæc pecunia fiat in dominio viri? Et dicit, quod non, nisi teneat uir per triennium, non contemnendo, et rā si usucapiat. Secundo si hæc mulier manumittatur, & stetit cum eodē viro, an tūc fiat viri? Et dicit, quod non, sed dominus pecuniæ eam vendicat si extat, aut condicit si est consumpta. Tertio redit ad primum, si uir usucepit ante terminum, an teneatur ad tantundem domino pecuniæ [illegible]? Et dicit, quod non, nam lucrifecit usucapiendo. Quarto dicit idem esse, si alio modo desinat eā habere sine dolo, si ante matrimonium hoc est antequam fit illa libera. Vivianus.

d *Usucapta*] quo casu lucrifecit, ut ff. ead. l. § quod si uir. & hoc si ab ignorante muliere se esse ancillam viro det, ut C. quod cum eo l. si liberam. Sed quo iure? Respon. ut ff. pro dote, l. j. in fi. Item contra, ff. eo. sol. matr. l. si alienā. Sol. pecunia illa non fuit in dote quia antequam fuisset matrimonium, maritus ille conditione tenebatur eam domino eius restituere. at ibi in dotem fuit ab initio, ideo illi mulieri redditur. Ioan.

e *Mutare*] s. mulier. sed maritus posset per usucapionē, sed tunc teneretur eam restituere mulieri sol. matr. quia dos fuit, ac si [illegible] ante matrimonium, id est ante quam esset libera hic dificeret, ut hic dicitur, nec restituere, quia nec dos fuit.

f *Recte potest*] s. mulier.

g *Vindicat*] sed cur non restituitur huic ancillæ pecunia quamuis matrimonium non sit, sicut minori 12. ann. ut ff. eo l. si sponsi? Respon. minori restituitur, quia eius data est pecunia. Item, quia ætate permittēte nubere potest. in ancilla secus est.

h *Lucrifecisse*] sed cur ei reddere nō debet, cū ab ea habuit causam, sicut & alias contingit, ut ff. de cond. indeb. l. indebiti. § sed & si. & ff. de don. cau. mor. l. si alienā. quæ sunt contra? Respon. quia ante acquisitionem dominij per usucapionem sibi conditio acquiri non potuit, quia erat ancilla: sed ibi potuit.

i *Opinione*] l. ut mulier nō teneatur. Accursius.

k *Eam*] scilicet pecuniam.

l *Possideret*] secus si rem meam redigit in pecuniam: in quo casu conuenitur de precio iudicio neg. gest. in defectum: sed quare non hic? Respond. idem est forsan de æquitate, vel, quod melius est, ideo dictum existimo in pecunia, quia assidua permutatione consumitur: & ideo data est, ut [illegible] tur. vel melius, quia iste qualisqualis maritus non habet lucratiuam causam. & ideo nō approbo opin. Io. qui scribit hic agi neg. gest. in [illegible] in tali notula in eadem opin. &c. s. ut domino non teneatur, licet lucri fecerit, l. pretium, & hoc recitante, & nondum usucapta: alioquin ratum habendo dominus aget neg. gest. Ioan.

3 † *Flor. deest, adhuc.*

4 † *Flor. parauit.*

Sermo simpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. Bart.

Papin. lib. 10. quæstionum.

LEX LXIX.

Dotis promissio m non ideo minus valebit, quod ignorante ab initio patre nuptiæ n 5 † factæ fuerint, si postea consenserit, cum omnis dotis promissio, futuri matrimonii tacitam conditionem accipiat. o Nā & si minor annis 12. ut maior ducta 6 † sit, tunc primū petetur, cum maior annis apud eundem esse cœperit. Quod enim p vulgatū q est, dotis promissionem in primis duntaxat nuptijs destinari, 7 † neque durare obligationem, si post alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiserat: tunc locum

5 † *Flor. nuptiæ non fuerint.*

6 † *Flor. deducta.*

7 † *Flor. destinari.*

Dotis] CASUS. Tria dicit. Primo filiafamilias nupsit ignorante patre: & reliquis, extraneus promisit dotem, deinde pater sciuit, & ratum habuit matrimonium. quæritur, an confirmetur promissio dotis? & dicit, quod pendebat vique dum matrimonium valeret & tunc erit dos. Secundo dicit idem in minore duodecim annis, pro qua dos promissa est. nam tenebit promissio, quando erit in matrimonio, & tunc erit dos: & interim pendet. Tertio obijcitur prædictis duob. ex quadam regula qua dicitur: quomodocumque dos promittatur: intelligatur valere pro primo matrimonio, non pro alio: sed certe hic non fuit aliud in medio, neque etiam erat aliquid in primo casu, sine consensu patris, neque in secundo casu cum pupilla, sed si primum matrimonium aliquid esset, dos ab extraneo promissa non tenet in secundo, sed tantum in primo. Vivianus.

m *Dotis promissio*] facta etiam antequam de facto cōtrahat. Accursius.

n *Nuptiæ*. s. de facto. Accur.

o *Accipiat*] traditio rerum inæstimatarum non fit, sed resoluitur sub conditione, ut supra eodē, l. sed nisi aliud forsan est in rebus æstimatis, ut supra eodem, l. plerumque. § si ante. & infra, de usucap. pro dote, l. æstimata. etc. Accursius.

p *Quod enim*] bene dico si consenserit. quod enim &c.

q *Vulgatum*] ut infra de verborum significationib. l. boues, § hoc sermone. & infra qui. & a quibus, l. matrimonij. & infra, de pactis dot. l. inter socerum, § fin. & infra, de legat. tertio, l. fideicommissa. § sic. & supra pro soc. l. si socius pro filia, § quod si salua. Sed argumen. contra, inf. de cond. & demonstrat. l. hæc conditio. in fi. primi resp.

& infra remitat hab. l. quo cui m. §. j. Solue et in didisse gibus notatur.

a *Nuptiæ.*] cum alio factæ, sed nec hæ dicentur aliæ, sed eadem, cum & retro dicantur validæ, secuta tamen ratihabitione. Accursius.

habet, cùm intercesserint aliæ nuptiæ. a

Idem lib. 4. Responsorum.

LEX LXX.

CVm post diuortium b uiro sciente mulier in possessione prædiorum, quæ in dotem promisit, c longo d tempore fuerit; tacite, e conuenisse uidetur, ne dos quæ promissa fuerat peteretur: & si petet, eam exceptione pacti exceptione à muliere repellitur.

¶ Mulier f † pecuniam sibi debitam à Seio, cũ usuris futuri temporis in dote promittenda demonstrauit: eius quoque dotis portionem esse, quarum dies post nuptias cessit, f rationis est.

¶ Vsuras g dotis in stipulatũ cum dote post diuortium deductas, ex die secundi matrimonij h non esse præstandas placuit: quia nec sortis exactio locũ habere cœpit. i medij autem temporis debebuntur.

Vir qui non sustinuit onera matrimonij pro illo tempore non potest petere vsuras.

CVm post.] Casum in princip. huius legis, vide infra in gloss.

¶ *In domum.*] Vir, cum ad præsens non solueretur dos, stipulatus est à patre mulieris vsuras dotis, vt exinde alat eam: tandem ipsa venit ad domum viri, & de suo se sustentabit, dicitur quòd uir non potest petere vsuras.

¶ *Patrona.*] Patrona pro liberta, quæ nupsit, dedit centum in dotem. ex hoc liberta extitit ingrata: non ideo patrona reuocat dotem: nisi eam in seruitutem reuocet.

¶ *Partum.*] Ancillas mulier in dotẽ dedit: partus earum augent dotem: & sũt dos. idemque si vxor dicat viro, quod sint communes, non valet: quia sic esset donatio, quæ non valet inter virum, & vxorem constante matrimonio. Viuianus.

b *Cum post diuortiũ.*] diuertit vxor à marito culpa sua; cui centum in dotem promiserat, & fundum tradiderat. meruerat autem dotem amittere quia culpa sua diuerterat: sed tamen, quia maritus videtur ipsa taciturnitate renunciasse retentioni dotis, ideo non petit fundum, nec pecuniam promissam: vel dic in tradendis tantum, & non traditis.

c *Promisit.*] & tradidit: & ideo videbatur, quòd maritus posset intendere rei vendicatione: sed contrarium est.

d *Longo.*] viro sciente & paciscente. Accur.

e *Tacite.*] vt ff. de prob. l. Procula.

f *Cessit.*] si vir eam non exhibuerit: sed ipsa se, & familiã suam exhibeat, quare vsuræ veniunt. aliàs secus: vt ff. eod. l. si mulier.

g *Vsuras.*] aliter si debitori nupsisset vt infra eo. l. si mulier. Accursius.

h *Matrimonij.*] vxor mea à me diuertit promisit ei dotem cum instaret repetendo eam, & cõgruo tempore mẽ solutum post quinquennium cum vsuris semissibus reconciliata est postea mecum in matrimonio in secundo anno post stipulationem: mansitque in matrimonio, expleto quadriennio secundo diuertit, & petit vsuras à tempore interpositæ stipulationis: quod non potest: quia sors, & vsura cœpit non deberi contracto matrimonio. ideoq; petit vsuras à die stipulationis vsque ad secundum matrimonium currentes.

i *Cœpit.*] i. est cœpit non habere.

k *Vsuras.*] pecuniæ promissæ in dotem, & non solutæ ab uxore.

l *Petit.*] vt supra mandati. l. antepenult. & infra solut. matr. l. in insulam, § vsuras. & infra, de doli except. l. fin. in princ. Accur.

m *Pietate.*] in eo [illegible] etur, quod l. nam vt C. de dotis pro- mis. l. prima. Solu. hoc in patre dotante filiam, cuius est officium dotare eam, aliud in alio. Vel ibi nulla conuentio, vel promissio intercessit: licet esset scriptum promissam fuisse dotem, cum probaretur in contrarium. vel si ibi promissio interuenit nuda, scilicet dotis dandæ: sed tamen quantitas, vel species non erat declarata: ideoque non datur actio. Nec enim specialia duo cõcurrere possunt: & quod ex nudo pacto detur actio: & ad incertam dotem: hic autem unum speciale tantum fuit, scilicet dotis incertæ cum stipulatio intercessit.

¶ In domum absentis vxore deducta, nullis in eam interea ex bonis uiri sumptibus factis: ad exhibitionem vxoris promissas usuras k reuersus uir improbè petit. l

¶ Gener * à socero dotẽ arbitratu soceri certo die dari, non demõstrata re, vel quantitate, n stipulatus fuerat. arbitrio quoque detracto stipulationem ualere placuit, m nec videri simile, quo fundo non demonstrato nullum esse legatum, n uel stipulationem fundi constaret; o cum inter modum constituendæ dotis, & corpus ignotũ, p magna differentia sit. Dotis etenim q quantitas, pro modo facultatum, 2 † & dignitate r natalium uiri rectè per autorem constitui potest.

¶ Nuptiis ex voluntate patris puellæ cum filio tutoris iure contractis: dos pro modo facultatum, & dignitate natalium rectè per tutorẽ s constitui potest.

n *Legatum.*] argũ. contra, infra de adimen. legatis, l. si cui. Accursius. Solut. ibi fuit facta demonstratio ad certam rem, hic non.

o *Constaret.*] cum ille, qui legat, vel promittit, nullum fundum habebat: sed habere credebat, imò idem & si haberet. secus est in domo: vt infra, de legatis primo, l. si domus. quæ est contra. Et ideo aliud est in fundo: quia sola destinatione patrisfamilias constitui tur: vt infra, de legatis primo, l. quod in rerum, §. quod si post. cuius stipulatio facta in genere, uel legatum ideo non ualet, quia hæres adeo minimum fundum dãdo se liberare posset, vt in eo, nec etiã palmam, nec etiam digitum propter breuitatem ipsius fundi extendere posset: domus autem legatum non ita facilè constitui potest derisorium: cum domus parietum demum intersectio diuidatur in duas, vt supra communia prædiorum. l. si quis duas, § si quis partem, secundum Ioannem. Vel hic cum agebatur, ut certus fundus demonstraretur: ut infra, de verborum obligationib. l. ita stipulatus, & l. triticum licet legatum valeat si de certa re senserit testator, & non expresserit infra de legat. primo, l. legato §. primo. Item contra ad id, quod hic de legato dicitur infra, de adimendis legatis, l. si cui. Sed ibi speciale fauore alimentorum. Item ad idem contra, infra de legatis tertio l. Stichus. Sed & ibi debet doceri artificium similiter fauore alimentorum, vt ex eo se debeat alere, ut ibi dicit.

p *Ignotum.*] legatum uel promissum. Sed quid si dixi, do fundum in dotem? Respon. uidetur ualere etiã magis quàm hic, & dabitur fundus conueniens.

q *Etenim.*] à simili, ergo à patre. Accur.

r *Et dignitate.*] ut ff. eod. l. quarto. Accur.

s *Per tutorem.*] uel curatorem, uel procuratorem, cum hæres tantum gener erat spe, & destinatione. Sed qualiter hic tutor potest in re sua author fieri, ut Institut. de autoritate tutorum, § ultimo & infrà ad Trebellianum, l. prima, § fuit quæsitum. ipse enim tenetur ad dotem reddendam, uel de peculio, uel de in rem uerso, u l quod iussu? Responderi potest, quod principaliter ista spectat ad filium, vt argumen. infra, de author. tutorum, l. j. sed & in re sua, cum nouum sit pupillum non damnificari, auctor erit, ut ff. de contrahen. empt. l. fistulas, §. fundum. Accur.

a ad [illegible] §. [illegible] Op. [illegible] l. si quis arbitratu. num. [illegible] de verb. oblig. & per Dec. [illegible] in l. [illegible]

2 † Plur. [illegible] facultatum patris & dignitate [illegible] constitui potest [illegible] Sponsa duo concurrere non possunt.

Patrona.

a *Patrona.*] patrona promisit dotem pro liberta sua. Accursius.

b *Promissam.*] marito futuro.

c *Retinebit.*] hoc plane legitur ita, scilicet nisi eam in seruitutem reuocauerit. potest enim, cum amodo matrimonium sequi non possit, nec dos petetur. quid si post contractum matrimonium extitit ingrata: & est reuocata in seruitutem? Respon. ut C. e. l. si dotem.

d *Nulla.*] si non præcessit promissio, vel pollicitatio. hodie tamen ex stipulatu agetur, ut C. de rei vxor. act. l. j. in princip. vel dic ut ibi.

e *Viro.*] sed quid si pereant? dic ut no. C. sol. mat. l. j.

f *De dolo.*] id est in factum nomine doli, vt C. eo. l. j.

g *Dominium.*] & periculum, & j. soluto matr. l. æstimatæ.

h *Dotis.*] nec videtur dos restitui, nisi & partus sit restitutus, vt infra sol. matr. l. si marito. §. si. & supra eo. l. pleramque, §. si.

i *Communis fit.*] hoc ideo, quia donatio inter virum & vxorem nulla est. Accur.

1 † Duar. æstimatis, & traditis.

2 † Flo. partum.

* Al. maternam huius l. vide Dec. in l. i. solut. matr. circa medi. l. in pun. de sub. fisc.

3 † Flor. lib. 11.

¶ Patrona a dotem pro liberta iure promissã. b quæ extiterit ingrata, non retinebit. c

¶ Cum res in dotem æstimatas soluto matrimonio reddi placuit, summa declaratur, non venditio contrahitur: ideoque rebus euictis, si mulier bona fide eas dederit, nulla d est actio viro. e alioquin de dolo f tenetur.

¶ In dotē rebus æstimatis 1 † traditis, quamuis eas mulier in vsu habeat, viri dominiũ g factum videtur.

¶ Partus 2 † dotalium ancillarum dotis h esse portionē conuenit: ideoque frustra pacisci uirum, ut inter uxorem & se partus communis fit. i

Paulus lib. 6. Quæstionũ.

LEX LXXI.

IN ambiguis, * pro dotib. respondere melius est. k

Idem lib. 3. 3 † Quæstionũ.

LEX LXXII.

CVm dotē mulieris nos extraneus promisit, mulieris periculum est. l sed si maritus nomen secutus, vsuras exegerit, periculum eius respondetur. m

Idem lib. 8. Responsorum.

LEX LXXIII.

MVlier bona sua n omnia in dotē dedit, quæro, an maritus quasi hæres oneribus hæreditarijs respondere cogatur? Paulus respondit, eum quidem, qui tota ex repromissione dotis bona mulieris retinuit, a creditoribus eius conueniri non posse: o sed non plus esse in promissione bonorum, quam quod superesset, 4 † deducto ære alieno. p

k *IN ambiguis.*] CAIVS. Stipulatus sui dotem arbitrio seruí mei, valet stipulatio in dubio. & reducitur ad arbitrium boni viri potius quam non valeat.

k *Melius est.*] ut C. de dotis prom. l. si. & l. cum pater. & l. 2. & est ambiguum pactum in dote constituenda, ut pro ea respondeatur. supra eod. l. cum post. §. gener. sic est & in dote repetenda, ut cum mulieris intercessit stipulatio, ut C. de rei vx. act. in princ. Itē, quia præfertur aliis creditoribus. & facit supra eo. l. si ego. §. si res, & l. dotem quæ. & j. de reg. iur. in ambiguis.

l *CVm dotem. Periculum est.*] nisi vir in exigendo moram fecit, ut j. eod. l. si extraneus. & dic ut ibi. Accursius.

m *Respondetur.*] si desijt debitor esse soluendo, & facit supra eo. l. si extraneus. Accur.

n *MVlier bona sua.*] quod nulla lege prohibetur, ut C. eo. l. nulla. & hoc semper facere videtur quando viro conuenit in manum: ut in Topicis Ciceronis. sed lex non dicit.

o *Non posse.*] vt C. de do. l. cum res. sed contra. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 2. sed ibi ideo tenetur fiscus, quia videtur quasi successor, cum delinquens amittat. hic autem mulier non amittit. Accur.

p *Alieno.*] quia bona intelliguntur quæ supersunt deducto ære alieno, ut j. de coll. bon. l. 2. §. illud. & C. de bon. quæ lib. l. fin. §. vbi autem. Accur.

q *IN rebus.*] alias §. Paulus. & alias lex, in rebus. Accursius.

Paulus respondit.

LEX LXXIIII.

IN rebus q 5. † dotalibus etiam patrem r mariti dolum & culpam præstare debere.

Idem respondit.

LEX LXXV.

SI mulier s 6 † de suo dotem dedit, & adhibuit matrem, quæ stipularetur, t potuisse eam postea instrumentum u dotale mutare.

Idem lib. 2. Sententiarum.

LEX LTXVI.

MVtus, surdus, & cæcus dotis x nomine obligantur: quia & nuptias y contrahere possunt.

¶ Manēte matrimonio, non perditurae uxori ob has causas z dos reddi a potest, ut se 7 † suosque alat, ut fundum idoneum emat: b ut in exilium, vel 8 † in insulam relegato parenti præstet alimonia, 9 † aut ut egentem uirum, fratrem, sororemve sustineat. c

Hermogenianus libro 5. iuris. ἐπιτομῶν

LEX LXXVII.

SI sponsa dotem dederit, nec nupserit, uel minor duodecim annis, ut uxor d habeat, exemplo dotis, condictioni e (fauoris ratione) priuilegiũ quod inter f personales actiones uertitur, tribui placuit.

Dos dicitur in bonis uiri quo ad dominium rerũ dotalium: sed quo ad ius & sustentationem uxoris, dicitur esse ipsius uxoris. Baldus.

r *Patrem.*] non solum maritum. Ioan. sed & patrem dotem accipientem. alioquin de dolo solo tenetur, ut supra, de pact. l. in bonæ fidei. & supra eod. l. quemadmodum. § primo. Accursius.

s *SI mater.*] alias § Paulus. & alias l. si mulier. Accursius.

t *Stipularetur.*] eius mandato, ut mandati teneatur, ut supra manda. l. idemque in fundo, §. si cui vel negot. gest. si sine mandato, ut supra, de negot. gest. l. pen. & facit j. tit. j. cum maritus. §. fin.

u *Instrumentum.*] vt sic stipuletur sibi dotem reddi: & sicut non matri, sed sibi reddatur. Accur.

x *MVtus. Dotis.*] si dotem acceperint. Accur.

y *Nuptias.*] ut infra, de vulg. & pup. subst. l. ex facto.

z *Causas.*] alioquin donare videtur, ut C. si dos constan. matri. l. si dos. Ioan.

a *Reddi.*] sed vir inuitus non cogitur: nisi cum ad inopiam vergit: ut infra soluto matrimonio, l. si constante. Ioan. & in alio casu: & supra eodem. l. quemadmodum, & infra eodem, l. finali.

b *Emat.*] qui in dotem sit, vt supra eod. l. ita constante.

c *Sustineat.*] vt habes hic, & infra soluto matrimo. l. quamuis. & l. sed ideo, & supra, de relig. l. sic pro rata, § maritus. & infra, de don. inter virum et vxor. l. si quis pro vxore, §. si vxor. Accur.

4 † Flor. superesse.

5 † Flo. est. §.

6 † Flo. est. §.

7 † Flo. se sit

8 † Flor. vt.

9 † Flor. ait mentia. hic & Duar. alimentiã matris gentes usurpet.

d *SI sponsa. Vxor.*] tanquã maior.

e *Condictioni.*] ob causam, vel sine causa, quæ generalior est.

f *Quod inter personales.*] quod priuilegium habet mulier etiam hodie in hypothecis, ut C. qui potio. in pigno. hab. l. fina. nam reipublicæ interest &c. ut infra soluto matrimonio l. prima. eadem ratio est in hac maiore sponsa vel minore, ut infra, de priuil. cred. l. j. § fin & l. interest. quare idem debet esse ius, ut etiam idem habeat priuilegium inter hypothecarias, secundum Ioan. contrarium tamen sumi potest argumentum ex illa l. assiduis. & l. quis enim &c. Accursius.

Tryphonius libro sexto disputationum.

LEX LXXVIII.

QVamuis in bonis * mariti dos sit: a mulieris tamen est. Et merito placuit, vt si in dotem fundum inæstimatum dedit, cuius nomine duplæ stipulatione cautum habuit, b isque c sit marito euictus: d statim eam ex stipulatione agere posse e 1 † pro eo, quod eius interest, non esse euictum quod in dotem 2 † fuit, quodque ipsa euictionem pati creditur ob id, quod eum in dotem habere desiit, huic 3 † enim constante matrimonio (quamuis apud maritum dominiū sit) emolumenti potestatem esse creditur: cuius f etiam causa 4 † matrimonij onera maritus sustinet.

Idem libro nono disputationum.

LEX LXXIX.

SI pater mulieris mortis suæ g causa dotem promiserit, valet promissio. Nam & si in tempus quo ipse moreretur promisisset, h obligaretur. Sed si conualuerit: cur i non remittatur obligatio per condictionem, i atque k si stipulanti quiuis alius promisisset, l aut dotem m alicuius n nomine? Nam, ut corporis, vel pecuniæ translatæ, o ita obligationis constitutæ mortis causa condictio est. Non idem dicendum est in persona mulieris, si mulier mortis suæ causa dotem promisit: quia nisi matrimonij oneribus seruiat, p dos nulla est. q

Quando obligatio vsuraria transfertur in causam dotis, desinunt vsuræ currere. Bald.

Idem lib. 10. disputationum.

LEX LXXX.

SI mulier debitori suo, qui sub vsuris debebat, nupturа in 5 † dotem promisisset, quod is sibi deberet: post contractas nuptias secuti temporis vsuras non esse dotales: r quia tota illa obligatio tolleretur perinde ac si solutum debitum mulieri, in dotem ab ea datum s esset.

Idem libro vndecimo disputationum.

LEX LXXXI.

CVm in fundo mariti habens mulier vsumfructū, dotis causa marito eum dedit, quamuis ab ea vsusfructus de cesserit, maritus tamen vsum fructum t non habet, sed suo fundo quasi u dominus x vtitur, consecutus per dotem plenam fundi proprietatem non separatam ab 6 † vsufructu, nec est quod non utendo 7 † maritus amittat. Diuortio autem facto constituet in eodē fundo vsumfructū mulieri y Qđ si in matrimonio decesserit uxor, nihil emolumēti ob dotem habere videtur maritus: quia etsi vxorem eam nō duxisset, tamen fructuariæ morte finitus vsusfructus ad proprietatem rediret: ideoque nec in funus conferret 8 † mulieris. z

¶ Plane si pater filiæ nomine, qui a in fundo generi vsumfructum habebat, dotis constituendæ gratia eum dederit, & in matrimonio ea mortua fuerit, habebit ex sua persona ususfructus petitionem.

¶ Quod si mulier in suo fundo marito usumfructum dotis causa constituerit, tunc ex mariti persona propriè erit ususfructus, quia 9 † & non utendo ipsi 10 † perit. b quod si acciderit, c uideamus, an etiam nunc dotata sit mulier. Et si quidem dominium apud mulierem est fundi d ad quem reuersus est ususfructus, nihil iam in dote habet, quod actione dotis consequatur ab eo, cui, quod non utendo amisit usumfructum, imputari non potest, ex quo ipsa lucrum e

a QVamuis in bonis mariti dos sit.] omni modo, ut Instit. de rerum diuis. §. per traditionem. & ꝓ. sol. matri. l. si constante, §. si maritus vnde potest seruum dotalem manumittere, ut ꝓ. de manumiss. l. seruū dotalem. quod non posset si esset alterius, ut C. de his, qui a nō dom. l. si non propter eam. Itē iubere adire hereditatem, vt ꝓ. so. matr. l. seruus dotalis. & hic ẽm lo. licet quo ad q̄dā mulier dña videat, vt sol. matri. diuortio. §. si fundus & l. si constante, §. si maritus, & l in his rebus. Item ideo, quia in his rebus aliter, ut C. eod. l in rebus. sicut filius pater natum, ut ꝓ. de liber. & posthum. l in suis. & C. qui potio. in pigno. hab. l assiduis.
b Cautum habuit.] s. ei licet mulier.
c Isq́.] s. fundus.
d Euictus.] per hypothecariam. Ioan.
e Posse.] ut s̄. de euic. l. si pro re pupilli. §. si pro euictione. Accur.
f Cuius.] non solum habet dominium dotis maritus, sed etiam habet onera matrimonij.
SI pater.] CASVS. Pater mulieris dotauit generū viro causa mortis, ut ea esset dos. quæritur an valeat? Et dicit q̄ sic: sicut si promisisset pater post mortē suam. Secūdo dicit q̄ necut alias donatio causa mortis reuocatur, si cōualeat donator, sic hic. Tertio, q̄ ipsa mulier non constituit dotem per donationem causa mortis, quia si ea eadem mortua dos daretur. & sic soluto matrimonio esset dos, & non seruiret oneribus matrimonij. Viuia.
g Si pater mulieris mortis sua.] s. patris.
h Promisisset.] s. non causa mortis.
i Per condictionem.] certe imo remittitur, ut ꝓ. de don. cau. mor. l. senatus, §. donatio. In fine.
k Atque.] i. sicut.
l Promisisset.] aliquid non causa dotis, sed causa mortis tantum.
m Dotem.] causa mortis filius vel alius.

n Alicuius.] nō filiæ.
o Translata.] est condictio. Accur.
p Seruiat.] i. seruire possit. Io. vel infra, de statulib. Labeo.
q Nulla est.] vt s̄. eo. l. Iulianus, vel dic ut ibi. & est hic arg. s̄. de vsufr. l. Titio. & infra de vsufr. leg. l. 5. §. fin. Accursius.
r SI mulier Dotales.] imo contra, ut s̄. eod. l. cum post §. mulier. Sol. ibi ipsa se alebat: vel ibi alij, non debitori nupsit.
s Datum.] iuris fictione quo actus interuenire creduntur, vt ꝓ. de don. inter vir. & vxo. l. 3. in fi.
t CVm in fundo. Usumfructum.] quantum ad formam vt supra, de seruit. vrban prædio l. in re. habet tamen quantum ad causam.
u Quasi.] veritatis expressiuum.
x Dominus.] s. in vsufructu. Accur.
y Mulieri.] vt infra soluto matrim. l vsufructu. & ꝓ. de fundo dot. l. si maritus, §. fi. Accursius.
z Mulieris.] alioquin si de dote aliquid lucraretur, conferre cogeretur, ut s̄. de relig. l. in eum.
a Qui.] s. pater.
b Perit.] hoc enim necesse est ut dicat dotem restitui etiam liberis existentibus. nam periniquum esset ut vsque in vitam filiorū duraret vsusfructus.
c Acciderit.] s. vt nō vtendo sit amissus.
d Fundi.] potest enim esse, quod alienauit mulier fundum, & potest esse quod non. Accursius.
e Ex quo ipsa lucrum. Hic no. q̄ nō possum alicui objicere culpā, cum ex culpa lucrum senserim: sed si ita simpliciter dicatur, apertissime falsum est. nam fallit in omni vsucapione & præscriptione, & maxime in vsucapione pro donato. sed certe hæc, quæ culpam objiciebat, agebat, non possidebat. Item agēdo & culpā objiciēdo petebat id ipsum quod habebat: vnde merito repellitur quasi non possit objicere culpam
ex

* In iure aut tam vxoris, qui & post diuortium velut res uxoris peti potest. Boet. ad Topicam Cic.

1 † Fl. agere posse. Porro cuius interest non esse euictum.
2 † Flo. etiam in dote.
3 † Flo huius etiam constante.
4 † Flor. de est, causa.
5 † Flor. deest, in.
6 † Flor. deest, ab.
7 † In quibusdam exēpla. additur eum.
8 † Flor. confert.
9 † Flor. qui.
10 † Flor. ipsius perit.

habet : ideoque indotata erit.

¶ Quòd si uxor alienauerit proprietatem, quæ sine vllo mulieris emolumento a plenior facta est, adhuc dotata est: quia dotis actione teneri debet maritus, qui, quando licuit vsufructu uti, amiserit eum non utendo. b Nam si habere perseuerasset vsumfructum vsque 2 † ad diuortium, commodo mulieris cederet eius restitutio; quia etsi non protinus c ad ipsam transiret, tamen vel precio d vel beneficio e sine incommodo mulieris ad proprietatem reuerteretur. 3 † Si autem vsumfructum maritus f non amiserit, morte mulieris non finitur vsusfructus ad maritum.

¶ Diuortio autem facto, primo uideamus & in hac g & in superiore h specie, an pro rata temporis eius anni diuidantur i fructus: quod probandum k est. Ipsius autem restitutio ita fiet, ut habenti mulieri fundum vsusfructus cedatur, & ita cum proprietate consolidetur.

¶ Sed etsi non sit fundi domina, nihilominus competit dotis actio, ut dimittat a se maritus vsumfructum. l nam vel ex empto actione ad hoc, m vt vsumfructum præstet, mulier tenetur, aut pretiũ eius consequi sperat, aut cuius magis gratiam præstare, quã relinquere apud inimicum * tus ad se translatum, licere ei ciuile n est.

¶ Vxor viro vsumfructum dotis nomine dedit, manente matrimonio eidem fundum vendidit. quæsitum est diuortio facto quid dotis iudicio recuperare debeat? Dixi, referre quanti fundus venisset, nam si nudæ proprietatis æstimatio facta fuisset: mulierem 4 † dotis iudicio pretium vsusfructus recuperare debere, 5 † Quid ergo est, si vir ante o litem contestatam p mortuus fuisset? heredes eius nihil præstituros.

¶ Nam & si quilibet alius emptor proprietatis extitisset; hæres viri nihil mulieri præstaret, scilicet vsufructu reuerso ad proprietatem. r Cæterum si fundus totus venisset, quanti deberet venire non detracto vsufructu; intelligi mulierem dotem matrimonio manente recepisse.

¶ Si fundus communis in dotem datus erit, & socius egerit cum marito communi t diuidundo, adiudicatusque fundus socio fuerit, in dotem 6 † erit quantitas, qua socius marito damnatus fuerit: aut si omissa u 7 licitatione extraneo addictus h c fundus fuerit, precij x portio, quæ distracta est; y sed ita, ut non vice corporis habeatur, nec diuortio secuto, præsenti die quod in numerato 8 † est, restituatur, z sed statuto tempore a solui debeat. Quòd si marito fundus adiudicatus fuerit, 9 † pars utique data in dotem, dotalis manebit. Diuortio autẽ facto, sequetur restitutionẽ, b propter quam ad maritũ peruenit, etiam altera portio: c scilicet vt recipiat tantum precij nomine à muliere, quantum dedit ex condemnatione socio. nec audiri debebit alteruter eam æquitatem recusans: aut mulier in suscipienda parte altera quoque, aut uir in restituenda. Sed an constante matrimonio non sola pars dotalis sit, quæ data fuit in dotem, sed etiam altera portio, videamus. Iulianus de parte tantum dotali loquitur. & ergo dixi 10 † in auditorio illam solam dotalem esse.

¶ Si marito dotis nomine stipulanti promiserit per errorem is, qui exceptione tutus erat, nec soluat, cogetur ei soluere, d habebit condictionem aduersus mulierem, aut patrem, vter eorum delegauit, ob id quod indebitum marito promisit aut soluitur.

Labeo lib. 6. posteriorum à Iauoleno epitomatorum.

LEX LXXXII.

A Vus nepotis nomine ex 11 † filio natæ genero dotẽ dedit, & moritur. e negat Seruius dotem

ex qua ipsa lucrum sensit, quod & ipsa habet.
a *Emolumento*] nam ad eam mulierem redire non potest.
b *Vtendo.*] ut sup. eodem, l. si extraneus.
c *Protinus.*] soluto matrimonio.
d *Precio*] dato mulieri à proprietario. Ac.
e *Beneficio.*] collato ipsi mulieri à proprietario, vt ipsa cedi faciat vsumfructum.
f *Maritus*] constitutus Azo. sed morte ipsius mariti: vel eo nõ vtente, ut supra ead. l. §. quod si mulier.
g *In hac*] idest vbi maritus non amisit vsumfructum.
h *In superiore*] id est vbi amisit, & apud mulierem fundi dominium remansit.
i *Diuidantur*] inter maritum & vxorem. Accursius.
k *Probandum*] ut infra soluto matrim. l. fructus. & C. de rei vxo. ac. §. cumque ex stipulatu.
l *Ipsius. Vsumfructum.*] quem in suo fundo mulier dedit in dotem. Accursius.
m *Adhuc.*] cum mulier prius vendidit proprietatem nudã, & accepit pretium ut faceret cedi vsumfructum emptori soluto matrimonio. Accurs.
n *Ciuile*] imò uidetur inciuile; quia sic indulgetur malitijs. & sic est arg. contra. supra de rei vendica. l. in fundo, & supra de euict. l. in credito re. Accur.
o *Ante litem*] & post diuortium. Quid si post litem contestatam & diuortium? argu. quòd idem, vt sup. ad exhib. l. signi. §. si. sed contra supra de noxa. l. si alienus.
p *Contestatam*] pro precio vsusfr. recuperando.
q *Præstituros.*] hoc ideo quia vsusfr. constitutus ex persona mariti perijt, ut sup. eodem, quod si mulier in suo fundo. Ac.
r *Proprietatem.*] mortuo marito. Accur.
s *Recepisse.*] tunc si locupletior facta esset mulier soluto matrimonio, remouetur exceptione: alioquin non, ut C. si dos constan. ma. l. prima.
t *Communi diuidundo.*] scilicet quod fieri potest, ut sup. communi diui. l. communi diuidundo. §. si debitor. licet ipse prouocare nõ possit. C. de fun. do. l. secunda.
u *Omissa.*] aliàs omissa: & secundum has duas literas dic, scilicet a socio, sed ab extraneo ut subijcit. alias licit admissa, i. deducta re in licitationem, sed alter sociorũ non poterat licitari: quia extraneus fuit admissus, ut e dicit, quod quandoque fit, vt C. communi diui. l. ad officium. & sic no. alienationẽ in fundo dotali admissam necessitatem, ut inf. de fun. do. l. prima. & arg. C. de liti. l. g. fina. & C. man. l. per diuersas. §. exceptis.
x *Precij*] idest precij rei, quæ distracta est, vel precij portio. idest pretiũ portionis. Io.
y *Distracta est.*] erit in dotem. Io.
z *Restituatur*] quod in corpore mobili & immobili desideratur, ut C. de rei vx. act. §. exactio.
a *Statuto tempore.*] post annum hodie. vt prædicto. §. exactio.
b *Restitutionem*] scilicet rei uel partis dotalis. Io.
c *Portio*] quæ dotalis non est. Ioan. vt sup. de act. emp. l. Iulia §. idem Celsus. & sup. communi diui. l. communi diuidundo. §. si debitor. & inf. proxi. respon.
d *Soluere.*] ut inf. de do. exce. puta, § pen. & facit supra de cõd. cau. da. l. si donaturus.
e A *Vus. Moritur.*] auus. Ioan. Renatii.

1 † Fl. deest, vsque.
2 † Fl. venerunt.
* Obserua, uirum post diuortium censeri vxoris inimicum. quod hic tacite innuitur, & in l. 19 inf. de pa.
3 † Aliàs à fr.
4 † Fl. mulier.
5 † Fl. debe.
6 † Fl. in dote.
7 † Aliàs, si admissa.
8 † Fl. in numero.] scilicet, quod constat numero, nempe, pecunia. Sperans ergo hic explicat pro eo quod est in primo pio.
9 † Aliàs, aduenerit.
10 † Aliàs, si dem.
11 † Fl. deest ex. & ad intel. huius l. ut pan. de à ne. piu m le. in quartam nam 14 ... le. Falc.

a *Reuerti.*] ex tacita stipulatione: sed ad mulieris heredes.
b *Habuisset.*] pater. aliud est si nomine filij dedit: tunc enim ipse est ac si ipse filius dedisset: vnde ad ipsum reuertitur. vt inf. de col. bo. l. dotē. quę est contra. vel ibi de æquitate. Accur.
c *Turpitudine.*] Quę adeò cū abest dignitas, vt inf. de verborum sig. l. nepos.
d *SI debitor. Pecuniam.*] sine voluntate mariti vel sponsi: alioquin contra est. vt sup. eo. l. debitor. & l. non enim. Accursius.
e *Est.*] vt infra eo. si debitor. & supra de cond. cau. da. l. quod Seruius.
f *PAter. Recepe rat*] à suo debitore. lo.
g *Consumptis.*] reconciliat ergo dotem cōsumptio, vt hic. Item vsurpatio: vt sup. eodem, l. Proculus.
h *CVm vxor. Pecuniam.*] date iusserit. &c.
i *Sibi.*] s. mulieri.
k *Deberet.*] vir.
l *Liberatum esse.*] facit supra eodem, l. & §. fina. & inf. de acquirenda possess. l. j. §. hoc quidem. & §. per procurat. Accur.
m *SI debitor. In ea*] vt sup. proxi. l. si debitor. Accu.
SI dote.] CASVS. Quidam promisit dotem pro muliere, quę nūc conuenitur a viro quęritur an insolidū nō deducto, ne egeat, conueniatur: an non eo deducto. Distinguitur, si fuerit extraneus, semper condemnatur insolidū: si fuerit pater, inquantum facere potest. Item distinguitur, an constāte matrimonio petitur: & habetur rō, ne egeat: an eo finito, quia pactū erat fortè de dote lucranda: & tunc distinguitur, aut pater decepit generū sciens se non soluendo; & tenetur insolidum: alioquin non insolidum, sed inquātum facere potest: hoc est deducto ne egeat. Viuia.
n *Attenet*] Iuste aliud conuenit, s. vt extra.

1 † Fl. quia nihil ex bo. suis habuisset.
* Quidā nobis flagitum Tribonianus agnosci, qui dote promittere, detinere. contra latinis sermonis reg. cum Labeo velle ipse fisset, dote dari, sed sublatam esse ho die dotem dictam.
2 † Fl. esset.
3 † Fl. totum hoc capite in plurisq. deest.
4 † Fl. deest, quod.
5 † Fl. commune.
* Ff. fere eadem cum. l. 8. si p. & ideo ... Anto. l. 1. in f.

ad patrem reuerti: a & ego cum Seruio sentio. quia non potest videri ab eo profecta; quia 1 † nihil ex bonis suis habuisset. b

¶ Pater filiæ nomine centum doti * ita promisit, Cùm commodissimum erit. 2 † Atteius scripsit Seruium respondisse, Cum primum sine turpitudine c & infamia dari possit, deberi.

Iauolenus lib. 6. ex posterioribus Labeonis.

LEX LXXXIII.

SI debitor 3 † mulieris dotem sponso promiserit, posse mulierem ante nuptias a debitore eam pecuniam d petere, neque eo nomine postea vitro debitorem obligatum futurum, aut Labeo: quod 4 † falsum est: quia ea promissio in pendenti est e donec obligatio in ea causa est.

Papinia. lib. 8. quæstionum.

LEX LXXXIIII.

PAter filiæ nomine nummos alienos, quos mutuos acceperat, aut in causam crediti receperat, f in dotem dedit consumptis g his dos profectitia efficitur.

Proculus lib. 5. epistolarū.

LEX LXXXV.

CVm vxor virum suum quam pecuniam h sibi i deberet k in dotem filiæ cōmuni 5 † dare iusserit, & id fecisse dicatur, puto animaduertendum est, vtrum eam dotem suo, an vxoris nomine dedit. si suo: nihilominus vxori eum debere eam pecuniam: si vxoris nomine dederit: ipsum ab uxore liberatum esse. l

Iauolenus lib. 6. ex posterioribus Labeonis.

LEX LXXXVI.

SI debitor mulieris * dotem sponso promiserit, non posse mulierem ante nuptias a debitore eam pecuniam petere: quia ea promissioni pendenti esset, donec obligatio in ea m causa est.

Nota istum casum singularem pro eo, qui ab initio promisit quòd dare non poterat. Bart.

Labeo libro 6. Pithanon. à Paulo epitomathorum.

LEX LXXXVII.

SI de 6 † dote promissa agatur 7 † non oportet inquātum facere potest, cōdemnari eum qui promisit. Paulus. Imò quod ad extraneum attinet, n semper hoc verum est. Cæterum si manente affinitate dotem promissam gener à socero petat: vtique inquantum facere potest, socer condemnabitur. Si dirempto matrimonio petatur, o ex causa p & personæ q tribuendum puto. Quid enim si socer spe futuræ dotis induxerit generum 8 & cū sciret se præstare dotem non posse, r id egerit, vt genero insidiaretur? s

No. casum expressum, quòd extra causas expressas in l. mutus. §. 1. sup. eo. nō potest solui dos mulieri, nisi in eius vtilitatem vertatur: vt hic, & no. in l. 1. in prin. infra sol. ma. & l. cum in fun. do §. 1 xor viro, sup. eod. Item no. quòd sicut maritus nō potest alienare fundum dotalem, ita nec vxor consentire marito alienanti: nisi propter mulieris vtilitatem. licet quidā contra, per l. si prædium. C. eod tit. Bartolus.

Sceuola lib. 8. Digestorum.

LEX LXXXVIII.

FVndum filiæ nomine pater in dotem dederat. huius t hæredi filiæ ex asse, creditoribus patris vrgentibus, vtilius videbatur potius fundum, qui dotalis erit, 9 † distrahere, quod u minus fructuosus esset: 10 † & alios hæreditarios vberiore reditu retinere: maritus consentit, si nulla in ea re u captio futura x sit. Quæro an ea pars y dotis, quæ in hoc fundo est, meliori manente matrimonio rectè soluatur? Respondit, Si pretium creditoribus z soluatur, rectè solutum. a

neus condemnetur inquantum facere potest, ut supra de pact. l. si qs crediderit. Io.
o *Petatur.*] ab eo qui promisit dotem.
p *Ex causa.*] ex qua tribuitur hoc beneficium, vt si ex cā dotis agatur. Item etiā agatur ex causa dotis, tamē quandoque non datur hoc beneficium: vt si is qui cōuenitur dolosè versatus est. Item ratione personæ tribuitur: quia extraneo promittenti dotem non præstatur.
q *Non posse.*] vt inf. de administra. tut. l. cum post A. primo.
r *Insidiaretur.*] merito ergo insolidum tenetur idem & de marito, & de socio dicemus, s. vbi dolum commiserint. vt insolidū condemnetur, vt inf. soluto matrimonio. l. etiam. & l. si constante & inf. de re iu. l. sed hoc ita quę videntur contra.
s *FVndum. Huius.*] patris. Accur.
t *Quod.*] scilicet, quia.
u *In ea re.*] idest permissione.
x *Futura sit.*] nec enim facit hoc animo conandi.
y *Pars.*] hic, fundus erat pars huius dotis, quia & alia erant in dotem.
z *Creditoribus*] tunc enim non est perdita, quia redigit: r, vt sup. eodem, l. mutus. §. manente. & ut de empte re eccle. l. & ... dicitur. C. de sacrosan. eccl. auth. hoc ius. & in authen. de eccles. tit. §. omnibus. colla. 9.
a *Solutum.*] & sic nota fundum dotalem alienari hoc casu, quia est vtile: & magis videtur permutatio. & supra eod. l. ita constante.

6 † Fl. deest. fl. de.
7 † Fl. agit. ...
8 † Fl. generum.
9 † Fl. di. strahe.
10 † Fl. ...

DE

DE PACTIS dotalibus.

Quia super dote de qua dictum est, sunt quædam pacta quæ valent, quædam quæ non, ideo de omnibus dicit.] *ut lib. 8. exposita ratione contrahendæ emptionis subijciuntur pacta inter emp. & vend. composita & lib 20 exposita ratione contrahendi pigneris vel hypothecæ pacta eorum, ita ratione contrahendæ dotis exposita recto superiori, dantur modo pacta dotalia, non quæ ad actionem, vel exceptionem prosint, ut in gener. titulo de pactis sed quæ utilia, vel inutilia, quæ licita, vel illicita sint. Cutanus.*

1† Fit. dotis quidem.

2† Aliàs arbitrium cognoscentis.

P*acisci post nuptias.*] CASVS. paciscitur mulier de die reddendæ dotis. Item de dolo & culpa, hæc pacta valent, siue ante matrimonium, siue postea fuerint si modo adsint quos negotiu targit, s. mulier & vir: & pater cuiuslibet eorum, vel alterius, qui dotem dedit: alias eis, qui absunt non nocet. Vivianus.

3† Flor. hic lib.

a *Pacisci post nuptias*] puta de dote reddenda: de culpa præstanda: & de similibus: dum tamen donationis animo non fiat, ut] eo. l. cum maritus. § respon.

b *Oportet*] ut omnib. prosint, & noceant.

c *Nec ei*] s. filiæ; puta, cum patri pactus est reddi sibi, pignoribus, & fideiussorib. acceptis: quorum obligatio filiæ nõ quæritur: quia sicut patri per filiam: ita filiæ per patrem quæri receptum est. nisi patri hæres existat, ut infra eod. l. cum dos.

4† Fl. hic lib. 35.

d *Non prosit.*] vel non noceat. Accur.

e S*I conuenerit. Remaneret.*] ut infra sol. matri. l. si cum dotem. Accur.

f *Pactum*] vel si in cõtinenti sit factum. aduersatur enim utilitati publicæ, ut]. sol. matrim. l. j & supra, de iu. dot. l. 2

g *Interuenerit.*] ubi

TITVLVS IIII.

De pactis dotalibus.

Iauolenus lib. 4. ex Cassio.

LEX PRIMA.

P*Acisti post nuptias, a etiã si nihil ante conuenerit, licet.*

¶ Pacta quidem 1 † quæ de reddenda dote fiunt, inter omnes fieri oportet, b qui repetere dotem possunt, & à quibus repeti potest, nec ei, c qui non interfuit apud arbitrum 2 † cognoscentem pactum non prosit. d

Pactum factum ut soluto matrimonio liberis existentibus dos remaneat penes virum, intelligitur si morte mulieris matrimonium dissoluatur, non si morte viri. Bald.

Vlpianus lib. 3 2. 3 † ad Sabin.

LEX II.

S*I conuenerit, ut quoquo modo dissolutum sit matrimonium, liberis interuenientibus dos apud uirum remaneret. e Papinianus Iuliano prætori respondit, morte mariti finito matrimonio neque conuenisse uideri dotem remanere: & si conuenisset, non esse seruandum pactum f contra dotem, cum mariti mortalitas interuenerit. g*

Paulus lib. 4 4 † ad Sabin.

LEX III.

P*Acta conuenta, quæ in diuortij tempus collata sunt, non facto diuortio h locum non habent.*

Pactum quòd maritus nõ lucretur fructus dotis, sed restituat, non ualet, nisi propter ipsum sit maiorem dotem consecutus, uel mulier seipsam alat. h. d. Si verò fiat de certa parte fructuum, videtur indistincte valere, ut infra eodem, l. quaris. & adde l. si inter virum, infra eod. & hoc si fiat ante contractum matrimonium, alias nullo modo valet, d. l. quaris.

Vlpianus lib. 30. 5 † ad Sabi.

LEX IIII.

S*I conuenerit, i ut fructus in dotem cõuertantur: 6 † an ualeat conuentio? Et Marcellus ait l. 8. 7 † Flor. conuentionem non ualere. propè enim indotatam mulierem k hoc pacto fieri. Sed tamen 8 † distinguit: l uel si quidem fundum in dotem dederit mulier, ita ut maritus fructus redderet: non esse ratum pactum: m idemque esse & si usumfructum in dotẽ hoc pacto dedisset. 9 † Quòd si conuenisset de fructibus reddendis, hoc est, ut in dotem 10 † fructus essent, n quosquos percepisset: & fundus vel usufructus in hoc traditus est, non ut fundus, uel fructus fieret dotalis, sed ut fructus perciperet dotis futuros: cogendum de dote actione fructus reddere. o Erunt igitur in dotem fructus, & fruetur iste usuris, quæ ex fructibus collectis & in sortem redactis percipi possunt. Ego utrobique p arbitror interesse, quæ contemplatione dos sit data: & si ob hoc ei maiorem dotem mulier dedit, quia fructus uolebat esse dotis, contento marito ea pecunia, quæ ex usuris redditum colligeretur: 11 † posse dici conuentionem ualere. Nec enim uidebitur sterilis esse dos. Finge quadraginta 12 † annua esse reddituri apud eum, qui non acciperet in dotem (nisi hoc conuenisset) plus trecentis: 13 † uel boni consuleret, q 14 † tam uberem dotem cõsecutus est. 15 † Et quid dicemus, si tale pactum conuentum 16 † interuenit, ut maritus fructus in dotem conuerteret, & mulier se, suosque*

autem mulier in matrimonio decedit, siue interueniant liberi, siue non, poterit maritus ex pacto lucrari dotem. si verò vir decesserit, siue interueniant, siue nõ, nunquam seruatur, sed si diuortium interuenit liberis extantibus, valet: aliàs non, ut probatur]. de do. præle. l. j. in princ. Accur.

h P*Acta. Diuortio*] ut si alter moriatur.

5† Fl. lib. 31.

S*I conuenerit*] CASVS Mulier dedit centũ in dotem, hoc pacto, ut maritus non lucretur fructus, sed fiant dotis. quæritur an ualeat pactũ? Et dicit quod non, indistincte. Secundo casu idẽ planius distinguit dicens. Dic ut ponit glos. in uerbo, distinguit. Viuianus.

6† Fl. conuerteretur.

7† Fl. lib. 8.

i *Si conuenerit.*] contra. C. de iure dot. l. res quarum Accur.

8† Fl. sed ita.

K *Indotatam mulierẽ.* quia nisi matrimonij oneribus seruiat dos, nulla est, ut supra ti. j l. si pater. & infra eod. l. liberis. §. paulus. Accurtius.

9† Fl. dedisset.

10† Fl. ut in eo & inf.

l *Distinguit.*] huius legis distinctio talis est. quia, aut fundus vel usufructus est dotalis. & conuenit ut fructus redderet: & tunc non valet pactũ. aut nec fundus, nec usufruct. dotalis est: sed passa est mulier maritum fructus percipere ita ut eos redderet, id est eorum æstimationem, & ipse habeat tantummodò usuras, & tunc ualeat pactum, hæc tamen sumpta subdistinctione, ut si quidem maritus, ideo quod pactũ interposuit de fructibus reddendis, maiorem dotẽ est consecutus, pactum ualeat: alioquin cõtra. Accur.

11† Fl. uidetur posse dici.

m *Pactum.*] ut]. de iure dot l. dotis.

n *Fructus essent.*] non autem fundus.

12† Fl. quadraginta.

o *Reddere.*] id est æstimationem eorum. Accurtius.

13† Fl. trecentum.

p *Vtrobique.*] id est, quando usufructus vel fundus, itẽ quando fructus totus datur in dotem, & conuenit ut non lucretur eos vir.

14† In aliis uel citra matrimonium consuleret.

15† Fl. dedit est.

16† Fl. dedit, conuentum.

q *Consuleret.*] aliàs boni

boni viri consuleret: & alias boni viri consilio tam vetem &c. & sic exponitur, id est consilium sumeret boni, vel cautè præmeditari: & sic ponitur sup. de iure dotium l. si res, & infra de decurio l. generaliter. & Ouidius: Quæ quamuis inmisse pudet, quia parua videntur. Tu tamen hæc quæso consule missa boni, alias vti oneri consuleret, tam vtetem, &c.

a *Valere*] interrogatiue, & dico certe valere, ut infra, de donatio. inter virum & vxorem, l. si quis pro vxore, §. si vxor. Accursius.

b C*onueniri non potest.*] scilicet constante matrimonio, sed post sicut infra eod. l. ob res. & supra, de pact. l. si vnus, § pactus, hodie autem de modicis impensis non agitur, ut infra, de impen. l. ea ratio: sed ibi loquitur de maximis impensis Accur.

c *Pactum*] scilicet de impen. sic ipsis non repetendis.

d *Ipso iure.*] si in pecunia & speciebus dos consistat, ut sup. tit. pr. m. l. si is qui. § vlt. Accur.

e P*omponius Ex dotem*] aliter in commodato, ut supra commo. l. si ut certo, § in tertium. & aliter in locato, ut supra ad leg. Aquil. l. si fer. cus § si calicem.

f *Vt sit dos*] data æstimata.

g *Mulieris*] ut inæstimata.

h *Mariti*] quædam ergo valent subquodam tacito pacto, quæ non valent expresse, vt hic, & sup. de pact. l. si vnus, §. illud.

C*Vm dos.*] CASVS. Pater dedit centum pro filia sua dotem: deinde ex interuallo pepigit cũ genero ut in speciem conuerteretur pecunia, an ualeat, aut cũ pater quam filia consenserunt pacto cum genero, & valet, licet ob initio solus pater posset pacisci tempore donationis. Secundo prosequitur quando solus pater ex interuallo, & dicit quod non ualet, ut prosit uel noceat filiæ, sed ualet ut noceat patri uel prosit. Tertio, si sola filia pepigit ex interuallo, tunc, aut in melius, & prosit sibi aut patri, aut in deterius: & sibi, non patri præiudicat, nisi una cum eo agat soluto matrimonio. Viuia.

i *Datur*] i. data est. & sic ponitur præsens pro præterito: sicuti & quandoque præsens pro futuro, ut ∫. de cond. & demon. l. quibus die bus, §. quidam. & in patre, non extraneo loquitur hæc l. ex.

K *Conuentum*] i. stipulatio: puta, ut soli patri promittat, nam solum pacto non mutat actionem profectitiæ dotis, cũ simplici pacto nouatio non fiat etiam vtroque volente vt C. de iure dot. l. cuius. sed in extraneo sufficit nudum, ut infra subiicit.

l *Legem*] stipulatione vallatam. Accur.

m *Vsus*] imo non omnem, puta si est aduersa publicæ vtilitati, vt C. eod. l. quamuis.

1 † *Bona.*
2 † *Flor. dicas.*

alerer, tuereturve, & vniuersa 1 † onera sua expediret: quare non dicam 2 † conuentionem valere? a

Pactum, quod est contra ius, uel per quod quis inuitatur ad delinquendum, nõ valet. Bald.

Paulus libro 7. ad Sabinum.

LEX V.

C*Onueniri non põt,* b 3 † nec illa quidem pacta seruanda sunt, ne ob res donatas, uel amotas agatur, 4 † quia altero pacto ad furandũ mulieres inuitantur, altero ius ciuile impugnatur. Et si conuenerit, ne ob impensas necessarias ageretur, tale 5 † pactum c non est seruandũ: quia tales impensæ dotem ipso iure d minuunt.

3 † *Flo. illud conuenire non potest, ne de moribus agatur, vel plus, vel minus exigatur ne publica coercitio priuata pactione tollatur. Ac nec illud quidē pacta seruanda &c.*
4 † *Flor. agetur.*
5 † *Flor. dedit. tale.*
6 † *Flor. h. §.*
* *Intell. bonus l. vnde per l. Ignis l. contra allus, nu. 86. de reg. iu.*

Non valet pactum quod maritus nõ teneatur de culpa, sed de casu sit. b. d.

Vlpianus lib. 34. 6 † ad edict.

LEX VI.

P*Omponius ait,* * maritum non posse pacisci, ut dolum solummodo in dotem e præstet, videlicet propter utilitatem nubentium: quamuis pacisci possit, ne sit periculo eius nomen debitoris, qui ei dotem promisit. nam & ut sit dos f periculo mulieris, pacisci eum posse probat, & per contrarium, ut ex dos, quæ periculo mulieris g est, sit periculo mariti.

f *Præstabatur*]licet alias priuilegiu dotis hæredi non detur: vt C. de priu. do. l. j. S. d quod si matrimonium nullum fuit, putabatur tamen ab vtr. q. parte contrahi tamen: Respon. ibidem vide tu, arg. ff. sol. matr. l. si cum dotem § si. ADDITIO. Istud videtur verum argu. eius quod no. in l. si dotem. § si. insra sol. matri. & leg. 2. in fi. de priuil. credito. & C. qui po. in pign. ha. l. si assiduis. secundum Bal. hic.

g *Si vxore hærede Instituta*]a marito Accursius.

h *Legatus*]cuidam extraneo.

i *Non valere*]i. distinctione. l. d Vlpianus statim distinguit sed si totus, &c. Accursius.

k *Posse*]dicitur totum posse retineri quia id soluto legato tantum remanet in hæreditate, quid tunc valor: vel soluta aestimatione fundi legati totus fundus remanet. Accursius.

l *Vindicari*]de hæreditate, si modo aliqua pars, &c. vt subijcit.

m *Remanere*]vt non valeat legatum. Tu intellige hoc propter quartam quam retinet, vt Inst. ad le. Falcidiam § si aut. Item intellige quod mulier vult esse hæres non alias, sicut in accipiendo legatum & relictum pro fundo dotali: vt ff. de leg. 2. l. cum pater § qui dotalem. Accur.

n *Quantitati*]etsi hæc mulier hæreditatem adierit, non tamen sibi præiudicat ad solidum legatum præstandum, quasi non teneat relictum eius rei, quæ alienari non potest sed arg. ff. de leg. 2. d. l. cum pater § qui dotalem sibi si accepit legatum quæ lequale, mulier præiudicat sibi. Sed ibi constabat, quod tunc erat legatum quia tunc vel ius in legato, hic in hæreditate, prima verior.

o S*I nuptura Titio tradidisset*]hoc si maritus alij iussit tradi, in quem voluit transferri dominium, vt ff. de iure dotium, l. et si alij. Quid ergo si ideo iussit tradi, vt accipiendi quæratur dominium? Resp. ex legatione facta duo actus interuenire intelliguntur: vnus in persona mariti, alius in persona extranei, quæ est inutilis quia fundus dotalis non potest alienari.

p *Propter vxorem*]si ei competit, vel competitura est actio, vt ff. eod. l. fundus.

q *Peruenerit*]vt ff. eod. l. prox. § dotale.

r *Dotalis*]Sed contra videtur supra de iure do. rum l. j. Sol. vt ibi.

s D*Otale*]Præcedit donatione sponsalitia & casus, vt ante nuptias pos sidet marito futuro epistolam misit, in qua significabat se fundum in dotem dare marito viro recusans eum habere in dotem, & volens eum habere ex donatio. epistolam vnam ire misit, in qua petijt, vt vxor eum sibi donaret propter nuptias. sed mulier fragilis sexus consentit de quo propter actum suum actionem de dote sua non habuit. Accursius.

t *Retinuit*]post quam mulier sibi donauit.

u *Ex pacto*]nudo scilicet pactum. Azo.

Papinianus libro singulari 1 † de adulter.

LEX XII.

ETiam 2 † dirempto matrimonio a dotale prædiū esse intelligitur.

¶ Soceri 3 † voluntas in distrahendo prædio dotali nulla est.

Vlpianus libro quinto de adulterijs.

LEX XIII.

j DOtale prædium accipere debemus tā vrbanum b quàm rusticum: c ad omne enim ædificium lex Iulia pertinebit.

¶ *Prædij* appellatione etiam pars continetur. d Proinde siue totum prædium in dotē sit datum, siue pars prædij, alienari non poterit: & hoc iure vtimur.

¶ Dotale prædium sic accipimus, cum dominium e marito quæsitum est, vt tunc demum alienatio prohibeatur.

¶ Hæredi quoque mulieris idem auxilium præstabitur, quo mulieri præstabatur. f

¶ Si vxore hærede instituta g fundus dotalis fuerit legatus, h si quidem deducta legatis mulier quantitatem dotis in hæreditate 4 † habitura est: valet legatum: sin minus, an 5 † valeat, quæritur. Scæuola 6 † dicit non valere i sed si totus fundus ex hæreditate retineri possit, k solidum legatum deberi: & si non totus, sed aliqua pars ex eo vendicari l possit: si modo aliqua pars ad dotem supplendam desit, id duntaxat ex eo apud mulierem remanere m ait, quod quantitati n dotis est.

Paulus libro tertio de adulterijs.

LEX XIIII.

SI nuptura Titio voluntate eius fundum dotis nomine Mæuio tradidit: dos eius conditionis erit, cuius esset, si ipsi Titio fundum tradidisset. o

¶ Si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit: dotalis fundus erit, propter vxorē p enim videtur is fundus ad maritum peruenisse.

¶ Si fundum alienum mulieri debeat maritus, cumque mulier ei dotis nomine promiserit, in pendenti erit; & tunc fiet dotalis cum ad eum peruenerit. q

¶ Si fundum legatū sibi dotis causa mulier repudiauerit, vel etiam substituto uiro omiserit hæreditatem, vel fundum.

Papinia. lib. 3. Responsorum.

LEX XV.

ij DOtale s prediū, cuius vir possessionem retinuit: t post literas ad vxorem missas 7 † quibus dotis non fore prædium declarauit in matrimonio defuncta muliere, virum retinere placuit; quia mulier actionem ex pacto u non habuit.

Quæ prohibentur alienari: & præscribi prohibentur r & causa alienationis interueniens præscriptionem iam cœptam non interrumpit. Bartolus.

1 † Fl. li. s.

2 † Fl. etiā si dirempt.

3 † sed mulieris etiam hodie non.

4 † Fl. id hæreditatem.

5 † Fl. an non valeat.

6 † Fl. Scæuola & simile totus sed vel. is qua pars ex eo vendicari p. s. si modo ea desit... & satis fit legis... la certe si non totus, sed aliqua pars ex eo vendicari possit. modo, &c.

7 † Fl. missas suas.

Triphonius libro 11. Disputationum.

L E X XVI.

SI fundum, quē Titius bona fide possidebat & 1 † longi temporis possessione poterat sibi quærere, mulier vt suum marito dederit 2 † in dotem, eũq; petere neglexerit vir, cum id facere posset, rem periculi [a] sui fecit. Nam licet lex Iulia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiusmodi [b] acquisitionem: non tamen interpellat eam possessionem, quæ per longum tempus fit, si antequam constitueretur, dotalis fundus iam esse cœperat. [c] Planè si paucissimi dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerunt: nihil erit quod imputabitur marito. [d]

Marcellus libro 3. † 7. Digestorum.

L E X XVII.

FVndum dotalem maritus vendidit, & tradidit. Si in matrimonio mulier decesserit, & dos lucro mariti cesserit: fundus emptori auferri non potest. [e]

Iauolenus lib. 6. ex posterioribus Labeonis.

L E X XVIII.

VIr in fundo dotali lapidicinas marmoreas aperuerat, diuortio facto, quæritur, marmor qd cęsum sit 4 † neque exportatum est, cuius sit, & impensas in lapidicinas factas mulier, an vir præstare debeat. Labeo marmor viri esse ait: cęterum viro negat quicquam præstandum esse à muliere, quia nec necessaria ea impensa esset, & fundus deterior esset factus. [f] Ego non tantum necessarias, sed etiã vtiles impensas præstandas à muliere existimo, [g] nec puto fundum deteriorem esse, si tales sint lapidicinæ, in quibus lapis crescere possit.

¶ Si per mulierem [h] mora fieret quo minus æstimationem partis fundi viro solueret, & fundum reciperet, cum hoc pactum esset: 5 † fructus interim perceptos ad virum pertinere ait Labeo. Sed 6 † puto potius pro portione fructus virum habiturum, reliquos mulieri restituturum: [i] quo iure vtimur.

SI fundum.] CASVS. Mulier nudè quendam induxit vi tum in permissione sui fundi: quem tamen alius possidebat emptũ 200. a non domino, & præscribebat: negle xit vir vendicare, ita quod completa est præscriptio à possidente: quæritur vtrum sit in periculo? & dicit q sit. Secundo opponit aliquis q non præscribitur, & sic alienetur fundus dotalis. Sed respon. licet Iulian. prohibet si de nouo inciperet præscriptio, non tamen prohibet antea inchoatam. Tertio excipit casum à prima generalitate, scilicet si pauci dies superessent ad complendã præscriptionẽ, quod non imputetur viro.

a *Periculi.*] quia vxori eius æstimationem reddidit: nec enim hoc solum dispendium sentit, quia mulier rem habet indotatam, quia & hoc est etiam si paucissimi dies superarant. vt hic sic huius legis. Sed quo modo fuit dotalis, cum dominium non peruenerit ad maritum, vt supra eodem, lege, dotale, §. dotale? Respond. Ioann. quia vxor induxit virum in fundum, & ita adeptus est dominium sine possessione: aliud est enim in fundum induci, aliud est possessionem dari, potest ergo secundum Ioan. dominium sine possessione quæri, & sic in legato & in fideicommisso, & qualibet alia vltima voluntate, vt instit. de leg. §. secundo. Item in donatione, vt C. de donatio. quæ sub modo. l. 1. & in l. commissaria, vt C. de pact. inter emp. & vend. l. commissoriæ: & infra de acquiren. possess. l. 2. §. sed & per eum. & idem in libero homine, qui alicui bo. fid. seruit: nam sibi possessionem cum ab illo possideatur quærere non potest, dominium vero extra duas causas resti è quærit, vt infra de acquirendo rer. dominio. l. homo liber. in fi. sic & infra tit. e. l. si vxor filio. argu. contra C. de distract. pign. l. qui prædium. & C. de probat. l. cum res. Et de hac materia dixi supra, de rei vendicatione. l. si ager. Sed quidam alij dicunt, quod dominium sine possessione non potest quæri, etiam si inducatur in fundum, & ideo dicunt hic fuisse cessam rei vendicationem, quod littera non patitur, nam tunc fundus est dotalis, argumen. supra de iure dotium. l. si sponsalit. §. fi. & præterea quomodo audent ipsi aperta fronte negare dominium sine possess quæri, cum & ipsi confiteantur quemlibet, instanter habere poss. naturalem, clandestinam nullo modo. & d non recordantur eorum, quæ dicuntur infra de vsucap. l. cum vir prædium. vbi in duobus casibus dominiũ sine possess. quæritur. Item pro nobis infra, rem ratam haberi. l. si debitum.

b *Ad huiusmodi.*] quæ fit per vsucapionem, ea incipit, si postea, secus si prius erat cœpta, vt hic subijcit.

c *Cœperat.*] in ò videtur quod sic: nam cum lex inhibeat vsucapionem, nihil proficit bona fides, vt infra de vsucapio. l. vbi lex quærit contra. Solu. non prodest ad inchoandam, vt ibi, sed prodest ad perficiendam, vt hic. argu. infra de vsucap. o. l. rerum mixtura, §. Labeo ait si homo, & supra familiæ ercisc. l. sed si vsucap. Accursius.

d *Marito.*] pone vitium ag [illegible], & succumbere, an aget de euictione. Videtur quod sic, secundum distinctionem, C. de iure dotium. l. [illegible] & hoc [illegible]

e FVndum. *Non potest.*] sic & infra de vsucapion. l. cum vir. Accurs.

VIr in fundo.] CASVS. Mulier dedit fundum in dotem, in quo fecit vir expensas centum, vt inueniret lapidicinas: inuenit, & aliquos lapides excidit, & dicit lapides viri esse, sed de expensis, an vir ab vxore recuperet: quidam dicit quod non. Alij distinguunt, vt si fundus non est deterior, quia lapides renascantur, restituendæ sunt viro, alioquin non.

¶ *Si per mulierem.*] Dic vt infra in glo. Accur.

f *Factus.*] quo ad lapidicinas, non quo ad fructus alios? vt infra solu. matrimo. l. diuortio. §. si vir, quæ est contra, nisi ibi renascantur, vt hic subijcit & d. §. si vir.

g *Existimo.*] actione mandati si voluit mulier, aliàs si vel litteras gesta est, agetur nego. gest. vt C. de rei vxo. actio. l. rem in præsenti. §. sed nec ob impensas.

h *Si per mulierem.*] pone casum. Fundum mulier dedit in dotem, in cuius parte puta vinea tantum est impensum, quanti ipsa pars fundi est, si soluto matrimonio faciat moram in reddenda æstimatione fundi, id est, expensas factas, ait Labeo maritum lucrari fructus qui ex toto agro percipiuntur, quod falsum est: illi enim tantum ad eum pertinent, qui ex ea parte percipiuntur. Nec obst. qd supra dicitur de iure dotium. l. si is qui. §. quod dicitur, nam si in partem non impediatur, quanti est pars, non desinit esse dotalis, vt ibi, aliquin contra vt hic. Vel verius retento hoc casu non oportet te dicere, quod pro aliqua parte desierit esse dotalis. Vel pone secundum M. cum pars est in dotem data, & pars alia marito est adiudicata, vt sup. de pac. do. l. cum in fundo. §. sed si fundus. Sed quare dicit cum hoc pactum. Respon. subaudiendum est, maxime. Ponitur etiam tertio modo: mulier pepigit, vt soluto matrimonio maritus reddat fundum accepta partis æstimatione quam non præstat, vnde maritus eius partis lucri facit fructus: vltima planior est.

i *Restituturum.*] hoc ergo casu restituetur impensa.

1 † Fl. desit &.

2 † Fl. dedit. i. destinauit & dotem se dare, non tamen tradidit, nam si tradens fuisset, factus fuisset dotalis, & ideo vsucapi non potuisset, nisi Gra.

3 † Fl. Marcianus.

4 † Fl. desit sit.

5 † Fl. eum.

6 † Fl. desit sed.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM & uxorem.

Porro matrimonium, ut non alienetur fundus dotalis, ut supra tit. prox. fuit etiam, ut donationes inter coniuges non valeant, & de hoc dicit.

Accursius.] Quod sumptum est ex Solon. legibus, ut Cuiac. in paratit. ad hunc titulum, & ut ipse arbitratur, ex leg. 12 tabul. Plutarchus autem in praecep. connubial. causam adfert, ut omnia, scilicet inter se communia esse credant.

a † Duo singularium liber quintus.

cum tale. §. fi. & infra de reg. iu. lege, non fraudantur, & neme & C. eo. l. si ex voluntate. & inf. quod vi aut clam. l. Semius, & C. de reuoc. do. l. his solis. in fi. & in Authē. de testit. & ea quae pat in vndecimo mense post mortem viri collat. 4. Sed arg. contra. ⁊. de concub. l. 1. §. qui autē.

DIGESTORVM.
SEV PANDECTARVM,
Liber XXIIII. 1†

TITVLVS I.
De donationibus inter virum & vxorem.

Donatio inter virum & vxorem est prohibita rationibus hic insertis. 2† Bald.

Vlpianus li. 32. ad Sabinum.

LEX PRIMA.

MOribus a apud nos receptū est, ne inter virū & vxorē donatio valeret. 3† b Hoc autē receptum est, ne mutuo 4† amore c inuicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate utentes † 5†

Paulus lib. 7. ad Sabinum.

LEX II.

NEc esset eis studium liberos potius educendi. 6† Sextus Caecilius & illā causam adijciebat, quia saepe futurum esset, ut discuterentur d 7† matrimonia si non daret e 8† is, qui posset, atque ea ratione euenturum ut venalia f 9† matrimonia essent.

Vlpianus li. 32. ad Sabinū.

LEX III.

HAec ratio & oratione Imperatoris nostri Antonini Augusti electa est. nā ita ait. Maiores nostri inter virum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis g aestimantes, famae etiam coniunctos 10 † consulentes: ne concordia pretio conciliari h videretur: 11† ne melior in paupertatem decideret, 12 † deterior h ditior fieret.

Vbi matrimonium tenet, ibi donatio est interdicta: secus vbi non tenet: quia de iuris rigore valet donatio, secus de equitate: concubinae tamen facta donatio valet. Bald.

¶ Videamus, inter quos sint prohibitae donationes. Et quidem si matrimonium legibus 13 † & moribus constat, donatio non valebit: i sed si aliquod impedimentum interueniat, ne sit omnino matrimonium, valebit donatio. Ergo si senatoris k filia libertino contra senatusconsultum l nupserit, vel prouincialis mulier ei, qui ibi maneret m 14 † contra mandata, valebit donatio, quia nuptiae non sunt. n sed fas non est eas donationes latas esse, ne melior sit conditio eorum qui deliquerunt. o Diuus tamen Seuerus in liberta Pontij Paulini Senatoris contra statuit, quia non erat affectione vxoris habita, sed magis concubinae. p Qui in eiusdē potestate q sunt, prohiben-

A] *Oribus.*] CASVS. Prohibetur donatio fieri inter coniuges, & reddit tres rationes hac lege & sequentibus duabus. Viuianus.

a *Moribus.*] idest, iure ciuili, quod moribus est receptum, ut Institu. de iure na. tu. §. et non ineleganter.

b *Spoliarent.*] ut C. de do. ante nup. l. cū multae. § sanctimus. ibi, simpliciter &c.

c *Facilitate utentes.*] aliās abutentes.

b NEc esse Destruerentur.] id est separantur. &c.

e *Venalia.*] quod est, se debet, ut C. de inu. ti stipul. l. 2.

f HAec ratio. Amorem.] Iusta, honestus amor pendet ex aio, non ex lucro: sicut dicit, ad cor respicit Deus, & facit ad hoc ⁊. de verb. obl. l. si stipulatus ita.

g *Conciliari.*] id est, reformari.

h *Discuteret.*] quod est, separetur, ut infra, quod vi aut clā.

i *Ne dit tur.* & c.

i *Valebit.*] de stricto iure, sed de aequitate aliud est, ut statim dicetur.

k *Senatoris.*] hoc est, filia sm quosdam.

l *Senatusconsultum.*] quod hodie non prohibetur, ut in Authen. ut liber de cetero, §. si quis. coll. 6. sed certe quod senator possit ducere libertam in iure Auth. sed non quod filia senatoris nubat liberto.

m *Maneret.*] scilicet mouet, & alias interest, & subaudi, & habet iurisdictionem.

n *Non sunt.*] Nec primo, nec secundo casu, ut sup. de ritu nup. l. oratione. & l. si quis officium.

o *Deliquerunt.*] ut infra de condition. & demonstratam.

p *Concubina.*] Ibi quidem non prohibetur donatio, ut ⁊. de donat. l. affectionis. & lege, donationis, nisi à milite. ut C. eodem l. 2. Item quaero an impediantur donationes contracto matrimonio per verba de praesenti ante ductionem in domum. nam secundum canones uir & uxor sunt. Azo respondet sic, argu. infra, eodem, lege, pe. Item quid si alter que uel solus donator sit matrimonium esse nullum? Respo. repetit si cos, ut infra, eo. l. cum hic status, §. sina & in fa, de leg. 1. si in ter sponsas & ponsos tenet, etiam si in domum puella est ducta, ut infra, eod. lege, inter eos. & infra eod. tit. l. cum hic status, §. si quis sponsam. Sed quid si animo putantes tunc tenere matrimonium? Respondatur repetitio cuilibet eius quod dedit. Item an hoc quod hic dicit non ualere, est contra. infra, eodem, lege, cum hic status, sic sine, ibi, ideoque, &c. Sol. hic factum contiij matrimonium nullum esse, ibi ignari. Vel dicas non esse ibi ratas prorsus, quia utiliter renucatur. Vel ibi praetor ius, hic contra ius. Vel ibi praecesserent sponsalia, hic prae. cedere non potuerunt. Accursius.

q *Qui in eiusdem potestate.*] Vt euidenter quae hic dicuntur attendas, no. quod tribus modis quis alium per potestatem contingit, uel quia ego sum in potestate tua, uel quia tu es in mea, uel quia ego & tu sumus in eiusdem potestate. si ergo aliquo istorum modorum alicuius maritum contingo, ei cuius maritum contingo, donare non possum. idem est ex parte uxoris, nam & qui eam aliquo istorum modorū contingit, marito eius donare non pōt, nullo uero istorum modorū interueniente, donatio non impeditur, ut inter socerum & nurum et. Item si l. j. qui coniuges per potestatem contingunt, inuicem sibi donare

2† Bald.

3 † Fl. donationes valeant, simpliciter, sic quae propter dicuntur donationes, nā donatio propter nuptias valet.

4 † Fl. mutuato amore inuicem spoliarentur.

5 † Fl. destituentes.

6 † Fl. educandi.

7 † aliās distraherentur.

8 † Fl. donaret.

9 † Fl. venalia.

* *Significat fabula, ut. s. mutuo amore inuicem spoliarentur.*

10 † Fl. consulentes.

11 † Fl. videretur, ut concordiam n. & benignitatem esse pretio, sed ob se quaerere, ut. &c. & contraria comparandam est. Cic. lib. 1. Off. fic.

12 † Fl. ditior.

13 † Tantum moribus legibusque, nobis confirm.

14 † Fl. manere est autem mittere, verbum militare, quod significat die serere, & accipere enim Sumen.

non possunt, ut hisce ostendit. hæc omnia secundum Io. & concor. C. eo. lege. nec inter eos. Sed contra ad primum respon. istius § infra e. lege, seruus communis, in fine. So lu. vt ibi. Accursius.

mi esse dicentur.

y *Donatio.*] in hoc casu quidem dubitatur ideo, quia vir & vxor donare prohibentur. si enim non esset donatio prohibita, non dubitaretur, quia sine dubio valeret, & hoc est nam, &c.

sunt sibi inuicem i † donare, vt puta frater mariti, qui est in potestate soceri.

¶ Verbum potestatis, non solum ad liberos trahimus, verum etiam ad seruos. Nam magis est, ut hi quoque, qui aliquo iure subiecti sunt marito, donare non possint. a Secundum hæc, si mater filio, qui in patris potestate est, donet, nullius momenti erit donatio, quia patri quæritur. b Sed si in castra eunti filio dederit, c videtur valere, quia filio quæritur, & est castrensis peculij. Quare & si filius, vel priuignus, e vel quiuis alius f potestati g † mariti subiectus de castrensi suo peculio donauerit, g non erit irrita donatio.

¶ Prohibetur igitur & vxori, nurui donare etiam is, qui est in soceri h potestate, i si modo maritus sit in patris potestate.

¶ Ab vxoris k nurusve parte prohibitum est donari viro, vel genero. Sed & his, qui sunt in eorum l potestate, si fuerit donatum, vel in quorum sunt potestate, non valebit donatio: si modo 4 † vir & socer in eiusdem sint potestate, vel vir in soceri. m Cæterum si in alia familia est maritus: n neque socero, neque ei, qui est in eius o potestate, neque ei in cuius est, donatione interdictum est. Socrui a nuru, vel contra, donari non est prohibitum, p quia ius hic potestatis non vertitur.

¶ Si seruus meus, cuius vsusfructus alienus est, donet vxori meæ ex eo peculio, quod ad me non pertinebat, vel liber homo bona fide mihi seruiens, an valeat donatio quæritur, & in libera quidem persona vbicumque 4 † admitti potest donatio. cæterum enim personæ alienationem peculij, vt donet, non habent. Nõ tantum autem q per se maritus, & vxor cæteræque personæ donare non pñt: sed nec 5 † per alias interpositas personas.

Donatio facta inter virum et vxorem non valet ipso iure: nec traditio, quæ ex ea sequitur. Bal.

¶ Sciendum autem est ita interdictam inter virum, & vxorem donationem esse, 6 † ut ipso iure nihil valeat, quod actum est, proinde si corpus sit quod donatur, nec traditio quicquam valeat. ¶ Et si stipulatus r promissũ sit, vel acceptum latum: nihil s valet. Ipso enim iure, quæ inter virum, & vxorem donationis causa geruntur, nullius momenti sunt. Si quis igitur nummos vxori dederit, non fieri eius apparet, quia nihil corporis eius fieri palam est.

Si mandato meo debitor alij soluit, mihi creditori est solutum, & a me illi: & ideo si vir mandat debitori suo, ut vxori soluat, talis solutio ipsum liberat.

¶ Sed si debitorem suũ ei t soluere iusserit: u hic quæritur, an nũmi fiant eius, debitorque liberetur. Et Celsus li. 15. Digest. scribit, videndum esse, ne x dici possit, & debitorem liberatum, & nummos factos mariti, deinde 7 † vxoris. Nam si donatio y iure ciuili non impediretur, cum rei gestæ ordinem z futurũ, ut pecunia ad te a a debitore tuo, deinde a te ad mulierem perueniret. nam celeritate cõiungendarum inter se actionum b unam actionem c occultari, d cæterum debitorẽ creditori dare, e creditorẽ uxori. f nec nouum, aut mirum esse, quod per alium accipias te accipere. g Nam & si is, qui se procuratorem tui creditoris esse simulauit, h a debitore tuo iubente, i te pecuniã k acceperit, & furti actionem te habere constat,

a *Non possunt.*] scilicet vxori.
b *Quæritur.*] iure cõmuni. Accur.
c *Dederit.*] vxor non prædia, sed res mobiles, uel se mouentes, vt C. famil. erciscun. leg. si filius. Accursius.
d *Filius.*] huius vxoris priore, & mariti.
e *Priuignus.*] idest filius huius mariti ex alia vxore, qui est priuignus huius mulieris.
f *Alius.*] ut nepos.
g *Donauerit.*] matri, vel nouercæ. Accur.
h *In soceri.*] idest patris mariti.
i *Potestate.*] ut alter filius soceri, scilicet frater mariti. vel seruus soceri.
k *Ab vxoris.*] eandẽ personam uocat uxorem, & nurum, facta relatione ad diuersas personas Azo. & ponit exemplum: ut si seruus uxoris meæ, quæ nurus est patri meo, vel etiã seruus patris uxoris meæ mihi marito donet, qui gener dicor quantum ad patrem & matrem uxoris meæ.
l *In eorum.*] mariti, uel generi.
m *Soceri.*] mulieris, s. mariti.
n *Maritus.*] per adopt.
o *In eius.*] soceri, non mariti.
p *Non est prohibitum.*] vel i. co. l. si te mnacuam. Idem in genero, & socru intelligas, quia eadem est ibi ratio, ut C. de i[illegible] ante nup. leg. si mater uestra. An idem in auo & nepote. Respon. idem, quia non tangũt se per potestatem.
q *Non tantum autem.*] quasi diceret, possumus per alios, m quæ per nos non, & est argum. contra, supra, quæ res pig. ob. poss. l. Aristo.
r *Stipulatus.*] uxori.
s *Nihil.*] imò uidetur ualere, sed reuocatur, ut inf. eo. l. si sponsus § si donationis, & § si uxor. quæ tunc constat, sed ibi sol. m. § si donationis.
t *Ei.*] scilicet uxori.
u *Iusserit.*] maritus.
x *Ne.*] idest an uxoris, uel mariti dominium esse dicentur.

a *Ordinem.*] imò ita demum si erat res in præsenti, ut sup. de rei uendic. l. hæc si res præsens sit, & sup. si certum pet. l. singularia.
a *Ad te.*] maritum. Ioan.
b *Actionum.*] idest actuum.
c *Actionem.*] idest actum, ut ponitur in Auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccle. alibi ponitur pro administratione, ut in Auth. ut iud. sine quo suf. § iustitutandum, in si tit. col. 2.
d *Occultari.*] ut etiam alias, ut sup. de cond. ob. cau. l. qui se. ij. respon. & supra, de iur. dot. l. licet. § quoties & infra eo. l. si eum qui & in eo. l. si sponsus. § si debitor. Accursius.
e *Dare.*] scilicet dicẽdum est in hoc casu, quem sup. posuimus in princip. huius §.
f *Creditorem uxori.*] ergo in proposita quæstione intelligitur maritus fuisse dominus, & traditio tacite in uxorem collata, pro nulla habetur, nam fingitur maritum dedisse uxori, ergo nihil. si coniectura uxor propter talem acceptionem, ut in fine huius legis dicitur, & sic est contra. infra de solu. l. cum quis mihi. § 1. & inf. eo. l. vir vxori, ubi debes solutionem.
g *Accipere.*] & ita, quod quis per alium, &c. ut hic, & infra de cogn. bon. l. dedit dotem, & infra, de acquir. possess. l. 1. § si iusserim, & infra, de don. causa mor. l. quod statuliberum, in fine, & infra de fur. l. falsus. § sed si is, & C. de pac. conuen. l. ex morte, in fine, & C. ubi, & apud quem in integ. restitutio. l. fin. Accursius.
h *Simulauit.*] cum mandatum non fuisset ei.
i *Iubente.*] & te præsente, ut infra de fur. l. falsus. § etsi.
k *Pecuniam.*] ac si tu accepisses. Accur.

Memini.

3 † Bal. sup. de iur. do. l. cũ in fundo. § si fundus cõmunis, leg. ipsi in numerans uos fiducia plurali, pro eo quod dicit plu.

4 † Vl. potesta.

4 † Bal. sup. de iure do. l. cum in fundo § si fundus communis, leg. hic. si ne.

4 † Vl. not. in leg. qui per alium, de reg. iur.

4 † Flor. vbicumque.

5 † Flor. interdicta desunt.

6 † Flor. deest esse.

7 † Flor. ita

a *Momenti.*]] traditionem. Accursius.

b *Denique valere*] quod falsum est.

c *Pauperiorem.*] ecce quare pauperior fit.

d *Habere.*] si ipsam valere diximus. Ioan. sed certè imò videtur, quod talia sunt attendēda, ut infra eo. l. sed si vir. § quod legaturus, sed aliud est secundū Io. in donat. causa mor. vbi maritus fit dominus traditione facta vxori, ut hic; aliud in legato, quod non traditur statim, sed post aditam hæreditatē, sed nec actio ex testamento potest ei per mū lierē acquiri. licet in eam mihi det actionē eum, qui instituitur meo mandato, ut inf. de hære. instit. l. quidā, circa si. vel hic iā mihi erat donatum, sed non traditum, inf. autem erat donandū, secundum Ioan.

1 † Flo. desi. ait enim.
3 † l. ier. Lu 18. ait enim Iu. ianue.
* Vt f. vxori quæratur, mi. tabamē quo ritur.

SI *sponsus.*] Casus huius legis in principio est planus.

2 † Fl. desi. tra.

§ *Si maritus.*] Titius, & Berta uxor mea tenebantur mihi ad centum, quilibet insolidum, & sic erant duo rei debendi. accepti tuli mulieri animo donandi, quæritur an valeat? Et dicitur, quod neuter liberatur. Sed si Titio accepto tuli: ipse quidem liberatur, nō vxor. Secundo idē dicit generaliter, ut non possim donare vxori, neq; directè, neque per mediam personam. Tertiò dicit, quod si aliarum, &c. ad quā literam quatuor ponit exempla. Primū, qñ causa rerū est mixta, & separari non potest. Secundū, quando causa rerum similiter est mixta, sed separari pōt. Tertium, quando cā personarū pōt esse mixta, & separari non pōt. Quartum, qñ similiter causa personarū est mixta, & separari potest. De primo dicas, quod causa rerum tantum potest esse mixta, & separari non potest commode, ut si mulam maritus uxori uendiderit, & aliā ei parem donauerit, quarum neutram alicui expediat habere sine altera, ut supra, de ædili edict. l. eiusdem, § interdum, & ita tenet donatio. Secundo dic, quod cā rerum ē mixta, & separari potest, ut si uir vnam rem uxori uēdidit, & aliam ei donauit, in uendita ualet uenditio: in donata non tenet donatio. Tertio dicit, quod causa personarū est mixta, & separari non potest: ueluti cum uir vendidit uxori seruum iusto pretio, in cuius persona ualet uenditio, & eidem uxori donat eundem seruum cōtubernalē, qui ab eo separari nō potest, ualet ergo donatio in re donata, & vēditio in vendita. si autem sit persona, quæ sine offensa pietatis nō posset separari, diceretur causa personarū mixta, & separabilis, & tū donatio non ualet in donato, sed venditio in vendito, & hoc est quartum exemplum. Item aliud exemplum, quando Titius, & mulier sunt uiro duo rei debendi: nam una obligatione teneri dicuntur, & sic causa personarum est mixta, & tamen potest separari, & ideo si Titio accepto fero, ualet in eo, in muliere non. Si vero

4 † Fl. desi.

& ipsam pecuniam tuam esse. Huic sententiæ consequēs est, quod Iulianus libro 17. Digest. scribit, ait enim, 1 † si donaturum mihi, iussero vxori meæ dare 2 † nullius esse momenti. a 4 * perinde enim habendum, atque si ego acceptam, & rem meam factam, uxori meæ dedissem: quæ sententia vera est.

Iulianus lib. 17. Digestor.

LEX IIII.

IDemque est, & si mortis causa traditurum mihi iussero vxori meæ 3 † tradere nec referre, conualuerit donator, an mortuus sit neque existimandum est, si dixerimus valere b donationem, non fieri me pauperiorem, c quia si ue conualuerit donator, ei 4 † condictione tenebor: siue mortuus fuerit, rem quā habiturus eram, in bonis meis desinam propter donationem habere. d

Donatio facta a sponso sponsæ ualet & tenet, licet traditio sit facta postea constante matrimonio, dummodo a sponso ante matrimonium contractum fuerit facta traditio procuratori vxoris: secus, si a procuratore sponsi. Bald.

mulieri accepto fero, ualet in neutro, quia principale inualidum, accessorium reddit inualidum, vide tu. gl. de verbo ad verbum.

§ *Si debitor.*] vir uolens vxori donare, iussit debitorem suum vxori permittere, non valet.

Vlpianus lib. 32. ad Sabinū.

LEX V.

SI sponsus sponsæ donaturus, tradiderit Titio, ut is spōsæ daret, deinde Titius tradiderit post nuptias secutas; si quidē maritus eum 5 † interposuit: donationem non valere, quæ post contractas nuptias perficiatur. e si vero mulier eum f interposuit: iā dudum perfectam donationē, 6 † hoc est ante nuptias, atque ideo, quamuis contractis nuptiis Titius tradiderit donationem g valere.

§ Si maritus * duos reos habeat, Titium & mulierem, & mulieri accepto tulerit donationis cā, neuter liberatur, quia acceptilatio non ualet. h & hæc Iulianus libro 17. Digestorū scribit. Plane si 7 † proponas Titio acceptolatū esse, 8 † ipse quidem liberabitur, mulier vero manebit obligata.

§ Generaliter tenendum est, quod inter ipsos, i aut qui ad eos pertinent, aut quod 9 † per interpositas personas donationis causa agatur, 10 † nō ualere, quod si aliarum extrinsecus rerū personarumve cā commista sit. si separari non possit 11 † nec donationem impediri, k si separari possit,

§ *Si vxor.*] Titius mihi debet decem, uxor eius volens ei donare, mihi promittit animo donandi, & si deinde sit rem eam non tenetur, neque Titius debitor liberatur.

§ *Si donationis.*] Vxor tenebatur viro in centum, cum vellet ei donare, cōuenit eam, & passus est eam absolui, falsa exceptione opposita, ualet quidem tacitè, sed vir condicet pecuniam, ac si nō esset absoluta. Cætera sunt plana. Viui.

e *Perficiatur.*] nec per bene ... maritū ... uxori quæri potuit, cū eius non esset procurator. Secus est autem in secundo casu.

f *Eum.*] i. procuratorem ad recipiendum donum. Accur.

g *Donationem.*] alias perfecta donatio est, & alias perfectam esse donationē, s. dud dū est, videlicet donationē uxori per suū procuratorem sibi quæsito.

h *Non valet.* quia expressum est inualidū, nec ualet tacitū, ut s. de libe. leg. l. si is qui duos, & l. petitor & de ser. rustic. § 1. & l. itē sic pōt. § q habet.

i *Ipsos.*] inter uirum, & vxorem.

k *Impediri.*] veluti cū mulier extitit hēs eius, qui pro Titio apud maritum fideiusserat, absoluto reo principali a marito, quia fideiussor dē, absolutus & mulier, quæ secūdario ex persona fideiussoris ex hæreditaria causa est obligata. Tu autē latius dic, quod hæc litera exigit quatuor exēpla. Primò, qñ causa rerum est mixta & separari non potest. Secundo, qñ similiter causa rerum est mixta, & separari potest. Tertio, qñ causa personarum est mixta, & separari non potest. Quarto, quando similiter causa personarum est mixta, sed separari potest. De primo dic, quod causa rerum tātum mixta potest esse, & separari non potest cōmode, ut si vnam mulā maritus uxori uendiderit, & aliam ei parem donauit, quarum neutrā alicui expediebat habere sine altera, & ita donatio tenet, vt sup. de ædil. edic. l. cum eiusdem. § interdum. De secundo dic, quod causa rerum tātum mixta est, & separari potest, ut si ego maritus unam rē uendidi, & aliam sibi donaui, in donata non ualebit donatio, in uendita ualebit uenditio. De tertio dic, quod causa personarum potest esse mixta, & separari non potest: ueluti cum maritus vendidit uxori seruum iusto pretio, in cuius persona ualet venditio, & eidem uxori donat eiusdem serui uxorem, quæ ab eo separari non potest, ut supra de ædil. edic. l. plerumq; Cæterum si esset alia talis persona, quæ sine offensa pietatis separari potest, diceretur causa earū personarum mixta, & separari posset, & est exēplum quarti. Vel de quarto

5 † Duar. si quidem eum interposuerit maritus.
6 † Flo. esse.
* De sensu huius tex. u. de Vber. Zachardum. in Ru. C. de pa. nu. 121.
7 † Flo. si mihi.
8 † Fl. desi. esse.
9 † Flo. desi. quod.
10 † Flor. agatur.
11 † Flor. potest.

dic,

dic. quod causa personarum tantum [illegible] potest esse, mixta, & separari potest: si, ut in prædicto casu, l. quando Titius, & mulier duo rei debendi erant, quia ex una obligatione teneri dicuntur, ut inf. de duo. re. pro. l. 3. §. vbi in quo casu si Titio fuit acceptolatum, valebit quo ad Titium, licèt non ualeat in persona mulieris. potest enim ualere principale, licèt non ualeat accessorium. Quid ergo si mulieri fuit acceptolatum? tunc in neutrius persona ualet acceptilatio, vt in l. ista continetur: sed nonne tunc similiter causa personarum mixta est, ut & supra in alio casu, fuit acceptolatum? Respondeo utique: non tamen separari pôt, nam si dicas posse separari: ergo in persona Titij valere debet, quod hic negatur in persona mulieris non: sed non pôt separari, ergo debet valere in persona neutriusque, ut hic hoc §. generaliter dic. Rn. quod in isto §. dic. verum est tunc cùm qui rem illo facta est ei, vel acceptilatio, cui fieri potuit; ac ibi acceptilatio in persona uxoris, cui principaliter prospiciebat, facta est, in cuius persona ualere non potuit: ideoque nec valet in persona eius, cui secundario, vel accessoriè prospiciebatur. nam cùm principale nô tenet, nec eius accessorium. Ad vltimum pôt dari exemplû in seruitutibus in diuiduis, quia pro omnibus prædiis sufficere pôt, in quibus personarum, & rerû causa mixta est, & separari non pôt, ideo valet donatio, ut puta, si itinere constituto simul per stipulationê partim in prædio vxoris, partim in prædio Titij, & maritus per acceptilationem Titij liberauit, liberatur quoque vxor, quia fructus itineris pro parte deberi non pôt: cum iter, quod est res incorporalis, sit indiuiduum, nec separari possit, ut j. ad l. Falci. l. 1. §. si usus fr. cæterû si uxor & cû Titio promisisset, v.g. agrum, ut esset duo rei promittendi: Titio liberato nihilominus vxor tenebitur. Acc.

cætera valere: id quod donatum sit, a non valere.

¶ Si debitor uiri pecuniam iussu b mariti uxori promiserit: nihil agitur.

¶ Si uxor uiri creditori donationis causa promiserit, & fideiussorem ei dederit, neque virum liberari, neque obligari mulierem, vel fideiussorem eius, Iulianus ait; perindeque haberi, ac si nihil promisisset.

¶ Circa venditionem quoque Iulianus quidem scribit c minoris factam venditionem nullius momenti esse. Neratius d etiam 1 † (cuius opinionem non improbat Pomponius) venditionem donationis causa inter virum, & uxorem factam nullius e esse momenti ait: 2 † si modò cû animum vendendi maritus non haberet, idcirco venditio nec commentus f sit, ut donaret. Enimuerò si, cum animû g vendendi haberet, ex pretio ei remiserit: venditionem quidem valere: h remissionem autem hactenus non ualere; quatenus locupletior facta i est. Itaque si res quindecim, venierit quinque, nunc autem sit decem; quinque tantum præstanda sunt, quia in hoc locupletior videtur facta.

¶ Si donationis causa uir, vel vxor seruitute non utatur: puto amitti seruitutem. verû post diuortium k condici l posse.

¶ Si vxor, uel maritus exceptione quadam, donationis causa summoueri voluerit: factâ à iudice absolutione, valebit quidem sententia: sed condicetur ei, cui donatum est. m

¶ Concessa donatio est sepulturæ causa, nam sepulturæ causa locum marito ab uxore, vel contra donari posse constat. Et si quidem mortuum intulerit, faciet locum religiosum. Hoc autem ex eo uenit, 3 † quòd definiri solet eam demum donationem impediri solere, quæ & donantem pauperiorem, & accipientem faceret locupletiorem. Porrò hic non uidetur fieri locupletior in ea re, quam religioni dicauit. nec moueat n 4 † quenquam, quòd emeret, o nisi à marito accepisset. nam & si pauperior ea fieret, nisi maritus dedisset, non tamen idcirco fit locupletior, quod non expendit. hoc 5 † & illa suadet, & si uxori maritus sepulturæ causa donauerit: ita demum locum fieri intelligi mulieris, cum corpus humatur p cæterum antequam fieret religiosus, donantis manet. Proinde & si distraxerit mulier, manet locus donatoris. Secundum hæc, si uxori suæ monumentum purum maritus magni pretij donauerit: valebit donatio, sic tamen, ut cum sit religiosus, valeat. Sed & si ipsa fuerit illo illata: licet morte eius finitum est matrimonium: fauorabiliter q tamen dicetur locum religiosum fieri. Proinde & si maritus ad oblationem Dei vxori donauerit, uel locû, in quo opus publicum, quod promiserat facere, uel ut ædem publicam dedicaret, fiet locus sacer. Sed & si quid ei donetur, 6 † vt Deo detur, vel consecretur, nec dubium, quin debeat valere. Quare & si oleum pro ea in æde sacra posuerit, valet donatio.

¶ Si maritus r hæres institutus repudiet hæreditatem donationis causa; Iulianus scripsit libro. 17. Digestorum donationem valere. neque enim pauperiorem 7 † fieri, qui non acquirat, sed quod patrimonio suo

a *Donatum sit*] scilicet vxori.
b *Iussu*] mariti volentis vxori donare. Accur.
c *Minoris*] hic principaliter intendebat donare, secus

si venderet: quia tunc valet, nisi in eo quod donauit, ut [illegible] quis, &c.
d *Neratius*] corrigendo cum distinctione, dû hic principaliter donare intendebat, secundum Iul. Accur.
e *Nullius esse momenti*] ut supra de contrahen. emptio. si quis donationis.
f *Commentus*] ut supra ad Vell. [illegible] l. vlt. vxori in fi. Sed nunquid in dubio præsumitur donationis câ factû? Respon. non, arg. supra de [illegible] cum maritus. Accur.
g *Animum*] ut j. eo. l. sed si uir ex lana. & si duo.
h *Valere*] j. eo. l. quod aût, §. si maritus. j. de l. sed si uir, § si vxor, & l. vir vxori. Sol. hic ab initio vendidit ptio vero, licèt postea remiserit. ibi verò ab initio vendidit pro minori. Acc.
i *Facta est*] locupletior, ut supra de petit. hæré. l. sed & si lege. §. sed & si res minoris. Sed contra, j. eo. l. quod aût, §. si maritus. Sol. vt ibi Accur.
k *Post diuortium*] sed & ante potest, sed post diuortium sit reuocatio, ut j. eo. l. à marito. & j. eo. l. si communi, & l. sed interim § si maritus uxori. Accur.
l *Condici*] vbi enim donationis causa interuenit cû alia, quæ per se sola sufficeret ad acquirendum, sic quidem alienatio, & amissio seruitutis, & liberatio ex sententia oritur, sed repetitur, vt hic & j. proxi. §. vbi uerò sola donationis causa ipso iure nihil ualet, qd agitur, vt j. eod. l. 3. §. Sciendum, quæ est contra.
m *Cui donatum est*] speciale est aliás contra: vt supra man. l. si fideiussor, § in omnibus, & facit qd not. sup proxi. §. Accur.
n *Nec moueat*] in eo. uerbum non esse vr, quod debeamus mouere, ut j. de solu. in pupillo, §. si contra. Sol. aliud est in pupillo, qui certat de lucro captando, aliud in uiro, & in uxore, inter quos, [illegible] donatio non amatur. ob [illegible] [illegible] ut j. eo. l. [illegible] quod. § si quis.
o *Emeret*] i. emisset.
p *Humatur*] similiter si fuit ius, & desinit esse, ut j. eo. l. quod autem, & in [illegible]
q *Fauorabiliter*] scilicet ratio [illegible] de eius cui donatum, donatio [illegible] C. [illegible] marito. Accur.

1 † El. autem.

2 † Flor. dedit. [illegible]

3 † Fl. amit.

4 † Flor. moueat.

5 † Flor. haec & illud suadere, si vxori.

6 † Fl. vt det. & detur, vel consecretur.

* Hoc uid. Io. Annib. in naturali. et in numero 229 de usucap.

* Itineris s. scitus pro parte deberi nô potest, vt in indice tract. in uer. seruitus. uti [illegible]

* Hic vide Io. Bap. C. in ss. legat. num. 52 de leg. 1. & Io. Anni. in l naturaliter, nu. 13 de usucap. Vide [illegible]

Mela ait, id obseruandū a 1 † esse, cum ex contrario conuenire possit: vt si minoris venierit: ipsa debeat.

¶ Si pacta sit mulier, vt siue pluris, siue minoris fundus æstimatus venierit, pretiū quāti 2 † res venierit, in dotem sit: stari 3 † eo pacto oportet. Sed si culpa mariti minoris venierit: & idipsum mulierem consequi.

Iulianus li. 17. Digestorū.

LEX XIII.

Item si non venierit, æstimatio b præstari debebit.

Pactum per quod efficitur deterior dotis conditio, non valet: secus si fiat melior. Bald.

Paulus lib. 35. ad edictum.

LEX XIIII.

De die reddendæ dotis hoc iuris est, ut liceat pacisci c qua die 4 † reddatur: dum ne mulieris deterior conditio fiat 5 †

Caius lib. 11. ad edi. proui.

LEX XV.

Idest, ut citeriore die reddatur.

Paulus lib. 35. ad edictum.

LEX XVI.

Vt autem lōgiore die 6 † reddatur dos, conuenire non potest d non magis quā ne omnino reddatur.

Procul. li. 6. ? † ἐπιστολῶν.

LEX XVII.

Atilicinus Proculo suo salutem. Cum inter virū & vxorem e pactum conuentum ante nuptias factum esset, vt quibus diebus dos data esset, eisdem diuortio facto redderetur, post quinquenniū quam nuptiæ factæ sunt, vxor viro dotem dedit: diuortio facto, quæro vtrum quinquennij die vir uxori dotem reddet, 8 † an statuto legib. tēpore? Proculus respondit, Quod ad diem reddendæ dotis attinet pacto existimo meliorem cōditionem mulieris fieri posse, deteriorem non posse: Itaque si cautum est vt priore 9 † tēpore quam legibus constitutum est, reddatur, stari ei 10 † pacto debere. si vt longiore, nec valere id pactum conuentum. Cui 11 † sententiæ conueniens est dicere, ut si pacto conuento cautum est, ut quanto serius 12 † post nuptias data fuerit, tanto serius 13 † post diuortium reddatur, si priore 14 † tempore quam in reddenda dote constitutum est, data sit, valere pactum conuentum: si longiore, non valere.

Iulianus lib. 18. Digest.

LEX XVIII.

Licet manente matrimonio non possit inter virum & vxorem conuenire, vt longiore die 15 † dos reddatur: post diuortium tamen, si iusta causa f conuentionis g fuerit, id pactum debet custodiri.

Alphenus libro 3. Digestorum a Paulo epitomatorum.

LEX XIX.

Aliud est h si pater pro filia dotem promisit, vt annua, bima, trima, quadrima, quinto anno dos à se i redderetur, k & conuenit vt iisdem diebus soluto matrimonio dos redderetur, hoc enim pactum l ita valet, si patri filia hæres extiterit, & interueniente ea pactum conuentum fuerit.

Paulus lib. 35. ad edictum.

LEX XX.

Ob res quoque donatas 16 † vel amotas, vel impensas factas, tunc facta pactio m valebat, idest post diuortium.

¶ Si extraneus de suo daturus sit dotem, quicquid vult, pacisci (etiam 17 † ignorante muliere n) sicut & stipulari, potest. legem enim suæ rei dicit. postquam vero dederit, pacisci consentiente muliere debet.

¶ Si conuenerit, ne a muliere, neve a patre dos petatur, hæres non habebit o exceptionem. Sed si conuenerit, ne manente matrimonio viuo patre petatur, mortuo patre statim exigitur. etsi non pe tierit maritus, tenebitur huius culpæ nomine, si dos exigi potuerit: p nisi forte ante diremptum sit matrimonium, quam facultatem petendi q haberet. r

Si esset vtile mulieri, pecunia in dotem promissa potest in corpus, vel in speciem commutari. h. d. ista no. l. Baldus.

Iulianus libro 17. Digestorum.

LEX XXI.

Si mulier dotis causa promiserit certam summam, & pro ea pecunia 18 † mancipia s in dotem dederit ea conditione, ut periculo t eius essent, etsi quid ex his natum esset, ad eam per-

a *Obseruandum.*] vt argu. sup. de contrahen. empt. l. hæc venditio. §. si. Accur.

b *Item si æstimatur.*] quia fuit æstimatus. Accur.

c *De die. Pacisci.*] vt sup. de pactis, l. insigentium. § ut puta.

d *Vt autem. Non potest.*] vt supra de pac. l. si vnus. § pactus. in fine. Accursius.

e *Atilicinus. Virum.*] sed cum patre potest, ut infra eod. l. aliud. Accur.

f *Licet. Scilicet causa*] idem tamē credo & si ante nuptias sint in facto, l. quæ ... lex tamen superior Attilicinus, dicit contra: scilicet q ante factum non ualet: sic enim dicit, ante nuptias. Sed dic q fuit collatum in tempus matrimonij, ut C. de don. ante nup. quod sponsæ & l. j. & secundum hoc puncta ibi, reddatur: hæc glo. exigit quod ibi punctus non reddat.

g *Conuentionis*] vt paupertatis mariti.

h *Aliud est.*] dictum est sup. l. proxi. filiā nō posse longius tempus apponere, quam lege statutum est in dote illi reddenda. aliud est si pater, &c. & sic continuatur cum supriore.

i *A se.*] scilicet patre.

k *Redderetur.*] id. & daretur, ut inf. de verbo. significa. l. verbum reddendi.

l *Pactum*] scilicet de contrahen. matr. nec enim sine eius consensu contrahi potuit. si autem dicas de reddenda dote, sub audias maxime, nam etsi non interuenisset si tamen hæres esset, ei noceret: sicut patri. ut sup. eodem, l. cum do.

m *Ob res. Pactio*] alias donatio, & alias pactio: & tunc, i. post diuortium, ut hic subiicit, & supra eodem, l. si cer. secundum eum fe... ium.

n *Muliere.*] vt sup. eo. d. m l cum dos. § j.

o *Habebit.*] cum iure ... pactum personale. Accur.

p *Potuerit.*] vt supra de iure do. l. si extraneus. Accur.

q *Petendi*] idest, ante quam pater decederet.

r *Haberet.*] & hoc habet etiam sup. eod. l. si pater. tunc enim non fuit in culpa exigendi: & ideo non tenetur, ut inf. soluto matrimonio l. Si ... uis. & sup. de neg. gest. l. sin autem Sol. iuris. § si pecuniæ.

s *Si mulier. Mancipia*] ea pecunia æstimata.

t *Periculo*] s. mulieris. Accur.

2 † *Plur. fere mandum, cū & ex contra.*

2 † *Fl. quam...*

3 † *Flor. eo.*

4 † *Retradatur.*

5 † *Flo. fiat.*

6 † *Flor. Solutur.*

7 † *Fl. ...*

8 † *Flo. redditur.*

9 † *Flo. priore alias. Vt propinquis...*

10 † *Flo. stari ei debere.*

11 † *Flor. ...*

12 † *Duo fere quoque & post nupt.*

13 † *Fl. desit, serius.*

14 † *Flor. si priore quam in reddenda.*

15 † *Flo. dedos.*

16 † *Graeci videntur legisse ob mores, ... donatas, vel amotas, &c. Cuiac. ob ... obseru. c. 19.*

17 † *Flo. pacisci & ignorante, &c. ... parentibus.*

18 † *Flor. ... ...*

a *Prodest.*] vt supra de iure dotium. l. ita constante. Accur.

b Q*Vidam Conuenerat.*] quę cōuentio actionem non parit: nisi stipulatio ne sit subnixa: sed exceptionem tātum, ut inf. de donat. inter virum. & uxo. l. si id. §. fi. & l. si stipulata. Accursius.

c *Daret*] in alimenta.

d *Non debere.*] si se non exhibuerit Acc.

e *Confirmentur*] diuortio, si exceptio mulieri detur: cum debeant infirmari, ut ī. de don. inter virum & vxor. l. sed interim § pen.

f P*Ater mortua.*] ex his uerbis putabatur tunc demū filijs actionem competere, cum filia prædecessisset ante patrē Io.

g *Dedacta*] id est, retenta à marito. Accursius.

h *Mortem.*] hic otiebatur quęstio Ioānis. Subaudi ergo, siue ante mortē aui, siue post decedat.

i *Filijs*] scilicet quos habebat in potestate pater, & quibus erat stipulatus. Accursius.

k *Eius.*] scilicet patris.

l *Illi.*] patris filij.

m *Posse.*] vt sup. eod. l. si ita conueniat. & infra de verborum obli. l. quodcumque. §. si quis ita.

n *Mortua esset.*] viuo vel mortuo patre.

o *Titio*] scilicet filio nam ita stipulatio extraneo non potuisset.

p *Debere.*] & sic plenius ab hærede agitur, quàm a defuncto agi potuerit, vt supra de euictio. l. si per imprudentiam. §. nō mirum. & C. vt actio ab hæredib. & contra hęredes. l. j.

q S*I inter virum. Pactum est.*] tempore datæ, vel auctæ dotis.

r *Rata est.*] vt & attamen infra de conditio. & demonstratio. l. hæc conditio. §. fin. & l. si iam. arg. contra in l. cum vir. vxori.

s *Data.*] ut C. quæ res pig. obli. pos. l. si.

1 † Fl. conuenit.

tineret: stati pacto conuento oporteb it. Nam constat posse inter virum & vxorem conuenire, 1 † ut dos, quæ in pecunia numerata est, permutetur, & transferatur in corpora, cum mulieri prodest. a

Exceptio pacti conuenti non conuenit hæredi matris, qua mater ex contractu conditionis erat viro obligata, licet hæres istius matris illud pactum apposuerat de lucrando mercedem percipiendam ex fundo dato in dotem. Bald.

Idem lib. secundo ad Vrseium Ferocem.

LEX XXII.

QVidam fundum dotis causa ab vxore sua acceperat: interque eos conuenerat, b ut mercedes eius fundi uir vxori annui nomine daret: c deinde cum fundum uir matri mulieris certa pensione colendum locauerat: eaque, cum mercedes eius fundi deberet, decesserat: & filiam suam solam reliquerat hæredem: & diuortium factum erat: uir deinde petebat à muliere mercedes, quas mater debuerat. Placuit exceptionem mulieri dari nō debere, d ac si inter se & uirum non conuenisset, ut hæ mercedes sibi alimentorum nomine darentur: cum futurum sit, ut quodammo donationes inter uirum & vxorē confirmentur: e nam qd annui nomine datur, species donationis est.

Conditio existens siue in uita, siue post mortem stipulationis; purificat conditionem. Bart.

LEX XXIII.

Marginal notes: 1 † Bal. supra de iur. do. l. cū in fundo. § si fundus cōmunis, legit. ipsi... 2 † Vl. potestate. 3 † Bal. sup. de iure do. l. cum in fundo § si fundus communis, legit, hic... 4 † Flor. ubicumque. 5 † Flor. ... 6 † Flor. de esse. 7 † Flor. ... Vl. not. in leg. qui per alium, de reg. iur...

Memini.

... causa personarum ... potest esse mixta, & separari potest: si, ut in prædicto casu, ... quando Titius, & mulier duo rei debendi erant, quia ex una obligatione teneri dicuntur, ut inf. de duo. re. pro. l ... §. ubi in quo casu & Titio fuit acceptilatum, ... licèt non ualeat in persona mulieris, potest enim ualere principale, licèt non ualeat accessorium. Quid ergo si mulieri fuit accepto latum? tunc in neutrius persona ualet acceptilatio, ut in l. ista continetur: sed nonne tunc similiter causa personarum mixta est, ut & supra ... casu, fuit accepto latum? Respond. utique: non tamen separari pôt, nisi dicas posse separari: ergo in persona Titij ualere debet, quod hic negat. in persona mulieris non: sed non pôt separari, ergo debet ualere in persona utriusque, ut ... hoc §. generaliter dr. Respond. in isto §. dr. verum est tñ tûc quâ rem suo facta est ..., vel acceptilatio, cui fieri potuit; at ibi acceptilatio in persona uxoris, cui principaliter prospiciebat, facta est, in cuius persona ualere non potuit: ideoque nec ualet in persona eius, cui ... vel accessorie prospiciebatur: nam cû principale nô tenet, nec eius accessorium. Ad ultimum pôt dari exemplû in seruitutibus indiuiduis, quia ... omnibus præ ... sufficere pôt, in quibus personarum, & rerû causa mixta est, & separari non pôt, ideo valet donatio, ut puta, si itinere constituto simul per stipulationē partim in prædio uxoris, partim in prædio Titij, & maritus per acceptilationem Titij liberauit, liberat quoq; uxorem, quia seruitus itineris pro parte deberi non pôt: cum iter, quod dr res incorporalis, sit indiuiduû, nec separari possit, ut ī. ad l. Falcid. l. ... si usufr. cæterû si uxor rē cû Titio promisisset, v.g. agrû, ut essēt duo rei promittēdi: Titio liberato nihilominus uxor tenebitur. Acc.

cætera valere: id quod donatum fit,[a] non valere.

¶ Si debitor uiri pecuniam iussu[b] mariti uxori promiserit: nihil agitur.

¶ Si uxor uiri creditori donationis causa promiserit, & fideiussorem dederit, neque uirum liberari, neque obligari mulierem, vel fideiussorem eius, Iulianus ait; perindeque haberi, ac si nihil promisisset.

¶ Circa venditionem quoque Iulianus quidem scribit (minoris factam uenditionem) nullius momenti[c] esse. Neratius[d] etiam 1 † (cuius opinionem non improbat Pomponius) venditionem donationis causa inter uirum, & uxorem factam nullius[e] esse momenti ait 2 † si modò cû animum vendendi maritus non haberet, idcirco venditio ne commentus[f] sit, ut donaret. Enim uerò si, cum animû[g] vendendi haberet, ex pretio ei remiserit: venditionem quidem valere:[h] remissionem autem hactenus non ualere; quatenus[i] locupletior facta est. Itaque si res quindecim, venierit quinque, nunc autem sit decem; quinque tantum præstanda sunt, quia in hoc locupletior videtur facta.

¶ Si donationis[*] causa uir vel uxor seruitute non utatur: puto amitti seruitutem. verû post diuortium[k] condici[l] posse.

¶ Si uxor, uel maritus exceptione quadam donationis causa summoueri voluerit: facta à iudice absolutione, valebit quidem sententia: sed condicetur ei, cui donatum est.[m]

¶ Concessa donatio est sepulturæ causa, nam sepulturæ causa locum marito ab uxore, vel contra donari posse constat. Et si quidem mortuum intulerit, faciet locum religiosum. Hoc autem ex eo uenit, 3 † quòd definiri solet eam demum donationem impediri solere, quæ & donantem pauperiorem, & accipientem faceret locupletiorem. Porrò hic non uidetur fieri locupletior in ea re, quam religioni dicauit. nec moueat[n] 4 † quenquam, quòd emeret,[o] nisi a marito accepisset. nã & si pauperior ea fieret, nisi maritus dedisset, non tamen idcirco fit locupletior, quod non expendit. hoc 5 † & illa suadet, & si uxori maritus sepulturæ causa donauerit: ita demum locum fieri intelligi mulieris, cum corpus humatur[p]: cæterum antequam fieret religiosus, donantis manet. Proinde & si distraxerit mulier, manet locus donatoris. Secundum hæc, si uxori suæ monumentum purum maritus magni pretij donauerit: valebit donatio, sic tamen, ut cum sit religiosus, valeat. Sed & si ipsa fuerit illo illata: licet morte eius finitum est matrimoniû: fauorabiliter q tamen dicetur, cum religiosum fieri. Proinde & si maritus ad oblationē Dei vxori donauerit, uel locû, in quo opus publicum, quod promiserat facere, uel ut ædem publicam dedicaret, fiet locus sacer. Sed & si quid ei donetur, 6 † ut Deo detur, vel consecretur, nec dubium, quin debeat valere. Quare & si solum pro ea in æde sacra posuerit, valet donatio.

¶ Si maritus[*] hæres institutus repudiet hæreditatem donationis causa; Iulianus scripsit libro 17. Digestorum donationem valere. necque enim pauperiorem 7 † fieri, qui non acquirat, sed quod patrimonio suo

a *Donatum fit*] scilicet uxori.
b *Iussu*] mariti ut ipse ... uxori donaret. Accur.
c *Momenti*] hic principaliter intendebat donare, secus vendere: tamen quia non valet, nisi in eo quod donauit, ... quia, &c.
d *Neratius*] corrigendo cum distinctione, dũ hic principaliter donare intendebat, secundum Iul. Accur.
e *Nullius esse momenti*] ut supra de contrahen. emptio. ... donationis.
f *Commentus*] sic supra ad Vell. ... vxori in fi. Sed numquid in dubio præsumitur donationis cã facta? Respon. non, arg. supra tit. ... maritus. Accur.
g *Animum*] ut ī. eo. l. ... si uir ... sana ... si duo.
h *Valere*] ... aût, §. si maritus ... sed & si uir ... & l. vir vxori. ... Sol. hic ab initio vendidit ... postea remisit, ibi verò ab initio vendidit ... minori. Acc.
i *Facta est*] locupletior, ut supra de peti. hære. l. sed & si lege. §. sed & si res minoris. Sed contra, ī. eo. l. quod aût, §. si maritus. Sol. ... ibi Accur.
k *Post diuortium*] sed & ante potest, sed diuortium fit reuocatio, ut ī. eo. l. ... à marito, & ī. eo. l. si communi, & l. sed interim §. si maritus ... Accur.
l *Condici*] ubi enim donationis causa interuenit cû alia, quæ per se sola sufficeret ad acquirendum, sic quidem alienatio, & amissio seruitutis, & liberatio ex sententia oritur, sed repetitur, ut hic & ī. proxi. §. ubi uerò sola donationis causa, ipso iure nihil ualet, qđ agitur, ut ī. eod. l. 3. §. Sienndum, quæ est contra.
m *Cui donatum est*] specialis est aliqua contra: ut supra mand. l. ... fideiussor, §. in one, ... & facit qđ not. ... sup. proxi. §. Accur.
n *Nec moueat*] ... quod debeamus ... pupillo. §. si contra. Sol. aliud est in pupillo, qui tenetur de lucro cum iniuria alterius aliud in uiro, & uxore, inter quos ... donatio ... ab sumpta, ... ut ī. ... quod. §. ... Accur.
o *Emeret*] ... si emisset.
p *Humatur*] ... ter fit eius, & desinit esse, sic ī. eo. l. quod aût, §. vxoris.
q *Fauorabiliter*] ... illi ... donatio ... ut C. ... à marito. Accur.

1 † Pl. ant. ...
2 † Plur. de ell. ...
3 † Pl. ...
4 † Eiusmodi ...
5 † Plu. ... & illud suadere, & vxori.
6 † Pl. ... de ... Deo ... detur.
* Hic vid. Io. Annib. in ... naturali ... nume. 119 de usucap.
* Itineris ... ut in iudice tract. ... ire ...
* Hic vi. Io. Bap. Coma ... in legatum ... 32 de leg. j. & Io. Annib. in l. naturaliter, nu. ... de usucap. ...

deposuerit. Repudiatio autẽ mariti mulieri prodest, si vel substituta mulier sit, uel etiã ab intestato hæres futura. Si mihi modo, & si legatum repudiet: placet nobis valere donationem, si mulier substituta sit in legato, uel etiã si proponas eam hæredem institutam.

¶ Si quis rogatus sit percepta a b † certa quantitate vxori suæ hæreditatem restituere, & is sine deductione restituerit: Celsus libro 10. Digestorum scripsit, magis pleniore officio præstandæ fidei functum maritum, quam donasse uideri. & rectam rationem huic sententiæ Celsus adiecit, quod plerique magis fidem exoluunt in hoc casu, b 2 † quàm donant, nec de suo putant proficisci, quod de alieno plenius restituunt: voluntatem defuncti secuti, nec immeritò. Sæpe enim 3 † credimus aliquid defunctum voluisse, c & tamen non rogasse. Quæ sententia habet rationem, & 4 † magis in eo, qui non erat deducta quarta restituere rogatus, & tamen integram fidem præstitit, omisso senatusconsulti commodo. Hic enim uere fidem exoluit, voluntatem testatoris secutus. 5 † Hoc ita, si non per errorem calculi fecit. Cæterum indebiti fideicõmissi esse repetitionem, nulla dubitatio est. Cum igitur nihil de bonis exigatur: rectè dicitur valere donationem. Vbicunque igitur non diminuit de facultatibus suis, qui donauit, valet. uel etiam si diminuat, locupletior tamen non fit, qui accepit, donatio valet.

Donatio reuocatur, quatenus mulier est facta locupletior. & an sit locupletior, inspicitur tempus litis contestatæ, h.d. ista l. vsque ad l. quod autem. §. si maritus, Bal.

Marcellus lib. 7. Dig. quærit.

LEX VI.

SI mulier 6 † acceptam à marito pecuniã d in sportulas e * pro cognato suo ordini f erogauerit: an donatio valeat? Et ait ualere, nec uideri locupletiorem mulierem factam, quamuis mutuã pecuniam esset acceptura, g & pro affine erogatura.

¶ In donationibus autem iure ciuili impeditis hactenus reuocatur domum ab eo, vel ab ea cui donatum est, vt si quidem extet res, uindicetur: h si consumpta sit, i condicatur, k hactenus quatenus locupletior quis eorum factus est.

Caius li. 11. ad edict. pron.

LEX VII.

QVia quod ex non concessa l donatione retinetur, id aut sine causa, aut ex iniusta causa retineri intelligitur: ex quibus causis cõdictio nasci solet.

Vlpianus libro 31. ad Sabin.

LEX VIII.

QVod autem spectatur 7 † tempus, an locupletiores sint facti, utrum tempus litis contestatæ, m an rei iudicatæ? Et uerum est litis contestatæ tempus spectari oportere. n idque Imperator noster cum patre rescripsit.

Donatio, quæ mulierem locupletiorẽ nõ reddit, non reuocatur: & non dicitur locupletior fit tantundẽ de suo erogauerit. h.d. iste no. §. B.

¶ Si maritus pecuniam uxori in unguenta dederit, eaque o eam pecuniam creditori suo soluerit, p mox ea de sua pecunia emerit vnguenta: non uideri locupletiorem factam Marcellus libro septimo Digestorum scribit. Idem que ait, 8 † & si lancem ob eandem causam ei dederit, eamque lancem q retinuerit, de sua autem pecunia vnguenta emerit: vendicationem cessare, quia non sit 9 † locupletior, quæ tantundem in re mortua impenderit. f 10 † Si uir, & vxor quina inuicem sibi donauerint, & maritus seruauerit, vxor consumpserit: rectè placuit compensationem fieri donationum. t & hoc diuus Hadrianus constituit.

Inter uirum & uxorem habet locum donatio, si inuicem compensauerint. Bald.

¶ Idemque ait, & si uir vxori x pecuniam donauerit, ipsaque ea pecunia 11 † prædia comparauerit: 12 † æstimari oportere in quantum locupletior facta sit mulier. y Proinde & si prædia hodie vilissima 13 † sunt, consequenter dicemus litis contestatæ tempore æstimationem eorum spectandam. z Planè si magni pretij prædia sunt, summa 14 † numerata erit restituenda, nõ etiam vsuræ pretij. Elegantur tractabitur, si mulier xv. prædia emerit, & maritus non totum pretiũ ei 15 † numerauerit, a sed duas partes pretij, hoc est decẽ, vxor de suo quinque, deinde hæc prædia valeãt nunc decẽ, maritus quãtũ cõsequetur 16 † Et magis

a Si quis perceptu.] deducta de hæreditate.
b In hoc casu.] sic & infra, de verb. signif. l. cum in testamento. & C. ad leg. Falc. l. 2. sed argu. contra. C. de cond. ob causam... §. si autem ad deficientis. & inf. de heredibus institu. l. quidam. Accur.
c Voluisse.] vt in nostro casu totum restitui. Accur.
¶ Marcellus.] aliàs §. aliàs len.
d SI mulier. Pecuniam.] ex causa donationis.
e Sportulas.] i. epulas.
f Ordini.] decurionum. Accur.
g Acceptura.] non ex necessitate.
h Vindicetur.] vt infra eodem l. si donatæ, in prin. Accur.
i Consumpta sit.] ab eo cui donatum est aliud est si ab hærede consumatur, quia non petit donanti, ut infra ad leg. Falc. l. quod de bonis. §. ex donationib. Azo.
k Condicatur.] per cõdictionem sine causa.
l QVia quod ex nõ concessa.] a lege.
m QVod autem litis contestatæ.] cum agitur sine causa, vel rei uen... Acc.
n Oportere.] sed & rei iudic. ut supra de peti. hær. l. si a patre, vel à domino, §. fin. & sup. de peculio. l. quæsitũ. Accur.
o Eam.] l. mulier. Accurs.
p Soluerit.] non in unguenta, sed aliàs Accurs.
q Eamq; lancem.] donatam sibi a marito. Accursius.
r At mor.] ideft de qua non est locupletior. Accur.
s Impenderit.] ut infra eo. l. si id, §. illud constat. & l. sed si vir. §. nõ videtur Accur.
t Rectè placuit.] matrimonio finito diuortio. secus si morte, ut infra eodem, l. cum hic status. §. quod ait 10.
u Donationum.] quia quasi permutatio est: vt supra de pet. hær. l. sed & si. §. consuluit. in si. Accur.
x Si uir vxori.] aliàs est in textu, si uir uxori pecuniam donauerit, ex eaque pecunia, &c. Accur.

y Moriens.] ut in tanta pecunia condemnetur cùm sit soluendo... aliàs, contra, ut infra eodem, l. vxor. Accursius.
z Spectandam.] ut supra eodem, l. si sponsus, §. circa in fin. & infra eod. l. si vxor marito, in fine, & l. ex anno. §. si maritus, & l. si id quod, §. si ex decem.
a Numerauerit.] vxori, secus si numerauerit creditori, quia tunc in solidum ... res deterior efficiatur ut infra eodem ... vxor. Accur.
Rerum.

1 † Fl. præcep ta.
2 † Fl. in hoc casu.
3 † Fl. defl. enim.
4 † Fl. defl. &.
5 † Fl. obstantibus.
6 † Fl. est si, & legit Marcellus &c.
* Vide Bud. hoc ... differentiã quod apud ... quodam ... sportulæ: vide etiam ... libro ... 3 c. 19.
7 † Fl. spectatur.
8 † Fl. defl. at.
9 † Fl. non est.
10 † Fl. impendit.
11 † Fl. defl. pecunia
12 † Fl. prædium emerit
13 † Fl. ... sunt.
14 † Fl. ...
15 † Fl. ... &c.
16 † Fl. quanto
* Obligatio ... tempore oritur, ... mortem, ... Tract. ...

est, ut consequi debeat duas patres decem, ut quod perierit 1 † ex pretio, utrique perierit, & marito, & uxori.

¶ Si maritus æstimationem rerum, a quas in dotem accepit, dicat b se donationis causa auxisse: c remedium monstrauit Imperator noster cum diuo patre suo, rescripto, cuius uerba hæc sunt, Cum donationis causa pretium auctum affirmes, qui super ea re cognitu rus erit, si pecuniæ d modum recusabis, ipsa prædia restitui debere, sumptuum deductis rationibus arbitrabitur. Inarbitrio e igitur mariti erit, quid præstitum malit. Idem iuris est, & si econtrario mulier de minore æstimatione quæratur, nec aliud in commodato f æstimato dato obseruari solet. Pomponius libro quarto variarum lectionum scripsit. 2 †

¶ Si uxor a marito suo prædia, quæ ob dotem pignori acceperat, g 3 † emerit, h eaque emptio donationis causa facta dicatur, nullius esse momentis pignoris tamen obligationē durare. Imperator noster cum patre suo rescripsit. Cuius rescripti uerba ideo retuli, ut appareat uenditionem inter uirum, & uxorem bona fide gestam, non retractari. Si tibi maritus pignora propter dotem, & pecuniam creditam data non donationis causa, uendidit: quod bona fide gestū est, manebit ratum. at si titulus donationi 4 † quæsitus ostenditur, atque ideo uenditionem irritam esse constabit: iure publico causam pignorum integram obtinebis. i

¶ Si uxor rem emerit, 5 † & maritus pretium pro ea numerauerit: 6 † interdum K dicēdum est totum a muliere repetendum, quasi locupletior ex ea totolidum facta sit, ut puta si emerit 7 † quidem mulier, & debeat 8 † pecuniā: maritus autem à uenditore eam liberauerit. 9 † quid enim interest, creditori soluere an uenditori? l

¶ Vxori quis donauit seruū, ita ut eum intra annum manumittere; an si mulier non obtemperet uoluntati, constitutio diui Marci imponat ei libertatem, si uir, uel uiuit, uel etiam diem suum obijt? 10 † Et ait Papinianus, cum Sabini sententia sit recepta, qui putat tunc fieri seruum eius, m cui donaretur, n 11 † cum libertas cęperit imponi, o ideo que nec si uelit mulier, post exactum tempus possit manumittere: p recte dici non esse constitutioni locum, nec volū tatem mariti posse constitutioni locum facere: cum propriū seruum ipse 12 † possit manumittere, q quæ sententia mihi quoque probatur: quia uenditor, siue donator non sibi legem vult imponi, r 13 † nec potest, sed ei qui accepit. dominio igitur penes se remanente, nequaquam effectum habebit constitutio.

In ijs, quæ retro non trahuntur, non inspicitur tempus contractus, sed existentis conditionis. Bart.

¶ Manumissionis causa donatio facta ualet: s licet non hoc agatur, ut statim ad libertatē, sed quandocūq; perducatur. Proinde si ut post certum tempus manumittat, uxori suæ tradidit: tunc demum eius fiet, cum tempore impleto manumittere cœperit. quare ante manumittendo nihil agit. t Nam & illud sciendum est, si uxori quis suæ donauerit, ut infra annum manumittat, u deinde non manumiserit ea intra annum: postea manumittendo nihil agi.

Cum aliquid est fiendum ab aliquo sub nomine appellatiuo ipsius, non potest fieri postquam appellatiuum nomen competere desijt.

Caius libro 11. ad edictum prouinc.

LEX IX.

SI antequam seruus manumittatur, morte aut diuortio solutum x fuerit matrimonium: resoluitur x donatio. inesse enim conditio donationi uidetur, ut manente matrimonio manumittatur.

Vlpianus libro. 32. ad Sabinum.

LEX X.

SI eum seruum 14 † uxori maritus donet, qui eius erit 15 † conditionis, ne unquam ad libertatem perduci possit: dicendum est oīo nihil agi y hac donatione. Si pecunia accepta mulier manumiserit, z uel operas ei imposuerit

a *Retain.*] quæ fuerant datæ æstimatæ.

b *Dicat.*] & hoc probauerit, nec enim præsumitur eum donasse licèt maiori pretio acceperit, ut inf. e. l. si uir. §. si duo. &c.

c *Auxisse.*] quia cum ualerent 9. accepit æstimata pro 12.

d *Si pecunia modum.*] idest modicam pecuniam iustæ æstimationem.

e *Arbitrio.*] Nihil ergo ualet huiusmodi æstimatio facta animo donandi, ut sup. de iu. do. l. si res, in princip. Hoc aūt quod hic dicit, intelligitur s̄m Azo. cum mulier nō erat datura æstimata prædia, nisi a iusta æstimatione donationis cā. Idē si mulier minoris se æstimasse dicat donationis cā, quia uir nō erat accepturus nisi minori æstimatione, & ideo dicit iustā æstimationem supplendam, maritus e contra dicit se numquam accepisse æstimata, nisi remitteretur de ptio donationis cā, ut subijcit unde uiro datur electio, restituat pdia an iustam æstimationem, ubi autem quis bene erat accepturus æstimata nulla remissione facta, supplet iustum pretiū, & idē in vxore si erat datura æstimata, etiam non aucta æstimatione, ut sup. eo. l. si sponsus, §. circa, quæ est contra.

f *In commodato.*] à uiro uxori.

g *Acceperat.*] mulier.

h *Emerit.*] ipsa mulier.

i *Obtinebis.*] ut supra qui. mo. pignus, uel hypo sol. l. 2. secū uenditor. & inf. de leg. ij. l. quę fideicommissū.

K *Interdum.*] nam regulariter inquātū locupletior est, ut supra eo. l. eleganter.

l *An uenditori.*] certè nihil, ut inf. eo. l. si cū mulier.

m *Eius.*] scilicet uxoris, Accur.

n *Donaretur.*] à viro.

o *Impon.*] & sic eo. tempore dominiū q̄ritur, & amittit, sicut & aliàs obligatio eo. tempore oritur, & moritur, ut infra, de uerb. l. quod i. obligatio. p *Manumittere.*] l. proxi. sed tunc tantum, ut & infra proxi. § in princ.

q *Manumittere.*] sponte, nec enim cogitur, constitutio ergo locū non habet nisi in eo emptore, qui per traditionem dominus factus est.

r *Imponi.*] quia nec posset, ut sup. de arbi. l. pen.

s *Pactā ualet.*] ut in soluto matrim. l. si cōstante. §. si uir. & l. q si uir & l. & desine.

t *Nihil agit.*] sed & si quis ad tempus debet nonne ante soluere pōt? cur ergo hic non ante manumitti? Respon quia nō fuit statim ualida donatio.

u *Manumittat.*] quē uir uxori donauit, ut intra annum manumittat.

x *SI antequam Resoluitur.*] Sed cur hæc donatio morte non confirmatur, ut aliæ, sed infirmat? Respon. aliæ confirmantur, quia dominium uoluit peruenire ad eā, & statim, hic autem noluit dominiū apud eam remanere, sed ut vxor manumitteret, cum ergo non sit vxor, nō manumittet.

y *SI eum. Nihil agi.*] nam non potest per alium manumittere, qui ipse non potest, ut infra, de condi tio. & demon. l. si quę eum, qui. Accur.

z *Manumiserit.*] cum quē acceperat, ut manumitteret. Azo.

Obligatio eodem tempore oritur & moritur, ut. in ind. Tract. ḥn uerb. obligatio. & quę oritur.

1 † Fl. perijt.

2 † Fl. scribit.

3 † Fl. acceperat.

4 † Fl. donationis.

5 † Fl. hor. emit.

6 † Fl. numerauerit.

7 † Fl. si emit quidem rem mulier.

8 † Fl. debebat.

9 † Fl. liberauit.

10 † Fl. obierit.

11 † Fl. donatur.

12 † Fl. dess. ipse.

13 † Aliàs nō sibi legem volunt imponere, nec possit.

Promitt-

a *Promittat.*] sponte, sciens se non teneri, nec enim cogitur, ut in contrario, C. de ope. li. l. qui nummis acceptis, & l. 1. & est arg. huius solutionis, infra, de ope. li. Campanus. Vel dic, quod aliud est in uxore, cui seruus traditur à uiro vt manumittat nec enim potest cogi manumittere, quia non est domina: unde nec succedit constitutio, vt supra eo. ti. l. iij. § pen. & vlt. in fin. ergo, si manumittit, gratis manumittit & cũ beneficiũ confert manumisso, dignum est, vt possit imponere operas. Alij autẽ, quia inuiti manumittunt, nõ possunt operas imponere, vt argumen. supra de ritu nup. l. proxi.

ait Iulianus operas quidem licito iure eam impositurum, & tenere obligationem: nec videri mulierem ex re viri locupletiorem fieri, cum eas libertus promittat. a Quòd si pretium * ob manumissionem acceperit mulier, & sic manumiserit; si quidem ex peculio suo 1 † seruus dederit, nummos mariti manere: sin verò alius pro eo dederit, 2 † fieri nummos mulieris, quæ sententia rectè se habet.

¶ Inter uirum, & uxorem mortis causa donationes receptæ sunt.

Caius li. 32. ad edict. prouin.

LEX XI.

QVia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir, & vxor esse desinunt b *

Vlpianus li. 32. ad Sabinũ.

LEX XII.

SEd interim res non statim fiunt eius, cui donatæ sunt, c sed tunc demum cũ mors insecuta est: medio igitur tempore dominiũ apud eum remanet qui donauit.

* Ad hanc. §. vi. Rui. in l. hoc edicto. §. nunciatio. nu. 181. de oper. nunc.

1 † Fluor. ex peculio suo dedit.

2 † Fl. fiduciæ nummos.

b *Quia Desinũt.*] Vt s. a. de pac. dotalibus leg. Beblus. in §. aliàs, l. si inter.

c *SEd interim. Donatae sunt.*] etiam si sic dãtur, ut statim fiant eius, ut infra de don. causa mort. l. ij. 1. respon & inf. prox. respõ. & facit ad hoc Inf. e. l. vxori, aliàs si non est vxor, secus, ut ff. de dona. cau. mor. l. si mortis causa.

* Cessant quæstiones positæ in l. 3. sup. eo.

d *S domnis.*] i. quali tercũq; facta, tribus enim modis fit, ut infra de dona. cã mort. l. ij. ea tamen, quæ ita fit, vt nullo modo reuocetur, non valet, ut in eodem titu. de dona. causa mortis, l. vbi.

e *Non retro.*] quod est maximè eo casu cum sic est facta, ut demũ morte secuta valeat: aliàs, si ut statim, uel simpliciter, trahitur retro, vt infra, de dona. causa mort. l. si mortis causa, nisi inter coniuges. Accur.

f *Donatio.*] vt est cum mortis causa donatur quæ tantum ex tempore mortis ualet: donatio enim inter uiuos facta à viro vxori, si fuerit morte confirmata, trahitur retro, vt C. eod. l. antepenult. Vel dicas, donationem causa mortis retrotrahi ubique, præterquam ubi sic fit, ut post mortem donatarij fiat, & ita fuit facta, ut post mortem transeat, & præterquam in casibus hic signatis, ubi conditio personæ mutatur, secundum Io. imo dicitur aliàs retrotrahi præter eam, quæ fit, vt ex die mortis tantum transeat dominium, quia hoc tunc agitur, & bene infertur itaque secundum primam expositionem, nam si omnis ualet, ergo & ea, quæ ita fit, ut statim dominiũ fiat vxoris, uel eius cui nomine vxoris donetur. Item si illa ualet, & non retrotrahitur, ergo emergunt vitia: sicut probari potest in dictis sex casibus a Marcello hic positis. Vel dic, ut dixi loqui de illa, quę sic fuit facta, ut demum secuta morte valeat. & per omnia prosequere, ut hic, ecce, tu uolens vxori tuæ donare, filiofamil. eius nomine, tradidisti, ut statim esset dominus, si dicas, etiam donatio statim cum sic ualet, itẽ non retrotrahitur: contraria tibi ipsi dicis, nam dicis statim valere, etiam si non trahitur retro, ergo ab initio ualuisse non creditur, quod est contra id quod concessisti. Item emergit uitium, quia contra legem esse videtur, quia hæc donatio causa mortis non trahitur retro, hic etiã causa mortis donatio sic facta, vt statim res fiat uxoris, sic reuocetur, similis ei, quę fit inter uiuos, vt infra de donat. causa mortis. l. ubi, sed facta inter uiuos trahitur retro, ut C. eo. l. donationes, ergo statim hac tamen donatione inter viuos non occurrit vitium, quia nõ ualet inter uir. & vxo. vt modo diximus. Item econtra si trahitur retrò, emergit vitium, quia patri quęsitum uidetur: aut si dicas, ab initio ualuisse creditur: ergo cum est dominium translatũ in filium, patri debet esse quæsitum, sine cuius voluntate filius factus sui iuris ex tempore mortis mariti & tradendo dominium transferre non potest, arg. inf. de verbo. obl. l. si filiusfa. ergo uidetur quędam vitiari regulæ secundum Ioan. quæ s. dicunt tempus contractus spectari ut ualeat, uel non, & an quęratur patri, vt d. l. infra de verb. obl. l. si filius, & insti. de inutil. stipul. § 1. sed non uitiantur, quia hæc donatio vicelegati censetur. Sed cur aliud est in stipulatione conditionali, quam in ista, licèt iure legati censeatur, vt d. l. si filius? Respon. quia ibi erat spes debitũ iri, quæ ad hæredes transmitti poterat, ut inf. de actio. & ob. li. l. is cui. & hæc remanet penes patrẽ, hic autẽ nõ erat spes, vt apud patrem, uel filium, sed ut apud mulierẽ remaneret. Quid ergo mulier facies cũ interpositus sit mea potestate mãsit, dicem eam carere omni remedio? R si. o. nequaquam, quia competit actio mandati, uel in factum mihi cõtra patrem, cum ex persona filij nullam fuisse donationẽ appareat, vt C. de donat. quæ sub modo l. quoties.

Donatio causa mortis facta inter virum, & vxorẽ valet quocumq; modo fiat, & vbi fit donatio causa mortis, quæ retro non trahitur, duæ regulæ uitiantur, ut patet in septem casibus hic positis, vsque ad §. idem Marcellus. h. d. Bald.

¶ Sed quod dicitur, mortis causa donationem inter uirũ & uxorem valere, ita uerum est, ut non solum ea donatio valeat, secundum Iulianum, quæ hoc animo fit, vt tunc 3 † res fiat uxoris, vel mariti, cum mors insequatur, sed omnis d mortis causa donatio. Quando itaque nõ retro agitur e 4 † donatio, f emergunt vitia, g vt Marcellus animaduertit in specie huiusmodi? Maritus h vxori mortis causa donatũ voluit, interposuit mulier filiumfamilias, i qui à marito acciperet, eique k traderet. l deinde cum moritur maritus, paterfamiliàs m inuenitur, an valeat traditio? n Et ait consequens o esse dici traditionem p valere, quia sui iuris effectus est 5 † eo tempore ad

1 † Fl. Sabinus.

2 † Flo. tra. in.

3 † Aliàs, ut tunc dominium res fiat.

4 † Fl. agitur.

5 † Flor. ef.

* Tẽpus contractus inspici ut valeat, uel non vi. in ind tract. verb contractus in 1. cas su versi. Tẽpus.

g *Vitia.*] vitiatur quædam regula prima illò lila, quia nõ inspicitur tempus contractus, * cui quæratur: quod fieri debet secundum regulam infra de uerbo oblig. l. si filius. Item & illa, quia tempus contractus inspicitur valeat, vel non ut insti. de inuti. stipul. § ij. Sed quæritur quare vitiantur? Respon. quia licèt donatio caus. mor. sit contractus, vel pactum, tamen habet se ad instari legat, ut inst. de do. §. 1. in quibus tempus mortis inspicitur quo ad acquisitionem, & quo ad trasmissionem, ut inf. de reg. iu. l. quale, & sup. di pig. l. si legati, & inf. quando di. le. ce. l. post. §. fi. & de don. caus. mort. l fi.

h *Maritus*] sex, uel quinque casus sunt. Primus ibi, Maritus, &c. & consonat cum illo consequenter, &c. Secundus, Idem ait, &c. Tertius ibi, Proinde, &c. Quartus ibi, Per cõtrarium, &c. Item quintus ibi subauditur. Sextus ibi, Consequitur, &c. Est & septimus quo distinguitur quando interpositus decessit, ante donationem, post traditionem tamen quo casu distinguitur à quo fit interpositus.

i *Filiumfamilias.*] suum & mariti, uel mariti tantum, uel extraneum, ut procuratorem.

k *Eiq.*] scilicet mulieri.

l *Traderet.*] vt sic statim filij esset, & sic in inferioribus præterquã in § idẽ *Marcellus*, ut statim fiant interpositi.

m *Paterfamilias*] si enim filiusfamilias inueniretur, patri quæsitum uideretur.

n *Traditio.*] siue ante existentiam sui iuris, siue post fiat, ut inf. ead. l. §. consequenter.

o *Consequens*] consequens est ei, quod dictum est, scilicet omnem donationem ualere.

p *Traditionem*] utramque, i. mariti, & interpositi. Accur.

Dona-

† Flo. de do.

† Flo. de donat.

† Flo. interposi.

a *Donationem eius.*] scilicet filiæ. Accur.
b *Effecta fuerit.*] alias patri quæreret, ut infra, §. per contrarium.
c *Sui iuris.*] tempore mortis vxoris.
d *Mortis eius.*] scilicet vxoris.
e *Emolumentum.*] & sic econtra si vir donauit mariti sa. vxori quæ post sit alieni iuris, q. casus nō ē hic.
f *Consequenter.*] ad casum primū de filio interposito dicendū, ut valeat traditio, ut in superioribus præter proximum.
g *Interpositus.*] s. a muliere, ut suo nomine susciperet, tanquā donatarius, non ut simplex procurator.
h *Aliquo momento.*] sic ergo fuit donatū, ut tunc demum dominiū adipisceretur, cum mors fuerit insecuta, secundum quosdam. Sed Az. contra in summa, ut inf. in glo. ut in donationibus, &c. in fine eiusdem. & in vtroq; casu attende diligenter hanc rationē, quia debebat, &c. ex hoc enim pbatur, quia in vtroque casu interposita persona non fuit interposita, ut procurator. si enim tanquam procurator interponeretur, etiam si viueret tpe mortis donantis, nullo tā momento dñium apud eum esset, sed recta via a donante transiret in donatarium. ut J. de do. l. quod mihi. dic ergo interpositam talitet, ut fieret dñs, & ei donaretur principaliter, ipse vero postea donaret mulieri. mulier. n. cum stetet constāte matrimonio dominiū in se transfire non posse, ut sup. ea. l. in princ. volebat in alium transferri, ut ita exiret de bonis mariti, & de tali interposito, in quem transeat dominium: loquitur sup. ea. l. §. maritus. Si quæras quare aliud est in pcuratore mariti donantis, quā eius cui donatur, ut hic dicit? Respon. quia sicut in mulierem domiū transire nō potest constante matrimonio, ut sup. ea. l. in princ. ita nec in personā eius, qui est ab ea interpositus, at vbi a marito est interpositus, transit, quasi videatur remāsisse apud maritum. Item in primo casu, scilicet, cum interpositus est a muliere, si velis dicere simplicem procuratorem, nullo tempore est procurator dominus rei. neque enim eo tēpore quo traditur, quia cum ipse sit procurator vxoris, per eum ipsi uxori, non sibi quæri debet dominium, cum nomine uxoris acceperit. neque eo tempore quo maritus moritur, quia tunc pcurator nō est in rebus humanis, cū autem non est procurator mulieris, sed viri dominium statim quæritur sibi, vel saltem non mulieri per eum, cum eius non sit procurator.
i *Eum interposuerit.*] quia tunc donatarius est, quo præmoriente euanescit donatio. Ioan. Sic etiam distinguitur, a quo fuerit aliquis interpositus, ut infra, de fur. l. cum, §. si epistola.

quod traditio redigitur, idest cum maritus moriebatur.

Idem ait: Placuisse scio Sabiniano, 1† si filiæfamil. vxori maritus tradiderit: 2 † donationem a eius cum omni suo emolumento fieri, si uiuo adhuc marito sui iuris esse b̄ta fuerit, b quod & Iulianus libro 17. Digestorum probat.

Proinde & si vxor marito filiofamil. mortis causa tradat, & is sui iuris c effectus sit, sine dubio dicemus 3 † ipsius fieri.

Per contrarium quoque, si uxor donauerit mortis causa patrifamil. marito, & mortis eius d tempore filiusfam. inueniatur, patri i erit nunc 4 † emolumentum e quæsitum.

Consequenter f Scæuola apud Marcellum notat, si interposuerit seruum mulier, ut ei tradatur mortis causa, isque adhuc seruus dedens mulieri, deinde mortis tempore liber inueniatur, tantundem esse dicendum.

Idem Marcellus tractat, si is qui interpositus g est, post 5 † quam dederit mulieri, decesserit, uiuo adhuc donatore, donationem euanescere, quia debebat 6 † aliquo momento h interposito eius 7 † fieri, & sic ad mulierem transire. Quod ita procedit, si ea cui donabatur, cum interposuerit, i 8 † non is, qui donabat. porro si a marito est interpositus, & res ipsius statim facta est, & si ante mortem mariti tradiderit, k & decesserit, traditio eius egit aliquid: ut tamen hæc traditio pendeat donec mors sequatur. Si uxorem Titio l dederit, ut is marito mortis causa traderet, eaque defuncta, inuitis hæredibus eius Titius marito dederit, interest utrū a muliere sit interpositus Titius, an uero a marito cui donabatur. Si a muliere interpositus est, obligabis se conditione, m si marito tradiderit, n Si autem a marito sit interpositus, mortua muliere confestim fundus efficietur o eius, quem maritus interposuit, 9 † & actionem ipse maritus cum eo habebit.

Si uxor rem, quam a marito suo mortis causa acceperat, 10 † uiuo eo alij tradiderit, nihil agitur ea traditione, quia non ante ultimum uitæ tempus mulieris fuerit. 11 † Plane in quibus casibus p placeat retroagi donationem: etiam sequens traditio a muliere facta, in pendenti habebitur.

Si maritus uxori donauerit mortis causa, eaque diuerterit, an dissoluatur donatio? Scribit Iulianus 12 † infirmari donationem, q nec 13 † eam in pendenti esse. Idem ait si diuortij causa facta sit donatio, ualere. r

Paulus lib. 7. ad Sabinum.

LEX XIII.

Quæ tamen s sub ipso diuortij tempore, non quæ ex cogitatione quandoque futuri diuortij fiat. 14 †

k *Tradiderit.*] quia vir ipse tradidisse videtur. Ioa.
l *Titio.*] non ut ipse suo nomine acciperet tanquam donatarius, sed ut acciperet vxori postea traditurus, quæ tunc demum erat consecutura cum moreretur maritus: sic. n. donatum est pcuratori, ut statim cōsequi debeat dominium.
m *Conditione.*] certi, cū morte eius mulieris sit reuocatum mādatū, ut J. de acquir. possess. l. fundi, §. item si amicus, nec enim fuit mandatū, ut traderet post mortē, sed ut statim traderetur, vel reuocatum est p. g. interpellationem hæredum, qui reuocare potuerunt re integra, ut supra de iure dotium, l. si ego, §. sed contra. supra de fu. ut. exportand. l. 3. Solut. vtibi.
n *Tradiderit.*] post mortem mulieris. Accursius.
o *Efficietur.*] alias adijcitur ei quem, &c.
p *In quibus casibus.*] ut in donationibus inter viuos, quæ morte confirmantur. Vel dic latius: donatio retrotrahitur ubi res sic donata est, ut res statim fiat uxoris. Item vbi donatur simpliciter secundum Ioa. ut infra de donatio. causa mortis, l. si mortis causa, & infra eodē, l. si seruus, non tamē fit sua statim, ut in princ. huius legis, & infra eodem, l. si vir vxori §. fina. sed demum post mortem, non autem retrotrahitur vbi sic donatur ut tunc fiat uxoris, cum mors fuerit insecuta, sed in quinque casibus superius in illo §. maritus nominatis, donatio sic facta fuit, ut dominium esset accipientis demum post mortem, & iō non trahitur retro, uidentur tamen quædam regulæ vitiari, ut in litera notatur. In sexto autem casu loquitur cum donauerit, ut statim fieret dominus.
q *Donationem.*] not. quid infirmari, licet peruenerit ad eum casum, a quo incipere potest, ut supra titulo 2. licet, & infra eodem, l. cum hic. §. si diuortium. & infra eodem, l. & ideo, § diuortio, & l. si eum. §. ex quibus.
r *Valere.*] ut infra eodem, lege, vitricus §. diuortij.
s *Quæ tamen.*] alias lex.

1 † Flo. Sabinianus.
2 † Flo. tradat.
3 † Alias dominus ipsius fit.
4 † Fl. tunc.
5 † Flor. postea.
6 † Flor. debeat.
7 † Flor. de esse eius.
8 † Flo. interposuit.
9 † Fl. interposuerit.
10 † Flor. acceperit.
11 † Florentina fuit.
12 † Flo. Iulianus scripsit
13 † Flo. nec impendere. Iul. ait. Alij legunt en pendere pro, eam pendere.
14 † Florentina fiat.

a *Quaeritur.*] sine pos sessione, vt aliàs contingit, vt inf. de acq. rer. do. l. homo liber. in fi. & infra. de iure fisc. l. deferre. §. Papinianus.
b *Per eum.*] seruum. Azo.
c *Ei*] marito.
d *Cui*] scilicet patri.
e *Concessum est.*] vt supra de vsur. qui scit. & C. de rei vend. l. 1. & facit fi. de pet. hær. l. nec vllam. §. omnib. & supra de rei vendi. §. praeterea.
f *De dote.*] pecunia. Accursius.
g *Posse.*] Sed cur huic marito male fi. possidatur retentio vel repetitio? nã debet intelligi donasse: sicut is, qui sciês in alieno ædificat. vt Instit. de re. diui. §. cû in suo? Rñ. maritum non præsumimus donasse, ideo, quia etsi vellet expressim donare, non posset. ar. sup. loc. & condu. l. qui ad certum & ar. contra inf. sol. mat. l. 2. §. voluntatem.
h *Si is. In pendenti.*] Imò viri manet, vt infra de hær. instit. l. quod vir vxori.
i *Si quis pro vxore. Donatio.*] quæ reuocari possit.
k *Ipsius.*] matri.
l *Ad virum peruenit.*] vt supra de pac. do. l. inter. §. conueni.
m *De vecturis.*] præstandis quando ipsa se queretur maritum suum.
n *In contrahendo.*] i. tunc cum tractabatur de nuptijs contrahendis. Accur.
o *Non enim.*] reteuocare possit.
p *Succurrit.*] vt infra de adi. leg. l. rem legatam.
q *Ergo.*] quia dixit maxime.
r *Propter suas.*] mulieris.
s *Donatio.*] vt infra de o. & obl. ex promissione. Accur.
t *Hoc.*] scilicet, quod sit licita.
u *Expeditum.*] vt C. e. l. fructus nã propter talem casum posset dos reddi, vt sup. de in. do. l. maritus. §. manente. & facit. sup. l. si conuenit. C. de pac. do. l. 2. in fi. l. si in fi.
x *Vxori suæ. Paenituisse.*] quod ânec verum est quando

mariti sit potestate, deinde is seruus ancillam acceperit: dominium mulieri quæretur. ᵃ nec interesse Iulianus ait, ex cuius pecunijs hæc ancilla empta sit: quia nec ex re sua quicquam acquiri potest per eũ ᵇ qui donat, ᶜ ei ᶜ cui ᵈ donatur. hoc enim bonæ fidei possessoribus concessum est. ᵉ virum autem scientem alienum, bona fide non possidere. Idem quærit, si ex re mariti ea ancilla cõparata fuerit, an aduersus mulierem agentem de dote ᶠ maritus pretium possit per exceptionem retinere. Et dicendum est posse maritum & exceptionem habere, si dos ab eo petetur, secundum Marcelli sententiam: etsi soluerit, secundum Iulianum condicere posse. ᵍ

Donatio inter uirum & vxorem quo ad fructus & alias commoditates retro trahitur. Bart.

Iauolenus libro 11. epistolarum.

LEX XXI.

SI is seruus, qui uxori mortis causa donatus est, priusquàm uir decederet, stipulatus est: in pendenti ʰ puto esse causam obligationis, donec vir aut moriatur, aut suspicione mortis, propter quam donauit, liberetur. Quicquid autẽ eorum inciderit, quod donationem aut perimat, aut confirmet: id quoq; causam stipulationis aut confirmabit, aut resoluet.

Vectigal sua vxoris solutum, & expensæ factæ per virum pro vxore sua intercedente cum viro causa viri, non repetuntur ab uxore Bal.

Vlpianus li. 32. ad Sabinum.

LEX XXII.

SI quis pro uxore sua vectigal quod in itinere, præstari solet, soluisset; an quasi locupletiore 1† ea facta, exactio fiat: an vero nulla sit donatio? ⁱ Et magis puto non interdictũ hoc esse: maximè, si ipsius ᵏ causa profecta est. Nam & Papinianus lib. 4. responsorum scripsit, vecturas vxoris & ministeriorum eius virum itineris sui causa datas repetere non posse. inter autẽ videri fuisse viri causa, & cum vxor ad uirum ˡ peruenit, nec interesse an aliquid de vecturis ᵐ in contrahendo ⁿ matrimonio conuenit. non. n. ᵒ 2† eum donare, qui necessarijs ᵖ oneribus succurrit, ᵖ ergo ᵠ etsi consensu mariti profecta est mulier propter suas ʳ necessarias causa, & aliquid mari tus expensarum nomine ei præstiterit: hoc reuocandum non est.

¶ Si uxor uiro dotem promiserit, & dotis vsuras: sine dubio dicendum est, usuras peti posse, quia non est ista donatio, ˢ cum pro oneribus matrimonij petantur. Quid tamen si maritus uxori petitionem earum remiserit? eadem erit quæstio, an donatio sit illicita. Et Iulianus hoc ᵗ diceret, quod & 3† uerum est.

¶ Plane si conuenerat, uti mulier se pasceret, suosq; homines: & 4† idcirco passus est eã dote sua frui, vt se suosque aleret: expeditum ᵘ erit. Puto enim non posse ab eo peti, qua si donatum, quod compensandum 5† est.

cum libertate scripsit eum hæredem & impossibile est vtrumq; ualere unde patet reuocatam esse donationẽ.
y *Adimendi.*] vt quãdo scripsit eum hæredem simpliciter, non cum libertate. nam si cũ ea, impossibile est non adimendi animo eum scriptum, sed hodie semper cum libertate præsumitur insti tutus, vt Insti. qui ma. non poss. licet. & facit inf. e. l. cum hic status. §. qui quædam. h. fi. maritus.
Papinianus.] CASVS. Vir uxori suæ aliqua donauit. dicit quædam epistola Imperatoris, quod licet donatio non valet, tamen firmatur morte donantis, si non reuocet. Sed illam orationem Papinia. hic exponit, dicens, quod in perfectis donationib. id est quæ traditæ uel quasi traditæ sunt, habeat locum, alias si promittit uir uxori cẽtum ex causa donationis, licet præmoriatur uir non confirmat donatio morte donãtis. Viuianus.
z *Putabat.*] & male secundum quosdam vt statim dicetur. Ac.
a *Donationem*] i. sest traditionem, quasi nõ ad promissionem.
Non

Donatio causa mortis censetur reuocata p aliam dispositionem postea de re factam: secus si antea facta sit Bart.

Idem libro 3. ad Sabinum.

LEX XXIII.

VXori suæ quis mortis causa seruum donauit, eumque postea 6† cum libertate hæredem scripsit, an valeat institutio, quæritur. Et puto si hoc animo eum scripsit hæredem, quòd donationis se dixit pœnituisse: ˣ valere institutionem, & necessarium hæredem domino seruum fieri. Cæterum si postea quam hæredem instituit, donauit, donatio præualebit: vel si ante donauit, non tamen adimendi ʸ animo scripsit heredem. 7†

Donatio inter virum & vxorem, quæ fit simplici promissione, non confirmatur morte. Bartolus.

Idem libro 6. ad Sabinum.

LEX XXIIII.

PApinianus ᶻ rectè putabat, orationem diui Seueri ad rerum donationẽm ᵃ pertinere. ᵇ Deniq; si stipulanti uxori suæ spopondisset:

1 † *Fl. hoc pleno esse ea facta.*
2 † *Nõ enim videtur eum &c. Fl. aut Ic. Non enim donat.*
3 † *Fl. ãnsi &c.*
4 † *Fl. deest. &c.*
5 † *Fl. compẽsatum.*
6 † *Fl. deest postea.*
7 † *Fl. nõ tamen animo adimendi hæreditatẽ scripsit.* ᵇ *Bal. dicit se firm. text. nõ esse libe ad hoc propositum q donatio inter viris & vxo. quæ confirmatur mor. e ita demũ valet si traditio. & ita est §. ita apert autem an... Bal.*
Pertinere.] *Hec orationem Seueri & Antonini. cũ In ... & seq more.*

vxori suæ: non putabat [a] conueniri posse hæredem mariti, [b] licet durante uoluntate maritus decesserit.

Donatio inter virum & vxorem præstat iustam causam vsucapiendi ante contractum matrimonium, & prodest soluto vel cõstante. h.d. Et declara vt plene no in l.i. inf. de vsucapio. pro do. & in ea. pro possessore. de reg. iur. lib.6. Bar.

Paulus libro 7. ad Sabinum.

LEX XXV.

SI inter extraneos facta sit donatio, [c] & antequam per tempus legitimum dominiũ fuerit acquisitum, coierint, vel contra, si inter virum & vxorem [d] facta sit donatio, [e] & ante impletum tempus supradictum solutum sit matrimonium: nihilominus procedere temporis suffragium constat, quia altero modo sine vitio [f] tradita est possessio, altero [g] quod fuerit vitium, [h] amotum sit.

Terentius Clemens li. 5. ad leg. Iuliam & Papiã.

LEX XXVI.

SEd etsi constante matrimonio res aliena vxori a marito donata fuerit, dicendũ est, confestim ad vsucapionem eius vxorem admitti, quia etsi [1 †] mortis causa donaretur [2 †] ei, non impediretur usucapio. [i] Nam ius con-

[a] *Non putabat.*] Scilicet Papinianus.
[b] *Mariti.*] Hodie Papin per diui Seueri & Antonini orationem corrigitur, vt infra eod. l. cum hic status. §.j. & §. si sponsus ibi sue autem &c & l. si stipulata. in prin. & in fi. Vel ibi in l. si stipulata, cum promissum est annuatim petitur ex præterito tempore & in l. cum hic status fuit facta traditio, & de euict. promissum: pro quo pôt esse ciuilis obligatio q̃ verius est in §. si sponsus. fuit liberatio, non promissio.
ADDITIO Non ergo valent donationes, nec cõfirmantur cum maritus dicit in instrumẽto dotali, dono tibi de bonis meis centum supra dotem cum sit facta constante matrimonio, nec traditio interuenit, secundum Ri secus si non sit interuentus titulus donationis, sed dotis, animo donandi, vt C. de do. promi. l. si voluntate. in gl. quia illa cõfessio quod habeat ex causa dotis, habetur pro traditione, cum interim non cadat alia traditio arg. l. si sponsalibus. §.v. supra de iure dotium secundum Baldum hic.
SI inter extraneos.] CASVS. Titia antequam esset mihi vxor rem alienam mihi donauit, & sic incipio vsucapere pro donato. vsucapionem cõpleo, etiam si mihi fiat uxor Titia antequam compleam. Itẽ contra si Titia uxor mea donauit mihi rẽ alienam, incipio vsucapere pro donato & ea diuertente complto: idem si constante matrimonio donauit mihi rem alienã & eodem durante perficio usucapionem si ue causa mortis donauerit, siue inter uiuos, quia non uidetur fieri pauperior donando, quod alienum est. & hoc in l. proxima.
[c] *Donatio.*] rei alienæ
[d] *Vxorem.*] putantes donationem valere. Accur.
[e] *Donatio.*] rei alienæ, vt infra l. proxi. Accur.
[f] *Sine vitio.*] vt C. de contra. empt. l. si Gaudentius.
[g] *Altero.*] scilicet casu.
[h] *Vitium.*] idest, si quod vitium quasi lequale dicatur donationi obstare propter matrimonium, quod tamen non obstat ut infra l. proximo dicitur.
[i] SEd etsi constante. Vsucapio.] ut supra l. proxima.
[k] SRebus fit.] sed & in aliena videtur pauperior maritus si domino rei, quia sibi commodauit, ad æstimationem tenetur; & eo casu non ualet, alias sic, ut hic, & infra pro dona l. si uir uxori. Item contra sup. eo. l. idem est. ubi dicitur quod amittendo spẽ futuræ perceptionis dicitur pauperior Sed dico, quod hæc spes, quia sit usucapturus, est illi ... uxor ... non datus ... ut ... ea quæ ... l. nec vtilem. Sed secundũ Azo. nõne semper tenetur negge. in subsidium re vsucapta, saltem sm̃ nos? Resp. ante vsucap. impletam non tenetur, & ideo procedit vsucapio quæ postea rescinditur, vel non tenetur, quia pretium non habuit cũ donauit, secus vbi vẽdidit quis rem alienã. Acc.

[1 †] Diuor. ga eius non mortis causa.
[2 †] Fuit donatum.

stitutum ad eas donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier, & pauperior maritus in suis reb. fit. [k] Itaq. licet mortis causa donatio interueniat: quasi inter extraneas personas fieri intelligenda est in ea re, quæ quia aliena est, vsucapi potest.

Paulus lib. 7. ad Sabinum.

LEX XXVII.

SI eum, qui mihi vendidit, iusserim eam rem vxori meæ donationis causa dare, & is possessionem iussu meo tradiderit, Liberatus [l] erit: quia licet illa iure ciuili [m] possidere non intelligitur, certè tamen vẽditor nihil, habet quod tradat.

¶ Ex quibus causis inter virũ & uxorem concessæ sunt donationes: ex iisdem & inter socerũ & generũ nurũve concessa Neratius ait. [n] nurum, vel Ergo & socer genero mortis vel diuortij causa, [3 †] & gener socero mortis suæ [o] vel diuortij [p] causa rectè donauit. [4 †]

Modestinus lib. 7. Rég.

LEX XXVIII.

INter eos, qui matrimonio coituri sunt, ante nuptias donatio facta iure consistit, etiam si eodem die nuptiæ fuerint consecutæ.

Paulus lib. 7. ad Sabinum.

LEX XXIX.

SI id, quod donatum [q] est,

[l] SI tum Liberatus.] non ipso iure, sed exceptione, vt infra de sol. l. cum quis. § j quæ est cõtra. Sed contra. supra eod. l. 3. §. si Sol. vt infra eod. l. vir. vxori Accur.
[m] *Ciuili.*] iure ciuili contradicente donationi. Sed certè imò videtur possidere, ut infra de acq. pos. l.1. §. si uir vxori. Sol. dicunt quidam distinguendum, an rem donet, ut tunc acquiratur possessio. an possessionem tantum, vt tunc nihil transeat. sed hoc non ualet per eandem legem. Alij dicunt, quod ciuiliter non, ut hic, sed naturaliter sic, vt ibi. Tu dic, q̃ non quo ad effectum, cum cito possit reuocari, vt arg C. cõmunia de le. l. fin. §. fin. autem.
[n] *Neratius ait.*] & ex eis causis, quibus prohibetur inter uirum & uxo. prohibetur inter socerum & generum, vt inf. eo. l. cum hic, §. oratio. Acc.
[o] *Mortis suæ.*] scilicet filiæ, & sic nõ est contra. ... mortis. Nã potest donare causa mortis, non suæ, sed filiæ, quia tunc dissoluitur matrimonium. Vel dicas, valet donatio cau. mor. si filia prius moriatur, aliàs minimè: sicut illa dicit, ut infra eo. l. cum hic status §. oratio nõ solum Accur.
[p] *Vel diuortij.*] ut supra eod. l. sed inter tim. in fi. Accur.
[q] INter eos. Consecutæ.] vt ... e. l. Seius §. virgini. Accur.

[3 †] Donat. causa ... donab. ... & gener.
[4 †] Fl. desunt verba. rectè donabit.

SI id.] Casus in prin. huius legis est planus.
S ¶ Si quid in pueros.] Vxor mea dedit mihi ancillas in dotem: & ergo vir impendi in pueros: aut tunc cum poterant operari, & non repeto expensas, quia eorum ministerijs utebar; aut nutriuit & sic erant infantes; & non poterant operari, uel con sederunt ab hostibus: & hoc repeto.
¶ *Illud constat.*] Vir cõuenit dare vxori certũ quid panis & uini pro alimentis, valet donatio in talem causam, quia non uidetur donatio esse. Quid ergo si postquam cõuenit vir anteq̃ daret uxori: accepit uxor mutuo, & inde habuit Dicit uirum teneri ad dandum quantum sit consumptum de annuo Secundo pone, quod vxor dedit centum in dotem uiro, & stipulata est usuras ab eo iiij. de. ut inde se alat, & tandem solutum est matrimonium? poterit mulier compensare, si ex aliqua causa a uiro conueniatur; non autem poterit repetere usuras idem ergo &c. plana sunt.
[i] *Donatum.*] scilicet vxori.

Pirlok.

perierit, [a] vel consumptum sit, eius qui dedit, est detrimentum, meritò, b quia manet eius res, qui dedit, suamque rem perdit.

¶ Si quid in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus impenderit, aut in doctrinā, aut alimenta, non seruatur marito, quia ipse ministerijs eorum utitur: c sed illud seruatur, quod nutrici datum est ad educandum: 1 † quia pro capite d id dedit, 2 † quemadmodum si à prædonibus redemisset seruos dotales. e

¶ Si quas forte operas vir 3 † uxori præstiterit, uel contra: magis placuit nullam habendam earum rationem. f Et sanè non amarè, nec tanquam inter infestos g 4 † ius prohibitæ donationis tractandum est, sed ut inter coniunctos maximo affectu, & solam inopiam timentes.

¶ Si ex decem donatis sibi mulier seruum emerit, & is quinque sit: quinque petenda esse apud Plautium placuit, quemadmodum si mortuus est, nihil peteretur. Si verò 25. dignus sit, non plus quàm decem peti potest: quoniam eatenus donator pauperior factus est. Quòd si ex decem duos seruos emerit, & eorum alter mortuus sit, alter 10. dignus sit, solet quæri. h Et plerique (ut 5 † Pomponius) interesse putant, utrum uno precio uenierint, an diuersis. Si uno, tota 10. petenda, quemadmodum si una res empta deterior facta esset: i uel grex, uel carrucha: 6 † & aliqua pars inde perijsset. Si diuersis, hoc solum petendum, quanti emptum sit, qui superest. k Iulianus putasse Pomponius refert, si quid per eum seruum, quem emerat ex nummis à marito donatis mulier acquisisset, fortè legatum, hæreditatem, aut cum partus editus esset, eo quoque l nomine petitionem faciendam esse.

¶ Illud constat, si ante quàm à uiro annuum acciperet mulier, ipsa de suo, aut etiam mutuata impenderit: videri iam tantum ex annuo consumptum. m

¶ Illud rectè dictum Celsus ait: Si dotis vsuras annuas uxor stipulata sit: n licet ei o non debeantur, quia tamen quasi de annuo p conuenerit: q peti quidem dotis iudicio r non possunt, compensari s autem possunt. Idem ergo dicemus in qualibet pactione annui nomine facta.

Pomponius lib. 14. ad Sab.

LEX XXX.

SI mulier ex pecunia donata emptum seruum uendidisset, & alium emisset, posteriorem periculo mulieris esse Fulcinius scripsit: quod non est uerum, licet non ex re mariti emptus sit. t

¶ Si uir uxori lanam donauit, & ex ea lana uestimenta sibi confecit, uxoris esse uestimenta u Labeo ait.

Caius li. 11. ad edi. prouin.

LEX XXXI.

VTilem x tamen viro competentem actionem. 7 †

Paulus 8 † li. 7. ad Sabinū.

LEX XXXII.

SEd si vir ex lana sua uestimentum mulieri confecerit, quamuis id uxori confectum fuerit, & uxoris cura, y tamen uiri esse: neque impedire quod in ea re uxor tanquam lanipendia z 9 † fuerit & viri negotium procurarit.

Pro specificatis competit viro contra vxorem vtilis actio, sed si vir ex sua lana vestimenta vxoris cōfecerit: censentur etiam vestimenta viri. Bald.

¶ Si vxor ex 10 † lana sua operis ancillarū viri, vestimenta sui noīe confecerit muliebria: & vestimenta mulieris esse, & pro operis ancillarum viro præstati nihil deberi: sed viri nomine uestimenta confecta a virilia, viri esse, ut is eius lanæ uxori præstet pretium. Sed si non uirilia b 11 † vestimenta suo nomine c † mulier confecerit, sed ea uiro donauerit, non ualere donationem: quamuis illa d

---

a Perierit.] etiam culpa vxoris. Accur.

b Meritò.] bona ratio, vt C. de pign. act. l. pignus. Validior tamē ratio est, quia hactenus reuocatur donatio, quatenus locupletior est qui accepit, secundum Ioan.

c Vtitur.] vt ī. eod. l. sed si vir. § fin. & supra, de vsufruc. l. sicut impendia. & sup. de ædil. edic. l. item si serui. §. quis.

d Pro capite.] nō pro ministerijs, quæ inuicem pecuniæ datæ expectaret.

e Dotales.] vt argu. ī. de neg. gest. l. nam & Seruius. Accur.

f Rationem.] vt supra eod. l. si vir vxoris, & infra eod. l. sed si vir ex lana, §. si vxor. Accursius.

g Infestos.] vt ī. eod. l. sed si vir. §. quod legatus.

h Solet quæri.] quid vel quantum repetatur.

i Facta esset.) adhuc tamen tanti sit quanti empta fuit. Et sic no. quod mulier ipsa tenebitur viro in tantum de nummis sibi datis ab eo, inquantum ille pauperior, & illa locupletior facta est, vt C. si quis alteri vel sibi, l. multum. Aliter si seruus fuit mariti, quia tunc & de acquisitis per eum tenetur, vt supra eod. l. de fructibus, & l. si vxor. quæ sunt contra. Accur.

k Qui superest.] vt ī. eodem, l. quod autē, §. idem diuus.

l Eo quoque.] hoc sic exaudio, si dubitatur an esset locupletior mortuo iam seruo, dicemus enim eam locupletiorem, & sic de pecunia teneri; nec obstet quod not. supra eod. §. si ex decem. ad quod infra eod. Vel fortè hic sciuit donationem non valere, vt supra, de vsuf. l. fructus.

m Consumptum.] & facit supra, de pet. hæred. l. sed & si. §. si quis re. & supra eod. quod autem, §. si maritus. Accursius.

n Stipulata.] si à viro eā de suo se alebat, alioquin non valet donatio cum ad vsū fructus, dotis spectent propter onera matrimonij. Accur.

o Licet ei.) vt peti possint, valet tamen vt soluti non detur repititio, vt ī. eod. l. si stipulata. Vel peti potest actione in factum, vt sup. de pac. dot. l. inter. §. conuenit. Accursius.

p De annuo.] id est, de fructib. perceptis ex prædijs. Accur.

q Conuenerit.] ex stipulatione facta.

r Dotis iudicio.] id est actione ex stipulatu.

s Compensari.] marito si agat ex aliqua causa.

t Si mulier. Emptus sit.] sed arg. contra supra quod metus causa, l. si ipsa. ibi, si verò in pecunia, &c.

u Esse vestimenta.] specificatione. Acc.

x Vtilem.] rei vēdic. secūdum quosdam, sicut & aliàs in subsidium datur, vt ī. eod. l. vxor. Tu dic in factum ad instar ferrē inatorū, ut supra, de rei vendic. l. in rem actio. §. item quæcumque.

y Sed si Vir. Cura tamen viri esse.] sed cur aliud hic quā superiori casu huius legis? Respon. exhibendi necessitas incumbit marito: idcirco iura fauent ei, ut tantum ratione præsentis usus intelligamus eum posse donare, & in eam causam semper existimemus eam donasse, in uxore secus, ut in superiori casu.

z Lanipendia.] id est, impendia, & aliàs lanapendia, scilicet carminando.

a Confecta virilia.) à muliere operis ancillarum viri.

b Si non virilia.] aut fecit uxor uestimēta suo nomine, & muliebria, aut uiri nomine, & uirilia. Accur.

c Suo nomine.] id est mariti.

d Illa.) scilicet donatione. Accur.

Valeat.

---

* Fructus dotis ad maritum spectant, vide in Ind. tractatu verbo fructus qn. Fructus dotis percepti.

1 † Fl. educandum. & ita latine dicit Duar. vt probata uoce educandum.

2 † Fl. capite quod dedisset.

3 † Flor. viri vxori præstiterint.

4 † infensos.

5 † Flo. &

6 † Alias carrucam.

7 † Flor. dari eft actionem.

8 † Flo. Pomponius lib. 15 ad Sabinum.

9 † Al. et lanipendia fuerit et forte intus legatum lana impendia fuerit.

10 † Flo. desit, ex.

11 † In quibusdam exemplaribus non habentur.

a *Valeat.* demum. Accursius.
b *Conuenit.* ut sup. eo. l. si id quod, §. si quis.
c *Facturam* ut supra, de rei uendicat. l. si autem, §. in re petita. & infra, de doli excep. l. Paulus. & habet locū hoc etiam si sciuerit donationem non ualere, sicut diximus s. eod. l. si uxor filio. Accursius.
d *Quin.*] id est quilibet valebat quinque, & sic decem. sicut exponitur infra, de leg. j. si quis testamento.
e *Communia.*) viri & mulieris.
f *Mancipia.*) vt ex hoc ipso venditio infirmetur, quia res maioris precij sit, quod esset absurdum. Sed contra supra eodem, si sponsus, §. circa. solut. hic medietatem erat alias venditurus: & ideo in eo tenet venditio. aliam vero medietatem nō erat venditurus, quare in ea venditio valere non potest, vel fortè quod hic dicitur, obtinet secundum Iul. non secundum Neratium, vt ibi Accur.
g *Donandi.*]Nota affectus operi suo nomen imponit, ut C. de fide. l. j.
h *Paciscantur.*) incontinenti. Accur.
i *Emptionem*) ex interuallo. Accur.
k *Irritum.*] siue incontinenti, siue ex interuallo sit interpositum.
l *Aedilitias*) aliàs honorarias, aliàs ædilitias, quod est idem.
m *Ex empto.*) argument. contra Ioann. qui dicit quanto minoris actionem esse ex empto.
n *Soluere potest.*) sicut debitor in aliorū creditorum fraudem, vt infra quæ in frau. cre. dit. l. ait prætor, §. si cum in diem. sed ibi fit reuocatio.
o *Poterit.*) nec æstimabitur donatio remissione dilationis tēporis, sicut nec pignoris, ut neque in fraudē cred. l. si pignus. & s. quibus modis pignus uel hypoth. sol. l. j. Accursius.

1 † Flor. sed non impensam.
2 † Flor. quinque.
3 † Fl. tādem aliàs tā...
4 † Fl. desl. ...
5 † Fl. aliā.
6 † Flor. præstare.
7 † Flor. præsentes.

valeat, a cum viri nomine cōfecit, nec vnquam operas ancillarum uiri æstimari conuenit. b

¶ Si vir uxori aream donauerit, & uxor in ea insulam ædificauerit, ea insula sine dubio mariti est, sed 1 † eius impensam mulierem seruaturā placet. Nam si maritus uindicet insulam; retentionem impensæ mulierem facturam. c

¶ Si duo mancipia fuerint singula quinis d digna, sed vtrinque unis quinis 2 † donationis causa à uiro mulieri, uel contra uenierit: melius dicetur communia e ea esse pro portione precij, nec tamen 3 † spectandum esse quanti mancipia f sint, sed quantum ex precio donationis causa sit remissum. Sine dubio enim 4 † licet à uiro uel uxore minoris emere, si non sit animus donandi. g

¶ Si uir uxori, uel contra, quid uendiderit uero precio, & donationis causa paciscantur, h ne quid venditor ob eam rem præstet, uidendum est quid de ea uenditione agatur, vtrū res uenierit, & totum negotiū ualeat, an uerò ea sola pactio irrita sit, quemadmodum irrita esset, si post contractam emptionem i nouo consilio inito id pacti fuisset factum. 5 † Et uerius est pactum duntaxat irritum k esse. Idem dicemus, si donationis causa pacti sint, nec fugitiuum aut erronem præstari, 6 † id est, integras esse actiones ædilitias, l & ex empto. m

¶ Quod uir uxori in diem debet, sine metu donationis præsentes 7 † soluere potest: n quamuis commodum temporis retenta pecunia sentire potuerit. o

¶ Quod legatarius mihi aut hæreditatis nomine relictū tibi es, potes rogatus à me uxori meæ relinquere, & non uidebitur ea esse donatio: p quia nihil ex bonis meis diminuitur. in quo maximè maioris donanti succurrisse Proculus ait, ne amore alterius alter despoliaretur, ne ve 8 † quasi inter maleuolos q alter locupletior fieret.

¶ Si uir uxori munus immodicum r calendis Martijs * aut natali die dedisset, donatio est: * sed si impensas, s quas faceret mulier, quo honestior se haberet, contra est.

¶ Non uidetur facta esse mulier locupletior, si aut in obsonijs, 9 † aut in unguentis u aut in cibarijs familiæ donatam sibi pecuniam impenderit.

¶ Quæ uir cibaria uxoris suæ familiæ iumentis ve præstiterit, quæ in usu communi erāt, non condicentur. x quod si familiam uxoris domesticam aut uenalitiam pauit, contra puto obseruari debere. y 1

Donatio inter coniuges morte donatoris, superstite donatario confirmatur. h. d. Barto. Et de tali donatione Falcidia detrahitur, sicut si res donatæ fuissent in testamento relictæ, hoc dicit, vsque ad § aut oratio. Bart.

Vlpianus l. 34. ad edic. 10 †

LEX. XXXIII.

CVm hic status esset donationum inter uirum &

r *Impensas.*) scilicet aliquas dedisset. Accur.
u *In unguentis.*) vt s. eod. l. quod autem, §. si maritus. & s. eod. si prædia, §. item cum quæritur. Accur.
x *Non condicentur.*) vt supra eodem, l. si id quod, §. si quid. Accurtius.

y *Debere.*] sed & hic distingui potest, vt C de neg. gest. l. si patrono.

CVm hic status.] CASVS. Dicit supra l. j. donationes inter coniuges nō ualere, & in hoc statu extiterunt vsque adhuc. Nunc autem Imperator uocans senatores suasit eis oratione vt statuerēt, & ipse cum eis, ut in aliquo relaxentur donationes, ut s. morte cōfirmentur donantis, nisi prius pœnituerit, & hoc factū est. Secundo dicit, quod hoc habet locum in quacumque donatio ne, quam facit vir in uxore, siue emendo aliquid eius nomine uolens donare ei, siue alio modo. Et de hac donatione detrahitur Falcidia, si opus est, sicut de legatis: nā confirmat morte, ut ea in testamento relinquatur.

¶ *Aut oratio*) Vir qui donauit uxori, si uult pœnitere dū uiuit, potest, sed si non pœnitet, hæres nō pœnitere. Secundo dicit, quod ille intelligit pœnitere, qui in pœnitentia perseuerat. Cæterū si redeat in primam uolūtatem, ut uelit donationē esse, erit donatio cōfirmata morte, sic & legata possunt adimi, & ei iterū legari, & sic est uoluntas ambulatoria, & hoc si pœnituerit, & si hoc constat, etiam hæc stetuoce. sed si est dubium pœnituerit uel non præsumitur nō pœnituisse.

¶ *Si maritus.*] Donaui uxori meæ fundum, deinde pignoraui, & creditori tradidi. Dicit quod uideor pœnitere donationis. Secundo affert casus, ne

8 † Flo. ne quasi ... ne alter locupletior.
* Calendæ Martiæ solemnes Romæ solennes erāt. Unde Iuuenalis foeminæ Calendæ ... Incipe ... Horat. ... Sat. 1. ...
9 † Flor. in obsonio.
10 † Fa. Vlpia. lib. 33. ad Sabinum.

* Anno vrbis condit. 955.
II Nummis ... Anno ... & Fa ... consulib. Dio.

p *Donatio*) imò uidetur quòd sic, ut supra eo. l. Idemque, quæ est contra. Sol. hic fortè non fuit relictum contemplatione viri, quamuis eius rogatu Vel aliter, ibi ille qui tradidit dare uoluit mulieri, hic autem noluit legare. Vel fortè aliud in donatione, ut ibi, quàm in relicto, vt hic, vt ibi plenè diximus.
q *Maleuolos*) vt s. eod. l. si id quod. §. 1.
r *Immodicum.*] id est supra uires dotis, ut supra codem, l. ex annuo.
Donatio est) & ideo reuocanda, loani

pignorando non videat donum reuocare. Primus, si hoc fuit propositi eum obligans cū creditori tradit, tamē pignus apud mulierem remansit, & ipsa vult satisfacere creditori Secūdus, vt si primo obligauit, & postea donauit. Item addit quod primo donauit, & postea obligauit animo reuocandi donum quod si vult satisfacere, quod consequitur à creditore, cui promittit creditor, vt cedat actionē contra hæredes viri, scilicet pro debito.

¶ *Si maritus.*) Vir donauit uxori fundum, deinde uir conuictus alicuius criminis, & ad mortem damnandus, potius

potius se præcipitauit, vel alio modo se occidit. Dicit quòd infirmatus, non confirmatur donatio. Secundo dicit idem est si post mortem inueniatur fuisse reus criminis læsæ maiestatis: & per hoc eius memoria damnata. Tertio dicit secus esse, si reus criminis donat alij extraneo inter viuos, non causa mortis, nam non irritatur: licet postea sibi consciuit mortem.

¶ *Si miles.*] Titius miles commisit delictum militare, vtpote quia alienauit arma, de que damnatus fuit à præside: sed in sententia fuit ei permissum vt nihilominus posset postea facere testamentum in castrensibus bonis. hic quidem si donauit vxori ante sententiam, confirmatur morte: nõ & post damnationem poterit donare causa mortis.

vxorem, quem antea retulimus: a Impetator noster Antonius Augustus ante excessum b diui Seueri c patris sui, oratione in senatu habita, author fuit senatui censendi, Fuluio Aemiliano & Numio Albino consulibus,* vt aliquid laxaret d ex iuris rigore. Oratio autem Imperatoris nostri de confirmandis donationibus, e non solum ad ea pertinet, quæ nomine vxoris à viro comparata f sunt sed, & a † omnes donationes inter virum & vxorem factas: vt & ipso iure res fiant eius cui donatæ g sunt, & obligatio fit ciuilis. h sed a † de Falcidia vbi possit hæc locum, tractandum* est. cui locum ita fore opinor, i quasi sit testamento confirmatum K quod donatum est.

* Anno vrbis condita 953. M. Nummio Caseni... Anno Albino. & Fuluio Aemiliano consulib. Duar.

c † Sup. si ad omnes donationes.

a † Fl. & de Falcidia.

¶ *Quod ait oratio*] Vir donauit vxori decem, & alia amisit: ita quòd non est locupletior, an confirmetur morte? Respon. quòd non, quia non est, quòd confirmetur, cum neque pœnitendo potest vir reuocare. Secundo dicit, pone quòd mulier reddidit viro de suo alia decem, quæ salua sunt & prædecedit vir: quæritur an mulier possit repetere ab herede viri? Et dicit quòd sic, neque potest hæres viri obijcere compensationem. De alijs decem malè consumptis, familiis retro dicit: & cum si matrimonium tollatur diuortio, ut ecce donaui vxori meæ decem quæ perdidit: hæc de suo mihi non reddidit alia decem, quæ salua habeam tandem diuertimus, & si ipsa à me repetit decem, quæ habeo, an ego obijcio compensationem de decem amissis? Dicit quod possum.

¶ *Si diuortium.*] Donauit vir vxori decẽ, præcedit donataria, infirmatur donatio, vel si fit diuortium, infirmatur donatio: nisi de nouo velit vir donare, vel confirmare quod fecerat. Dicet quis, qualiter diuertens donat? Resp. hoc, quia quidam plano animo diuertunt. Secundo diuertit donans ab vxore: tandem reconciliatur, & præmoritur: dicit non confirmatur donatio, siue perseuerauit durante diuortio in eadem voluntate, siue non. Tertio, si rixa interuenerit inter virum & uxorem, & pacificata est, confirmabitur morte præcedens donatio, quia matrimonium durauit.

¶ *Si ambo.*] Primo quærit, si vir donator & vxor donataria ab hostibus capiantur: an confirmetur donatio sed non soluit nunc. Secundo quærit, si ambo decedant simul donator & donataria, puta in naue submerguntur: apparet quis primo deposuit spiritum, & certum est quid fit: aut est dubium? Et dicit cõfirmatã donationem, & hoc ideo, quia non prædecessit donataria. si simul decedant, tunc inuicem sibi donent vir & vxor, & ambo simul moriuntur, idẽ est. Tertio dicit idem in donatione causa causa mortis, quã inuicem duo coniuges sibi faciunt: & ambo simul moriuntur, quod confirmetur. Quarto soluit primam, inquirendo diligentius circa eam, & soluit, quia aut nullus eorum redit, & videntur ambo mortui prima hora captiuitatis: & qui prius capitur, fingitur prius mori, & sic confirmatur donatio: aut alter tantum rediit: & præsumitur, quod ipse superuixerit, & sibi facta confirmatur.

Qui quasdam.] Vir donauit vxori quasdam res, postea legauit quasdam ex hisce videtur adimere vxori, quas legat: alias nõ. hoc est autem verum quando postea legauit. Item secus etiam si postea legat, si modo exprimat, quòd non animo adimendi facit.

¶ *Oratio.*] Nõ solum prohibetur donatio inter coniuges, sed etiam inter eos, qui tangunt eos per potestatem, & sicut quandoq; permittantur inter coniuges, vel morte confirmantur ita confirmantur inter alios, vt ecce, socer donauit nurui: licet non valet, si tamen præmoritur filius, & sic soluitur matrimonium: postea decedit socer in eadem voluntate perseuerans: confirmatur morte.

¶ *Si nurus*] Si nurus donauit socero, & præmoritur, cõfirmatur donatio. Secundo contra si præmoritur socer, an confirmetur? Et respon. distinguendo, ut in tex.

¶ *Si socer.*] Duo dicit. Primo socer donauit nurui, deinum repudium ei nurui misit: sed eius filius non eam dimittit, sed concorditer cum ea stetit. Dicit, quod irrita est donatio: quia quantum est inter socerum & nurum videtur factum diuortium: quamuis quo ad filium non.

¶ *Prouide.*] Duo consoceri inuicem donauerũt: & postea repudiũ miserunt: idẽ est quod quãtum ad eos videatur diuortium: & si est donatio, infirmetur. Idem est & si inuito filio repudiũ factum à socero est, irritaque est donatio. Secundo adijcit, quod ad hoc vt dicta donatio facta inter soceros morte confirmetur: oportet socerum donantẽ durante matrimonio, & filio in potestate perseuerante præmori & filium postea antequàm nurus. Tertio adijcit. Pone quòd socer, qui donauit consocero, emancipauit filium: certe iam non confirmatur donatio morte.

¶ *Si sponsus*] Sponsus per verba de futuro donat sponsæ hoc animo, vt deinde secuto matrimonio valeat donatio, quæritur an confirmetur morte donantis secuto postea matrimonio? Et videtur quòd non: quia oratio confirmat eam donationem, quæ fit inter coniuges per verba de præsenti: sed tamen dicit quòd sententia orationis huius trahitur vt morte confirmetur.

¶ *Sane autem*] Debebat vxor viro ex causa mutui centũ, vir liberauit eam per acceptilationem: quæritur an hæc liberatio confirmetur morte? Et dicit quod sic, & ita hæc acceptilatio est in pendenti quo ad verba: hoc est in pendenti quo ad effectum: nam demum præmoriente viro confirmatur: & ita apparet siue res sit donata, siue liberatio facta, ea confirmatur morte.

¶ *Sed et si virum*] Tria dicit. Primo vir volens donare vxori, fecit cum ea societatem, ex qua pepigit totum lucrũ esse mulieris: & tamen ipsa nihil præstabat, hæc quidem societas non valet neque inter coniuges, neque inter alios, nec actio pro socio nascitur: est tamẽ donum: & ideo morte confirmatur. Secundo dicit idem si fingebat nunc vendere cum donaret vxori. Tertio si vendit vir uxori pro quinquaginta quod valet centum, vel vendidit ei pro centum, sed postea precium remisit, est quidem donum: sed morte confirmatur.

¶ *Si quis sponsam*] Titius quandam puellam habentẽ decem annis tantum duxit in uxorem, & duxit in domũ, & postea donauit ei quasdam res, quæritur an valeat donatio: cum non sit vxor? Et videtur quod sic, sed tamen distinguendum est, aut prius erat sponsa per verba de futuro, & perseuerat sponsa, & valet donatio ut in sponsa, aut non præcesserant sponsalia: & tunc non valet, neque morte confirmatur, quia non est sponsa neque vxor, & hoc de eaq̃ potuit de iure esse sponsa. Sed quid si de iure non potuit esse sponsa, ut quia liberta cum senatore, vel pupilla cum tutore, & fiat donatio, an valeat? Et dicit quod non, sed aufertur ut indigno, & applicatur fisco. Viuianus.

a *Retulimus.*] ut non valeret, ut s. eod. l. j. & ideo reuocaretur inquantum donatarius locupletior, & donator pauperior esset, vt s. eod.... si sponsus, § circa. & l. si id, quod §. si ex decem. Accur.

b *Excessum.*] idest mortem.

c *Seueri.*] Seuerus pater, Antoninus filius.

d *Laxaret.*] Senatus permittẽdo eas morte cõfirmari. Ac.

e *Donationibus.*] scilicet morte. Azo.

f *Comparata.*] de quibus specialiter locutus est Imperator. Accursius.

g *Cui donata.*] secuta confirmatione.

h *Ciuilis.*] Veluti si remisit obligationem, aget vxor vt liberetur. Vel aliter si actiones sibi competentes aduersus alium qui donauit superstiti coniugi præmoriens, vel si de euictione pro re donata promisit: & hoc ne sit contra sup. e o. Papinianus. Accur.

i *Opinor.*] Vt C. ad leg. Falc. l. in donationibus.

K *Confirmatum.*] Facite eo ipso quò l. nõ e l. ... Satum sed

 nnnn 3

¶ Ait oratio, sat esse eum quidem qui donauit pœnitere; hæredem verò eripere forsitan a aduersus voluntatem supremam eius, qui donauit, durum & auarum 1† esse.

¶ Pænitentiam accipere debemus supremam: proinde si vxori donauit, deinde eum pœnituit, b mox desijt pœnitere: dicendum est donationem valere: vt supremum eius spectemus iudicium, quemadmodum circa fideicommissa solemus, vel in legatis, cum de doli exceptione opposita tractemus, ut ambulatoria sit voluntas c eius vsque ad uitæ supremum exitum. Sed ubi semel donatorem pœnituit, etiam hæredi reuocandi potestatem tribuimus, si appareat defunctum euidenter reuocasse voluntatem. quod si in obscuro sit: proclivior esse debet iudex ad comprobandam donationem. d

Si vir obligat rem, quam uxori donauit, reuocatur donatio: nisi non habuerit animum reuocandi: quæ alias valet, vbi non habuit animum reuocandi. Bald.

¶ Si maritus ea, quæ uxori donauit, pignori dederit; utique eum pœnituisse dicemus, e licet dominium retineat. Quid tamen, si hoc animo fuit, vt uellet adhuc esse donatum? finge in possessionem precariam f mulierem remansisse, paratamque esse satisfacere creditori, dicendum est donationem ualere. Nam si g ab initio rem ei obligatam hoc animo donasset, diceremus eum habere donationem, vt parata satisfacere mulier, haberet doli exceptionem: quin imo & etsi satisfecisset, h potuisse eam per doli exceptionem consequi ut sibi mandarentur i actiones.

Si coniux donator, vel donatarius efficiatur seruus, donatio extinguitur. Bartolus.

¶ Si donator seruus fuerit effectus priuati, k dicendum est non impletam, sed peremptam donationem: licet seruitus morti comparetur. l Proinde etsi ipsa in seruitutem redigatur, cui donatum est: extincta erit donatio.

¶ Si maritus * uxori donauerit, & mortem sibi ob sceleris conscientiam consciuerit, * vel etiam post mortem memoria eius damnata sit, reuocabitur donatio; m quamuis ea, quæ alijs donauerit n ualeant, o si non mortis causa donauerit.

¶ Si miles uxori donauerit de castrensibus bonis, & fuerit damnatus; p quia permissum est ei q de his testari, si modo impetrauit ut testetur cum damnaretur, r donatio ualebit. Nam & mortis causa donare poterit, cui testari permissum est. s

¶ Quod ait oratio, consumpsisse, t sic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior factus sit: cæterum si factus est locupletior & orationis beneficium locum habebit. Sed & si non sit factus locupletior, dederit u tamen tantam x quantitatem, eaque extet; dicendum est, si is decesserit, qui factus est locupletior, y posse z repetere 2† id quod dedit: nec compensare a 3† id quod consumpsit; b quamuis diuortio secuto c hic 4† compensatio locum habeat.

Donatio facta inter coniuges reuocatur facto diuortio minoris donatarij interuentu: sed licet diuortium fiat (si tamen matrimonium restauretur) donatore postea moriente reconualescit donatio. Baldus.

sed etiam expressim confirmari potest, vt infra. de auro & arg. lega. l. Quintus, & l. vxori. Accur.

a *Forsitan.*] fortè ideo dicit, quia aliud fortè in extremis constitutus voluit, licet id non expressit, sed non credimus ipsum in prima perseuerasse voluntate, cum expressum non reuocauerit, vt sup. de probat. l. cū tacitum. Accur.

b *Pœnituit.*] idest in ea pœnitentia perseuerauit.

c *Voluntas.*] vt ī. de adimen. leg. l. 4. in fi. Accursius.

d *Donationem.*] sed arg. contra, ī. de reg. iur. l. in re obscura.

e *Dicemus.*] vt ī. ea. l. §. qui quoddam. & C. eod. l. si maritus. Sed contra Instit. de leg. §. si rem suam, & sup. de pet. hæ. l. sed & si lege. §. simili modo.

f *Prec. nam.*] quia precib. impetrauit à creditore.

g *Nam si.*] bene dico, quod si ante donauit, & postea obligauit: nō tamen animo adimēdi: quod valeat donatio. nam hoc est si primo obligauit, & postea donauit.

h *Satisfecisset.*] id est promisisset de satisfaciendo, vt addas prædictis. Accur.

i *Mandarentur actiones.*] à creditoribus cōtra hæredes pro pecunia, quam soluit & tunc contraria pignoratitia creditur: & actio personalis, quæ pro debito dabatur. Vel dic cōsequi ab hærede mariti ex aliqua causa agente cōtra se, & tunc rei vendic. mādabitur, scilicet contra creditores, vel directa pignoratitia.

k *Priuati.*] hominis. secus si pœnæ, vt C. eod. l. res vxoris quæ est contra. Accur.

l *Comparetur.*] vt in Auth. de nup. §. si vero decretum, coll. 4. non tamen in omnibus. Ioan. Sed contra manumissio similiter est similis morti, vt ī. de solutio. l. si mihi. Accursius.

m *Donatio.*] vt C. qui testa. fac. poss. l. iubemus, in fi. Accur.

n *Donauerit.*] s. inter viuos non coniugi.

o *Valeant.*] vt ī. de donat. l. post contractum.

p *Damnatus.*] ante donationem.

q *Est ei.*] ab ipso principe, qui eum damnauit, vt ī. de leg. 3. l. si quis, in prin. §. miles & intellige de delicto militari, vt ī. de iniust. testa. si quis filio, § irritum. & in castrēsibus non alijs, vt hic, & C. de testa. mi. l. 1. & militibus.

r *Damnaretur.*] testabitur enim de alienis, argum. ī. de codicil. l. conficiuntur, §. si quis post.

s *Permissum est.*] & etiā ille cui non permittitur quandoque, vt infra, de don. causa mortis, l. tam is bus in princ. & § j.

t *Consumpsisse.*] quasi dicat, cessat oratio si donatarius dicatur cōsumpsisse, cū non est quid confirmetur. Accursius.

u *Dederit.*] i. reddiderit ille, qui accepit, nec est locupletior factus.

x *Tantam.*] idest tantundem.

y *Locupletior.*] i. ille cui est reddita.

z *Posse.*] eum qui dedit id quod extat, ab hærede eius cui dedit.

a *Compensare.*] subaudi posse hæredem eius, qui factus est locupletior.

b *Consumpsit.*] ille qui agit, i. consumpsit; cū non fuerit tamen locupletior factus.

c *Secuto.*] vt ī. eod. l. quod autem, § si vir & vxor. Sed quæ est diuersitatis ratio? Respond. donatio morte donantis confirmatur: quare hæres uxoris meæ, quæ mihi donauit quod in vtilitatem meam est, uel non est versum, vt pote donatione cōfirmata morte: me contrahere non poterit: si quid vero ego donaui vxori, quod in eius vtilitatem est versum, repetere ab eius hærede potero: quia non tā cōfirmata, sed etiam reuocata præmoriēte a cui donatum est, vt esset donatio, vt C. eo. l. si maritus. per diuortiū autē neutra cōfirmatur, sed vtraq; reuocatur, vt ī. eo. l. sed interim §. si maritus, & ideo contingit, vt si ea donationem

1† Aliàs & auarum.

* Ut est in hoc lib. data legum Annib. in l. post contractū num. 19. & sequētib. decernat.

* Consentaneis ad hoc vide Alcia lib. 6. parer. c. 27.

2† Repetitur.

3† Compensare.

4† Fl. habet.

¶ Si diuortium post donationem intercesserit, q † aut prior decesserit, qui donum accepit, veteri iuri statur, hoc est, si maritus vxori a donatum vult, valet donatio: b quòd si non vult, extinguitur. c Plerique enim cum bona gratia discedunt, d plerique cum ira animi sui & offensa. Quid ergo, si diuortium factum est, deinde matrimonium restauratur, & in diuortio vel mutata uoluntas est, vel eadem durauit, restaurato tamẽ matrimonio, e & voluntate donatoris reconciliata, an donatio duret, si constante matrimonio donator decesserit? Et potest defendi valere. Quid si diuortium non intercesserit, sed frigusculum? f 2 † profecto valebit donatio g si frigusculum quieuit. h

¶ Si mulier & maritus diu seorsum quidem habitauerint, sed honorem inuicem matrimonio 3 † habeant (quod scimus interdum & inter consulares personas subsecutum) puto donationes non ualere, quasi durauerint nuptiæ. Non enim * coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio. i Si tamen donator prior decesserit, tunc donatio ualebit.

Si donatio est facta inter virum & vxorem & ambo decesserint: si constat quis primo decesserit, stamus tertio: si vero non apparet quis primo decesserit: donatio confirmatur. si vero tam vir quàm vxor inuicem donantes ab hostibus capiantur, & apud hostes moriantur: donatio confirmatur, quasi tempore capturæ mortui videantur. sed si alter ex eis ab hostibus redeat, ille videtur superuixisse qui redijt. hoc dicit vsque ad §. qui quasdam. Baldus.

¶ Si ambo ab hostibus capti sunt, & qui donauit, & cui donatum est, quid dicemus? Et prius illud uolo k tractare. l Oratio, si ante mors contigerit ei, cui donatum est, nullius momenti donationem esse uoluit. Ergo si ambo decesserint, naufragio forte, vel ruina, vel incendio, quid dicemus? Et si quidem possit apparere quis ante spiritum posuerit, m expedita est quæstio. Si uero non appareat, difficilis est quæstio, & magis puto donationem ualuisse, n & id ex uerbis orationis defendimus, ait enim oratio. (Si prior uita decesserit, qui donatum accepit.) Non uidetur autem prior vita decessisse, qui donatum accepit, cum simul decesserint. o Proinde rectissimè dicetur utrasque donationes ualere, si forte inuicem donationibus factis simul decesserint, quia neuter alteri superuixit, licet de commorientibus oratio non senserit. Sed cum neuter alteri superuixerit, donationes mutuæ valebunt. Nam & circa p mortis causa donationes mutuas id erat consequens dicere, neutri q dandam 4 † condictionem. r Locupletiores igitur hæredes donationibus relinquentur. 5 † Secundum hæc s si ambo ab hostibus capti f sint, amboque ibi decesserint non 6 † simul, verum captiuitatis spectamus tempus vt dicamus donationes ualere, quasi simul decesserint; an neutrum, t 7 † quia uiuis eis finitum est matrimonium, an spectamus uter prior 8 † decesserit, u in eius persona non valeat donatio, an uter x redierit, y ut in 9 † eius z ualeat? Mea tamen fert opinio, ubi non reuertuntur, ut tempus spectandum sit captiuitatis, quasi tunc decesserint. 10 † quòd si alter redierit, eum solum 11 † uideri superuixisse, qui redijt. ¶ Qui quasdam res ex iis, quas donauerat, legasset, quasdam non, uidebitur 12 † cæteras uoluisse ad uxorem pertinere. a plerumque enim antea legat, postea donat, b uel alia causa fuit c legandi. d

Donatio facta inter coniuges, morte donatoris confirmatur, ita donatio facta inter quascunque personas, inter quas matrimonium est probibitum. Bald.

¶ Oratio non solum uirum & uxorem complectitur, sed etiam cæteros, qui propter matrimonium donare probibentur, ut puta, donat socer nurui, uel contra, uel socer genero, uel contra, uel consocer consocero, qui copulatos matrimonio in potestate habent, nam ex mente orationis ijs quoque oĩbus permissum est in eundẽ casum e donare. & ita Papi. li. 4 resp. sentit. sic enim scribit: Socer nurui uel genero donauit, postea f filium

natione ad repetendum agatur, hinc inde obijciatur compensatio.
a *Vxori.*) quæ diuertit, vt infra pro donato. l. j. § 3.
b *Donatio.*) post diuortium facta quę ante non valuisset, vt arg. sup. de pac. do. l. licet. Accur.
c *Extinguitur.*) vt j. ea. l. § si socer. & l. & ideo. Accur.
d *Discedunt.*) quod hodie non licet, vt in Auth. vt lice. ma. & auię §. quia verò ex consensu. coll. 8.
e *Tamen matrimonio.* illud tamen aduersatur ei, q̃d dictũ est de voluntate mutata.
f *Frigusculum.*) i. lis solutum non fuerit ob id frigusculũ matrimonium. R.
g *Donatio.*) præmoriatur donatur. Accur.
h *Quieuit.*) aliàs ex ingratitudine intelligi: reuocata, vt arg. j. de adi. nẽ. l. 1 §. 4. fi.
i *Affectio.*) vt inf. de reg. iur. l. nuptias. & C. de diuor. l. fi. j. respon.
k *Volo.*) aliàs voluit.
l *Tractare.*) i. illud in mediũ volo pponere.
m *Posuerit.*) i. dest de posuerit.
n *Valuisse.*) sed argu. contra infra de reg. iu. l. in re obscura.
o *Simul decesserint.*) non di in simul, i. in eodẽ tempore, sed simul. i. vnus & alter: nescitur tñ quis prius decesserit, vt j. de reb. dub. l. si inter virũ. Secus aũt est cũ de onere dotis quęrit, quia mulier prius mortua psumitur, ut s. de relig. l. si possessor. §. si eodem & infra de rebus dub. l. qui duos. §. si maritus.
p *Nam & circa*) bona ar. ut infr. de do. cau. mor. l. si hi, qui inuicem. Accur.
q *Neutri*) id est hæredi neutrius.
r *Condictionem.*) ad repetendum.
s *Capti*) simul.
t *An neutrum*) d'cemus ualere, uel quod uxor marito, vel q̃ maritus vxori donauit, q̃a viuis eis, finitum est matrimonium, * perinde ac si diuortiũ interuenisset.
u *Decesserit.*) in captiuitate. Accur.
x *An uter*) an spectandum.
y *Redierit.*) prius.
z *Eius.*) i. in eius p̃sona donatio facta est.
a *Pertinere.*) & alias quas legauit, vł ademisse, vt j. de leg. j. l. si ex toto. in prin.
b *Donat.*) extraneo vel vxori, sit adimat, & econtra. Accur.
c *Fuit.*) in j. casu.
d *Legandi.*) magis q̃ adimẽdi, vt q̃a pstare uoluit ęstimationẽ legatario. Vel dic, aliã cã legãdi, s. vt cõfirmaret donationes, legauit vxori. Accur.
e *Casum* in quo ipsis cõiungibus sibi donare permittit, ut s. eo. l. si eum. § j. Accur.
f *Postea*) hic est arg. contra. C. de do. causa mor. l. pe. Sed ibi statim permissa donatione causa mortis loquitur. Accur.

Per-

1 † Fl. intercessit.
2 † Fl. frebusculum & infra. Est autẽ frebusculũ de re parua et leuit. subita ira.
3 † Fl. matrimonij habebant.
* Vxor enim dignitatis nomen est, non voluptatis, ut ait Aelius. Verus Imperator apud Spartianum, & Pintar. in praeceptis connubialibus. Non ego te eadem vti & coniuge & amica possum.
* Matrimonium in vita quãdoque finitur violentè in im-
di. trac. ver matrimonium an & quando dirimi. ver. dirimitur. ver. dissoluit ver. impedit. & in alijs not. ibi.
4 † Fl. Cod.
5 † Fl. relinquent.
6 † In extremo p l. Nouember genp. legitur, si ambo ab ho. simul capti sint, amboq; ibi decesserint an simul vtrumque captiuitatis tempus spectemus, vt donat. dica. ua. qua simul decess. an neutras, quia eis uiuis finitũ est ma. an spectemus ut & prior decess. &c.
7 † Fl. neutra alias, neutras.
8 † Fl. prius
9 † Fl. dessero.
10 † Fl. deserint.
11 † Fl. desisf. tum.
12 † Donat. non uidebitur cæteras.

eius, Vel filia constante matrimonio vita decessit. quanquam vitium donationis perseueret: a tamen si socer nullam quæstionem donationibus intulit, post mortem eius contra hæredem 2 † orationis sententia videtur interuenire. nam quæ ratio donationem prohibuit, eadem beneficium ratum a † ipso facit. Vt igitur ualeat donatio ista, Papinianus exigit, vt & filius eius, qui donauit, ante decesserit, & postea socer, durante uoluntate. b

¶ Si filiusfamilias, qui castrense peculium habet, vel quasi castrense, vxori donet, & in 3 † personam filij mortem spectabimus. c

¶ Si nurus socero donauerit, mortem nurus, & perseuerantem in supremam diem uoluntatem eius spectare nos oportet. Quòd si socer ante decesserit, dicemus extinctam donationem? an quia maritus uiuus 4 † vxori suæ superuixit, admittimus vim habere donationem? Et 5 † si quidem d maritus solus socero hæres extitit, quasi noua donatio in maritum collata, seruari potest, ut illa finita sit, alia cœpit. e 6 † si vero filius hæres patris non est, finita erit donatio, ratione noua. f

¶ Si socer nurui g nuncium miserit, donatio erit irrita, quamuis matrimonium, concordantibus h uiro & uxore, secundum rescriptum Imperatoris nostri cum patre eius comprobatum est, sed quo ad ipsos, inter quos donatio facta est, finitum est matrimonium.

¶ Proinde & si duo consoceri inuicem sibi 7 † donauerint, idem erit dicendum. si inuitis filijs nuncium remiserint, inter ipsos irritam esse donationem. In hac autem donatione inter consoceros facta, mors consideranda 8 † est eius, qui donauit, constante matrimonio, & inter potestate i durante. Idemque k & in ijs, qui sunt in eorum l potestate.

¶ Si consocer consocero donauerit, & alter eorum, & vterque copulatos emancipauerit, debet dici donationem ad orationem non pertinere, & ideo infirmari m donationem.

¶ Si sponsus sponsæ donauerit, in tempus matrimonij collata donatione, quamuis inter virum & uxorem donatio non uideatur facta, & uerba orationis minus sufficiant, tamen donationem dicendum est ad sententiam orationis pertinere, n ut si durauerit uoluntas usque ad mortem, ualeat donatio.

¶ Siue autem res fuit quæ donata est, siue obligatio remissa, potest dici donationem effectum habituram: o ut puta uxori acceptum tulit donationis causa, quod debebat. potest dici pendere acceptilatione, non ipsam p sed effectum eius. Et generaliter uniuersæ donationes, quas impediri diximus, ex oratione ualebunt.

¶ Si inter uirum & uxorem societas donationis q causa contracta sit, iure uulgato nulla est: sed 9 † nec post decretum senatus emolumentū ea liberalitas, ut actio pro socio constituatur, habere poterit. Quæ tamen in commune tenuerunt, sine 10 † præstituto r reuocanda non sunt. s Idcirco igitur actio pro socio non erit, quia nulla societas est, quæ donationis causa interponitur, nec inter cæteros: t & propter hoc nec inter uirum & vxorem, Idem dicendum erit, & si emptio contracta sit donationis causa, nam nulla erit. Planè si minoris u res uenierit donationis causa, x vel postea pretium sit remissum: admittemus donationem pertinere ad Senatusconsultum. y

¶ Si quis sponsam habuerit, deinde eandem uxorem duxerit z cum non liceret, an donationes quasi in sponsalibus factæ ualeant, videamus, & Iulianus tractat hanc quæstionem in minore 11 † annis, si in domum quasi mariti immatura sit deducta. ait enim hanc sponsam esse, etsi uxor non sit. Sed est uerius quod Labeoni uidetur, & à nobis & à Papiniano libro decimo quæstionum probatum.

a *Perseueret.*] quia donator non est mortuus. Accur.
b *Voluntate.*] sed si socer prius decesserit an eius morte confirmetur donatio? Respon. non, quia morte soceri nō soluitur matrimoniū, vt infra eod. l. mortis. quæ est contra & C. eod. l. si vt proponis. Sol. vt ibi. Quid si consensu patris vxor donet marito, an vtriusq; mors exigatur? Arg. quod non vt C. eo. l. donatio. Accur.
c *Spectabimus.*] eum, quo ad illud, non videatur habere patrē, vt sup. ad Maced. l. a.
d *Et si quidem.*] vtiq; sine dubio etsi quidem, &c. Accur.
e *Alia cœpit.*] cum vxor apud maritum rem esse patitur.
f *Ratione noua.*] diui Seueri, quæ fuit, vt si prius decederet, q̄ donatum accepit, q̄ donatio extinguatur. Qñ ergo filius solus est hæres, præsumitur ad maritum vxorē velle peruenire donationē q̄si extraneus, non ita. Quid si extraneus filius sit hæres? vt ei donare saltē p hereditaria parte. Accur.
g *Si socer nurui.*] inter quos facta est donatio. Accur.
h *Concordantibus.*] dissoluere vero sponsalia pater pōt, vt ī de spō sa l. in potestate.
i *Inter potestatis.*] dū viuit, qui donauit. Alioquin emancipatione facta reuocata donatio videtur, vt prox. §. dicitur. Non tā hoc sufficit ad confirmationē donationis: imò filio donatoris p̄ moriente necesse est ipsū socerū eumdēq; donatorem mori in eadem voluntate vt cōfirmetur donatio, & tunc hæredes ratā habere donationē cōueniet, vt sup. ea. l. §. oratio. & hoc subijcit.
k *Idemq;.*] vt eorum mors desideret. Acc.
l *In eorum.*] filiabus vel filijs, maritis vel vxorib. verbi gratia, ut si socer donauit, mors nō solum soceri, sed ēt filij, & filiæ eius exigatur ad confirmationē donationis, & quod in eadē uoluntate permanserit. Accur.
m *Infirmari.*] uitia ergo, licet perueniat in eū casum, in quo incipere pōt, sic sup. ea. l. §. si diuortiū. & infra eod. huic mulieri. Accur.
n *Pertinere.*] vt C. de don. ante nup. l. quod sponsæ.
o *Habituram.*] Ξ eu. S. Papinianus. contra sol. ut ibi. Accur.
p *Non ipsam.*] enim rigit scriptum statim. Et sic nō præsentiā nō pendere. arg. pro nobis sup. de usufruc. l. sed & si quis stipu. §. & l. seq. Nō pendere dico hic quantum ad uerborum conceptionem, nā ipsa verborū conceptio dura est, sed effectus pendet, ut subijcit. Accur.
q *Donationis.*] pone exemplum, vt supra pro socio. l. §. si.
r *Sine præstituto.*] i. morte. nam ipsa finis est uitæ præstitutus.
s *Reuocanda non sunt.*] propter donationem confirmatā, non propter societatem. Acc.
t *Inter cæteros.*] ut sup. de cōtrahenda. emp. l. si quis donationis.
u *Minoris.*] quod nihil est, minus est, ut supra de tribu. l. illud. §. minus.
x *Causa.*] excepto pretio uiliori.
y *Senatusconsultum.*] ut ualeat per confirmationem tacitā uel expressam.
z *Duxerit.*] ut supra de sponsalib. l. quæsitum.

1 † Fl. heredem.
2 † Fl. de ...
3 † Fl. donat: filij personā. & mortem spectabimus.
4 † Fl. uiuus . si uxori sua.
5 † Alias, et si quidem.
6 † Fl. conpetit ...
7 † Fl. donauerint.
8 † Fl. defide ...
1 † Eam ...
1 † Fl. ... ...
1 † Fl. defi ...
1 † Fl. 16.
9 † Fl. diedi fed.
1 † Fl. donsi ...
10 † Alias, sine.
11 † Fl. Stipula ...
Eadē Papinianum ... refertur ... quæstiones sup. desponsa...

Pro-

a *Præcesserint.*] ductionem in domum.
b *Quod tam.*] aliàs quod, pro quia.
c *Quod nuptiæ*] dic similiter quòd, id est quia.
d *Valet donatio.*] & sic intellige intra eod. l. quod vir, quod ibi præcesserint sponsali. Accursius.

n *Non potest.*] siue vxor marito, siue maritus vxori annuum promiserit, ab initio non tenet donatio. & vtrobique confirmaẗ morte, vt hic subijcit, & in fi. l. Sed in hoc est differentia, quia si vxor donatum consumpsit, vel tantudem de suo, non tenebitur si sit facta locupletior, vt s. eod. l. si id quod, §. pen. & fi. secus in marito.

est; vt si quidem præcesserint a sponsalia, durent: quamuis 1 † iam uxorem esse putet, qui duxit. Si uerò non præcesserint, neque sponsalia esse: quòd 2 † iam b non fuerint: neque nuptias, quod nuptiæ c esse non potuerunt. Ideoq; si sponsalia antecesserint, valet donatio: d si minus, nulla e est: quia non quasi ad extraneam, sed quasi f ad uxorem fecit, & ideo nec oratio locū habebit.

¶ Sed si senator libertinam desponsauerit, g 3 † uel tutor pupillam, vel quis alius ex ijs, qui matrimonium copulare prohibentur, h & duxerit; i an donatio quasi in spōsalibus facta ualeat? & putem etiam sponsalia improbanda, & quasi ab indignis ea quæ donata sunt ablata, fisco k vindicari.

Siue vir uxori, siue uxor viro aliquid annuū promiserit: talis donatio ab initio non valet: sed morte donatoris confirmatur. Bald.

Idem li. 36. 4 † ad Sabinum.

LEX XXXIIII

SI stipulata fuerit mulier annuum l dari: 5 † id ex stipulatu petere m constante matrimonio non potest. n Sed si manente matrimonio decessisse maritus proponatur, puto, quia in annuo quoq; donatio o vertitur, posse dici donationem 6 † confirmari p ex Senatusconsulto.

¶ Si vxor viro annuum versa vice præstiterit, restituetur ei hoc, & poterit uindicare id quod extat. credo poterit & condicere, q inquantum locupletior factus est: r quia non s tam solenne est t annuum, quod maritus vxori impendit, quàm quod uxor marito præstat; imò etiam incongruens est, & contra sexus naturam. u Et si fortè maritus ab uxore stipulatus sit id annuum, decesseritque mulier constante matrimonio, dicendum erit ex oratione donationem conualescere. x

Valet donatio, quam vxor facit viro, vt filiam dotet, hoc dicit, quem casum not. Bart.

Idem lib. 4. 7 † ad edictum.

LEX XXXV.

SIue vxor marito res donasset, y 7 vt 8 † eas in dotem pro communi filia daret: 9 † siue post donationem, quam in maritū contulit uxor dassa est eum pro filia in dotem dare, benignè potest dici, etsi prima donatio nullius momenti est, attamen ex sequenti consensu ualere dotis dationē. z

Idem lib. 34. ad edictum.

LEX XXXVI.

SI non secundum legitimā obseruationem a diuortium factum sit, donationes post tale diuortium factæ nullius momenti sunt, cum non videatur solutum matrimonium.

1 † *Etiam uxorem, &c.*

2 † *Flo. est. quoniam non fuerunt. alia quæ non fuerunt.*

3 † *Fl. despondere.*

4 † *Fl. 16.*

5 † *Fl. dari, dari.*

6 † *Fl. Stipulationem & vide Dur.*

e *Nulla.*] vt C. ad l. Iul. de adult. l. cum, in fi. accur.
f *Sed quasi.*] vt C. de hæred. instit. l. si pater. Sed nonne quasi ad vxorem donatio facta est, cum sponsalia præcesserint: & non erat vxor: & tamen tenet donatio? Resp. illud est ideo, quia habita fuit loco sponsæ, nec donauit ei omnino ut extraneæ, etiam remoto vxoratu: quia & si non esset uxor, sponsa tamen erat: hic aut omnino extranea erat: quia nec uxor, neque sponsa erat.
g *Desponsauerit.*] per verba de futuro.
h *Prohibentur.*] excipe eos, qui ratione officij impediuntur. nam illi possunt sponsalia contrahere, ut s. de ritu nupt. l. si quis officium, & l. præfectus. Accur.
i *Duxerit.*] per uerba de præsenti. Accursius.
k *Fisco.*] vt C. de incest. & inuti. nupt. l. qui contra. & infra, de ijs, quib. vt indig. l. 2. §. item si quis. & infra, de iure fis. l. Lucius. Sed certè imò qui dedit vindicare debet, vt C. eo. l. si ex voluntate. quę est cōtra. Solu. ibi, qui donauit, putauit tenere donationem hic sciuit donationem non valere, vt infra, de lega. j. l. fin. Accur.

SI *stipulata.*] CASVS.] Vir promisit uxori decem annua, vt inde se alat: ex qua stipulatione mulier agere vult, quæritur an possit? Et dicitur quod non. Secundo, si vir prædecedat, an cōfirmetur stipulatio? Et dicitur quod sic. Tertio econtra uxor dedit viro decem annua fortè per biennium, vt vir inde se alat: nunc pœniter vxor, & vult repetere. Et dicit quòd potest vindicare si extat: aliàs cōdicet inquantum factus locupletior est: sed econtra vir non repeteret solutum & consumptum. Et est ratio diuersitatis: quia genus mulierem est auarum. Secunda ratio est, quia non est ita conueniens vxorem alere virum, sicut econtra virum alere vxorem. Tertia propter sexum. Quarto pone, quod vir stipulatus est ab vxore annuum, vt inde se alat, præmoritur vxor. cōfirmatur quidē donatio Viuia.
l *Annuum.*] vt se alat vel uestiat.
m *Petere.*] directa actione, ut supra eod l. si id quod. §. fin. sed in factum uidetur quod possit, vt s. de pact. dota. l. inter. §. conuenit.

id quod, §. pen. & fi. secus in marito.
o *Donatio*] & species donationis vertitur, vt sup. de pact. dot. l. quidam, in fi. Accursius.
p *Confirmari.*] imò infirmari, vt sup. eod. l. Papinianus. quæ est contra. Sol. vt ibi. Accursius.
q *Condicere.*] hoc secus in vxore, ut supra eo. l. si id quod, § pe. Accursius.
r *Factus est.*] hoc in annuo, secus autē in vsuris paraphernalib⁹, quia eas in commune vsus potest expēdere maritus, vt C. de pactis conuent. l. fin. circa princip. quę est contra.
s *Quia non.*] ratio quare miraculosa nō durent. Accur.
t *Solenne est.*] & adeo celebre, quia sæpe & plurimū solet fieri: mulier verò rarissimè donat, & ideo cū id facit, pro magno reputat, & quasi miraculosè cū solennitate celebratur donatio, personarum interuenientium, & inde gaudentium.
u *Contra sexus naturam.*] i. quòd mulier donet. vel sic largiatur, vt diximus s. ad Velle. l. sed si ego. Et nota, quod hic in fi. duas rationes reddit causē ad reuocationē donationis, quia scilicet donauit contra naturam sexus: quod quasi mirandum est. Item, quia inconueniens est, seu incongruens etiam de iure eam donare marito ad sustentationē sui. Nam vir e vxorem, non vxor virum tenetur sustentare, vt sup. eod. l. ex animo. & l. si quis pro. & arg. Instit. de iniur. §. j.
x *Conualescere.*] vt supra eod. l. Papinianus. contra. Sol. vt ibi. Accursius.

7 † *Fl. Idem l. 43. ad Sa.*

8 † *Flor. lib. cat.*

9 † *Fl. dedisse.*

e Bal. hic dicit istā glos. not. ad hoc, quod maritus tenetur alere vxorē, nō autem uxor uirū. Bolog.

SIue vxor] CASVS. Vxor donauit viro vnum fundum ruralem in donatione eo tempore, uel postea dixit vt eundem daret pro filia in dotem. Dicit quòd licet non valeret primo tunc, tamen secundo confirmatur.
y *Donasset.*] ea conditione ut statim det vir in dotem pro communi filia, ut differat a casu sequenti.
z *Dationem.*] vt s. de iure dot. l. profectitia, §. si quis certam, & l. cum uxor Accur.

SI non.] CASVS Fecit diuortium uir ab uxore, sed non legitimè: & ita remanet matrimonium, ergo non possunt donare inter se.
a *Ob seruationem.*] quæ est J. tit. l. nullum Accur.

a *Si donata petierit.*]ut supra eodem, l. si sponsus, §. fin. Accursius.

b *Euictionem*)sed ad id, quod dicit simpli, imò in duplum, ut sup. de euictionib. l. 2. quæ est contra. Solu. hic est speciale ut etiam de simplo caueatur. nam etiam de iure communi non debet caueri, ut supra de rei uendicat. l. & ex diuerso, §. petitor. quæ est contra. Sed hic ideo, quia reus habet causam ab actore, ibi non. Vel hic culpa non potest restituere reus, ibi dolo. Item in eo quod fit æstimatio iusto precio, est contra infra eod. amota. l. non enim. Sed hic speciale, quia ille, qui conuenitur, habet causam à conueniēte, ut diximus. Accursius.

c *Fruendi*) uendidit eo à domino.

d *Non inchoare.*) sic ergo ultimum tenet locum primi, ut hic, & supra, de petitione hæredit. §. & rem, in fine, & infra, de conditio. & demonstrat. l. filius, §. finali. Argumen. contra, supra de iure dotium, l. cum in fundo, §. si fundus, & C. de sum. dic. l. spectissimi. & infra eodem, l. prædia. & infra, de legatis tertio, pater filiū, in principio. Sed argumen. contra, C. de prædijs min. l. si minor an. 25. annis. & infra, de uulgari & pupillari substitu. l. Lucius, §. fin. & facit supra, de intoiurand. l. duo, ut, §. secundo. Accursius.

Si mulier. CASVS. Donaui equum uxori meæ quem ipsa occidit ne ad me posset redire, dicet agmitur tim, dicit hic lex eam teneri mihi ad exhibendum, quia dolo fecit quo minus posset exhiberi. Item actio. legis Aquiliæ. Vivianus.

e *Vel damni.*) etiam constante matrimonio in simplum, ut supra ad legem Aquiliam, l. si seruus seruum, §. si eum mariti. Accur.

1 † Flor. ... 2 † Fl. dedi... 3 † Fl. ...

Qui soluit litis æstimationem, debet causam decere si causam habuit ab vxore. Bart.

Paulus lib. 35. 1 † ad edict.

LEX XXXVII.

Si donatæ res extant, etiam vindicari poterunt: a sed quia causam possidendi donatio præstitit, nisi reddatur res, æstimatio facienda est iusto precio, cauerique possidenti debebit de euictione b simpli, quanti ea res sit, idque etiam Pedio uidetur.

Potest quis cum vxore annulum sponsalitium permutare h.d. & iste §. procedit in terminis suis, quando vir commutat annulum sed secundum nostram consuetudinem primo desponsatur per verba de præsenti, & sic est vxor, & sic donatio non ualeret, quod no. Bartolus.

Si 2 † sponsus alienum annulum sponsæ muneri misit, & post nuptias pro eo c suum dedit, quidam, ut 3 † Nerua, putant fieri eum mulieris, quia tunc factam donationem confirmare uidetur, non inchoare d nouam. quam sententiam ueram esse accepi.

Iulianus lib. 17. Digestorū.

LEX XXXVIII.

Si mulier dolo fecerit, ne res extaret sibi à marito donata, uel ad exhibendum, uel damni e iniuriæ eum ea agi poterit, maximè si post diuortium id commiserit.

Pro parte, quam habet vir in re, non valet donatio inter coniunctas personas: præsentia tamen cum taciturnitate donationem inducit. Bart.

Vlpianus lib. 3. Digest. à Paulo epitomatorum.

LEX XXXIX.

Si seruus 4 † cōis uiri & fratris f eius, puerum donauit uxori fratris: pro qua parte is seruus, qui donasset, g uiri esset, pro ea parte munus non esse factum mulieris respondi. 5 † Idem iuris erit, si ex tribus fratribus unus uxorem haberet, & rem cōem uxori donasset. nam ex tertia parte mulieris rem factam non esse, ex duabus autem partibus reliquis, h si id sciissent fratres, i aut postea quam donata esset ratum habuissent, nihil 6 † debere mulierē reddere. K

Debitor delegatus potest opponere exceptionem delegationis inualidæ: si tamen igoranter commiserit, liberatur. Bart.

Iulianus lib. 5. ex Minicio.

LEX XL.

Vir cum 7 † uxori pecuniam donare uellet, permisit ei ut à debitore suo stipularetur. 8 † illa cum id fecisset, prius quàm pecuniam tulisset, 9 † diuortium fecit. quæro, utrum uir eam summam petere debeat, an ex 10 † ea promissione quasi donationis causam actio nulla sit? 11 † Rēdi, inanem l fuisse eam stipulationem. Sed si promissor mulieri ignorans soluisset, si quidem pecunia extat, uindicare m eam debitor

g *Donasset*)hoc uirum si specialiter ei seruo permisisset erat donare: aliàs non posset donare, ut infra, de donat. l. si filiusfamiliæ. Accursius.

h *Sciissent.*) & ita scientia præiudicat * circa amissionem dominij, quia præsumitur eos uoluisse donare affinitatis ratione: sicut præsumitur remissio fideicommissi sanguinis necessitudine, ut supra, de probation. l. Procula. sic & præsumitur uoluntas testatoris legatarij dignitate, ut supra, de iudic. l. sed & si sic, infra de donatio. causa mortis, l. quod statuliber. in fine, & supra manda. l. qui patitur. aliàs autem scientia non præiudicat, nisi acceptio precij interuenisset, ut supra, de euict. l. quidam ex parte. sic infra, de acquir. possess. l. fundi.

i *Fratres.*]qui non sunt in eiusdem potestate, cuius, & uir. alioquin contrarium esset, ut supra eodem, l. hæc oratio, §. si qui in eiusdem. quæ est contra.

K *Reddere.*]rem factam suam ex duabus partibus, ut j. delegat. l. Titia, §. Lucius. Accur.

Vir, cum uxori.] CASVS. Volebam uxori meæ donare decem, & ideo permisi ei stipulari à debitore meo decem: antequam exigeret, diuortium. quæritur an ipsa agere possit? Et dicit quòd non. Secundo, pone quòd debitor meus, ignorans non diuortiū, soluit ei, quis repetet. Et distinguit quia aut extat pecunia soluta, & debitor uendicat: & tenetur mihi pristina actione: & liberatur à me cedendo mihi uendicationem: aut non extat, & tunc ago tecū via condictione sine causa, quantum ipsa locupletior est. Vivianus.

l *Inanem.*]mulieri, ut supra eodem, l. si sponsus, §. si debitor. Accursius.

* Sciendum quādoq; præiudicāt, & quādoque nō, ut de Hiero. Gorzo. de laudo mei iuris, col. 11. ...

4 † Fl. in ipsi Seruus ... 5 † Fl. ... 6 † Fl. ... 7 † Fl. ... 8 † Fl. ... 9 † Fl. ... 10 † Fl. ... 11 † Fl. ...

Si seruus.]CASVS. Titius & Seius fratres habebāt seruum communem, cui concesserunt donare de peculio cui uellet, hic seruus donauit uxori Titij. Dicit q̄d pro qua parte est Seij, ualet. Secundo dicit, Tres erant fratres habentes rem communem eam rem communem unus donauit uxori alijs præsentibus, non contradicentibus. pro partibus aliorum ualet donatio, pro partibus uiri non.

f *Fratris.*) qui fratres non tangebant se per potestatem.

m *Vendicare.*]sed cur debitor habet rei uendicationem, cum omnino huius rei dominium desinere esse uoluit, ut infra, de acquirenda possessione, l. quod meo, §. si furiosus. Respon. ideo, aliud est in possessione, & aliud in dominio, quod non ita de leui amittitur, nisi alius nanciscatur: ut infra, de acquirenda possess. l. si quis uim. & differentiā, ueldic, utilem rei competere uendicationem: quia adhuc eandem pecuniam soluere est obligatus: nec pecuniæ soluta dominium est quæsitum marito ... tacitè propter ...

diuortium uifeatur reuocasse mandatum: quare ei pecunium numerata esse non uidetur, ideoque nec intelligitur eius dominus. Item secundum R. propter legis interdictum non potest transire dominium in eum: sicut nec per se nec per alium.

a *Actiones.*] rei uenditationem.

b *Exceptione.*] sed tamen ipso iure ut supra eodem, l. hęc ratio. §. sed si debitorem? Respon. quia diuertendo donationem reuocasse uidetur: & sic inhibuisse ne ei solueretur: ut supra eod. l. cum hic. §. si diuortium. Or imò & si nō diuertisset, haberet exceptionem, & condictionem: ut inf. de solut. l. cum quis §. si debitorem. Vnde potest dici, quod hic scrès non ualere mulier accepit: ibi ignorās. ergum. d. l. §. sed si debitorem. in principio.

c *Nomine.*] iure cessio.

QVod adipiscendę. CASVS. Vir uolebat expendere certum pro dignitate cōsequenda: quia per gradus inferiorum dignitatum oportebat eum ascendere in hac causam uxor donat uxor. dicit, quod ualet quatenus de hoc dono in hoc expensum est. Viuia.

d *Opus est.*] id est quatenus expendit in dignitatem de pecunia donata; sed & consule dignitate uidetur licere donare, ut inf. ad legem Iuliā repe. l. prima. Vel dic, licet nō teneatur accipiens lege Iulia repe. hodie tamen non emuntur honores: ut C. ad legem Iuliā repet. sup multitua. & finali.

e f N*Am & Imperator. Proce(s)sus.*] in honoribus de gradu ad gradum: ut supra de negotijs gestis, quæ utiliter. & infra de mune. & hono. l. et gradatim. Accur.

N*Vper.*] CASVS. Vir uolebat effici miles, uel esse laticlauius: pro quibus oportebat eum expendere, & dicit, quod in hanc causam uxor potest ei donare. Et est laticlauius, qui præest alijs militibus in pugna, & clauem portaciebat inter confertissimos hostes: & sui milites uiriliter pugnantes debebant eam recuperare. Viuianus.

f *Honoris.*] simplicis, idest sine administratione. Accur.

g *Laticlaui.*] genus militis secundum quosdam. uel dic nomen dignitatis.

h *Ludorum.*] praparandorum, non ut arma(?) pecuniam in alia.

potest: sed & actiones a suas marito præstare paratus est, doli mali exceptione b se tuebitur: ideoque maritus hanc pecuniam debitoris nomine c vindicando consequetur. Sed si pecunia non extat, & mulier locupletior facta est: eam petet maritus. intelligitur enim ex re mariti locupletior facta esse mulier: quoniam debitor doli mali exceptione se tueri potest.

Vlpianus lib. 2. responsorū.

LEX XLI.

QVòd adipiscendæ dignitatis gratia ab uxore in maritum collatum est, eatenus ratum est, quatenus dignitati supplendæ opus est. d

Licinius Rufinus li. 6. reg.

LEX XLII.

NAm & Imperator Antoninus cōstituit, ut ad processus e viri uxor ei donare possit.

Caius li. 11. ad edi. prouin.

LEX XLIII.

NVper ex indulgentia principis Antonini recepta est alia causa donationis, quam dicimus honoris f causa, ut ecce si uxor viro laticlaui g 1 † petenti gratia donet, uel ut equestris ordinis fiat, uel ludorum h gratia.

Paulus li. singulari regul.

LEX XLIIII.

INter virum & uxorem exilij i causa donatio fieri potest.

Vsucapiens videtur habere rem ex titulo præcedēti, nō à domino, contra quē vsucapit hoc dicit, quā legem not. quia in pluribus locis habemus istum effectum: sed non ita clarè, ut hic hoc dicit. Bart.

Neratius lib. 1. 2 † membr.

LEX XLV.

SI extraneus rem uiri, ignorans eius esse, ignoranti vxori, ac ne uiro quidem sciente eam suam esse, donauerit, mulier rectè eam usucapiet. Idēque iuris erit, si is, qui in potestate uiri erat, credens se patremfamilias esse, uxori patris donauerit. Sed si uir rescierit suam rem esse prius quam usucapiatur, vindicareque eam poterit, nec uolet, & hoc mulier nouerit: interrumpetur possessio. K quia transijt in causam ab eo factæ donationis, ipsius mulieris scientia. propius l autem 3 † est, ut nullum acquisitioni dominij eius afferat impedimentum. non enim omnimodo uxores ex bonis maritorum, sed ex causa m donationis 4 † ab ipsis factæ acquirere prohibitæ sunt.

Ex qualitate expēsarū præsumitur, animo repetēdi fecerit quis, an non. h. d. quod no. quia tota die allegatur. h. d. Bar.

Vlpian. libro 34. 5 † ad edict.

LEX XLVI.

MArcellus lib. 7. Digestorum scribit, cum n etiam detrahere o sine mulieris damno, & citra metum 6 † senatusconsulti, quod detrahentibus negotiationis p causa occurrit.

INter uirum.] CASVS. Cum uir expectaret mitti in exilium ob delictum, donauit vxori. ualebit donatio, quam fecit in uxorem, ut scilicet confirmetur exilio subsecuto. Viuianus.

i *Exilij.*] futuri, uel iam imminentis: ut supra eodem, l. si mors.

S*I extraneus.*] CASVS. Rem Titij donauit Seius uxori Titij ignoranti eam esse Titij. dicit, quod vsucapiet rem uiri. Secundo idem si filius uel seruus uiri donauit, ut scilicet usucapiat. Tertio quæritur, quid si uxor scit rem uiri esse ante completam usucapionem? & uidebatur, quod non perficeretur: quasi donet uir patiendo eam usucapere, quod scilicet donare est prohibitum, sed tamen dicit usucapionem compleri. Viuia.

K *Possessio.*] idest vsucapio, quæ sine possessione non procedit.

l *Propius est.*] corrigitur hic, quod supra dictum est.

m *Ex causa.*] interueniente.

M*Arcellus.*] CASVS. Vir donauit uxori decem, ex quibus mulier emit marmora. conqueri potest maritus inquātum facta est locupletior, sic quod sine damno mulieris, & sine metu senatusconsulti aufert maritus. est enim senatusconsultum, quod uetat auferri marmora de ædificijs causa negotiationis.

n *Eam.*] scilicet mari tum.

o *Detrahere.*] hic donauit vxor viro marmora detrahenda de domo vxoris.

p *Negotiationis.*] at ista donatio non fit causa negotiationis. dicet quis, sed nec legatum, ergo eadem ratione ualere debet, quod lex negat inf. de legatis primo. l. cæteræ. Respon. imo legat et negotiationis, qa legare uideor ob præcedentem donationem, ut supra pro socio l. nec adiecit. §. & quia quare & permutare uideor. vt sup. de petitione hære. l. sed & si. §. consuluit. permutatio autem negotiatio est. Vel melius, ualet ista donatio. & quia non fit causa negotiationis; & quia extrahendo de domo uxoris de sua propria in aliam suam uidetur transferre: argumen. infra rerum amotarum. l. prima. quod non est prohibitum: ut infra de legat. primo. l. cætera. §. sed & si quis. in fin. §. Vel loquitur cum mulier accepit à uiro pecuniam ex causa donationis, ex qua emit marmora, conqueri potest maritum

1 † Fa. Laticlaui & in Ilius. Daar. V. d. Alexād. 4. genial. die. cap. 13.

2 † Fa. lib. 6.

3 † Fa. dehinc autem.

4 † Alias ex donatione ab ipsis factis acquirere, &c.

5 † Fa. libro 7.

6 † alias metum.

titus inquantum facta est locupletior: sicque sine dãno mulieris. & metu senatusc͂õsulti auferre potest maritus: & sic duob. modis itellige hãc legem, licet Bul. dixerit se nescire. Ac.

INter virum.] CASVS. Vir habebat possessionem cuiusdam rei alienæ forte emerat eam a non domino. quæritur, an possit eã donare vxori, & dicit, quod non. a Nec possessionis] cũ ipsã possessionẽ tm̃, non rem donare voluit, aliud si rem ipsã transferendo postea donare uellet: ut inf. de acquirenda possessione. l. j. §. vir uxori. Et dicũ: hoc ad similitudinem fructuum: fructus enim donare non potest, ut C. de iure dotium. l. pro oneribus. si tamẽ il donet, & ipsa bona fide acceperit; fructus suos facit, ut sup. eod. l. de fructibus. Sed tu dic idem in vtroque secundum Ioannẽ, qd ergo hic dicitur, quod nec est donatio, subaudi rata, quia facile reuocetur, ut dixi s. eodem, l. si cum qui mihi.

1 † Fl. deest, ed:

VTrum.] CASVS. Vir gessit negotia vxoris, & impendit creatum, quæ hæres uiri petet a muliere: illa dicit donũ morte confirmatum. sed hæres uiri dicit impensum animo repetendi. dicit, q ex q̃litate impensæ præsumitur donum, uel non, si paruum est, donum est: alias non. Item ex genere impẽsæ: nã si voluptaria, videtur q non animo repetendi, si necessaria, sic. Viuia.

2 † Fl. deest, salutem.

b Non difficilis.] in dubio autem præsumatur non donare: ut sup. de prol at. l. cum de indebito. §. 1. nisi ratio sanguinis, uel affinitatis, uel vicissim donationis collatæ succedit: ut sup. de probationib. l. Procula. & sup. eo. l. si seruus communis. & sup. manda. si uero nõ re. l. idẽ Fu pinianus. & dixi ẽt de hoc s. ad Velleian. l. sed si ego. in fi. Accu.

3 † Tibi facta &c.
4 † Fiat dedur. si noluerit restitus est mulieris. Donatio.
5 † alias, idẽ.
6 † Fl. & egit.
7 † Fl. idem.

QVæ iam.] Casus. Vir donauit uno

Idem lib. 72. ad edictum.

LEX XLVII.

INter virum & vxorem, nec possessionis a nulla donatio est.

Celsus libro 1. digestorum.

LEX XLVIII.

VTrum negotium uxoris gerens, an officio mariti ductus in rem eius impenderit uir: facti, non iuris quæstio est. sed 1 † coniectura eius rei ex modo, & genere impensæ non difficilis b est.

Idem libro 9. digestorum.

LEX XLIX.

QVæ c iam nuptæ maritus donauit, uiri manent, & potest ea vindicare: nec quicquam refert, quod ampla legata ab vxore ei d relicta sint.

Nudus minister dicitur, qui nullum commodũ sentit, alias non dicitur quis nudus minister. hoc dicit, de quo plene dixi in l. si qs Titio. inf. de leg. secundo. Bartol.

Marcellus li. 7. digestorum.

LEX L.

SVlpitius e Marcello salutem. 2 † Mulier, quæ ad communem filium volebat, qui in potestate patris erat, post mortem patris fundum peruenire: eum f patri tradidit, ut post mortem restituatur filio. Quæro, an donatio 3 † tibi videatur, ut nihil agatur, g an valeat quidem, sed mulieri potestas det, 4 † si voluerit eum repetere? h Respondit, Si color vel titulus (ut dixerim) donationi quæsitus est, nihil valebit traditio, idest, 5 † si hoc egit 6 † vxor, ut aliquid ex ea re interim commodi sentiret maritus. alioquin si solo eius ministerio k vsa est, & id egit, ut uel reuocare sibi liceret, l vel vt res cum omni emolumento m per patrem postea ad filium transiret, cur non id 7 † perinde sit ratum, ac si cum extraneo tale negotium contraxisset? hoc est, si extraneo in hanc causam tradidisset?

Eo ipso quis est locupletior, quod ab obligatione est liberatus, non autem eo ipso, quod sibi pecunia appareret aliquid apud eum remansisse. hoc dicit, quod nota: quia est casus bonus. Bart.

Iauolenus libro 13.

LEX LI.

SI cum mulier xx. seruum emisset, in eam emptionem vir v. venditori dederit, diuortio facto omnimodo vir eam summam exiget, neque ad rem pertinet, an is seruus deterior factus sit. nam & si mortuus esset, quinque exactio ei competeret. Quæritur enim, an mulier ex viri patrimonio locupletior sit eo tempore, quo de dote agatur. 8 † Facta autem locupletior intelligitur, quæ ære n alieno suo interuentu viri liberata est, quod potuisset adhuc debere, si vir pecuniam non exoluisset, neque enim interest ex qua cã mulier pecuniam debuit, vtrum creditam, an eam quã ex emptione præstare debebat. Quod si mulier non emerat seruum, sed ut emeret, a viro pecuniam accepit, tũc vel mortuo, vel deteriore facto seruo damnum ad virum pertinebit, quia quod aliter emptura 9 † non fuit, nisi pecuniam a viro accepisset hoc consumptum ei perit, qui donauit: si modo in rerum natura esse desiit. nec enim videtur mulier locupletior esse, quæ neque a creditore suo liberata est, o neque, id possidet, quod ex pecunia uiri emerat.

ri decem & uxor præmoritur: & legat uiro multa. vir repetit dotem. Et dicit, q̃ d potest, licet mulier prælegauerit. Viuia.

e Quæ.] s. bona. Acc.

d Ei.] scilicet viro. Accur.

e SVlpitius.] scilicet scribit.

f Eum] scilicet fundum.

g Agatur.] quod est hic donatio.

h Repetere] ex innominato contractu, do ut facias. Accur.

i Egit.] idem etsi hoc nõ egit expressim, ut supra de condi. causa da. l. si pecuniam. Ac.

K Ministerio.] ita q vir nihil lucretur, de quo due exempla ponit dicens, & id, &c.

l Liceret,] cum fructibus medij temporis per condictionem ob causam.

m Emolumento] fructuum. Accur.

n SI cum mulier Quæ ære.] idest, quod ipsa debebat. & facit sup. e. l. quod autem. §. eleganter. & §. si vxor.

o Liberata est.] nisi soluat, quasi dicat, solutione uiri non fuit liberata, tum quia ad huc non tenetur, tum quia non soluit vir venditori.

QVintus Mutius. Existimat.] hoc dicunt esse verum.

8 † Flor. agebatur.

9 † In archetypo & vetere erat, empturam, ut testatur Taurel.

Quicquid mulier quærit, præsumitur quæsiisse ex bonis viri hoc dicit, subaudi ratione turpis quæstus euitandi. Bart.

Pomponius libro 5. ad Quintum Mutium.

LEX LII.

QVintus Mutius * ait: Cum in controuersia venit vnde ad mulierem quid peruenerit, & verius, & honestius est, quod non demonstratur vnde habeat, existimari p a uiro, aut qui in potestate eius esset, ad eam peruenisse. Euitandi autem turpis quæstus gratia circa vxorem hoc videtur Quintus Mutius probasse.

* Concor. cum l. uxorem C. eo. titul. vide Fran. Cr. sign. 6 fol. 4 in addit. ad tit. de ... Lib. ... 5 id. ... f. 61.

nisi diuertit mulier. nam tunc suspicio est, quod propter aliquod delictum in matrimonio cõmissum diuertit: quia ergo aliqua, uel turpis quęstus potest esse suspicio, eligitur vt magis de bonis mariti quesierit. sed cum soluitur matrimonium morte sine alicuius uoluntate, non est causa quare turpem præsumam, questum sed secundum Ioãnem ubique idẽ: ut C. eo. tĩ. l. ij. argum. tamen contra. C. arb. tuto. l. si defunctus. Item summe hic argum. quod idẽ debet esse in filio, vel familibus, ut pręsumatur de bonis patris in dubio quęsisse: ut sic sit commune cõ fratribus: sed certè contradico in fratre: quia nõ est ibi causa talis suspicionis. & ideo contra argu. dictæ l. si defunctus. nam distinguo: ut not. C. de bonis quæ liber. l. cum oportet. Accursius.

Papinianus lib. 10. quæst.

LEX LIII.

SI uir uxori donationis cã rem uilius locauerit: locatio [a] nulla est. Cum autem depositum [b] inter eas personas minoris donationis causa æstimatur: depositũ est. Hęc ideo tam uariè, quia locatio quidem sine certa mercede contrahi non potest: [c] depositum autem, & citra æstimationem quoque dari potest.

Donatio causa mortis extinguitur morte donatarij donator superuiuente. h. d. quem nota: quia allegabilis est. Bart.

¶ Vxor uiro fructum fundi ab hærede suo dari; [d] & si [1] † datus non fuisset, certam pecuniam mortis causa promitti curauit. [e] defuncto uiro, uiua muliere, stipulatio soluitur, ut traditio, quæ mandante vxore mortis causa facta est. nam quo casu inter exteros condictio [f] nascitur, inter maritos [g] nihil agitur.

Idem libro 4. responsorum.

LEX LIIII.

MOrtis suæ causa genero, vel nurui socerum frustra donare conuenit: quia mortuo socero nuptiæ non soluuntur, nec interest, an pater filium, uel filiam exhæredauerit. Diuortij spẽ [h] [2] † ab ea ratione [i] diuersa [k] est.

¶ Res in dotem æstimatas consentiente uiro mulier in vsu habuit. vsu deteriores res si fiant, damni compensatio [l] non admittitur; cum easdem res non possit mulier quasi sibi donatas defendere ex illis verbis, quibus donationes [m] ei a uiro legatæ sunt: cum eiusmodi [3] † species, [n] neque donari, [o] neque auferri uidentur. [4] †

Si usuras dotis uir viuens non petit, donare uidetur: & periculo uiri sunt: & morte cõfirmãtur. Bar.

Idem libro 8. responsorum.

LEX LV.

VIr usuras * promissæ dotis in stipulatum deduxerat easque non petierat. cum per omne tempus matrimonij sumptibus suis uxorem, & eius familiam uir exhiberet: [p] dote [5] † relegata, & donationibus [q] fideicommisso confirmatis, legato [r] quidem dotis vsuras [s] non contineri uidebantur, sed titulo donationis esse [6] † remissas.

Res emptae ex pecunia mulieris donata uiro uindicari potest. Bal.

Paulus libro 7. quæstionum.

LEX LVI.

VXor marito suo pecuniam donauit. maritus ex pecunia sibi donata, aut mobilem, aut soli rem comparauit. Soluendo [t] non

S*I uir uxori*.] CASVS. Vir uolens donare decem uxori, locauit ei domum pro decẽ dignam pensione xx. dixit, quod nulla est locatio. Secũdo dicit secus in deposito: ut ecce uir deposuit apud uxorem librum ualentem xx. æstimatum decem, ut sic uxor possit reddere æstimationem. erit quidẽ depositum: sed æstimatio non ualebit. Tertio dicit rationem diuersitatis: quia in locatione merces est de substantia locationis: sed in deposito æstimatio non est de substantia depositi, cũ citra æstimationem valeat depositum, sed locatio non citra mercedem.

¶ *Vxor*] Mulier faciens testamentum pręcepit hæredi etiã præsenti, ut fructus cuiusdam fundi daret uiro post mortem mulieris: uel curaret, ita quod haberet; alioquin fecit stipulari uirum ab hęrede. Ibidẽ ij. oo si uir premoritur, nulla fit stipulatio; sed si extraneo esset facta causa mortis, ualeret, sed per conditionem ob causam reuocaretur.

a *Locatio*] si uolens dare locationem conuentum est, i. finxit, ut sup. eod. l. si sponsus §. circa. Io quod enim in fraudem orationis agitur, pro infecto habetur, ergo & minor merces ex ea cogitata in fraudem erit nulla: ergo & locatio nulla, sed depositũ tenet, & si nulla sit æstimatio. quasi scilicet merces sit de substantia locationis: sed non sic in deposito non æstimato. Accursius.

b *Depositum*.] vt sup. deposi. l. j. §. si quis seruum.

c *Non potest*.] ut ĩ. comm. diui. l. si cõuenerit & in pecunia et ĩ de præscrip. verb. l. naturalis. §. j. & deposi. l. j. § si quis.

d *Dari*] promittendo per stipulationem mortis causa: quod est infra.

e *Curauit*] ut vxor, vel hæres defuncto. Viro, scilicet donatario. Accursius.

f *Condictio*.] ut inf. de dona. cau. mort. l. senatus. §. donatio. in si & facit sup. eo. l. sed interim. 2. respon.

g *Maritos*] i. coniuges.

M*Ortis*.] CASVS. Si socer nurui cau. mor. donat. non valet, licet moriatur socer: quia adhuc est matrimonium, etiam si socer filium exhæredet. Secundò dicit secus esse si socer donat nurui in causã diuortij sub tempore diuortij: quia ualet: cum in casu soluti matrimonij conualescat.

¶ *Res*] Vxor dedit in dotem quasdã res æstimatas pro centum, quas posteà uir concessit eidem mulieri ad vsum; licet fiant apud eam deteriores in l. & posteà repetit centum nomine dotis mulier scilicet soluto matrimonio. non compensat vir, vel hæres eius dicta l. Secundo quæritur, si in testamento uir dixit: quod donaui uxori, eidem lego: an dictæ res datæ ei ad usum uideantur ei legari: Et dicit, quod non.

h *Specie*] si socer sub tempore diuortij in casum diuortij donauit. vt supra eodẽ, l. sed interim. § si. & verè soluitur inter coniuges. Accur.

i *Ea ratione*.] cessante, i. locum non habente, quia supremansit matrimonium: hic econtra fuit solutum: uel quo ad omnes, secundum primũ vel quo ad socerum, secundum alium casum. ut inf. de uerbor. obli. inter stipulantẽ. §. sacram.

k *Diuersa*] i. casu prędicto: quia tunc soluentur nuptiæ: quod non est in superiori casu. Vel dic loqui eodem casu tantum scilicet, quod remansit matrimonium hic, & supra. Sed hic fuit solutum quo ad socerum ut sup. e. l. cum hic status. §. si socer. Accur.

l *Compensatio*.] s. ad dotem. Accur.

m *Donationes*.] i. res donatas.

n *Species*.] legati. Accur.

o *Donari*.] s. prædictæ.

p V*Ir. Exhiberet*.] alioquin si eam maritus non exhibuisset, etiam circa speciem donationis mulier se tuebitur: ut inf. de doli excep. l. si in prin.

q *Ex donationibus*] quibus liberauit uxorem de eo, quod debebat sibi, uel fortè non petendo uidetur donasse: argumentum C. de bonis quæ liberis. l. cum oportet. Accursius.

r *Legato*] quia, non dos, sed fructus dotis sunt vsuræ.

s *Vsuras*] ut qui legat dotem, non per hoc uidetur legare vsuras dotis.

t V*Xor Soluendo*] omnibus creditoribus.

1 † *Fl. quid si*.

2 † *Fl. Species eadem ratione*.

3 † *aliàs species ut do. nec auferri videntur*.

4 † *Fl. uidentur*.

* *Illa lex cũ Bar. summa ... est bene notanda, & non est alibi ... ut Fran. Cre. sing. 5. in r. fi. & ad mult. ... leg. ... Dec. Tr. dem. 132. in fi.*

5 † *Fl. Prælegata, sed & donationib. verbis fideicommiss.*

6 † *Fl. decisse esse.*

a *Non potest.*] argum. contra prælatos cum emerunt rem aliquam, vt detur vtilis rei vind. ecclesiæ, si modo probetur sua pecunia res empta. Item contra uxores, quæ nomen tantum suum in instrumentis apponi faciunt, non mariti. Arg. contra C. eo l. si filij tui. Accur.

b *Possideat.*] ergo tenetur condictione sine causa, quæ differt ab actione de dote: et subijcit, &c. Item utili in rem. ut in fin. quæ differt, quando rem dedisset. ut subijcit, solum. Accur.

c *Separatur.*] idest separatur hic maritus, cui pecunia est data, ab eo marito cui res donata est, quia res vbi est donata: si extat, res directo vindicatur: hic autem utiliter Accur.

d *Condicatur.*] ut sup. eod. l. quod autem. §. idem diuus.

e *Iudicio*] quia condemnabitur propter pecuniam condictione sine causa insolidum diuortio facto: ut sup. de ne. gest. l. diuortio. alioquin diuortio non facto conuenietur inquantum facere pōt: vt inf. de re iudic. l. nō tātum. sed iudicio de dot. & ante, & post agitur, inquantum facere potest.

f *Prohibet*] hoc casu.

g *Accommodari* in primo casu. Et not. speciale, quod res empta ex mea pecunia sit mea vtiliter saltem. sic & aliàs videtur ut C. de rei uend. l. si ut propo nis. & C. arbi. tut. l. curator. Accur.

S*I quod*] CASVS. Aliquis volebat donare mihi fundum causa mortis. ego uolens eundem donare purè uxori meæ, iussi ei dari. Et dicit, quod non ualet: quia sic fio pauperior, scilicet in hoc, quia conualescente donante teneor ei ad æstimationem fundi: & sic fio pauperior: sed & si moritur, adhuc fio pauperior: quia non habeo. quod eram habiturus. Vivianus.

h *Habiturus essem.*] ut sup. eod. l. idemque est.

E*Ea quæ.*] CASVS. Vir donauit uxori xx. & ipsa promisit per stipulationem se reddituram illa xx. si illa sine causa dimiserit uirum, mulier posteà misit uiro repudium sine causa. Dicit, quod commissa est stipulatio: & tenetur mulier in solidam pecuniam, secus si stipulatio non intercessisset: quia tūc non tenetur nisi inquantum locupletior est. Vivia.

i *Cum petenti mihi.*] quandam summam.

k *Annuerit.*] i. concesserit, uel dederis ex causa donationis.

l *Posse*] sed nonne inter absentes fuit promissum: ergo non ualeret institutio. de inut. stipulatio. §. item verborum. quæ est contra? Solut. hic ante epistolam spoponderat sicut ex hac litera probatur, ait enim quæ summa mihi numerata est, &c. Sed hic mulier repetit in epistola, quam fecerat in numeratione, ut maritum reddat certiorem. Nec obstat, quod dicit, quoniam ex donatione, &c. nam donatio dicitur propter commodum medij temporis: sed existente conditione transit in creditum, ut infra de donat. l. Aristo. Si autem fuerit simplex donatio, reuocatur inquantum est locupletior facta: ut hic subijcit.

m *Conuersa est.*] Imò videtur non conuerti, ut supra mandat. l. qui negotia, quæ est contra. Sed hic intercessit stipulatio: ibi nudum pactum. Vel hic pecuniam ad manus habebat: ibi non. Item contra. infra de verborum obligationibus. l. stipulatio facta. vbi dicit non ualere huiusmodi stipulationes pœnales, scilicet si fiant diuortia: quia contenti esse debemus pœnis lege comprehensis. Solu. hic pœna procedit à stipulatione, aliàs secus, ut ibi. Accursius.

n *Non probetur.*] & ita creditur nulla conditio apposita. Accursius.

S*I prædia*] CASVS. Titius donauit concubinæ suæ quasdam res: & sic tenuit statim donatio. & deinde accepit eam in vxorem: & permutauit cum ea quasdam alias suas res cum illis donatis antea. Dicit, quod tenet permutatio. Secundo quærit: si iste aluit mancipia mulieris animo donandi cibaria: an possit repetere? & planè soluit.

¶ *Filius.*] Titius habebat uxorem diuitē & ex ea filium Seium sapientē, qui res matris administrabat; die quadam de pecunia matris emit quasdam res pro centum, & fecit fieri instrumenta in persona sua filius matre uolente, tandem hic filius obijt & pater bona filij iure peculij occupauit. nunc mater filij vult agere contra illum utrum pro illis centum, uel pro rebus exinde emptis: quæritur, an possit, & in quantum? Et distinguitur: quia aut mater uoluit filium obligare, & non donare ei: & tunc tenetur vir vxori de peculio intra annum computandum à morte filij: si autem ei uoluit donare, condicet mulier pecuniam in quantum uir est locupletior. Vivianus.

1 † *Vl. condi-ctione.*
2 † *Vl. sic. i. non. hic separatur ab eo cui res donata est, quod ibi.*
3 † *aliâs in ipsa re actionem dari.*
4 † *Vl. morte quod steterit.*
5 † *Vl. sine.*
6 † *Vl. diuortiumque.*
7 † *Vl. Titia.*
8 † *Vl. Plur. esse.*
9 † *Vl. libro primo.*

est: & hæc res extat. Quæro si mulier reuocet donationem, an utiliter condictione 1 † experiatur? videtur enim maritus, quamuis soluendo non sit, ex donatione locupletior effectus, cum pecunia mulieris res comparata extet. Respondi, locupletiorem esse ex donatione, negari non potest. a Non enim quærimus quid deducto ære alieno liberum habeat: sed quid ex re mulieris possideat. b solum enim separatur c hic ab eo, cui res donata est. 2 † Quòd si res mulieris permanet: & uindicare directò potest, & erit deterior causa viri, si ei pecunia, quatenus res valet, non vltra id tamen, quod donatum est, condicatur, d quā si dotis iudicio e conueniatur. Sed nihil prohibet f etiam in rē utilem mulieri in ipsas res accommodari. g 3 †

Scæuola lib. 3. quæstionum

L E X L V I I.

SI quod mihi mortis causa donare quis uellet, ego purè uxori donare uelim: non ualet, quod vxori iubeo dari: quia illo conualescente, condictione teneo: mortuo autem, nihilominus pauperior sum. non enim habeo, quod habiturus essem. h

Donatio, quæ potest condici, potest in stipulationem conuerti: & stipulatio potest probari per literas. Bartolus.

Paulus libro 7. responsorum.

L E X L V I I I.

EA, quæ a marito suo pecuniam ex causa donationis acceperat, literas ad eū misit huiusmodi: Cùm petenti mihi i a te, domine charissime, annuerit k indulgentia tua. xx. ad expediendas quasdam res meas: summa mihi numerata est sub ea conditione, ut si per me meosque mores non 4 † steterit, quo minus in diem uitæ nostræ matrimonium permaneat, si quidem 5 † inuito te discessero de domo tua, uel repudium tibi sine ulla querela misero, diuortiumue 6 † factum per me probabitur: tunc xx. quæ mihi hac die donationis causa dare uoluisti, daturam, & restituturam me sine ulla dilatione spondeo. Quæro, an si eadem Titia 7 † marito suo repudiū miserit, an pecuniam restituere debeat? Paulus respondit, pecuniā, quam uir uxori donauit, ex stipulatione proposita, si conditio eius extiterit, peti posse: l quoniam ex donatione in pecuniam creditam conuersa est. m Quia si stipulatio commissa non probetur, n tunc tantum peti posse, quanto locupletior ex ea donatione facta probetur.

Valet donatio inter concubinam, & amasium: non autem inter uirum & vxorem. Bart.

Scæuola lib. 1. responsorum.

L E X L I X.

SI prædia, & mancipia

a *Seiæ.*] concubinæ.
b *Concubinatus.*] ut ff. de donat. l. affectio nis Accur.
c *Acceptis.*] a marito. Accur.
d *Gestum.*] i. per mutationem factam. Accursius.
e *Interuenisse.*] ut supra eod. l. si donatæ, in fine.
f *In communi.*] alioquin contrarium ff. eo. l. sed si un. §. fin.
g *Rebus.*] administrandis. Accur.
h *Matris.*] cui per filium quæsitum est. Accursius.
i *Potestate.*] & sic pater iure peculij omnia occupauit. Accur.
K *Actionem.*] mandati, uel negotiorum gestorum Accur.
Si quis.] CASVS. Donauit uir vxori fundum, ut ea eidem viro in dotem det: quod & factum est, moriente uiro cõfirmatur donatio: & ita iudicio de dote repetet mulier illum fundum. Viuia.
l *In dotem.*] & ita se obligat ad id restituendum soluto matrimonio.
m *Conualescit.*] morte: ut C. de dot. cau. non numer. l. ij. Accursius.

1 † Flor. est.

m *Vitricus. Concessæ sunt.*] ut supra eod. l. sed interim, in fi.
Et ideo.] CASVS. In § diuortio. Donaui uxori meæ fundum, diuerti ab ea: irritatur donatio. Item donaui uxori meæ, quæ & mea liberta erat, diuertit a me quamuis inuito. licet hoc facere non debeat me inuito, tamen tenet diuort. sic & ideo donatio, quam in eam feceram ii. firmatur. Viuia.
o *Dissoluitur.*] quod non sit hodie, ut in Authen. ut liceat matri & auiæ, §. quia uero ex consensu, collatio 8.

2 † Vel fere per. &c.

p *Non confirmatur.*] immo infirmatur, & reuocari uidetur: ut ff. eod. l. sed interim, §. si maritus.
q *Patronum.*] id est, virum.
r *Libertam.*] id est, vxorem.
s *Si ab eo.*] si, id est, quamuis.

Seiæ a data, effecta sint eius tempore concubinatus, b ac postea tempore matrimonij, alijs acceptis, c reddita sint: quid iuris est? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, negotium potius gestum d videri, quam donationem interuenisse. e Item, cum quæreretur de cibariis, mancipiorum, respondit tempore quidem concubinatus data cibaria repeti non possunt, sed nec tempore matrimonij, si ex mancipia uxoris in communi f vsu fuerint.

¶ Filius rebus g matris interuenire solitus, pecunia matris consentiente h ipsa, mancipia, & res mercatus, emptionum instrumenta suo nomine confecit. decessit in patris potestate. Quæsitum est, an mater cum marito h suo experiri, & qua actione uti possit. Respondit, si mater obligatum filium in ea pecunia uoluit esse, intra annum, postquam filius decessit, de peculio cũ patre i, in cuius potestate i fuisse proponatur, actionẽ K habere. si donauit, repeti posse quanto locupletior ex ea donatione pater factus esset. 1 †

Paulus lib. 2. sententiarum.

LEX LX.

Si quis uxori ea conditione donauit, ut quod donauit, in dotem l accipiat: defuncto eo, donatio conualescit. m

Hermoge. lib. ii. iuris epit.

LEX LXI.

Vitricus & priuignus inuicem sibi donare prætextu matrimonij non prohibentur.

¶ Diuortij causa donationes inter uirum & uxorem concessæ sunt. n Sæpe enim euenit, vt propter sacerdotium 2 † vel etiam sterilitatem.

Caius lib. 11. ad edi. proui.

LEX LXII.

Vel senectutem, aut valetudinem, aut militiam satis commode retineri matrimonium non possit.

Hermogen. libro 2. iuris epitomarum.

LEX LXIII.

Et ideo bona gratia matrimonium dissolui o ¶ Diuortio facto nec instaurato matrimonio, non confirmatur p inter uirum & uxorem facta donatio: sed 3 † nec inter patronum q & libertam. r Si 4 † ab eo s inuito diuertere non licet, facta t donatio separatur, u 5 † cum inter eos diuortium intercedat. perinde enim id, quod donatum est, habetur diuortio intercedente, ac si donatum non fuisset.

Paulus libro 3. ad Neratium.

LEX LXIIII.

De eo, quod uxoris x in ædificium uiri, ita coniunctum est, ut detractum alicuius usus esse possit, dicendum est agi posse: y quamuis z 6 † nulla actio est a ex lege duodecim tabularum, quia 7 † decemuiros b non sit credibile de his sensisse, quorum uoluntate res eorum in alienũ ædificium coniunctæ essent. Paulus notat, c sed in hoc solum agi potest, ut sola uindicatio soluta d re competat mulieri, non in duplum ex lege duodecim tabularum. Neque enim furtiuum e est, quod sciente domino inclusum est.

Donatio facta mulieri diuertenti, ut reuertatur, ualet. h. d. Baldus.

Iauolenus lib. 2. 8 † ex posterioribus labeonis.

LEX LXV.

Dii mulieri diuortio facto quædam, idcirco dederat f vt ad se reuerteretur. mulier reuersa erat. deinde diuortium fecerat. 9 †

t *Facta donatio.*] constante matrimonio.
u *Separatur.*] post diuortium: sed statim infirmatur. Accur.
De eo quod.] CASVS. Vxor tignum suum donauit viro: qui vir illud posuit in ædificio suo. nunc vxor pœnitet, & vult reuocare. quæritur verum possit? Et dicitur quod sic, si ad aliquem usum esse possit amoto tignum, & hoc soluto ædificio, ut dicit in fine. non autem eo durante, ut dicit supra, quia lex duodecim tabularũ vetat dissolui ædificium: licet de hoc casu non sensit, quando domina uolente alienum tignum vir immisit. Viuianus.
x *De eo, quod uxoris.*] volens uxor donare viro.
y *Agi posse.*] dissoluto ædificio, ut in fine dicit.
z *Quamuis.*] alias, quia: & alias quamuis, id est, quia.
a *Actio est.*] durante ædificio. Accur.
b *Decemuiros.*] qui composuerunt legem duodecim tab.
c *Notat.*] i. addendo, non corrigendo.
d *Soluta.*] id est, dissoluto ædificio, sed & manente ædificio ad æstimationem cõdic. fine causa, quasi consumptum sit agi potest, veluti in rem.
e *Furtiuum.*] nota, quod solo casu cum quis mala fide iniunxit, agi potest de tigno iniuncto, non alias, sed agitur rei vendicatio. & iuratur in litem, ut Instit. de rerum diuis. § cum in suo. Ioan.
Vir mulieri.] CASVS. Ab uxore mea diuerti, & postea ei donaui, ut ad me rediret, & redijt, tandem iterum diuertit: an valeat donatio? Et dicitur, quod sic, si verum diuortiũ fuit illud primum, quod autem sit uerũ postea exponit Viuia.
f *Dederat.*] promissio autem ob hoc facta non ualet, ut infra, de uerborum obligat. l. si ita stipulatus fuero, § si. & l. Titia. Accursius.

3 † Fl. diss. sed.
4 † alias, uel.
5 † Confirmatur.
6 † Florent. quia.
7 † Fl. quamuis.
8 † Flo. lib. 6.
9 † Deinde si [illegible] erat. Labeo Trebatius.

Rerum.

Trebatius inter Terentiã, & Mecœnatem 1 † rñdit, si verum a diuortium b fuisset, ratum esse donationem: si simulatum, contra. Sed verum est, quod Proculus & Cælius 2 † putant, tunc verum esse diuortium, & valere donationem diuortij causa factã, c si aliæ nuptiæ insecutæ sunt: aut tam longo tempore vidua fuisset, ut dubium non foret alterum esse matrimonium: alias nec donationem vllius esse momenti futuram.

Labeo lib. 3. 3 † poster. a Iauoleno epitomatorum.

LEX LXVI.

QVod vir ei, quæ nondum viripotens nupserit, donauerit: ratum futurum existimo. d

Donatio facta post matrimonium est illa, quæ infringitur: nec inspicitur, an fuerit facta ante traductionẽ, vel post. quod locum habet in certo casu. in casu vero dubio bene inspicitur vtrũ fuerit facta ante traductionem, vel post. h. d. cum gl. fin. seq. l. Bald.

Scæuola lib. 9. Digestorum.

LEX LXVII.

SEia Sempronio cum certa die nuptura esset, antequã domum deduceretur, tabulæque dotis e signarentur, donauit tot aureos. quæro, an ea donatio rata sit? Respondi 4 † non attinuisse, f an ante tẽpus quam domum deduceretur, donatio facta esset, aut tabularum consignatarum, (quæ plerumque etiã 5 † post cõtractum matrimonium fierent) inquirendo 6 † exprimi. g

Itaque nisi ante matrimoniũ contractum (quod de 7 † cõsensu h intelligitur) donatio facta esset, non ualere.

¶ Virgini in hortos deductæ ante diem tertium, quã ibi nuptiæ fierent: cum inseparata diæta ab eo i esset, die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, & priusquam 8 † aqua k & ignis 9 † acciperetur, i. nuptiæ celebrarentur, obtulit decẽ aureos dono. quæsitũ est, post nuptias contractas diuortio facto, an summa donata iure repeti possit? Respondit, id quod ante nuptias donatum proponeretur, non posse de dote deduci. l

In re empta de pecunia donata a viro vxori consistit donatio: si illa donetur ab vxore viro. Bald.

Labeo lib. 2. ἐπιθανῶν a Paulo Epitomatorum.

LEX LXVIII.

SI vxor nummis a viro, aut ab eo, qui in eius potestate esset, sibi donatis seruũ emerit, m deinde eum eius factus fuerit, cum ipsum donationis causa uiro tradiderit, rata erit traditio, quamuis ea mente facta fuerit, qua cæteræ donationes, neque ulla actio eius nomine dari potest.

TITVLVS II.

De diuortijs, * & repudijs.

Paulus lib. 35. ad edictũ.

LEX PRIMA.

DIrimitur matrimonium diuortio, morte, captiuitate, n vel alia contingente seruitute alterutrius 10 † eorum.

a *Verum.*] Id est verum, vel non contrarium; ut ff. de ritu nupt. l. plerique.

b *Diuortium.*] Cprimũ: quia vere ante donationẽ contingit: sed aliter sup. dicitur diuortij causa donari, sq̃ diuortium futurum creditur. sic ff. eod. l. Vitricus, §. diuortij & l. sed interim, in fi. l.

c *Factum*] vel diuortij sfacti, vel faciendi, ut ff. eo. l. Vitricus. & dic verum esse, i. præsumi. Accur.

QVod vir.] Casus. Contraxit Titius sponsalia cum Berta nondum duoden. per verba de futuro. interim eam accepit in vxorem nondum nubilem, & ei donauit valet donatio. Viuia.

d *Existimo.*] cũ sponsalia præcesserunt: ut ff. eo. l. cum hic status §. fin. Accur.

SEia.] Casus. Titius cum Seia dominica post tertiam debebet Berta in domo patris accipere in uxorẽ, & postea ducere in domũ suam, & facere instrumẽtum dotis, donauit eidẽ Bertæ x. aureos, quæritur, an ualeat donatio? Et dicit, q non est curandũ, quando donatio fiat, s. ante instrumẽtum dotis, uel post, vel ante ductionem, uel post solũ, an ante matrimonium, & sic ualet, an post, & sic non ualet.

¶ *Virgini.*] Per superiorem casum intelligas istum. Viuia.

e *Dotis*] potest hæc esse uxor anteq̃ in domũ ducatur, & potest duci in domum, nec erit uxor, licet raro hoc eueniat: & ideo attinet potius ad inquirendum an ante contractum matrimoniũ donatio sit facta.

f *Attinuisse*] q. d. exprimi tantum non attinuisse. i. non esse curandum inquirendo i. ut inquirat tempus antequam domũ vbi duceretur, donatio facta: eret, aut non, attinuisse, repete, ut supra an donatio sit facta ante tẽpus tabularũ quirendo, &c. secundum quosdam. Vel hic respondet Scæuola non attinuisse, i. non pertinuisse ad rem exprimi tempus, s. an donatio facta esset antequam domum ducatur, aut pro &, & nõ attinet exprimi tempus tabularũ simul cum prima, quæ plerumque, &c. & bene infert: itaque q. d. non est necesse exprimi illa duo: sed primum tantum, itaque, &c. & secundum istos ductio impedit donationem, etsi non sit uxor, &c. sed non placet: sed pro hac supra, de ritu nupt. l. mulierem. Vel breuius secundũ Iru. & R. q. d. non fuit necesse hoc totũ exprimere, s. antequã domum duceretur: & ante tabularum confectionem: quia tabulæ plerumque fiunt post contractum matrimonium. sufficeret enim hoc si dicat, ante matrimonium donauit. & hæc est meus huius l. sed nõ descendit bene ad literã.

g *Exprimi.*] alias exprimit Scæuola & alias exprimi.

h *Consensu.*] s. legitimo, & de præsenti. sed hoc si sit dubiũ, an sit facta ante matrimonium, uel post, dic vt D. de don. ante nup. l. cum in re. Ac.

i *Ab eo.*] scilicet marito futuro.

k *Aqua*] forma qua nuptiæ celebrantur. vnde versus: Vota viri captant, quæ iam captanda putabant, Quos facit iustos ignis, & vnda uiros. Item & alias. Dictio Græca gamos tedas, i. parent las designat apud nos est autem teda de ligno quodã, quod ut candela ardet, & accendebatur in matrimonio cõtrahendo: ut ipsi in amore accenderentur, & alias. Dictio Græca, gamos, mulier vocitat apud nos. Hinc trigamum retinc, bigamum quoque monogamumque.

l *Deduci.*] vt ff. eod. l. inter con. si autẽ esset dubiũ ante nupt. vel post nup tunc distinguitur, aut esset ducta in domũ, uel non: vt C. de donat. ante nupt. l. cum in te.

m *SI vxor. Emerit.*] A viro, uel ab alio, quo etiam casu vtilis. e maritus uindicare posset: ut sup. eo. l. uxor, in fi. Accur.

DE DIVORTIIS, & repudijs.

Dictum est de contrahendis matrimonijs: nunc de disiungendis & &c. quod diuortium inter coniuges dicitur, inter sponsos repudium: sed promiscue utimur, ut infra, de verborum significationibus, l. inter diuortium, § primo & erant olim multæ causæ, ex quibus fierent diuortia, quæ enumerantur C. eo l. consensu tribus ad lites per Iustinianum: ut in Authen. de nup § hisitaque col. 4. at hodie pauca sunt: ut in Authen. ut lic mat. & auia, § quia vero plurima, coll. 8 sed de iure canonico nulla sunt, ut dixit sup. de nego. gestis, l. diuortio, in princ. Accursius.] Alia quã plura adde Cuiac. in paratitl. ad hunc titulum. vbi terminos declarat, originem diuortij docet, & alia multa in hanc sententiã explicat.

n DIrimitur. Captiuitate.] seruata distinctione inferiori ad. vt ff. eod. uxores. Accur.

1 † *Flo. Decinatem.*

2 † *Flor. Cœlius.*

3 † *Fl. lib. 6.*

4 † *Flo rata sit non attinuisse tempus an antequam domum, &c.*

5 † *Flor. &.*

6 † *Flor. inquirendo.*

7 † *Flor. de eo, de.*

8 † *alias, nam postquam.*

9 † *Fl. igni.*

¶ *Fl. autem, id est renuntiatione.*

¶ *Flo dissensum.*

* *De causis & formulis diuortij, uide Alex. ab Al. lib. 4. c. 8. Val. Max lib. 4. c. 1. Plat. dialo. 11 de legibus Deut. ca. 24. Matt. c. 5. & 19.*

10 † *Flor. utrius eorum.*

* *Diuortiũ, & repudium differunt.*

¶ *Flo lib. 18.*

¶ *Diuer. tantum eius*

Diuortium.

a D*iuortium: Dictum est.*] Sed nonne in diuertendo quandoque uterque consentit? qualiter ergo mentes eorum diuersæ sunt? respond. hoc iden dici, quia plerumque altero inuito, & ita aliud vult vnus, & aliud alius. Vel aliter dicitur diuortium à diuersis mentibus non quod contraria sit mens, siue intentio vnius voluntati alterius: sed quia non vnius tantum, sed diuersorum mentes in hoc consentiunt, ut dissoluatur matrimoniũ, uel melius, quia in diuertendo, siue vterque consentiat, siue alter tantum: diuersa est mens unius, siue vtriusque, id est contraria ei volũtati, quam in contrahendo habuit.

Caius li. 12. ad edic. prouin.

LEX II.

DIuortium autem, uel a diuersitate mentium dictum est, a uel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium.

¶In repudijs b autem, 1 † & renũciationibus comprobata sunt hæc verba: Res tuas tibi habeto. c item hæc: Tuas res tibi agito. In responsalibus quoque discutiendis placuit renunciationem interuenire oportere: in qua re hæc uerba probata sunt: Conditione tua non utor. Siue autem ipsi præsenti d renuncietur, siue absenti per eum, e qui in potestate eius sit, f cuiusve g is eave in potestate sit, nihil interest.

Paulus lib. 35. ad edictum.

LEX III.

DIuortium non est uerum, nisi quod animo perpetuam constituendi diuisionem a † fit. itaque quicquid in calore iracundiæ, uel fit, uel dicitur, non prius ratum est: quam si perseuerantia apparuerit h iudicium animi fuisse. ideoque per calorẽ misso repudio, si breui reuersa est uxor, nec diuertisse i videtur.

Ibi est dare priuationẽ, vbi est dare habitum, de quo plenè dixi in l. decem. infra de uerborum obliga. Bartol.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinũ.

LEX IIII.

IVlianus libro decimoseptimo 3 † digestor. quærit, an furiosa repudium mittere, [illegible] repudiari possit & scribit furiosam repudiari posse, quia ignorantis loco habeatur. repudiare autem non posse, neque ipsam propter dementiã, neque curatorem eius: patrem tamen 4 † nuncium mittere posse, quod non tractaret de repudio, nisi constaret (posse, & 5 † cum furiosa) retineri k matrimonium. quæ sententia mihi uidetur vera.

Idem libro 34. ad edictum.

LEX V.

SI filia emancipata idcirco diuertat, 6 † ut maritum lucro dotis afficiat, l patrem fraudet, qui profectitiam dotem potuit m petere, si constante matrimonio decessisset filia: & ideo patri succurrendũ est, ne dotem perdat. Non enim minus patri, quam marito succurrere prætorem oportet, danda igitur est m dotis exactio, atque si constante matrimonio decessisset filia.

Quo ad quid dicitur quasi matrimoniũ: quo ad quid non. h. d. Ista lex est singularis. Bald.

Iulianus lib. 17. 7 † digesto.

LEX VI.

VXores eorum, qui in hostium potestatem peruenerunt, possunt videri nuptarum locum retinere, eo solo, n quod alij temerè nubere non possunt. Et generaliter definiendum est, donec certum est maritum viuere in captiuitate constitutum, nullam habere licentiam vxores eorum ad aliud migrare matrimonium, nisi malint ipsæ mulieres causam repudij præstare. o Sin autem in incerto est, an viuus apud hostes teneatur, vel morte præuentus p sit: 8 † tunc si quinquennium a tempore captiuitatis excesserit, licentiam habet mulier ad alias migrare q nuptias: ita tamen, ut bona gratia dissolutũ videatur pristinum matrimonium: & unusquisque suum ius habeat imminutum: eodem iure, & in marito in ciuitate degente, & vxore captiua obseruando.

1 † *Fl. autem, ad est renunciatione.*

b *In repudijs.*] id est diuortijs. Accur.

c *Habeto.*] alias habeto: & aliàs ab eo: & ponitur pro recedito, & tunc puncta ibi: tibi.

d *Præsenti.*] viro, uel sponso: item uxori, vel sponsæ.

e *Eum.*] filium uel seruum. Accur.

f *Eius sit.*] repudiati, uel etiam repudiantis.

g *Cuiusve.*] uir uel vxor sponsus, vel sponsa. & dic fieri per eum in cuius potestate &c. ut supra, de sponsal. in potestate. Sed argumen. contra, supra pro socio, l. sed & si socius, §. si absenti, & l. actione, § item scriptum. & hoc potest pater consentiente filia; aliàs non: ut C. de repud. dissentientis Accur.

2 † *Fl. dissensione.*

h D*iuortium. Apparuerit*] Iracundia excusat a culpa. hic est enim culpa in diuertendo: ut supra, de minorib. l. si ex causa, §. si mulier. & hic. Item minuit delictum: ut C. ad legem Iul. de adulter. l. Gracchus, & C. de abo. l. ij. Item contractum rescindi: ut infra, de publ. l. licitatio. & facit infra, de reg. iur. l. quicquid argumen. contra. C. de iniur. l. si non conuitij, & l. autem in re. nam Accur.

3 † *Fl. lib. 18.*

i *Diuertisse.*] ut supra, de ritu nuptiarũ, l. plerique, & supra ti. i. l. uir mulieri. Accursius.

